








BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
NAPOLI
















ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI

Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur praeterea Dissertatio Hypatica ejusdem Pagii; *& Epistola consularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Decimussextus.





LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCXLIV.

De Superiorum Licentia.





ANNALES ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI ANNUS	JOANNIS XI. PAP. ANNUS	CONST. VIII. CUM ROM. IMP. ANNUS
934.	4.	23.

I. Quid Albericus cogit Joann. præstare.



NNUS Redemptoris nongentesimus trigesimus quartus, Indictione septima incipit, cum opera Alberici Romæ tyrannidem exercentis, grave Ecclesiæ Romanæ inflictum est vulnus, cogente ipso Joan. Pap. concedere inconcessa Patriarchæ Constantinop. Quænam ista fuerint, a Luitprando in relatione suæ legationis ita narratur: *Sed quid hoc commemorem? cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostræ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ merito sit subjecta. Scimus, immo videmus Constantinopolitanum Episcopum pallio non uti, nisi sancti Patris nostri permissu. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, dominumque Apostolicum quasi servum proprium in conclavi teneret: Romanus Imperat. filium suum Theophylactum eunuchum Patriarcham constituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis eo muneribus satis magnis, effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate tam ipse, tum successores absque Paparum permissu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarchæ, sed etiam Episcopi totius Græciæ palliis utantur. Quod quam absurdum sit, censere opus non est.* Hæc Luitprandus. Et quidem quæ conversa sunt in magnum detrimentum etiam ipsius Constantinopolitanæ Ecclesiæ ista indebita accipientis, & abalienantis se magis ea occasione a sinu Matris.

Hoc eodem anno diversis in locis Galliarum miranda contigisse Frodoardus narrat, atque in primis: *Rhemis* inquit, in- II. Quæ miranda acciderint Rhemis.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMLXXII Anno Hegiræ CCCXXIII inchoato die 11. Decemb. fer. 5. A.C. 934. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6427.

☉ 19. E. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 934.

JOANNIS XI. PAPÆ 4.

CONSTANTINI VIII. IMP. 23. cum Romano Imp.

Continuator Reginonis ad ann. CMXXXIV. ait: *Heinricus Rex* (sc. Germaniæ) *Hungaros multa cæde prostravit, pluresque ex eis comprehendit. Eodem anno Sclavos, qui Ucrani vocantur, hostiliter invasit & vicit, sibique tributarios fecit.* Hos Sclavos, Vvitichindus lib. I. *Ucbros* appellat, & cladem Hungarorum fuse narrat. Cum Henricus Germaniæ Rex Hungarorum Legatos, qui consueta munera deposcebant, sine honore dimisisset, adeo horum exacerbati animi, ut confestim bipertito agmine in Saxoniam irrumpere conarentur. Qui ab Occidente aditum moliebantur, a Thuringis & Saxonibus, cum prima congressione plerosque Duces prostravissent, in fugam conjecti, fame frigore, aut ferro misere perierunt. Acceptæ cladis fama etiam alterum agmen terruit, præsertim cum Henrici Regis adventus nunciaretur. Omisso ergo pugnæ consilio recedere statuerant, & excitatis crebris ignibus palantes per agros socios ad signa revocaverant, cum Henricus festinato itinere fugam meditantibus suorum aciem objecit. Sed nec sic adduci potuere, ut prælio decernerent. Præcipiti pene omnes cursu *Victoria Henrici Germaniæ Regis de Hungaris.*

in Ecclesia beatæ Genitricis Dei Mariæ, solemnitate Annuntiationis Domini, dum sacra Missarum ab Artaldo præsule sibi celebrarentur, quidam juvenis contractis poplitum nervis repere solitus, repente resolutis extensisque genuum crurumque compagibus assurgit, retentutoque gressu, jam diu oblita recepit vestigia. Item in Ecclesia S. Hilarii ante portam Martis cæcus quidam, nomine Paulus illuminatur, admonitus prius in somnis, ut ad ipsum locum veniret, ibique lumen reciperet deberet. Et inferius: *Eodem anno diaconus quidam Virdunensis, nomine Adelmannus languore depressus, spiritum visus est amisisse. Sed antequam feretro imponeretur, reversus, ita surrexit validus, ut sibi videretur nihil ægritudinis fuisse perpessus. Qui se diversa suppliciorum vel refrigerii loca vidisse testatur, seque loco pœnali deputatum: Dei vero Genitricis precibus, beato quoque Martino intercedente, ad agendam pœnitentiam præsenti vitæ redditum.* Hæc omnia Frodoardus hoc anno.

An-

PAGIUS elapsi, quos solito velociores timor reddidit: pauci e tanta multitudine cæsi, aut capti. Castra tamen occupata, & integri captivorum greges in libertatem asserti. *Rex vero victor reversus, modis omnibus gratiarum actiones divino honori, ut dignum erat, solvebat pro victoria de hostibus sibi divinitus concessa. Tributumque quod hostibus dare consuevit, divino cultui mancipavit, & largitionibus pauperum deservire constituit. Deinde pater patriæ, rerum dominus, Imperatorque ab exercitu appellatus, famam potentiæ virtutisque cunctis gentibus & Regibus, longe lateque diffudit,* inquit Witichindus.

II. *Hungarorum irruptio in imperium Orient.* Continuator Anonymus Theophanis in Romano Lacapeno num. XXXVII. scribit: *Turcorum prima expeditio adversus Romanos contigit mense Aprili Indictione VII.* (ideoque hoc Christi anno). *Hi ad Urbem usque excurrentes, cunctos per Thraciam obvios præda abegerant. Missus itaque Theophanes Patricius Protovestiarius, imperiique Administer ac Princeps Senatus, ut cum eis pacem componeret, captivosque reciperet. Porro Theophanes admiranda prudentia ac sagacitate illis usus, ex voto cuncta confecit; multamque ex illis eo nomine laudem ac admirationem reportavit. Tunc quoque Romanus Imp. quanta magnificentia ac humanitate præstaret, ostendit; nullis sumptibus parcens, solum ut liberarentur captivi.* Nomine Turcorum *Hungaros* Historici Byzantini intelligunt.

Anno Hegiræ CCCXXII. vita excessit *Abdalla Mahadis*, qui rerum potitus est Cairaivvani, cum imperasset annos viginti quatuor & aliquot menses. Post ejus mortem *Biamrella* ejus filius Calipha Africæ creatus est, teste Elmacino lib. 3. Hist. Sarac. capit. 1. Porro *Mahadis* primus Africæ Calipha fuit, & Saracenorum potentia novi hujus Caliphatus institutione non parum infirmata. III. *Moritur Mahadis Calipha Africæ.*

I. Synodus ad S. Macram. ANnus Redemptoris nongentesimus trigesimusquintus, Indictione octava sequitur, quo Rhemis apud S. Macram Synodus celebratur præsente Artaldo Archiepiscopo Rhemensi, in qua prædones, & Ecclesiasticarum rerum invasores ad correctionem vocantur, ut Frodoardus testatur. De ea vero nihil præterea.

Ann. Eccl. Tom. XVI. A 2 An-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6428.

SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMLXXIII. Anno Hegiræ cccxxiv. inchoato die 30. Novemb. fer. 2.

☉ 10. D. ☽ 5. P. 29. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 935.

JOANNIS XI. PAPÆ 5.

CONSTANTINI VIII. IMP. 24. cum Romano IMP.

A.C. 935. I. *Floret S. Elfegus Episc. VVintoniensis.* ANno DCCCXXXV. *religiosus Monachus Elfegus, cognomento Calvus, beati Dunstani propinquus, suscepit Episcopatum Vuintoniensis Ecclesiæ*, inquit Simeon Dunelmensis. Inter hujus Sancti Antistitis præcipua facta, illud memorandum, quod Dunstanum propinquum suum, postea Archiepiscopum Cantuariensem & Ecclesiæ Anglicanæ magnum sydus, ad professionem monasticam adduxit. Factum illud commemorat Osbernus Monachus in Vita Sancti Dunstani recitata a Mabillonio Sæc. V. Benedict. Osbernus, postquam narravit, *Dunstanum* traditum fuisse Regi Athalstano, ab Athelmo Archiepiscopo Cantuariensi, & quod unice a Rege diligeretur, aliquos invidos conficto mendacio ejus famam apud Regem læsisse, ait: *Profectus inde cognatum Pontificem adiit Elfegum, qui tunc temporis Vuentanæ præsidens Ecclesiæ vitam virtutibus decorabat: a quo frequenti supplicatione rogatur, ut Monachum indueret; quatenus qui Angelicæ conversationis initia haberet, perseverantiam in habitu demonstraret. Respondit ille, excellentioris gratiæ esse, qui in seculo consenuit, & tamen quæ Monacho digna sunt fecit, eo qui se monasterio dedit, nec quicquam aliud præterquam quod sibi statutum est, post hæc facere potuit.* Subdit Osbernus, cum Episcopus per singulos dies eidem consilio insisteret, & Dunstanus aut veris aut verisimillimis rationibus insistentem differret, gravissimam febrem Dunstanum invasisse, & cum ex insperato revaluisset *confestim accito ad se Episcopo, postulat sibi dilata religionis benedictionem dari. Episcopus immensa lætitia pro salute simul & conversione juvenis perfusus, celeriter illum Monachali & Sacerdotali gratia promovit, attitulans Ecclesiæ B. Mariæ Virginis, cui eum ab initio parentum suorum sponsio dicavit.* Ubi obiter notabis, Monachos sine titulis ordinatos non fuisse, & inter titulos monasteria computata, Titulum enim paupertatis Religiosi *Mendicantes* invexere.

II. *Monachismus in Anglia per S. Dunstanum restitutus.* Cum *Dunstanus* in Angliæ lucem prodiit, inquit ibidem Mabillonius in Observationibus præviis num. VII. usque adeo Monachismus defecerat a tempore Danorum, ut vix in paucissimis cœnobiis vita Monastica reliqua esset: *Nondum in Anglia*, inquit Osbernus num. VI. *communis vitæ ratio colebatur, non usus deserendi proprias voluntates hominibus affectabatur. Abbatis nomen vix quisquam audierat, Conventus Monachorum vix quisquam satis noverat: sed cui forte id voluntatis erat in peregrinam velle transigere vitam, is modo solus, modo paucis ejusdem propositi comitatus, patrios fines egrediebatur.* Perseverabat tamen quibusdam in locis Monastici status nomen, nempe (ut Crulandense Monasterium, aliaque omittam) Cantuariæ in Ecclesia Cathedrali quod diserte attestatur Gervasius ejus loci Monachus, qui relatis Osberni verbis Cantuariensem Ecclesiam excipit. Sed ita eo in loco deformata erat Religio: ut Monachi *more Comitum potius quam Monachorum* ibi viverent teste Osberto in miraculis S. Dunstani. Cætera pene loca occupabant Clerici vitæ solutioris. De Monasterio Malmesburiensi testatur Wilhelmus loci Monachus in lib. 2. de Reg. cap. 7. *Ipsum Dunstanum Monachorum Principem in Flandriam propellit. Ea tempestate facies Monachorum fœda & miserabilis erat. Nam & Malmesburiense cœnobium, plusquam ducentis septuaginta an. a Monachis inhabitatum, Clericorum stabulum fecit.* Non tulit hanc cladem Dunstanus, quin fugientem religionem in claustra revocavit: *Aucta est religio per Angliam in tantum, ut quadraginta & octo Monasteria Monachis vel Sanctimonialibus instituerentur, cooperantibus B. Dunstano in hoc viris venerabilibus, Osvvaldo videlicet, qui primo Vuigorniensis, postea fuit Episcopus Eboracensis, & Athelvvoldo Episcopo Vuintoniensi*, inquit Osbernus quæ referre juvat, ut quantum *Elfegus* Monasteriis restituendis in Anglia contulerit, manifestum fiat. De eo infra rursus sermo erit.

JESU CHRISTI ANNUS	LEONIS VII. PAP. ANNUS	CONST. VIII. CUM ROM. IMP. ANNUS
936.	1.	25.

I. Henrici Reg. German. obitus, & Ottonis successio.

ANnus Redemptoris nongentesimus trigesimussextus, Indictione nona, quo moritur Christianæ religionis decus Henricus Rex Germaniæ, relicto Regno filio suo Ottoni, patri pietate, atque fortitudine militari non impari. Quod ad tempus spectat, id hoc anno contigisse, testis est hujus temporis scriptor Frodoardus. Sed & Ditmarus etiam hujus sæculi scriptor testatur, eum hoc anno obiisse, sexto Nonas Julii, anno suæ ætatis sexagesimo, Regni decimosexto. De ejus vero obitu ita Witichindus Saxo (a): *Perdomitis itaque cunctis circumquaque Gentibus, postremo Romam proficisci statuit, sed infirmitate correptus, iter intermisit. Cumque se jam gravari morbo sensisset, convocato omni populo, designavit filium suum Ottonem Regem, &c.*

(a) Vvitic. l. 1. in f.

II. Porro ut qui de religione Christiana bene meritus est Henricus commendatur ab omnibus; qui & (b) asseritur, duas novas sedes erexisse, alteram in Valletsleve in terra Luneburgensi, cui & primum Episcopum Marcum præficiendum curavit, virum sanctitate vitæ conspicuum, miraculis clarum; alterum vero Episcopatum in oppido Misna ad Albim fluvium constituit; aliaque monasteria ædificavit; & ubi multipliciter pietatis post se egregia monumenta reliquit, a Deo ad requiem vocatus est, relicta conjuge valde pia Mathilda nomine, de qua ista (c) Luitprandus, dum agit de ejusdem Henrici sepulcro: *Henrici corpus in Saxoniam deportatum in nobilissimarum ac religiosissimarum monasterio puellarum, quod in ipsius Regis prædio, vocabulo Quitelingaburch situm*

(b) Crant. in Metro. l. 3. c. 11.

(c) Luit. l. 4. c. 7.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMLXXIV. Anno Hegiræ cccxxv. inchoato die 19. Novemb. fer. 7. A.C. 936.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6429.

☉ 11. CB. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 936.

LEONIS VII. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. *Imp.* 25. cum Romano Imp.

I. *Moritur Henricus Germaniæ Rex.*

AD num. I. & II. *Heinricus Rex* (sc. Germaniæ) *præcipuus pacis sectator, strenuusque Paganorum insecutor, post plures fortiter & viriliter actas victorias, dilatatis undique sui regni terminis, VI. Nonas Julii diem clausit extremum, cui filius suus Otto consensu Primorum regni successor eligitur,*[1] inquit Continuator Reginonis ad hunc Christi annum. Eumdem annum signant Marianus Scotus, & Hermannus Contractus, præter Sigebertum, qui hanc mortem in annum sequentem perperam differt; sed cum Flodoardus in Chronico, qui hoc tempore vixit, Henricum hoc anno decessum esse asserat, & Ditmarus lib. 1. eundem annum ac *diem sextum nonas Julii* etiam habeat; annus emortualis Henrici sicuti, & dies in dubium non videntur revocandi. Litem Diplomata ejus dirimerent, sed nunc ad manum non sunt, & ex iis paucissima supersunt. [2] Auctor Anonymus qui jussu S. Henrici Imp. Vitam beatæ Mathildis Henrici Germaniæ Regis uxoris elucubravit, n. VII. de utriusque virtutibus ac liberis ait: *Deus omnipotens sibi servientes nunquam derelinquens, clementer inspexit bona opera Regis Henrici & beatissimæ Mathildis, atque illis multiplicavit excellentiam nobilissimæ prolis &c. Otto præclarus ante Regalem dignitatem procreatus, natu fuerat maximus, forma insignis, & moribus illustris. Henricus autem in regali solio natus junior fuit annis, sed haud inferior excellentia probitatis. Huic animarum tanta inerat pulchritudo, ut tunc temporis vix posset alicui comparari viro. In fiducia armis patri fuerat consimilis, in omni* an-

NOTÆ [1] APud Martenium in collectione amplissima Anecdot. tom. I. pag. 186. 191. duo habentur *Ottonis* Germaniæ regis diplomata, alterum pro monasterio *Elnonensi*, alterum pro *Indensi*; In primo circa finem legitur: *Bruno Cancellarius ad vicem Friderici Archiepiscopi recognovi, Data XVI. Kal. Januarii, anno Incarnationis Domini DCCCCXLV. Indictione II. anno Domni* Ottonis *X. Actum Tanchurg.* In secundo: *Bruno Cancellarius ad vicem Rodberti archicapellani recognovi. Data VI. Non. Maii anno Dom. Incar. DCCCCXLVIIII. Indictione VII. regnante pio Othone rege anno XIII. Actum Aquisgrani.* Henricus Germaniæ rex obiit an. 936. VI. Nonas Julii, & post ejus obitum Otto acclamatus est in regem; quare a mense *Julio* epocha regni Ottonis incipit. Itaque anno 945. die XVII. *Decembris*, annus regni *decimus* in cursu erat; & an. 949. die *secundo Maii* annus *decimus tertius*, quum mense Julio *annus decimus quartus* inchoaret. GEORGIUS

[2] NUlla deinceps apud Eruditos admitti dubitatio potest de obitu Henrici hoc potius anno quam sequenti adscribendo, cum Scriptor Anonymus Vitæ S. Mathildis ejus conjugis tradat sanctam illam feminam post mariti obitum sabbati diem semper speciali religione coluisse, cujus ritus causas nonnullas assignat, quarum una erat, *quia venerandi Regis Henrici anima in eadem die de corpore soluta est.* Cum igitur anno tantummodo 936. dies VI. Nonas Julii (qua obiisse illum asserunt omnes quotquot diem ejus emortualem assignant) in sabbatum inciderit; hinc fit ut annus idem emortualis ejusdem Regis habendus sit. MANSI

situm liquet, in Ecclesia cum immensa est veneratione repositum. Ubi & venerabilis ejus conjux, Regnique consors ex eadem gente, nomine Mathildis, ultra omnes quas viderim & audierim matronas pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium, vivam Deo hostiam offerre non desinet. Addit Ditmarus, per eumdem Henricum Cuusum Daniæ Regem ad Christi Fidem conversum, & Danos ipsos ab immolatione hominum per eum revocatos: post obitum vero Mathildem conjugem multis diversisque sanctis operibus ejus animam Deo commendasse. Hæc ipse libro primo. Idem addit, quod defuncto Henrico, Otto ejus filius inunctus est Aquisgrani ab Hildeberto Archiepiscopo Moguntino, habita licentia a Vigfrido Archiepiscopo Coloniensi, in cujus diœcesi Aquisgranum esset. *Otto inungitur Rex.*

Quo

PAGIUS *autem tolerantia adversitatis cauti observabat vestigia inclita genitricis, & propter hac specialiter dilectus fuit matri; quæ, quasi esset unicus illius, confovens eum in omnibus deliciis, ceteris in amore præposuit filiis atque desideravit ipsum regno potiri post obitum inclyti Regis Henrici, si permissu Dei voluntas illius posset adimpleri. Hinc & venit puero prima labes mali, & ob hac Otto egregius contra fratrem parumper est commotus, eoque modo inter ipsos crescebat invidia & lis assidua. Bruno vero ætate minimus, sed honestate morum haud infimus, in annis puerilibus Scholastica deditus censura divino famulatui insudabat diutenus.*

II. *Tres filios reliquit.* Paucis interpositis addit: *Post excessum inclyti Regis Henrici, ductores primi conveniebant, & de statu regni consilium habebant. Perplures dijudicabant Henricum regno potiri quia natus esset in Aula Regali, alii vero desiderabant Ottonem possidere Principatus honorem quia ætate esset major, & consilio providentior.* [1] *Quid plura? Disponente providentia Dei sceptrum regiminis cessit Ottoni. Inde magis ac magis inter fratres convalescebat discordia, qua inter ipsos versabatur ab infantia assidue litigantes vel pacificum mutuo loquebantur. Tunc Regius juvenis Henricus multa sustinuit adversa: quem inclyta mater contra salutaribus disciplinis lenivit, &c. Post hac Rex Otto perfecit fratrem suum Henricum Ducem super Bajowariorum gentem* (sed non ante annum CMXLVII.) *Sanctus vero Bruno ætate minimus adhuc degebat sub censura literalis disciplina & læta indole de die in diem proficiebat in Christi servitute. Cum autem profecisset virtute & sapientia Rex adjunxit eum sibi per amorem fraternitatis, in ministerium Archicapellani. Interim obiit Vuigfridus vir venerandus, qui Archiepiscopalem Colonia sedem possedit, & munere superni Dispositoris Brunoni cessit Episcopalis honor dignitatis*, anno scilicet CMLIII. quo de eo verba faciemus.

III. Witichindus lib. 2. Ottonis inunctionis pompam ab Hildeberto Archiepiscopo Moguntinensi factæ late describit atque inter alia: *Procedit Pontifex cum Rege tunica stricta more Francorum induto pone Altare, super quod insignia Regalia posita erant, gladius cum baltheo, chlamis cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate. Ipse autem Pontifex Moguntinus Hildibertus nomine, Francus genere, Monachus professione, nutritus & doctus in Falda Monasterio, & ad id honoris merito progrediens, ut pater ejusdem Monasterii constitueretur, deinde Pontificatus Moguntina sedis fastigium mereretur, &c. Et cum esset quæstio inter Pontifices in consecrando Rege; Treverensem videlicet & Coloniensem (etenim Treverensis asserebat, quod ejus sedes antiquior esset, & tanquam a beato Petro Apostolo fundata; Coloniensis vero quia ad ejus diœcesim locus pertinebat) & ob id uterque sibi convenire arbitrati sunt hujus consecrationis honorem. Cessit tamen uterque cunctis nota Hildeberti Almitati. Ipse autem accedens ad Altare, assumpsit inde gladium cum baltheo & conversus ad Regem ait: Accipe gladium, quo Christi ejicias universos adversarios, Barbaros quoque & malos Christianos auctoritate divina tradita tibi omni potestate totius imperii Francorum ad firmissimam pacem omnium Christianorum. Deinde sumptis armillis & chlamyde induit eum. His cornibus, inquiens humi tenus dimissis moneris, quo Dei zelo ferveas & perdurare in pace tuenda usque in finem te debere sciar. Exinde sumto sceptro baculoque: His signis, inquit, monitus paterna castigatione subjectos tuos corripias. Primum ergo Dei Omnipotentis ministris, & viduis ac pupillis misericordia manus porrigas, numquam oleum miserationis deficiat, ut Deo tibi propitio in præsenti pariter & in futuro, sempiterno præmio coroneris. Perfususque illico oleo sancto, & coronatus diademate auro ab ipsis Pontificibus Hildeberto ac Vigfrido, ac omni legitima consecratione completa, ab iisdem Pontificibus ducitur ad solium ad quod per cochleas ascendebatur, & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas constructum, unde ipse omnes videre,* *Ottonis Henrici filii coronatio.*

& ab

NOTÆ [1] IN amplissima collectione veterum Monumentorum tom. I. col. 283. vulgatum est Diploma Folkmari Abbatis novæ Corbejæ, datum anno *Incarnat.* 936. 7. *Kal. Junii, idest postridie Urbani indict.* 9. ex quo prolem Henrici, & Mathildis discas. Habet enim a Comite quodam Sifrido conditum fuisse Monasterium Westergronigeose pro salute animæ suæ, & pro Rege gloriosissimo Henrico, cum serena Mathilda, & regia prole *Ottone, Henrico, Brun, Gerbirge, Hathuvin.* MANSI

III. Rodulpho Rege Francorum mortuo, Ludovicus Rex ungitur.

Quo pariter anno cogitur conventus Episcoporum, & procerum Lauduni, ubi recipitur, & Rex inungitur Francorum Ludovicus filius Caroli Simplicis, in Anglia hactenus conservatus, ob invasores Regni tyrannos. De his enim hoc anno Frodoardus his verbis, ubi de Rodulphi Regis obitu enarrasset, quem hoc pariter anno contigisse tradit: *Hugo Comes trans mare mittit pro accersendo ad apicem Regni suscipiendum Ludovico Caroli filio, quem Rex Ethelstanus avunculus ipsius, accepto prius jurejurando a Francorum Legatis, in Franciam cum quibusdam Episcopis, & aliis fidelibus suis dirigit. Cui & Hugo, & cæteri proceres Francorum obviam profecti: mox navim ingressu in ipsis littoris arenis apud Bononiam sese committunt. Indeque Laudunum ab ipsis deductus, & regali benedictione ditatus ungitur atque coronatur a domino Artaldo Archiepiscopo Rhemensi præsentibus Regni Principibus cum Episcopis viginti, & amplius.* Hæc ipse. Sicque ad progeniem Caroli Magni per Ludovicum

PAGIUS *& ab omnibus videri posset. Divina deinde laude dicta, sacrificioque solemniter celebrato, descendebat Rex ad Palatium*, &c. [1]

IV. Radulfi Francorum Regis obitus.

Ad num. III. Chronographus Sancti Petri Vivi Senonensis Tom. II. Spicilegii Dacheriani exhibitus, ait: *VI. Idus Januarii primo gallorum cantu incensum est Monasterium Sanctæ Columbæ* (in Urbe Senonensi positum) *& XVIII. Kal. Februarii eodem mense obiit Radulfus Rex* (nempe Francorum) *Autissiodoro, quem sepelierunt in Basilica Sanctæ Columbæ. Post mortem ejus Hugo Magnus* (pater Hugonis Capeti postea Francorum Regis) *una cum Francis accersito Vuilleimum Archiepiscopum* (nempe Senonensem) *misit illum ad Oginam* (Eginam intelligit) *uxorem Caroli Simplicis, ut inde* (nempe ex Anglia) *reduceret Hludovicum filium ejus. Fugerat enim ad patruum suum Regem Anglorum* (intelligit Athelstanum Anglorum Regem, Eginæ fratrem) *ob timorem Heriberti & Hugonis. Veniensque Vuillelmus Archiepiscopus, datisque obsidibus sub sacramenti titulo Ogina matri ejus, reduxit Hludovicum in Franciam. Igitur XIII. Kal. Jan.* (qui hoc anno in Dominicam cadebat) *unctus est in Regem Hludovicus filius Caroli Simplicis apud Laudunum.* Mortuus est Radulfus seu Rodulfus sine liberis, & annum Regni decimum tertium inchoavit.

V. Epocha regni Ludovici Transmarini ab hoc anno proficiscitur.

Ab hoc anno *Ludovicus Transmarinus* Francorum Rex hujus nominis IV. epocham Regni sui in diplomatis repetit, [2] ut videre est in Bibliotheca Cluniacensi pag. 275. & seq. ubi tria ejus Diplomata referuntur, & apud Mabillonium lib. VI. de Re Diplom. pag. 568. & seq. ubi tria alia exhibet, in quibus anni Regni *Ludovici*, a præsenti desumuntur. Quare non audiendus Bollandus in Notis ad Vitam B. Joannis Abbatis Gorziensis in territorio Metensi, a Joanne Abbate Metensi ejus discipulo scriptam, qui ad n. XLIII. ubi hic Auctor scribit, an. CMXXXIII. partem Franciæ obtinuisse Henricum Germanorum Regem, & Ludovi-„ cum filium Caroli, ait; falluntur ergo qui „ *Lu-*

NOTÆ [1] IN amplissima Vet. Monumentorum Collectione PP. Martene, & Durand. tom. 1. col. 287. *& seq.* Ottonis hujus diplomata quædam occurrunt, ex quibus nonnulla quidem mendi suspicionem admittunt, alia vero quæ sinceriora videntur, nihilque corruptum sive in nota indictionis, sive in aliis præferunt, Ottonis hujus regnum ab hoc anno, sed aliquandiu ante VI. nonas julii diem Henrici emortualem repetunt. Liquet id ex collatione sequentium Diplomatum: *Actum Namuco, sub die IIII. Non. Junii, anno ab Incarnat. Domini nostri Jesu Christi DCCCCXLVI. & regni Serenissimi Ottonis XI. Ind. IIII.* Aliud vero ita inscribitur; *Data IIII. Kal. Junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXI. Indict. III. anno videlicet Regni Serenissimi Ottonis XXVI. Actum Ingilinheim.* Denique huc etiam confert inscriptio Concilii Engilenheimensis in cujus præfatione legitur: *Anno ab Incarnat. Dom. CMXLVIII. Indict. VI. septimo Idus Junias anno Serenissimi Regis Ottonis XIII.* Ex his documentis liquet Ottonem regnum quidem anno 936. incœpisse, sed diu ante VI. Nonas Julii, cum vel ante diem 29. Maii epocham suam exordiatur. Sed & circa ipsum mensem Maium ejusdem anni 936. regnum illud iniisse probant sequentia Diplomata; *Data VI. Non. Maii A. D. DCCCCXLVIIII. Indict. VII. regnante pio Rege Ottone XIII. Actum Aquisgrani. Datum VIIII. Kal. Maii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. Indictione nona, anno Regni Domini Ottonis tricesimo Imperii autem quinto. Actum Quedelingeburg.* Extat Diploma utrumque in Reliquiis Ludevvig tom. 7. p. 420 Profecto si anno 966. die 23. Aprilis trigesimum regni annum agebat Otto, inde inferas licet regnum non cœpisse nisi anno 936. post diem illam Aprilis. An vero huic Epochæ exordium dederit Ottonis coronatio in Regem, ante patris obitum peractam, ignorare me fateor. Quamquam Scriptores omnes veteres, quotquot consului, coronationem hanc post Henrici obitum rejicere videntur. Forte igitur regni sui annos ante patris obitum supputare cœpit Otto, quod ante obitum destinatus a patre in regem fuerit, ut non obscure prodit Author Chronici Regii Abbatiæ S. Pantaleonis Coloniensis vulgatum ab Eccardo in Corpore Historicorum tom. II. Ita enim ibi, pag. 883. *Cum se jam gravari morbo* (Henricus) *sensisset, convocato omni populo, designavit Ottonem filium suum Regem.* MANSI

[2] LUdovicus cognomento *Transmarinus Caroli Simplicis* filius, inunctus & coronatus in regem apud *Laudunum* ab *Artaldo* Remorum Archiepiscopo an. 936. XIII. *Kal. Julii.* Hinc ejus diploma pro monasterio Elnonensi apud Martenium in Collectione amplissima Anecdot. tom. I. pag. 284. in cujus fine; *Gerardus notarius ad vicem Artoldi Archiepiscopi summique Cancellarii recognovit. Datum sub die XII. Kal. Septembris Indict. VIII.* (lege X.) *anno II. regnante Hludovico glorioso rege. Actum monasterio S. Audomari.* De ejus epochis in diplomatibus adeundus Mabillonius Annal. Bened. Lib. XLII. §. L. & lib. XLIII. §. LXV. GEORGIUS

cum Regnum Francorum revertitur, sed quamdiu manserit, quæ suis locis dicentur inferius declarabunt; nimirum per successores usque ad annum Redemptoris nongentesimum octogesimum septimum. Jam reliqua anni hujus videamus.

IV. Obitus Joan. Pap. XI. Leon. VII. subrogatio. Eodem quoque anno moritur intrusus Papa Joannes, Sedis Apostolicæ potius inquinator, quam rector, de quo Frodordus hujus temporis scriptor: *Joannes Papa fratre Alberici defuncto. Leo quidam Dei servus Romæ Papa constituitur.* Hæc ipse, ☞ secundum eorum sententiam, ☞ qui hunc sedisse annos quatuor & decem menses tradunt, cum hunc ad annum sextum pervenisse, ex Frodoardi testificatione hæc spectantis opus sit affirmare.

V. Addit his ista idem Frodoardus eodem anno: *Hugo Italiæ Rex Romam obsessum capere, afflicto suo exercitu fame, & equorum interitu, pacta tandem pace cum Alberico, dans ei filiam suam conjugem, ab obsidione desistit. Repertisque quibusdam fratris sui Bosonis contra se, ut fertur, insidiis, eumdem fratrem suum dolo capit atque in custodiam mittit.* At

PAGIUS „ *Ludovici*, Carolo Simplice nati, cognomento *Transmarini* initium statuunt anno „ CMXXXVI, quo Henricus Auceps Rex „ Germaniæ decessit; cum hic, qui tunc vi„ vebat Auctor, anno CMXXXIII. simul „ regnasse Henricum & Ludovicum scribat. Et sane ad annum CMXXVIII. ita scribit Sigebertus: *Ludovicus in Franciam reversus & licet ærumnose, tamen in regno restitutus, regnat annis XXVII.* Ita Bollandus. Jam enim anno CMXXIX. monuimus, Francos trans Ligerim sitos, qui in Caroli fide persisterant, Acta publica hac formula subscripsisse, *Anno III. quo Karlus Rex obiit, Christo regnante, Regem sperante*, cujus rei Baluzius ibidem laudatus plura alia exempla profert, observatque morem istum notandi annos servatum quoque esse post mortem Radulfi Regis; ut docet Cartularium Monasterii Arulensis, in quo ista leguntur: *Facta ista scriptura condicio IV. Idus Decembr. anno II. quod obiit Radulfus Rex. Christo regnante, Regem expectante.* Hæc formula ab iis usurpata, qui Ludovicum Transmarinum ex Anglia reducem Regem agnoscere nolebant. Præterea in annis Principum memorandis alius sæpe est usus Historicorum, alius Cancellariorum, & ideo Sigebertus ad annum CMXXVIII. tradit, Ludovicum Transmarinum in Regnum restitutum fuisse, quia anno CMXXVI. Caroli Simplicis mortem narravit, & majori errore Ludovici ejus filii reditum post biennium consignavit.

VI. Moritur Joannes XI. PP. Ad num. IV. Flodoardus in Chronico hoc anno scribit: *Leo quidam Dei servus Romæ Papa constituitur*, postquam mortem Joannis XI. retulit. Quare cum Joannes circa diem decimum quintum mensis Martii an. CMXXXI. ordinatus fuerit, & secundum Catalogos fere omnes *annos quatuor & menses decem* Ecclesiam Romanam rexerit, mortuus est initio mensis Januarii hujus anni, postquam annos IV. & menses X. incompletos Ecclesiæ Romanæ præfuisset. Hæc de eo idem Flodoardus in Libello de Roman. Pontif. ubi tamen librariorum errore ei anni tantum duo tribuuntur: [1]

Nato Patricia hinc cedunt pia jura Joanne;
Undecimus Petri hoc qui nomine sede levatur.
Vi vacuus, splendore carens modo sacra ministrans.
Fratre a Patricio juris moderamine rapto,
Qui matrem incestam rerum fastigia merebo
Tradere conantem decimum sub claustra Joannem
Qua dederat, claustri vigili & custode subegit.
Artoldus noster sub quo sacra Pallia sumit,
Papaque obit, nomen geminum fere nactus in annum.

NOTÆ [1] ANno Christi 935. mense *Novembri*, adhuc in cursu erat *annus quintus* Pontificatus *Joannis XI.* Charta in Regesto Sublacensi pag. 96. col. 2. *Anno Deo propitio Pontificat. Domni Johannis summi Pontificis & universalis XI. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli V. Indictione VIIII. mense Nobembrio die prima.* Indictio IX. hic inchoatur a Kalendis Septembris. Ibi *Petrus* filius quondam *Sergii*, seu *Guslitruda* quondam jugalibus cedit, tradit, & vendit terram positam territorio Tiburtino foris portam Salariam in fundo qui vocatur *Sancta Agnes.* Jurant per salutem *Johannis XI. Papæ.*

S U B S C R I P T I O N E S

† Signum manus suprascripto Petro venditore.
† Stephanus in Dei nomine Consul & Dux testis.
† Benedictus consul & Dux testis.
† Roto consul & Dux testis.
† Stephanus consul & Dux.
† Petrus ūm testis.

Ego Stephanus scriniarius & tabellio urbis Romæ complevi & absolvi.

De annis Pontificatus *Johannis XI.* hæc habet catalogus Rom. Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Joannes sedit annos IIII.* GEORGIUS

At de Hugonis Regis Romam adventu, & pace cum Alberico contracta Luitprandus (*a*) pluribus agit. Fuisse autem sequestrem hujus componendæ pacis

(*a*) *Luitp. l. 4. c. 1. 2. 3.*

PAGIUS sed loco *geminum fere nactus in annum*, legendum, *quinum fere nactus in annum*. Joannes nunquam sui juris fuit, sed partim in matris *Marozia*, partim in custodia *Alberici* fratris, qui Patricius erat, & Romæ dominabatur, partim in potestate vitrici sui fuit. Mortuo enim *Vvidone*, senioris Alberici filio cui Marozia Albericum Juniorem pepererat; cum Marozia Hugoni Italiæ Regi Vvidonis demortui uterino fratri nupsisset, dotemque incestus dominium Romanæ urbis attulisset, & novo vitrico minus commode aquam infudisset, *Albericus* Junior impactæ sibi ab eo alapæ contumelia provocatus, Hugonem ab urbe Romana expulit, *Joannem Papam* (qui frater ejus erat) *sub custodia detinuit, matrem quoque suam Marozziam clausam servans, & Romam contra Hugonem Regem tenens*, inquit Flodoardus ad annum CMXXXIII. Porro *Joannem* hoc anno vivere desiisse, & *Leonem VII.* in ejus locum substitutum, cum Flodoardus in Chronico testetur, a se ipso in libello de Rom. Pontif. dissentire non potuit in rebus suo tempore peractis. Quod si *Joannes XI.* geminum tantum annum Ecclesiæ Romanæ præsedisset, ut existimavit Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hist. postquam Flodoardi Versus legit, *Leo* VII. non hoc anno, ut habet Flodoardus in Chronico, sed an. CMXXXIII. Pontificatum suscepisset, quod nullus sibi persuaserit. Inde intelligimus, Librarios, quos in nominibus propriis describendis sæpe lapsos esse observavimus, non solum etiam in numeris, sed & in vocibus eos exprimentibus exarandis dum animo peregrinantur, aut voces ex parte corrasæ sunt, quandoque Auctores corrupisse, aut denique versus quandoque depravasse.

VII. *Ei succedit Leo VII.* *Leo Septimus*, jam mense Januario Ecclesiæ præerat. Mabillonius enim Sæc. V. Benedict. pag. 907. recitat Privilegium ab eodem concessum Sancto *Odoni* Abbati Monasterii S. Benedicti, quod Floriacense dicitur. Eo statuit *Leo* licere monachis aliorum cœnobiorum ubi defecerat disciplina regularis, ad Floriacense sese recipere; quod pariter concesserat Joannes XI. pro Monasterio Cluniacensi, eidem Odoni, ut legere est in prima constitutione Bullarii Cluniacensis. Rescriptum autem Leonis VII. anno CMXXXVIII. emissum his verbis clauditur: *scriptum per manum Theodori Notarii & Subdiacono S. R. E. in mense Januario, Indictione XI. Bene valete. Datum V. Idus Januarii per manum Nicolai Primicerii summa Apostolica sedis, anno Deo propitio Pontificatus Domini nostri Leonis Pontificis & universalis VII. Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli III. in mense & Indictione suprascriptis.* Quod si an. CMXXXVIII. die nona mensis Januarii, jam tertium Pontificatus annum inchoarat, currenti ante eumdem diem Pontifex Romanus proculdubio consecratus fuerat. Mabillonius ibidem recitat alias literas ejusdem Pontificis in fine mutilas, ex quibus dilcimus studium ejus in rem monasticam, & præcipue in S. Benedictum; quem his in literis *egregium Patrem, nostrum dominum beatissimum Benedictum* appellat, ex quibus Vir doctissimus colligit, *Leonem VII.* ante Pontificatum instituto Benedictino fuisse addictum, indeque a Flodoardo citato dici *servum Dei* fuisse, quia eo nomine monachi censeri solent apud Antiquos. Cæterum quantum doloris concepisset *Leo* ex miserabili Ecclesiæ statu, & quam strenue pro collata sibi potestate grassantibus malis mederi conaretur, satis superque utræque literæ probant. Porro si a Leonis VII. initio ad depositionem Joannis X. quæ certo anno CMXXVIII. contigit indeque ad Formosi mortem intermediorum Pontificum annos retrocedendo enumeres, annos menses & dies illis a Catalogis & Antiquis attributos, a nobis nec auctos nec imminutos, & Interpontificia, aut nulla aut brevissima fuisse comperies. [1]

VIII. *Aliqua in chronotaxi Pontificia certissima.* Ex libello porro Flodoardi de Romanis Pontificibus quædam inter alia certo nobis innotescunt. Primum Stephanum Presbyterum, qui anno DCCLII. Pontifex Romanus electus

NOTÆ [1] IN monumentis Regesti Sublacensis *Leo* hujus nominis VII. vocatur VI. quod forte *Leo VI.* qui brevi sedit, inter Pontifices a quibusdam Notariis non recenseretur. Nam ibi pag. 80. ita legitur: *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Leoni summi Pontifici & universali sexti PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli primo, Indict. VIIII. mense Junio die II. Merco religiosus archipresbyter, seu Petronia honesta femina*, nec non & *Andrea* monitalio, *Dominicus & Stephania* honesta femina jugalibus vendunt *Leoni* Abbati S. Benedicti in Sublaco terram sementaricium positam foris portam majorem juris *venerabilis scola cantorum, qui appellatur orfanotrophio.* Jusant per salutem *Leonis sexti Papa.*

S U B S C R I P T I O N E S.

† Merco archipresbyter venditor.
† Signum manu suprascripta Petronia venditrice.
† Andrea in Dei nomine consul testis.
† Signum manu Stephania sig. ✠ fecit.
† Nycalaus in Dei nomine consul & Dux testis.
† Baduano in Dei nomine Consul & Dux testis.
† Petrus in Dei nomine Consul & Dux testia.
† Leo in Dei nomine Consul & Dux testis.
† Romanus in Dei nomine Consul & Dux testis.
Ego Leo Scriniarius & tabellio urbis Romæ complevi & absolvi.

Notæ Chronologicæ initio positæ nempe annus *primus* Pontificatus *Leonis VII.* qui hic di-

cis Odonem Abbatem a Leone Papa vocatum, paulo inferius dicturi sumus. Subiicit vero ista.

Ann. Eccl. Tom. XVI. B *Per*

PAGIUS ctus est, priscis temporibus inter Pontifices numeratum non fuisse, quia nempe nunquam consecratus fuit, & quia Comitia, secus ac censuit Onuphrius, quem Baronius aliique non pauci secuti sunt, licet vera & legitima, sine consecratione non sufficiebant, ut aliquis Pontifex Romanus esset. Quare Flodoardus *Stephanum* secundum numerat, qui vere secundus est, tertium qui tertius, quartum qui quartus, quintum qui quintum inter eos locum tenuit, & sic deinceps; cum contra Onuphrius & Baronius numerorum notas immutarunt, & cum, qui *quintus* v. g. fuit, *sextum* appellarunt, & sic de aliis. Secundo, ex eodem libello manifestissimum fit, *Joannam Papissam*, quam Platina Joannem VIII. appellat, sæculo nono & decimo nondum confictam fuisse, cum a Flodoardo Joannes VIII. appelletur, qui vere inter pontifices ejusdem nominis octavus fuit; & sic deinceps. Tertio, *Basilium*, quem Marianus Scotus Hadriani III. successorem facit, *Agapitum* post Marinum apud eumdem Marianum ac Sigebertum intrusum, ac *Marinum*, cujus mentio in Vita Sancti Udalrici Augustensis Episcopi, dum de iis agitur quæ ante ejus Episcopatum anno CMXXIV. ab eodem Sancto susceptum contigere, esse Pontifices Romanos mere commentitios; cum eorum Flodoardus in suo Opusculo non meminerit. Ac denique antiquos Chronographos male aliquando eorumdem Pontificum ordinem invertisse

NOTÆ veniunt. Ibid. pag. 45. col. 2. habentur eiusdem *Leonis* Pontificis Apostolicæ litteræ *Leoni* Abbati Sublacensi, quibus confirmat donationem castri Sublacensis per *Albericum* Romanorum Principem eidem monasterio factam. Inter cætera legitur: *Igitur quia misericors Albericus compunctus Domini compunctione noster dilectus spiritualis filius & gloriosus Princeps Romanorum*. In fine. *Scriptum per manum Leonis scriniarii S. R. E. in mense Augusto & Indictione supra jam nominata decima. Bene valete.*

Datum IV. Nonas Augusti per manum Nicolai Primicerii summa Apostolica sedis. Anno Deo propitio Pontificatus Domni nostri Leoni summi Pontifici & universale sexti Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli secundo in mense & Indictione suprascripta decima. Ibid. pag. 47. idem *Leo* Pontifex ad preces ejusdem *Alberici Principis* res & bona monasterii ac privilegia Romanorum Pontificum *Nicolai*, & *Johannis* confirmat. In fine. *Scriptum per manum Leoni scrinarii S. R. E. in mense Julio & Indictione suprascripta nona. Bene valete.*

Data V. Idus Julii per manum Nicolai Primicerii summa Apostolica sedis, anno Deo propitius Pontificatus Domni Leoni summi Pontifici & universale sexto Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli primo, in mense .... & Indictione suprascripta nona. Item pag. 51. idem *Leo* Pontifex eidem *Leoni* Abbati bona & res monasterii confirmat. Diploma scriptum est per *Leonem scriniarium in mense Maio & Indictione duodecima*.

Data VI. Kalendas Junias per manum Nicolai Primicerii summa Sedis Apostolica. Anno Deo propitio Pontificatus Domni nostri Leoni summi Pontifici & universali sexti (Alia manu supra scriptum est VII.) *Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli quarto, in mense, & Indictione suprascripta XII.* Hæ notæ referuntur ad A. D. 939. Ibidem pag. 63. hæc adnotantur. *In nomine Domino nostri Jesu Christi. Incipiunt privilegia de S. Herasmo positum in Roma in Calio monte, quod fecit Dominus Leo sanctissimus Sept. PP. cum Domno Alberico glorioso Principe in monasterio Sancti Benedicti qui ponitur in Sublaco in Leone venerabili Abbate ejusdem monasterii.* Sequitur diploma ejusdem *Leonis* Pontificis, quo per *interventum Alberici gloriosi Principis atque omnium Romanorum Senatoris* concedit eidem Leoni Abbati monasterium S. Erasmi in Cælio monte *a præsenti undecima indictione*. In fine.

Scriptum per manum Leonis Scriniarii S. R. E. in mense Februario & Indictione suprascripta undecima. Bene valete.

Data V. Id. Feb. per manum Nicolai Primicerii. Cætera desunt. At ex *Indictione undecima* elicitur, hæc esse alliganda anno Christi 938. Item ibid. pag. 125. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Leoni summi Pontifici & universali VI. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli IV. Indict. XII. mense Aprili die X. Boso Eminentiss. Consul & Dux, filius quondam Theodori Dux, seu Ursa jugalibus vendunt Floro reverentissimo Episcopo Sancta Mantuanensis Ecclesia* (sic) *octo uncias de vinea mannarien posit. Roma regione tertia non longe a Jerusalem juxta muro ipsius civitatis Roma euntibus ad Jerusalem manu leva.* Jurant per salutem *Leonis VI. PP.*

S U B S C R I P T I O N E S.

† Boso in Dei nomine Consul & Dux vendidi & manu mea roboravi.
† Petrus nobili viro testis.
† Badnano nobili viro testis.
† Nycolaus Consul & Dux testis.
† Theophilactus nobili vir testis.
† Silvestro in Dei nomine Consul & Dux testis.

Ego Theophilactus Scriniarius & tabellio urbis Romæ complevi & absolvi.

Notæ chronologicæ adscribendæ sunt A. D. 939. ex *Indictione* XII. quo anno mense *Aprilis*, annus IV. *Leonis VII.* decurrebat. GEORGIUS

VI. Januensis civitas a Saracenis capta.

Per idem vero tempus in Januensi urbe, quæ est in Alpibus Coceis octingentis stadiis a Papa distans super Africanum mare constituta, fons sanguinis largissime fluxit, subsecuturam cunctis patenter ruinam insinuans. Eo quippe anno Pœni cum multitudine classium illo pervenerunt, civibusque ignorantibus civitatem ingrediuntur, cunctos, pueris exceptis ac mulieribus, trucidantes cunctosque civitatis, & Ecclesiarum Dei thesauros navibus imponentes, in Africam sunt reversi. Hæc de his ipse.

VII. Manasses plures sibi vendicat Episcop.

Sed & quod novum immensum malum Dei Ecclesiam deturpare tunc cœperit, præter alia multa, quibus jam sacris silentibus omnino legibus, hoc deplorato sæculo est mirum in modum afflictata, sic narrare pergit: *Hoc in tempore Manasses Arelatensis civitatis Episcopus, agnita Regis Hugonis potentia, a cujus ipse sanguine affinitatis lineam traxerat, deserta commissa sibi Ecclesia ambitionis spiritu, multas violaturus, immo laceraturus Ecclesias, Italiam petiit. Hugo autem Rex se Regnum securius obtinere sperans, si affinitate conjunctis Regni officia largiretur, contra jus fasque Veronensem, Tridentinum, Mantuanam, commendavit illi, seu (quod verius est) in escam dedit Ecclesias.* Qui nec his contentus, Ecclesiam Mediolanensem invasit, ut idem auctor inferius pluribus narrat. Sed, ut aliquo velamento, tamquam ficus foliis, peccatum obtegeret nefarius homo, id se agere exemplo tradebat Principis Apostolorum, qui Antiochenam, Romanam, & Alexandrinam possedisset Ecclesias. Hæc ipsum rude, & inconcinne, temereque garrientem idem auctor Luitprandus, acri (ut par erat) invectiva exagitavit. Qui de eodem homine, Dei ejusque legum contemptore addit, neque his acquievisse, sed Marchiam Tridentinam ab affine Rege obtinuisse, atque armis indutum in ejusdem Regis exercitu militasse.

VIII. Unni Archiep. Hamburgensis obitus. (a) Adam l.2.c.nlt.

Hoc item anno ex hac vita migrat sanctissimus vir ille, decus Saxoniæ Unni Hamburgensis Archiepiscopus, potens opere & sermone, de quo plura superius. Testatur id Adam (a) antiquus Chronographus, de quo ait: *Perfecto autem legationis suæ ministerio, cum tandem redire disponeret, Evangelista Dei apud Bircam ægritudine correptus ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit, anima vero cum multo * animarum triumpho stipata, cœlestis patriæ Capitolium semper lætatura conscendit. Tunc discipuli pontificis exequias ejus cum fletu, & gaudio procurantes, cætera quidem membra sepelierunt eodem loco vel oppido Birca, solum caput reportantes Bremam, quod decenti honore condiderunt in Ecclesia sancti Petri coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in * Scythia ut scribitur anno Dominicæ incarnat. nongentesimo trigesimosexto, indictione nona, circa medium Septembris, hic est annus Ottonis Magni primus, a transitu S. Willeardi primi Episcopi Bremensis centesimus quadragesimus octavus.* Ad hæc autem idem auctor adjicit hanc apostrophem: *Eja vos Episcopi, qui sedentes, gloriæ lucri, ventris, & somni breves delicias in primo Episcopalis officii loco ponitis: respicite, inquam, istum pauperem & modicum sæculi, immo laudabilem magnumque sacerdotem Christi, qui nuper tam nobili fine coronatus, exemplum dedit posteris nulla temporum vel locorum asperitate vestram pigritiam excusari posse: cum per tanta pericula maris, & terræ feroces Aquilonis populos iste pertransiens ministerium legationis suæ tanto impleret studio, ut in ultimis terræ finibus expirans, animam suam pro Christo poneret.* Hæc ipse, juste, digneque, qui, & de ejus in Episcopatu non indigno successore ista subiicit (b):

* al. Angelorum.

* Svetia

(b) Idem l. 2. c. 1.

IX. Adaldagus Archiep. Hamburg.

Adaldagus Archiepiscopus Unni successor, sedit annos quinquaginta tres. Iste est, qui nobis (ut dicitur) Remp. restituit genere illustris, decorus specie, morumque probitate speciosior, a choro sumptus est Hildeneshemensi, consanguineus & discipulus B. Adalwardi Ferdensis Episcopi, cujus tunc vita probata, fama illæsa, & fides in palatio erat cognitissima. Quem ferunt etiam doctrina & miraculis celebrem Slavorum populis eo tempore prædicasse, quo in Scythas Legatus extitit: ejus nimirum opera & testimonio commendatus in curia Adaldagus ferulam pastoralem suscepit a Magno Ottone, pallium sumpsit Archiepiscopalem a Papa Leone Septimo, manus impositionem, sicut prædecessores ejus, a Moguntino præsule. Hæc Adam.

Hoc

PAGIUS

tisse, aut aliquot Pontifices, quod brevi sederint, prætermisisse. Hæc enim Leone VII. sedente, quem Flodoardus Romæ vidit, & sub cujus Pontificatu libellum suum absolvit, notiora erant, quam ut eumdem Scriptorem latere potuerint.

IX. Ad num. VI. Petrus Bibliothecarius in MS. a Papebrocio in Conatu Chronico-Historico laudato, de Joanne XI. verba faciens, ait: *Hujus Joannis tempore, primo anno, fons sanguinis largissime fluxit in civitate Genuensi; forte demonstrans ejus cladem imminentem. Nam eodem anno Saracenis ex Africa venientibus capta fuit, & hominibus ac thesauris evacuata.* Cladem hanc latius narrat Luitprandus, cujus Baronius verba recitat, in lib. 4. cap. 2. Sed quia primus Joannis XI. annus cum anno Christi CMXXXI. coincidit, ea ad illum referenda

Fons sanguinis in civitate Genuensi.

Ad

X. *Odo Abb. Cluniac. Romam vocatus a Leone.* Hoc eodem anno contigit Odonem Abbatem Cluniacensem Romam proficisci, vocatum a Leone Pontifice ob instaurationem monasterii S. Pauli, cum in via visitans servum Dei Adhegium cognovit de unctione Ludovici Francorum Regis, id ipsi revelante S. Martino. Scribit hæc omnia Joannes ejusdem Odonis discipulus, qui eidem Odoni adhæsit, ut ipsemet testatur (*a*) in vita ipsius Odonis, quum post obitum scripsit, ubi hæc in ejus exordio: *Institutus peramus Abbas Cluniacensis, Franciæ, Aquitaniæ, Hispanorum, & Romanæ Urbis cænobiorum dux fuit. Cumque Romam venisset, me miserum terrenis implicatum nexibus offendit, motusque misericordia eam me ad suam traxit reto, ad Ticinense S. Petri monasterium perduxit, &c.* Visum est Leoni Pontifici sanctum virum magnique nominis e Galliis Romam accersire, ut collapsam in Urbe in monasteriis disciplinam monasticam restitueret, inciperetque a monasterio famosissimo S. Pauli.

(*a*) *Joan. in Odon. l. 1. apud Sur. t. 6. die 10. Nov.*

XI. At non ea tantum causa Romam vocatur a Leone Papa Odo, sed etiam ut pacis componendæ inter Hugonem Regem Italiæ, & Albericum Romæ Principem sequester esset. Hoc etenim anno Hugonem venisse cum exercitu ad expognandam Urbem, testis est Flodoardus in Chronico, & Luitprandus, de quibus nuper est dictum. Quod autem spectat ad legationem Odonis, cum Romam ad has componendas discordias a Leone Romano Pontifice vocatus esset, hæc Joannes ejus discipulus & peregrinationis comes (*b*): *Sub eodem tempus a Leone summo Pontifice in Italiam missi sumus pacis componendæ causa inter Hugonem Longobardorum* Italiæ Regem, *& Albericum Romanæ Urbis Principem*. Et inferius de obsidione Urbis: *Cum Romuleam Urbem propter inimicitias, quæ erant cum Alberico Principe, Hugo Rex, cujus ante meminimus, obsideret: vir sanctus & intra & extra Urbem discurrens, hortabatur eos ad mutuam pacem, Regisque furorem sedare, & Urbem obsidione liberare connitebatur*. Quod, ut dictum est, eo modo transactum est fœdere nuptiarum, data filia Hugonis Regis Alda nomine in conjugem Alberico, ut Luitprandus testatur. Recenset idem Joannes complures sancti viri tum in via, tum in Urbe præclare res gestas, quibus ingentis charitatis atque humilitatis specimen haud vulgare dedit, e quibus sat erit hic unum vel alterum exemplum intexere:

(*b*) *Idem l. 2. apud Sur. t. 6. die 18. Nov.*

Interim accidit (inquit) *ut eundem illum juxta beati Andreæ Apostoli monasterium, quod Clivum Scauri vocant, rusticus quidam cum propter aquæ lagunculam eum occidere meditaretur (ut enim Scriptura dicit: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter) ille more suo nulli nocens, nihilque mali suspicans, demisso gradiebatur capite. In tantum enim ille studiosus erat observandæ regulæ, ut longo usu ubicumque esset, sive stans, sive ambulans, aut sedens, semper inclinato esset capite, fixoque in terram vultu. Quod quidem in causa fuit, ut a quibusdam a tempore conversionis suæ, per jocum appellatus sit fossorium. Cum autem fos-* XII. *Odonis Ab. Rom. existentis egregia facta.*

PAGIUS X. *Prima profectio Romana S. Odonis.* Ad num. X. & seqq. *Sancti Odonis* Abbatis Cluniacensis secundi ardens in res divinas studium, intra monasteriorum latebras non se se continuit. Eum enim in Italiam accivere semel & iterum Romani Pontifices, ut afflictis rebus prudentia & auctoritate sua consuleret. Primæ ejus Romanæ profectionis causam his verbis indicat Flodoardus in Chronico ad hunc Christi annum: *Hugo*, inquit, *Italiæ Rex Romam nisus capere, afflicto suo exercitu fame & equorum interitu, pacta tandem pace cum Alberico, dans ei filiam suam conjugem, ab obsidione desistit*. Quare Baronius recte hoc anno scribit, *Odonem* a Leone VII. accersitum fuisse; cum tunc Hugo Rex filiam suam (quam *Aldam* vocat Luitprandus hujus temporis Scriptor) Alberico in matrimonium dederit, sicque a Romæ impugnatione destiterit. In procinctu quippe Romani itineris *Odo* Adhegrinum invisit, & ex revelatione Sancti Martini Episcopi Turonensis, qui Adhegrino apparuerat, didicit Ludovici Transmarini unctionem, hoc anno peractam.

XI. *Gesta ab eo Romæ.* Id itaque itineris *Odo* duplicem ob causam suscepit. Prima, ut cum *Alberico* Principe, qui Consulari potestate Romam cum matre Marozia administrarat, reconciliaret *Hugonem* Italiæ Regem, apud quem magnam ipse gratiam obtinebat, ut patet ex tribus privilegiis, quæ Hugo in Odonis gratiam a Romanis Pontificibus impetravit, nempe a Joanne XI. Leone VI. & Leone VII. Altera, *ut monasterium intra Ecclesiam B. Pauli Apostoli, ut olim fuerat, reædificaret, cogente domno Papa, & universis ordinibus sacra sedis*, inquit Joannes in Vita Odonis lib. I. num. XXVII. Ad id tempus Baronius & Mabillonius referunt quod in lib. II. num. IX. Joannes in hunc modum scribit: *Tempore præterito, dum Romuleam urbem ob inimicitiam Alberici jam fati Principis prædictus Hugo Rex obsideret, cœpit ille intra extraque discurrere, & pacis concordiæque monita inter utrosque disseminare quatenus posset furorem prædicti Regis sedare, & prædictam urbem tueri a tanta obsidione. Interea quadam die dum juxta monasterium B. Andreæ Apostoli iret, quod ad clivum Scauri dicitur an nomine, quidam rusticus voluit eum propter laguneulam aquæ occidere*. Rusticum Albericus nisi ab Odone prohibitus fuisset, morte mulctasset; tanta erat non solum Hugonis; sed etiam Alberici in Odonem veneratio. De secunda Odonis profectione Romana anno CMXXXVIII. quo de ea Baronius agit, differemus.

Hoc anno *Pontius* Comes Tolosanus hujus no- XII.

fur ille caput ejus ictu appeteret, quotquot juxta illam viam erant, clamoribus editis ejus manus cohibuerunt. At Pater mitissimus nescio quos denarios mutuo acceptos ei dono dedit, beneficium pro maleficio reddens. Ubi vero Princeps memoratus id comperit Albericus, manus illi amputare voluit, sed vir pius admodum obnoxie pro illo deprecans misero veniam impetravit. Hæc tunc sanctus Odo. Sed pergit auctor:

XIII. *Et ad multorum, & ad vestras aures pervenit, quid cuidam furi Pater noster Odo, non ita pridem Romam veniens fecerit, quod tamen mihi annotare libet, non tam ut vestra industria innotescat, quam ne in oblivionem obeat, si non sit litteris commendatum. Premoniente igitur illo intra Urbem orationis causa, visum omnibus fuit, ut frater noster Godefridus in agrum mitteretur equorum pastoribus invigilaturus. Eadem nocte somno oppressis pastoribus, & Godefrido in precibus vigilante, fur affuit, raptumque conscendit equum, & fugam iniit. Videbat id quidem Godefridus, sed equum perdere maluit, quam frangere silentium ex regula constitutam, quod si rupisset, fur ille mox relicto equo, in pedes,* nempe in fugam, *se conjecisset. Attamen unum e pastoribus excitans, id quod fiebat, signis ei indicabat. Nocte exacta, mane videat furem non procul remotum cum equo consistere. Itaque comprehensum illum, injectis vinculis ad Patrem Odonem remittunt. Is vero mox quinque solidos argenteos ei dari jubet, dicens: Fas non est absque justa mercede dimittere, qui tota nocte magnos esset perpessus labores. Postea vero, cum Deo trahente, monasticum essem amplexus institutum, & deinde fratres me esse suum Priorem voluissent, sæpe illum furem mihi indicabant, & quod filius esset molendinarii nostri, qui quoties pater ejus venisset contra ipsorum voluntatem, solidos illos repetere me cogebant.* Hæc & alia plura Joannes, qui ab eodem Odone, restituto monasterio S. Pauli, eidem præfectus est Abbas. Quando vero iterum contigit Romam reverti post biennium, suo loco dicturi sumus.

An-

PAGIUS *Fundatio monasterii S. Pontii.* nominis primus, & *Garsindis* ejus uxor, celebre monasterium *Thomeriense*, a villa in qua situm fuit, sic appellatum, in honorem S. Pontii Martyris in Occitania fundarunt, & multis bonis locupletarunt, ut patet ex instrumento fundationis a Catello lib. 1. Comitum Tolos. cap. 14. recitato, quod his verbis clauditur: *Facta donatio ista in mense Novembris anno CMXXXVI. divinæ Incarnationis, primo anno Ludovico Rege sedem regni ejus gubernante.* Qua ex subscriptione, ut id obiter observem, confirmatur quod mox diximus, Ludovici, nempe Transmarini, annos a præsenti in Actis publicis deductos fuisse. Habuit hoc Monasterium Abbates nominatissimos quorum crebra mentio tam in Gallicis quam in Hispanicis Historicis. Joannes Papa hujus nominis XXII. S. Pontii Abbatiam ab Episcopatu Narbonensi divisit, eamque in Episcopatum erexit.

I. ANnus sequitur Redemptoris nongentesimus trigesimus septimus, Indictione decima, clade Ungarica in Italiam illata memorabilis, præcipue vero Campanis de qua ista habet Leo Ostiensis (a): *Indictione decima venientes innumerabiles Ungari omnia circa Capuam prædati sunt. Eadem vero Beneventi fecerunt, Sarnum usque ac Nolam discurrentes, & devastantes omnia peragrantesque Liburiam, iterum Capuam reversi, diebus duodecim in campo Gariliano commorati sunt. Quo scilicet tempore multos ex hominibus nostrie Cassinensis scilicet monasterii captivos duxerunt. In quibus redimendis ea expendimus quæ infra notantur: Coronam argenteam magnam cum catenis argenteis, pocula argentea quatuor, thuribulum argenteum inauratum, cochlearia argentea tria ponderis libræ, turenos viginti, planetam diarodinam, Byzanteorum viginti, planetam aliam cum listis argenteis Byzanteorum sexdecim, planetam aliam cum leonibus, ulnas de pallio longitudine passuum quatuor latitudine palmorum trium, pannum altaris diarodinum pro Byzanteis octo, æstiales tres pro Byzanteis tredecim, Astaucae duas pro Byzanteis octo pulvinaria serica tria pro Byzanteis decem. Et inde victoria elati, onusti præda, Marsorum fines ingressi sunt, & eadem facere cœperunt, incendentes & depopulantes omnia. Nutu igitur Dei, Marsi ac Peligni in unum convenientes, in eos dispositis insidiis irruunt, & omnibus fere trucidatis ingentem prædam retulerunt. Quicumque autem ex eis evasere Marsorum gladios, fuga delapsi ad suos se receperunt.* Hæc de Hungaris Leo.

(a) Leo Ost. lib. 1. c. 58.

Ungari Campaniam invadunt.

Quo pariter anno alia pars eorumdem invadens Gallias, ingentem cladem intulere, de qua ista admiratione digna Frodoardus hoc anno habet: *Cœli pars ardere visa est, & Ungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam insecuta est, qua villæ & agri depopulati, domus, basilicaque conflagrata, captivorum educta multitudo, nonnullas tamen Ecclesias, ignibus applicitis, non valuere succendere. Ecclesiam S. Mariæ apud Rhemos, duabus etiam segetum metis, quæ parietibus pene ipsios quibus inhærebant excustie, incendere nequiverunt. In Ecclesia beati Basili, cum quidam Ungarorum ascendere super altare nitens, aræ manum applicuisset, ipsa manus ejus altaris inhæsit lapidibus, nec omnino quivit avelli, donec cæteris Ungaris aræ saxum circa ipsam manum incidentibus partem lapidis, qui manui ejus inhæserat, in admirationem omnium, perferre conatus ethnicus. Quidam presbyter de Bavonis Curte (sic enim villa vocatur ejus Ecclesia) nomine Adalgarius captus est ab eis, & adductus usque ad pagum Bituricensem. Qui cum esset in vinculis & compedibus ferreis, noctu visio cuidam concaptivo apparuit, jussumque est, ut diceret eidem presbytero, quatenus fugam caperet, ut fere solutum videret, pariterque cum visione catena ipsius reserata est. At ille mortem metuens, quam barbarus ille sæpe minabatur, si eum de fuga forte reprehendisset: catena sibi pedes revinciens, & seram, quæ exilierat in compede, requirens, iterum munire sibi sera studuit vincula, non ausus evadere fuga. Nocte altera iterum visio memorata facta est captivo, quæ presbyterum ad eam-* II.

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hisp. CMLXXV.

Anno Hegiræ CCCXXVI. inchoato die 8. Novemb. fer. 4.

A. C. 937.

I.

Irruptio Hungarorum in Italiam & alias regiones.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6430.

☉ 22. A. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 937.

LEONIS VII. PAPÆ 2.

CONSTANTINI VIII. IMP. 26. cum Romano Imp.

ANum. I. ad IV. Italia ab Hungaris *indictione decima*, hoc scilicet anno, ut Baronius ex Leone Ostiensi quemadmodum Gallia, ut ex Flodoardo in Chronico Baronius narrat devastata. De hac clade Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam scribit: *Ungarii per Bajoariam Alamanniamque & Orientalem Franciam prædis, gladio, igneque furendo vagantes transito Vuormatia Rheno, Alsatiam, Regnum Lotharii*, (idest Lotharin-

giam), *& adjacentes usque ad Oceanum Gallias vastantes, per Burgundiam, Italiamque tandem in Pannoniam redierunt: monasteria S. Bonifacii, Sanctique Galli incendio conflagraverunt.* Witichindus lib. 2. quid tunc egerit Otto Germaniæ Rex, paucis verbis explicat: *Antiqui hostes Hungari venere virtutem probare novi Regis. Intrantes autem Franciam, statuerunt, si possent, ab occidentali plaga invadere Saxoniam. Rex autem audiens nihil moratus, cum exercitu valido occurrit illis, fugavitque & a terminis suis abegit.* Et idem Historicus in fine libri tertii recitat literas Ottonis Imperatoris hujus nominis II. & Ottonis M. morte narrata subdit: *Hujus anno primo, qui est a Dominica Incarnatione CMXXXVII. Ungari Franciam & Alemanniam, & Galliam usque ad Oceanum, Burgundiamque devastantes per Italiam redierunt. Monasteria S. Galli & S. Bonifacii cremantur.*

II. Clarius in Chronico Sancti Petri Vivi, postquam de coronatione Ludovici Transmarini ver-

eamdem fugam roboraret, iterumque vincula ipsius resoluta sunt. Animatus ad id tunc tandem presbyter fugam petiit, & in palude quadam diebus aliquibus latens ubi prætersisse barbaros comperit, patriam tum demum repetit.

III. *Is nobis retulit quod viderit in eadem hac captivitate quemdam Orbatensis cœnobii monachum, nomine Hucbaldum, quem frequenter ethnici trucidare voluerunt, nec carnem ejus incidere valuerunt: Deum ergo eum esse dicebant. Equidem (ut hic presbyter refert) nudum eum vidit in medio positum, & sagittis undique appetitum, nec summotenus saltem cute præcisa vulneratum: resiliebant enim ab ejus corpore, ut ab adamante, recisæ sagittæ, nec signum ictus ullum ejus apparebat in cute. Sed & gladio cum omni conatu eum nudum, se vidisse percuti dicit, ac nihilominus caro ipsius intemerata permansit.* Hæc miranda satis Frodoardus de captivis detentis ab Ungaris.

IV. Aquisgrani ungitur Otto Rex. Eodem anno Aquisgrani conventus generalis habetur Regni procerum, & Episcoporum, in quo Otto in fine anni superioris a patre relictus Regni hæres, novis comitiis confirmatur, & ab Archiepisc. Mogontino sacris ritibus ungitur. Hæc autem quomodo se habuerint, ita Witichindus ejus temporis scriptor enarrat (a): *Defuncto itaque patre patriæ & Regum maximo optimo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum jam olim designatum Regem a patre filium ejus Ottonem eligit sibi Principem. Universalis electionis notantes locum, jusserunt esse ad Aquisgrani palatium. Est autem locus ille proximus Julo, a conditore Julio Cæsare cognominato. Cumque illo ventum esset, Duces ac præfectorum principes, cum cætera principum militumque manu congregata in xysto basilicæ magni Caroli cohærenti, collocaverunt novum Ducem in solio itidem constructo, manus ei dantes ac fidem pollicentes, operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum Regem. Dum ea geruntur a Ducibus ac cætero magistratu, Pontifex maximus (ita auctor nominat præcipuum illorum Antistitum Archiepiscopum Moguntinum) cum universo sacerdotali ordine, & omni plebe infra in basilica præstolabatur processionem novi Regis.* (a) Witik. lib. 2.

Quo

PAGIUS. Varia Gallicarum urbes ab Hungaris afflicta. verba fecit, de clade Gallica hæc refert: *Secundo anno post hac XVI. Kal. Martii a gallorum cantu usque ad lucem dosi sanguineæ acies per totam cæli faciem apparuerunt. Sequenti autem mense IX. Kal. Aprilis Hungari adhuc in Paganismo perdurantes, Franciam, Burgundiam, Aquitaniam ferro & igne depopulari cœperunt. Pervenientes autem Senones civitatem incenderunt cœnobium Sancti Petri, vastantes omnem provinciam. Cernens itaque Sanson Abbas & Monachi malum hoc grande, consilio accepto detulerunt corpora sanctorum Sabiniani & Potentiani cum cæteris sanctorum corporibus, & Reliquiarum pignoribus, cum magno honore in Ecclesiam ejusdem Abbatiæ infra muros urbis constructam in honore Sancti Petri. Relictum vero est corpus S. Serotini in Crypta retro altare S. Petri. Vastantes igitur Pagani cunctam provinciam redierunt ad propria incenso cœnobio S. Petri, remanente ibi solummodo Oratorio S. Serotini, quod minime potuerunt incendere.* Falco Trenorciensis Monachus in Chronico Trenorciensi tradit, tunc Trenorchium cum monasterio Hungaros incendisse. Hanc Hungarorum irruptionem cum præsenti anno etiam alligant Marianus Scotus & Continuator Reginonis.

III. Alia Hungarorum in Galliis devastatione. Inter alia monasteria, quæ tunc combusta fuere, Chronographus Besvensis meminit monasterii ejusdem nominis a Clotario II. in Episcopatu Lingonensi fundati, aitque: *Anno DCCCCXXXVI. incarnat. Verbi venerunt Hungri in Burgundiam mense Julio. Iterum anno DCCCCXXXVII. incarnat. Verbi Ludovvico filio Caroli uncto in Regem, & nondum eo anno evoluto, Hungri venientes per Franciam & per Burgundiam atque Aquitaniam, devastaverunt omnia: quæ vastatio in tantum huic loco obfuit, ut per LI. annos* (legendum XLV, ut numeranti patet) *usque ad annum scilicet incarnat. Verbi DCCCCLXXXI. quo domnus Bruno Lingonensis Ecclesiæ præficitur Episcopus, respirare ad priorem statum nequiverit.* Ita ille pag. 533. Tom. I. Spicilegii Dacheriani, qui jam pag. 429. scripserat, *Brunonem*, postquam creatus est Episcopus, videntem statum monasterii Besvensis & Abbatiæ Sancti Benigni Divionensis in ambiguo positum, adiisse *Sanctum Majolum* Cluniacensem Abbatem, ut ejus auxilio interius religionem, & exterius possessiones repararet in melius, a quo duodecim monachos obtinuit. Cumque *Majolus* huic monasterio præesse non posset, industria ejus locis aliis intenta, *Vuillelmum* hujus monasterii gregi præfecit qui postea Abbas Divionensis nuncupatus mira sanctitate enituit, ut suo loco diximus. Bruno vero *ubique investigans ablata restituebat, & de suo jure quodcumque necessarium & utile eis foret, libenti animo tribuebat*, inquit idem Chronographus.

Ad num. IV. & seqq. Rotgerus, qui Vitam Sancti Brunonis Ottonis Germaniæ Regis fratris ac Coloniensis Episcopi scripsit, & Folcmaro Archiepiscopo Brunonis successori dicavit, cap. VI. ait: *Postquam pater ejus, fundato & ad unguem pacato imperio, rebus humanis concessit, Ottho filius ejus major natu, benedictione Domini unctus, & oleo lætitiæ unctus, magna voluntate & consensu Principum regnare cœpit anno ab incarnatione Domini nongentesimo tricesimo septimo, vir, in quem Spiritus Dei donum contulit singulare veritatis & fidei.* Ex his verbis Baronius colligit, Ottonem Regni sui annos a coronatione sua repetiisse, hancque præsenti anno peractam. Verum Rotgerus indicat tantum *Ottonem* hoc anno in pacifica Regni possessione fuisse, non vero ab eo annos suos deduxisse. Ejus Diplomatum subscriptiones hanc difficultatem certo dirimerent, nisi in iis nume- IV. A quo Christi anno Otto Regni sui epocham deduxerit.

V. *Quo procedente, Pontifex obvius læva sua dexteram tangit Regis, suaque dextera lituum gestans pastoralem videlicet baculum, lineu indutus stola, planetaque infulatus, progressusque in medium usque fani, substitit: & reversus ad populum, qui circumstabat, (nam erant de ambulatoria infra supraque in illa basilica in rotundum facta, quo ab omni populo cerni posset): En, inquit, adduco vobis a Deo electum, & a domino rerum Henrico olim designatum, nunc vero a cunctis Principibus factum Regem Ottonem. Si vobis ista electio placet, dexteris in cælum elevatis, significate. Ad hæc omnis populus dexteras in cælum levans cum clamore valido imprecati sunt prospera novo Duci. Proinde procedit Pontifex cum Rege, tunica stricta more Francorum induto, pone altare, super quod insignia regalia posita erant, gladius cum baltheo, chlamys cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate. Eo quippe tempore erat summus Pontifex, nomine Hildebertus, Franca genere, Monachus professione, nutritus & doctus in Fulda monasterio, & ad id honoris merito progrediens, ut pater ejusdem loci constitueretur, deinde summi Pontificatus Moguntiacæ sedis fastigium promeruisset. Hic erat vir miræ sanctitatis, & præter naturalem animi sapientiam, litterarum studiis satis clarus, qui inter cætera gratiarum dona, spiritum prophetiæ habuisse prædicatur. Et cum quæstio esset Pontificum in consecrando Rege, Trevirensis videlicet & Coloniæ Agrippinæ: illius quia antiquior sedes esset, & tamquam a B. Apostolo Petro fundata; istius vero, quia ejus ad diœcesim pertinebat locus: & ob id sibi convenire arbitrati sunt hujus consecrationis honorem. Cessit tamen uterque eorum Hildeberti cunctis nota almitati.*

Ipse autem accedens ad altare, & sumpto inde gladio cum baltheo conversus ad Regem: Accipe, inquit, hunc gladium, quo ejicias omnes Christi adversarios, barbaros, & malos Christianos, auctoritate divina tibi tradita omni potestate totius imperii Francorum ad firmissimam pacem omnium Christianorum. Deinde sumptis armillis ac chlamyde, induit eum: His cornibus, inquit, humitenus demissis, monearis, quo zelo fidei fervore, & in pace tuenda perdurare usque ad finem debeas. Exinde sumpto sceptro, baculoque: His, inquit, monitus paterna castigatione subjectos corripias: primumque Dei ministris, viduis ac pupillis manum misericordiæ porrigas, numquamque de capite tuo oleum miserationis deficiat, ut in præsenti, & in futuro sempiterno præmio coroneris, perfususque illico oleo sancto, & coronatus diademate aureo ab ipsis Pontificibus Hildeberto & Vvigfrido, ac omni le- VI.

PAGIUS meri mendose plerumque descripti essent, saltem apud Goldastum Tom. III. Constitut. Imperial. pag. 303. & seqq. ac apud Mabillonium Sæc. V. Benedict. variis in locis. Meibomius tamen in fine Historiæ Witichindi inter varia in quibus menses vel numeri corrupti; aliqua refert quæ certo rem evincunt, ut ibidem legere est. Cæterum in annis Regum & Principum exprimendis Historicos & Cancellarios aliquando differre, jam superiori anno notavimus.

V. *Moritur Rodulfus II. Burgundiæ Rex.* *Ipso anno Rudolfus Burgundiæ Rex defunctus Agauni apud Sanctum Mauritium sepultus est. Filius ejus Conradus regnum pro eo suscepit,* [1] inquit Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam, cui Continuator Reginonis, & Flodoardus in Chronic. suffragantur. Est is Rodulfus hujus nominis secundus, *cujus viduam nomine Bertham Rex Hugo, Aldæ Lotharii Regis filii sui matre defuncta maritali sibi conjugio sociarat*, idest, sociavit, inquit Luitprandus lib. 4. cap. 6. Suscepit ex Bertha uxore Conradum *Pacificum* appellatum, qui ei in Regnum successit, *Burchardum* Episcopum Lausanensem & postea Archiepiscopum Lugdunensem, *Rodulfum*, cujus successio ignota, & *Adelaidem* primum cum Lothario Italiæ Rege ac prædicti Hugonis filio, & postea cum Ottone Germaniæ Rege in matrimonio collocatam. Supersunt varia Diplomata Conradi in quibus modo se Regem *Alemannorum* vel *Alemandorum*, & *Provinciarum*, aut Regem *Alemannorum* & *Provinciæ* appellat, ob partem scilicet Sueviæ, quam obtinebat, & quia tunc Provincia jam in duas divisa erat, quarum altera ultra Druentium *Comitatus Forcalqueriensis* appellata, alteraque intra eumdem amnem & mare Mediterraneum posita. Sub-

NOTÆ [1] Conradus cognomento *Pacificus Rodolpho* Burgundiæ regi successit, ut ex Pagio liquet. Apud Martenium in Collectione amplissima Anecdot. tom. I. pag. 323. habetur Placitum coram *Vvillelmo* Provinciæ Comite. *Actum Arelate civitate, publice. Facta notitia ista XIII. Cal. Septembr. anno XXXI. regnante Conrado rege Alamannorum, vel Provinciarum.* Rodulphus II. ex Clario monacho obiit Antissiodori an. 936 die XIX. Kal. Februarii & in Ecclesia monasterii S. Columbæ sepultus est. Itaque *Conradus* ejus filius ei successit in regno Burgundiæ Jurensis. Annus ergo XXXI. regni in hac notitia prænotatus est A. D. 968. Vide de obitu Rodulfi Mabillonium in Annalibus Benedictinis lib. XLIII. §. LXV. & similia de ejus obitu habet Chronotaxis in Codice Reginæ Suecorum 755. ad an. 936. *Conradi* alias chronologicas, epochas in chartis veteribus vide apud auctores Historiæ Occitaniæ nuper Parisiis editæ in Notis ad tom. II. pag. 556. & seq. GEORGIUS

legitima consecratione completa, ab eisdem pontificibus ducitur ad solium, ad quod per cochleas ascendebatur, & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas constructum, unde ipse omnes videre, & ab omnibus videri posset. Divina inde laude dicta, sacrificioque solemniter celebrato, descendebat Rex ad palatium, & accedens ad mensam marmoream regio ornatam apparatu, resedit cum Pontificibus & omni populo, Duces vero ministrabant. Hucusque de sacra Ottonis Regis Inauguratione tunc facta. Et quidem divina per sacrum hujuscemodi ministerium unctionis perfusus gratia, barbaros ingruentes nullo ferme negotio superavit, & civilibus armis sæpe circumseptus, & obrutus victor semper evasit, ut pluribus docent ejus temporis scriptores, qui

PAGIUS VI. *Moritur Arnolphus Dux Bajoariæ.*

Subdit Hermannus: *Arnolfo etiam Bajoariæ duce mortuo, Ducatum ejus Bertolfus accepit. Bajoarii cum multis aliis Ottoni Regi rebellant.* Tres filios reliquit Everhardum, Arnulfum & Hermannum, qui Principatum velut hæreditario jure ad se devolutum contempta Ottonis Regis auctoritate sibi vendicabant. Otto Bertolfum defuncti fratrem compertæ fidei, regere Bojoariam jussit, & Arnulfi filios ac alios factiosos tandem ad obsequium reduxit, uti narrat Witichindus lib. 2. qui in calce Libri tertii de rebus hoc anno gestis verba faciens inquit: *Rudolphus Rex Burgundiæ & Arnoldus Dux Noricorum obierunt.*

VII. *Jus Metropoliticum a civitate Salisburgensi ad Laureacensem translatum.*

Tom. IX. Concil. pag. 595. refertur Epistola Leonis VII. ad *Gerhardum Laureacensem Episcopum*, qua ei Pallium mittit, ex qua intelligimus, Ecclesiam Laureacensem dignitatem Metropoliticam Leone VII. Ecclesiam Romanam regente recuperasse, eamque a Salisburgensi Ecclesia ad Laureacensem translatam esse; quod confirmat altera ejusdem Pontificis Epistola ibidem recitata, dataque *Regibus, Ducibus Episcopis*, *Abbatibus, Comitibus, pari etiam modo Egilolpho Juvavensi, Isingrimo Ratispanensi, Lantberto Frisingensi, Vulfhardo Sebonensis Ecclesiæ venerabilibus Episcopis, & cæteris per Galliam, Germaniam, Bavvariam, Alemanniam commorantibus.* In ea Pontifex Romanus ait: *Gerhardus sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopus causa orationis ad limina veniens Apostolorum, nostram Apostolicam præsentiam visitare, & benedictionis gratiam a nobis percipere sollicite studuit; multa quæ reprehensione digna sunt, nostris auribus lacrymosis vocibus intimavit: tota cordis intentione a nostra Apostolica auctoritate, de his quæ contra canonum regulam & decreta majorum in vestris geruntur provinciis, quærens consilium, &c. De quibus ergo Apostolicam sedem consuluit, & qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices vobis intimare curamus.* Et postquam ad Gerhardi consultationem sigillatim respondit, subdit: *Præter hæc Eberhardo duci Bavariorum nostra auctoritate injungimus, ut præfato Gerhardo Archiepiscopo in omnibus auxilium præstet.* [1] Quibus ex verbis apparet, hanc Epistolam currenti anno datam; cum *Everhardus*, qui Ducis titulum nomenque sibi attribuebat, anno proximo ab Ottone Rege in exilium actus fuerit, ut dicemus anno sequenti.

VIII. *Celebris victoria Æthelstani Regis Angliæ.*

Anno CMXXXVII. Hyberniensium multarumque insularum Rex Paganus Anlafus a socero suo Rege Scotorum Constantino incitatus ostium Humbræ fluminis valida cum classe, idest, cum DCXV. navibus ingreditur; cui Rex Athelstanus, fraterque suus Clito Edmundus in loco, qui dicitur Brunanbuech cum exercitu occurrerunt, & prælio a principio diei in vesperum tracto quinque Regulos, septemque duces quos adversariis sibi in auxilium conduxerant, interfecerunt; tantumque sanguinis quantum antehac in Anglia nullo in bello fusum est, fuderunt, & Reges Anlafum & Constantinum, Regem quoque Cumbrorum ad naves fugere compulerunt, magnoque cum triumpho reversi sunt, inquit Hovedenus part. 1. pag. 422. cui aliqui alii Scriptores Anglici consentiunt. *Non fuit bellum hac in tellure majus patratum, nec cædes tanta præcessit istam; postquam huc venerunt trans mare latum Saxones, & Angli, Britones pulsuri*, inquit Huntindoniensis pag. 355. Ante pugnam *Ethelstanus* immunitatem promisit monasterio sancti Joannis de Beverlaco, si Dominus daret ei victoriam, & post victos Danos multis & magnis immunitatibus locum dotavit, & asyli jus concessit, ut videre est apud Alfordum hoc anno, ubi fuse de hac victoria agit. Uterque tamen Chronographus Saxonicus, & Osbernus seu Eadmerus in Vita Sancti Odonis tunc Episcopi

NOTÆ [1] GErhardus Laureacensis Archiepiscopus a Leone VII. pallio quidem donatus fuit, ut optime Pagius animadvertit. Sed non ideo metropolitica dignitas Salisburgensi ecclesiæ subtracta fuit. In Continuatione enim Spicilegii Lunigiani pag. 176. recitantur literæ Agapiti, qui anno 946. Marino II. successit ad Gerardum archiepiscopum Lauriacensem, in quibus certiorem se factum asserit Pontifex ab Hademaro abbate Fuldensi de dissidio quod inter eundem Gerardum & Heroldum Salzburgensem archiepiscopum intercesserat, *pro utriusque suscepta in provincia eadem pallii auctoritate.* Quibus componendis primo omnium Pontifex exequi se ait *statuta Leonis Papæ*, a quo Gerardus *pallio & privilegio donatus fuit.* Quapropter, addit, te *reinthronizamus, & archiepiscopamus, denuoque tibi pallium cum præsenti præcepto ferendum usum prius concessum, successoribusque tuis perpetuum tenendum* tradimus. Tum ad componenda dissidia metropolim ita dividit: *Heroldo archiepiscopo occidentalis Pannonia cura committitur; tibi autem* (Gerardo scilicet) *orientalem Pannoniam, regionemque Avarorum, ac Maaharorum, sed & Sclavorum, qui modo Christiani, vel adhuc per baptisma Christo lucrandi sunt.* Ex his literis, nulla temporis nota distinctis intelligimus literas illas Leonis VII. de restitutione archiepiscopatus Laureacensis, ad Agapitum usque executione caruisse id forte Heroldo impediente. Sub Agapito vero metropolim Salzburgensem in provincias geminas divisam fuisse, quarum alteri Laureacensis, alteri vero Saltzburgensis præfuit. MANSI

qui res ab eo præclare gestas sunt prosecuti Witichindus & Luitprandus. Ab hoc igitur anno, quo in Regem unctus est, cœptum est numerari tempus Regni ejus, ita testante Rotgero (a) monacho in Brunone.

(a) Rotge. in vit. S. Brun. c. 6.

PAGIUS

Se-

pi Schireburnensis, celeberrimum hoc prælium, cui Sanctus Odo interfuit, in annum sequentem differunt. [1]

NOTÆ

[1] Pugnam hanc celebrem vel præsenti anno illigandam esse, vel ad præcedentem anticipandam, neque cum sequenti convenire posse docet Wolstanus monachus sæculi illius Scriptor, in vita S. Ethelvvodi episcopi Vintoniensis in Anglia, quæ ex Mabillonio recitatur in Actis SS. die prima Augusti pag. 90. Ille enim testatur Athelstanum quarto post hanc pugnam anno obiisse. Obiit autem anno 940. Octobri mense, ut Pagius ad eumdem annum num. I. ex Hovedeno notat. MANSI

I. *Victoria ingens adversus Arabes in Hisp. regnantes.*

SEquitur annus Redemptoris nongentesimus trigesimus octavus Indictione undecima, quo die sexta mensis Augusti ipso natali SS. Martyrum Justi atque Pastoris Hispanis in primis solemni, Ramirus Rex Legionensis in Hispania de Arabibus Cordubæ regnantibus, & Africam incolentibus arma simul adversas Christianos Hispanos communicantibus, votis nuncupatis, conciliato numine, Deo favente, victoriam plane ingentem est consecutus, omnium scriptorum genere etiam hostium eam narrantium celebratam. Accidit enim, ut cum iterum copiæ Regis Abderragham tunc Cordubæ regnantis cæsæ ab eodem Ramiro Rege fuissent: ira fremens ille majorem quam umquam antea adversus eum expeditionem parandam curaret, ut acceptas ulcisci omnino posset injurias; quamobrem præter eum quem ipse congregavit ex sibi subditis, ex Africa petitis militibus, collegit exercitum centum quinquaginta millium peditum, equitum vero quinquaginta millium. Sed cum longe numero esset impar exercitus Christianorum, ut cum tanta barbarorum multitudine congredi posset; pius Rex ad divinum implorandum auxilium se convertit, nuncupatisque divinitati votis, aggressus est hostes præviis (ut aliqui tradunt) duobus Angelis equestrium militum formam præseferentibus, quorum ope est parta victoria, cæsis octoginta millibus hostium, ducto captivo Rege Mauro, nomine Abena in Cæsaraugusta regnante, cæteris in fugam conversis & dispersis, ipsoque Rege Abderragham vix elapso, cum paucis profugo Cordubam revertente. Scripserunt hæc Sampyrus atque Tudensis, & ipsi quoque Arabes suis ista Annalibus intexuere. Exactaque temporis multipliciter ratione deducta, id hoc ipso anno accidisse Ambrosius (a) Morales egregie posteris testatum reliquit. His feliciter actis, Deo debitæ persolutæ sunt gratiæ, votaque nuncupata impleta, prout ejusdem Regis diplomata fidem faciunt.

(a) *Ambr. Moral. Chron. Hispan. l. 14. 15. 16.*

II. Porro his addunt nonnulli, qui profe-

PAGIUS SÆC. X.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6431.

⊙ 23. G. ☽ 8. P. 22. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 938.

LEONIS VII. PAPÆ 3.

CONSTANTINI VIII. IMP. 27. cum Romano IMP.

Anno Eræ Hispan. CMLXXVI. Anno Hegiræ CCCXXVII. inchoato die 28. Octob. fer. 1. A.C. 938.

I. *Victoria ad Septimancas de Saracenis reportata.*

ANum. I. ad III. Victoria de Saracenis ad *Septimancas*, oppidum ad Durium fluvium, non longe a Vallisoleto positum, a Ranimiro II. Legionis Rege reportata, qua hac ætate nulla celebrior fuit, ad annum sequentem pertinet, quo eam Calvisius in Opere Chronol. accurate collocavit. Eam Rodericus lib. 5. cap. 7. his verbis, sed non sine errore, ut mox videbimus, narrat: *Post hæc iterum Ranimirus* (legionensis Rex) *contra Cæsaraugustam exercitum congregavit. Abenaia autem, qui inibi Princeps erat*, (seu verius Aben Ahia, non vero Abena, ut Baronius habet, aut Aborahia, ut in codicibus editis Sampiri legitur) *audito quod Ranimirus & Ferdinand. Gundissalvi Comes Castellæ ad invicem concordarant, timuit in immensum. Unde & se ipsum cum terra, Ranimiri subdidit ditioni, mentitus Abderamen Regi Corduba, cui erat subjectione simili obligatus. Rex autem Ranimirus omnes munitiones Regni Cæsaraugustæ, quæ Abenaia resistebant, cædibus & irruptionibus coegit Abenaiæ obedire. Post quæ Ranimiro ad sua reverso, Abenaia proditionis non immemor, fregit pacta & reconciliatus Principi Cordubensi ratus est posse invadere terminos Ranimiri, & agens exercitum pervenit celeriter Septemmancas. Quod audiens Ranimirus, assumpto exercitu processit obvius contra eum, & ibidem adinvicem utroque exercitu dimicante, cæsi Arabes, nec fuga, nec strage, sed victoria caruerunt, & secunda feria, in festo scilicet sanctorum Justi & Pastoris, ex Arabibus usque ad octoginta millia perierunt, & Abenaia proditor fuit captus: cæteri qui evaserant, ad oppidum, quod Alfondega dicitur confugerunt. Ranimirus autem plus sanguine Arabum quam prædiis vel spoliis cupiens satiari, eos viriliter insecutus in castro Alfondega, quo confugerant, comprehendit. Abderamen autem cum paucis fuga comitibus vix abscessit. Tunc fuit Solis eclypsis per unam totam horam diei.*

II. *Ad sequentem annum pertinet.*

Baronius Moralem, uti fatetur, secutus, hoc prælium cum currenti anno alligavit; Morales vero Toletanum exscribit, qui cum in Sampiro hæc verba legisset, *dedit dominus victoriam Regi Catholico* (nempe Ranimiro) *die secunda feria, imminente festo sanctorum Justi & Pastoris* ea sic interpretatus est, *in secunda feria, in Festo SS. Justi & Pastoris*, quod cum die sexta Augusti celebretur, & hoc anno in feriam secundam incidat; inde deduxit hoc prælium die sexta augusti præsentis anni commissum. Sed non animadvertit Vir doctissimus falsam esse Roderici interpretationem. Hæc enim verba, *instat*, *imminet* aliquando quidem tempus præsens significant, sed plerumque *propinquum*, vel proximum esse denotant, & hæc utriusque verbi frequentior usurpatio. Quare non die Sanctorum Justi & Pastoris, sed in eorum vigilia pugnatum. Præterea fallitur Toletanus in eo, quod eclipsim Solarem a Sampiro memoratam post prælium contigisse insinuet; cum tamen Sampirus eam præcessisse diserte asserat: *Postea*, inquit, *Abderrhaman Rex Cordubensis cum magno exercitu Septimancas properavit. Ostendit Deus signum ma-*

sequuti sunt res Hispaniæ, ipsum Arabum Regem Abderragham, hac accepta clade, ubi Cordubam reversus est, magnam adversus Christianos sibi subditos persecutionem excitasse, tuncque passum sanctum Victorem, necnon etiam Euphrosynam pari decorata corona martyrii.

III. Odo Abb. Cluniac. iterum Romam adit, ut eam Hugonis obsidione liberet. Hoc eodem anno (ut ad res Urbanas convertamus orationem) accidit ut Odo Abbas Cluniacensis, qui ante biennium Romam a Leone Papa ad restituendam in monasteriis Urbis collapsam regularem monasticam disciplinam vocatus fuerat: ad liberandam Urbem ab Hugonis Regis obsidione per pacis remedium, iterum Romam veniret, & quas bene plantaverat plantas sanctæ monasticæ institutionis, sua præsentia atque monitione rigaret. Quæ autem tunc contigerint admiratione digna, hic describenda putavi. Qui tunc Romæ aderat ejus discipulus, præfecturamque gerebat monasterii sancti Pauli Joannes, in rebus ab eo præclare gestis a se conscriptis inter alia, quæ ad præsentem annum spectant, hæc habet (a): (a) li.3. c. 10.t.6.Su. 18. Nov. IV.

Ante triennium nobis Romæ apud sanctum Paulum agentibus, Abbas Balduinus rogavit Odonem, ut vitam B. Martini Episcopi, quam Sulpitius in Galli, & Posthumiani dialogo scribit, quibusdam scholiis illustraret: paruit illico vir sanctus, & accito fratre Otbecario, operi manum admovit. Interim dum sunt in opera, pulsatur campana hora vespertina. Mox illi (ut habet regula) relictis illis, quæ in manibus habebant, ad Ecclesiam properant, relicto codice aperto, in loco illo, ubi resederant. Erat autem tunc hiems. Eadem nocte tanta vis imbrium cælo ruit, ut omnis Miracul. de codice.

PAGIUS *magnum in cælum, & reversus est Sol in tenebras in universo mundo per horam unam, Rex vero noster Catholicus hæc audiens illuc ire disposuit cum magno exercitu, & ibidem adinvicem dimicantibus dedit dominus victoriam Regi catholico*, &c. Si Morales Mathematicos consuluisset, nullam hoc anno eclipsim in Hispania apparere potuisse, cum certissimum fecissent, demonstrassentque eclipsim de qua Sampirus, quæque prælium ad Septimancas habitum antecessit. *Salamanca* & in Regno Legionensi visam fuisse die decima nona mensis Julii anni nongentesimi trigesimi noni, paucis ante meridiem horis, ut Calvisius laudatus ex calculo mathematico ostendit. Anno itaque sequenti, non vero anno CMXXXVIII. ad Septimancas pugnatum die quinta mensis Augusti, quæ decima octava erat a die eclipsis Solaris, quæque eo Christi anno in feriam secundam incidit, *feria secunda, imminente festo SS. Justi & Pastoris*, ut loquitur Sampirus, seu vigilia utriusque Sancti, quæ cum die quinta Augusti concurrit. Die quidem decima sexta mensis Aprilis anni CMXXXIV. alia eclipsis Solaris visa, qua Calvisius citatus, indeque aliqui recentes Scriptores Hispani hoc prælium ad eum annum retraxere, sed præfatæ temporariæ notæ in annum CMXXXIX. melius conveniunt; eclipsis enim tunc visa magna fuit ac quatuor digitorum, quod de alia dici non potest, ut ex supputatione Calvisii intelligimus.

III. *Juxta Arabici Scriptoris testimonium.* Ad hæc Lupus Protospata in Chron. nulla eclipsis anni CMXXXIV. mentione facta, de posteriori habet: *Anno DCCCCXXXIX. obscuratus est Sol, & apparuerunt stellæ mense Julio, astante tres feria III.* (hæc verba corrupta, legendumque feria VI.) *ad horas tres, Luna XXIX.* juxta numerum aureum. Verum Anonymus Andalusianus annum hujus victoriæ, quæ in maximum Ecclesiæ Hispanicæ bonum cessit, mihi extra omnem dubitationem ponere videtur. Hæc ejus verba ex lingua Arabica in Latinam versa; *Abderrahman expeditionem sacram publicari jussit* (quam cruciatam vocamus) *adversus Christianos, eamque appellavit expeditionem potestatis, quia ipsemet in propria persona Musulmannis imperare volebat*. Addit Anonymus expeditionem anno Hegiræ CCCXXI. mense Octobri anni Christi CMXXXVIII. absoluto, susceptam, & Musulmannos in prælio, quod commissum fuit (anno nempe Hegiræ CCCXXVII. seu Incarnationis CMXXXIX.) in turpem fugam conjectos. Subjungit: *Christiani acriter persecuti sunt hostes, quos occiderunt, aut captivos duxerunt, & illi tantum evasere, qui ad suas regiones aut urbes pervenire potuere.* Quare cum annus Hegiræ CCCXXVI. ab Anonymo diserte expressus mense Novembri anni Christi CMXXXVII. auspicatus fuerit, manifeste apparet, pugnam Septimancensem, quam eclipsis Solaris ad annum Christi CMXXXIV. aut CMXXXIX. pertinere demonstrat, ad priorem referri non posse, huncque Anonymum jamdiu litem hanc diremisse. Postquam hæc scripseram, alius mihi hujus rei testis occurrit, Hepidannus scilicet, qui in Annal. ad annum CMXXXIX. habet: *Ecclypsis Solis facta est circa horam tertiam diei XII. Kal. Aug. in IV. anno Ottonis Regis, in VI. feria, Luna XXIX. Eodem die in regione Galliciæ innumerabilis exercitus Saracenorum a quadam Regina nomine Tota penitus extinctus est, nisi Rex illorum, & quadraginta novem viri cum eo.* Hepidannus quidem, qui sæculo sequenti in Germania vixit, in illa, quam narrat circumstantia peccat, sed is error notationi temporis non officit, cum aliunde constet.

A num. III. ad VIII. Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Historico *S. Odonis* Abbatis Cluniacensis secundam ejus profectionem Romanam in annum sequentem differt, quod Joannes in ejus Vita initio libri primi diserte hoc asserat. Verum locum Joannis quem hic exhibeo, in numeris corruptum demonstrat alter ejus locus statim etiam a nobis recitandus. Hæc prioris loci verba: *Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo tricesimo nono* (legendum, trigesimo octavo. Ipsemet Mabillonius ait, legi *tricesimo nono* in MS. Codice Silviniacensi, in aliis vero quotquot vidit omnibus mendose *octingentesimo*; verum utraque lectio corrupta) *& ejus ætatis sexagesimo, in monastica religione tricesimo anno Romam veniens ne miserum torrens irrititum* IV. *Secunda profectio Romana S. Odonis Abbatis Cluniacensis.*

monasterii officina impleventur.

V. *Porro locus ille, in quo codex ab eis relictus erat, ita situs est, ut aqua, quæ ex obliquo a vicinis tectis labitur, instar torrentis in eum decidat. Mansit itaque apertus codex, fluxerunt aquæ illa nocte copiosissimæ, & quamvis codicis abluerent margines, scripturam ipsam attingere ausæ non fuere. Mane eorum omnibus exhibitus est liber, stupebant fratres nihil esse læsum a pluvia: sed vir sanctus mira prudentia usus: Quid miramini, inquit, fratres? Non dubitetis aquam non fuisse ausam attingere sancti Martini vitam. Dicebat autem id ore jucundo. Quidam autem tunc frater, qui erat promptus ad loquendum, accepto codice: Intuemini, inquit, & videte quam vetustus est hic liber, & a tineis excesus, & usque adeo nec humefactus, ut plane squalidus videatur, & ecce Pater noster dicit, eum dudum lotum, nunc aquam attingere formidasse. Tunc vero venerandus Pater: Tace, inquit, nec sic loqui pergas: Non est enim difficile Martino simile, cujus laus apud omnes Gentes celebratur. Ita vir sanctus, quæ sine causa fecerat Dominus, in S. Martini laudem retulit.* Subiicit vero mox ista de miraculo valde insigni sancti viri a Deo precibus impetrato.

Per idem, inquit, *tempus Albericus Princeps contulit nobis monasterium sancti Eliæ, cujus beatus Gregorius in Dialogo meminit. Cum sit autem durum (ut idem beatus Gregorius ait) in mente veteri nova meditari: monachos, quos illic invenimus, ab usu carnium retrahere non potuimus. Constituit autem ibidem Pater noster Præpositum unum e fratribus nostris Theodourdum nomine. Is ut vidit se virtute & sanctitate ab eo vitio eos revocare non posse: cœpit in finitimis regionibus pisces emere, ut vel sic eorum satisfaceret voluntati. Jam enim penitus defecerant equi, quos ei pater Odo reliquerat huc illucque discurrentes. Eum vero illorum improbitatem, suumque laborem Præpositus Patri nostro identidem significavit. Illo igitur Dominum deprecante, vallis, cui monasterium præeminet, non ita procul, conjunctis inter se collibus, ita conclusa est, ut exiguo torrenti per eum manante, aditus precluderetur. Inde igitur paulatim magna aquarum collecta vis lacum effecit, ut nec deinceps opus fuit Præposito pisces emere, lacu illo eos suppeditante. Cui vero hoc tribuendum esset, quidam imperiti homines minime adverterunt, eo quod ejus preces, quas eadem causa B. Odo ad Dominum fuderat, auribus suis non percepissent. Non at-* VI.

Miracul. de motu montium.

PAGIUS *nexibus reperit, miseransque suo rete piscatus est, atque cœnobium S. Petri Ticini positus usque perduxit. Parvo ibi tempore ab Hugone Rege detentus, prædicto viro domno Hildebranno regularibus disciplinis me tradidit educandum. Non post multo Romam veniens me infelicem dignatus est sibi socium sumere: & quem Canonicum parentibus abiens rapuit, redиens postmodum Monachum reduxit.* Nostram emendationem confirmat locus Joannis in lib. II. num. VII. ad hanc secundam profectionem Romanam a Mabillonio revocatus: *sub idem tempus Italiam missi sumus a Leone Summo Pontifice, ut pacis legatione fungeremur inter Hugonem Longobardorum Regem & Albericum Romanæ urbis Principem.* Tum num. VIII. *Necdum peracto itinere, & antea quam sumtibus nostris defecisset, pecunia, obvium habuimus fratrem nostrum Petrum Presbyterum, qui tunc conversationis gratia Romam veniebat: ex cujus substantia nostra ditata est inopia, quia ab eo sumsimus ex quo iter nostrum perfecimus. Fiebat autem istud duobus mensibus, Januario videlicet atque Februario.* Postea n. IX. *Tempore præterito dum Romuleam urbem ob inimicitiam Alberici jam fati Principis prædictus Hugo Rex obsideret,* cœpit Odo concordiæ monita inter utrosque disseminare. Utraque itaque Odonis profectio Romana pro pace suscepta, & secunda mense Januario ac Februario, peracta sancienda Januario, nempe & Februario sequentis Christi anni, qui adeo præsenti e Gallia discesserat.

V. Mabillonius ex citatis Joannis verbis, *non multo post Romam veniens,* &c. deducit *Joannem* Roma oriundum, ibidemque Canonicum fuisse. Verum inde ego eruo, Joannem scribere non potuisse hanc secundam Odonis profectionem anno CMXXXIX. inchoatam esse, ideoque numerum illum corruptum. *Joannes* enim, si eo Christi anno Romæ parentibus raptus fuisset, non scripsisset; *sub idem tempus Italiam missi sumus a Leone Summo Pontifice,* quia idem Pontifex anno CMXXXIX. medio circiter Aprili vita functus est, & Joannes præfatis verbis innuit, se socium fuisse *Odonis,* quando e Gallia in Italiam a Leone Pontifice missus est, & quidem ante menses Januarium & Februarium, quibus, ut mox diximus, *Odo & Joannes* Romam pergentes Petrum Presbyterum obvium habuere. Idem Mabillonius qui recte observavit, Baronium anno CMXXXVI. num. X. de priori Odonis Romana profectione loquentem perperam tradidisse, Joannem tunc ejus socium fuisse, male revocat ad priorem illam profectionem quod Joannes lib. II. num. XXII. de Odone scribit, cum scilicet tunc Sancti Martini Vitam Romæ ad Sanctum Paulum correxisse, & glossulis illustrasse; cum Joannes ibidem dicat id factum, *ante triennium nobis Romæ apud Sanctum Paulum agentibus,* ideoque eo tempore, quo Joannes jam socius erat Odonis. Quare hoc accurate cum præsenti anno Baronius illigavit. Præterea recte Baronius ad hunc annum refert Suppentoniensis Sancti Eliæ monasterii in Etruria positi reformationem ab Alberico Odoni commissam, ut testatus Joannes in lib. III. num. VII. cum ibidem scribat: *Eodem quoque tempore concessit nobis jam fatus Albericus Princeps monasterium Sancti Eliæ,* illis enim verbis manifeste indicat se jam Odonis

Gesta Romæ a S. Odone Abbate Cluniacensi.

(a) Ps. 10. (b) Ibid. (c) Mat. 17.

attendentes illud (a) Psalmographi: *Desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis illius audivit auris tua.* Itemque (b) illud: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* In quo plane impletum illud, quod est in promissionibus Domini, (c) ut qui habuerit fidem quantum granum sinapis, montes e loco moveat.

VII. Ita plane magnus Odo hoc deploratissimo sæculo a Deo electus, ut alter Jeremias, ut evellat & destruat, dissipet, plantet & ædificent, vocandus secundum illud (d) propheticum, ædificator sepium: nam eum quamplurima monasteria observantiæ penitus monachalis expertia in diversis provinciis a diversis accepisset Principibus, qui ea sibi vendicarant; eadem ad custodiam regularis disciplinæ, non sine magno labore perduxit. Hinc factum est, ut Cluniacense nomen per Cluniacensis Abbatis alumnos in diversas provincias dispertitos, fuerit brevi tempore mirifice propagatum. Qui hæc pluribus cupit, consulat Joannem jam dictum peregrinationis ipsius aliquando comitem.

(d) Isa. 58. Odo restitutor monasticæ disciplinæ.

VIII. Hoc ipso anno Princeps Boemiæ Wenceslaus vir sanctus a fratre suo Boleslao occiditur ambitione capiendi principatus seducto. In cujus ultionem Rex Otto bellum Boleslao indixit, & longa inter eos concertatio per annos quatuordecim perducta est. Relatus est autem ipse ab Ecclesia Romana inter Martyres die natali ipsius, quarto Kal. Octobris.

Wenceslaus martyr.

IX. Eodem anno, rebellantibus adversus Ottonem Regem Henrico fratre, Eberardo Duce Francorum, atque Gisleberto Duce Lotharingiæ, comparatoque validissimo exercitu, Ottone vero adversus eos expeditionem parante: ut ostenderet Deus, non vinci hostes armis tantum, sed precibus, & prævalere justam causam omni apparatui validissimo, atque fidendum potius divinæ, quam humanæ potentiæ: in transitu Rheni sic permisit Ottonis discidi copiæ, ut aliis ad ripam ulteriorem transmissis, aliis in citeriore remeantibus cum Ottone, necesse fuerit illis, qui transmiserant amnem, ex improviso apparente ingenti exercitu hostium, cum illis conferre manus. Et quamvis paucissimi numero essent, eos tamen vicerunt atque fugarunt, incruenta parta victoria. Ut autem ista se habuerunt, (e) Witichindus Saxo describit, & (f) Luitprandus & (g) alii: *Tunc Rex* (inquit Luitprandus) *denique suorum tantam constantiam non sine divino instinctu considerans: quoniam fluvio intercedente, corporali præsentia suis subvenire non poterat, recordatus populi Domini; qui repugnantes sibi Amalecbitas orationibus Moysi servi Dei devicerat, protinus de equo descendit, seque cum omni populo lacrymas fundens ante Cru-*

(e) Witic. l. 2. (f) Luitp. l. 4. c. 11. (g) Sigeb. hoc anno.

PAGIUS

nis socium fuisse, ideoque illud in secunda profectione Romana contigisse.

VI. Ad num. VIII. Anno DCCCXCIV. ostendimus, *Sanctum Methodium* Fidei lumen in Bohemiam primum invexisse, *Borsivoium* gentis Ducem X. ut Æneas Sylvius numerat, baptizasse, cum *Sancta Ludmilla* uxore, quæ nepotem suum *Vvenceslaum* ad studium pietatis ab infantia erudivit, & facta est ferventissima famula Christi. *Uratislaus* Borsivoi & Ludmillæ filius, Princeps religiosissimus liberos duos reliquit, *Venceslaum* & *Boleslaum*, & ille a Ludmilla avia sua educatus fuit. Verum *Drabomira* femina in Christianos immanissima, Uratislao marito demortuo, regimen invasit, & tam *Ludmillam*, quam *Venceslaum* occidendum curavit, ut videre est apud Surium in Sancti Vvenceslai Vita a Joanne Dubravio Olomucensi Episcopo, in Historia Bohemica scripta, & ibidem ad diem XXVIII. Septemb. Tom. VII. recitata. Licet autem hoc martyrium Sigebertus in Chronico in hunc annum differat, videtur tamen citius contigisse; cum Witichindus lib. 2. asserat, in hujus criminis ultionem *Ottonem* Germaniæ Regem bellum indixisse *Boleslao*, qui ambitione percipiendi Principatus illius sceleris causa fuerat. Deinde narrata *Ottonis* coronatione statim de illo bello verba facit, & postea de Hungarorum in Germaniam irruptione & *Arnulphi* Bojariorum Ducis morte, quæ duo anno superiori accidisse constat. Sancta *Ludmilla* XVI. die Septemb. Officio duplici secundæ classis a Bohemis celebratur. *S. Venceslaus* vero die XXVIII. ejusdem mensis, sed Officio duplici primæ classis cum Octava, ad quem diem nomen ejus in Martyrologio Romano legitur.

Martyrium S. Venceslai Bohemiæ Ducis.

VII. Ad num. IX. Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam hoc anno scribit: *Otto Rex contra Bojarios procinctum movit; interim frater ejus Heinricus ab Eberhardo comprehensus est; quo liberato, Eberhardoque in exilium relegato, denuo Noricos cum exercitu invasit, omnesque præter Arnolfi Ducis filium Arnolfum subjugavit. Interim Ungarii Saxoniam invadentes a Saxonibus pugna victi cæsique fugantur.* Idem habet Continuator Reginonis ad hunc Christi annum.

Otto Germaniæ Rex rebelles compri-mit.

VIII. Hoc anno contigit quod Luitprandus lib. 4. cap. 6. his verbis narrat: *Burgundionum Rex Rodulphus mortem obiit* (anno sc. superiori), *cujus viduam nomine Bertham Rex Hugo, Alda Lotharii Regis filii sui matre defuncta, maritali sibi conjugio sociarat. Sed & filio suo Regi Lothario Rodulfi & ipsius Berthæ natam nomine Athelheidem, tum forma honestissimam tum morum probitate gratiosam conjugem tulit.* Paulo post: *Hugo multarum concubinarum deceptus illecebris, præfatam conjugem suam Bertham maritali non solum non cœpit amore diligere; verum modis omnibus execrari.* Mabillonius autem in Itinere Italico part. I. pag. 222. loquens de archivis Monasterii Ticinensis Ordinis Benedictini, ab eadem Adel-

Conjugium Hugonis Regis cum Berta & Lotharii cum Adelaida.

cloriferos clavos manibus Domini nostri JESU Christi affixos, suaque lanea impositos, in orationem dedit. Quantumque justi viri (secundum justi viri sententiam (a) Jacobi) tunc valeret oratio, res manifesta probavit. Eo namque orante, cum ex suis nullus occumberet, hostes sunt in fugam conversi; nonnullique eorum cur fugerent, penitus ignorabant. Hæc Luitprandus.

(a) Jac. 5.

Otto Rex precibus ad Deum superat hostes.

An-

PAGIUS

haida tunc Augusta & Ottonis M. uxore,, conditi, ait; Servantur in eodem Archi-,, vo libelli dotis a *Lothario* primo ejus ma-,, rito concessæ anno CMXXXVIII. tum eo-,, dem anno eisdemque verbis *Berta* Reginæ,,, quam Hugo Italiæ Rex in conjugem du-,, xit. Denique Porphyrogenneta lib. de Administr. Imp. cap. XXVI. de Rodulpho Burgundiæ Rege loquens ait: *Eo mortuo in Burgundiam profectus est Rex Hugo & Rodulphi uxorem Bertam sibi junxit, filiam vero ejus Adelesam dedit Lothario filio* NUNC *Italiæ Regi*, ideoque liber ille ante finem anni CML. quo Lotharius a vivis excessit, elucubratus. Quare perperam Sigonius lib. VI. de Reg. Ital. scribit, *Hugonem*, cum Lotharium filium Regni socium sibi adiunxit, *Adelhaidem* mox illi in Matrimonium collocasse, anno sc. CMXXXII. Porro ex S. Adelhaida *Emmam* Lotharii Francorum Regis postea uxorem suscepit Lotharius, ut in Chronico Virdunensi legitur.

I. Ottonis virtus laudata. ANno sequenti nongentesimo trigesimonono, Indictione duodecima, Otto Rex in Alsatia circumdatus potentissimo exercitu adversariorum, insperata potitur alia, Deo ministrante, victoria, de qua Witichindus & Luitprandus. Quod in primis ad tempus spectat, eam illo contigisse anno, quo Gislebertus Dux Lotharingiæ infelix occubuit, Frodoardus est auctor. Sed, quibus egregie factis idem Otto ad tantam victoriam consequendam absque labore, in summo discrimine positus, aperuerit sibi viam, disces a Luitprando, dum ait: (a) *Unum autem, unum pater egregie, velim diligenter attendas* (sic compellat Episcopum Liberitanum, ad quem historiam illam scribit) *quod, cum audieris plus Ottonem animi passiones, quam hostes vicisse, miraberis: Hujusmodi vincere adversarios, permittente Deo, nonnumquam & peccatores possunt, inconcussam animi tenere virtutem, prosperis scilicet non extolli, & adversis non frangi, perfectorum solummodo est. Audi igitur in tanta hac fluctuante procella* (cum scilicet desereretur a suis) *quæ fides supra petram, quæ Christus est, sit ardore fundata.*

(a) Luit. l. 4. c. 25. 26.

II. *Comes quidam tunc prædives cum eo erat, cujus multitudo militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quamplurimos ex Regis acie desertores ac transfugas fieri, non interiorem, sed exteriorem considerans hominem, tacitus hæc secum loqui cœpit: Quidquid a Rege in hac perturbatione constituto petiero, sine dubio impetrabo, præsertim cum & acre bellum immineat, ac ne se deseram, timeat. Nuntiis itaque directis, Regi supplicat, ut Abbatiam quamdam Lauresheim dictam, prædivitissimam, sibi concedat cum suis possessionibus, ut quod sibi deerat, militibus suis ministrare prævaleat. Rex autem columbina non solum, sed ut erat viperina calliditate suffarcinatus, non hoc quod portenderet, minime advertere potuit: unde & his nuntiis apologeticum dedit dicens: Illi quid super hac re sententiam, verbis potius explicabo, quam nuntiis. Quod qui eos direxerat audiens, immenso est affectus animi lætitia, sperans quod poposcerat, impetrasse. Unde & mora impatiens Regem adiit, eumque sententiam super hac re promere postulavit. Cui Rex populo circumstante: Obedire,* (b) *inquit, magis oportet Deo, quam hominibus. Quis enim sanum sapiens, ignorat, te hæc non humilitate petitionis, sed comminationis auctoritate dixisse? Scriptum est enim* (c) *Nolite sanctum dare canibus. Quod quamvis de Doctoribus spiritualiter intelligendum esse prædicetur: ego tamen satis me dare canibus sanctum censeo, si monasteriorum prædia, quæ a religiosis viris Deo sunt militantibus tradita, tulero, & sæculo militantibus dedero. Tibi vero tam procaciter injusta petenti, sub testimonio totius populi, nec hoc nec aliud unquam te a me accepturum esse testificor: si corde tibi est cum cæteris infidelibus avolare: quantocitius, tanto melius. His auditis* (quia facies speculum est mentis) *cordis verecundiam vultus rubore nudavit, concitusque Regis ad pedes corruens se peccasse, se graviter deliquisse, confessus est.* Hæc de his ipse. Sed quomodo insperatam, Deo duce, de adversariis sit victoriam consequutus, attende quid subjiciat:

Egregium factum S. Ottonis Regis.

(b) Act. 5.

(c) Mat. 7.

Everardus & Gislebertus, audita Regem in Alsatia esse, quoniam neminem, qui eis resisterat, verebantur: permagno collecto exercitu, Rheni alveum ad Andernacum pertranseunt, Regisque fideles circumquaque demoliri procedunt. Udo fane Hermanni Ducis Suevorum frater, necnon & Conradus cognomento Sa- III. Insignis Ottonis victoria in rebelles Principes.

PAGIUS. SÆC. X. Anno Æræ Hisp. CMLXXVII. Anno Hegiræ CCCXXVIII. inchoato die 18. Octob. fer. 6. A.C. 939. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6452.

☉ 24. F. ☽. 9. P. 14. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 939.

STEPHANI VIII. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 28. cum Romano IMP.

ANum. I. ad IV. Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam hoc anno ait: *Otto Rex Lotharingos rebellantes petens usque ad Campimontem cum exercitu venit. Interim Ludovicus Rex Galliarum Caroli* (cognomento simplicis) *filius Alsatiam invasit: sed mox Ottone hoc comperto redeunte, perterritus regnum suum repetit. Cumque castrum Brisacha ab Ottone Rege obsessum oppugnaretur, capita rebellionis Eberhardus Dux occisus & Gisalpertus* (legendum Gisalbertus) *Dux in Rheno submersus interierunt, Episcopique & alii qui cum eis contra Regem venerant, fugati & dispersi sunt. Otto vero Rex dedito castro in regnum Lotharii* (idest Lotharingiæ) *reversus cunctos sibi rebelles, præter Metensem Episcopum subjugavit. Henricus quoque frater ejus projectis armis ipsi se subdit.* De his motibus fusius Witichindus lib. 2. Germania & Gallia bellis concussa.

Ad

Sapieas, quos superiur diximas Regi esse fideles, ipsis in partibus erant; sed quia eorum copia istorum copiis impares extiterant, his occurrere trepidabant. Verum jubente Deo, non locationis, sed inspirationis modo, hos cum multis spoliis redeuntes pone sequuntur. Cumque paululum processissent, quidam eis flens & ejulans obviam venit sacerdos. Qui rogatus ab eis, quo iret? cur fleret? Ab istis, inquit, prædonibus ego venio, qui paupertatis meæ ærumnam, ano, quod possidebam, jumento ablata, dilatarunt. Quod cum præfatus Udo & Conradus audirent: An Gislebertum atque Everardum viderit, examussim sunt sciscitati. Quo respondente: quoniam cum præda cunctio pene trans Rhenum misit, ipsi sola cum eorum electis, militibus (quod nec bene vertat) capiunt cibum: tanta celeritate super eos irruunt, ut si videres, non eos currere, sed diceres transvolare. Quid plura? Everardus gladiis occiditur, Gislebertus Rhenu audis submergitur, quas quoniam exuperare præ multitudine non potuit, anima recedente defecit. Cæterorum vero nullus aufugit, qui non aut vivus caperetur, aut gladio truncaretur. Vides igitur quemadmodum super Regem tribulantes Dominus manum miserit, quem in viis suis ambulantem cognovit. Hæc de victoria Luitprandus hujus temporis scriptor, subiiciens his ingentes gratiarum actiones, quas Otto Deo retulit, ubi de victoria nuntium accepisset, cum ad Ecclesiam tunc temporis Deo justissimam causam suam commendaturus accederet. Sed & Henrico fratri rebellionis principi supplicibus votis veniam petenti benignus indulsit, immo & Ducatu Burgundiæ ipsum donavit.

IV. De Gisleberti Ducis pietate. Quod ad Gislebertum Ducem Burgundiæ, ejusmodi factionis in Ottonem Regem unum ex principibus spectat, qui sororem ipsius Ottonis filiam Henrici Regis duxerat uxorem, non prætereundum, eumdem ipsum, nisi regnandi cæca fuisset cupidine captus, inter sapientes, piosque Principes fuisse annumerandum, utpote qui ferme solus in Galliis, aliis res omnes Ecclesiasticas dissipantibus, divinum cultum propagare animo ardenti curarit. Ipse enim oraculo divino commonitus, nobile sancto Gerardo, invito licet, monasterium Bromiense contulit, ut monasticam illic collapsam restitueret disciplinam. Auctor (a), qui in rebus gestis S. Gerardi ista fusius est prosecutus, de eodem Gisleberto ista subnectit: Verum ne Gislebertus Dux sine laude a nobis abscedat, fuit ille erga sanctum Gisleni locum sive monasterium satis humanus & valde munificus, quædam prœdia subtrahens militibus suis, quibus non pauca, beneficii loco contulerat, eaque jure perpetuo possidenda tradens ibidem Christo militantis. Ubi sane unum est; quod moneo repetens, iterumque monebo. Tibi dico Ursidonge Cellensis monacho, qui Ducis Gisleberti largissima stipe victitas, ne sis aliquando immemor animæ ejus, sed incomprehensam clementissimi Salvatoris benignitatem precibus importunis pulses, aurea perpetuæ ut contigat præmia vitæ. Et ne forte desperabundus obmurmures, quod adversus dominum suum Romanum Principem rebellarit, cogites eum durissima morte luisse pœnas, & dominum JESUM nonnobis vindicare in idipsum. Hæc ipse. Extant hujus Gisleberti duo diplomata data Abbatibus diversorum monasteriorum, sed alterum ex his, quod notatum habetur anno sequenti, errore factum apparet, nam ad dictum annum non pervenit.

(a) Extat apud Sur. die 3. Oct. t. 5.

V. Quod vero spectat ad S. Gerardum, de quo est mentio, eluxit hoc sæculo tenebroso ipse egregia sanctitate prosapia, nobilis ex Austrasiarum Ducibus ortus, qui solitariam primo vitam eligens, ad restituendam collapsam penitus monasticam disciplinam a Deo vocatus, utiliter hoc est functus munere: adeo

PAGIUS II. *Floret S. Gerardus Abbas Broniensis.* Ad num. IV. & seq. Varia fuit *Gisleberti* Lotharingiæ Ducis fortuna, qui modo Carolo Simplici, ac Ludovico Transmarino ejus filio favens, *trans Rhenum tandem profectus prædatum*, inquit Flodoardus in Chronico ad hunc Christi annum, *Saxonibus se dum revertitur insequentibus, in Rhenum lapsus* periit; Gerbergam Ottonis Germaniæ Regis sororem duxerat, quam postea Ludovicus Transmarinus sibi copulavit. Gislebertus summo in honore habuit *Sanctum Gerardum* Abbatem Broniensem, quod Monasterium Gallice *Brogne*, in vicinia Namurcensis Urbis situm. Hujus Sancti Vitam a Monacho Anonymo, hoc vel insequenti sæculo scriptam, recitat Mabillonius Sæc. V. Benedict. cum genuino stylo, quem Surius ad diem III. mensis Octob. mutaverat. Monachum induit apud Sanctum Dionysium, ibique per annos decem Deo militavit. *Bronio* redditus constitutos ab se Clericos loco cedere persuasit, & Monachis ipse præfectus, longe lateque virtutum odore fragravit. Hinc multis in locis expetitus, ut collapsa monasteria resarciret, tantum non extinctam in Belgio regularem disciplinam revocavit. Plerique omnes cum laudato Anonymo cœnobia numerant octodecim, quæ præter Broniense Gerardi cura complectebatur. Sed ampliora *Gerardi* zelo debebantur; ut non immerito parens alter habeatur redivivæ cum in Belgio, tum in toto regno Lotharii familiæ Benedictinæ, quæ ejus studio, sacrisque adhortationibus refloruit. Cum enim *Gisleberti* Lotharingiæ Ducis ditioni omnes illæ circa Mosam, Scaldis partem, Sabin, Mosellam, & cis Rhenum Provinciæ subjacerent; quotquot

adeo ut decem & octo monasteria ad regularem revocarit observantiam, quibus ipse vigilantissimus cura pastorali præerat.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

VI. *Leo Pap. moritur, Stephanus IX. subrogatur.* Eodem anno defuncto Leoni Papæ, cum sedisset annis tribus & sex mensibus, subrogatur Stephanus IX. dictus VIII. patria Germanus, quem idem qui nu-

D

PAGIUS quot ejus ditioni parebant Monasteria cum pluribus aliis in Francia secundum Chronicon Mosomense a Dacherio Tom. VII. Spicilegii editum, novam a Gerardo formam acceperunt. Qua de re plura Mabillonius citatus.

III. *Moritur Leo VII. PP.* Ad num. VI. Leo VII. Pontifex Romanus, qui anno CMXXXVI. ante diem nonum mensis Januarii Pontificatum adeptus erat, præsenti e vivis excessit; cum Honorius Augustodunensis, Marinus Polonus & Platina in Vitis Pontificum annos tres, menses sex & dies decem ei attribuant, eique plerique Catalogi suffragentur. Quare Mors ejus contigit circa diem decimum octavum mensis Julii. Flodoardus, qui in Leone VII. libellum suum de Pontif. Rom. absolvit, de eo ait:

Septimus exuegit Leo, nec tamen ista voluntans,
Nec curans, apices mundi nec celsa sequirens:
Sola Dei qua sunt alacri sub pectore volvens,
Culminaque evitans, oblata subire renuntians.
Raptus at erigitur, dignusque nitore probatur
Regiminis eximii, Petrique in Sede locatur.
Sed minime adsuetam linquit decoramine curam,
Deditus assiduis precibus, speculamine celsus.
Affatu latus, sapiens, atque ore serenus.

Subdit, se se ab eo benigne Romæ exceptum, epulisque recreatum, ac ut Deus diu illum servet precatur.

IV. *Stephanus VIII. in ejus locum subrogatur.* In Leonis VII. locum *Stephanus* octavus, vulgo nonus, natione Germanus suffectus est, ab eoque Petrus Archiepiscopus Ravennas jurium suorum confirmationem obtinuit, ut refert Rubeus lib. 5. Hist. Ravenn. qui ex eadem hæc verba exhibet: *Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Stephani, Summi Pontificis & universalis Papæ, in Apostolica sacratissima beati Petri Sede, primo: regnante Domno Hugone piissimo Rege, anno XIIII. Sed & Domno Lotario ejus filio item Rege anno nono, die vigesimo nono Octob. indict. XIII. Ravennæ.* [1] Quare Stephanus VIII. hoc anno Pontificatum iniit, Hugo an. CMXXVI. ante diem XXIX. Octob. Rex Italiæ dictus, & post eumdem diem *Lotharius* anno CMXXX. in consortium regni ab eo adscitus. Baronius ait, *Sanctum Gerardum* literas Apostolicas ab hoc Pontifice obtinuisse pro munimine Monasterii Broniensis non Bromiensis, ut ibidem perperam legitur. Verum *Stephanus* ille, cujus mentio in Vita Sancti Gerardi num. XXIX, ubi dicitur Sanctum Gerardum Romam profectum, ut confirmationem rerum & libertatis præfati Monasterii peteret, non est Stephanus VIII. sed Stephanus VII. ut notavit Mabillonius in Observat. præviis ad Vitam Sancti Gerardi num. XI. Licet enim Miræus duplex *Stephani* Papæ rescriptum referat: unum brevius in Notitia Ecclesiarum Belgii pag. 94. alterum prolixius in Diplomatibus p. 274. & quidem sine Chronicis præter diem notis, non tamen duo, sed unicum a Stephano Papa Privilegium Gerardus obtinuisse videtur. Nam utrobique eadem verba, idemque dati Diplomatis dies *V. Kal. Maii*. Deinde *Benedictus* seu *Benno* Metensis Episcopus, qui priori subscripsit, anno CMXXIX. in ordinem redactus est, uti suo loco diximus, & *Stephanus* Cameracensis, unus item ex subscribentibus, anno CMXXXV. vivendi finem fecit. Itaque *Stephanus* VII. Privilegium *Gerardo* concessit, non vero Stephanus VIII. Hinc Henricus Auceps literis anno CMXXXII. statim nempe post mortem Stephani VII. datis Cœnobii Bruniis fundationem confirmat.

V. *Synodice & Privilegiis Ecclesiarum absentes subscribebant.* Notabilia sunt verba Anonymi, qui Vitam S. Gerardi scripsit: *Quod cum mira alacritate animi Domnus Stephanus Sanctæ Romanæ Sedis tunc Apostolicus jussisset fieri: (ipso consistente viro Dei, immo dictante debentia scribi) plumbo bullatum sigillo Privilegium, quod* & Pertongar (*appellant*) idest, Pancharta, ut explicat Mabillonius) *contulit illi, concessa etiam licentia sibi, ut gratia id confirmandi ex præcepto ipsius Domini Apostolici omnes subscriberent Episcopi.* Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 20. num. 4. & seqq. pluribus exemplis demonstrat, Synodicis Diplomatibus Ecclesiarum seu Monasteriorum Privilegiis, Conciliis & literis Regiis absentes subscripsisse, & aliquando futuros. Quod ob eam causam in more venerat, ne novas sæpius ad confirmationem Privilegiorum literas obtinere necesse esset; nec cunctarentur futuri Episcopi, Abbates, & Principes ea confirmare, quæ in vetustis monumentis ab antecessoribus suis roborata vidissent. Sic in Concilio Parisiensi tertio Patres postulant, ut *Canones hi ab Episcopis absentibus, quibus oblati fuerint, subscribantur*, sicut præfert ul-

NOTÆ [1] EX catalogo Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Stephanus VIII.* hoc anno die XIX. *Julii* Pontifex erat. Habet enim post Leonem VII. *Stephanus sedit annos III. menses III. dies XV. Cujus tempore, scilicet anno Dominica Incarnationis DCCCCXXXIV. obscuratus est Sol ab hora II. usque ad horam III. mense Julii die XIX. Indictione XII.* A. D. 942. mense *Augusto*, annus *quartus* ejus Pontificatus decurrebat. Charta in Regesto Sublacensi pag. 171. ita incipit: *Anno quarto Pontificatus Domni Stephani VIII.* PP. *in sacratissima sede Beati Petri Apostoli Indict. XV. mense Augusti die XVII.* Leo Abbas S. Benedicti de Sublaco ob litem cum *Demetrio* & *Leone* jussione *Alberici gloriosi Principis* convenere *ante curiam ipsius Alberici juxta Basilicam S. Apostoli* coram *Judicibus* & *Optimatibus* ejus, scilicet coram *Marino Episcopo Polimartiensi*, *Nicolao Primicerio*, *Andrea Arcario*, *Johanne Sacellario*, *Leone Protoscriniario Sancta Sedis Apostolica*, & aliis. GEORGIUS

nuper nominatus S. Gerardus Romam veniens adiit, ut acciperet ab eo Apostolicas litteras pro munimine monasterii Bromiensis, quas & libenter impertitas accepit. Hæc in ipsius Gerardi vita pluribus.

Se-

PAGIUS

ultimi canonis inscriptio: *quatenus* addit Canon, *in hoc quod universis observandum est, universitas debeat consentire*. Privilegium pro Trenorchiensi Monast. in Synodo Cabilon. an. DCCCLXXV. concessum non solum præsentes, qui erant Episcopi confirmant; sed etiam *absentium quoque Sacerdotum nec minus idoneis stipulationibus per Christum & in Christo fideles postulant*. Quod pro eorum voto præstitum esse docent subscriptiones, in quibus Archiepiscopi nonnulli post Episcopos subscribunt, nempe qui absentes erant, aut postea successere. In literis *Drogonis* Comitis, quibus Advocati jus refundit in Monachos Gemeticenses, hæc apponitur Chronologica nota: *Anno ab Incarnatione Domini MXXX. Indictione XIII. regnante Rege Francorum Rodberto, anno regni sui XLII. & filii ejus concorditer cum ipso regnantis anno jam quarto Henrici .... Ego Henricus gratia Dei Francorum Rex hanc chartam a beata memoria patre meo Rodberto confirmatam Regia auctoritate similiter confirmo*. Tum sequuntur aliæ subscriptiones; quibus posterior, tametsi ordine prima, accessit Henrici Regis subscriptio post mortem Rodberti patris sui, ut indicant hæc verba *beatæ memoriæ*, quo tamen vivente charta confecta est.

JESU CHRISTI ANNUS	STEPHANI VIII. PAP. ANNUS	CONST. VIII. CUM ROM. IMP. ANNUS
940.	1.	29.

I. Stephan. Papa a scelestis vultu deformatus.

Sequitur annus nongentesimus quadragesimus, Indictione decima tertia, quo Stephanus Papa, natione Germanus cum a Romanis, posthabitis Cardinalibus, esset electus, opera Ottonis Regis tyrannorum in se odium concitavit, adeo ut a quibusdam sacrilegis fuerit crebris ictibus facie deformatus, Albericus enim, qui his temporibus (ut superius dictum est) Principatum in Urbe gerebat, ratus non posse Urbis se dominium retinere securum, si non gentilis suus, & ipsi probe notus atque fidelis Pontifex Romæ sederet, in eumdem Stephanum se exhibuit parum æquum, ita sinens eum manibus impiorum lancinari. Ipse vero Stephanus Papa ita vultu vulneribus deturpatus, a publico abstinuit congressu hominum; licet revera non dedecori, sed ornamento sint quæque stigmata propter justitiam a satanæ ministris illata, & eo pulchriora, quo magis perspicua spectantibus fiunt. Hæc de Stephano a Romanis adeo male habito vetus liber de Romanis Pontificibus, ex quo reliqui accepisse creduntur, scripta continet. Quod vero Germanus natione electus Pontifex adeo male habitus a Romanis fuerit: Ottonis Regis excitavit animum in eos ulciscendi, agendique ut ejusmodi vis tyrannica in promotione Pontificum auferretur. Quamobrem factum est, ut immiscendi seipse in electione Romanorum Pontificum, occasionem aliquam cœperit cogitare: quando autem id perfecerit, suo loco dicetur.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

II. Hoc etiam anno defuncto Ethelstano Anglorum Rege, successit Edmundus, qui eum mox sanctum Dunstanum suum consiliarium elegisset, sed suasione æmulorum ejecisset: suo didicit periculo quanti Principes facere debeant viros veritatis amatores Deum timentes. Rem gestam exacte narrat (a) Osbertus in Dunstano verbis istis: *Sublato ex hac vita Rege Ethelstano, successit ei in Regnum Edmundus frater ejus. Hic post aliquot consecrationis suæ dies, missis nuntiis, rogat Dunstanum venire ad se: sciens quippe qua ratione, qua prudentia, qua omnis probi consilii gratia præditus fuerit, magnopere desiderabat illum sibi proximum esse, cujus industria saltus tam se, quam Regnum sibi commissum sub æquitatis virga facilius gubernaret. Dunstanus itaque Regi quasi præcellenti, secundum Apostoli (b) Præceptum, obediendum esse perpendens, Regem adiit, & salva in omnibus reverentia ordinis sui, ejus imperio se subjecit. Ipse suo consilio Regni negotia disponebat, ipse lites & contentiones, si quando oriebantur, destruebat, ipse pacem & concordiam inter omnes nutriebat. Nullus in qualibet causa unquam de injuria sibi illata conquestus est, si ad comprobandam judicii sententiam Dunstanus mediator aut arbiter sederet. Rex ipse & princeps, * quique ita ei submissi erant, ut contra id quod ipse juberet, ordinaret, nemo quidquam faceret. Magnus itaque habebatur a cunctis. Hac omnium bonorum invidus hostis at-*

(a) Osbert. in vit. Dunstani c. 13. 14. apud Sur. die 19. Maii t. 3.

(b) 1. Pet. 2.

 ten-

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hispan. CMLXXVIII. Anno Hegiræ CCCXXIX. inchoato die 6. Octob. fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6433.

☉ 25. ED. ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 940.

STEPHANI VIII. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 29. cum Romano Imp.

A.C. 940. I. Moritur Æthelstanus Angliæ Rex.

Ad num. II. & seq. Hovedenus part. I. Annal. pag. 422. Athelstani Angliæ Regis mortem his verbis refert: *Anno ab Incarnatione Domini CMXL. strenuus & gloriosus Rex Anglorum Athelstanus anno XVI. regni sui, indictione XIV. sexto Kalend. Novembris, feria IV. apud Glavornam vita decessit, & ad Maidulfi urbem delatus honorifice est tumulatus: cui frater suus Eadmundus XVIII. anno ætatis suæ in regnum successit.* Ita etiam plerique alii Scriptores Anglici, & quicumque diem ejus emortualem memorant, idem ac Hovedenus scribunt. Verum loco *feria IV.* legendum, *feria III.* quæ cum die XXVII. Octobris concurrit. Notabis obiter Anglos per hæc tempora *Indictiones* a Septembri sæpe auspicatos esse, quod & variis aliis exemplis liquet. *Exuvias triumphales*, inquit, Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 6. *Malmesburiam delata, & sub altari tumulata sunt. Portata ante corpus, multa in argento, & auro donaria: simul & Sanctorum Reliquiæ de transmarina Britannia empta. In talibus enim patris thesauros, quos ille diu coacervatos, & intactos reliquerat, consumpsit; sonuso ut forunt, admoniens; vir qui parum ætati vixit, multum gloria.*

II. Ei Edmundus frater succedit.

Eo sine liberis defuncto successit *Edmundus*, Edoardi senioris e tertia conjuge filius, & defuncti Regis frater, qui priorum Regum pietatem secutus, virtutemque bellicam æmulatus, parvo quo regnavit tempore, magnam gloriam adeptus est. Primo regni sui tempore, virginem sibi in conjugem elegit, tam sanguine quam vitæ sanctitate illustrem, quam aliqui *Elfgivam*, aliqui *Algivam*, & alii *Alfgivam*, & omnes *Sanctam* cognominant. Ex ea Edmundus duos filios suscepit *Edwinum & Edgarum*. *Cum Rex Edmundus*, inquit Westmonasteriensis hoc anno, *Regalibus insignibus esset sublimatus, beatum Dunstanum,*

quem

tendens, & quo modo ea turbaret, sua arte perquirens, invenit quosdam, quorum corda bene noverat virum non sincere diligere, sed ei specie tenus sui amorem prætendere. Hos ad dissipandum bona quæ non amabat, ardenter contra virum instimmat ac primo clam, postea palam ad detractionem ejus illorum ora relaxat. Quid dicam? in tantum discordiam profecerunt verba malignantium, ut subversa omni pace, Dunstanus non solum pristino honore privaretur, sed & curia depelleretur.

III. Rex in immensum periculum adductus. Edmundi Regis Angliæ erga Dunstanum officia.

Quo facto, die tertia Rex in silvam venatum ivit; silva autem ipsa montem magnæ altitudinis occupat, qui mons in summitate sui interruptus, ingens præcipitium & horridam abyssum offert. Cum ergo fugitantem cervum hac illacque Rex insequeretur; cervus ad præruptum montis hiatum perveniens introrsum ruit, ac in partes discissus interiit. Insectantes canes par ruina involvit. Equus, quem Rex sedebat, ruptis habenis effrænis effectus, obstinato cursu Regem post bestiam portans ad ultimam sortem Regi præceps barathrum patens intentat. Ille trepidat & angustiatur. Occurrit interim animo injuria Dunstano illata; ingemuit, & se quam citissime illam multiplici commendatione correcturum (sólummodo imminentem sibi mortem ejus meritis ad horam avertat Deus) celeri mentis sponsione Deo promittit. Cujus cordis præparationem aures Dei a vestigio audiunt, illius misertus est. Equus namque illico substitit, & Regem a periculo mortis liberatum valde gratiosum Deo reddit. Inde ad hospitium Rex reversus, adunatis Principibus suis, rei, quæ acciderat, ordinem pandit, & Dunstanum cum honore & reverentia adduci præcepit. Actaque coram eo pœnitentia pro injuriis, quas ei intulerat, veniam ab eo cum humilitate postulat. Qua potitus, fidum se amicum viro deinceps omni tempore futurum, nec ulterius cujusquam maledicis verbis de eo crediturum pollicitus est, &c. Subdit his de accepto dono Regis loco ædificandi monasterium deque ejus erectione, quod Glascovia nuncupatur.

IV. Conflagratum Monasterium Agaunense.

Eodem anno nobile Agaunense monasterium S. Mauritii a Sarracenis inflammatur. De quorum grassationibus in peregrinos Romam petentes & occupatione ejus monasterii Frodoardus meminit. Verum quæ post conflagrationem ejusdem monasterii acciderint in rebus gestis S. Udalrici Augustani Episcopi ab auctore ejus temporis scriptis hæc leguntur (a): *Regionem quoque Burgundionum tempore alio adiit, & ad Agaunensium locum, ubi S. Mauritius cum suis sequacibus propter nomen Domini martyrium sumpsit, magna humilitatis studio visitavit: quia antea a Rege Burgundionum promissionem accepit, ut unum de sanctis Martyribus ex ejus datione, & adjutorio inde ad Augustam referre mereretur. Et cum illuc die Sabbati perveniret, monasterium noviter exustum a Sarracenis invenit & nullum de habitatoribus ibi conspexit, nisi*

(a) Vit. S. Udal. a Marco Velsero editu c. 15.

PAGIUS

quem adhuc fratre superstite probabilis vita, & lingua noverat expedita, suis consiliis interesse præcepit, ut inter Palatinos Regios, Principesque connumeraretur electus. Sed dum Dunstanus in Aula a plerisque colitur, aliorum invidiam movet, qui eum tandem ex Aula ejecerunt, uti narrat Baronius ex Osberno in Sancti Dunstani Vita. Postquam in Aulam revocatus fuit *cum præfata Regi Edmundo filius nasceretur, nomine Edgarus, puer videlicet pacis ac justitiæ bajulus futurus, audivit idem beatus beatos in Cælo Angelos gratulantes & cum magna gratulatione psallentes: sit pax, sit magna Anglorum Ecclesiæ lætitia, quamdiu puer natus regnum tenuerit, & noster Dunstanus mortalis vitæ metas transegerit. Quod dictum quanta sit rerum veritate subnixum, congruus ordo præsentis lectionis faciet manifestum*, inquit idem Osbernus num. XIX. Quando *Edgarus* regnum inierit, suo loco dicemus.

III. *Vita S. Dunstani non ab Osberto, sed ab Osberno & Eadmero composita.*

Porro Sancti Dunstani Vita, qua Baronius usus, a Surio ad diem XIX. Maii edita & ab eo adscripta Osberto, quia didicerat Osbernum Monachum & Præcentorem Ecclesiæ Cantuariensis Sancti hujus Præsulis Vitam elucubrasse, quem in Osbertum transformavit. Surii errorem Baronius, aliique secuti fuere. Verum postquam genuinum Osberni Opus prodiit, ea Osberno restituta fuit, uti in Actis SS. Bollandiani, & Sæcula V. Benedictino. Wartonus tamen in Præfatione partis II. Angliæ Sacræ num. X. Opera *Eadmeri* Monachi Cantuariensis enumerans ei eamdem Dunstani Vitam adscribit, atque vere ei deberi, licet *Osbernus* opus ejusdem argumenti publicarit, & antiquo quodam Vitæ Dunstani Auctore, quo & Eadmerus usus, ipsemet etiam usus fuerit.

IV. *Saraceni Fraxinetum incolentes grassantur.*

A num. IV. ad VII. Baronius profectionem Sancti *Udalrici* Augustani Episcopi ad Monasterium Agaunense, in ejus Vita cap. XV. narratam, cum hoc anno recte copulavit; cum in ea dicatur Monasterium *noviter a Saracenis exustum* fuisse. Et Flodoardus in Chronico hoc anno scribat: *Collecta transmarinorum, sed & Gallorum quæ Romam petebat, revertitur, occisis eorum nonnullis a Saracenis, nec potuit Alpes transire propter Saracenos, qui vicum Monasterii Sancti Mauritii* (Agaunensis dicti) *occupaverant*. Huc referendum quod Luitprandus lib. 5. cap. 4. de iisdem Saracenis tradit: *Montana, quibus ab occidua seu Septentrionali parte cingitur, Italia, a Saracenis Fraxinetum inhabitantibus crudelissime populantur. Quamobrem Hugo Rex* (Italiæ sc.) *consilio accepto, nuncios Constantinopolim dirigit rogans Imperatorem Romanum, ut naves sibi cum græco igne transmittat: quas chelandria patrio sermone Græci cognominant. Hoc autem eo fecit, ut dum terrestri itinere ipse ad de-*

nisi unum adis adilem, combustum monasterium custodientem. Cumque ille totam noctem in Dei laudibus ibi permaneret, & mane cum radius solis primum latitudini terræ lucem diffunderet, Missam de sancta Trinitate celebravit. Qua expleta, cum alteram statim venerationi diei Dominicæ congruentem celebrare cœpisset, duodecim clerici cum multitudine populi advenientes, ministerii sui celebrationem audientes perstiterunt. Quo peracto, sanctus Episcopus eosdem fratres salutavit, & muneribus honoravit: & ob quam rem illuc devenisset, notum fecit. Qui hilaritatis ejus dulcedinem & sanctitatis, religionem persentientes ne delectabili desiderio privatus abiret, aperta collocationis Sanctorum Spelunca in scopulo excisa, plurima parte sanctarum reliquiarum donatum lætificaverunt.

V. Reditus ad suam Ecclesiam S. Udalrici. *Cum vero optabili licentia Clericorum & amantissima dimissione populi inde recederet, Constantiam civitatem causa orationis visitavit, & inde ad Augiam insulam venit & ab Alewico Abbate charitative susceptus, & omnimodis commodis bene procuratus est: cumque amabili colloquio inter se sermocinarentur: omnia, quæ ei in itinere acciderunt nota fecit. Benevolentia autem Abbatis cum audiret eum pro amore sanctarum reliquiarum exire, desiderio ejus satisfaciens, non modicam partem de corpore S. Mauritii & de aliorum multorum Sanctorum reliquiis ei donans latum ubire permisit. Augustæ vero civitati cum appropinquaret, præmissis nuntiis demandavit, ut ad optimum donum sanctarum reliquiarum, quod secum attulerat, honorifice clerici cum populo & cum Crucibus & incensis pigmentorum, aquaque benedicta occurrerent, & suscipiendo gloriose, cum laudibus & melodiis congruis perducerent, honorifice cum illo in Ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ consecratam. Illuc cum perductum esset, ab Episcopo caute collocatum est in arcam auro & argento coopertum ad laudem Dei omnipotentis & in auxilium populi advenientis in nomine Domini nostri JESU Christi, cui est honor & gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen.* Hucusque tum vivens, & forsan etiam iisdem præsens auctor.

VI. D. pluralitate missarum unius diei. Quod vero audisti celebrasse Sanctum duas Missas eodem mane in Ecclesia monasterii Agaunensis, accipe quæ idem auctor de ipso ait superius capite tertio: *Missas autem tres vel duas, aut unam, secundum spatium temporis cantare quotidie non desiit, si infirmitas corporis aut aliquod studium bonum ei non subtraxit.* Ubi apponit ista nobilis Scholiastes Velserus: Liberum olim erat sacerdotibus, quot vellent una die Missas celebrare, quod ex Walafrido colligas capite vigesimoprimo, & fortassis ex S. Leonis papæ epistola septuagesimanona ad Dioscorum capite secundo. Concilium vero Salegustadiense, cui Bruno Augustanus interfuit, anno millesimo septuagesimotertio, constituit capite quinto, ne quis trium Missarum numerum excederet. Alexander vero Pontifex, qui obiit anno millesimo septuagesimotertio ad unam revocavit (a).

Hoc pariter (b) anno apud Narbonam

(a) c. sufficit de consecr. dist. 1.

(b) Marin. de rebus Hisp. l. 8. c. 5. hoc an. 940.

PAGIUS *destruendum tenderet Fraxinetum, eam partem, qua mari munitur,* (arx itaque illa in ora maris posita erat, ut supra ostendimus) *Græci obsiderent navigio, earumque naves exurerent: ut ne ex Hispania victus eis, aut copiarum subsidia provenirent, diligentissime providerent.* Tum cap. sequenti: *Constantinop. Imperator, cum Regis Hugonis nuntiis suos dirigit, mandans navos, & omnia quæ desideraret se ei daturum, si nepoti suo* (nempe Constant. Porphyrogennetæ Imp.) *filiam suam conjugem daret,* &c. *Rex itaque Hugo audita hac legatione, directis iterum nunciis Romano denunciat se legitimam ex conjugio natam non habere: sed si ex concubinarum filiabus vellet, egregiam ei formam posse præstare,* &c. *Imperator Romanus naves continuo cum Græco igni præparavit, munera maxima misit, atque ut illam nepoti suo conjungeret, mandavit.* Verum memoria labitur Luitprandus, quando ait, *si nepoti suo filiam conjugem daret. Constantinum autem Leonis Imperatoris, non ipsius Romani filium dico.* Ipsemet enim postea cap. 9. testatur, filium Porphyrogennetæ ex Helena Romani majoris filia natum, Bertham Hugonis Regis filiam ex Bezola meretrice natam, *quam mutato nomine Græci Eudoxiam dixerunt,* uxorem duxisse. Sed hac de re an. CMXLIV. Baronii ordinem sequentes, agemus.

V. Berengarius ex Italia in Germaniam fugit. Contigit etiam hoc anno quod Luitprandus lib. 5. cap. 4. refert: *Interea Berengarius frater Anscharii, atque Eporegiæ civitatis Marchio, occulte quædam in Regem* (sc. Hugonem) *cœpit moliri. Quod dum Regi compertum foret, simulata benevolentia dissimulataque ira, dum ad se is veniret, luce eum privare disposuit. Filius vero ejus nomine Lotharius Rex & ipse parvulus, & necessariarum sibi rerum adhuc ignarus, quoniam consiliis his interfuit, celare quemadmodum puer haud potuit. Verum destinato ad Berengarium nuncio, quod pater suus illi facere vellet, aperuit. Hoc itaque Berengarius ut audivit, Italiam quam mox deseruit, ac per montem Jovis in Sueviam ad Hermannum Ducem properavit. Uxorem vero suam Willam per aliam viam ad eamdem provinciam venire præcepit,* &c. *Igitur Hermannus Suevorum Dux venientem ad se Berengarium benigne suscepit, eumque cum magno honore ante piissimi Regis* (nempe Ottonis) *præsentiam duxit,* &c. *Verum quantum poterit designatis, cujus sanctitatis, quantæque humanitatis Rex fuerit, quantæque etiam Berengarius improbitatis extiterit, facile*

nam in oppido cui nomen, Fons coopertus, Concilium celebratum est; in quo controversia agitata reperitur de finibus diœceseos inter Episcopum Urgellitanum & Pallariensem, decretumque ut Pallaria urbs sacra peteret ab Urgellitano Episcopo. Quæ præterea in eo Concilio decreta fuerint, ignorantur.

An-

PAGIUS *cile pendens Lector animadvertere poterit*. Tum cap. 5. *Rex Hugo, audita Berengarii fuga, nuncios suos Regi Ottoni direxit; promittens se secundum voluntatis ejus deliberationem auri argentique copiam ei daturum, si Berengarium non susciperet: eique adminicula non conferret.* Quibus Rex (nempe Otto) *apologeticum hujusmodi dedit: Berengarius non ob domini vestri dejectionem, verum si potis est ob reconciliationem, nostram adiit pietatem; si qua in re adminiculare illi penes dominium vestrum potero. Gazas mihi ab illo promissas non suscipio, verum illi meas libentissime tribuo. Berengario vero, seu cuilibet nostræ pietatis clementiam imploranti, subsidium non præbere, summa dementia est.* Hic Berengarius Berengarii Imperatoris ex filia nepos postea Rex Italiæ fuit, ut suo loco videbimus.

VI. *Moritur Arradio Billa Calipha.*

Anno Hegiræ CCCXXIX. mortuus est *Arradis Billa* Calipha Babyloniensis, *die sabbati, decimo sexto Rabii prioris*, ut habet Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 1. ideoque hoc Christi anno, die decima nona mensis Decembris, quæ in Sabbatum incidit. Hic Calipha ultimus fuit, qui de exercitibus & pecuniis disposuerit. Nam, ut scribit idem Elmacinus, anno Hegiræ CCCXXIV. Imperatorem Muhammedem ad se venire jussit, commisitque ei administrationem Regni, *propter perturbationem Imperii*. Venit autem Muhammedes Bagdadum *vigesimo quinto Dulyggia*, idest, die decima quarta mensis Novembris anni Christi CMXXXVI. Reliquus itaque tantum fuit Calyphæ Babyloniensi vanus titulus *Amirolmumenina*, idest, Imperatoris fidelium. Quod etiam Abulpharaius in Historia Dynastiarum observavit. Arradim Billam excepit *Mottasi Billa* frater ejus.

VII. *Moritur Eutychius Patriarcha Alex.*

Eutychius Patriarcha Alexandrinus, Annalium Alexandrinorum Auctor, die quarta Maii currentis anni obiit. Fuit Ægyptius, ex oppido *Fustatum* dicto, de quo Geographus Nubiensis part. 3. Climat. 3. Ejus Annales non paucis erroribus refertos in linguam Latinam vertit Edvvardus Pocockius, & Oxonii anno MDCLVIII. publicavit. Seldenus vero hujus Auctoris integram de Marco Evangelista & Ecclesiæ Alexandrinæ originibus & moribus vetustis Periocham edidit, sed eum Abrahamus Ecchelensis confutavit, & quæ inde in gratiam Heterodoxorum deduxit, vana esse monstravit.

JESU CHRISTI ANNUS	STEPHANI IX. PAP. ANNUS	CONST. VIII. CUM ROM. IMP. ANNUS
941.	2.	30.

I. Synodus Suession. (a) Frod. in Chron. hoc ann. & hist. Rhem. l. 4. c. 27.

ANnus Redemptoris nongentesimus quadragesimusprimus, Indictione decimaquarta sequitur, quo ut auctor est (a) Frodoardus) apud Suessiones Synodus habetur in causa altercationis inter duos, qui se Archiepiscopum Rhemensem esse profiteretur, Hugonem videlicet, qui puer (ut dictum est) in gratiam patris ejus electus fuerat, & Artaldum, qui eo pulso, in eam sedem ex monachio fuerat cooptatus. In qua Synodo idem jussus est cessare Artaldus, eo quod jurasset, se nunquam in eum Archiepisopatum intromissurum: Hugoque receptus eo quod Clero populoque petente vocatus esset, factum est, ut ordinaretur Episcopus. Qui ut sedem recepit, ab exilio eumdem revocavit Frodoardum, qui anno superiori cum peregrinaretur ad sepulcrum S. Martini, tentus fuit ab Heriberto Comite Hugonis patre atque mensibus quinque detentus. His peractis, qui Suessione convenerunt Episcopi, Rhemos profecti in Ecclesia S. Remigii consecrant Hugonem ejus civitatis Archiepiscopum, cui anno sequenti (ut suo loco dicetur) a Stephano Romano Pontifice missum est pallium, a Rhemensibus publica legatione petitum.

II. Quo item anno Fridericus Archiepiscopus Moguntinus iterum postulatus judicio defectionis atque conjurationis initæ hoc ipso anno ab Henrico Ottonis fratre, & aliis Principibus, in quo, ipse Otto animadvertit: purgavit se publica testificatione per corporis & sanguinis Christi perceptionem. Hæc apud Regionem hoc anno. Addit his (b) Witichindus: *Igitur cum bella intestina externaque cessarent, legesque divinæ atque humanæ auctorali vigore pollerent; gravis persecutio monachis oritur in diebus illis, affirmantibus, quibusdam pontificibus melius arbitrari, paucos vita claros, quam plures negligentes inesse monasteriis oportere, obliti, ut fallor, sententiæ (c) patrisfamilias prohibentis servos zizania colligere, sed utraque crescere oportere & zizania & triticum usque in messem. Quo factum est, ut plures propriæ infirmitatis conscii, deposito habitu, & relictis monasteriis, grave onus sacerdotum devitarent. Fuerunt autem quidam, qui summum Pontificem Fridericum hoc non pure, sed ficte fecisse arbitrati sunt, quatenus venerabilem virum & Regi fidelem Abbatem Fuldensem Hadumarum, quoquo modo posset, dehonestaret: ipse enim erat magnæ prudentiæ & industriæ: sub cujus temporibus templum famosum Fuldense igne consumptum est, & ab eo restauratum, & multo majore decore perfectum. Hic pontificem Fridericum sub custodia tenuit, secunda conjuratione culpabilem, primum honorifice, sed cum litteras ab eo scriptas deprehendisset, satis severe. Pontifex vero dimissus, dum actionem quærit, & contra tantum virum leges non prævalerent, humillima monasteria auctoritate tentavit, ut ad excellentissima æqualiter procederet. Sed hujuscemodi simulationes incassum profusæ: nam Abbas in gratia & amicitia Regis permansit, & causis intervenientibus pontifex quod cogitavit, non implevit.* Hæc Witichindus.

(b) Witic. l. 2. prope fin.

In Monachos persecutio per Fridericum Episc. Moguni.

(c) Matt. 13.

Quod ad res Italiæ spectat, nihil præterea quod prodamus invenimus, nisi diploma privilegii concessi ab Hugone & Lothario filio Italiæ Regibus monasterio sancti Vincentii ad fontes Vulturni posito, quod recitat Joannes ejusdem monasterii monachus in suo Chronico, quod ab exordio mundi usque ad tempus Paschalis Papæ Secundi perduxit, ex quibus antiquitatis monumentis certa quæ in eis tempora consignantur, suscepto conducunt instituto. Est ejus exordium: *Si fervore charitatis accensi de statu & restauratione Ecclesiarum Dei diligenti cura & indagatione tractamus: Regnum nostrum stabilire, ac feliciter nos regnare cum Christo, nequaquam ambigimus, &c.* Collata confirmat privilegia eidem a Desiderio Rege Longobardorum, & Galliarum Imperatoribus Carolo, Ludovico, atque Lothario. In fine autem tempus ejus consignatum ita habetur: III.

Gisesprandus Camerarius ad vicem Bosonis Episcopi Archicancellarii recognovit. Data xiii. Kal. Augusti, anno Incarnationis nongentesimo quadragesimoprimo; Regni vero domini Hugonis decimoquinto, Lotharii vero decimo, Indictione decimaquarta, in Campania juxta oppidum Romanæ feliciter. IV.

Quod

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hispan. CMLXXIX. Anno Hegiræ CCCXXX.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6434.

☉ 16. C. ☽ 11. P. 18. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 941.

STEPHANI VIII. PAPÆ 3.

CONSTANTINI VIII. IMP. 30. cum Romano Imp.

inchoato die 25. Septemb. fer. 7. A.C. 941.

Ad

V. Russorum classis superata a Græcis.

Quod ad res pertinet Orientales hac decimaquarta Indictione, Junio mense, tradit Curopalates Russorum classem ab Imperatore superatam esse, ac penitus profligatam, ita ulciscente numine adversus eos, qui Christianis immensa intulerant mala: nam de his Curopalates: *Quæ vero isti mala perpetrarunt, antequam debellarentur, ea superant omnem tragœdiam. Nam ex his quos ceperant alios in crucem agere, alios clavis in terram affixere, alios quasi scopos propositos sagittis petere. Qui vero ex captis sacerdotii dignitate præstabant, horum capita acutis clavis trajecere. Sacra quoque templa non pauca combussere.* Hæc ipse.

VI. Porro hujus gloriosæ victoriæ meminit etiam (a) Luitprandus, hosque quos Græci Russos vocant, ipse Northmanos ap-

(a) Luit. l. 5. c. 6.

PAGIUS I. Græcorum de Russis victoria.

Ad num. V. Russorum classis hoc anno a Græcis penitus profligata, uti narrat incertus Continuator Theophanis in Vita Romani Lacapeni, num. XXXIX. *Quarta decima indictione*, inquit, *mensis vero Junii undecima, Russi instructa classe, ad decem navium millia adversus Byzantium navigaverunt. Hos Dromitas vocant (velut palantes dicas ac cursu veloces) atque a Francis genus ducunt. Missus est itaque cum triremibus & celocibus quotquot in urbe erant, illorum impetum excepturus Theophanes Patricius. Instructaque ac peracta classe jejunii ac lacrymarum apprime præsidio communitus, Russos opperiebatur, navale cum iis certamen commissurus. Quod vero illi jam junxerant, ac prope Pharum venerant (vocatur vero Pharus, turris quædam & substructio, cui fax accensa imponitur, ad eorum, qui noctu applicant, iter dirigendum) ipse ad Euxini fauces stationem habens (sic enim contraria appellatione vocatus est, cum Caceuxinus diceretur, idcirco nimirum quod latrones ea loca insidentes assidue adversus hospites grassarentur, quos ab Hercule sublatos ajunt; propterea que victores tuto jam illius itinere, Euxini, quasi* hospitalis, *nomen indidisse) in loco quem Hierum vocant repente in eos impressionem fecit. Hierum inde nominis appellationem sumsit, quod Argonautæ illac transeuntes, Templum ibi extruxerint. Primus itaque sua ipse celoce vectus, cum Russicarum navium ordines dissolvit, tum plerasque præparato igne nautico incendit; reliquas in fugam vertit: quem porro secuta naves reliquæ atque triremes, hostium omnem aciem penitus fuderunt: ac plures quidem navium cum vectoribus submerserunt, multos peremerunt, plurimos vivos ceperunt. Superstites cladi reliquiæ ad Orientalem plagam, ad locum Sgora dictum trajecerant.*

II. Alia Græcorum de Russis victoria.

Ibi Bardas Patricius Phocas Exdux missus, cum equitum peditumque delecta manu, ad hostium iter terra intercipiendum in eorum cohortem satis numerosam, ad pabulandum aliaque necessaria ad Bithyniæ partes missam incidit, ingentique cum strage fudit & profligavit, atque internecione delevit. Sed & sapientissimus solertissimusque Joannes Curcuas Scholarum Domesticus cum Asiatico omni exercitu præsto fuit, multosque Russorum a reliquo agmine ulsis aliisque locis divulsos offendens, sustulit; ita sane ne ejus aggressionis metu perculsi, in suis se navibus adunata classe continerent, nec usquam excurrere auderent. Hi porro ingentia maximaque mala perpetraverant; cum needum illis Romana copia præsto essent. Nam Stenum omne, quod vocant, igne vastarunt. Ex illis, quos captivos ceperant, alios in crucem agebant, alios terra configebant, alios velut ad metam erectos jaculorum imbre impetebant. Quotquot vero Sacerdotalis ac Clericalis Ordinis deprehendebant, iis retro vinctis manibus, per medium caput clavos ferreos adigebant. Multas sacrarum ædium subjecta flamma combusserunt. Ingruente vero hyeme, cum eos jam necessarius commeatus deficeret, dum scilicet Scholarum Domestici Curcuæ copiarum insultus, virique prudentiam ac consiliorum sagacitatem timent, nec non Patricii Theophanis navalia prælia, exque insidiis astuque aggredientis impetum reformidant domum redire constituerunt. At vero, hoc adnitentes, ut Romanam classem laterent, cum mense Septembri indictione quinta decima ad Thraciæ partes transfretare aggressi essent, quem dicebam Patricium Theophanem obvium habuerunt. Neque enim viri solertissimum ac pervigilem animum unaque fortissimum fefellerunt. Mox igitur navalis iterum pugna committitur; plurimaque hostium submersa naves, multi occisi. Pauci cum navibus cladi subducti, inque Culea littus evecti, ingruente nocte fuga evaserunt. Theophanes Patricius cum insigni victoria maximisque erectis trophæis reversus, honorifice & magnifice suscipitur, ac Accubitoris dignitate ornatur. Idem habent Symeon Logotheta, Georgius Monachus, aliique Auctores Byzantini, Luitprandus lib. 5. cap. 6. & Elmacinus ad annum Hegiræ CCCXXIX. mense Octobri superioris Christi anni inchoatum. Quare Scriptores Byzantini has victorias cum Indictionibus XIV. & XV. exacte illigarunt.

III. Helena Russorum Regina fit Christiana.

Luitprandus citatus ait, *Ingerem* Regem Russorum, quos etiam *Nortmannos* appellat, quia in regionibus Aquilonaribus habitant, post hanc expeditionem ingenti confusione ad propria reversum esse. Porphyrogenneta vero lib. de Administr. Imp. cap. XV. scribit: *Liatores ab ulteriore Russia Constantinopolim venientes sunt quidem a Nemogarda; ubi Sphendosthlabus Ingor Russiæ Principis filius habitabat*, &c. Porro Ingerus ante an. CMXLV. demortuus est; cum Cedrenus pag. 636. de rebus eo anno gestis verba faciens scribat: *Porro Elga Rossorum Principis* (nempe Ingeri) *uxor, qui classem in Romanos duxerat* (hoc sc. anno), *marito defuncto Constantinopolim venit & baptizata cum magna vera pietatis studium demonstrasset, dignis suo instituto honoribus effecta, domum rediit.* Elga seu Olha, ut ab Herbensteino in Commentario Rer. Moscovit. pag. 3. appellatur, in baptismo *Helena* vocata fuit, baptismumque accepit *anno mundi 6463.* inquit idem Herbensteinus, qui annus eræ Cpolitanæ Kalendis Septembr. anni Christi CMLIV. exorditur. Addit idem Scriptor: *Hæc prima inter Ruthenos Christiana fuit, ut Annales eorum testantur, qui eam Soli æquiparant. Suvatoslaum autem filium ad baptismum nequaquam perducere potuit: qui cum adolevisset, strenuus ac promptus statim omnes bellicos labores periculaque consuetus, non detrectavit.* Ubi qui a Porphyrogenneta citato *Sphendosthlabus*, ab Herbensteino aliisque *Suvatoslaus* dicitur. De *Helena* & *Sphendosthlabo* rursus infra. Hoc

appellat, cujus pariter ratione omnes populi Boreales essent appellandi Northmanni. Nam (ut ait) Nord, Aquilo, man, vir dicitur; ita ut Nordman, idem quod Aquilonaris sonet. Horum autem Ducem seu Regem Inger nominatum tradit.

PAGIUS IV. *Adelbero Episc. Metensis vitam Regularem restituit.*

Hoc anno *Adelbero* Metensis Episcopus *Ottonem*, Germaniæ Regem adiit, eique significavit, Canonicos Sancti Arnulphi monasterii in suo Episcopatu consistentis, *postbabita canonica regula conversatione*, laico more vivere, quos dum *post creberrimas admonitiones*, *incorrigibiles esse* Adelbero cognoverit, *consilio totius Cleri sui*, *eos inde potius expelli*, *quam inhonestam inibi ducere vitam* decreverit; prælibatos quidem Canonicos, inquit Otto, *pro hoc* ad se *proclamationem* fecisse. Verum inutilem eam considerantes, subdit idem Rex, *flagitationibus prælibati Episcopi nostri*, *ceterorumque fidelium nostrorum obtemperantes*, *Regia potestate sancimus*, *ut congregata inibi Domino famulantium honesta congregatione*, *ex hoc in antea*, *monachica ibi perpetualiter vita ducatur*. Paulo post. *Data quarto Idus Januarii anno Incarnationis domini nongentesimo quadragesimo primo*, *indictione decima quarta*, *anno domini Ottonis sexto*. Sed loco, *quarto Idus Januarii*, legendum, *quarto Idus Julii*. Librarii mensem Junium aut Julium sæpe in Januarium mutant & e contra; indeque factum, ut, ex Ottonis Chartis vix certo deprehendi possit, an *Otto*, qui VI. Nonas Julii patri successit anno CMXXXVI. ab eodem annos Regni sui, vel ab insequenti, ut putavit Baronius, deduxerit. Antiqua est Sancti Arnulphi Ecclesia, extra muros civitatis Metensis, quam *Adelbero* magnis divitiis locupletavit, postquam in eamdem Monachos Sancti Benedicti introduxit, quam & hodie obtinent, ut videre est apud Meurissium lib. 3. Episcoporum Metensium, ubi laudatum *Ottonis* Diploma, variasque Adelberonis hanc in rem litteras refert. *Antea Adelbero monasterium Gorziense a prima sua fundatione neglectum reparavit*, *ex eoque ad restituendam disciplinam in monasterio Sancti Arnulphi Monachos vocavit*.

V. *Edmundus Rex Angliæ Danos domat.*

Dani, qui *Northumbriam* possidebant, videntes *Edmundum* Angliæ Regem vix annum ætatis XVIII. attigisse, statim ab ejus coronatione, uti refert Westmonasteriensis ad annum CMXL. Anglorum jugum exuere, immunes a tributo esse, & summo jure in provincia dominari satagunt. Iterum ergo Hibernos in factiones societatem vocant, & *Analafum*, seu, ut ab aliis appellatur, *Anlafum*, quem nuper *Ethelstanus* ex Insula fugaverat, Northumbriæ Regno liberaliter donant. Ille tempore & potestate usus in Britanniam trajicit, Eboracum petit, & inde victoriæ suæ trophæa explicat. Verum, ut habet idem Westmonasteriensis, *anno gratia nongentesimo quadragesimo primo*, *Analafus*, *Rex nuper creatus*, *dum vastaret Ecclesiam Sancti Baltori*, *& Inninghom igne cremaret*, *mox Dei judicio correptus*, *vitam miserabiliter terminavit*: *& Rex Admundus*, *Northumbriam petens hostiliter Analafum filium Sithrici*, *& Reginaldum filium Guthredi Regis* (melius Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Reg. cap. 7. filium Gurmundi) *inde potenter expellens*, *Monarchiam totius Angliæ iterum subjugavit*. Tandem, uti testatur Huntindoniensis lib. 5. Edmundus Rex partem Merciæ, quæ Paganis diu subdita fuerat, usque ad latissimum flumen Humbri occupavit, quinque Urbes expugnavit, *& ab urbibus prædictis*, *infidelitate remota*, *Dei gratia*, *fidei fulgorem restituit*. Porro Anlafus antequam in Northumbria Rex eligeretur, Rex erat Noreganorum, seu Norvegiæ, ut Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. aliique produnt.

I. Damasus Legatus a Step. Pap. missus.

SEquitur annus Redemptoris nongentesimus quadragesimussecundus, Indictione decimaquinta, quo Francorum proceribus adversus Ludovicum Regem rebellantibus, & recipere cum detrectantibus: *Legatus Stephani Papæ* (inquit Frodoardus) *nomine Damasus Episcopus Romæ ob hanc legationem peragendam ordinatus in Franciam venit, afferens litteras Apostolicæ Sedis ad Principes Regni, cunctosque Franciæ, vel Burgundiæ habitatores, ut recipiant Regem suum Ludovicum; quod si neglexerint, & eum amplius hostili gladio persecuti fuerint, excommunicationis deprome ns interminationem. Pro qua re colloquentes Episcopi Rhemensis diœcesros cum Hereberto Comite, deprecati sunt eum, ut intercederet apud Hugonem Principem pro receptione Regis.* Et paulo post: *Legati Rhemensis Ecclesiæ Roma regressi pallium deferunt Hugoni Episcopo ab Stephano Papa transmissum. Cum quibus pariter legatio venit Principibus Regni, ut Ludovicum Regem recipiant, & sic Legatos suos Romam dirigant. Quod si usque ad Nativitatem Domini facere non procurarint, excommunicandos tunc fore se noverint.* Hactenus de his Frodoardus, qui & paruisse Principes Romano Pontifici docet; ut plane tunc maxime quanti fecerint Principes Romani Pontificis auctoritatem omnibus innotuerit. Sic igitur Ottone etiam Germaniæ Rege Ludovico studente, diu ingenti pace idem Ludovicus regnans potitus est.

II. Ingebellum inter Hugonem & Albericum.

Qui vero extra provincias Italiæ trans montes ad conciliandos Principes Stephanus Papa mittit legationem Romæ frustra laborat, ut Italiæ Regem Hugonem & Albericum Romanum Principem, iterum fracta pace, bello recrudescente, Hugone Romanos jugi bello hostiliter impetente, inter se fœdere sancto conciliet, atque mutua concordia jungat. De Hugonis namque Regis conatibus hæc habes in (a) Luitprando: *Ea tempestate Hugone Rege turpiter expulso, Albericus (ut præfati sumus) Romanæ civitatis monarchiam obtinebat, quem Rex Hugo quotannis graviter opprimebat, gladio & igne, quæ poterat, universa consumens, adeo ut civitates præter Romam, in qua ipse consederat, omnes auferret. Sed & ipsam sine dubio, tum depopulando, tum cives muneribus corrumpendo conquisivisset, nisi occulta & justa Dei sententia illi prohibuisset.* Hæc Luitprandus.

(a) Luitp. l. 5. c. 9. in fin.

III. Odo Cluniacensis iterum Romam causa pacis venit.

Porro sanctus Odo Cluniacensis Abbas, qui ante annos sex eadem ex causa, ut Hugonem & Albericum pacis vinculo jungeret, a Leone Papa vocatus fuerat, eosdemque mutuo nuptiarum fœdere colligarat, ad idipsum opus exhibendum Romam iterum a Stephano Romano Pontifice revocatur. De quo pauca tantum hæc Frodoardus hoc anno: *Domnus Odo Abbas pro pace agenda inter Hugonem Regem Italiæ, & Albericum Romanum Patricium apud eumdem Regem laborabat.* Hæc ipse. Porro ipsum S. Odonem & Romam venisse, & illuc ad ultimum fere spiritum ægrotasse, qui res ab eo gestas fideliter prosecutus est Joannes ejus discipulus monasterii sancti Pauli Abbas, comesque peregrinationis ipsius fideliter narrat his verbis: (b)

(b) Extat apud Sur. die 18. Novemb. t. 6.

IV. Odo laborat infirmitate corporis.

Postquam autem adventavit tempus illud, quo erat ad æternam perducendus requiem, & pro recte factis suis mercedem recepturus, Romæ manentem acuta eaque perpetua corripit febris. Membra dolore franguntur, frigidus ignis ipsas cum carnibus medullas absumit, diversaque perpessionum genera in uno eodemque homine adeo cumulantur, ut magno essent argumento, eum jam jamque a Domino accitum iri. Et vir ille sanctus sic se affectum sentiens, toto pectore nihil cupit aliud, quam dissolvi, & esse cum Chri-

---

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMLXXX Anno Hegiræ CCCXXXI. inchoato die 15. Septemb. fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6435.

☉ 27. B. ☽ 12. P. 10. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 942.

MARINI II. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 31. cum Romano IMP.

A.C. 942. I.

ANnum. II. ad IX. Flodoardus in Chronico ad hunc Christi annum, scribit: *Domnus Odo Abbas* (nempe Cluniacensis) *pro pace agenda inter Hugonem Regem Italiæ & Albricum Romanum Patricium apud eumdem Regem laborabat*. Paucis interpositis: *Domnus Odo venerabilis Abbas multorum restaurator monasteriorum, sanctæque Regulæ reparator Turonis obiit, & sepultus est apud Sanctum Julianum*. Joannes in Vita Sancti Odonis annum ejus emortualem non memorat, sed tantum diem, quem asserit fuisse quartam decimam ante Decembrem, *qua etiam Octava Martiniana celebritatis habetur*, ideoque die decima octava mensis Novembris Vir Sanctus obiit. Eundem annum signant Anonymus apud Duchesnium Tom. III. pag. 341. anno nempe Ludovici Regis VII. & Auctor Chronici Dolensis in Biblioth. Labbeana Tom. I. pag. 315.

Moritur S. Odo Abbas Cluniacensis.

Au-

(a) Philip. 2. *Christo, Apostolum imitans. (a) Percurrerat jam sanctorum laborum certamen, & tutius virtutis cursum egregium compleverat, ut non immerito considerare, divinæ benignitatis gratia, in cælis repositam sibi esse justitiæ coronam. Sed cum interim de sua vocatione hæreret, cupidus admodum fuit Martini sui orationis gratia prius invisendi, & extremum spiritum cum corporis favilla commendandi. Ab ipsis enim incunabulis eximium quemdam erga illum amorem conceperat. Nec defuit piis votis beati viri divina clementia.*

V. *Sequenti nocte vidit virum quemdam præstanti forma, auditque in visione eum talia sibi dicentem: Jam quidem, o sancta & Deo dilecta anima, instat tempus vocationis & dissolutionis tuæ, sed Martinus retinet te precibus suis, utque possis redire in patriam, vires subministrat. Cum autem eo perveneris, mox vita tibi pro morte, & beata electorum societas pro laboribus tuis a Christo donabitur. Visionem illam non dubiam efficiunt signa mox sequentia; ægritudo corporis mox fit remissior, salus accelerata redit.*

VI. *Dat igitur se itineri quam molesto, corpusque præ ætate grave & præmortuum negligens duros exantlat labores pro beatissimi Martini amore, tanto jam in spirituali obsequio devotior, quanto de præmio securior. Tandem post multas itineris difficultates venit Turones, imminente jam beati Martini celebritate. Gemina tunc urbi illi importata lætitia, tum ex annua beati Martini solemnitate, tum ex domni optatu Odonis Patris præsentia cunctis gratissima. In ea autem celebritate beatus Odo quam pius & devotus fuerit, quas preces B. Martino lacrymis permixtas obtulit, quæ contriti cordis sacrificia, tamquam hostia vivens in salutari illa ara immolavit, nos ob virium tenuitatem pro dignitate explicare non valemus. De sua enim vocatione sollicitus, animo erat ad Deum suspenso, & labentium rerum immemor puro mentis intuitu sola cælestia contemplabatur. Atque cum in modum totam illam diem transigens, cum videret se differri ab expectata e corpore migratione, angi animo cœpit. Ecce autem quarto inde die febris redit; tum vero ille tamquam voti compos de Dei misericordia fit securus, & quamvis corporis deficerent vires,*

Sed mens læta Deum cernit, suspirat, anhelat:
Ultima vox resonat: Tu Christe parce redemptis
Martinum ingeminat: Martinum suspicit, orat.

VII. S. Odo migrat ex hac vita. *Porro monachos undique advolantes, & acerbissime suam dissolutionem deplorantes sermonibus instruit, precibus Deo commendat, impertit benedictionem, eisque non sine lacrymis ultimum vale dicit. Decimoquarto Kalendas Decembris, in quem diem etiam incidit octava Martinianæ celebritatis, cum sacrosancta Eucharistia prius se communicasset, beatus ille spiritus corruptibilibus carnis vinculis absolutus, liber abit ad superos, & beatissimo Martino duce, creditorum sibi talentorum fructum multiplicem fideliter repræsentat, atque illic præmia amplissima recipiens, Sanctorum cœtibus admixtus, beatæ immortalitatis splendet candore, præstante Domino nostro JESU Christo, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum Amen.* Hæc Joannes.

VIII. Porro hoc quidem anno ejus ad Deum migrationem contigisse, idem qui supra testatur Frodoardus, qui de ipso in fine anni hujus hæc ait: *Dominus Odo venerabilis Abbas multorum restaurator monasteriorum, sanctæque regulæ reparator Turonis obiit, & sepultus est apud sanctum Julianum.* Hæc ipse, quæ habebat præ oculis. Ex quo erroris redarguas Sigebertum, qui eumdem Odonem decessisse ponit ante annos quinque, nempe nongentesimo trigesimoseptimo Redemptoris. Successit autem ipsi in monastica præfectura Adamarus, quem beatæ simplicitatis & innocentiæ filium nominat Odilo in vita (b) sancti Majoli, quem in monasterio successorem aluit in Christo, commendatus ab eodem patientiæ nomine, quod oculorum luminis privationem mira patientia tolerasset.

(b) Extat. apud Sur. die 11. Maii t. 3.

Por-

PAGIUS Auctores duo res a Sancto *Odone* gestas scripsere, ambo Monachi Cluniacenses, Joannes scilicet Scriptor *coævus* atque Nalgodus, qui Sæculo XII. vixit, ut videre est Apud Mabillonium Sæc. V. Benedict. ubi utriusque scriptum refert, & multa de Odone notat.

II. Ejus virtutes. *Odo* apud Urbem Turonensem natus, postmodum Sancto Martino Turonensi Episcopo semetipsum ex patris voto addixit anno ætatis XIX. qui Christi fere est unde nongentesimus, ibique Clericus atque Canonicus factus est. Post aliquantum temporis Odonem Sacerdotio dignum reputans Berno, *promovit eum, & accersito Episcopo, sine suo velle consecrare eum fecit Sacerdotem*, inquit Joannes lib. I. num. XXXVII. qui num. XXXVIII. addit: *Per illud tempus exitiali languore cœpit decumbere pater Berno*, &c. *Tunc manibus fratrum pater noster captus, & quasi violenter constrictus, coram Abbate suo vi est ductus*, &c. *Ordinatur itaque ille: intra modicum tempus pater Berno migravit ad dominum*, die scilicet XIII. mensis Januarii anni CMXXVII. ut eo anno ostendimus. Odone Abbate Cluniacum super

omnia

IX. Porro quod ad restitutionem pertinet monasticæ disciplinæ, non ipse Odo tantum Abbas Cluniacensis ad hæc præstanda hoc tempore laboravit, sed incumbit in opus Adelbero Metensis Episc. de quo ista (a) Sigebertus Gemblacensis in vita, quam edidit S. Guiberti Confessoris: *Ad hæc, inquit, inter primos a Deo missus est Adelbero primus hujus nominis Metensis Episcopus, qui nobilium Christianissimus, & Christianorum nobilissimus (erat enim frater Friderici Ducis) in hoc primum regiminis sui dedit exercitium, ut sæculari potentia & Episcopali censura exturbaret a sua diœcesi irreligiositatis vitium. Hujus bonæ intentionis oculum intendens primum super monasticam disciplinam, elaborat eam ad Apostolicæ vitæ redigere normam; & incipiens a Gorzia, quæ cæteris monasteriis erat præstantior in sua parochia, ubi institutæ religionis vix ipsa apparebant vestigia, non prius destitit, quam monasticæ vitæ professores a sæculi vanitate retractos rectæ viæ reddidit, & ante omnia radicem malorum, & malam monachorum novercam, scilicet proprietatum concupiscentiam mucrone pastorali extinxit, & qui in sæculi compitis patebant luporum morsibus, Dominico ovili inclusit. Collaborabat sibi ad hoc opus Abbas Agenoldus, restaurandæ religionis adjutor opportunus. Itaque extirpatis noxiis radicibus de Dominici horti areola, Adolberone Episcopo plantante, Agenoldo rigante, Deo autem incrementum dante, crescebant subito virtutum plantaria. Quicumque ergo abrenuntiantes sæculo suave jugum Christi tollere volebant: quam mites & humiles corde exemplo Christi esse deberent, hic addiscebant. Quicumque ex militari habitu in timore Domini fortitudinem suam mutabant; hic quasi in campo divini tyrocinii experimentum sui capiebant. Quicumque ex clericali sorte ad altiorem humilitatis gradum optabant ascendere: hic cum (b) Jacob non in somnis, sed revera scalam cælos attingentem merebantur videre, per quam Angelos ascendentes & descendentes possent videre. Cum ergo hic tantus religionis fervor tam longe, & tam late caloris sui diffunderent flammas: huc ad disciplinam Domini omnis confluebat nobilitas, omnis dignitas, omnis sine personarum discretione professio concurrebat & ætas. Nec quisquam vel initium conversionis se credebat arripuisse, cui non contingeret Gorziensi regula initiatum esse, &c.* Pergit dicere de conversione & professione monastica cum vitæ sanctitate sancti Guiberti illuc ex nobili militia fugientis, de quo inferius latius dicturi sumus.

(a) Sigeb. Gembl. in vit. Guib. c. 8. apud Sur. t. 3. die 23. Maii.

Adelbero Metensis Episc. restitutor monasticæ disciplinæ.

(b) Genes. 28.

Hoc anno mense Aprilis datum habetur privilegium a Constatinopolitanis Imperatoribus Romano Constaotino & aliis Romani filiis monasterio sancti Vincentii ad fontes Vulturni, quod in suo Chronico una cum aliis monumentis ad idem spectantibus Joannes monachus earum rerum scriptor intexuit. Flagrantia in Italia bella civilia effecerunt, ut Constantinopolitani Imperatores potirentur Calabria, Apulia, atque ea Campaniæ parte, quam Vulturnus alluit, posita antea sub ditione Ducum Longobardorum Beneventi & Capuæ. Privilegium autem ipsum ex Græco male translatum uti descriptum charactere X.

Lon-

PAGIUS omnia cœnobia caput extulit fama religionis. Fervebat eo in loco virtutum æmulatio, studium in res sacras. Regulæ accurata observatio, charitas in pauperes, adeo ut *septemdecim millia pauperum in capite Quadragesimæ uno anno apud Cluniacum eleemosynam habuerint, & ducentas quinquaginta pernas acceperint*, teste Udalrico in lib. 3. Consuetudinum Cluniacensium cap. XI. Complura monasteria Ordinis Sancti Benedicti reformavit, & non pauca condidit. Varia scripsit Opuscula, ex quibus, quæ supersunt, leguntur in Bibliotheca Cluniacensi. Sancto Odoni in Abbatiam Cluniacensem successit Aymardus, cujus Elogium Historicum ibidem Mabillonius exhibet.

III. Ad num. IX. Monasterii Gemblacensis in Brabantia siti, horis tribus a Namurco, natales Miræus in sua Notitia Belgica, & in Originibus Benedictinis ad annum CMXXII. revocat, recente quodam disticho innixus, & recte quidem cum *Sanctus Guibertus* anno CMLXII. mortuus tradatur, conversionis suæ anno fere quadragesimo, uti narrat Auctor Anonymus in Relatione Elevationis corporis Sancti Guiberti Tom. II. Biblioth. Cæsareæ, & Sæc. V. Benedict. recitata. In eodem sæculo V. refertur Vita ejusdem Sancti *Guiberti* Monachi Gorziensis, & Cœnobii Gemblacensis conditoris, a Sigeberto Monacho Gemblacensi & Chronographo scripta. In ea dicitur, *Guibertum* nobilissimis & ditissimis parentibus natum *Gemblacense* monasterium ex propriis bonis construxisse, & vanam gloriam fugientem *Gorziam* monasterium in confinio Metensis civitatis positum se se recepisse, ubi monasticam vitam auspicatus est. Cum in eo disciplina regularis processu temporis collapsa fuisset, *Adelbero* Metensis Episcopus hujus nominis primus, de quo anno præcedenti verba fecimus, elaboravit ad monasteria suæ Diœceseos ad Apostolicæ vitæ normam redigenda. Incœpit a *Garzia*, ubi institutæ religionis vix apparebant vestigia. Inter Viros illustres, qui Monasterium illud ingressi sunt, numeratur *Guibertus*, qui inde *Erluinum*, virum lucrandis Deo animabus intentissimum assumpsit, ut eum Gemblacensi Cœnobio præficeret, dum ipse Gorziam regressus orationi & contemplationi vacaret liberius.

Floret S. Guibertus fundator Monasterii Gemblacensis.

Quia

Longobardo invenimus, ita reddimus, sicut se habet:

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Romanus & Constantinus, Christophorus & Stephanus, & Constantinus Christi amicissimi & fidelissimi in Domino benigni Imperatores disposuimus istud præsens nostrum benignum sigillum.

XI. Diploma Orientalium Imp. *Nostra Imperialis magnifica providentia non solum sacerdotalibus actibus decet concedere juvamen, sed & his, qui monasticam vitam eligunt, opportunum illorum juvamen amplificant, ut in omnibus rectitudo providæ nostræ virtutis ostendatur. Ergo & in ipsa venerabili mansione beati Vincentii, quæ adjacet in ipsa amica Christi in nostro Themate existente Longobardia, cum his quæ sub ea sunt monasteriis, & omnibus rebus eorum sigillum excusationis illud, quod & Deo nostro charum Imperium nostrum concedere præcepit, ut excusentur ipsa prædicta monasteria, & hæreditates eorum ab omni tentatione & angaria publica, & ab ipsis Patriciis, & Strategiis Græcorum, & ab Imperialibus qui in Thassidiis diriguntur, ab Imperio nostro & a Trinarchis, Drungariis & Comitibus Thematum, & a judicibus, & usque a quocumque homine, cui creditur servitium publicum Imperii nostri. Insuper ab ipsis Longobardis Patriciis, & Castaldæis, vel ab omni homine Græco & Longobardo, cui creditur servitium publicum, & tantum attendere ministerio ipsius Mansionis, & ipsis quæ sub ea sunt monasteriis, & rebus eorum, ut orent pro Imperio nostro.*

Sancimus vero licere, & potestatem tribuimus ipsius mansionis Abbati per præsens nostrum benignum Chrysobolum, & sigillum, ut ea, quæ ablata sunt loca ejus & monasteriorum & eorum res a diversis faciebus potentissimis, ista exquirere, cum justa ratione eripere & habere sub sua potestate, & a nemine contrafieri, neque a Græco, neque a Longobardo judice: sed ut dictum est, perquirere ista, & cum justa ratione recolligere, & habere sub sua dominatione a **XII.**

Præ-

PAGIUS IV. *Adelbero Episc. Metensis monasteria reformat.* Quia vero in ea Vita Sigebertus ait, Monasterium Gorziense rectæ vix redditum esse, *Adelberone Episcopo plantante, Agenoldo rigante* (is tunc Gorziensis Abbas erat) *Deo autem incrementum dante*, juvat hic referre quod Joannes Abbas Metensis scribit in Vita Sancti Joannis Abbatis Gorziensis, cujus fuit discipulus. Extat ea Vita apud Bollandum ad diem XXVII. mensis Februarii & Sæculo V. Benedict. & de Adelberone num. XLI. ibidem legitur: *Cujus* (nempe Adelberonis) *deinceps actus de die in diem feliciter procedentes, ut Christo duce successerint, & ut in monasteriorum præcipue reparatione studium præ cunctis transfuderit, nequaquam brevi sermone stringi quisquam quæsierit; neque mihi id, si sapiam arrogare præsumpserim. Et certe res ipsa ita se cunctorum ingerit oculis, ut quidquid dictum fuerit, minus videatur, & multitudo factorum nequaquam exæquari valeat facultate verborum. Ecclesiam siquidem, quam superiorum temporum perturbatione ab omni pene studiorum bonorum fervore, tam in divinis, quam & humanis detritam susceperat; ita secum domino cooperante, ex nullo, ut ita dixerim, in summum repente statum provexit, ut quæcumque diœcesi sua suberant monasteria, longo jam & veteri morbo ab opere rectitudinis languida & pene desperata, regularibus disciplinis reddiderit, viros vita & doctrina probatos singulis quibusque locis præficiens, qui mundo perfecte abdicato, cæteris documento & disciplina proficerent. Clericorum ipsorum conciliabula, eo quod divisam cum sæculo conversationem non satis probabat, in Monachorum instituta mutavit. Sanctimonialium habitacula, quod ea, etsi non re, fama tamen obscurari quam ægre ferebat, omni sinistra suspicionis morsu eripuit, & ad idem, quo Monachos, institutum, & in nullo dispares observationes, pro sexus virtute coercuit.*

Nec jam antiquioribus & eminentioribus contentus locis, ipsas quoque cellulas longius visu vago dispersas, in quibus vix olim aut certe minoris numeri clerici rurales; nuda verborum reddebant officia, monachorum habitu & observationibus insignivit, atque tempora, resque tulerunt, terras sumptibus eorum necessarias, & quæ locorum erant, restituit, & propriis usibus subtractas, egregia liberalitate additis testamentis contradidit. Sed quamquam omnium miro studio eum cura tenuerit, Gorzia tamen unico sibi semper fuit amori, pro eo quod & principium operum ejus extiterat, & sanctitas prædictorum virorum Einoldi, atque Joannis eum præcipue oblectabat. Einoldus a Sigeberto mox laudato vocatur *Agenoldus*, diciturque Adelberoni *restauranda sancta religionis adjutor opportunus*. Subdit Ioannes Abbas Metensis, *Einoldum* atque *Joannem* monasterium Gorziense ingressos esse *anno Incarnationis dominicæ CMXXXIII* & Joannem multos annos agentem in cellula reclusum, religiosas feminas reclusas verbo Dei pavisse, & ex diversis mundi partibus sancti fervoris se ibidem examen infudisse. [1] *Einoldus* mortuus est **V.** *Monasterium Gorziense præ cæteris dilexit.*

Ab-

NOTÆ [1] J*Oannem multos annos agentem in cella reclusum religiosas feminas verbo Dei pavisse &c.* Nihil tale de S. Joanne Gorziensi memoriæ mandatum ab ejus Discipulo legitur; cum potius per totam vitam usque ad obtentam abbatis dignitatem negocia externa Monasterii curarit. Sed quæ de reclusione & feminarum institutione hic habet Pagius Humberto Gorziensi Monacho & S. Joannis sodali ab eodem Vitæ S. Joannis Scriptore cap. VI. tribuuntur; ex quo Pagii hallucinationem manifestam corrigas. MANSI

Præcipimus vero & istud, ut habeant licentiam, & non contra fiat a quolibet, ut ascendere Abbas aut transmittere hominem suum ad Imperium nostrum secundum petitionem suam, sustinens, qui præsumpserit contrarium in his, quæ sunt præcepta a nobis, aliquid operari, atque ex nostra increpatione adveniet ei periculum. Sufficiens omnibus ostensa tantummodo istius præsentis nostri benigni sigilli facti secunda Aprilis mensis quinta decima Indictione. In quo & illud a Deo coronatum Imperium nostrum per cinnabrim consuetam Imperialis magnificentiæ subscriptionem propria manu composuit, & aurea bulla signari præcepit. Hucusque diploma Imperatorium.

Re.

PAGIUS

Abbas Sancti Apri in Diœcesi Tullensi, & post aliquot annos *Joannes* Abbas Gorziensis creatus fuit, ut suo loco ostendemus.

VI. *S. Odo e Sede Schireburnensi ad Cantuariensem transfertur.*

Godvvinus in Præsulibus Angliæ, & Alfordus in Annal. Angl. *Vulfhelmi* Cantuariæ Archiepiscopi mortem, & S. Odonis in ejus locum subrogationem anno CMXXXIV. collocant; verum Wartonus Tom. I. Angliæ Sacræ pag. 790. in Additionibus ad Historiam Sedis Cantuariensis refert fragmentum quoddam Historiæ vetustissimæ Abendoniensis in anno CMXL. terminatæ Episcopos tunc præsidentes in calce enumerans, habere: *Vvulfhelmus Archiepiscopus Ecclesiæ Cantuariensi præsidet nunc.* Auctor autem ille Anonymus proxime ante Episcopos enumeratos, *Eadmundum* Regem Æthelstano fratri anno CMXL. defuncto successisse retulerat. Qui locus hominis tunc viventis egregius est ad eorum evertendam sententiam, qui *Æthelstani* Regis mortem in annum CMXLI. distulere. In Evidentiis Ecclesiæ Cantuariensis pag. 2220. refertur quædam donatio ab Ethelstano Rege anno DCCCCXL. facta, cui *Vulfhelmus* subscripsit, & postea ibidem exhibetur alia charta anno DCCCCXLI. ab Eadmundo Rege & Eadredo fratre ejus data, qua aliquas terras Ecclesiæ Dorobernensi reddunt, cui subscribunt Vulfhelmus Dorobernensis Archiep. & Odo Schireburnensis Episcopus. Is enim ante aliquot annos ad Schireburnensem cathedram evectus fuerat, & quia Viltoniæ commorabatur, ab Historicis sæpe Episcopus Viltoniensis appellatur. *Sanctus* itaque *Odo* e Sede Schireburnensi hoc anno, vel saltem sub finem superioris ad Cantuariensem translatus est. De eo plura infra.

Hoc anno mortuo Stephano VIII. Papa successit Marinus II. ut anno sequenti ostendam.

JESU CHRISTI ANNUS 943.	MARINI II. PAP. ANNUS 1.	CONST. VIII. CUM ROM. IMP. ANNUS 32.

I. Mortuo Stephano succedit *Marinus*.

Redemptoris annus nongentesimus quadragesimus tertius, Indictione prima, ordine sequitur, quo Stephanus Papa ubi sedisset annos tres, menses quatuor, & dies quinque (ut habet verus codex Vaticanus de Romanis Pontificibus) ex hac vita migravit: quoto autem mense vel die non dicit, sed tantum in locum ipsius fuisse subrogatum Secundum hujus nominis Marinum, quem alii Martinum nominant, natione Romanum, qui omissis insanabilibus tumultibus bellicis, totum se tradidit ad componendam Ecclesiam, tam in Cleri, quam in monachorum reformatione, & in basilicarum restauratione, & cura pauperum. Litteris vero egit, ut inter Christianos Principes mutuo decertantes pax componeretur. Hunc jam olim fuisse dono prophetiæ imbutum res gestæ Udalrici Episcopi Augustani declarant, de quibus nos suo loco superius egimus.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMLXXXI. Anno Hegiræ CCCXXXII. inchoato die 4. Septemb. fer. 2. A. C. 943.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6436.

☉ 28. A. ☽ 13. P. 26. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 943.

MARINI II. PAPÆ 2.

CONSTANTINI VIII. IMP. 32. cum Romano IMP.

I. *Stephano VIII. PP. succedit Marinus II.*

Ad num. I. *Stephanus* VIII. vulgo IX. qui anno nongentesimo trigesimo nono circa diem XVIII. mensis Julii ad summum Pontificatum evectus fuerat, non hoc anno, ut Baronius, Papebrocius in Conatu Chronico-Historico, aliique arbitrati sunt, sed superiori vitam cum morte commutavit, ut Sigebertus in Chronico & Hermannus Contractus tam ex editione Pistoriana quam Canisiana recte notarunt. Cum enim Catalogi, Martinus Polonus & Antiqui passim ei annos tres tribuant, & in illorum plerisque addantur menses quatuor & dies quindecim, dubitari imposterum non debet, quin anno superiori e vivis excesserit, idque ineunte circiter Decembri. *Marinus* II. patria Romanus in locum Stephani VIII. subrogatus est. Tomo III. Spicilegii Dacheriani pag. 454. extat rescriptum hujus Pontificis Vezeliacensi Abbati concessum, ac *scriptum per manus Azzonis scrinarii S. R. E. in mense februario indictione 1. datum II. Nonas Februarii per manum Benedicti, Episcopi & Bibliothecarii S. Sedis Apostolicæ: Eo anno Deo propitio, Pontificatus domini nostri Marini summi Pontificis & universalis Papæ, in sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno I. mense Februarii indict. I.* Verum inde non sequitur, ut putavit Papebrocius laudatus, Marinum hoc anno Pontificatum iniisse, sed tantum hoc anno mense Februario sedisse. [1] Porro quod ait Baronius ex Vita Sancti Udalrici Episcopi Augustani, liquere *Marinum* II. Prophetiæ dono imbutum fuisse, jam supra demonstravimus, *Marini* loco Sergii III. nomen in Acta Sancti Udalrici ab eorum Scriptore intrusum esse. Sigebertus in Chronico ad annum CMXLII. idem ac Baronius narrat, ideoque ejusdem Auctoris lapsum non animadvertit. Lege quæ anno CMX. num. V. hac de re in medium attulimus. [2]

Willelmus Normanniæ Dux jussu Arnulphi Comitis Flandriæ in quadam Sommæ fluvii insula proditione occisus est: *cujus corpus post paululum ad se relatum cum devestirent* (Optimates scilicet Britonum ac Normannorum) *urgenteam clavium in ejus strophio reperiunt dependentem, satis ditissimum thesaurum sub se habentem, flamineam scilicet & cucullam monachilem. Quo si comes ei vitæ fuisset, ab hoc conventu rediens, apud Gemmeticum factus Monachus procul dubio sumsisset*, inquit Willelmus Gemmeticensis Monachus lib. 3. Hist. Normann. cap. 12. qui subdit: *Mittentes itaque ad Bajocassinam urbem puerum Richardum accersiunt ad patris tumulationem. Ibique ei iterato renovantes unanimiter tenorem fidei, tradiderunt illum sub tutela Bernardi Dani, ut sub ejus tam provida quam fideli cura tutius custodiretur intra muros civitatis. Complevit autem su-* II. *Occiditur VVillelmus secundus Normannia Dux*

NOTÆ [1] Marinum II. anno superiori Pontificium solium ascendisse non ambigo; sed citius tamen quam ineunte mense Decembri, nam anno 943. 3. Idus Novembris, cum jam inceperat indictio 2. annum secundum Pontificatus numerabat, ut constat ex ejus Bulla ad Joannem Beneventanum Episcopum, data 3. Id. Novembris anno Marini II Indict. 2. Ughell. in Benevent. tom. 8. p. 50. novæ edit. Id autem egregie deducitur ex iis quæ de Agapiti, qui Marino successit exordio, in Nota ad A. 946. I. disseremus. Cum enim Marinus sederit annis tribus, mensibus sex, & diebus tredecim; & ibidem ostenderimus Agapitum ejus successorem ante die VIII. Martii anno 946. cœpisse, fit inde ut Marini exordium ante Septembrim anni 942. anticipandum sit. MANSI

[2] *Landolfus* Beneventanus Dux fuit usque ad A. D. 943. quo obiit, eique successere *Landulfulus*, & *Pandulfus* ejus filii; *Landulfus* vero quadriennio ante a patre Ducatus particeps effectus fuerat. Apparet ex privilegiis eorumdem pro monasterio *Casinensi*, quæ leguntur in Accessionibus ad Historiam ejudem monasterii Erasmi Gattulæ pag. 52. Horum alterum: *Datum est tertio Kal. Februarii in anno quadragesimo tertio Principatus Landolfi, & decimo anno Principatus Atenulfi, & quarto anno Principatus Domni Landolfi, indictione prima. Actum Benevенti in sacro palatio.* Alterum vero: *Datum* est III. Kal. Septembris, anno quinto Principatus Domni Landolfi gloriosi Principis, & anno secundo. Principatus Domni Pandolfi ejus filii indictione secunda. Est A. D. 944. GEORGIUS

Eodem quoque anno, defuncto Heriberto Francorum Comite, rurfum per Artaldum de Archiepifcopatu Rhemenfi negotium faceffitur Hugoni ejus filio, de quo anno fuperiori. Quomodo autem non nifi fub Agapito Papa ejufmodi controverfiæ habita Synodo definiri valuerunt, fuo loco pluribus ex Actis fynodalibus dicturi fumus.

Se-

PAGIUS *facratiffimus Dux Vuillelmus vita fua curfum XVI. Kal. Januarii, Rege Ludovico* (nempe Tranfmarino) *regnum Francorum tenente, anno dominica Incarnationis* DCCCXLIII. Sed loco, DCCCXLIII. legendum, DCCCCXLIII. Flodoardus in Chronico, Meyerus lib. 2. Annal. Flandriæ, aliique illuftris hujus Principis mortem cum hoc etiam Chrifti anno conjungunt. Normannorum natio Arnulpho Flandriæ Comiti, aliifque non paucis invifa erat, & hoc tempore Willelmus & Arnulphus inter fe bello contendebant, *poft levia aliquot contracta certamina ad Pinciniacum in infula fluminis Somona colloquium indicitur, quo colloquio, poftquam nihil convenisset, dirempto, Flandri Willelmum Ducem, antequam ad fuos revertere poffet circumventum occiderunt*, inquit Meyerus. Fuit Vuillelmus filius Rollonis, ac fecundus Dux Normanniæ, Vuilhelmus *Longa Spata* vulgo cognominatus. Ordericus lib. 3. pag. 459. *Willelmi* mortem cum anno DCCCCXLII. connectit, & Ducatum Normannorum XXV. annis tenuiffe afferit, fed Gemmeticenfi hoc in capite ftandum, licet novus Chronographus Saxo Orderico confentiat.

III. *Nova Hungarorum irruptio in Ditione Græcorum.* *Indictione prima, menfe Aprili, rurfum Turci* (ita Hungari ab Auctoribus Græcis hoc tempore vocati) *cum ingentibus copiis Romanæ ditionis fines invaferunt. Egreffus vero Theophanes Patricius Accubitor, pacis cum eis fœdus percuffit, acceptis obfidibus ex illuftrioribus. Cæterum Romanus Imperator plerafque per Macedoniam atque Thraciam urbes a fundamentis extruxit, alias reparavit. Nec id modo; fed & in Urbe Augufta magnificas ædes Regias inftauravit. Prata quoque opima ac uberrima, quæ longe maximam voluptatem præftant: fru & in fenum alimenta, hofpitumque diverforia, ac agrorum domicilia conftruxit, mercedem a Deo animique falutem fperans fe recepturum effe*, inquit incertus Continuator Theophanis in Romano Lacapeno num. XLV. ilique alii Byzantini Hiftorici, quoad Hungarorum invafionem & pacem, fuffragantur.

IV. *Pia opera Romani Lacapeni.* Jam numero fuperiori idem Continuator fcripferat: *Cæterum Romanus Imperator Urbis debita omnia, atque alienum civium omne, divitum pariter pauperumque ac egenorum, quantum ex tabulis probari poterat, diffolvit. Suntque adeo qui dicant dediffe unde viginti centenaria. Nominum tabulas in Chalces Purpureo Umbilico combuffit, univerfis faufte acclamantibus, votifque Imperatorem profequentibus. Imperii anno fecundo fupra vigefimum, pretia domorum civibus omnibus conductoribus, a maximo ad minimum atque dimifit. Feria quarta & Parafceve ad Converforum exiens ædes a fcortis omnibus argenteos duos erogabat: Inclufis viris & feminis, fingulis tres nummos impendebat. Ecclefias vero & monafteria plura extruxit, veftes quoque auro contextas, calicefque cum difcis facros largitus eft. Hofpitale quoque ad Mabriani ædes excitavit, fecitque ftabula ac hofpitia pulcherrima: ftrata etiam ftravit cubilia ac cubicula, eorum omnium gratia, qui hofpites Urbem petunt, ac lites agunt. Quin & de illorum, ipforumque eorum jumentorum ac famulorum cibo pabuloque ftatuit atque præcepit. Domos in eum ceus firma donatione addixit, ut indeficienter fumptus fufficerent. Hoc autem illorum gratia fecit, qui hofpites lites in Urbe habent, ut inde procurentur atque alantur. Ad fepulcrum fuum dari juffit quotidie fruftula, affafque triginta millia. Quarta feria & Parafceve in Prætorio & Chalce & Numeris, vinctis fingulis folles quindecim erogari mandavit; magnaque Parafceve nummos fingulos eleemofynarum nomine illic tribui. Olympi monachos, & Cyminæ, & Athonis, & Barachei & Latri, omnefque nummum unum Vitiftum ex fuo monafterio accipere voluit.*

I. Tryphon Patriarcha Const. deponitur.

SEquitor annus Redemptoris nongentesimus quadeagesimusquartus, Indictione secunda, quo post celebratam Constantinopoli Synodum, io qua dolose depositus est Teyphon Patriarcha Constantinopolitanus, in locum ejus substitutus est Theophylactus filius Imperatoris. Quomodo autem ista so habuerint, ita Curopalates narrat: *Exacto autem definita tempore, quod Tryphon Patriarcha definierat, nolebat, ut pollicitus fuerat, de sede decedere, sed judicium quærebat & crimina sibi obiici, qoibus ab Ecclesia merita pelleretur. Et cum Imperator hac in re quid consilii caperet, ignoraret: Cæsarias Theophanes, quem Charrinum etiam appellabant, eloquens vir tristem cernens Imperatorem, neque illusionem, neque dolum Tryphonis æquo animo ferentem, pollicitus est ipsi incœpta ad exitum perducturum: Imperator autem cum approbasset illius pollicitationem dolo aggreditur Patriarcham, & ad ipsum accedens dixit: Multum, o domine, contra te conatur Imperator, & causas inquirit, quibus te de sede merita detrahere possit; sed cum multum laboret; non tamen invenit: quomodo enim insonti culpa adscribi aliqua potuerit? Verum unam causam afferunt, qui tibi detrahere student; ajunt te litteras prorsus ignorare. Si igitur hunc removere possimus, lupus inhiantes videbuntur ii, qui contra te machinantur. Si quid igitur mihi auscultes, tota Synodo præsente, in charta non scripta scriptum tuum nomen & sacerdotii dignitatem mittito Imperatori, ut certior de hac re factus, de spe decidat, desistatque contra te aliquid moliri.*

II. Tryphon deceptus abdicatse.

Visum est illi utile consilium. Statim igitur cunctum Synodum alloquitur Patriarcha: Qui me de sede injuria detrahere cupiant, a sacri ministerii collega, multis admotis machinis, ut probabilè causa invento, me expellerent, non invenere. Ad extremum hoc mihi obiiciunt: expertem me litterarum esse ajunt. Nunc igitur coram omnibus vobis has litteras inscribo, ut videntes, ac certiores facti calumniatores, desinant injuria mihi negatum facessere. Dixit, & sumpta charta non scripta, coram omnibus ita scripsit. Tryphon miseratione divina Archiepiscopus Constantinopolis novæ Romæ & Oecumenicus Patriarcha. Et scripta per protothronum mittit Imperatori. Quibus ille acceptis, & alia in non scripta charta desuper contenta, causam cur se abdicaret, scripsit, videlicet indignum se throno cuicumque volenti cedere. Et hac excusatione ad Synodum allata, ab Ecclesia Tryphon removetur, multum conquerens de fraude, & protothronum graviter accusans: anno vero post & mensibus quinque (tantum enim temporis requirebatur ad perfectam Theophylacti ætatem, qua Princeps sacerdotum deligeretur) Februari mense, Indictione secunda creatur Patriarcha Theophylactus Imperatoris filius. Hæc Curopalates.

Quando Theophylactus Patriarcha regimen suscipit.

III. Filia Hug. Regis juncta filio Constant.

Eodom quoque anno, dictaque Indictiono secunda idem auctor tradit missam fuisse legationem a Constantino Imperatore Leonis filio ad Hugonem Italiæ Regem, ut filio suo Romano ejus filiam Bertam nomine jungeret matrimonio, quod & factum, intercurrente pariter ab ipso Rege Hugone ad oumdem Imper. legatione pro mittenda classe adversus Sarracenos. Qui functus est legatione Imperatoris fuit (ut ait Curopalates) Paschalis protospatharius Dux Longobardus, ab Hugone autem suum viteicum fuisse missum (*a*), Luitpraodus affirmat. Misit igitur (*b*) Bertam

(*a*) *Luit. l. 5. c. 5.*
(*b*) *Idem l. 5. c. 9.*

F suam

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMLXXXII. Anno Hegiræ CCCXXXIII. inchoato die 24. Augusti fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6437.

☉ 1. GF. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 944.

MARINI II. PAPÆ 3.

CONSTANTINI VIII. solius IMP. 33.

A.C. 944. I. *S. Tryphon Patriarcha Constantinop. depositus.*

AD num. I. & seq. quo anno *S. Tryphon* Patriascha Constanstantinop. depositus fuerit, anno CMXXXIII. declaravimus, & Curopalatem hic a Baronio citatum, aliosque Scriptores Byzantinos emendavimus. Quare quæ hoc anno ea eodem Baronius habet, ad illum retrahenda.

II.

Ad num. III. & seq. Quod narrat hic Baronius ex Luitprando lib. 5. cap. 9. pertinet ad annum nongentesimum quadragesimum secundum, licet Sigonius lib. VI. de Regn. Ital. illud anno CMXLI. consignarit. Cum enim *Hugo* Italiæ Rex anno CMXL. naves a Romano Lacapeno postulaverit, isque continuo, ut ait Luitprandus, miserit, hæc ad annum CMXLII. referenda: *Rex Hugo*, inquit Luitprandus, *congregato exercitu, classibus per Tyrrhenum mare directis ad Fraxinetum, terrestri ipse eo itinere pergit. Quo dum Græci pervenirent, igne projecto Sarracenorum naves mox omnes exurunt. Sed & Rex Fraxinetum ingressus Sarracenos omnes in montem Maurum fugere compulit. In quo eos circumsedendo capere posset, si res hæc, quam prompturus sum non impediret. Rex Hugo Berengarium, ne collectis & ex Suevia & ex Francia super se irrueret, sibique regnum auferret, maxime timuit. Unde non bono consilio accepto, ad pro-*

Hugo Rex Italiæ cum Saracenis pacem init.

pria

Sarraceni Fraxineti recipiuntur in fœdus ab Hugone.

suam filiam ex concubina genitam Constantinopolim per Sigefredum Parmensem Episcopum jungendam Romano filio Constantini Porphyrogeniti, Bertam autem ipsam Græco mutato nomine Eudoxiam vocavere. Præstitit quod pollicitus fuerat Constantinus classem mittens, quæ omnes Sarracenorum naves exussit quæ Sarracenis Fraxineti commorantibus erant auxilio. Factum insuper ut ipse Hugo armis potens ipsum caperet Fraxinetum, Sarracenis fuga lapsis in montes proximos. Quibus hactenus feliciter actis, infelicissime accidit, ut timens Hugo Rex Italiæ Berengarium Marchionem Eporegiæ civitatis, tyrannum Italiæ, cum iisdem Sarracenis fœdus jungeret. Qui sic securos reddidit hostes Christianæ Fidei, sicut antea. Christianos inde transeuntes, ut ex more Apostolorum Limina frequentarent, neci tradiderunt. Ait enim (a) Luitprandus: *Eo vero loco constitute Sarraceni quam multorum Christianorum ad beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Limina transeuntium sanguinem fuderint, ille scit solus numerum, qui eorum nomina tenet in libro viventium*. Sane quidem Frodoardus, qui per singulos annos res gestas sui temporis digessit, frequentissime id factum memorat.

(a) Idem l. 5. c. 7.

IV. In ipsum autem Hugonem cum Christianæ religionis hostibus fœdus ineuntem ita invehitur Luitprandus: *Perquam inique tibi Rex Hugo Regnum defendere conaris. Herodes, ne terreno Regno privaretur, innocentes multos occidit: tu ut obnoxios, nocentes & morte dignos dimittis*. Et paulo post: *Puto seu (quod verius est) credo te non legisse, nec audivisse, qualiter iram Domini incurrit (b) Rex Israel Achab, dum Regem Syriæ morte dignum fœderatum dimitteret, Benedad, &c.* Sane quidem ubi Hugo iniit fœdus cum Sarracenis, omnia ipsi infelicissime ad obitum usque cessere. Sub

(a) 4. Reg. 13. 2. Paral. 16.

PAGIUS

prio Græcos mox remisit, ipsisque cum Sarracenis hac ratione inito fœdus, ut in montibus, qui Sueviam atque Italiam dividunt, starent: ut si forte Berengarius exercitum per eos ducere vellet, transire eum omni modo prohiberent. Eo vero loco constituti, quam multorum Christianorum ad beatorum Apostolorum Petri & Pauli limina transeuntium sanguinem fuderint, ille scit solus numerum, qui eorum nomina tenet scripta in libro viventium. Ad quæ respiciebat Flodoardus in Chronico, quando ad annum CMXLII. scripsit: *Rex Hugo Sarracenos de Fraxinido, eorum munitione disperdere conabatur*. [1]

III. Conjugium Romani Junioris cum filia Hugonis Regis.

Quod conjugium filiæ ejusdem Hugonis cum Romano Constantini Porphyrogennetæ filio recte illud a Baronio hoc anno recitatum. Incertus enim Continuator Theophanis in Romano Lacapeno num XLVI. ait: *Porro secunda indictione Romanus Imperator Paschalium Protospatarium ac Longobardiæ Ducem, ad Hugonem Regem Franciæ misit, ejus filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens: quam & assumens, quem dixi, Paschalius cum multa supellectile atque opibus in Urbem induxit. Celebratæ nuptiæ mense Septembri, indictione tertia* (ideoque hoc Christi anno) *vixit cum viro annos quinque: tumque vivis exempta est cum Constantinus illius socer ipse summus Imperator esset, solusque rerum potiretur*. Idem habent alii Scriptores Byzantini, qui Hugonem Francorum Regem perperam etiam appellant. Loquitur de hoc conjugio Constantinus Porphyrogenneta lib. de Administr. Imp. cap. XXVI. ubi ait, *Bertam de nomine* magnæ Bertæ aviæ appellatam fuisse, Eudociam vero *de nomine aviæ* (uxoris sc. Basilii Macedonis & sororis Constantini, ipsiusmet sc. Porphyrogennetæ, qui hæc scribit, qui sororem habuit nomine Eudociam. Cætera quæ ibidem de Berta Romani uxore dicuntur, hic explicare locus non est.

A num.

NOTÆ [1] Hugo Italiæ rex an. 942. tria privilegia monasterio Casinensi concessit, quæ extant in Accessionibus ad Historiam Casinensis monasterii Erasmi Gattulæ P. I. pag. 48. Data sunt Idus (pro Idibus) *Majarum anno Dominicæ incarnationis nongentesimo quadragesimo secundo, regni vero Domni Hugonis piissimi regis septimo decimo, Lotharii XIII. indictione prima*. Error est in indictione; nam A. D. 942. mense Majo in cursu erat *Indictio XV*. Quum autem nondum liqueat, quo die & mense Hugo, & *Lotharius*, Italiæ reges inaugurati sint; de anno tamen nullum est dubium. *Hugo* factus est rex Italiæ A. D. 926. *Lotharium* regni socium fecit A. D. 930. Ergo quum mense *Majo* A. D. 942. *Hugo* annum XVII. numeraret; & *Lotharius* XIII. oportet, *ut Hugo* A. D. 926. & *Lotharius* A. D. 930. circiter eundem mensem, reges dicti sint. Placitum Lucæ habitum ab *Hugone* Marchione *Tusciæ* pro *Conrado* Episcopo *Lucensi* editum a V. C. Ludovico Antonio Muratorio Antiquit. Italiæ medii ævi tom. I. pag. 500. datum est: *Anno regni Domni Hugoni, Domnorum Hugoni & Lotharii filio ejus gratia Dei reges, Deo propitio, Domni Ugoni XV. Domni Lothari vero X. Hoctavo Kalendas Aprilis, Indict. XIV.* Hæ notæ conveniunt in A. D. 941. Idcirco anni regni Hugonis exordium habent a mense Majo an. 930. Præceptum eorumdem *Hugonis & Lotharii regum suggestione Sigefredi Episcopi Parmensis* in Regesto Sublacen. pag. 1. in fine.

Ciperandus (ita) cancellarius ad vicem Bosoni Episcopi, & archicancellarii recognovi; Data septimo Kal. Julii an. Dominicæ Incarnationis DCCCXLI. Regni vero Domni Hugonis piissimi regis XV. Lotharii vero item regis X. Indict. XI. (mendose pro XIV.) *Actum juxta Roma in monasterio sanctæ Virginis Agnen.* GEORGIUS

V. Imago Christi Edessa Constantinopolim translata. (a) Extat apud Metaph. die 16. Aug.

Sub eadem Indictione secunda Curopalates de famosissima illa imagine Christi Redemptoris miraculo expressa, ipso Christo vivente, & ad Abagarum missa (de qua suo loco superius fusius dictum est) & Costantinopolim Edessa translatu hæc habet (a): *Cum vero Romanorum copiis Edessa obsideretur: Edesseni malis obsidione graviter oppressi, Legatos ad Imperatorem miserunt, petentes, ut exercitus ab obsidione recederet; seque polliciti sunt pretium daturos sanctam Christi effigiem. Soluta igitur obsidione, tradita est imago, & ad regiam urbem perducta, eam excipiente Imperatore cum splendido atque decenti satellitio per regii cubiculi præfectum Theophanem.* Hæc Curopalates, & alii ex eo.

VI. Verum hæc, quæ summatim Curopalates, & alii ex eo sceiptis prodidere, ipse tamen Constantinus Porphyrogenitus Imperator prolixiorem de eadem sacra imagine historiam prosequutus, ubi de ejus origine & progressu orationem instituens plura locutus esset: demum ad ea, quæ ad hanc, de qua est sermo, translationem pertinent, sermonem convertens, exactam de his narrationem habet his verbis:

VII. De sacræ Imaginis translatione Oratio Const. Imp.

Postquam autem ad hanc urbium Reginam undique confluxerunt quæ sunt optima & pulcherrima, eratque Dei voluntas, hanc quoque sacram imaginem hic recondi cum aliis thesauris: Romanus qui erat Romanorum dominus Imperii studium adhibet, ut per ipsum civitatem Regina hanc consequatur. Diversis vero temporibus mittens Edessam, petebat ut ea cum epistola, quam Dominus sua manu scripserat, ad eum mitteretur. Et promittebat se contra eis daturum in permutatione Sarracenos numero ducentos, & argenti duodecim millia. Edesseni autem dicebant sibi non conducere, suæ civitatis custodem & conservatricem argento, & hominibus mortalibus permutare. Cum autem ille sæpe petendo instaret, illi vero preces reiicerent: tandem sexies millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo anno ab origine mundi, misit Amiras Edessenus, rogans, ut scripta cautione per aureum signaculum, quod haberet firmitatem, fide juberet Imperator, non esse Romanorum exercitus hostiliter invasuros quatuor civitates, dico autem Rhoam, quam vox barbara vocat Edessam, Charram, Sarotne, & Samosatam, atque ex eorum agris prædas esse acturos, aut eos, qui in illis habitant, redacturos in captivitatem, tradendos autem esse sibi ducentos Sarracenos ex contribulibus cum ea, quæ prius fuit promissa, quantitate pecuniæ. Quod si faceret, sciret se ad eum esse missurum illam, quæ quærebatur, imaginem, & Christi epistolam.

VIII. Abramius Ep. legatus ad suscipiendam Imag.

Imperator vero ejus boni desiderio concedens omnia, quæ fuerant proposita, cum dedisset ea, quæ petebantur, misit Abramium Deo charum Samosatæ Episcopum, qui illo tempore hic agebat, ad divinam illam suscipiendam imaginem, & Christi Dei nostri epistolam olim ad Abagarum missam. Advertens autem & qui misit, & qui erat minister, ne in ea tradenda callide deciperetur, & ne descripta, & non vera traderetur pro ea, quæ tunc fuit descripta propter Persicum casum; has ambas cum alia quæ celebratur in Ecclesia Nestorianorum, quæ ipsa quoque (ut est verisimile) sumpta fuerat ex prima, quæsitas accepit ad fidem faciendum, quæ rursus sunt redditæ, retenta sola principali & vera. Sed hoc quidem postea. Tunc autem excitabatur magnus tumultus a Fidelibus, qui erant Edessæ, aliis quidem persuasis, aliis vero coactis, aliis etiam minis mortis territis, efficit ut ea traderetur.

Cum autem tonitrua & fulgura cum pluvia vehementissima divina providentia subito erupissent, dum Edessa esset extra imago & Christi epistola: rursus movebantur ii, qui ea prius retinebant, & affirmabant, Deum iis, quæ fiebant, significare, divina voluntate non fieri rerum sanctissimarum ex eo loco translationem. Sed cum præfectus Sarracenorum, penes quem erat universa potestas, statuisset, standum esse conventis, & implendum esse promissum: egreditur e civitate effigies pretiosissima, & epistola a Deo scripta, & huc afferebatur. Et viam quidem conficientes ii, qui ea ferebant, pervenerant ad Euphratem, & rursus tumultus excitatur nullo priorum minor, Edessenis dicentibus, quod nisi divinitus ostensum fuerit signum aliquod, nulla modo dimittent, id quo continetur omnium securitas. Datur ergo eis signum, cum essent infideles & tentarent: Navis enim, cum qua erat iis propositum trans-

Miraculo Dei voluntas declarata.

PAGIUS

IV. Imago Christi Edessena Constantinopolitanis a Saracenis tradita.

A num. V. ad XVI. Incertus Continuator Theophanis, narrato præfato conjugio, n. XLVIII. scribit: *Edessa urbe, in qua veneranda Christi effigies posita erat, a Romano exercitu obsessa, & ad extremas angustias redacta, oppidani Oratores ad Romanum Imperatorem mittunt, rogantes solvi obsidionem ejus muneris gratia, se Christi sacram effigiem in linteo expressam daturos polliciti; hujusque ipsius muneris vicem, ex suis vinctos recipere petebant, qui nobiliores essent bullaque Aurea eam ipsis præstari fidem,* ut numquam Romanæ copiæ Edessenam regionem devastarent. *Quod sic utique factum. Missa itaque sacra effigie seu Sudario, jamque haud procul Byzantio, Theophanes Patricius & Accubitor ad Sagarim*

mittere Euphratem, cum adhuc esset in portu a partibus Mesopotamea, ubi eam solum ingressi sunt Episcopi divinam imaginem afferentes & epistolam, cum factiosi tempestate adhuc retinerentur: repente sine remigibus, sine eo, qui gubernaret, aut traheret appulit ad terram qua erat ex adverso, gubernata sola divina potestate. Quod quidem omnes, qui convenerant, stupore implevit & admiratione, & persuasit, ut non inviti concederent emissionem.

X. *Hinc perveniunt Samosatam ministri eorum qua ferebantur. Erant autem Samosatorum, & Edessa pontifex, & ejus primus presbyter, & alii quidam religiosi Christiani, cum quibus una erat etiam minister Amira, qui Roma revertebatur. Hic cum aliquot dies morati essent, multis illic factis miraculis, rursum iter sunt ingressi. Et rursum in via innumerabilia fiebant miracula a sacra imagine & Christi epistola: caci enim ex improviso aspiciebant, & claudi reddebantur sanis membris integris: saltabant qui longo tempore in lecto decubuerant, & sani fiebant quibus erat manus arida, & (ut semel dicam) fugabatur omnis morbus & infirmitas. Et qui sani erant Deum glorificabant, & laudabant ejus admirabilia.*

XI. *Cum autem multam jam viam confecissent, veniunt etiam ad sanctissima Deipara monasterium, quod vocatur Eusebii monasterium, quod quidem est in loco, qui dicitur, Optimatum. In templo vero hujus monasterii, quo par fuit honore, reponitur capsa, qua miraculorum effectricem tegebat imaginem, & multi, qui accesserant pura & sincera affectione, curati sunt a suis morbis. Quo etiam venit quidam vexatus a dæmone, quo tanquam instrumento utens malus spiritus, & multa per ipsum eloquens qua pertinebant ad laudem imaginis & epistola (nam alii quoque: (a) Novimus quod sis sanctus Israel, dicebant qui erant earumdem cum illo partium) tandem hac quoque est vaticinatus: Accipe, inquit, o Constantinopolis gloriam & lætitiam, & tu Constantine Porphyrogenite, tuum Imperium. His dictis, fuit homo curatus, & statim liberatus a dæmonis vexatione. Horum autem verborum fuerunt multi testes. Nam cum Imperator misisset obviam ei quod desiderabat, magistratus & primos totius Senatus, & multi ex satellitibus simul cum eis exivissent, accidit ut Magistri & Patricii cum inferioribus ordinibus ea audirent, & de his ferrent testimonium. Et quoniam qua prædicta fuerant, cito evenerunt, jure est dubitandum, undenam præscientia accesserit ad dæmones: non enim creduntur eam ex se habere, cum a divina gloria exciderunt, & pro luce dicti fuerunt tenebræ. Sed clarum est, quod quomodo divina virtus usus est (b) Balaamo ministro ejus qua tunc fuit prædictionis, & aliàs aliis sæpe ea re indignis sapienti quadam, & solerti consilio: ita nunc quoque virtus qua erat in divina effigie usa est dæmone; & ideo per eum præsignificavit, qua mox erant ventura. Sed cum hoc quidem sic evenisset, ejus meminisse interim non fuit fortasse alienum. Pergemus autem ad ea, qua sequuntur narranda.*

(a) Marc. 1. Luc. 4.

(b) Num. 22. & 29.

XII *Decimoquinto mensis Augusti, Imperatoribus de more festum celebrantibus semper Virginis & Dei Matris Mariæ in venerabili templo, quod est in Blachernis, circa crepusculum illuc pervenerunt ministri harum rerum pretiosarum, & reposita est in superiori oratorio hujus templi arca, qua intus habebat imaginem, & epistolam. Quo venientes Imperatores eam extra reverenter adoraverunt; deinde cum honorifica magno comitatu, & multis lampadibus ad regiam eam portassent triremem, cum ea venerunt in Regiam, & in templo, quod illic est, & nominatur Pharos, propterea fortasse, quod sicut vestis splendida id sit egregia ornatum, eam reposuerunt die sequenti, qui erat mensis decimussextus: & pie & reverenter salutantes eam rursus & adorantes. Illinc sacerdotes, & juvenes Imperatores (senex enim domi manserat propter corporis infirmitatem) cum psalmis & hymnis & copioso lumine, per descensum ad mare, ea in triremi regia rursus imposita prope urbem remigantes, ut quodammodo Urbem conservaret, per ipsum maris ingressum appulerant extra muros civitatis, qui sunt ad Occidentem. Quo in loco egressi e navi, pedibus ingredientes Imperatores, & totus Senatus*

Quando sacra pignora delata Const.

PAGIUS *fluvium cum splendide cereorum apparatu, congruoque cultu & canticis illi obviam processit; mensisque Aug. quinta decima cum illo in Urbem intravit. Imp. in Blachernis consistente, ubi etiam effigiem illam adoravit. In crastinum exierunt ad portam auream, tum Imperatoris duo filii Stephanus & Constantinus, tum Constantinus illius gener cum Theophylacto Patriarcha: debitoque honore susceptum sacrum pignus, universo Senatu præeunte, maximaque cereorum atque lampadum segete prælucente, ad usque sancta Sophiæ templum pedibus detulerunt, atque illic adoratione, mysticoque cultu exceptam, in Palatium intulerunt.* Eadem narrant Simeon Logotheta ac Leo Grammaticus. Combefisius in originum Rerumque Constantinopolitanarum Manipulo, pag. 75. exhibet Narrationem *diversis ex Historiis collectam de Christi Imagine non manufacta ad Augarum missa & ex urbe Edessena Constantinopolim translata, Romano Lacapeno imperante.*

V. Baronius hoc anno num. XIV. de illa Oratio-

tus, & sacrorum Antistes cum tota Ecclesiæ congregatione, eo quo par fuit, comitatu prosequuti, tamquam oliam arcam, vel potius super eam vas conducebant, quod illa sanctissima & pretiosa custodiebat. Et cum qui erant extra muros transmisissent usque ad portam Auream, deinde ingressi civitatem cum psalmodiis & hymnis sublimibus & canticis spiritualibus & infinito lumine lampadum publicam celebrantes deductionem, iter faciebant per mediam civitatem; sanctificationis & roboris per hoc esse participem civitatem credentes, illæsamque & inexpugnabilem esse in æternum conservandam.

XIII. Sanatur paralyticus. Ociosa autem turba concurrente ad spectaculum, homo quidam paralyticus, & imbecillis, & qui jam longo tempore suis innitebatur famulis, surrexit, ut videret divinam imaginem transeuntem, qui simulatque eam aspexit, præter opinionem sanus effectus, cum cognovisset esse confirmatas & corroboratas bases suorum pedum: accurrit ambulans ipsis pedibus, & exosculatus est capsam imaginis, & Deum magnificavit, narrans quod in se factum fuerat miraculum. Quem cum vidissent omnes, qui simul aderant, & verba ejus audivissent, emiserunt gloriam Deo universorum, qui semper facit mirabilia. Tam multæ autem lacrymæ præ gaudio sunt profusæ, & tam multæ ad Deum preces & gratiarum actiones factæ sunt ab universa civitate, divina imagine, & veneranda epistola transeunte per mediam civitatem, ut verbis explicari nequeant, utpote quod vidit oculus, non possit consequi oratio. Res enim, quæ sunt excellentes pulchrius est videre, quam audire, solentque talia a tergo relinquere.

XIV. In regiam deferuntur sacra pignora. Cum ergo ad forum, quod est ante Augusteum, venissent, duces celebritatis, & a via recta parum declinassent ad sinistram: veniunt ad clarissimum templum sanctæ Sophiæ. Et intra adytorum propitiatorium reponunt pretiosum imaginem, & epistolam. Cum hic autem adorasset tota Ecclesiæ congregatio, & (ut par erat) honorasset: illinc rursus egressi sunt cum sancto onere qui peragebant processionem, & cum venissent in Regiam, in atrio, quod cognominatur Triclinion, super thronum Imperatorium, in quo consueverunt respondere de rebus magnis, tunc divinam collocant imaginem; cathedram omnino sanctificari Imperatoriam, & simul justitiam, & benignitatem eis plane largiri qui in ea sedebant, non immerito credentes. Intensa autem de more facta oratione, post eam impletam, hinc sublata fuit divina imago, & in prædicto Phari templo, in dextera parte, quæ vergit ad Orientem, conservata fuit & reposita ad gloriam Fidelium & custodiam Imperatorum, & ad tutelam totius civitatis, & status Christianorum. Sed o divina similitudo ejus, quæ mutari non potest Patris similitudinis! o character characteris divinæ substantiæ! o venerandum & omni honore dignum signaculum primariæ pulchritudinis Christi Dei nostri (tecum enim loquar tamquam cum re animata) conserva & custodi semper eum, qui pie & moderate nobis imperat, & tui adventus memoriam luculenter celebrat. Quem cum tua benignitate ad avitam, & paternam sedem extulisti: conserva ejus germen & generis successionem, & sceptrorum perpetuitatem, statum pacificum præbe Reipublicæ: concede, ut hæc Regina civitatum maneat inexpugnabilis, & ut nos placentes archetypo tuo Christo Deo nostro, admittamur in ejus Regnum cæleste, eum glorificantes, & celebrantes. Quoniam eum decet gloria & adoratio in sæcula sæculorum Amen. (Apostrophe ad S. Imag.) Cæterum hæc oratio, quæ nomine Constantini Porphyrogeniti Imp. habetur inscripta, non patris sed filii ejusdem nominis Imperatoris fuisse apparet. Filius enim quoque Porphyrogenitus Constantinus est dictus; omnes enim qui noti purpura induebantur, vel in Porphyro palatio nascebantur, Porphyrogeniti diceban-

PAGIUS

Porphyrogenneta Auctor Historiæ hac de re scripta. tione, cujus fragmentum recitat, ait: *Hæc Oratio, quæ nomine Constantini Porphyrogeniti Imp. habetur inscripta, non patris, sed filii ejusdem nominis Imperatoris fuisse apparet. Filius enim quoque Porphyrogenitus Constantinus dictus est,* &c. Verum, ut Combefisius citatus notavit, filius Constantini Porphyrogennetæ ac Imperii hæres nunquam Constantinus appellatus fuit, sed *Romanus Junior*. Lipomanus ante Baronium crediderat, Constantinum Porphyrogennetam hujus Orationis Auctorem esse Constantinum Romani Lacapeni filium. Sed nunquam Constantinus Romani filius Porphyrogenneta appellatus, licet Augustali corona donatus. Neque enim in purpura exceptus aut in Porphyra natus, sed adoptione Constantini Porphyrogennetæ adscititius tantum fuit.

VI. Denique demonstrari potest Orationem, cujus Baronius fragmentum recitat, auctorem habere Constantinum Porphyrogenitam Leonis Philosophi filium. (*Orationem de ea habuit.*) In ea enim apud Baronium num. XI. diserte dicitur, hominem quemdam a cacodæmone vexatum tempore illationis non manufactæ Imaginis in Urbem Constantinop. inter alia varia etiam hoc prædixisse: *Accipe, o Constantinopolis, gloriam & lætitiam; & tu Constantine Porphyrogenite tuum imperium*, hancque prædictionem paulo post impletam esse, quod mense Decembri currentis anni contigit, ut statim videbimus. Verosimillimum est, inquit Lambecius Tom. VIII. Biblioth. Cæs. pag. 196. ubi de hac Oratione differit, Porphyrogenitum eam publice habuisse die XVI. mensis Augusti sequentis Christi anni, quo introitum Sacræ Imaginis Edessenæ in Urbem Constantinop. qui sub Romano Laca-

bantur. Porro ipsa dies decima sexta Augusti, qua eadem sacrosancta imago Constantinop. delata est, ex eo tempore fuit perpetua memoria consecrata, annisque singulis ritibus solemnibus celebrata. In Menologio enim ipsorum dicta die hæc scripta leguntur:

XV. *Commemoratio imaginis non manufactæ Domini Dei & Salvatoris nostri JESU Christi ex urbe Edessa egressa, in hanc a Deo servatam & regiam urbem deportata.*

At vero postea bellis ingruentibus, ipsa Constantinopolitana civitate sæpe capta, & ab hostibus direpta, atque a Catholica primum communione sæpe discissa, Dei providentia factum est, ut ut eadem imago veneranda fuerit Romam perlata, ubi hactenus colitur in titulo S. Silvestri.

XVI. S. Pauli Anachoretæ digna memoria. Quod rursus ad hanc eamdem imaginem spectat, non tacendum est, quod contigit sub eodem Constantino Porphyrogenito, describiturque fidelissime in vita sancti Pauli in Latro a loco ita nominati Anachoretæ, qui hoc tempore miranda claruit sanctitate, his verbis: *Photium illum, qui Patriciatus honore clarus, moribus etiam clarior fuit, eoque nomine Constantino Imperatori inter præcipuos ministros lectissimus, hunc ad Sanctum miserat cum litteris. Qui cum ad eum pervenisset, datisque & receptis jam litteris, ad reditum accingeretur; unum ab eo Sanctus petiit, ut non manufactæ Christi imagini, quam Mantile sanctum appellare mos est, lineum æquale velum applicaret; idque sibi mittere ne gravaretur. Factum est quod postulabat, missumque velum ex animi sententia: quod cum expandisset, Christi effigiem in eo adamussim expressam, & figura figuram exactissimam videt, aliis autem nihil tale apparebat.* Hæc auctor, qui subdit de eodem Photio ista:

XVII. *Patricio huic Photio, dum apud divinum Patrem versatur, curæ fuit, externa etiam hæc observare, qualis ejus facies esset, quales oculi, vox, gressus & alia, tum in primis, quales oculi & aspectus. Etenim hoc etiam illi in mandatis dederat Constantinus Imperator: conatus itaque est jussa exequi, sed nulla ratione potuit. Discedens enim dedecentis se Symeoni arcanum prodens, fassus est: Conatus, inquit, persæpe in ejus faciem oculos defigere, numquam potui. Nam ex ea tamquam radiis quidam solis emissus oculos meos perstringebat, & claudere cogebat.*

Porro egregia ejus sanctitas conspicuum eum fecit non Orientali tantum orbi, sed etiam Occidentali: frequentatus enim est, undique Principum legationibus, quod sciretur in primis Fide esse Catholicus, & communicatione junctus Apostolicæ Sedi. Nam ibidem auctor ejus temporis: *Notus fit omnibus, adeo ut Petrus Bulgariæ Princeps perhumanis illum epistulis modestissimisque crebro salutaret: & ut pro salute sua Deum deprecaretur, orabat. Papa etiam Romanus (sic enim appellari solet) cum ejus aures tanti viri fama implesset, monachum quemdam provectum ad eum misit, non alia de causa, quam ut eum salutaret, vitamque ipsius & formam penitus agnosceret; reversusque postea omnia ipsi ut se haberent, explicaret.* XVIII. Colitur Paulus etiam a Rom. Pont.

In primis autem coluit eum Constantinus, quem diximus, Imperator, cujus complures epistolas adhuc integras conservari ad eum missas, idem testatur auctor, in Laura, cujus idem Sanctus curam aliquando gessit. Omnia quidem dextere eidem contingebant Imperatori, quæ ex Pauli ejusdem sententia ageret, infeliciter vero si contra; nam audi quid idem ibi auctor enarret: *Parabat*, inquit, *ille classem, quam instruxerat suæ numerosissimam adversus Cretenses mittere,* Sarracenos scilicet, *qui jamdiu insulam illam occupatam adhuc detinebant. Scripsit autem ad magnum hunc Patrem, ut de illo consuleret bello scilicet. Rescripsit is: nullo modo ex sententia Dei expeditionem illam videri. Et hoc quidem ipse,* XIX. Consuluit Paulum Imp.

Imperator autem immensarum opum sumptus, quos in paranda classe fecerat causatus, consilio non paruit. Quot vero neglecti consilii fructus acceperit, & quomodo missa copia a Cretensibus habita sint, norunt omnes, & Imperatorem ipsum haud leviter pœnituit. Sed haudquaquam in hoc uno pœnitentia stetit; sed quo etiam tempore ad celeberrimum illum inter Sarracenos, Chaandam dico, nomine ipso notissimum pro captivorum Christianorum permutatione XX.

Ba-

PAGIUS capeno hoc anno acciderat, tunc solus imperans, prima vice anniversariis ritibus solemniter celebravit. Loquitur & de hac Romanorum victoria de Saracenis Edessam incolentibus, & de sacro Velo alias ad Abgarum Regem misso, & hoc anno Romanis concesso, Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. ad annum Hegiræ CCCXXXI. sed quoad annum rei gestæ falli videtur. Prætermiseram monere eam Narrationem Græce & latine editam esse a Combefisio in Orig. Rerum Constantinopolitanarum Manipulo pag. 75. ac Notis illustratam. Num vero Imago Edessena Romæ extet uti scribit Baronius, velut scissa & erroribus laborante civitate eo translata sit, uti de aliis quibusdam factum, quo tempore in Sa-

cras

Basilium Rhodium misit: tunc etiam monuerat idem Sanctus, ne mitteret, inutilemque & sine fructu suum conatum fore: Ex his vero, quæ Legato adversa obtigerunt, dedicit ille, quam inconsulto fecerit, non obtemperando. Cæterum cultu & obedientia & observantia erga sanctum virum quam cuncta alia illi prospera cesserint, quamque liberatus tyrannide suorum ad plurimos annos Imperium propagaverit, quæ a Curopalate & aliis scripta sunt, fidem exploratam faciunt. De eodem autem Paulo rursus alia occasione dicendum inferius:

XXI. Romanus & Filii ejus Imp. privati. *Eodem anno, decimasexta Decembris, inchoata jam tertia indictione, Romanus Imperator, qui cum in honore esset, non intellixit, ex collega, in quem a Constantino assumptus erat, jam in dominum mutatus, sibi filiisque suis assumens & tribuens primatum Imperii, nomen tantum tunc Constantino legitimo hæredi Leonis Augusti relinquens: a Stephano suo filio Imperatore ab ipso pariter declarato capitur, exuitur Imperio, & attonsus in monachum relegatur in Insulam, cum vigesimumsextum annum in Imperio degisset. Sed & post mensem elapsum & dies quinque, nempe vigesimaprima Januarii ejusdem tertiæ Indictionis, idem Romani filius Stephanus & Constantinus fratres inter se mutuo de Imperii primatu certantes, ambo in mensa tenti, & in insulas deportati sunt; sicque (ut prius erat) uni Constantino Leonis filio est relictum Imperium. Præstitit hoc illi in Imaginis suæ adventu Constantinopolim JESUS Christus, qui semper exultavit humiles, superbos e sede deponens.* Hæc pluribus Curopalates aliique Græcorum historici, & ex Latinis (a) Luitprandus profusius. Sed ad res Occidentalis Ecclesiæ.

(a) Luit. l. 5. c. 9. 10. 11.

XXII. Quæ admiranda in Germania accidere. De rebus Germanicis valde mirandum, quod hoc quidem contigisse anno Frodoardus sic narrat: *In Transrhenensibus Germaniæ regionibus quidam homo erat, cujus manus abscissa fuerat, & post annos quatuordecim (sicut asserunt qui eum noverunt) solito dum noctu dormiret, ei ex integro restaurata est. In iisdem partibus per quosdam pagos ignei globi ferri videbantur in aere, quamquam nullas illic circumvolantes incenderent domos & villas. A quibusdam vero locis, crucibus oppositis cum benedictione Episcopali & aqua benedicta, repellebantur.* Hæc Frodoardus sui temporis res gestas posteris fidelissime tradens. Witichindus (b) & ipse sui temporis scriptor, de manu homini restituta rem paulo diversam sic narrat: *Hominis etiam cujusdam manus sinistra ferro amputata, post annum fere integrum restituta est ei dormienti, quæ pro signo miraculi sanguinea linea loco conjunctionis notabatur.* Hæc ipse. Sed liberat fidem suam Frodoardus diversa scribens, dum aliorum relatu se ea accepisse testatur.

(a) Vutic. l. 2.

Hic ad finem anni hujus describemus unicum quod extat monumentum Marini Papæ, nempe diploma hoc anno datum, continens privilegium concessum monasterio sancti Vincentii super Vulturni fontes, recitatum in suo Chronico a Joanne monacho ejusdem monasterii, qui claruit, & scripsit tempore Paschalis Secundi, quod scriptum charactere Longobardo, accepimus ab ejusdem monasterii Abbate & Patriarcha Alexandrino Camillo Cajetano viro dignissimo, meique amantissimo: sic enim se habet: XXIII.

Marinus Episcopus servus servorum Dei, Leoni venerabili Abbati in monasterio Christi martyris Vincentii, quod situm XXIV. Diploma Marini Pap.

PAGIUS

cras Imagines sævitum Constantinopoli est, an Genuæ, quod Bzovius in suis Annalibus tradit, aliis discutiendum relinquo.

VII. Porphyrogenneta solus regnare incipit. Ad num. XXI. Simeon Logotheta in Constantino Porphyrogenneta num. LIII: *Stephanus*, inquit, *Romani filius in patrem insurgens, adhibitisque in consilium Mariane Exmonacho, & Basilio cognomento Petino, nec non Manuele Curtice, consciis etiam reliquis Augustis, quod gravi morbo ac senio detentum eum videret, ac qui testamenti tabulis res imperii ordinasset, primumque Imperatorem Constantinum Porphyrogennetum statuisset, tumque deinceps filios suos secundo ac tertio ordine Imperatores fore decrevisset: expressisque ad eos verbis sanxisset, atque firmasset, si quid adversus primum Imperatorem offenderint, ac Majestatem violaverint, confestim imperio abdicandos esse, male Aula detrusum, inque Protem Insulam relegatum, Monachi situ Cæsaria mactavit. Imperator igitur ejus gener Constantinus relictus est, mensis Decembris vigesimo, indictione tertia, anno 6454. Is statim Bardam Phocam Magistrum & Scholarum Domesticum creat; Constantinum vero, navalium copiarum ducem, nec non Tribunos, viros quosdam strenuos ac industrios. Petrinum Patricium ac Comitem stabuli fecit: Curticem Patricium & Excubiarum Drungarium; quos brevi divina insecuta ultio est, ut qui se in Christum Domini scelerate gessissent. Majestatis namque rei deprehensi, misera morte vitam ambo abruperunt.*

VIII. Filios Romani Lecapeni in exilium mittit. *Quadraginta vero dierum exacto spatio Constantinus Porphyrogennetas suspectos habens Stephanum & Constantinum fratres ne in se quoque, ut par est, talia molirentur; ut qui patri non pepercissent, nec sibi essent parsturi. Ajunt enim*, Corrumpunt bonos mores, colloquia prava. *Quod igitur Germanie fit: Convivio acceptos lauteque epulantes, cum adhuc cibos non deglutissent qui in hoc parati erant, abreptos & clericali militiæ adscriptos in Insulas haud longe positas deportaverunt. Brevique post patrem suum, qui Monachus esset, visere petierunt, intolerabili luctu ex aspectu affecti. Similiter etiam pater ejulans ad eos ait:* Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. *Exinde relegati sunt*

situm est in partibus Samaii territorio Beneventano supee fontes Vulturni fluminis, & per te cunctis successoribus tuis in eodem venerobili monasterio regalariter promovendis in perpetuum.

XXV. *Quemompta sollicitudine convenit nos pro universis Dei Ecclesiis semper invigilare, & tetamentis intentione venerobilium locorum integritates pracueare: ideo utilitati illorum, & moxime pro quiete monachorum optomus subsidio conserve, ut divina misericordiæ remuuerotionem eu fidereis arcibus consequamur. Igitur quia petisstis o nobis, ut monasterium beoti Vincentii martyris uno cum omnibus sibi pertinentibus monasteriis, cellis, copellis, terris & castellis, servis & ancillis, cum universis redditionibus suis sub jurisdictione sanctæ Romoaa Ecclesiæ, cui Deo auctore deservimus, nostri privilegii auctoritate muniremus: Idcirco vobis, tuisque successoribus legitimis Abbatibus illud concedimus detsuendum, ut nullius alterius Ecclesiæ ditionibus submittotur, sed cum omnibus sibi subjectis monosteriis & cellis, hoc est monasterium beati Petri Apostoli, positi juxta fluvium Sab ..... territorei jom dicti Beneventoni monosterii sanctæ Dei Genitricis Mariæ in Lecosono, monosterium Domini Salvotaris, quod positum est in Alifo, monosterium sanctæ Mariæ in loco Apimacs territorii Murficani, monasterium sanctæ Mariæ od Duos basilicos, monasterium sanctæ Moriæ in Costoneto, monasterium sancta Moriæ in Polive tereitorii domo ... monosterium sanctæ Mariæ in Plonisi, monosterium sancti Petri in Vipera in ipso eosale Leonis, monasterium sancti Petri in Concolo, monasterium sancti Petri in Teita, monasterium sanctæ Mariæ in Musano, monasterium sanctæ Mariæ in Arolo, monosterium S. Georgii in Salerno, monasterium sancti Vincentii in Capuo, monosterium S. Mortini, & monasterium sanctæ Crucis in monte Morsico, monasterium sanctæ Columbæ in Soræ, monosterium sancti Donati cum inclyto valle Sorona. Hæc omnia cum omnibus sibi pertinentibus rebus sub tutela Sedis Apostolicæ permaneont.*

Conceditur etiam vobis, vestrisque successoribus Abbotibus licentia Apostolica Sedis nostræ, ut quamlibet Christianitatem indigentibus in prædicto venerobili monosteria quemvis Episcopum ad invitandum ire volueritis, babeatis omnimodo potestatom; similiter ad sanctos Ecclesios consecrandas, & ordinotionee de socerdotibus & diaconibus per tempora faciendas, & de omni gradu ibidem adimplenda. Protestomur etiom, ut nullus Episcopus debeat exinde socerdotem vel diaconum ad suam Synodum provocore, nisi suæ fuerit propriæ voluntotis, aut Abbates vel monachos quoquomodo judicare vel excommunicare. Volumus etiom & Apostolico injungimus auctoritate vobis & vestris futuris Abbatibus, ut de quolicumque Ecclesia sacerdotes vel clerici si venerint od bobitondum in congregatione frotrum, sive ad monosticum suscipiendum babitum se contulerint, statem recipiantur. Chrisma vero & Formatas a quolibet Episcopo vobis voluntos fuerit impetrandi, liceat semper secundum quod diximus sub Apostolica nostro potestote. Et omnem cujuslibet Ecclesiæ sacerdotom in præfato venerabili monosterio quamlibet ditionem babere potest Sedes Apostolico probibemus, ita ne nisi ab Abbote monosterii fuerit invitotus, nec Missorum solemnia ibi celebrore præsumat. Stotuentes Apostolico insuper censura, sub divini judicii obtestatione, sed & validis atque atrocibus anathemotis interdictionibus probibemus, ut nullus unquom præsumot cujuscumque dignitatis præditus & potestatis, vel in eodem monasteria vel ejus causis incumbere, aut de rebus & possessionibus, vel Ecclesiis sub- XXVI.

PAGIUS sunt, Stephanus quidem in Preconesum, deinde Rhodam, postea in Mitylenem, Constantinus vero in Tenedum, inde in Samothraciam: ubi etiam tyrannidem moliens, a custodibus necatur. Michael Christophori Imperatoris filius ablatis Imperialibus calceis, a Theophylacto Patriarcha Clericus efficitur. Similiter quoque Theophanem Patricium & Accubitorem in exilium misit, Georgium item Protospatharium & Pincernam, nec non Thomam Primicerium; quos ambos verberibus subactos atque detonsos, infamique triumpho per mediam Urbem traductos, in exilium amandavit. Sicque in eos animadversum, quod deprehensi occasionem captare, ut Romanum denuo in Aulam reducerent. Idem scribunt alii Auctores Byzantini.

IX. Hoc anno corpora Sanctorum *Vvandregisili* Abbatis Fontanellensis, *Ansberti* & *Vulframni* Archipræsulum, ex urbe Bononiensi in ora maris Gallici posita, ad Monasterium Blandiniense in urbe Gandavensi situm translata sunt, ut videre est in Historia hujus Translationis a Monacho Anonymo scripta, & Sæc. V. Benedict. recitata. Normannis circa littus Oceani Gallici debacchantibus, ad eorum furorem declinandum, sacræ Reliquiæ Bononiam deportatæ fuerant, ut sæculo præcedenti retulimus; sed cum *Arnulphus Magnus* Flandriæ Comes a Sancto Arnulpho avo Sancti Wandregisili, & nomen & genus traheret, ea sacra pignora procuravit. *Tractante autem eo*, inquit Anonymus, *& consilium super hoc plurimo a Deo quærente, non est fraudatus a desiderio suo. Ecce enim huic uptus negotio inventus est vir vita laudabilis, Sanctitate clarus & genere Gerardus nomine* (est is Sanctus Gerardus, qui postea Broniensis Abbas renunciatus fuit), *qui monachus proposito, Abbas autem extitit officio & Apostolicus merito. Huic inclytus Marchisus* (idest, Marchio, quo nomi-

Translatio SS. *VVandregisili Ansberti & VValframni.*

subjectis, vel quidquid de his juris ejus esse videatur, aut quoquo modo auferre, aut alienare, sed nec quamlibet malitiam, aut jacturæ molestiam ibidem, sive pacis, sive barbaricæ belli tempore aliquo modo inferre.

XXVII. Item præfatum, sicut dictum est, monasterium, perpetua stabilitate decernimus sub jurisdictione sanctæ Romanæ Ecclesiæ permanendum. Promulgantes vero & hoc auctoritate beati Petri Apostolorum principis coram Deo & ejus terribili examine per hujus nostri privilegii constitutiones sancimus ac decernimus, ut loca quæ a quolibet Episcopo vel Abbate coempta sunt, necnon diversorum locorum possessiones, quæ a Regibus, Ducibus, Principibus, Castaldais & a ceteris Christianis concessa eidem venerabili loco, vel postmodum concessa vel oblata fuerint, ipsius jure monasterii in perpetuum permanenda statuimus. Nec liceat (sicut dictum est) ex eis vel omnibus ejusdem monasterii pertinentibus, cuilibet magnæ vel parvæ personæ auferre, ut perfecte juxta id, quod dictum est, subjectum idem venerabile monasterium Apostolicis constitutis aut privilegiis consistat, & inconcusse permaneat. Et liceat eosdem monachos de sua congregatione Abbatem semper eligere, & liceat ipsi Abbati suos monachos judicare, & non solum virile, sed & muliebre monasterium sibi subjectum.

Si quis autem (quod non optamus) nefario ausu præsumpserit, quæ a nobis ad laudem Dei nostri pro stabilitate jam dicti venerabilis monasterii statuta sunt, refragari, aut in quoquam transilire voluerit, anathematis vinculo innodatus, & cum diabolo & angelis ejus atque Juda traditore Domini nostri JESU Christi æterno incendio concremandus deputetur. At vero qui pie intuitu observator in omnibus extiterit, custodiens hujus nostri privilegii constitutum, ad cultum Dei respiciens: benedictionis gratiam a Domino Deo nostro misericordissimo multiplicitec consequatur, & vitæ æternæ particeps fieri mereatur. Bene vale. XXVIII.

Scriptum per manum Hadriani Scriniarii sanctæ Romanæ Eccl. in mense Martio, Indictione secunda. Dat. per manum Ste- XXIX.

PAGIUS mine sæpe Arnulphus appellatur in Vita ejusdem Sancti Gerardi) de ejusdem monasterii ordinatione, & pristina monastica conversationis restauratione, conceptum in anima sua de Spiritu sancto aperiens desiderium, consilium prudentis utile, atque utiliter prudens adinvenit: a quo etiam perductus anno humanati Verbi CMXLI. hanc aulam Apostolicam devota Monachorum cohorte comitante ingressus est. Ubi eliminato imprimis Clericorum grege dominici scholam servitii a beato olim Amando (Monasterii Blandiniensis conditore) constitutam restituit, & normam monasticæ Regulæ ut doctus a Deo, sapienter intendere curavit. Quamplures vero tanti exemplo magistri excitati, cœperunt voto monasticæ disciplinæ hic consurere, cervicem cordis edomare, jugum domini suave suscipere.

X. Ad Monasterium Blandiniense. Post aliqua interposita quanto honore Sanctorum Reliquiæ Blandinium exceptæ, his verbis Anonymus memorat: Omnis patria occurrit, quique pagenses honore mortalibus possibili obviam ruunt: confluit regalis militia & omnis plebs urbana. Horum omnium concentu, vocibus quidem dissono, affectibus autem consono, ad aures Domini Sabaoth perveniente, monasterio Principis Apostolorum, de quo diximus, altisona appropinquant modulatione. Et ecce prodit quasi de sinu matris religiosus Monachorum chorus Ecclesiasticis infulis admodum honeste redimitus, precunte toto mentis affectu cum gaudio spirituali venerabili Transmaro Episcopo, & comitante cum suis præfato glorioso Marchiso, super his omnibus singulariter tripudiantes, & Deo gratias omnigenas referentes. Hac tali & tanta, tam nitida scilicet atque præfulgida fidelium chorea, cum hymnis cœlestibus & organis Angelicis, cum thymiamatibus aromaticum vaporem spirantibus Sancti hinc ambiuntur & inde: his Sancta Crucis stigmata cum vexillis micantibus, illis, ceroferaria claritatem dant argentia honorifice gestantibus. Cum hac ergo speciali honoris prærogativa Sancti in hanc Apostolicam introducti Basilicam, in aulam eis scilicet divina ordinatione & præparatione dedicatam, deponuntur juxta virtutiferum paradoxæ virginis Christi Amalbergæ mausoleum, sublata in cœlum voce jucunda, ac dulci modulatione. Sacerdos Dei inclyte Vvandregisile, ora pro nobis, ut tuis semper precibus piis protegi mereamur, & quandoque digni apparere conspectui divinæ claritatis. Acta sunt anno Incarnati Verbi nongentesimo quadragesimo quarto indictione secunda, Martino Papa (ita Marinus etiam appellatus) vices Apostolicas in Sede Romana agente, Ludowico Francis imperante Transmaro Noviomensi Episcopo præsidente, & domno Geraedo Abbate hoc cœnobium regente tertio Nonarum Septembrium die.

Is tamen dies, qui etiam notatur in Chronico Blandiniensi apud Sanderum in suo Gandavo & a Meyero in suis Annalibus Flandriæ, hoc anno in feriam tertiam incidit, non vero in Dominicam, quo die Sanctorum Translationes de more peractæ. Quare mos ille non ita semper servatus, quin ab illo aliquando discessum fuerit, quod hic notare juvat, ne similia exempla Viros doctos irretitos teneant. Quoad S. Amalbergam virginem, ejus reliquiæ sæculo decimo sexto ab hæreticis igni traditæ sunt, floruitque sæculo octavo exeunte, ut videre est Sæc. III. Benedict. part. II. XI. Translationes SS. diebus Dominicis non semper factæ.

Malmesburiensis in Edmundo Angliæ Rege refert inter varia beneficia diversis Ecclesiis collata, eum miro affectu Glastoniensem Ecclesiam, magnis prædiis & honoribus sublimasse. Quam in rem ejusdem Edmundi chartam exhibet, continentem, quæ Ecclesiæ Glastoniensi dedit, cum Dunstanus, (quem ibidem ait, Abbatem constituit) eidem Ecclesiæ Abbas præesset. Tum in fine legitur: Acta est præfata donatio anno ab Incarnatione Domini Jesu Chri- XII. Edmundus Angliæ Rex in Monasterium Glastoniense munificus.

sti

Stephani primicerii Defensorum hujus Apostolicæ Sedis, anno Pontificatus domni Marini summi Pontificis secundo, in sacratissima Sede beati Petri Apostoli.

Hactenus diploma Marini, ex quo si non aliud, certe exactam temporis ejus Sedis quisque in tanta obscuritate inveniet rationem.

Se-

PAGIUS *sti nongentesimo quadragesimo quarto, indictione prima.* Sed loco, *Indictione prima*, legendum, *indictione secunda*. Osbernus in Vita S. Dunstani Cantuariensis Archiepiscopi, n. XIX. ad hanc Regis liberalitatem respicit, cum ait: *Igitur Dunstanus, accepta potestate super Regiam mansionem, quæ Glastonia vocabatur, post paucos dies augustioris Ecclesiæ fundamenta jacere efficitur secundum exemplar olim sibi ostensum construere, & consummatis omnibus magnum pariter atque egregium Monachorum agmen ibidem coadunare. quibus ipse primis Abbas effectus, ad tantam perfectionem justitiæ omnes cohabitantes adduxit, ut quasi cæli luminaria ad effugandas totius erroris nebulas & peccatorum tenebras viderentur. Tunc ad omnes circumquaque Ecclesias ex iisdem Monachis Pontifices eligi, tunc Abbates assumi, tunc denique diversorum officiorum præpositi institui: propterea quod essent & religionis meritis præcipui, & doctrina sapientia clarissimi & ad Catholicæ fidei defensionem præstantissimi.*

XIII. *Dunstanus*, inquit idem Malmesburiensis, lib. 2. de Reg. cap. 8. *primus Abbas Glastoniæ, postea Episcopus Vuigorniæ, mox Archiepiscopus Cantuariæ, multa in sæculo potentia, magna apud Deum gratia, illic Martham, illic exhibebat Mariam. Ipse artium liberalium in tota insula post Regem Alfredum excitator mirificus; ipse Regalium locorum reparator munificus; in Reges & delinquentes Duces intonare terribilis; pauperes, & mediocres juste sustentare.* Non solum autem rem monasticam; sed etiam literariam in Anglia restituit, testibus Malmesburiensi, & Ælfrico apud Spelmannum in Tom. I. Concil. pag. 618. ubi legitur a tempore Elfredi Regis usque adeo literarum studium defecisse, *ut sacerdos nullus Anglicus Epistolam nosset vel Latine edere, vel e Latino interpretari, usque dum Archiepiscopus Cantuariæ Dunstanus & Episcopus Æthelwoldus hanc in monasteriis resuscitarent cognitionem.*

S. Dunstanus Abbas Glastoniensis vitam monasticam restituit.

Anno Hegiræ CCCXXXIII. imperio depositus fuit *Mustacfis* Calipha Babiloniensis a *Buzano* Turca, cui regni administrationem commiserat, eumque Imperatorem Imperatorum nominarat, idque die sabbati vigesimo Safari, idest die XII. Octobris nostri currentis Christi anni. Ei successit *Mustacfis Billa*, inauguratus eo die, quo decessor dignitate motus fuit, annoque Hegiræ CCCXXXIV. die XXII. Jomadæ posterioris, idest, die vicesima nona Januarii nostri anni Christi CMXLVI. dignitate etiam depositus est. Ei successit in Caliphatum *Almoti* seu *Mutius Lilla*. Hæc Elmacinus. XIV.

Mustacfis Calipha deponitur.

I. Hugo Rex Italiæ cedit Lothario filio regnum.

Sequitur annus Redemptoris nongentesimus quadragesimusquintus, tertia Indictione, quo (inquit Frodoardus) *Hugo Rex Italiæ Regno depulsus a suis, & filius ipsius in Regnum susceptus est.* Hæc pauca satis ad temporis notam consignandam, atque significandam a Deo fuisse rejectum Regem, simulac fœdus iniit cum Sarracenis. Sed qui Manassi affini suo plures (ut diximus) dedit Episcopatus, ut eo modo (quod putabat) Regnum sibi stabiliret: justo Dei judicio eum primum rebellem sensit, cupiditate illectum potiundi Archiepiscopatum Ecclesiæ Mediolanensis a Berengario sibi pollicito: sicque eidem Berengario Italiam repetenti aperuit ostium, & ut alii Principes Italiæ ab Hugone deficerent, procuravit. Sic igitur secundum illud Davidicum: (a) *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator:* tunc accidit. Porro rem gestam pluribus prosequitur Luitprandus, qui & quomodo Hugonis filius Lotharius sit receptus in Regnum, ita describit: (b) *Eo namque Mediolani degente, ac Italicas dignitates sibi adhærentibus dispensante, Rex Hugo Lotharium filium suum non ad Berengarium solum, verum ad totius populi præsentiam dirigit, petens, quia se eis non morigerum, abdicarunt: filium, qui nihil in eos deliquerat, saltem pro Dei amore susciperent, ac voluntatibus eorum morigerum redderent. Lothario itaque Mediolanum petente, Rex Hugo Papia omni cum pecunia egressus, Italiam deserere, atque in Burgundiam ire cogitavit. Sed res ista eum retinuit, quoniam dum misericordia inclinati Lotharium in Ecclesia beatorum Confessoris & Martyrum Ambrosii, Gervasii & Protasii ante Crucem prostratum erigerent, & Regem sibi constituerent, quamprimum ad Hugonem dirigunt nuntium, per quem illum iterum super se regnare promittunt.* Porro hæc omnia dolo acta esse, ut Hugonem Regem cum thesauris suis Berengarius in potestatem acciperet, idem Luitprandus affirmat. Verum Hugo nihil sibi tutum videns, tandem in Provinciam, unde venerat Arelatensis Comes, reversus est, nec diu post vixit. Leo (c) Ostiensis in Chronico Cassinate hæc amplius de eodem Hugone Rege habet: *Ipse Hugo cum omni thesauro suo in Burgundiam properans, monasterium illic permagnificum construxit sumptibus propriis, quod sub titulo S. Petri appellari voluit: ibique omnibus traditis, ipse monachus effectus est.* Hæc Leo Ostiensis.

(a) Psal. 9.

(b) Luitp. l. 5. c. 13.

(c) Leo Ost. Chr. Cassin. l. 4. c. 64. in fin.

Hugo Rex Monachus.

II. Porro hoc eodem anno datum habetur diploma ab eodem Hugone Rege & filio ejus Lothario de concessione facta Canonicis Vercellensibus, quod acceptum ex Archivio ejusdem Ecclesiæ, hic tibi putavimus describendum. Sic se habet:

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Hugo & Lotharius divina clementia Reges.

III. *Quæ sanctis & venerabilibus locis divino cultui mancipatis, more bonorum Christianorum, devotissime contulerimus nostri muneris suffragio, certissime credimus, nos, nostrumque Regnum intercessionibus Sanctorum cælesti juvamine semper sublevari, atque divinis beneficiis sublimari. Quocirca noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium ..... dilectum illustremque Marchionem nostram monuisse clementiam, ut pro amore Dei omnipotentis, sanctique Eusebii, qui prædicando fidem Catholicam, palmam martyrii est decentissime consecutus, Canonicis Vercellensis Ecclesiæ, cui venerabilis Atto præesse videtur Episcopus, alveos*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6438.

SÆC. X. Anno Æræ Hisp. CMLXXXIII. Anno Hegiræ CCCXXXIV. inchoato die 13. Augusti fer. 4. A.C. 945. 1.

☉ 2. E. ☽ 25. P. 6. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 945.

MARINI II. PAPÆ 4.

CONSTANTINI VIII. solius IMP. 34.

Anum. I. ad IV. Flodoardus in Chronico ad hunc Christi annum ait: *Hugo Rex Italiæ regno depulsus a suis, & filius ipsius in regnum susceptus est,* quod nonnisi sub hujus anni finem contigit; cum Baronius num. III. quandam concessionem Canonicis Vercellensibus ab eodem factam referat, in cujus finem habetur *Dat. & act. Papiæ Idus Augusti anno Incarn. Domini CMXLV. regni vero D. Hugonis XX. Lotharii XV. indict. III.* Hugo Italiæ regnum tot laboribus adeptum fortunam modo secundam, modo adversam expertus, derelinquere coactus fuit. *Berengarius*, qui ab Italia in Germaniam fugerat, Amedeum quemdam militem astutum, ut narrat Luitprandus lib. 5. cap. 8. in Italiam misit, ut secreto inquireret, quid unusquisque cordi haberet. Præterea, ut refert idem Luitprandus cap. 19. desideratus interea *Berengarius*, paucis ipsum comitantibus, Italiam petiit, & munitionem quæ curæ *Adelhardi* Clerici *Manasses* Sedis Arelatensis Archiepiscopi, tuncque Tridentinæ, Veronensis atque Mantuanæ sedium invasoris commendata erat, ab eodem Manasse obtinuit promisso illi Archiepiscopatu Mediolanensi. Quare cœperunt mox nonnul-

Hugo Rex Italiæ Regnum deponere coactus.

fluminum Servi & Sicidæ largiremur: hanc petitionem fatis omnibus pene Principibus hujus Regni ratam suscipientibus, per preceptum nostræ auctoritatis alveos prædictorum fluminum Canonicorum Vercellensium dominio, prout juste & integraliter possumus, præsentialiter concedimus & elargimur, sicut posita sunt compita a Brialle usque ad ripam, quæ est juxta Capellam S. Columbani intra hos fines decurrentium fluminum cum insulis & eorum ripis nobis pertinentibus, prædictis Canonicis S. Eusebii, ut dictum est, largimur, perinde ut piscatores, navium, redditores atque riparum eorum usui famulentur. Vercellinos vero portas per hoc praeceptum veluti prædecessores nostri pio amore ordinaverunt, ad usum luminaris Ecclesiæ S. Eusebii, in qua sanctissimum ejus corpus requiescit, & ad indumenta clericorum ibi jugiter famulantium concedimus. Si quis igitur hujus nostri præcepti statutam aliquando, quomodocumque, instigante diabolo, infringere conatus fuerit: sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem Cameræ, & medietatem Ecclesiæ prædictæ sancti Eusebii, suisque clericis, qui ibi pro tempore fuerint. Et ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes, anulo nostro insigniri jussimus. Dat. & act. Papiæ Idus Augusti, anno Incarnationis Domini DCCCCXLV. Regni vero Dom. Hugonis XX. Lotharii XV. Indict. III. Sed non tanti meriti pauca ista apud Deum fuerunt, ut justam Dei vindictam de facinoribus perpetratis potuerint antevertere. Quæ tamen & dici misericordia potuit, quæ animæ ipsius profutura esset, secundum illud Davidicum: Contra brachium peccatoris & maligni quæretur peccatum & non invenietur:

Giseprandus Episcopus & Cancellarius ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarii recognovi. Hactenus diploma datum, haud dubium antequam Hugo & Lotharius in molestias enarratas incidissent.

Eodem anno rursum recrudescentibus bellis in Galliis inter Ludovicum Regem atque Hugonem Francorum Ducem: cum vit sanctissimus Theotilo Archiepiscopus Turonensis, ut inter eos pacem componeret, laborasset, re imperfecta, ex hac vita migravit, de quo Frodoardus hoc anno his verbis: *Dominus Theotilo venerandus urbis Turonensis præsul obiit. Qui dum de pace inter Regem & Principes componenda certaret, hisque studiis occupatus a Lauduno rediret, ægritudine corporis in ipso deprimitur itinere. Cumque ultimum exhalasset spiritum: apparuit signum quoddam luminis per aera discurrens, cubitam longitudinis habere visum, cujus lumine ad depellendas noctis tenebras sufficienter perfuncti sunt, qui funus ejus deducebant, talique positi solamine, per millia fere (ceu fertur) ducenta, Turonicam usque corpus ejus perferunt urbem. Quodque in monasterio sancti Juliani, quod idem vir sanctus summo instituerat religione, juxta sepulcrum domini Odonis reverenter humatur. Et exinde ipsum templum divinis illustrari miraculis declaratur.* Hæc Frodoardus. Qui & eodem anno hæc inferius de clade immissa cœlitus & curata divinitus habet: IV. Theotili Episc. Turonensis obitus.

In pago Parisiensi, necnon etiam per diversos pagos hominum diversa membra ignis plaga pervaduntur, quæque sensim exusta consumebantur, donec mors tandem finiret supplicia. Quorum quidam nonnulla Sanctorum loca petentes, evasere tormenta. Plures tamen Parisia V.

PAGIUS nulli *Hugone* deserto, adhærere *Berengario*. Tandem omnes Italiæ Primates omine non bono *Hugonem* deseruere, & *Berengario* adhæsere. Rex Hugo *Lotharium* filium suum non ad Berengarium solum; verum ad totius populi præsentiam dirigit; petens quia se eis non morigerum abdicaverant, filium qui nil in eos deliquerat, saltem pro Dei amore suscipiant, ac volontatibus eorum morigerum reddant. Lothario denique Mediolanum petente, *Rex Hugo Papia omni cum pecunia egressus, Italiam deserere, atque in Burgundiam ire cogitavit*, ait Luitprandus cap. 13.

II. Vitam Monasticam amplectitur. Tum cap. sequenti subdit: *Rex Hugo cum divinam animadversionem declinare, ac Berengario præesse non posset, relicto Lothario & simulata pace Berengarii fidei tradito, in Provinciam omni cum pecunia properavit*, &c. *Hugo Rex brevi est viam universæ carnis ingressus, Bertha, nepti sua Bosonis Arelatensis Comitis vidua pecunia derelicta.* Flodoardus tam n ad annum CMXLVI. scribit: *Hugo Rex Italiæ a suis in regnum recipitur. Marinus Papa decessit, cui successit Agapitus, & pax inter Albericum Patricium & Hugonem Regem Italiæ depaciscitur.* Quare Hugo ex Italia rursus in Provinciam rediit sequenti Christi anno, ubi, ut refert Baronius ex Leone Ostiensi lib. 4. cap. 64. Monachus effectus est, in monasterio sancti Petri a se ædificato. In eo hoc Epitaphium legitur: *Hic requiescit celebranda memoria, magnusque seculi contemptor, Hugo, olim Monachus hujus sanctæ Ecclesiæ Cluniacensis. Anima ejus requiescat in pace. Amen.* Cum vero idem Leo Ostiensis lib. 1. cap. 64. asserat, Lotharium *post annos ferme quatuor*, ab anno nempe CMXLVI. deductos, diem clausisse extremum, quod anno CML. contigit, manifestum est, *Hugonis* Regis Monachatum, ultimumque ejus ex Italia discessum ad annum CMXLVI pertinere. Boucheus in Hist. Provinciæ lib. VI. sect. II. laudatum *Hugonis* Ex regis Epitaphium refert, aitque eum in monasterio *Montis Majoris* juxta Arelatem sito, & in honorem Sancti Petri ædificato sepultum esse. Verum prætetquamquod non constet, illud Epitaphium antiquitus positum fuisse, & *Hugo* non Arelatis, sed Viennæ

in Ecclesia S. Dei Genitricis Mariæ sanati sunt. Adeo ut quotquot illo pervenire potuerint, asserantur ab hac peste salvati: quos Hugo quoque Dux stipendiis aluit quotidianis. Horum dum quidam vellent ad propria redire, extincto refervescunt incendio, regressique ad Ecclesiam liberantur. Hæc Frodoardus.

VI. Eodem anno Ludovicus Rea Francorum dolo Hugonis Principis comprehensus est a Northmannis, quos putabat sibi fideles, & per annum integrum in custodia detinetur, nec solutus, nisi dato Hugoni quod petierat castro Laudunensi. Hæc Frodoardus anno præsenti, ac sequenti. Quomodo autem ad firmandum Ludovico Regnum Francorum, oportuerit successorem Marini Agapitum Papam in Gallias

Ludovic. Rex Francorum capitur.

PAGIUS

Monasterium condiderit, Monasterium Montis-majoris nondum hoc tempore constructum fuerat, sed ibi tantum erat Ecclesia in honorem Sancti Petri constructa. Nec illius Monasterii Basilica ante annum MXVI. ædificata, ut anno MXVIII. videbimus. Poero *Hugonem* ante adeptum Regnum Italicum, non vero postquam illud amisit, ut perperam tradit Leo Ostiensis, Sancti Petri Monasterium ædificasse, anno CMXXVI. ostendimus. [1]

III. Postea rerum summa penes *Berengarium* fuit, quamvis is *non* nisi post Lotharii mortem Rex dictus fuerit: *quamquam iterum Reges Hugonem atque Lotharium Italici susciperent, Berengarium tamen nomine solum Marchionem, potestate vero Regem: illos vocabula Reges, actu autem neque pro Comitibus habebant*, inquit Luitprandus lib. 5. cap. 14. qui paulo post de eodem Berengario habet: *Hic superstitibus Hugone & Lothario, magnus veraxque struthio: non bonus, sed bono similis est visus. Eis autem decedentibus, & ad regni fastigia omnibus illum promoventibus quantum ulas evexerit, quantisque deludiis nos omnes irriserit, non tam verbis quam suspiriis ac gemitibus narro.* Luitprandus vero Berengario dum Lotharius solus regnaret, a secretis fuit. Porro Lotharium *in* annis suis numerandis Hugonis patris mentionem non fecisse, ostendunt tabulæ Ravennenses, ex quibus Rubeus in Hist. Raven. lib. 5. dicit, quasdam confectas esse *sexto Non. Octob. indict. VI. regnante domno Hlothario excellentissimo Rege anno XVII.* nullo de Hugone patre verbo addito. Ex quibus & confirmatur quod supra innuimus, *Lotharium* anno CMXXX. post initium mensis Octob. in consortium Regni Italici a patre vocatum esse. Denique *Hugo*, ut ait Sigonius lib. VI. de Regn. Ital. vir, si amari quam metui ab Italis meruisset, & eorum usque ad extremum retinere studia didicisset, inter Primores Italiæ Reges propter eximias virtutes ejus merito numerandus. Quod si pacem cum Saracenis Fraxinetum incolentibus pepigit, ad id adductus fuit, quod timeret, *ne Berengarius* exul contractis ex Suevia & Francia copiis in se irrueret.

Lotharius filius ejus solus post eum regnavit.

IV. Hoc circiter anno Sanctus *Lucas Junior Thaumaturgus* appellatus, *Sterii in* Attica, ubi septem annis vixerat, beatam animam emisit; nomen ejus Menæis Græcorum ad diem VII. mensis Februarii inscriptum, & ejus Vita ab Auctore coævo Anonymo edita, quam Combefisius e Græco in Latinum vertit, & Henschenius ad eumdem diem in Actis SS. Bollandianis publicavit. Parentes ejus perpetuas Agarenorum incursiones non ferentes, in Helladem se contulere, ubi *Beatus Lucas* natus, progressu temporis vitam monasticam professus est. Per annos septem solitarius vixit in monte Joannitza prope Corinthum posito, quo in loco dici non potest quanta abstinentia & afflictione corpus suum maceraverit. Inde postea migrare coactus fuit. Simeon enim Bulgarorum Princeps antiquato cum Romanis fœdere, universam continentem pervasit, *cuncta mancipans atque populans, at alios quidem vita, libertate alios privans, vectigalesque faciens; adeoque alii quidem velut carcere ac præsidiis urbium ambitu clausi tenebantur, alii in Eubœam & Peloponnesum fugientes, saluti consulebant.* Ex in varia peragravit loca, *quodque apud Patras Achaiæ sublimine vitæ genus consectans monachus quis Stylites audiretur, illuc cogitavit transire, atque illius se obsequiis addicere.* Quare per decennium servitio Monachi Stylitæ sese mancipavit. Sed eum ille, cui littorum cura commissa erat, navigiis ad Helladis fines propter hostium incursiones transire vetuisset, privatim Lucas vivere decrevit. *Haud longiori interjectu mora miser Simeon ac qui fusi magna copia Christiani sanguinis auctor fuerat ab humanis excedit* (anno nempe CMXXVII.) *Petrusque ejus filius rerum summam capessit; sic quidem filius, ut tamen nequaquam, uti gloria ac subsinatio, ita quoque crudelitatis & immanitatis hæres visus sit, sed plane ab ea longe alienus. Sunt vero quod ad ipsum spectat nihil illius sanguinis habens, at affinitatis, is statim sanguines ac bella valere jubens, pacem cum Romanis amplexus est*, & Lucas ad desideratam Joannitzæ solitudinem rediit. Tandem inde *Soterium* migravit, ubi post septennium monasticæ exercitationi impensum, mortemque suam præscitam ad cœlestem vitam, trans-

Moritur S. Lucas junior Thaumaturgus dictus.

NOTÆ [1] VEtus Chronicon Regum Italiæ apud Murator. Rer. Ital. tom. 5. pag. 32. Hugonis hujus decessum e consignat, anno 947. die 20. Aprilis; cum enim habeat Lotharium regnasse post patrem annis III. mensibus VII. diebus II. atque obiisse die Veneris, decimo calendas Decembris *Civitate Taurirensium* (lege *Taurinensium*) his annis & mensibus ab hoc ejus exitu detractis, annus 947. dies 20. aprilis redditur. Hujus autem chronici authoritas in iis quæ ad utrumque Regem Hugonem, & Lotharium spectant eo magis suscipienda est, quo in definiendis ejusdem Lotharii annis ex quo regnum cum patre capessivit, cum Diplomatibus sincere concordat, ut in Nota ad An. 930. 1. demonstravimus. Quod autem addit, Hugonem a suo in Italiam ingressu regnasse annos 21. menses 9. dies 3. quod duceret nos in annum 925. Julii 17. id puto quoad notam numeralem anni mendosum, corrigendum tamen facile ex altero vetustissimo chronico apud eumdem Authorem *ibid.* quod Hugoni Regni annos 20. assignat. MANSI

lias Legatum a latere mittere, suo loco dicetur. Non destiterunt Romani Pontifices, oblata occasione, occurrere semper periclitantibus Francorum Regibus, eisque pro viribus Apostolica auctoritate suppetias ferre, atque frequentioribus legationibus e latere missis, eosdem adversus hostes reddere tutos, ipsumque Regnum a tyrannis liberum, stabile, id præstantes ex animo, utpote grati, memores beneficiorum antiquitus acceptorum, cum scilicet Christianissimi Reges tam prompto animo toties descenderint in Italiam, ad liberandam Romanam Ecclesiam, oppressam multiplicium hostium invasione, atque vendicandam subactam in pristinam libertatem, & restiruendam spoliatam in bonorum possessionem.

Chri-

PAGIUS transiit. Non abhorruisse *Lucam* a Romanæ Ecclesiæ ac Latinorum communione indicat illa passim in his Actis expressa ipsius necessitudo cum Monachis qui & Legati Romam peterent, vel inde redirent, inquit Combefisius laudatus.

V. *Cumbria Regnum Edmundus Angliæ Rex vastat.* *Edmundus* Angliæ Rex Cumbriæ provinciam ab antiquis Britannis inhabitatam, factionibusque semper obnoxiam, vi cepit; & eruris duorum Regulorum oculis, qui tyrannidem præsumpserant, *Regi Scotorum Malcolmo sub fidelitate jusjurandi commendavit*, inquit Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 7. quod hoc anno contigisse Wigorniensis testatur. *Cumbri* continua temporum serie Reges inter se habuerunt, Saxones aversantes, & quoties opportunitas se se offerret, aut Hibernis, aut Scotis aut perduellibus Saxonibus adjungebantur. Quare cum *Edmundus* paulo prius Northumbriam subjugasset, ferro flammaque provinciam vexavit, ut ex Huntindoniensi lib. 5. pag. 355. narrat Alfordus hoc anno, & de terris, quas tenuere, disserit.

VI. *Moritur Caiimus Bianrilla Africæ Calipha.* Anno Hegiræ CCCXXXIV. obiit *Caiimus Bianrilla*, Princeps Cairavvani, cum Sarracenis Africæ imperasset annos XII. & aliquot menses. Ei successit *Almansor Billa* filius ejus, qui cum regnasset annos septem in Africa, successorem habuit *Muazzum Lidinillam* filium anno Hegiræ CCCXLI. Hic porro primus fuit Calipha Ægypti. Hæc Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. Anno CMLXIX. de Ægypto ab eo occupata verba faciemus.

JESU CHRISTI ANNUS 946.	AGAPITI II. PAP. ANNUS 1.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 35.

I. Marini II. Pap. obitus. CHristi annus sequitur nongentesimus quadragesimus sextus, Indictione quarta inchoatus, *quo* (inquit Frodoardus) *Marinus Papa decessit, cui successit Agapitus.* Quoto autem mense vel die, apud veteres ubique silentium: sedisse autem Marinum annos tres, menses sex, dies tredecim, habet vetus codex Vaticanus de Romanis Pontificibus. De rebus gestis ejusdem Pontificis, quæ habet Leo Ostiensis in Chronico Cassinate tantum nota habentur, reliquis obscuritate temporis obvolutis. Leo igitur agens de Balduino Franco Abbate Cassinate, hæc ait: (a) *Hic privilegium sumpsit a domno Marino Papa Secundo de consuetudine hujus monasterii.*

(a) Leo Ost. l. 1. c. 60. 61. 62.

II. *His temporibus Sico Episcopus Capuanus contra instituta divina & humana agens, Ecclesiam sancti Angeli, quæ tunc ad Arcum Dianæ dicebatur, quia illic Dianæ fuerat templum, nunc autem dicitur ad Formam, quam prædecessor suus monacho nostro, ut ibi monasterium construeret, dudum concesserat, violenter eripiens, cuidam suo diacono in beneficium dedit. Quod cum eidem sancto viro Papæ ab ipso monacho fuisset indicatum: mox Apostolicæ auctoritatis litteras eidem Episcopo scripsit, acriter in illum invectus, ignorantiam Canonum, litterarum inscitiam, familiaritatem sæcularium, temeritatemque transgressionem illi exprobans, mandansque ut eamdem Ecclesiam monacho sine dilatione restituat, ut ibi ea monasterium, sicuti ab antecessore suo illi sub anathematis obligatione constitutum fuerat, construere possit. Quod scilicet monasterium, tam ab ipsius Episcopi, quam ab omnium successorum suorum inquietudine ac molestia liberum ex tunc sub custodia & potestate S. Benedicti monasterii quod tunc Capuæ erat, perpetuo esse constituit. Diaconum vero illum, cui Ecclesiam eamdem Episcopus ipse concesserat, præterquam in officio altaris ab omni ipsius Episcopi consortio alienum esse mandavit, quibus in rebus nisi obtemperasset Episcopus, sacerdotali se honore privatum, & excommunicationis nodis astrictum sciret.* Et inferius:

III. *Quo tempore venerabilis Papa Marinus eamdem Ecclesiam sanctæ Mariæ de Capua cum omnibus juribus suis Casinensi cœnobio per privilegium ex integro confirmavit: quod itidem confirmaverunt Joannes Decimusquintus, Benedictus Octavus, Benedictus Nonus, Leo ac Stephanus Nonus, Abbatibus nostris Balduino, Aldigerio, Mansoni, Atenulpho, Theobaldo ac Friderico. Per idem tempus cum monasterium sanctæ Sophiæ de Benevento Principum vi per annos aliquot fuisset cœnobio nostro subtractum, hic idem Abbas ostensis Romanorum Pontificum, Regumque præceptis, qui prædictum monasterium huic loco firmaverant, recuperatum iterum sub nostri monasterii ditionem redegit. Post hæc a memorato Pontifice Marino Romam evocatus, quoniam vir magnæ prudentiæ, multumque potens visus est: monasterium S. Pauli * sibi Marinus Papa commisit:* defuncto, ut puto, Joanne illo, qui ipsi monasterio ab Odone Cluniacense, Leone Pontifice (ut dictum est) jubente, præfectus fuerat. Hæc sunt, quæ de Marino Papa scripta reperiri potuerunt. Pergit vero Leo Ostiensis:

* al. ipsi

IV. *Rursus autem cum sanctæ Sophiæ monasterium a Principibus pervasum, monasterioque subductum esset, & sub his fermo diebus defuncto Marino Agapitus ei in Sede Apostolica successisset, Abbasque inde coram illo questus esset: scripsit idem Apostolicus Principibus dictis, acriter arguens, cur talia tentare præsumerent. Quod si secus facerent, scirent se anathematis mucrone feriendos. Et paulo inferius: His etiam diebus cum monasterium quoque nostrum, quod erat*

Ca-

PAGIUS

Anno Eræ Hisp. CMLXXXIV. Anno Hegiræ CCCXXXV. inchoato die 2. Augusti fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6439.

☉ 3. D. ☽ 16. P. 22. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 946.

AGAPITI II. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. solius IMP. 35.

A.C. 946. 1. ANum. I. ad V. Flodoardus in Chronico hoc anno scribit; *Marinus Pap. decessit, cui successit Agapitus & pax inter Albericum Patricium & Hugonem Regem Italiæ depaciscitur.* Cum vero Marinus anno CMXLII. ineunte circiter Decembri ad summum Pontificatum evectus fuerit, & uti habet Baronius ex veteri Codice Vaticano, cui plerique Catalogi consentiunt sederit annos tres, menses sex & dies tredecim, paulo ante medium mensem Junium currentis anni supremum diem obiit. Marianus Scotus, & Martinus Polonus in Chronicis Marino tribuunt annos III. menses VI. dies XIV. quia scilicet diem ejus emortualem includunt. *Marino* successit *Agapitus* II. quem Papebrocius in Conatu Chronico-Historico putavit, die nona mensis Augusti ordinatum esse Pontificem Rom. Verum die decima quinta mensis Junii jam Pontificatum gerebat. Rubeus enim in Hist. Ravenn. lib. 5. meminit literarum, quæ *nono Kal. Jul. indict. VII. anno quarto Agapiti Pont. Max. Hlotharii autem Regis decimo uno* scriptæ asseruntur, die scilicet XXIII. mensis Junii anni CMXLIX. a-

Marino II. PP. succedit Agapitus II.

lia.

Caput sub ditione sua, cupiditatis seu lucri gratia Principes memorati redegissent, & per hanc occasionem fratres ibi morantes sæculariter viverent: comperto hoc memoratus Pontifex, conquerente Abbate nostro, scripsit continuo præfatis Principibus Apostolicæ auctoritatis acres nimium litteras, illorum nequitiam vehementer increpans, cur tantum scelus perpetrare ausi essent; præcipiens quod nullam ulterius dominationem in eodem monasterio exercere præsumerent: Omnes autem monachi ad suam Cassinense cœnobium, relictis ibi duobus aut tribus tantum senibus fratribus cum omnibus monasterii rebus, protinus rediret, ibidem sub Abba-

PAGIUS liarumque, in quibus annus octavus ejusdem Pontificis cum XVII. Kal. Julii ac indictione XI. connectitur, qui character est an. CMLIII. Quare currenti die XV. mensis Junii jam Eccl. Romanæ præsidebat [1] [a] *Agapitus* statim ac rerum administrationem suscepit, conatus est *Albericum* Consulem seu Patricium vetere libidine dominandi Urbisque potiundæ incensum cum

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Marinus sedit annos III. menses VI. dies XIV.* Deinde sequitur: *Agapitus sedit annos X. menses VII. dies X. De Agapeto II.* chartæ Regesti Sublacensis pag. 137. col. 2. *Anno primo Domni Agapiti junioris PP. Indict. V. mense Februario die III. Johannes Subdiaconus schola cantorum locat Leoni* Abbati Sublacensi terram sationalem extra muros Urbis juxta portam majorem. Ex *Indictione V.* quæ incidit in A. D. 947. apparet, mense *Februario* adhuc in cursu fuisse *annum primum* Pontificatus *Agapiti II.* Ibid. pag. 104. col. 2. alia charta data: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Agapiti summi Pontificis & universalis junioris Papa in sacratissima Sede B. Petri Apostoli secundo in mense & Indict. suprascripta V.* Supra locatio incipere dicitur *a die Kalendarum Aprilium præsenti quinta Indictione, & usque in Pridie Kalendas easdem post annos XXIX.* Ex quibus *annus secundus* Pontificatus, mense *Aprilio* jam inchoatus fuisse videtur. A. D. 949. mense *Januario, & Martio* adhuc *tertius* Pontificatus annus in cursu erat. Charta in tabulario S. Mariæ in via lata. *In nomine &c. Anno Deo propitio Domni nostri Agapiti summi Pontificis & universalis junioris PP. anno tertio, mense Januarii Indictione septima.* Regestum Sublacense pag. 150. *Anno III. Pontificatus Domni Agapiti Summi Pontif. II. PP. in sacratissima sede B. Petri Apostoli Indict. VII. mense Martio die XXVI.* A. D. 950. mense *Novembri*, Pontificatus *annus quintus* signabatur. Charta in tabulario S. Mariæ in via lata: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni nostri Agapitu summi Pontificis & universalis secundi Papa in sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno quinto, mense Novembri Indictione nona.* Indictio *nona* inchoatur a Kalendis Septembris an. 950. Mense *Martio* 952. adhuc *annus sextus* Pontificatus in cursu erat. Charta in Regesto Sublacensi pag. 146. *Anno Sexto Domni Agapiti summi Pontif. & universali junioris* PP. *in sacratissima Sede B. Petri Apostoli Indict. X. mense Martio* die V. *Maroza ancilla Dei & Constantinus* presbyter donant & offerunt *Leoni* Abbati Sublacensi pro redemptione animarum suarum, & pro redemptione animæ *bonæ memoriæ quondam Flori Sanctæ Mamuranensis Ecclesiæ Episcopi Oratorium S. Theodori ad portam majorem.* Mense vero *Maio* hujus anni *septimus* Pontificatus annus in cursu erat. Charta ibidem pag. 201. *Anno Deo propicio Pontificatus Domni Agapiti Summi Pontif. & universalis junioris PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli VII. Indict. X. mense Madio die XXIV.* Mense *Januario* anni 953. adhuc *annus septimus* Pontificatus enumerabatur. Charta ibidem pag. 141. col. 2. *Anno septimo Domni Agapiti summi Pontif. junioris PP. Indict. XI. mense Januar. die XXV.* Mense *Octobris* anni 953. *annus* Pontificatus *octavus* signabatur. Charta in Regesto Sublacensi pag. 100. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Agapiti Summi Pontificis & universalis junioris PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli VIII. Indict. XII. mense Octobrie* die XXIX. Indictio ex more initium sumit a Kalendis Septembris anni 953. Ex his colligimus initia Pontificatus *Agapiti II.* mensi *Aprilis* an. 946. figenda esse; nam si mense Aprilis an. 947. *annus* Pontificatus *secundus* jam inceptus erat; & mense *Martio* an. 949. adhuc *annus tertius* signabatur, sequitur, ut anni Pontificatus a mense Aprilis enumerarentur. GEORGIUS

[2] AGapitus II. Pontifex, isto quidem anno, sed citius aliquanto, quam hic constituatur a Pagio, cœpit, ut constat ex literis donationis cujusdam factæ Leoni Abbati Sublacensi, vulgatis a Muratorio antiquit. Ital. Tom. I. col. 163. Sic enim Carta illa exorditur: *Anno Pontificatus Domni Agapiti Summi Pontificis & universalis junioris Papa in Sanctissima Sede B. Petri Apostoli septimo, Indict. X. mense Madio, die* 24. Hic est annus 952. quo Agapitus annum septimum cœperat ductum ab anno 946. ante diem illum Maii. Insuper apud eundem Muratorium in Dissertationibus de Antiquitatibus Italiæ medii ævi tom. III. col. 146. extat charta quædam Ravennæ signata *anno Pontificatus domini Agapiti &c. decimo, sicque regnantibus domino Berengario & Alberto ejus filio anno quarto die XIV. mensis Martii, indictione decima tertia.* His characteribus exprimitur annus 955. cujus mense Martio Agapitus annum decimum jam cœperat; ex quo conficitur epocham pontificatus ejus ante diem XIV. Martii anni 946. ducendam esse. Quin & si genuina probetur charta a Georgio in Nota quam hic exhibet producta; certiora quoad diem initi ab Agapito pontificatus eruimus. Cum enim ex charta illa Georgii constet die V. martii novum pontificatus annum nondum cœpisse, ex nostra vero die ejusdem mensis XIV. novus vicissim jam fineret, recta inde consecutione deducimus exordia pontificatus Agapeti II. intra spatium illud a die V. ad XIV. martii contineri. Porro spatium illud nonnisi unam dominicam diem ferebat, cum dies VIII. ejusdem mensis concurrentem adeoque pro more ejus ætatis quo Romani pontifices die dominica instituì solebant epocha pontificatus Agapeti II. eadem die VIII. martii figenda est. MANSI

bate proprio Domino servituri. Sin autem vel Principes vel monachi secus agerent, seu quispiam ex ejus monasterii rebus aliquid invadere auderent, nisi resipiscerent, auctoritate Apostolica communione privandos. Aliud quoque privilegium ab ipso eodem Pontifice memoratus Abbas accepit de monasterio S. Stephani juxta Tarracinam, quod beatus Benedictus, ut in vita ejus legitur, per visum apparens mirabiliter construi jusserat, & loca singula ibi, quid aedificandum esset, subtiliter designaverat. Hæc in ingressu Agapiri Leo.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS cum Hugone Italiæ Rege in concordiam adducere; sed cum *Hugo* hoc anno Italiam reliquerit, uti anno superiori ostendimus, incertum quem illa pacis tractatio effectum habuerit; illud certum *Albericum* post Agapiti II. mortem filium suum Octavianum sub Joannis XII. nomine Pontificem Romanum creandum curasse.

II. Ad num. V. & seq. Sigebertus initio sæculi XII. demortuus scripsit Vitam S. Guiberti Monachi Gorziensis & Cœnobii Gemblacensis conditoris, a Surio ad diem XXIII. Maii editam, sed quam Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæs. pag. 598. & seqq. cum MS. Cæsareo contulit, & aliquot in locis emendavit. Ait itaque Sigebertus num. XI. *De rebus Ecclesiæ traditis, & de libertate ipsius loci* (nempe Monasterii Gemblacensis) *charta conscripta Imperiali erat dicto confirmata, & jam annuli impressione Imperialis auctorizata, quæ auctorizatio facta est solemniter Leodii XII. Kalend. Octob. anno dominicæ Incarnat. nongentesimo quadragesimo sexto, indictione IV. regni domini Ottonis primi anno undecimo, cathedram Trajectensis Ecclesiæ regente Ubogone*, idest, Ogone seu Hugone. Gemblacum, vulgo *Gembloers*, olim in Diœcesi Leodiensi, nunc vero in Namurcensi situm & & hæc prima est confirmatio Monasterii Gemblacensis hoc anno ab Ottone Rege facta. Miræus in Diplomatis Belgicis *Ottonis* primi Diploma recitat, perperamque scribit, anno CMLVIII. editum esse; cum in MS. Cæsareo annus CMXLVI. diserte legatur; cumque *Henricus Auceps* ann. CMXXXVI. die secunda mensis Julii vita functus sit, apparet, *Ottonem* ejus filium ac in Regno Germanico successorem a morte patris annos Regni sui non vero a coronatione sua, ut putavit Baronius, deduxisse. Nec refert quod Sigebertus in Chronico confirmationem Ottonis cum anno Christi CMXLVIII. conjungat, Sigebertus enim de aliqua alia confirmatione tunc facta loquitur, vel hac in re peccat.

Prima confirmatio Monasterii Gemblacensis ab Ottone emissa.

III. Ut Monasterium Gemblacense primam sui confirmationem debet *Ottoni* primo; sic secundam filio ipsius, Ottoni nempe secundo, cum jam Imperator esset, utpote cujus studio &

V. Florebat hoc tempore sanctitate clarus Guibertus, cujus præclaras res gestas Sigebertus scriptis mandavit, lucerna plane inter tot tenebras ardens & lucens, a quo inter alia egregia sanctitatis monumenta, hoc eodem anno est erectum in Gallia nobile monasterium Gemblacense, quod tum Ottonis Regis, cum ipse apud eum nonnihil pressuræ passus fuit ab invidis, tum etiam Agapiti Romani Pontificis Privilegiis communitur. De his enim ista habet Sigebertus ejusdem cœnobii monachus in Guiberto. (a) *De rebus Ecclesiæ traditis, & de libertate ejus lo-*

(a) *Apud Sur. die 23. Maii tom. 3.*

H ii

cura impetrata fuit a Benedicto Papa hujus nominis septimo, idque anno CMLXXXIII. Hoc secundum Diploma in laudato Codice MS. primum immediate sequitur, quod quia nec apud Surium, nec apud Miræum extabat, Lambecius illud ex Codice MS. integrum retulit. In hujus fine legitur: *Scriptum per manum Bonifacii Notarii Regionarii ac Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Martio indictione undecima. Bene valete. Datum VIII. Kal. Aprilis per manus Stephani Episcopi ac Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ anno Pontificatus domini nostri Benedicti sanctissimi septimi Papæ nono, imperante domino nostro Ottone a Deo coronato, magno ac pacifico Imperatore, anno decimo sexto in mense ac indictione, quibus supra.* Ubi notæ omnes Chronologicæ accurate descriptæ, hoc Diploma ab Ottone II. an. CMLXXXIII. obtentum fuisse certo evincunt. Præterea demonstrant, *Benedictum VII.* anno CMLXXV. ante diem XXV. mensis Martii ad supremum Pontificatum evectum fuisse, alioquin anno CMLXXXIII. eo die annum nonum nondum auspicatur esset; qua de re suo loco. Præfatam subscriptionem refert Sigebertus in Vita Sancti Guiberti, sed eam hac interpolatione corrumpit, [r] *imperante Ottone a Deo Coronato, magno ac pacifico Imperatore, anno decimo sexto, qui est annus domini nongentesimus quinquagesimus tertius.* Surius laudatus non solum interpolationem illam exhibet; sed etiam falsa emendatione marginali totam subscriptionem depravat. Ut enim observat Lambecius loco laudato, Surius male credidit, per *Ottonem Imp.* cujus annus XVI. cum Papæ Benedicti VII. anno nono hic conjungitur, intelligendum esse eumdem Imp. Ottonem primum, qui in principio ejusdem capitis traditur Monasterium Gemblacense confirmasse *anno regni sui undecimo*, hoc est currenti, ideoque pro Papæ *Benedicti VII. anno nono*, legendum esse censuit, *Papa Agapeti secundi anno sexto*, & pro anno Domini DCCCCLIII. ut in fine ejusdem capitis Vitæ Sancti Guiberti perperam legitur, substituendum esse annum Domini CMLI. At nec nomen Papæ *Benedicti VII.* nec annus Pontificatus ejus IX. mutandus, sed per Imp. *Otto-*

Secunda ab Ottone II. Imp. obtenta a Benedicto VII.

NOTÆ [s] S*igebertus hac interpolatione corrupit &c.* Non Sigebertus, sed recentior aliquis sciolus, qui manum inferre extui ausus fuit; ut intelligimus ex nota annorum Incarnationis Arabicis numeralibus characteribus expressa, quod recens inventum esse docent Bollandistæ ad eam Vitam S. Guiberti, die 23. Maii pag. 264. MANSI

ci charta conscripta Imperiali est edicto confirmata, & anuli impressione Imperialis auctorizata; quæ auctorizatio facta est solemniter Leodii duodecimo Kal. Octobr. anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo quadragesimosexto, Indictione quarta, Regni domini Ottonis Primi, anno undecimo, cathedram Trajectensis Ecclesiæ regente Ubogone.

VI. Monasterium Gemblacense Agapiti Papæ privilegiis munitum. *Ad hanc confirmationem Imperialis potestatis accessit etiam Apostolicæ Sedis auctoritas, dum a Benedicto Septemo hujus nominis Papa decretum est, ut rata esset in perpetuum Gemblacensis cœnobii prærogata immunitas. Decretum est etiam, ut de alio monasterio Abbas ibi non constituatur, sed ipsi servi Dei secundum S. Benedicti regulam viventes, ex sua propria congregatione Abbatem eligende potestatem habeant, & ut Abbas ipse privilegiis Sedis Apostolicæ, infulis decoretur, & ut ipsum monasterium sub jurisdictione sanctæ Romanæ Apostolicæ Sedis constitutum, nullius alterius Ecclesiæ jurisdictionibus submittatur, interminantes ex auctoritate beati Petri Apostolorum principis sub divini obtestatione Judicii, ac validis anathematis interdictionibus, ut nulla aliquando vel magna vel parva persona aliquid de rebus & possessionibus ad idem monasterium pertinentibus auferre, vel alienare præsumat. Hoc scriptum per manum Bonifacii Notarii Regionarii atque Scrinarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ datum est viii. Kalend. Aprilis per manus Stephani Episcopi & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus domini Benedicti Septimi Papæ nono, imperante Ottone a Deo coronato magno & pacifico Imperatore anno decimosexto, qui est annus Domini nongentesimus quinquagesimus tertius.* Hæc ibi. Sed corrige quæ de nomine Imperatoris habentur; nondum enim Otto Imperator erat, sed Rex tantum, cum ista fierent. Verum & si reliqua ad annum decimumsextum ejusdem Ottonis (ut habet) referre velis, sic opus est corrigas: Agapiti Papæ Secundi anno sexto, Christi vero nongentesimo quinquagesimoprimo. Sed de his satis.

Hoc eodem anno Anglicana Ecclesia, novo Rege Edredo subrogato fratri suo Edmundo, bene disponitur, dum sancto Dunstano tantum Regnum gubernandum committit, quod tenuit annos novem. Sub quo etiam claruit S. Ælsegus Wintoniensis Episcopus, de quo anno sequenti. VII.

Eo-

PAGIUS *tonem*, cujus annus Imperii decimus sextus tanquam synchronus ibidem additur, intelligendus sine dubio Imp. *Otto secundus*, & in fine totius capitis pro, *qui est annus domini* CMLIII. absque ulla controversia scribendum, *qui est annus domini* CMLXXXIII. sive nongentesimus octogesimus tertius. Surius Baronium & Papebrocium ad diem XXIII. Maii & in Notis ad cap. 2. Vitæ Sancti Guiberti in errorem impulit.

IV. *Corrigitur editio Sigeberti.* Mabillonius vero Sæc. V. Benedict. ubi Vitam Sancti *Guiberti* exhibet, in Notula ad caput XI. fatetur, hanc emendationem necessariam esse, sed haud scio, inquit, an sit „ ad mentem Sigeberti, qui in Chronico hanc „ Benedicti Papæ immunitatem revocat ad an„ num DCCCCLIV. *Immunitas nostræ Gem„ melacensis scilicet, Ecclesiæ, etiam Apostoli„ ca auctoritate a Benedicto septimo corrobora„ tur anno septimo Pontificis ejus.* Verum non animadvertit Vir doctissimus hunc locum, qui non legitur in editione Chronici Sigeberti a Pistorio curata, intrusum esse a Miræo in suam ejusdem Chronici editionem, ut Sigeberti auctoritate errorem suum de anno confirmationis Monasterii Gemblacensis de quo mox egimus, stabiliret & confirmaret. Præterea magnopere fallitur Miræus dum credit Benedictum VII. Papam per hæc tempora sedisse. Quare, ut scite notavit Lambecius Tom. II. Bibl. Cæs. pag. 905. corrigendum est Sigeberti Chronicon a Miræo promulgatum, & hac in re standum Pistoriano. Verum quidem est *Miræum* asserere se juxta quatuor Exemplaria MSS. editionem Chronici Sigeberti curasse & addidisse cum hac admonitione: *Cæterum semel id monuisse satis sit, quæ minori charactere excudenda curavimus, ea aut Gemblacensi in codice domestico non reperiri, aut si qua erant, recenti manu esse agglutinata*, & verba de quibus quæstio magno charactere exarata esse. Sed cum in Codice MS. Gemblacensi variæ additiones reperiebantur, potuit Miræus quæ secunda manu descripta erant, ea a prima prodiisse credere. Quæ solutio mihi verosimilior videtur.

V. *Moritur Edmundus Angliæ Rex.* Ad num. VII. *Edmundum* Angliæ Regem hoc anno a sicario impie trucidatum, inter omnes Rerum Britannicarum Scriptores convenit, [1] ex quibus audiendus Hovedenus pagin. 423. *Anno ab Incarnatione domini nongentesimo quadragesimo sexto, magnificus Rex Anglorum Eadmundus, die festivitatis sancti Augustini Doctoris Anglorum: dum in villa (quæ Anglice Puclecerch dicitur) suum dapiferum Leonem* (rectius alii habent Leoven, vel Leof) *a manibus pessimi cirptoris; ne occideretur, vellet eripere, quinque annis septemque mensibus regni sui peractis, indictione quarta, septimo Kalendas Junii, feria tertia ab eodem interficitur: & Glastoniam delatus, a B. Dunstano Abbate sepelitur.* Edmundus regnum pie & forti-

NOTÆ [1] EDmundi necem ad sequentem annum transferendam esse suspicor ex fide fere supparis Scriptoris Wolstani, de quo in nota ad annum 937. 8. testantis Edmundum *per sex annos & dimidium* crudeliter interemptum fuisse. Porro calculus iste, si ab exitu Octobris anni 940. ducatur, annum 947. refert. MANSI

VIII. Corpus S. Hunegundis Virg. repertum & elevatum. (a) Apud Sur. die 25. Aug. tom. 4.

Eodem anno apud Noviomum in Gallia reperitur & elevatur venerandum corpus S. Hunegundis virginis, quæ egregia claruerat sanctitate sub S. Eligio ejusdem civitatis Episcopo. Rei gestæ admirandæ satis historiam ejus temporis auctor scriptis mandavit verbis istis: (a) *Cum diu sacrum corpus ejus sub terra conditum jacuisset, quædam sanctimonialis, Berta nomine, miræ abstinentiæ, multæ patientiæ paupertatis valde studiosa, eximiæ humilitatis, misericordiæ operibus dedita, jejuniis & vigiliis & precibus intenta, ex divina revelatione locum sepulturæ ejus cognovit, anno salutis nongentesimo quadragesimosexto, Ludovico regnante. Cumque immenso affecta gaudio tantum thesaurum subito elevare vellet, venerandus presbyter Giso sanctorum pignorum Quintini & Victorici martyrum custos, casu superveniens eam objurgavit, dicens fas non esse sine auctoritate Episcopi sacrum corpus levari. Ita ad dies triginta duos intactus mansit sarcophagus jam apertus, apud quem diu noctuque sacris vigiliis incumbentes, Episcopi adventum sustinebant. Quo spacio multa illic divinitus sunt declarata miracula, atque ingens splendor perpetuo ad sacrum corpus permansit, ita ut a pectore virginis & sursum, pro sordibus pulveris nitentia relucerent fragmina margaritarum, & quibusdam clarissimis, erumpentibus scintillis aspicientium reverberarentur obtutus. Tanta etiam ibidem sentiebatur odoris fragrantia, ut omnium nares ineffabili satietate complerentur. Quicumque autem ad sacrum illud corpus intueri poterant, quocumque essent affecti morbo, illico curabantur. Porro odoris illius semper increscebat suavitas.*

IX. *Inter cætera autem miracula ipso die elevationis sanctissimæ virginis, cum sævissimus morbus totum illum pagum adeo occuparet, ut vix esset domus, in qua non jaceret ægrotus, omnes illi cum elevato sacro corpore simul e suis lectulis sani surrexere. Tandem accersito Rodulpho Noviomensis Ecclesiæ Archidiacono, postea ejusdem urbis religioso Episcopo, & ex*

PAGIUS

titer moderatus est; Insulam enim ab hostibus strenue defendit, & pluribus in locis Ecclesias, monasteria, ædesque sacras construxit. Liberos duos ex *Elfgiva* conjuge suscepit; sed quia neuter ad coronam maturuerat; *Edredus*, Edmundi frater, Procerum, populique suffragio regnare jubetur. Tum sub Augustum mensem, uti narrat Florilegus, *in Kingstona villa Regia regni diadema, a Beato Odone Archiepiscopo Cantuariensi suscepit, decimo septimo Kalendas Septembris*, qui hoc anno in Dominicam incidebat. Subdit Florilegus: *Edredus ut suus germanus prius egerat Rex Eadmundus, Northanumbriam totam, in sui dominium redactam a Rege Scotorum fidelitatem accepit, & insuper Eboracensi Ecclesiæ Metropolitanæ duo signa* (nempe militaria) *non modice devotus donavit. Denique cum a Rege Cumbrorum juramentum fidelitatis accepisset, & partes illas in securitate posuisset, versus Austrum cum suis contendit.*

VI. Elevatio corporis S. Hunegundis Virginis.

Ad num. VIII. & seq. Corpus sanctæ *Hunegundis* virginis Humolariensis hoc anno e terra elevatum, uti narrat Bernerus Humolariensis Abbas, Auctor coævus, Sæc. V. Benedict. Est autem Humolariense monasterium, vulgo *Humblieres*, prope muros Augustæ Veromanduorum ad Suminam. *Berta* Humolariensis Abbatissa hujus Translationis auctor fuit. Cum enim amore sanctæ Hunegundis quædam Moniales aliqua commentata essent figmenta, de ejus corpore reperiendo sollicita fuit. *Igitur anno Incarnat. Dominica nongentesimo quadragesimo sexto, Ludovico regnante, quinto die Nonarum Octobris, post plurima jejunia* ei sanctæ virginis corpus revelatum fuit. Mox advenit Giso Presbyter, qui monuit rationabile non videri, ut sine auctoritate & consensu Episcopi diœcesani corpus beatissimæ virginis levaretur. Per triginta & duos dies, quibus sepulcrum apertum remansit, multi infirmi curati, variaque miracula facta, tandemque accersito *Rodulfo* Noviomensis Ecclesiæ Archidiacono, postea ejusdem Ecclesiæ Episcopo, *levatur sanctissimum corpus de sepulcro, septimo Idus Novembris*. Hoc quidem anno dies septima mensis Novembris in diem Sabbati convenit, sed per hæc tempora Translationes sanctarum Reliquiarum sæpe alio die quam Dominica peractæ.

Vixit *Sancta Hunegundis* tempore sancti *Eligii* Episcopi Noviomensis ac Vermandensis, & in pago Vermandensi in lucem prodiit. Ab incunabulis fertur desponsata fuisse, sponsoque demortuo rursus cuidam *Eudaldo* viro nobilissimo cogentibus parentibus sponsa data; sed cum animo meditaretur, qualiter se sponso Christo traderet, virum demulcendo subtilitate ingenii ab amplexibus omnino divulsit, utque Romam secum pergeret, induxit. Ibi velum a Pontifice Romano, qui erat Martinus primus, accepit, quod cum *Eudaldus* accepisset, eam, sprevit solamque dereliquit, subtractis omnibus ad tantum iter necessariis. In Gallias tamen Hunegundis remeavit, ubi sponsus resipiscens veniam petiit, multaque ei largitus est. Post hujus decessum *arctiori se submisit vitæ & Christi servitio puniens atque deflens cogitata seu nociva jam peracta opera, crebrisque jejuniis ac vigiliis tundebat corpus fatigatum, memorans quia non qui cœperit, sed qui perseveraverit, salvus erit*, inquit Bernerus laudatus in ejus Vita, qui subdit, eam *VIII. Kalend. Septemb.* migrasse ad Dominum, sed annum ejus emortualem tacet. Mabillonius tamen Sæc. II. Benedict. pag. 1025. existimat eam circa annum sexcentesimum nonagesimum vivendi finem fecisse, refertque Diploma Ludovici Transmarini Francorum Regis, *actam Remis civitate in monasterio sancti Remigii Kal. Octobris indict. VI. anno XIV. anno Incarn. domini DCCCCXLVIII.* in eo Ludovicus ait, a se petitum fuisse, *quatenus quibusdam sanctimonialibus inibi* (idest apud Humolarias) *non satis honeste viventibus, & regulari districtioni subjici nolentibus, inde remotis substituerentur Monachi*. Quare favente Regina, Artaldo Remensi Archiepiscopo, aliisque consulentibus, eamdem Abbatiam Abbati Regulari in perpetuum concessit.

VII. Hunegundis sæculo septimo floruit.

Ad

& ex collegio beatissimi martyris Quintini a cæteris Patribus, Gstone, Roberto, alisque pluribus magnæ pietatis viris, peractis Missarum solemnits, itum est ad tumulum, sbidem etiamnum circa caput & pectus sanctæ virginis, illo, quod diximus, cælesti lumine adeo coruscante, ut nemo posset ad plenum intueri. Levatum est sanctum corpus e sepulcro septimo Id. Novembris, &c. Subiicit hic auctor complura alia miracula Dei operatione, virtute tantæ virginis edita; sed ista ad institutum satis.

X. Legatio Const. Imp. ad Bereng. (a) Luitp. l. 6. c. 2.

Quod ad res pertinet Orientales, *eodem tempore* (Luitprandus (a) inquit) *Constantinus Imperator, qui dejectis Romano, filiisque ejus Constantinopoleos regebat Imperium, audito Berengarium potentia præstare Lothario, per Andream, qui ab officio Comes Curtæ dicebatur, litteras Berengario dirigit, in quibus continebatur, vehementer se Berengarii nuntium velle videre, cujus in reditu cognosceret, quanta eum charitate diligeret. Scripsit etiam ei commendatitias litteras pro Lothario, ut fideles ei esset administrator, cui Deo largiente, extiterat gubernator. Constantinus numquam sollicitudinem non parvam Lotharii pro salute habebat, religiose ob amorem nurus suæ cogitans, quæ Lotharii soror extiterat.* Hæc de legatione Constantini Augusti Luitprandus. Ab ipso vero Berengario ad Constantinum mittitur idem ipse Luitprandus historicus, qui suam ipsius legationem describit (b) multaque admiratione digna narrat, quæ ut curiosa ad institutum nostrum nihil spectantia, prætermittimus recitare.

Luitprandus legatus Const.

(b) Luitp. l. 6. c. 2. 2. 3.

Chri-

PAGIUS VIII. *Legatio Luitprandi ad Constantinum Imp.*

Ad num. X. Luitprandus lib. 6. cap. 2. refert *Constantinum* Porphyrogennetam, audito *Berengarium* potentia præstare *Lothario* Italiæ Regi, ad illum literas amoris plenas scripsisse, eique *Lotharium* commendasse ob amorem nurus suæ Berthæ scilicet, quæ Lotharii soror erat; Berengarium vero se ad Imperatorem Legatum misisse, seque *octavo Kalend. Septemb. die Veneris* egressum, *XV. Kal. Octob.* Constantinopolim venisse. Tum cap. 5. refert erogationem numismatum, & aliorum donorum pro veteri Imperatorum Græcorum more ante diem Palmarum in Magistratus & clientes Imperatorios, dum Constantinopoli esset, factam. Porro Codinus in lib. de Officiis Constantinop. cap. X. loquitur de hebdomade Palmarum, quam Græci a feria secunda post *Dominicam* & nos hebdomadam *Passionis* vocamus inchoant, docetque Balsamon die Palmarum Imperatores olim ac Patriarchas distribuisse subditis *ῥόγας*, hoc est, *munera & Baia*; & hunc usum usque ad Constantini Monomachi tempora durasse, sed postea desiisse. Sunt autem *roga* stipendia militaria, itemque largitiones, & dona, a Principibus liberaliter distribui solita, ut Gretzerus in caput X. Codini explicat. Hujusmodi *rogam* a se visam scribit Luitprandus, quia ejus Legationis tempore mos ille adhuc durabat. Sed fons iste liberalitatis exaruerat in Palatio & ferme etiam in Patriarchio tempore Balsamonis, ut ipsemet conqueritur in Epistola *de incensis quæ a patriarcha dari solent, eo die quo Catechesis habetur*, quæ extat lib. 7. Juris Græco-Rom. pag. 471. Patriarcha tamen ne prorsus immunificus videretur, festo Catecheseos tymiamata dividebat, festo autem Bajorum seu Palmarum cereos & Cruces. Magna quarta feria, hoc est, die Mercurii Majoris septimanæ cereos & tymiamata, ac die Paschatis osculo & amplexu excipiebat populum, dans unicuique *tricephalum*, quod exiguæ monetæ genus est, a tribus capitibus nomen ducens.

IX. *S. Mathildis a filiis tribulationem patitur.*

Dum *Sancta Mathildis* Regis Ottonis & Henrici fratris mater, Ecclesias & monasteria construit, præsertim cœnobium Quindelinburgense appellatum, in quo *non viles personas, sed summa ingenuitatis tyruncula canonica institutioni deservituras collegit*, utriusque filii calumnias tulit: *Nam ad aures eorum pervagatum erat*, inquit Chronographus Magdeburgensis adhuc ineditus, *quod innumerabiles pecunias Regalium censuum consumpsisset, reposcebantur a Rege qua pauperibus distribuerat; mittebantur exploratores spoliare & contumeliis afficere nuncios ejus qui munera indigentibus portabant. Compellebant eam dotales regiones relinquere, & sacro velamine se consecrare. Ferret vero minus moleste injurias, si Heinricus quem unice amaverat, fratri non concordasset. Videns autem molestias eorum non minui, sed in dies plus augeri, relinquens quidquid Heinricus Rex in dotem ei dederat in occidentali regione Angarimensem* (Angria dicitur vulgo *Engerben* in Ravenspergensi Westphaliæ Comitatu, ubi conditum postea a Mathilde cœnobium) *parcens filiis & non minus quam consueverat bona opera exercens. Regi vero supervenere Dei flagella, retroversis victoria, triumphis alisque rebus secundis: Heinricum vero gravis morbus invasit.* Idem refert Auctor Vitæ beatæ Mathildis, jussu S. Henrici Imp. scriptæ, & uterque addit, intercedente *Editha* Ottonis Regis uxore Mathildem in Regnum ab eodem Ottone revocatam fuisse, & Henrico filio reconciliatam, pacemque usque ad mortem perdurasse. De monasteriis a Mathilde ædificatis, legendus Mabillonius Sac. V. Benedict. in Elogio S. Mathildis.

I. Synodus Virdunensis.

CHristi unnus sequitur nongentesimus quudrugesimus septimus, Indictione quinta, quo habitu est Synodus Virduni, cujus celebrundæ causa extitit lis inveteratu inter Hugonem olim puerum ordinatum Archiepiscopum Rhemensem, & Artaldum contra eum postea ordinatum; quem pulsum anno superiori a Ludovico Rege in sedem illam fuisse restitutum, Frodoardus affirmut, unnitente illo contru eum, & aliis pro eo proceribus lubosuntibus. *Cum vero*, inquit, *horum causa tum Ludovicus Rex, quam Hugo Dux magnopere turbarentur, ad has sedandas turbas, Synodus hoc unno* (inquit Frodoardus) *circa medium mensis Novembris habenda denuntiatur. Interim vero sedes Rhemensis Artaldo conceditur*. Et inferius: *Eodem anno Synodus Verduni habita est, præsidente Rotberto Trevirensi Episcopo cum Artaldo Rhemensi, Adelsteo Aquensi, Adalberone Metensi, Gostino Tullensi, Hildebaldo Transrhenensi, Miruegardo Vurdensi, Israele Britone, præsentibus Brunone Abbate fratre Regis Ottonis, Agenoldo quoque & Odilone cum aliis quibusdam venerandis Abbatibus*. Hi sunt quos potuit temporis importunitas Episcopos in unum colligere. Quid uutem in ea actum sit, hæc ipse:

II. *Ad quam Hugo Episcopus evocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum Episcopis, Adelberone & Gostino, venire noluit. Universa vero Synodus domno Artaldo Rhemensi tenendum judicavit Episcopium. Indicitur etiam Synodus Idibus Januarii habenda*. Hæc de his Frodoardus hoc unno. At quoniam negotium perarduum haud videbutur posse per provinciales Episcopos terminari, & causu valde implicita definiri: placuit ut plenum Concilium convocari deberet ex Episcopis videlicet Galliæ utque Germaniæ, quod factum est anno sequenti coram Apostolicæ Sedis Leguto.

Sed quid inter hæc Hugo? probe sciens quanti ponderis esset Romuni Pontificis uuctoritus in ejusmodi definiendis controversiis, Sigeboldum clericum suum legut Romam ad Agapitum Papam, tradens ei litteras falsas, quas finxit conscriptas esse ab Episcopis Rhemensis diœcesis, quibus petebatur, ut Episcopatus ejusdem Rhemensis Ecclesiæ eidem ab Apostolicu Sede confirmaretur Hugoni. His nuntius acceptis litteris, Romam ad Pontificem proficiscens, eas ipsi obtulit, quarum fide ab eodem Agapito Papa surripuit dolose litteras ad Episcopos Galliæ atque Germaniæ, quibus significabatur, ut Hugo Rhemensis Ecclesiæ sedere deberet Episcopus. Quomodo autem eædem litteræ ub ipsa Synodo anno sequenti celebrata præsente Apostolicæ Sedis Legato ostensæ sint falsæ, suo loco dicetur. III. Hugonis subdola legatio ad Agapitum Pap.

Moritur hoc unno sanctus Aelfegus (a) Wintoniensis in Anglia Episcopus, sunctitate clarus, & spiritu prophetiæ imbutus, de quo ista scripta reperimus hoc anno quo fuit ejus transitus: *De beato quoque Aelfego legitur, quod in die Cinerum, cum de more pœnitentes de Ecclesiæ liminibus removerret, hortatus est eos, ut tempore Quadragesimali jejunio & castitati vacantes, diebus illis uxorum etiam deliciis abstinerent. Quorum unus, cæteris Episcopi jussionibus reverenter obtemperantibus, jocularé cœpit, dicens, se abstinere non posse a venere, a cibo, pariter & conjugio. Cui Episcopus: Contristat me miser oppido, nesciens quod tibi parat dies ventura. Et sic homo ille recedens dictam B. Aelfegi prophetiam nebulo experitur, dum postera luce in cubiculo sit repertus exanimis, incertum utrum a diabolo suffocatus.* IV. (a) Flod. hist. S. Ælfegi Episc. Wintoniensis obitus.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hisp. CMLXXXV. Anno Hegiræ CCCXXXVI. inchoato die 23. Julii fer. 6. A.C. 947. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6440.

☉ 4. C. ☽ 17. P. 11. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 947.

AGAPITI II. PAPÆ 2.

CONSTANTINI VIII. solius IMP. 36.

AD num. IV. Florilegus, quem Baronius sequitur mortem S. *Elphegi* seu *Elfegi* cognomento *Calvi*, Episcopi Wintoniensis in Anglia, cum præsenti anno connectit. Verum non tantum Simeon Dunelmensis in Hist. de Gestis Regum Anglorum, uterque Chronographus Saxo, aliique Elfegi mortem usque ad annum CMLI. differunt; sed etiam ipsemet reperitur subscriptus in Charta ab *Edredo* Angliæ Rege data anno nongentesimo quadragesimo nono, in qua legitur: *Ego Alfech Vuintoniensis Episcopus consigno*. Et demum anno CMLI. aliis ejusdem Regis Edredi donationibus, ut observat Bollandus ad diem XII. Martii subscripsit his verbis: † *Ego Elpheah Vuintoniensis Ecclesiæ Episcopus triumphalem trophæum hagiæ † Crucis impressi*. Elfegus Ecclesiam sibi commissam sancte administravit, Provinciamque verbo & exemplo currere viam mandatorum Dei docuit. Sancti Elfegi nomen inscriptum est variis Martyrologiis MSS. ad diem XII. mensis Martii, quo eum obiisse constat, ut videre est apud Bollandum citatum. De S. *Elfego* Cantuariensi Archiepiscopo sæculo sequenti agemus. *Obitus S. Elfegi Episc. Wintoniensis.*

catus. Altero quoque tempore, dum sacros ordines celebrasset, tres monachos ad ordinem promovit presbyteratus. Completis itaque ordinibus, præsul sanctæ recordationis astantibus dixit: Hodie tribus monachis manus imposui, quorum duo pontificalis ordinis gratiam obtinebunt, unus in civitate Wigorniæ, ac deinde in Cantia, alter meam sedem quandoque implebit. Tertius voluptatum petulantia accensus exitum miserabilem sortietur. Quam utique sancti præsulis prophetiam, ut prædixerat, rerum exitus comprobavit. Qui enim Wigornii, & deinde Cantiæ Antistes extitit, fuit S. Dunstanus; qui autem sedem Wintoniensem post eum accepit, fuit Aelfsinus, ut ex Osberto patet, tertius autem nobis incompertus.

V. Hoc eodem anno, qui undecimus Regis Ottonis numeratur, septimo Kalend. Februarii, moritur ejus coniux Ædita Regina sanctitate præclara; quam & post obitum miraculis claruisse, Ditmarus, (*a*) ejus temporis scriptor testatur. (*a*) *Ditm. Chr. l. 2.*

Celebratum est hoc (*b*), pariter anno nongentesimo quadragesimoseptimo Asturiæ in Hispania sub Salomone ejus civitatis Episcopo Synodus, in qua nonnulla de rebus ad Christianam disciplinam (*b*) *Amb. Mo. Chr. Hisp. l. 16. c. 58.*

PAGIUS II. *Moritur Editha Germaniæ Regina.*

Ad num. V. Moritur hoc anno *Edgitha* seu *Editha* Ottonis Germaniæ Regis uxor, uti Lambertus Schafnaburgensis, Continuator Reginonis & Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam tradunt. Fuit Athelstani Angliæ Regis soror, de qua Witichindus in fine lib. 2. Annalium hæc habet: *Illo anno notabilis casu calamitoso totius populi, de morte scilicet beatæ memoriæ Edidis Reginæ, cujus extrema septimo Kal. Febr. celebrata est cum gemitu & lacrymis omnium Saxonum. Hæc nata ex gente Anglorum, non minus sancta religione, quam Regali potentia pollentium stirpe claruit. Decem annorum regni consortia tenuit, undecimo obiit. Saxoniam vero decem & novem annis inhabitavit. Reliquit filium nomine Ludolfum omni virtute animi & corporis ea ætate nulli mortalium secundum. Filiam quoque Liudgardam nomine, quæ nupserat Chonrado Duci*, scilicet Lotharingiæ, ex qua originem duxere *Gregorius* V. Papa, & *Conradus Salicus* Imp. ut suo loco probabimus.

III. *Moritur & Bertolfus Bojoariorum Dux.*

Bertolfo Duce Bajoariæ defuncto, Heinricus frater Ottonis Regis, Ducatum illius accepit. inquit Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam Witichindus lib. 2. Annal. de Ottone Germaniæ Rege verba faciens, ait: *Cum omnia regna coram eo silerent, & potestati ejus omnes hostes cederent, monitu & intercessione sanctæ matris ejus* (nempe Mathildis) *recordatus est multis laboribus fatigati fratris, præfecitque eum regno Bajoariorum, Bertoldo jam defuncto, pacem & concordiam cum eo faciens, quæ usque in finem fideliter permansit. Erat autem ipse dominus Henricus copulatus matrimonio filiæ Ducis Arnulfi, femina egregia forma, mirabilisque prudentia. Fratrum vero pax atque concordia Deo acceptabilis, hominibusque amabilis, toto Orbe fit jam celebris, dum unanimes res publicas augent, hostes debellant, civibus paterna potestate præsunt. Ducatu igitur Bojoariorum accepto, nequaquam desidia torpuit, sed abiens Aquilegiam cepit, Ungaros duabus vicibus armis superavit. Titinum transnatavit* [1] *& prædia magna intra regionem hostium captu exercitum incolumem in patriam reduxit.* Hoc tamen bellum anno sequenti gestum; cum Bertoldus seu Bertolfus *nono Kalendas Decembris* teste Aventino in fine lib. 4. Annal. Bojorum, ex hac vita migravit: idemque Auctor initio libri insequentis tradit, *Henricum* & Ducem copiarum ejus *Rathonem* in Monumentum tantæ victoriæ armatos equis insidentes a gypso fictos & expressos, induratosque igne, in templo Deiparæ Virginis apud Maurkirchen pagum Bojoriæ Noricorum dedicatos, positosque anno Eræ Christianæ DCCCCXLVIII. adhuc videri, servari ac monstrari. Ea itaque Christianorum de Hungaris victoria a Sigonio lib. VI. de Regn. Ital. cum sequenti Christi anno recte copulata.

IV. *Floret S. Odo Archiep. Cantuariensis.*

Florebat hoc tempore *Sanctus Odo* Cantuariensis Archiepiscopus, *qui cum esset in habitu Clericali cum eligeretur, constanter cœpit reniti, ne morem majorum qui eum in eadem sede præcesserant, ambitione sua turbari videretur. Nullum enim viderat ad id tempus Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopum nisi monachili schemate indutum fuisse*, inquit Gervasius Monachus Cantuariensis in Act. Pontificum Cantuar. qui addit vocatum fuisse e Monasterio Floriacensi Abbatem in Angliam, qui eum habitu monachico induit, sicque gaudentibus cunctis Odonem factum Archiepiscopum Cantuariæ, & ab Agapito Papa Pallium suscepisse. Fusius hoc refertur in ejus Vita a Mabillonio Sæc. V. Benedict. ex MS. Codice publicata. In ea n. X. narrata Eadmundi Regis morte dicitur: *Hoc ferme tempore quidam Clerici, maligno errore seducti, asseverare conabantur, panem & vinum quæ in Altari ponuntur, post consecrationem in priori substantia permanere, & figuram tantummodo esse Corporis & Sanguinis Christi, non verum Christi Corpus & Sanguinem. Quorum enormem perfidiam beatus Odo destruere cupiens, dum quadam die in conspectu totius populi sacrosanctis missarum solemniis devotus intenderet, expressis lachrymis Dei Omnipotentis clementiam in suo ministerio adfore postulavit, qua ad depellendos hominum errores substantivam divinorum Mysteriorum declararet proprietatem. Cumque ad confractionem vivifici panis ventum fuisset, o ineffabilem Dei miserationem, & præsentem æternæ Majestatis ostensionem! confestim namque inter manus Pontificis, fragmentum Corporis Christi tenentis, sanguis guttatim defluere cœpit: stans itaque Pontifex, & præ gaudia*

NOTÆ [1] T*icinum transnatavit*. Mendum est enorme. Genuinam lectionem servavit Annalista Saxo, in Corp. Historicorum Eccardi tom. 1. col. 274. qui hæc ad verbum recitans legit Vicinum mare trasnatavit. MANSI

nam bene disponendam & conservandam tractata feruntur. At desiderantur ejus Acta, quibus hæc possint sigillatim fieri notiora.

Se-

PAGIUS *dio uberes lachrymas fundens, innuit adstantibus ministris, ut illi potissimum proprius accedant, qui nuper in fide titubaverant. Vocati igitur celeriter adsunt, atque in tantarum rerum consideratione perterrefacti pavitanti voce exclamant: O te inter homines felicissimum hodie, cui Filius Dei semetipsum in carne dignatus est revelare! Et rursum, Exora inquiunt, paululum, Pater, exora Domini Majestatem, ut in pristinam formam præsens sanguis commutetur, ne nos propter infidelitatis errorem divina ultio sequatur.*

V. *Eucharistia fidem miraculo adstruit.* *Oravit ergo Sacerdos; post orationem ad uram respexit; & ubi demiserat sanguinem, consuetam vini reperit speciem. Sumtis autem cælestibus sacramentis, lætantibus cunctis, qui tantis interfuere spectaculis, præcepit Pontifex pro testimonio tantæ virtutis omnes undecumque pauperes aggregari, & solemne convivium eisdem præparari. Ipse autem cum suis in magna gratiarum actione lætitiam agebat, propterea que quod omnis error de Dominico Corpore in pectore suorum abolitus fuisset, nec ultra panem in Altari positum verum Christi Corpus esse diffiderent, qui verum Sanguinem inde manare conspexissent.* Heterodoxi aliqui inquiunt, hoc fuisse Transubstantiationis initium, sed non dubium qui manifeste errent, cum Scriptor ille vacillantium illorum Clericorum errorem *enormem perfidiam* appellet, & superiori sæculo Paschasius Rathertus lib. de Corpore & Sanguine cap. 14. scripserit: *Nemo qui Sanctorum Vitas & exempla legerit potest ignorare, quod sæpe hæc mystica Corporis & Sanguinis Sacramenta, aut propter dubios, aut certe propter ardentius amantes Christum, visibili specie, in agni forma, aut carnis, & sanguinis colore, monstrata sint, quatenus de se Christus clementer adhuc non credentibus, fidem faceret. Ita ut dum oblata frangitur vel offertur hostia, videretur agnus in manibus & cruor in calice, quasi ex immolatione profluere: ut quod latebat in mysterio, pateferet adhuc dubitantibus in miraculo.* Male etiam inde deducunt, creditum non esse omni tempore, nec in omni Anglia, Transubstantiationis Mysterium, alioquin infideles vel impii Dei existentiam negantes asserere possent contrariam sententiam novam esse; cum a tot sæculis Propheta scripserit: *dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Cæterum hoc sæculo contra hæresim illam scripsere *Adrevaldus* Floriacensis Monachus qui ad hujus sæculi initium pervenit, cujus extat Opusculum *de Corpore & Sanguine Domini contra Joannis Scoti ineptias* Tom. XII. Spicilegii Dacheriani recitatum, & *Ratherius* Monachus Laubiensis, & dein Veronensis in Italia Episcopus, qui hoc ipso tempore vivebat, cujusque extat Epistola *ad Patricium de Corpore & Sanguine Domini;* ibidem evulgata cum Responsione cujusdam de Corpore & Sanguine Domini.

JESU CHRISTI ANNUS 948.	AGAPITI II. PAP. ANNUS 3.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 37.

I. Legatio Missa ab Agapito Pap. in Galliam

SEquitur Christi annus nongentesimus quadragesimus octavus, Indictione sexta, quo Agapitus Papa Legatum a latere Marinum misit in Galliam cum ad stabiliendum Ludovici Regnum, quod factione Hugonis Principis variis nutabat tumultibus; tum etiam ad cognoscendam cum illarum partium Episcopis causam Rhemensis Ecclesiæ, quisnam ejus legitimus esset Episcopus, Artaldus vel Hugo. De his omnibus abunde Frodoardus ejusdem Ecclesiæ Rhemensis presbyter, omnia ista ob oculos habens, ab his incipit:

II. Synodus ad Castrum Mosomi.

Anno nongentesimo quadragesimooctavo, Synodus prædicta, quæ scilicet indicta fuerat celebranda hoc anno Idibus Januarii, celebratur in Ecclesia sancti Petri ante conspectum castre Mosomi a domno Rotberto, cæterisque Trevirensis diœceseos Episcopis, & aliquibus Rhemensis. Veniens illuc Hugo, & locutus cum Rotberto Trevirensi Archiepiscopo Synodum noluit ingredi; litteras vero quasdam ex nomine Agapiti Papæ misit ad Episcopos per clericum suum, qui eas Roma detulerat, nihil auctoritatis canonicæ continentes, hoc tantum præcipientes, ut Hugoni Rhemense redderetur Episcopium. Quibus lectis, ineuntes Episcopi consilium cum Abbatibus, & cæteris sapientibus qui aderant, responderunt, non esse dignum vel congruum, ut mandatum legationis Apostolicæ, quam dudum Rotbertus Archiepiscopus, deferente Friderico præsule Moguntinensi, coram Regibus & Episcopis tam Galliæ, quam Germaniæ susceperat, & partem jam petitionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitterent, quas insidiator Artaldi præsulis exhibebat: immo quod regulariter cœptum fuerat, canonice pertractaretur. Sicque præceptum est, ut recitaretur capitulum decimum nonum Carthaginensis Concilii, de accusato & accusatore. Quo recitato, judicatum est, secundum definitionem ipsius capituli, ut Artaldo præsule retinente communionem & parochiam Rhemensem, Hugo, qui ad duas Synodos evocatus venire contempserat, a communione & regimine Rhemensis Episcopii abstineret, donec ad universalem Synodum, quæ indicebatur ad Kalendas Augusti, sese purgaturus occurreret. Ipsumque capitulum mox in charta describi fecerunt Episcopi coram se, subnectentes hanc etiam definitionem suam, & eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram diem eamdem chartam Rotberto præsuli remisit, hoc verbis remandans, quod ipsorum judicio nequaquam obediturus sit.

III. Synodus Ingelheimensis.

Interea proclamationis litteræ a domno Artaldo diriguntur ad Sedem Romanam. Domnus igitur Agapitus Papa Vicarium suum Marinum Episcopum mittit ad Ottonem propter evocandam & congregandam generalem Synodum, litteræque ipsius Papæ mittuntur ab Urbe Romana speciatim quibusdam Episcopis Galliæ, Germaniæque, vocantes eos ad Synodum. Quæ Synodus congregata est ex præcepto præfati Papæ in * *Englehem palatio regali in Ecclesia beati Remigii honore dicata, septimo Idus Junii, causa videlicet maximarum dissensionum, quæ agitabantur inter Regem Ludovicum, & Hugonem Principem, inter Artaldum quoque Rhemensem Episcopum, & Hugonem illicite substitutum ejusdem urbis præsulem, quæ dissensiones omne perturbaverant Regnum Francorum. Ad quam Synodum celebrandam, adveniente prædicto Marino Sedis Apostolicæ Vicario, convenerunt etiam Germaniæ præsules cum quibusdam Galliarum Episcopis.*

* al. Engelenheim.

Rotbertus videlicet Trevirensis Archiepiscopus.

Ar-

PAGIUS SÆC. X.

Anno Æræ Hispan. CMLXXXVI. Anno Hegiræ CCCXXXVII inchoato die 15. Julii fer. 3.

A.C. 948. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6441.

☉ 5. BA. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 948.

AGAPITI II. PAPÆ 3.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 37.

ANum. I. ad VIII. Tom. IX. Concil. pag. 623. refertur Concilium Engilenheimense, in quo Artaldus in Sedem Remensem restitutus est, & Hugo Comes Ludovico Transmarino Francorum Regi perduellis excommunicatus, præsidente Marino Sedis Apostolicæ Legato. In Præfatione legitur: *Anno ab Incarn. Domini CMXLVIII. indictione VI. septimo Idus Junias, anno Serenissimi Regis Ottonis XIII.* sed loco, XIII. legendum XII. etiam in sententia Baronii Ottonis annos ab an. CMXXXVII. deducentis *ipso quoque cum illustrissimo Rege Ludovico in præsentia manente, sancta ac generalis Synodus apud Engilenheim*, &c. Goldastus Tom. III. Constituit. Imp. pag. 305. idem Concilium recitat, sed loco, *septimo Idus Junias*, habet *VII. Idus Januarii*, quia, ut sæpius monui, librarii mensem Januarium in Julium vel Junium, & e contra prono errore transmutant. Sed cum *Otto* die secunda mensis Julii anni CMXXXVI. Henrico patri in Regnum Germaniæ successerit, liquet, utramque lectionem a nobis rejectam retineri non posse. Multæ Ottonis Regis Chartæ in subscriptionibus corruptæ, præsertim quia cum die secunda Julii regnare cœperit,

Concilium Engilenheimense.

Ex-

Artaldus Rhemensis.
Fridericus Moguntinensis.
Voigfridus Coloniensis.
Aduldagus Hamuburgensis.
Hildebaldus Mitnegardoaardensis.
Gostenus Tullensis.
* Adelbero — ** Adalbero Motensis.*
Berengarius Verdunensis.
Fulbertus Cameracensis.
* Laudunensis — *Rodulphus * Litudunensis.*
Ricoo Vuarmacensis.
* Reimboldus. — ** Raimbaldus Spirensis.*
Roppo Vuirzeburgensis.
Conradus Constantiacensis.
Odelricus Augustensis.
Zetbardus Hildesheimensis.
Bernardus Halberstadensis.
Dudo Paderbornensis.
Michael Ratisponensis.
Farabertus Tungrensis.
Lioptacus Ribuuensis.
Dodo Osnaburgensis.
Everis Mindensis.
Baldricus Trajectensis.
Heroldus Salsburgensis.
Adelbertus Bazsoensis.
* Cistinensis. — *Sturcandus * Cistadiensis.*
Hotac Leoviceasis.
Vuicardus Basiliensis.
Lidac Rebuensis.

IV. *Residentibus his præsulibus in Ecclesia dicti loci post præmissas preces, secundum ordinem celebrandi Concilii, & post lectiones sacræ auctoritatis, ingressis gloriosis Regibus Ottone ac Ludovico, & simul residentibus, post allocutionem præfati Marini Sedis Apostolicæ Legati, exurgens Ludovicus Rex e latere & consensu domini Regis Ottonis proclamationis suæ querimoniam propalavit coram præmisso Romanæ Sedis Vicario, cæterisque considentibus Episcopis, referens, qualiter accersitus fuerit a transmarinis regionibus per Legatos Hugonis, cæterorumque Franciæ Principum ad suscipiendum suæ paternæ hæreditatis Regnum, cunctorumque votis & acclamationibus procerum, militiaque Francorum sublimatus, & consecratus sit ad apicem regalis moderaminis obtinendum; postea vero ejectus sit a præfato Hugone, & dolo appetitus ac comprehensus per annum integrum sub custodia fuerit ab eo detentus, nec aliter ejus absolutio potuerit obtineri, nisi Laudunum castrum, quod solum tunc Regina Gerberga cum fidelibus suis regiis sedibus retinebat, Hugone id occupante, dimitteret. De his omnibus malis, quæ post Regni susceptionem passus fuerat; si quis objiceret, quod sui facinoris causa eidem fuissent illata, inde se juxta synodale judicium, & Regis Ottonis præceptionem purgaret, vel certamine singulari defenderet.*

Deinde surgens Artaldus Archiepiscopus protulit secundum jussionem Papæ Romani, quam ei delegaverat, litis initium atque tenorem, quæ versabatur inter ipsum & Hugonem subrogatum sibi Ecclesiæ Rhemensis Antistitem.

Post quam litterarum recitationem, & earum propter Reges juxta Teotiscam linguam interpretationem, ingressus Synodum quidam Sigeboldus præmissi Hugonis clericus attulit litteras, quas Roma detulerat, quasque jam in alia Synodo Mosomi propalaverat, asserens easdem litteras sibi Romæ ab ipso qui aderat Marino Vicario datas. Qui Marinus proferens litteras, quas idem Sigeboldus V.

Ro-

PAGIUS Exscriptores Julium vel in Junium vel in Januarium, & Kalendas Januarias in Kalendas Junias vel Julias sæpe verterint. [1]

II. *Decreta in ea condita.* In hac Synodo *Engelenheimensi* decem canones conditi fuere, quorum sexto statuitur, *ut Paschalis hebdomada festive tota celebretur, & in Pentecoste secunda, tertia, quarta feria, non minus quam dies Dominicus, solemniter honorentur.* Septimo, ut in Letania Majore, septimo scilicet Kalendas Maii, qui dies S. Marco Evangelistæ sacer est, jejunium sicuti in Rogationibus ante Ascensionem Domini observetur. Octavo, ut Laici oblationes Altaris sibi non vendicent. Nono, ut decimarum causæ non apud sæculares Judices, sed in Synodo discutiantur. Decimo, incestæ nuptiæ prohibitæ. Laudato Tomo Conciliorum prolixiora hujus Synodi Acta ex Flodoardo lib. 4. cap. 35. exhibentur. Eam Agapetus II. anno sequenti confirmavit, ut testatur Flodoardus in Chronico.

III. *Romanus Junior a Patre in consortium Imperii adscitus.* *Mense Julio sextæ indictionis*, inquit Cedrenus, *Romanus eorum pater* (nempe Stephani & Constantini) *debitum naturæ persolvit, & in Myrelæo sepultus. Proinde Constantinus Porphyrogenitus omnibus quæ suspecta erant submotis, & solus jam imperans; festo Paschatis die Romano filio suo diadema imponit, vota faciente Theophylacto Patriarcha.* Myrelæum monasterium Sanctimonialium fuit. Incertus enim Continuator Theophanis in Romano Juniore num. III. refert eum *Annam sororem ad monasterium a Romano tum Imperatore avoque pridem conditum atque extructum misisse.* Constanti-

NOTÆ [1] QUamvis concilium hoc Engilenheimense serius quam VII. idus Januarii hujus anni cum Pagio, rejecta Goldasti lectione, admitto; tamen nec Pagium sequor qui lectionem actorum ejusdem concilii *VII. idus Junias* probat. Legendum enim suspicor *VII. idus Julias*, quæ dies anno illo in Dominicam incidebat, & Otto annum *regni XIII.* quem acta ejusdem Concilii exhibent jam cœperat; cum vicissim die VII. idus Junii annum tantummodo XII. regni a patris obitu cœpti numeraret. MANSI

Prima sessio, in qua Artaldus judicatur legitimus Episc. Rhem.

Romam tulerat, præcepit eas coram Synodo recitari. In quarum recitatione repertum est (prout ipsæ litteræ fatebantur) quod Vuido Episcopus Suession. Hildegarius quoque Bellovacensis, Rodulphus Laudunensis cæterique cuncti Rhemensis diœcesos Episcopi easdem litteras ad Sedem delegaverant Apostolicam pro restauratione Hugonis in sede Remensi & expulsione Artaldi. Post quam lectionem exurgentes Artaldus, & præfatus Rodulphus, qui in eisdem litteris memorabatur, Fulbertus quoque Cameracensis Antistites, easdem litteras refutarant, astruentes quod eas antea numquam viderint, vel audierint, neque in earum delegatione consensum præbuerint: Quibus cum idem clericus contraire non posset, licet in eos calumniis obstrepens: præcepit domnus Marinus, suggerente universa Synodo, ut sibi consilium, & rectum judicium proferrent super hujusmodi calumniatore, & calumniarum in Episcopos delatore. At illi, postquam delator publice confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de hujuscemodi calumniatoribus: judicant & unanimiter censent, eum quo fruebatur honore, privari debere, ac secundum capitulorum tenorem in exilium detrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur ministerio mulctatus, a conspectu Synodi reprobatus abscessit. Artaldo vero præsuli, qui omnibus se Synodis præsentabilem fecerat, non refugiens synodale judicium, Episcopium Rhemense juxta Canonum constituta & sanctorum Patrum decreta, omnino retinendum atque disponendum decernunt, laudant, atque corroborant.

VI. Secunda Sessio, in qua damnatur Hugo invator Sedis Rhemensis.

Secunda confessionis die post recitatas divinæ auctoritatis lectiones, & Marini Vicarii allocutionem, suggessit domnus Rotbertus Trevirensis Archiepiscopus, ut quoniam juxta sacræ legis instituta restauratum atque restitutum fuerat Rhemense Artaldo præsuli Episcopium; in ejusdem sedis invasorem synodale perageretur judicium. Præcepit itaque Marinus Vicarius, ut canonicam super hac præsumptione Synodus proferret sententiam. Jubentur ergo sanctæ legis Catholicæ recitari capitula. Quibus recitatis, secundum sacrorum Canonum & sanctorum decreta Patrum Sixti, Alexandri, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cælestini, Leonis, Symmachi, cæterorumque sanctorum Ecclesiæ Doctorum, excommunicaverunt, atque ab Ecclesia Dei gremio repulerunt prædictum Hugonem Rhemensis Ecclesiæ pervasorem, donec ad pœnitentiam & dignam satisfactionem venire procuraret.

VII. Quæ in reliquis Sessionibus.

Cæteris quoque diebus tractata sunt quædam necessaria de incestis conjugiis, & Ecclesiis, quæ presbyteris in partibus Germaniæ dabantur, immo venundabantur indebite, & auferebantur a laicis illicite: Prohibitum igitur atque statutum est, ne id omnino præsumeretur ab aliquo. Sed & de aliis Ecclesiæ Dei utilitatibus tractata sunt, & definita nonnulla. Hucusque de Synodo Frodoardus, in qua ut audisti definita fuit causa Rhemensis Ecclesiæ. Quæ autem reliqua erat causa definienda inter Ludovicum Regem atque Hugonem Principem, delata ipsa fuit ad Synodum Treviris hoc eodem anno celebrandam, ad quam inter-

PAGIUS

tinus Porphyrogenitus Romano filio suo jam Imperatori coronato librum *de Administrando Imperio* dicavit, ut eum edoceret, quomodo imperii gubernacula tractanda essent. Quare liber ille post præsentem annum in lucem emissus. In eo Opere capit. XXVI. loquitur Constantinus de Romano Lecapeno tanquam de Imperatore jam vita functo, & de Lothario Berengarii filio, tanquam de Rege tunc Italiam administrante. Quare cum *Lotharius* mense Novembri anni CML. supremum diem obierit, ante tempus illud Liber ille in lucem editus. [1]

IV. Cum *Northumbri* perniciosa Anglis consilia agitarent, & secessionem meditarentur, *Edredus* Angliæ Rex *Turketulum* Regni Cancellarium, notæ fidei ac integritatis virum, hoc anno in Northumbriam legavit, uti narrat Ingulphus in sua Historia qui ait, eam Legationem peractam anno secundo Regni Edredi. *Turketulus* per Merciorum Provinciam transivit, & Croylandensis cœnobii rudera cernens, ad ejus restitutionem incensus est. Pauci enim Monachi, qui supererant, quique antiquam pietatem colebant, officiosissime eum exceperant. De hac restitutione cum Rege familiariter collocutus, eique prædecessorum suorum, quibus Deus victoriam de inimicis, quod favissent Ecclesiæ, dederat, exemplo proposito, omnem opem ei Rex promisit. Tum Turketulus se Monachum ibi futurum palam promisit, neque ab eo proposito Rex eum dimovere potuit. Quare *voce præconaria, venerabilis Cancellarius Turketulus, per medias Londonias fecit proclamari, ut si cui aliquo debito teneretur obnoxius, pa-ra-*

Turketulus Cancellarius Angliæ fit Monachus.

NOTÆ [1] ANnus certus quo liber de administrando Imperio a Porphyrogenito scriptus fuit ab ipsomet Porphyrogenito proditur in Cap. ejusdem libri 27. Adnotat enim quo tempore hæc scribebat, cucurrisse annum Mundi 6457. & septimam indictionem, qui temporum characteres indicant annum 949. Animadvertendum est tamen toti Operi absolvendo annos plures impensos fuisse, cum dein cap. 45. ubi de Iberibus agit, monet se illa scribere anno Mundi 6460. indict. 10. (qui annus est Christi 952.) Costantino & Romano filio Porphyrogenitis imperatoribus. MANSI

terim idem Hugo Princeps vocari deberet litteris Marini Apostolicæ Sedis Legati, de qua idem Frodoardur hoc eodem anno post enarrata nonnulla de militaribus copiis hinc inde deductis adversus alterutrum per Ludovicum & Hugonem, ista narrare incipit:

VIII. Synodi Trevirensis prima Sessio. *Posthac Artaldus Archiepiscopus Rhemensis Treviros proficiscitur ad Synodum cum Episcopis Vvidone Suessionico, Rodulpho Laudunensi, & Vvicfredo Moriuensi. Quo pervenientes Marinum se se præstolantem repererunt cum Rotbberto Archiepiscopo Trevirensi. Cæterorum vero Lotbariensium atque Germanorum præsulum illuc invenere neminem. Considentibus igitur illic, sciscitari cœpit Marinus Vicarius, quid egisset post præmissam Synodum Hugo Princeps erga ipsos & Regem Ludovicum. At illi referunt supra memorata; quæ ipsis & Ecclesiis eorum intulerat mala. Requirit ergo de vocatione ipsius Principis Marinus: Utrum perlatæ ei fuissent litteræ vocationis, quas ei perferendas delegaverat. Cui respondetur ab Artaldo Archiepiscopo, quod quædam eorum perlata sunt, quædam vero perferri non potuerunt, earum gerula ab ipsis grassatoribus intercepto: vocatus tamen fuerit tam litteris, quam internuntiis. Requiritur itaque si adsit aliquis ex parte ipsius Legatus. Ubi cum nullus fuisset inventus, decernitur expectandum, si forte adventurus esset in crastinum.*

IX. Secunda Sessio. *Quod cum minime contigisset, & omnes qui aderant tam clerici, quam illustres laici excommunicandum esse acclamarent, definitur ab Episcopis, hanc excommunicationem differendam usque ad diem tertiam. Tractatur autem de Episcopis, qui vocati fuerant, & venire distulerant, vel his qui ordinationis Hugonis participes extiterant. Et Vvido quidem Suessionicus se culpabilem, prostratus coram Marino Vicario, & Artaldo Archiepiscopo confitetur. Intercedentibus autem pro eo apud Marinum Rotberto & Artaldo Archiepiscopis, absolvi ab hac noxa meretur. Vvicfredus Morinensis immunis ab hac ordinatione reperitur. Adest Transmarini Noviomensis Episcopi Legatus quidam presbyter, astruens, eumdem præsulem ita gravi languore detentum, ut ad eamdem Synodum venire non valuerit. Id quoque nostrates qui aderant, testabantur Episcopi.*

Tertia tandem die, insistente præcipue Liudulpho Legato & Capellano Regis Ottonis, quoniam idem Rex id omnino fieri præcipiebat; excommunicatur Hugo Comes inimicus Ludovici Regis pro supra memoratis malis ab ipso perpetratis, eo tamen modo, donec resipiscat, & ad satisfactionem coram Marino Vicario vel Episcopis, quibus injuriam fecit, deveniat. Quod si facere contempserit, Romam pro absolutione sui proficiscentur. Excommunicantur & duo pseudoepiscopi ab Hugone damnato ordinati, Thetbaldus & Ivo, prior post expulsionem ipsius in Ambianensi urbe, alter post damnationem ejusdem Hugonis in Silvanectensi ab eo constituti. Excommunicatur etiam clericus Laudunensis, nomine Adelomus, quem accusavit Rodulphus Episcopus suus, eo quod Teutbaldum excommunicatum in Ecclesiam introduxerit. Vocatur Hildegarius Bellovacensis Episcopus litteris præfati Marini, ut veniat coram eo, vel aut Romam rationem redditurus coram domno Papa pro illicita ordinatione prædictorum pseudoepiscoporum, cui interfuerat. Vocatur & Herbertus Heriberti Comitis filius ad satisfactionem venire pro malis, quæ contra Episcopos agebat. His gestis, Episcopi revertuntur ad sua. Liudulphus autem Capellanus Ottonis Marinum Vicarium deducit ad Regem suum in Saxoniam, ubi consecraturus fuerat Ecclesiam Fuldensis monasterii: post cujus consecrationem idem Marinus, exacta hieme, Romam revertitur. Hactenus de Synodis hoc anno celebratis, & rebus gestis a Marino Legato Frodoardus.

X. Tertia Sessio.

PAGIUS *ratus erat certo loco, & die designato, ad plenum persolvere: & si cui aliquam injuriam aliquando irrogasset, promisit in triplo, tanquam alter Zachæus, satisfacere.* Solutis itaque omnibus debitis suis, ex bonis suis aliqua Regi dedit, aliaque pro monasterio Croylandiensi reservavit, & in illud ingressus, & a quinque senibus, qui ibi erant receptus Abbas creatus est. Tandem *anno ætatis suæ LXVIII. & Monachatus sui XXVII.* animam Deo reddidit anno sc. Christi CMLXXV. Verum in anno ejus ætatis vel hallucinatur Ingulphus, vel male pag. 36. novæ editionis ait Eduardum Regem *defuncto Dinevulpho Episcopo* ei obtulisse Episcopatum Vintoniæ, & Turketulum eum supplicasse ut Fridestanus huic Sedi præficeretur, quod factum fuisse dicit. Subdit: *Eodem etiam momento Dorcacistrensis Episcopatus ei a Rege oblatus est*, quem cum *refutaret Ceovvlfus Episcopus est factus*, & Turketulus a Rege Cancellarius constitutus. Sanctus autem Fridestanus an. DCCCCIV. Episcopus Vintoniæ a Rege renunciatus, eodemque Ceovvlfus Dorcestrensi Episcopatu donatus. Quare Turketulus longe ante annum DCCCC. natus erat, & hoc in loco, sicuti non raro alibi, ut mihi examinanti constitit, Ingulphus in Chronologiam peccavit; quod Lectoribus observandum, ne eos in errorem abripiat.

JESU CHRISTI ANNUS 949.	AGAPITI II. PAP. ANNUS 4.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 38.

I. Synodus Romana. SEquitur annus Redemptoris nongentesimus quadragesimus nonus, Indictione septima, quo ab Agapito Papa Romæ est Synodus celebrata, de qua pauca ista habet Frodoardus hoc anno: *Agapitus Papa Synodum habuit apud sanctum Petrum, in qua damnationem Hugonis Episcopi apud Ingelenheim factam confirmavit, excommunicans etiam Hugonem Principem, donec Ludovico Regi satisfaciat.* Hæc ipse.

II. Danorum Ecclesiæ felix propagatio. Eodem anno debellatis ab Ottone Rege magna victoria Danis, iisdemque in Christianam religionem acceptis, & Ecclesiis in Dania ordinatis, Agapitus Papa eorum Metropoli Hamurgensi Ecclesiæ gratulatus, eidem privilegia a prædecessoribus data innovavit, quæ facta esse hoc anno, quo numeratur duodecimus sedis Adaldagi Archiepiscopi, testatur (a) Adam vetus Chronographus, qui summatim ista complexus hæc habet: *Otto igitur Rex divino fultus auxilio, quamprimum ab insidiis fratrum suorum ereptus est, judicium, & justitiam populis fecit. Deinde postquam omnia ferme Regna, quæ post mortem Caroli defecerant, suo imperio subjugarat; in Danos arma corripuit, quos antea pater ejus bello compressit. Enimvero tunc rebellare moliti, apud Hedaby Legatos Ottonis cum marchione trucidarunt, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem ulciscendam Rex cum exercitu statim invasit Daniam, transgressusque terminos Danorum, apud Sliasuvigh olim positos, ferro & igne vastavit totam regionem usque ad mare novissimum, quod Northmannos a Danis dirimit. Et usque in præsentem diem, a victoria Regis, Ottesund, dicitur. Cui egredienti Haraldus apud Sliasuvigh occurrens, bellum intulit, in quo utrisque viriliter certantibus Saxones victoria potiti sunt. Dani victi ad naves confecerunt, tandemque conditionibus ad pacem inclinatis, Haraldus Ottoni subjicitur, & ab eo Regnum suscipiens, Christianitatem in Dania recipere spopondit. Nec mora baptizatus est ipse Haraldus cum uxore Gunild, & filio parvulo, quem Rex noster a sacro fonte susceptum Suen Otto vocavit.*

(a) Adam l. 2. c. 2.

III. Incrementum Danorum Eccl. *Eo tempore Dania Cismarina, quam Jutland incolæ appellant, in tres divisa Episcopatus, Hamburgensi Episcopatui subjecta est. Servantur in Bremensi Ecclesia præcepta Regis, quæ signant, Ottonem Regem in sua ditione Regnum Danicum tenuisse; adeo ut etiam Episcopatus illis donarit. In privilegiis autem Romanæ Sedis videri potest, quod Agapitus Papa Hamburgensi Ecclesiæ de salute Gentium congratulatus, omnia, quæ a decessoribus suis Gregorio, Nicolao, Sergio, & cæteris Bremensi Archiepiscopatui concessa sunt: & ipse concessit Adaldago. Cui etiam sua vice jus ordinandi Episcopos tam in Dania, quam in Septemtrionis populis Apostolica auctoritate concessit. Igitur beatissimus Archiepiscopus noster primus ordinavit in Dania, Haroldum ad Slesvicb, Liafdagum ad Ripam, Reginbrundum ad Arhusiam. Quibus etiam commendavit illas Ecclesias, quæ trans mare sunt, in Fionia, Seland, & Scane, ac in Suedonia. Anno Archiepiscopi factum hoc est duodecimo. Et hæc quidem initia cœlestis misericordiæ secutum est tale incrementum, Deo cooperante, ut ab illa tempore usque in hodiernum diem Ecclesiæ Danorum multiplici Borealium Gentium fructu redundare videantur.*

IV. Quod autem intercesserit ingens miraculum, ut Haraldus Danorum Rex fieret Christianus, accipe a (a) Witichindo temporis hujus scriptore, qui ait: *Dani antiquitus erant Christiani, sed nihilominus idolis ritu Gentili servien-*

(a) Witic. l. 3.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CML-XXXVII Anno Hegiræ CCCXXX-VIII. inchoato die 30. Junii fer. 7. A.C. 949. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6442.

☉ 6. G. ☽ 29. P. 22. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 949.

AGAPITI II. PAPÆ 4.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 38.

ANNUM. II. ad VI. Otto Germaniæ Rex, *ubi primum de insidiis fratrum suorum liberatus est, fecit judicium & justitiam populo suo, deinde postquam omnia pene regna, quæ post mortem Caroli defecerant, suo subjugavit imperio, in Danos arma corripuit. Transgressus ergo cum exercitu fines Danorum, qui olim fuerant apud Slevvich, ferro & igne vastavit omnem regionem usque ad mare novissimum, quod Nortmannos dirimit a Danis, & usque in præsentem diem a victoria Regis Ottensund dicitur. Cui ingredienti Haroldus Rex, apud Slevvich bellum intulit, in quo utrisque viriliter concertantibus, Saxones* (idest milites Ottonis Regis) *victoria potiti sunt, & Dani terga vertentes ad naves cesserunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subjicitur, & ab eo regnum suscipiens, Christianitatem in Dania recipere spopondit. Nec mora, baptizatus est ipse Haroldus cum uxore sua Gunnild, & filio parvulo, quem Rex noster a sacro fonte susceptum, Suein Otto appellavit*, inquit Helmoldus lib. I. Chronici Slavorum cap. IX. Quæ Baronius ex Adamo

Otto Germaniæ Rex Danos subigit.

vientes. Contigit autem contentionem super cultura deorum fieri in quodam convivio, Rege præsente Danis affirmantibus Christum quidem esse Deum, sed alios fore eo majores deos, quippe qui potiora mortalibus signa, & prodigia per se ostenderent. Contra hæc clericus quidam, nunc vero religiosam vitam ducens, Episcopus nomine Poppo, unum verum Deum Patrem cum Filio unigenito Domino nostro JESU Christo & Spiritu sancto, simulacra vero dæmonia esse, testatus est: Haraldus autem Rex, qui velox traditur fuisse ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat si hanc fidem per semetipsum declarare velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex vero custodiri clericum usque in crastinum jubet. Mane autem facto, ingentis ponderis ferrum igne succendi jubet, clericumque ob Fidem Catholicam candens ferrum portare jussit. Confessor Christi indubitanter ferrum rapit, tam diuque deportat, quo ipse Rex decernit. Manum incolumem cunctis ostendit: Fidem Catholicam omnibus probabilem reddit. Ad hæc Rex conversus, Christum Deum solum colendum decernit; idola respuenda subjectis gentibus imperat; Dei sacerdotibus & ministris honorem debitum deinde præstitit. Sed hæc virtutibus merito patris sui, Ottonis Regis scilicet adscribuntur, cujus industria in illis regionibus Ecclesia sacerdotumque ordines in tantum fulsere. Hucusque Witichindus. Huic miraculo adstipulatur, etiam præter alios (*a*) Ditmarus, qui hoc ipso sæculo claruit, atque scripsit. Adam (*b*) etiam de his agens, ista subjicit quæ sequuntur:

Fides probata miraculo.

(*a*) *Ditmarus Chr. l. 2.*

(*b*) *Adam l. 2. c. 3.*

V. Slavi ad fidem conversi.

Ferunt etiam eo ipso tempore eumdem fortissimum Regem Ottonem universos Slavorum populos suo imperio subjecisse: quosque pater ejus uno grandi prælio domuerat, ipse Otto tanto deinceps Dei adjutorio constrinxit, ut tributum, & Christianitatem pro vita simul, & patria libenter offerrent victori. Baptizatusque est totus Gentilium populus. Ecclesiæ in Slavonia tunc primum constructæ, de quibus rebus circa finem, ut gesta sunt, opportunius sumus aliquid dictari. Hæc Adam Bremensis Ecclesiæ canonicus. Addit Ditmarus his temporibus accidisse plurimas animorum sensibiles apparitiones, ad indicandam, inquit, earum immortalitatem, quam Slavi negabant. Hæc ipse hujus temporis scriptor sui Chronici libro primo. Sed ad res Italiæ.

VI. Hoc eodem anno Ungari invasuri rursus Italiam, ingenti oblata pecunia a Berengario, continentur. Quomodo autem ejusmodi opportune usus occasione idem Berengarius a clericis tributum exegit (*c*), Luitprandus ita recenset: *Per idem tempus Taxis Ungarorum Rex magno cum exercitu in Italiam venit. Cui Berengarius non ex propria pecunia, sed ex Ecclesiarum ac pauperum collectione decem modios nummorum dedit. Fecit autem hoc, non ut populi curam haberet, sed ut hac occasione magnam pecuniam congregaret, quod & fecit. In omni enim ætate omnisque sexus, tamque*

(*c*) *Luitp. l. 5. c. 15. in fin.*

Ungarorum nova incursio pecunia redimitur.

PAGIUS

mo eisdem verbis descripsit Krantzius lib. 3. Metrop. cap. 17.

II. *Tres Episc. in Dania instituti.*

Verum hæc ad annum præcedentem referenda, ut patet ex verbis Adami lib. 2. cap. 2. a Baron. num. 3. recitatis; *Dania Cismarina* inquit, Adamus *quam Jutlant incolæ appellant, in tres divisa Episcopatus, Hammaburgensi Archiepiscopatui est subjecta.* Paulo post: *Igitur beatissimus Archiepiscopus noster* (nempe Adaldagus) *omnium primus ordinavit in Dania Episcopos, Haroldum ad Sliaswich, Liafdegum ad Ripam* (quæ etiamnum Juttiæ seu Jutlandiæ oppidum est) *Reinbrandum ad Arhusam, quibus etiam illas commendavit Ecclesias, quæ trans mare in Finne, Seland, ac Scone, ac in Suevia. Hoc factum est anno Archiepiscopatus duodecimo.* Quare cum *Unnoni* Archiepiscopo Hamburgensi *Adaldagus* successerit anno nongentesimo tricesimo sexto, uti recte eo anno Baronius num. VIII. & seq. annotavit, annus Sedis ejus duodecimus anno superiori absolutus est, & currenti annus XIII. in finem vergebat. *Nortmannorum* nomine tam Helmoldus numero superiori citatus, quam Adamus *Norvegos* intelligunt, quia Dani olim Normanni dicti sunt. Legendus etiam Pontanus lib. 5. Rerum Danicarum in Haraldo Rege, uti eum appellat. Et hoc initium fidei in Dania propagatæ. Porro tres hi Episcopatus Hamburgensi Archiepiscopo subditi fuere.

III. *Otto Danicum Regnum tenuit.*

Chronographus Saxonicus MS. cujus verba recitat Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Observat. præviis ad Vitam Sancti Anscharii num. VIII. hanc trium Episcopatuum Daniæ institutionem circiter annum CMLII. factam dicit, sed signantius Adamus annum rei gestæ notavit. Subdit idem Chronographus: *Servantur in Bremensi Ecclesia præcepta Regis, quæ signant Ottonem Regem in sua ditione Regnum Danicum tenuisse; adeo ut Episcopatus etiam ipse donaverit. Aldenburch Civitas magna Slavorum, qui Waigri dicuntur, sita est juxta mare quod Balticum vel Barbarum dicitur, itinere diei ab Hammamburg; in qua Rex Otto fecit Episcopatum, subjiciens illum Hammaburgensi Metropoli, eo quod vicinior illi Ecclesia esset, quam Magadaburgensi.* Idem tradit Adamus loco citato. Hammaburgensi Metropoli postea duo Episcopatus adjecti, *Mecklinburgensis* scilicet & *Raceburgensis*.

IV. *Hungarorum in Italiam, ac dein in Aquitaniam irruptio.*

Ad num. VI. Cum *Hungari* in Italiam irrupissent, *Berengarius* Legatos de compositione ad eos misit, & hoc prætextu infinitam pecuniæ vim ab Italis extorsit, ut narrat Baronius ex Luitprando lib. 5. cap. 15. Ex quo intelligimus, quam ineptus esset regimini *Lotharius* Italiæ Rex, qui hujus rei administrationem sibi non sumsit. Huc referendum quod Flodoardus in Chronico ad annum CMLI. habet; *Hungari ab Italia transeuntes Al-*

que oblectatus, quam lactens pro sanctum dedit. Quibus as commiscens, ex paucis decem modios fecit. Cæteram vero partem, & quidquid ex Ecclesiis tulit, *sibi retinuit.* Hæc ipse. Quomodo autem iidem Ungari ex Italia in Aquitaniam transiere, post sequentem annum Frodoardus narrat.

Sa-

PAGIUS *Alpibus egressi Aquitaniam ingressi sunt, ibique tota pene demorati æstate multis hanc regionem rapinis & interminationibus* (seu internecionibus) *attriverunt: sicque per Italiam reversi sunt in terram suam*, eo scilicet Christi anno.

V. *Edredus Rex Northumbriam devastat.*

Northumbri fidelitatem tenere nescientes Eyricum quemdam de stirpe Danorum super se Regem levaverunt, inquit Annalista Mailrosensis ad hunc Christi annum. Tum anno sequenti: *Rex Anglorum Edredus Northumbriam devastat, in qua vastatione combustum est monasterium quod Sanctus VVilfridus construxerat in Ripun. Northumbrenses timore coacti Regem, quem sibi fecerant, abjecerunt Eyricum filium Haroldi qui fuit ultimus Rex illorum, nam ei successerunt Comites.* Vigorniensis tamen hæc omnia ad annum CML. Hovedenus vero & Florilegus ad annum CMXLVIII. revocant. Huc referendum quod Eadmerus in Vita Sancti Wilfridi Episcopi Eboracensis num. LXV. tradit: *Accidit ut hostilis incursus ipsam Provinc.* (Nempe Northumbriam) *occuparet occupans, inibi multa hominum millia necaret, ac omnia loca monasterio beati VVilfridi circumjacentia ad instar solitudinis devastaret. Monasterium ipsum pervasum & dirutum, quod prius exstiterat hymnis & canticis gloriosum, modo erat ferarum, & inimicorum sordibus ignominiosum. Corpus interea ipsius Antistitis Christi omni honore privatum, inter ipsas sordes primo sepultura sua loco mansit immotum. Sed Omnipotens Deus, qui sua pietate & justitia nequit privari, quorumdam bene religiosorum mentes in considerationem tanta rei excitat, atque ad demutationem illius affectum, effectumque ministrat. Regebat ea tempestate Christianitatem in Anglia vir bonus & sanctus Odo Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopus, utpote totius Brittanniæ Primas: qui cum sua sollicitudinis dispositionibus omnium Ecclesiarum invigilabat, ipsas Ecclesias, prout ratio postulabat, visitare solebat. Qua sollicitudine assuetum quodam tempore Eboracensem Provinciam adiisset, & ea pro quibus venerat strenue peregisset, ad Ripum pergit, monasterium beati VVilfridi consecraturus. Aderat, & horrida solitudine visa, lachrymis manat. Quo illis in partibus demorante, ii quorum corda (ut dixi) Deus ad demutationem cælestis thesauri tetigerat, tuti se opportunitatem ad expletionem sua voluntatis accepisse, præmissa supplicatione ad Dominum, quod diu mente tractaverant, opere implere satagebant: sicque factum est.*

VI. *Corpus S. VVilfridi Cantuariam transfertur.*

Subdit Eadmerus, eos statuto die terram, ubi corpus beati Wilfridi sepultum jacebat, aperuisse, omnia ossa reverenter cum pulvere levasse, & ea Odoni præsentasse, quatenus ipse ea Cantuariam secum deferret. *Arbitrati sunt, nusquam tutius aut justius ea servatum iri posse aut debere, quam in Ecclesia Cantuariensi, ea videlicet causa, quod & illo tempore Cantia magna pace vigebat, & quia ipse beatus vir olim fraude quorumdam supplantatus, cum conversari non posset in Ecclesia Eboracensi, eidem Ecclesia Cantuariensi per Sacerdotale officium curam impenderet. Justum siquidem illis visum fuit, ut illis mortuus in pace quiesceret, ubi vivens in pace quievit.* His adde quod Malmesburiensis lib. 2. de Pontif. cap. 200. ubi de hac Translatione loquitur, de Odone scribit: *Ut clarissimum patria jubar produceret in speculum, heroico metro Vitam illius texi mandavit. Executus est id munus Fridegodus quidam, versibus non ita improbandis.* Vitam illam Sancti Wilfridi Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I. publicavit, & Sæc. IV. part. I. supplementum Carminis Fridegodi ex MS. Biblioth. Cottonianæ exhibuit. Hoc itaque tempore Fridegodus natione Anglus, ac Diaconus floruit. Alfordus hanc Translationem cum anno CMXLI. & die XII. mensis Octobris connectit, ut ibidem videre est num. IV. verum aliquot post illum annos Monasterium Sancti Wilfridi eversum, & dies XII. mensis Octob. dicatus Translationi postea a B. Lanfranco Archiepiscopo Cantuariensi, qui sacrum corpus loco decentiori reposuit, peractæ, teste Eadmero citato num. LXVI.

JESU CHRISTI ANNUS 950.	AGAPITI II. PAP. ANNUS 5.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 39.

I. Obitus Lotharii Regis.

SAlutis annus agitur quinquagesimus post nongentesimum, Indictione octava, quo Lothario Rege Italiæ veneno sublato e medio Berengarius vendicat sibi Italiæ Regnum: Hæc Frodoardus hoc anno. Porro uxor Lotharii Adelais filia Rodulphi Regis intra munitionem Canusinam se continens, litteris Ottonem Regem ad sui liberationem vocare non desistit: qui comparato exercitu, anno sequenti (ut suo loco dicetur) in Italiam descendit. Leo autem Ostiensis de Lotharii morte agens (a), sic ait: *Lotharius post annos ferme quatuor inphrenesim subitam incidens, diem clausit extremum: ipseque deinceps in Italia regnandi Francorum Regibus terminum dedit. Eo defuncto uxor ejus Adelais ad Attonem propinquum suum sese in Canusinam munitissimam urcem contulit.* Ubi mansit quousque Otto Rex veniens, Berengarium ab Italia fugavit.

(a) *Leo Ost. l. 1. c. 64.*

II. Agapitus Papa Ottonem adversus Berengarium vocat.

At non litteris Adelaidis tantum, sed & Agapiti Romani Pontificis vocatum epistola Ottonem Regem, ut liberaret Italiam a tyranoide Berengarii, testatur Anonymus, qui olim scripsit vitas Romanorum Pontificum. Equidem cum sanctis-

---

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hispan. CMLXXXVIII. Anno Hegiræ CCCXXXIX. inchoato die 20. Junii fer. 5. A. C. 950.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6443.

☉ 7. F. ☽ 2. P. 7. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 950.

AGAPITI II. PAPÆ 5.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 39.

I. *Moritur Lotharius Italiæ Rex.*

AD num. I. Lotharium Italiæ Regem hoc anno vivendi finem fecisse, præter Flodoardum in Chronico & Leonem Ostiensem a Baronio citatos, testatur Chronographus Novaliciensis Monasterii, cujus fragmentum Duchesnius Tom. III. edidit: *Ejus* (nempe Hugonis) *filius succedens in regnum tenuit Italiam. Putrida igitur radix artus ex spinis, lædens omnia, & quæ lædere non valens conculcabat pedibus, per viam nocentiæ pertulit passus. His dum aliquando de Papia veniret Taurinum cum uxore sua, feria IV. quæ est XIII. mensis Novembris* (ideoque hoc Christi anno) *Præceptum dedit Arduino Marchioni Abbatia Bremensis, qui non post multum tempus mortuus est, transacto vix spatio unius mensis, feria VI. qua est X. Kal. Decembris, & Mediolanum vectus: ibique tumulatur in sepulcro sui genitoris. Post mortem horum Regum regnavit Berengarius cum filio suo Adelberto, die Dominica, qua est quinta decima die mensis* (sc. Decembris) *in civitate Papia ad absidam Sancti Michaelis; sic electi sunt Reges, ut præessent Italia, qui inde exeuntes laureati, cum VVilla uxore ipsius Berengarii indict. IX.* Ubi omnes notæ temporariæ præsentem annum certo designant; sed quod ait Chronographus, Lotharium Mediolani in tumulo patris sepultum, subsistere non potest; cum Hugo pater in Monasterio a se in Burgundia ædificato tumulatus fuerit; uti supra ostendi.

II. *Ei succedit Berengarius nepos Berengarii Aug.*

Berengario Augusto filia fuit ex *Bertila* uxore, quæ ut scribit Luitprandus lib. 2. cap. 10. *Adelberto* Iporediæ Marchioni Anscharii Marchionis filio homini Franco nupsit, Berengariumque juniorem genuit, qui cum Adelberto filio hoc anno in Italia regnare cœpit. Leo Ostiensis lib. 1. cap. ult. e duobus Berengariis unum tantummodo facit, & avum nepotemque confundit. Scribit enim *post mortem Ludovici Lotharii filii* (Caroli Crassi dicere debuit) *invasisse Italiæ regnum Berengarium Forojuliensem, verum in ipso regni initio a Guidone duobus præliis superatum aufugisse.* Guidoni Lambertum filium successisse, Lamberto Ludovicum Bosonis Regis Provinciæ filium, *adversus quem Rodulphum Regis Burgundiæ filium in Italiam venisse;* Rodulpho expulso, *Hugonem una cum Lothario filio Italiæ regnum aliquot possedisse annis*, tum Lotharium solum: post quem, *deinceps in Italia regnandi Francorum Regibus terminum dederit, Italiæ regno a Francis ad Teutonicos* (sc. Ottonem Saxonem) *translato, interea Berengarium prædictum cum filio Alberto denuo regnum invadere gestiisse.* At Berengarius iste Alberti seu Adelberti pater, Berengarii Majoris e Gisila filia Adelberto Eporediæ Marchioni nupta nepos fuit. Verissime tamen Leo non Berengarium modo, vel potius ambos Berengarios; sed etiam Widonem seu Guidonem cum Lamberto filio; & Ludovicum, Rodulfum (Burgundiæ Regem), Hugonem ac Lotharium Hugonis filium, Francos natione facit, *Francisque* (quales omnes fuere) *seu Francorum Regibus* adnumerat. Fallitur enim Sigonius lib. VI. de Regn. Ital. qui utrumque Berengarium, ut & Widonem ac Lambertum Italos, hoc est Langobardos facit, atque a Francis distinguit his verbis: *Francos inde Reges Italici excepere*, mortuo nimirum Carolo Crasso. Causa erroris Sigonio fuit, inquit Hadrianus Valesius in Præfatione ad Carmen Panegyricum *de Laudibus Berengarii Aug.* quod a Luitprando in cap. 6. lib. I. Widonem & Berengarium *duos in Italia præpotentes Principes*, & a Sigeberto quoque *Berengarium Italicum* vocari videbat. Sed sicut Poeta Anonymus, qui Panegyricum illum composuit, lib. I. initio *Berengarium Italum Principem* vocat, licet eum Regio Francorum genere ortum asserat, ita Luitprandus, Sigebertus & alii antiqui Principes illos appellavere Italos. *Berengarius* enim & Wido in Italia nati, sed non magis pro Italis aut Longobardis habendi, quam Francorum Imperatores aut Germani qui in Italia late regnaverunt.

III. *Vexat S. Adelhaidem Lotharii viduam.*

Ad num. II. *Lothario*, inquit Sanctus Odilo Abbas Cluniacensis in Vita Sanctæ Adelhaidis, *ante annum circiter tertium, postquam dominam Adelhaidam duxerat, defuncto, remansit ipsa viduata viro, privata regno, destituta maritali solatio.* Paulo post: *Postquam enim mortuus est Lotharius vir ejus, honorem regni Italici adeptus est quidam vir nomine Berengarius, qui habebat conjugem nomine Vuillam.*

ctissimas Pontifex vidisset tyrannam manus misisse in personas Ecclesiasticas, ab eis tributum exigentem, haud diutias id tolerandam ratus, auxilium a Rege maxime pio expetendum putavit, quod & feliciter consequutus est, ut dicetur anno sequenti.

III. (a) Ambr. Moral. l. 16. c. 19. & alii.

Quo pariter (a) anno quinto Januarii, Ramirus Rex Legionensis in Hispania post multas insignes de Arabibus victorias consecutas, ac novissime paulo ante obitum iisdem in prœlio apud Talavera ad internecionem usque deletis, Deo gratias redditurus, Ovetum profectus est, ubi plurimorum Sanctorum sacræ reliquiæ asservabantur; illicque ægrotare incipiens, Legionem delatus, in Vigilia Epiphaniæ (ut omnes veteres scriptores rerum Hispaniarum æque consentiunt) moritur. *Facta (inquiunt) confessione Episcopis & Abbatibus, qui secum aderant, devote suscepit Sacramentum corporis & sanguinis Domini JESU Christi. Quo facto, se a Regno, quod a patre susceperat, abdicavit, proclamans cum lacrymis: Nudus egressus sum de utero matris meæ: nudus revertar illuc. Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. His ita peractis, vitam finivit, & in monasterio sancti Salvatoris, quod filia sua construxerat, tumulatur*, cum regnasset annos viginti duos, menses duos, & dies vigintiquinque. Ramiri Regis obitus. Cui mox successit Ordonius ejus filius hujus nominis tertius. Laudatissimus plane Ramirus habetur tum religione, tum bellica fortitudine, quibus simul junctis semper accidere consuevit, ut hostes cedant, cunctaque alia bene succedant. Tenuit Ordonius Regnum annos quinque & menses septem, quibus civili bello magis, quam externo eum contigit fatigari, rebellantibus adversus eum Sancio fratre, & cum eo Castellæ Comite. Sed de his pluribus qui prosecuti sunt res Hispanas.

Re-

PAGIUS *lam. A quibus indecenter innocens septa, diversis angustiata cruciatibus, capillis cæsarie detractis, pugnis frequenter agitata, & calcibus, una tantum comite famula, ad ultimum tetris inclusa carceribus, liberata divinitus, postmodum ordinante Deo, Imperialibus est sublimata culminibus.* Berengarium cupido incessit Papiensis Regiæ potiundæ, quam Adelhaida possidebat. Eam ob rem ejus conjugium Adelberto filio Regis poposcit, & repulsa accepta adeo ira inflammatus est, ut id per vim sibi extorquendum esse censuerit. Papiam itaque expugnavit, ac Reginam in potestatem adductam diligenti custodiæ tradidit, veritus scilicet, ne si libera esset, per externas nuptias aliquid adversi in Italia tumultus exciret, atque ita Regnum a se ad alium transferret. Rem varie narrant Historici, Leo Ostiensis lib. 1. cap. ult. Chronographus Novaliciensis Monasterii pag. 637. aliique. Certum tamen Reginam custodiæ mancipatam fuisse, & valde a *Berengario* coangustatam. Brovverus lib. IX. Annal. Trevirensium refert, Adelheidis in bene meritorum albo Metropolitanæ domus Sancti Petri extare perhonorificam memoriam his verbis consignatam. XII. KALEND. MAII CAPTA EST ADELHEIDIS IMPERATRIX CUMIS A BERENGARIO REGE XIII. KALEND. SEPTEMBRIS LIBERAVIT DOMINUS ADELHEIDAM REGINAM A VINCULIS. Quod utrumque anno sequenti peractum. Falluntur enim Leo Ostiensis & Chronographus Novaliciensis citati, qui tradunt, eam per triennium in Canusino castro obsessam fuisse, ut ex dicendis anno sequenti constabit.

IV. Obitus Ramiri Regis Legionis.

Ad num. III. *Ramirus* Secundus Rex Legionensis hoc anno mortuus est, cum regnasset annos XXII. menses duos & dies XXV. cui successit *Ordonius* hujus nominis III. ejus filius, ut videre est apud Baronium.

V. Otto Boleslaum Bohemorum Regem sibi subicit.

Illo tempore, inquit Witichindus lib. 2. postquam de persecutione Adelhaidis Reginæ locutus est, *Rex* (nempe Otto) *proficiscitur in militiam contra Bolislaum Regem Bohemorum, & cum capienda esset urbe, qua nuncupabatur Nova, in qua clausus obsidebatur Bolislavi filius, prudenti Rex consilio diremit prœlium, ne miles in rapiendis hostium spoliis aliquod periculum incideret. Considerata itaque virtute Regis, ac innumera multitudine exercitus Bolislaf urbe egressus maluit tanta majestati subjici, quam ultimam perniciem pati. Subque signis stans, & Regem audiens, responsaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus Rex Saxoniam regressus est.* Quod currenti anno contigisse testantur. Sigebertus in Chron. & Continuator Reginonis. Et hic finis fuit belli, quod per annos quatuordecim adversus *Ottonem* Germaniæ Regem *Boleslaus* Sancti Wenceslai fratris parricida gessit, & *ex eo Regi fidelis servus & utilis permansit*, ait Witichindus de initio Regni Ottonis loquens.

JESU CHRISTI ANNUS 951.	AGAPITI II. PAP. ANNUS 6.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 40.

I. Conjugium Ottonis cum Adelaide.

Redempturis annus sequitur nongentesimus quinquagesimusprimus, Indictione nona, quo Otto Rex in Italiam veniens, fugatis Berengario Regem agente & ejus filio Adelberto, duabusque ejus filiabus captis, & in Germaniam missis, Adelaidem Reginam Lotharii olim conjugem accepit uxorem. Hæc (a) Leo Ostiensis. Eadem (b) Frodoardus hoc anno, qui & addit: *Saracenus meatum Alpium obsidentes a viatoribus Romam petentibus tributum accipiunt, & sic eos transire permittunt.*

(a) Leo Ost. l. 2. c. ult. (b) Frod. in Chron. hoc ann.

II. Porro ista non esse facta ante mensem Octubris videri possunt ex Berengarii diplomate privilegii concessi monasterio S. Vincentii ad fontes Vulturni, in cujus fine ista leguntur: *Hubertus Cancellarius ad vicem Brunengi Episcopi, & Archicancellarii recognovi & subscripsi. Dat. VI. Kal. Octobr. anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo quinquagesimo primo, Regni vero domni Berengarii atque Adelberti piissimorum Regum primo, Indictione decima. Actum in Plebe S. Marini, in Dei nomine feliciter. Amen.*

Quo pariter anno Amalaphus tyrannus in Anglia cum adeo invaluisset, ut ejus Regni partem dimidiam possideret, alteram, Eadredus legitimus Rex teneret, ubi aggressus est incendio III.

K

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hisp. CMLXXXIX. Anno Hegiræ CCCXL. inchoato die 9. Junii fer. 2. A. C. 951.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6444.

☉ 8. E. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 9.

Jesu Christi 951.

Agapiti II. Papæ 6.

Constantini VIII. imp. solius 40.

I. Otto Italia potitur Adelhaidem uxorem ducit.

Ad num. I. & seq. *Rex Otto*, inquit hoc anno Continuator Reginonis, *in Italiam ire volens multo se ad hoc iter apparatu præstruxit, quomodo Adalhaidam, viduam Lotharii Regis Italici, filiam Rudolphi Regis* (sc. Burgundiæ, hujus nominis secundi), *a vinculis & custodia, qua a Berengario tenebatur, liberare, sibique eam in matrimonium assumere, regnumque cum ea simul Italicum acquirere posset, deliberavit. Quod inter filios ejus Luidolphus* [1] *cum Alemannis anticipans, utrique si quid ibi ad ingressum suum fortiter ageretur, placere desiderans, nihil tale quod speraverat, peregit; sed potius inconsultum patrem offendens, totius inde rebellionis & discordiæ seminarium sumsit. Patruus enim ejus Heinricus Dux* (sc. Bajoariæ) *omnium ejus bonorum & prosperitatum invidus, de Bavaria per triennium Legatos suos præmisit in Italiam, omniumque, quorum potuit mentes Italicorum, ab eo avertit, intantum, ut nec civitas nec castellum, quæ subsequenter Regis piissimi foribus, cuivisque patuerant, filio Regis aperiretur, omniaque ibi incommoda & plena molestia pateretur. Mox subsequenter Rex regnum Italicum ingreditur, Deoque sibi assistente totius Italiæ possessor efficitur. Sed & domina Adelheid, Deo amabilis Regina, sua ipsius prudentia a custodia est* (Deo propitio) *liberata, & Ottoni Regi felici, Deo auspicante copula conjuncta. Tunc Luidolphus Dux hac qua præscripsimus ægre ferens, inconsulto patre, Archiepiscopo* (nempe Moguntino *Frederico* Comite) *in patriam revertitur.* Idem habent Lambertus Schafnaburgensis, & Chronographus Hildensheimensis, quibus adstipulatur Flodoardus in Chronico.

II. Conjugium illud mense tantum Augusto peractum.

Ex his apparet, Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 64. magno errore scripsisse Canusinam arcem in quam *Adelhais* se se receperat, *ferme triennio* a Berengario obsessam fuisse; cum ea hoc anno in *Ottonis* Regis potestatem venerit, & superiori *Lotharius* Rex vita functus sit. Loco itaque trium mensium, *annos tres* Leo scripsit. Is refert Epistolam ab Ottone ad Adelhaidem missam, postquam ejusdem Reginæ nuncium accepit: tenor literarum hic erat: *Ducem* (nempe Ottonem) *cum exercitu jam superatis Alpibus Veronam venisse, filiumque Litulfum ante se Mediolanum processisse: proxime illis affuturos auxilio. Viriliter agerent, se de conjugio & regno voluntati illorum pariturum. Igitur Duce e vestigio adveniente, Berengario & Alberto fugatis, soluta obsidio est*, die nempe vicesima mensis Augusti, ut ex inscriptione Trevirensi anno superiori diximus. Berengarius quidem & Adelbertus Monasterii Sancti Vincentii de Vulturno Privilegia confirmarunt charta data *VI. Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnat.* CMLI. *Indict.* X. ut videre est apud Baronium, eaque integra recitatur a Duchesnio Tom. III. pag. 699. sed inde non sequitur, ut putavit Baronius, præfata post eum diem gesta esse; cum post liberationem Adelhaidis, ejusque cum Ottone conjugium bellum in annum sequentem productum fuerit.

III. Dani in Anglia per Comites gubernati.

Ad num. III. *Analafus* seu *Anlafus* Danorum in Anglia Rex ante præsentem annum demortuus, & Dani non amplius per Reges, sed per *Comites* gubernati, ut supra ostendimus.

IV. Berengarius Episcopus Virdunensis *anno Episcopatus sui duodecimo, ab Incarnatione* CMLI. *videns filios suos ut terram fœcundam sincero*

NOTÆ [1] Lectio hæc Continuatoris Reginonis in nonnullis depravata corrigenda est ex Annalista Saxone ab Eccardo vulgato in Corpore Historic. tom. I. col. 280. qui sane Author verba Continuatoris hujus exscripsit. Igitur illud: *Quod inter filios ejus Luidolfus* ita corrige: *Quod iter filius ejus Luidolfus*. Illud; *De Bavaria per triennium legatos*; lege: *De Bavaria per Trientum legatos*. MANSI

(a) Flor. hist. Matth. Westm. hoc anno

tradere Ecclesiam sancti Balteri, mox numine vindice, repentina morte percutitur: sicque absque armis factum, ut universa (a) Angliæ monarchia idem pius Rex potiretur ☞ Eadredus ☜.

IV. ☞ Consignatur hic pariter annus Æræ nota Gomesani Hispani presbyteri præfatio in commentarium S. Ildefonsi de laude perpetuæ Virginitatis Dei Genitricis Mariæ, quam exscripsit petente Gotiscalco Episcopo in Aquitania. Accepimus eam una cum aliis antiquitatis monumentis a Nicolao Fabro Parisiis missis, quæ ne pereant suis quibusque locis intexenda curavimus; sic enim ipsa se habet:

Ad Gotéscalcum Episcopum Gomesanus.

V. *Ego quidem Gomesanus licet indignus, presbyterii tamen ordine functus in finibus Pampiloniæ abba Hyldensis archisterii in atrio sacro ferente reliquias sancti ac beatissimi Martini Episcopi regulariter degens sub regimine Patris almi videlicet Dulquitti Abbatis inter agmina Christi servorum ducentorum fere monachorum compulsus a Gotiscalco Episcopo, qui gratia orandi egressus a partibus Aquitaniæ devotione promptissima, magno comitatu fultus ad finem Galliciæ pergebat, concitus Dei misericordiam sanctique Jacobi Apostoli suffragium humiliter imploraturus, libellum libenter conscripsi a B. Ildefonso Toletanæ sedis Episcopo dudum luculentissime editum. In quo continetur de laude Virginitatis S. Mariæ perpetuæ Virginis JESU Christi Domini nostri Genitricis. Ubi prædictus Ildefonsus Episcopus divino spiramine afflatus, oraculis Prophetarum imbutus, Evangeliorum testimoniis roboratus, Apostolorum documentis instructus, cælesti simul & terrenorum contestatione firmatus, gladio verbi Dei armatus Joviniani perfidiam vulneravit, & pugione verissimæ rationis Helvidii errorem destruxit, Judæorum quoque duritiam non solum adstipulatione Angelorum & hominum, sed etiam dæmonum prolata confessione jugulavit. Jam vero quam dulcia quamque divino munere compta prompserit eloquia, quisquis in hoc libello solerter legerit, facile prævidebit. Ex quo & credulus hauriet suavitatem, & anceps reperiet unde a se procul repellat erroris pravitatem. Unde æstimo intuentibus ut pari gloria ditetur a Christo pontifex Gotiscalcus qui hanc laudem Genitricis Domini nunc Aquitaniæ sanctæ Mariæ Aniteo in propriam sedem specialiter advexit. Sicut Ildefonsus Episcopus, qui eam universæ Ecclesiæ Catholicæ dudum generaliter tradit: quia & si materia defuit laboris, tamen sacra devotio retributio mercedis. Mihi autem exiguo atque miserrimo Gomesano concedat Christus gloriosæ Genitricis suæ interventu placatus, hic emundari a sorde facinorum & post expletum vitæ hujus cursum, cum Sanctis omnibus in Regno cælorum perfrui gaudio feliciter sine fine mansuro. Transtulit hunc libellum sanctissimus Gotiscalcus Episcopus ex Hispania ad Aquitaniam tempore hiemis diebus captis Januarii mensis, currente feliciter Æra nongentesima octogesima nona, regnante Domino nostro JESU Christo; qui cum Deo Patre & Spiritu sancto unus Deus gloriatur in sæcula sæculorum. Amen.* Hactenus ibi: ex quibus etiam peregrinationis antiquus usus ad corpus S. Jacobi in Gallæciam innotescit ☜.

PAGIUS

Floret Berengarius Episc. Virdunensis.

vo tritici grano seminatum, & puriorem & uberiorem messem promittentem, multiplicatum reddere quod acceperant, & dolens quosdam eorum perfectioris vitæ desiderio & altioris propositi amore ferventissimo, ad vicinas Diœceses commigrare, & monasticum ordinem, quia in ipsa Virdunensi urbe non inveniebatur, alibi expetere, communicato Cleri Procerumque consilio in Ecclesia Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli honore dicata, ubi pretiosus Domini Confessor Vitonus cum suis quiescit & veneratur prædecessoribus & successoribus, Monachorum delegit turmulam aggregare, qui & propensius divinis deservirent cultibus, & omnibus Christo adhærere volentibus formam darent humilitatis & patientiæ, ut & hi non cogerentur ad alia scandere, qui haberent paratum præ oculis specimen religionis. Et factum est divina cooperante gratia, & sui Sacerdotis cordis intima perlustrante, ut desiderium sanctum quod diurna meditatione conceptum dilatione creverat, felix consequeretur & celer effectus, & desiderii sui quot testes, tot inveniret cooperatores & adjutores. Expulsis ergo Clericis Monachos introduxit, quibus & ex sua proprietate & de rebus matris Ecclesiæ annuos proventus redituum, & victus vestitusque necessaria præordinavit, & congrua officinarum habitacula præparavit, magistros operis conducendo, & expensas tribuendo, ut inveniret anima sua requiem post laborem in atriis Jerusalem, inquit Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi pag. 132. qui postea chartam fundationis exhibet, & pag. 134. addit: *Rejecta prælationis sarcina, ut justus justificaretur adhuc, monasticum habitum suscepit in eodem cœnobio serviens Deo in incorruptione modesti & quieti spiritus, & nihilominus invigilans saluti commissarum sibi animarum, &c.* Obiit anno nongentesimo septuagesimo primo, ut ibidem legitur. Initio Sæculi undecimi cum ædificaretur nova Ecclesia, necesse fuit aliqua quorundam Sanctorum Episcoporum Virdunensium corpora alio transmutari, tuncque corpus Berengarii Episcopi & Monachi incorruptum repertum est, inquit idem Chronographus pag. 165. Monasterium Virdunense caput est hodie Florentissimæ Congregationis Benedictinæ, quæ dicitur Sancti Vitoni.

Mortuus est S. *Elphegus* Vintoniensis Episcopus, ut videre est anno CMXLVII. num. I.

JESU CHRISTI ANNUS 952.	AGAPITI II. PAP. ANNUS 7.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 41.

I. *Ottoni non conceditur venire Romam.* SEquitur Christi annus nongentesimus quinquagesimus secundus, Indictione decima, quo Otto Rea cum invitatus fuisset ab Agapito Papa venire Romam, prohibente Alberico Principe, qui (ut dictum est) Urbi dominabatur, venire non potuit; & licet id ipse Rea missa legatione petiisset, noo impetravit. Hæc Frodoardus hoc anno.

II. Quo etiam, Augusti mense, Augustæ Rhætiæ provinciæ publicus habetur conventus Episcoporum, necnon Principum Francorum, Saxonum, Bavarorum, Alemannorum & Longobardorum, ubi Berengarius cum filio Adelberto sese subiiciens Ottoni, ab eo, ut subditus, recipit regendam Italiam. Sed quibus infectus erat pravis moribus, & in iisdem ab adulescentia eoutritus & auctus, in senectute non caruit: nam ab iisdem ut mancipium vile possessus, ubi rediit in Italiam, Episcopos & Principes male habuit, quoram omnium odium & inimicitiam in se convertit. Hæc apud *Berengarius rursus in Italia regnat*

Ann. Eccl. Tom. XVI.

K 2 Re-

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hisp. CMXC.

Anno Hegiræ CCCXLI. inchoato die 28. Maii fer. 6.

A.C. 952.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6445.

☉ 9. DC. ☽ 3. P. 28. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 952.

AGAPITI II. PAPÆ 7.

CONSTANTINI VIII. solius IMP. 41.

I. *Berengarius Rex Ottoni Regi se submittit.* AD num. I. & seq. Flodoardus in Chronico hoc anno scribit: *Otto Rex* (Germaniæ) *legationem pro susceptione sui Romam dirigit, qua non obtenta, cum uxore in sua regreditur, dimissis ad custodiam Papiæ quibusdam ex suis. Berengarius Rex* (sc. Ital.) *ad Conradum Ducem, qui Papiæ remanserat, venit, a quo in fide ipsius susceptus, ad Ottonem perducitur: quem ille benigne suscipiens, concessis eidem rebus prout sibi visum fuit, quibusdam in Italiam pacifice redire permisit. Ipse quoque Otto post celebrationem Paschæ Papiam regreditur.* Quæ magis explicat Continuator Reginonis his verbis: *Rex expulso Berengario cum suis fidelibus hyemans in Italia, Papiæ Natalem Domini celebravit. Sicque dispositis regni negotiis, verno tempore in patriam rediit, Ducem autem Chunradum ad persequendum Berengarium in Italia reliquit. Luidolfus Dux de Italia revertens, Regio ambitu Natalem Domini in Salafelt celebravit, ubi Fridericum Archiepiscopum* (nempe Moguntinum) *omnesque qui in promptu erant regni majores, secum detinuit. Quod convivium jam multis suspiciosum cœpit haberi, & plus ibi destructionis quam utilitatis ferebatur tractari. Chunrado Duce ad persequendum Berengarium relicto, Berengarius ejusdem Ducis consilio sponte sua in Saxoniam ad Regem venit, nihil tamen de his quæ voluet, obtinuit: sed machinatione Heinrici Ducis* (nempe Bajoariæ) *fratris vix vitæ & patriæ indulta, in Italiam redeit: unde etiam Chunradus Dux multum offensus a debita Regis fidelitate defecit. Tunc Fridericus Archiepiscopus & Chunradus Dux* (nempe Lotharingiæ) *amici facti sunt: nam antea inimici erant ad invicem.*

II. *Italia rursum per Berengarium turbata.* *Eodem anno mediante Augusto mense, Conventus Francorum, Saxonum, Bavarorum, Alamannorum & Longobardorum publicus, apud Augustanam urbem Rhætiæ Provinciæ agitur: ubi proscriptus Berengarius cum filio suo Adelberto Regia se per omnia in vassallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia & dono Regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis & Aquileiensis excipitur, quæ Heinrico fratri Regis committitur. Berengarius tamen in Italiam revertens, omnia hæc in Episcopos & Comites, cæterosque Italiæ Principes retorsit: omnes eos odiis & inimicitiis insequens, inimicissimos sibi fecit.*

III. *Synodus Augustana* Refertur illud Concilium Tom. IX. Concil. pag. 635. in cujus Præfatione dicitur: *Anno Incarnationis CMLII. indictione decima, anno vero regni ejus XVI.* sed loco XVI. legendum, XVII. Otto enim anno CMXXXVI. die secunda Julii Regnum Germaniæ iniit) *sub die VII. Idus Augusti, Placitum Conventumque Synodalem Augustæ fieri decrevit* (nempe Otto) *quatenus concordi diligentia tam sancti Cleri, quam populi Ecclesiæ stabilitatis profectus, & totius Christianitatis utilitates tractarentur.* Huic Synodo Præsules ex Germania, Gallia, & Italia viginti quatuor adfuere, eique præfuit *Frithericus* Moguntinus Archiepiscopus, Ottonis Germaniæ Regis Decreto. In ea undecim Canones conditi ad Ecclesiasticæ disciplinæ restaurationem.

IV. *Profectio Germanica Berengarii ab hoc anno removeri non potest.* In Vita S. Udalrici Episcopi Augustensis, qui huic Concilio interfuit, a Gerardo Presbytero, ejus familiari scripta mentio est tam accessus Berengarii Italiæ Regis ad Ottonem Germaniæ Regem, quam hujus Concilii, diciturque cap. 3. S. *Afram* Udalrico apparuisse, eumque quadam nocte spiritu eduxisse in campum, ubi magna erat Episcoporum & aliorum Sanctorum multitudo, subditurque: *Finita Synodo præfata Dei Martyr monstravit illi loca castrorum, ubi postea Otto Rex adhuc manens Regalem locutionem cum populis diversarum Provinciarum habuit, ubi Rex Berengarius de Longobardia & filius ejus Adalbertus, cum multis Episcopis se præsentaverunt, & suo dominio subdiderunt. Indicavitque ei venturam supergressionem Ungarorum & loca belli, & quamvis laboriose, tamen victoriam Christianis concessam esse nunciavit.* Mabillonius Sæc. V. Benedict. pag. 425. dicit Hermannum Contractum docere Berengarium anno CMLI. subjectionem illam Ottoni Regi promisisse; eo enim Christi anno Hermannus juxta editionem Canisianam scribit: *Synodus XV. Episcoporum, magnusque totius regni Principum Conventus apud Augustam Vindelicam coadunatur ibique Berengarius Ottoni Regi ad deditionem venit, eique subjectionem promittit.* Verum temporariæ notæ in Concilio Augustano expressæ Hermannum hac in re falli manifeste demonstrant. Is error ei natus, quod Berengarii & Adalberti initium cum an. CMLXIX.

ma-

Reginonem hoc anno. Porro ista de subjectione Berengarii, & ejus filii Adalberti per visum ostensa diu ante fuisse S. Udalrico Augustano Episcopo, qui ejus res gestas est prosequutus, ejus temporis scriptor affirmat. Otto autem Rex haud ingratus pro acceptis a Deo beneficiis, gratias ipsi rependens, inter alia hoc ipso anno multa donavit Ecclesiis, præcipue vero (a) Osnaburgensi, quæ omnia qui prosecuti sunt res Saxonum, numerant. Porro post hæc editum liquet istud ipsum, quod diximus celebratum Concilium Augustanum ab Episcopis Italiæ, Galliæ, atque Germaniæ; cui & Otto Rex interfuit, rogatus ab Episcopis, ejusdemque Canones undecim invenies cum tomo quinto antiquæ lectionis Canisianæ collectionis.

(a) *Crant. Metrop. Sax. lib. 3. cap. 25.*

An-

PAGIUS male conjunxerit; inde enim factum, ut quæ ad res Italicas spectant, anno uno citius postea consignarit. *Lotharium* autem anno CML. e vivis excessisse, eique *Berengarium* cum filio successisse, certum & indubitatum; licet Sigonius in Regno Ital. lib. VI. & Rubeus in Hist. Ravenn. lib. 5. Hermannum errantem secuti fuerint. Quoad victoriam de *Hungaris* ab Ottone Rege reportatam, de ea an. CMLV. sermo erit. Denique Hermannus Contractus Episcopos XV. Concilio Augustano adfuisse tradit; cum tamen in Præfatione, nomina omnium numero XXIV. legantur; sed ir error Librariis videtur attribuendus.

V. *Dissensio inter Archiepiscopos Laureacensem & Salisburgensem exorta.*

Inter Episcopos ejusdem Concilii fuit *Geroldus* Archiepiscop. Juvavensis seu Salisburgiensis. Extat Epistola Agapiti Papæ data ad Gerardum Archiepiscopum Laureacensem, qua dissidium Ecclesiarum Laureacensis & Salisburgensis componit; ea legitur Tomo IX. Concil. pag. 618. ubi Geroldus dicitur semper *Heroldus* Dissidium erat inter Archiepiscopum Salisburgensem & Laureacensem ob susceptum in una Provincia ab utroque Pallium. Ecclesia Laureacensis antiquitus Metropolitana fuerat, & ab ea in superioris atque inferioris Pannoniæ Provinciar fidei gratia emanarat. Sed Hunnis illas Provincias depopulantibus *contigit, ut Episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta, atque alio translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius Sedis desererent honorem. Modernis autem, nec multum retro elapsis temporibus, vacante ab Apostolico Vicario Bouvariorum regno, Arno primus sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ subrogatur Archiepiscopus*, inquit Agapitus Papa, qui subdit, nunc *ab hostibus sanctæ Laureacensis Ecclesiæ quiete & inhabitandi securitate concessa*, non alibi quam ibidem Gerardum Laureacensem Archiepiscopum Cathedram habere oportere. Quare se Sanctam illam Laureacensem Ecclesiam in culmen Metropolitanum sublimare, denuoque Gerardo Pallium concedere. Illa Hungarorum irruptio sexto sæculo contigit, & *Arno*, exeunte sæculo VIII. primus Salisburgensis Archiepiscopus creatus, ut suis locis ostendi.

VI. Utque omnis dissensio tollatur, *distribuere*, inquit, *atque determinare ita vobis Parochias, bonum & pacificum æstimamus. ut divisis duabus Noricæ regionis Provinciis, Heroldo Archiepiscopo* (sc. Salisburgensi) *Occidentalis Pannoniæ cura committatur & custodia; tibi autem successoribusque tuis, propter antiquam antiquitatem sanctæ Laureacensis Ecclesiæ, cui jure juniorum reverentia assurgit, in benedictionis & sedis ordine prælatus atque præpositus, providentiam Orientalis Pannoniæ, regionemque Avarorum atque Maharorum* (hoc est Moravorum); *sed & Sclavorum, qui modo Christiani, vel adhuc per baptismum Christo lucrandi sunt, circumquaque manentium, credimus, nostramque Apostolicam vicem in illis partibus prædicandi, & pro arbitrio vestro, ubi opus est, Episcopos constituendi, omniaque disponere atque ordinare tali auctoritate atque potestate delegamus, ac si ipsi præsentes assuissemus*. Sed hæc dissensio inter utrumque Archiepiscopum post aliquot annos recruduit, ut suis locis videbimus.

Archiepiscopatus Laureacensis in pristinum statum restituitur.

VII. *Moritur S. Basilius Junior.*

Hoc circiter anno mortuus est *Sanctus Basilius Junior* vitæ sanctitate & miraculorum virtute eximius, in urbe Constantinopolitana, ubi Anachoreta vixit. Ejus Vitam a Gregorio discipulo scriptam Combefisius in Linguam Latinam vertit, & Bollando communicavit, qui eam ad diem XXVI. mensis Martii publici juris fecit. *Quis*, inquit Gregorius, *sufficiet explicare lacrymarum copiam quam fundebat jugiter in oratione pernoctans; quis genuflexiones innumeras, quis continuas vigilias enarrare? Etenim insomnia sydera prius demisisset super, quam palpebras ejus dormiendi necessitas. Iracundiam autem sic exuerat, ut non aliud quam immobilis & vita expers columna videretur. Mansuetudine Moyses & David alter, simplex ut Jacobus, innocens ut Job, & plusquam Abraham de sua paupertate beneficus*. Ita ille num. IX. qui postea n. XXXIII. & seqq. narrat varia miracula in se ipso & in sua præsentia a sancto Anachoreta perpetrata. Ex ea Vita, inquit Combefisius, plurima lux historica accedit Basilio Macedoni Imp. ejusque posteris ac successoribus, Leoni, Alexandro, Constantino Porphyrogenito, ac hujus socero Romano Lacapeno cum suis filiis.

I. ANnus Redemptoris sequitur nongentesimus quinquagesimostertius, Indictione undecima, quo Otto Rex in gratiam Adelaidis conjugis ejus matri Bertæ contra jus fasque Abbatiam dedit Merenstein appellatam: Sed suo gravi damno; tunc enim in eum conspirationes ejus filii * Lindulphi & Chunradi Ducis sunt cœptæ, omniaque turbata. De his pluribus apud Reginonis appendicem, & Wirichindum & alios res gestas Ottonis prosecutos. Inter has turbas cum sanctus Udalricus Augustanus Episcopus una cum suis pro Rege staret: Arnolphus Comes Palatinus filius Arnolpi Ducis Bavariæ, qui adversus Ottonem partes ejus filii Luitholphi sectabatur, Augustanam civitatem cum suis ingressus, eam est deprædatus. Quæ autem divina hos secuta sit ultio, auctor ejus temporis, fideli, licet rudi stylo, prosecutus res gestas S. Uldarici sic narrat:

* al. Luitholphi. Otto nimis indulgens conjugi inconcessa suo damno tentavit.

II. *Nullus enim eorum, qui antea sibi spolia Augustæ civitatis in contrarietatem sanctæ Dei Genitricis Mariæ vendicaverunt, impunitus evasit, nisi qui se suis propriis rebus cum indulgentia reverendi Episcopi redimere non distulerunt. Manus proprias unus ex his lacerando, vicinis suis in veritate dicentibus, perdito sensu, spiritum exhalavit. Alius autem cum ablato de Augusta civitate libro caballum sibi bene placentem comparavit, & secum adduxit in domum suam; quem exori suæ monstravit & dixit melius mihi placet istum formosum caballum habere quam librum, cum quo hunc comparavi, in Augusta relinquere. Cujus verbis respondit uxor ejus dicens: Utile tibi forte fuisset, si manus tua hunc librum injuste non tetigisset. Interim vero illa levigando manu in posteriora tangebat caballum. Et statim ab eo percussus, mortuus est. Novis & improvisis his cladibus, & aliis multis formidolosis rebus in eis peractis, a multitudine populi compertis, timor magnus invasit eos, qui se esse reos cognoverunt de prædicta prædatione Augustæ civitatis: non solum in eos, qui illuc pervenerunt, sed & qui aliquid de injuste acquisitis ab eis acceperunt, & ideo ad pœnitentiam, & lamentationem conversi, digna emendatione, & restitutione abstractorum rerum, & cum efflagitatione indulgentiæ Episcopi, studuerunt se cum Christo, & cum sancta Maria Matre ejus pacificare. Non post multum vero temporis præfatus Arnolphus qui se præsumpsit rei sanctæ Mariæ hostiliter invadere, & incorrigibiliter sine pœnitentia perduravit, obsessa Ratispona civitate, paratus ad prælium, exivit, & statim in articulo tumultus occisus est. Quidam etiam homo de Episcopatu, qui dicitur Eichstetten, partem vilissimi mensalis ad suam proprietatem portavit, & statim a dæmone occupatus, nullum abscondendi locum ab eo invenire potuit, neque in Ecclesia, neque extra Ecclesiam, neque aspersus aqua benedicta, quin juxta eum semper videretur manere, donec Augustam regrediens, injuste inde rapta reportans*

Male mulctati qui Augustam sunt deprædati.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hispan. CMXCI. Anno Hegiræ CCCXLII. inchoato die 28. Maii fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6446.

☉ 10. B. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 953.

AGAPITI II. PAPÆ 8.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 42.

A.C. 953. I. *Germania per biennium civili bello turbata.*

AD num. I. & seq. Annalista Hildensheimensis hoc anno scribit: *Satis acerba & nimium crudelis dissensio exorta est inter Liudulfum filium Regis* (nempe Ottonis) *& patruum ejus Henricum* (qui Dux Bajoariæ erat), *ipso Rege partes fratris sui adjuvante. Mansitque per duos annos in incendiis, cædibus & depopulationibus, multique non solum de populo; sed etiam de Optimatibus occubuerunt. Hoc etiam anno Moguntia obsessa est*, (ab Ottone nempe Rege) *& castellum quod Rossadal nominatur: factumque est magnum bellum in illo loco.* Pluribus tumultus illos narrant Witichindus ac Continuator Reginonis ad hunc Christi annum, & Baronius ex Vita S. Udalrici eosdem tangit. His adde Hermannum Contractum in Chronico juxta editionem Canisianam: *Otto Rex*, inquit, *fratri Heinrico favens filium contra se incitavit Luitolfum, magnaque totius regni turbatio diversarum partium studiis facta est. Arnolfus filius Arnolfi quondam Dux Noricorum* (seu Bajoariorum), *partibus se Luitolfi contra Regem jungens, Augustensem urbem Episcopatumque deprædatur, & beatum Udalricum Episcopum Regi fidum in castello Mandichinda obsessum capere vel occidere nititur. Sed superveniente cum copiis militum Adalperto de Marthale Comite & Theodpaldo Episcopi fratre item Comite pugna victus, turpiter repulsus est, diminaque ultione cum cunctis fautoribus non multo post digne punitus. In ea congressione Adalpertus Comes parum vulneratus moritur & a S. Episcopo Augustæ honorifice sepelitur. Secuto tempore cum invalescente discordia Otto Rex & filius ejus Luitolfus Dux collectis contra se invicem exercitibus juxta fluvium Hilaram, & villam vocabulo Tussam, jamque pugna conflictui consedissent, intercurrentibus sanctis Episcopis Udalrico Augustensi & Alpertho Curiensi, Deo donante, pacificati & confœderati sunt.* Porro pacem illam Ottonem inter & fi-

ortavit, & Episcopum cum scopis ei flagella imponere pro Christi nomine postulavit, & insuper indulgentiam præfati delicti condonare, sicque liberatus a dæmonio salvatus recessit. Hæc ibi. Quod autem ad Arnolpham malorum omnium architectum spectat, jam ante plures annos idem S. Udalricus de ejus, damnatione visum acceperat, quod accusaretur in Sanctorum concilio de multorum monasteriorum ab eo facta destructione, & quod eorum bona laicis in beneficia contulisset, quæ omnia idem auctor accurate describit.

III. Legatio Brunonis ad Agapitum Pap. — Legatio inter hæc mittitur pro pallio accipiendo Romam a Brunone Archiepiscopo Coloniensi, qui hoc eodem anno (ut auctor est Frodoardus & alii) defuncto Wicfredo Archiepiscopo Coloniensi, in locum ejus legitima electione subrogatus est. Erat idem Bruno frater Ottonis Regis, qui ab ineunte ætate usus magistro Israel, sic dicto Scotorum Episcopo, multum profecit doctrina & pietate. Porro res ab eo præclare gestæ scriptæ sunt a Rorgero monacho, qui proximus his temporibus vixit. Qui de pallio ad eum ab Agapito Papa misso (a), ejusmodi texuit historiam: *Servus Domini Bruno secundum dignitatem sedis suæ, Romanæ quoque Sedis & Apostolicæ benedictionis privilegiis debuit insigniri, & cum eis pariter, qui traditam a beato Petro Apostolo sanam servavere doctrinam, Catholicæ Fidei integritate in vera confessione & inviolabili veritate prædicationis uniri. Synodicam suam epistolam per Hadamarum venerabilem Fuldensis monasterii Abbatem Romam ad Agapitum miræ sanctitatis Papam direxit, in qua cujus spiritus esset, & quia pastor ab ovibus electus, a Domino missus esset, innotuit; appellatusque est ibi concors & concivis Apostolorum, princeps, & propagator Domini præceptorum. Legatus inde cum magna mentis alacritate reversus, pro pastoris, cui antehac gratia Dei collatum est (secundum (b) Prophetam) oleum gaudii pro luctu, tum attulit pallium laudis pro spiritu mœroris. Spiritus namque Dei cordato homini, & sacramento hujus magnificæ virtutis magis, quam his, quæ visibiliter gerebantur, intento divinitus inspiravit, ut erigeret cor suum in spem per gaudium spirituale, ne tristaretur in eo, quem sensit imminere, labore. Cor enim, quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus: Sapientiæ (c), hæc verba sunt.*

(a) Rotger. in vita S. Brun. c. 23. apud Sur. tom. 5. die 11. Octob.

(b) Isa. 61.

(c) Prov. 14.

IV. Agapiti Pap. Pallium mittit ad Brunon. Epis. Colon. — *Legatus ergo (ut loqui cœpimus) Roma rediens, bonum nuntium Coloniam ferre acceleravit, portans sacrum habitum ab universali Papa missum prætendentem jugum Domini suave & onus leve, & ipsum quod sub eo dispensatur, humile ministerium, quod verba Domini testantur dicentis (d): Qui major est vestrum erit minister vester. Ferens simul reliquias de proprio corpore sancti Pantaleonis martyris, & privilegium Apostolicæ sublimitatis auctoritate traditum. Quo & eodem pallio, præter consuetudinem sacerdos Domini quoties vellet, indui permissus; & concessis omnibus, quæ petebantur, ipse præ magnitudine virtutis & sapientiæ, in particeps.*

(d) Matt. 20.

PAGIUS

& filium ejus anno sequenti constitutum fuisse ostendit ibidem Baronius num. III. Hujus discordiæ aliam causam affert Flodoardus in Chronico hoc anno: *Nato siquidem*, inquit, *Regi filio ex moderna conjuge* (sc. Adelhaide) *ferebatur eidem puero Rex regnum suum promittere, quod olim priusquam Italiam peteret, Liudulfo delegaverat, & magnates suos eidem promittere fidelitatem jurejurando fecerat. Rex igitur Conradum a Ducatu Lotharienfium removet, & Conradus quærebat, ut Regem caperet*, &c. verum Otto filius anno tantum CMLV. Regi natus, ut infra dicetur.

II. S. Bruno fit Archiepis. Coloniæ. — Ad num. III. & seq. Ibidem Flodoardus hoc anno habet: *Wicfredus Coloniensis Antistes defungitur, & Bruno frater Regis Ottonis inibi Pontifex ordinatur. Cui etiam Rex Otto regnum Lotharienfe committit.* Hic aliqua de Sancto hoc Præsule in medium afferenda, ut status decimi hujus sæculi magis innotescat: *Annos circiter quatuor habens*, inquit Rotgerus in ejus Vita apud Surium ad diem XI. Octobris, *liberalibus literarum studiis imbuendus, Baldrico venerabili Episcopo, qui adhuc superest, Trajectum missus est*, &c. *Deinde ubi prima Grammaticæ artis rudimenta percepit, sicut ab ipso in Dei omnipotentis gloriam hoc sæpius nominare didicimus, Prudentium Poetam, tradente magistro, legere cœpit*, &c. *Postea nullum penitus erat studiorum liberalium genus in omni Græca vel Latina eloquentia, quod ingenii sui vivacitatem ausugeret*, &c. *Otto germanum suum Brunonem Deo dicatum adhuc adolescentulum, honorabiliter, ut par fuit, e scholis in Palatium evocavit, locum videlicet tam lucidissimo aptum speculo, ubi quidquid deforme per totum pene mundum esset in studiis, liquidius appareret. Huc enim ex omnibus ejus finibus confluebat totum, quod sibi aliquid esse videbatur. Nihilominus ab omnibus, calumnia qualibet oppressis hoc asylum unicum petebatur. Exemplar ibi sapientiæ, pietatis & justitiæ supra hominum memoriam eminebat. Inde reversi, qui sibi paulo ante domi videbantur doctissimi, rubere notati, rudimenta artium, quasi nunc cœpi, dicentes, aggressi sunt*, &c. *Quidquid Historici, Oratores, Poetæ & Philosophi novum & grande perstrepunt, diligentissime cum doctoribus cujusrumque linguæ perscrutatus est, & ubi magister excelluit ingenii velocitate, ibi se discipulum præbuit humilitate. Sæpe inter Græcorum & Latinorum doctissimos de Philosophiæ sublimitate, aut de cujuslibet in illa florentis disciplinæ subtilitate disputantes, doctus interpres medius ipse consedit, & disputantibus ad plausum*

patum ejus operis & prope in conspectum tantæ dignitatis admissus est. Propiravit in occursum ejus læta civitas, undique jubilans occurrit multitudo. Convenerunt in suburbio prope antiquum locum, ubi Ecclesia ejusdem pretiosi Martyris erat inculta adhuc & ruinæ proxima: ibi deportata sunt grata onera, denique suo quæque loco reposita. Hæc de his Rotgerus.

Se-

PAGIUS *sum omnium, quo nihil minus amaverat, satisfecit*, &c.

III. *Ejus virtutes.* *Prima dispensatio credita est illi adhuc adolescenti in quibusdam monasteriis, in quibus degentes cum idoneo Ecclesiæ testimonia, partim voluntate, partim vi ad regularem vitam constrinxit, sciens quod & invitis bona præstantur. Ipsaque post paululum Deo sacrata loca, annuente Regia liberalitate, Privilegiis & immunitatibus pristinis reformavit, nihil sibi suisve exinde beneficii jure reservans, nisi quantum cœnobiorum patres causa charitatis obtulerant. In his extat Loverbam, locus Regum munificentia nobilis, adhuc in memoriam tanti viri retinens & prærogativam libertatis, & monimenta religionis.* Tum narrata Wicfridi Archipræsulis Coloniensis morte, ait: *Conspirantibus omnibus, & idem in Christo sentientibus, cum adhuc inhumatum & ad oculos positum, secundum consuetudinem loci, corpus bonæ memoriæ decessoris ejus adspicerent, electi sunt a Senatu sanctissimo quatuor summi viri & eodem numero laici, omnes apprime eruditi, qui omnia hæc perferrent ad palatium, & patefacta post deflotam destitutionem electionis unanimitate, memoratum desolationis flagitaret solatium. Quid multa! Complacuit (Deo gratias) Imperatoriæ auctoritati sic & tempore & loco consulere, ut petitum tantæ constantiæ visitatorem, festinanter ad destituti gregis custodiam mitteret.* Refert postea quid egerit Bruno post acceptum Archiepiscopatum, ut Luidolfum nepotem, qui cum aliis contra Ottonem patrem conspirarat, in viam revocaret, & quomodo pace inter Ottonem & Luidolfum conciliata Regni Lotharingici negotia sapientissime pertractarit.

IV. *Anno CMLV. Pallium recipit.* Cæterum quod hic narrat Baronius de Pallio ab *Agapeto* Papa ad *Sanctum Brunonem* misso, pertinet ad annum nongentesimum quinquagesimum quintum. Rotgerus enim Monachus in Vita sancti Brunonis antequam referat *Brunonem* Romam ad Agapetum Papam direxisse *Hadamarum* Abbatem Fuldensem, qui ei attulit Pallium, cap. XXI. de Galliarum vastatione per Hungaros verba facit, & capite antecedenti de pace per Brunonem conciliata. Hungari autem anno sequenti in Gallias irrumpere eodemque anno die decima septima mensis Decembris *Ottonem* inter & *Luidolfum* filium pax sancita, uti anno sequenti videbimus.

Adelbertus, qui cum Berengario patre in Italia hoc tempore regnabat, *Ravennam* sedem Regni præcipuam constituit, & multa violenter egit, ut videre est apud Rubeum lib. 5. Hist. Ravenn. pag. 257. & seqq. ubi aliquas tabulas memorat Ravennæ scriptas regnante *Berengario & Adelberto* ejus filio, anno quarto & quinto Regni ipsorum indict. XII. & XIII mentionem etiam facit Conventus aliquot Episcoporum utrique subjunctorum Ravennæ habiti, in quo Episcopi Ferrariensis precibus, de multis prædiis, quæ occupari ab aliis dicebantur a Patribus tractatum est. [1] Verum cum Exarchatus Ravennatensis ad Romanum Pontificem spectaret, Joannes XII. Pontifex Max. *Ottonem* Germaniæ Regem in Italiam evocavit, qui eum ab ea tyrannide exemit, ut infra videbimus. Imperatores quidem quia a Pontificibus Romanis omnem auctoritatem accipiebant, Romæ, Ducatui Romano & Exarchatui Ravennensi dominabantur, sed Italiæ Reges nonnisi tyrannice ditionibus Romanæ Ecclesiæ subjectis se se immiscere poterant. Hinc Constantinus Porphyrogenneta, qui Opus suum de Thematibus Imperii Orientalis scripsit quo tempore Italia propriis Regibus parebat, lib. II. Themate X. de Urbe Romana scribit: *Roma Regium deposuit Principatum* (subjectionem nempe ab Imperatoribus Græcorum) *& propriam administrationem ac jurisdictionem obtinuit, eique proprie dominatur quidam suo tempore Papa.* Distinguendum itaque Imperium Italiæ a Regno Italiæ & quod de uno dicitur ad aliud non extendendum, ut jam supra insinuavi. V. *Adelbertus Italiæ Rex Ravennam invasit.*

NOTÆ [1] Diploma *Berengarii*, & *Adalberti* Italiæ regum pro monasterio S. Angeli in Urbe Capuana, apud Erasmum Gattulam in Accessionibus ad Historiam Casinensem P. I. p. 74. has Chronologicas notas habet: *Signum Serenissimorum Berengarii & Adalberti regum. Johannes Cancellarius ad vicem VVidoni Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi. Data quartodecimo Kal. Novembris anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLIII. *regni vero Berengarii & Adalberti regum tercio.* Indictione XII. *Actum in Urbe .... feliciter. Amen.* Berengarius dictus est rex A. D. 950. die XV. *Decembris*; itaque mense *Octobri* A. D. 953. decurrebat adhuc ejus annus *tertius*; indictio vero XII. a mense Septembri inchoata erat. GEORGIUS

JESU CHRISTI ANNUS	AGAPITI II. PAP. ANNUS	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS
954.	9.	43.

I. Alberici obitus, & successio Octaviani.

SEquitur annus Christi nongentesimus quinquagesimus quartus, Indictione duodecima, *quo* (inquit Frodoardus) *Alberico Patricio Romanorum defuncto, filius ejus Octavianus, cum esset clericus, principatum adeptus est. Quique postea, defuncto Agapito, suggerentibusque sibi Romanis Papa Urbis efficitur.* Sic Frodoardus ista intultus scriptor temporis hujus, quique post annos duodecim ex hac vita migravit. Ex quo jure mendacii arguas omnes, qui dixerunt per patrem Albericum ejus filium Octavianum esse promotum ad Pontificatum: nam jam ante ille decesserat, quam ejus filius Pontificatum invaderet, quod contigit anno sequenti. Remansit ergo clericus princeps, qui de arripiendo sibi Pontificatu, statim agere cœpit, quod (ut dictum est) sequenti anno perfecit.

II. (a) Leo Ost. l. 2. c. 5. Corpus S. Matthæi Salernum translatum. * al. Bithyniam.

Eodem anno corpus S. Matthæi Apostoli Salernum esse translatum, Leo (a) Ostiensis in Chronico Cassinate sic narrat: *Quinto hujus Abbatis, nempe Aligerni anno, qui est a nativitate Domini nongentesimus quinquagesimusquartus, beatissimi Apostoli, & Evangelistæ Matthæi corpus, quod primo apud Æthiopiam, ubi passus est, postmodum vero apud * Britanniam per multa tempora quieverat, ejusdem sancti Evangelistæ revelatione repertum, atque Salernum translatum est.* Hæc Leo.

III. Accidit hoc item anno, ut S. Udalricus Augustanus Episcopus ad Ottonem Regem ac filium ejus Luitholphum habentes exercitus ad pugnam paratos, sequester pacis accedens, eos inter se mutuo conciliaverit, ut de eo illud elogium (b) Ecclesiasticum jure occini potuisset: *Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. De his enim ita rebus ab eo gestis: Cum Rex Otto in Alemannia propter eos, qui cum Luitholpho filio ejus ditioni suæ regales potestates contradicere voluerunt; cum exercitu conservaretur juxta flumen, quod Hilara vocatur, in campo oppidi, quod dicitur Tussa, & ibi sæpedictus filius ejus Luitholphus cum alio exercitu obvius ad pugnandum contra eum deveniret, & cum tanta vicinitate conjuncti essent, ut nulla ambiguitatis spe detenti manerent in utrarumque partium multitudine, ut bellum ab eis committeretur: tunc amabilis Deo Udalricus Episcopus in Deum tota fiducia confidens, assumpto Curiensis Ecclesiæ Hartberto religioso Episcopo, legationes inter eos facere cœpit, & ad pacis concordiam exorare, & ne populus, qui a Deo illis commendatus est ad regendum, pro eorum reatu duceretur ad perditionem: Deo autem annuente dura eo-*

(b) Eccl. 44.

Pax inter Ottonem & Filium

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMXCII. Anno Hegiræ CCCXLIII. inchoato die 7 Maii fer. 1. A.C. 954.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6447.

☉ 11. A. ☽ 5. P. 26. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 954.

AGAPITI II. PAPÆ 9.

CONSTANTINI VIII. solius IMP. 43.

I. Bellum civile in Germania continuatum.

AD num. III. Bellum civile in Germania continuatum, sed sub hujus anni finem extinctum. Nam præter ea quæ hac de re refert Baronius ex Auctore Vitæ sancti Udalrici Augustani Episcopi, Continuator Reginonis hoc anno scribit: *Rex* (nempe Otto) *omissa obsidione* (nempe Moguntiæ) *in Saxonia natalem Domini celebravit* (annum ab ea die, quemadmodum Regino Anonymus iste inchoat), *iterumque appropinquante Quadragesima in Bavariam remeavit. Ibi Heroldus Archiepiscopus* (nempe Salisburgensis) *a fratre Regis cæcatus, Deo propitio, viribusque imminutis inimicorum, in brevi tota Bavaria victus ad eum & Alemania in tantum convertitur, ut Ratispona civitas Regi redderetur, ipsique rebellatores nihil se contra eum velle vel posse profiterentur. Fridericus etiam sacramento se expurgaturus nihil contra Regiam se fidelitatem egisse, accessit: sed Rex animi pietate plenus, eum sacramento absolvit. In eodem anno Chunradus Dux cum Lotha-riensibus, duce Brunone Archiepiscopo* (sc. Coloniæ) *in Belensi pago apud villam Rimilinga congressurus erat. Sed in ultimo quia contra Regem erat, Deo volente ne fieret, remanebat. Hungari, ducentibus inimicis Regis, in quadragesima, Rheno transito, pervadentes Galliam, inaudita mala in Ecclesiis Dei fecerunt, & per Italiam redierunt.* Postea loquitur de pace, quæ hoc anno peracta est, quam etiam narrat Witichindus lib. 3. qui subdit: *Moguntia post annum & dimidium Regi tradita cum omni Francia* (nempe Lotharingia): *filius* (nempe Luidolfus) *ac gener* (nempe Conradus, qui anno CMXLVII. Liutgardam Ottonis filiam in matrimonium sumsit, ut habet Continuator Reginonis ad eum Christi annum) *in gratiam suscepti, qua & in finem usi sunt fideliter.*

II. Hungari a filio ac genero Ottonis in Germaniam evocati.

Hanc Hungarorum in Galliam irruptionem Fulcuinus Abbas Laubiensis qui, ut inquit Continuator ejus Chronici, *obiit anno Dominicæ Incarn. CMXC.* Egregie descripsit libr. miraculorum S. Ursmari Abbatis Laubiensis recitato a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. I. & a Bollando ad diem XVIII. Aprilis S. Ursmaro sacram: *Erat*, inquit, *in ea conjuratione princeps, ipsius Regis filius Luidulfus spectabilis adolescens & unice tutus, si seductoribus non cecidisset, & hæres esse, non proditor voluisset: atque cum eo, quasi quidam stimulus Cono Dux paulo ante fortissimus, quibus, (ut ita dicam) omnia erant in manibus, sed agendo ut plus haberent, omnimodo effe-*

eorum mentes Patris scilicet Ottonis, & filii ejus Liutdolphi de proficua admonitione & doctrina venerandorum Episcoporum in mollitiam versæ pactum pacis inter se placitaverunt, & turbine belli mitigata, in sua cum pace redierunt. Hæc Ipse, eademque ex eo Berno Ab-

bas: quod factum hoc anno, decimosexto Kal. Januarii, Marianus affirmat. Opera insuper Brunonis Coloniensis Archiepiscopi factum esse, ut pater filio reconciliatus ei Italiæ Regnum delegarit, scribit Rotgerus (a) monachus in Brunone.

(a) Rotg. in vit. S. Brun. c. 35.

Ann. Eccl. Tom. XV. L Quo

PAGIUS

efferrent, ut nihil haberent. Hi Hungri, Antiquam quam prædiximus pestem, sollicitaverunt ut regnum in se ipsum divisum invaderent: arbitrantes hoc modo sollicitudinem qua premebantur, aut penitus adimi, aut aliquatenus posse minui. Hac, ut dicere instituimus occasione fœva Hungrorum gens, & qualem nunquam terra nostra sensit barbariem, a perversis civibus illecta, transitis Germania & plerisque provinciis Galliæ, cui jam nobilis ille Francorum populus insederat, omnia ferro & ignibus vastatura se totam infudit. In hac acie Cono, quem prædiximus, cum suis sequacibus militavit. Sed ubi Trajectum ventum est, quam Mosa alluit, incertum qua factione ab eis dissidium fecit. Hungri Hasbaniam igne & rapina aggressi, Carbonariam petunt. Fama ad nos perlata, mittitur e collegio nostro (e monasterio nempe Laubiensi) *Hucbertus, frater patiens laboris & fugitans quietis, & semet impendere paratus ob amorem loci & sanctæ religionis, pacifici cum illis. Facta pactione de solidis ducentis, revertitur post hæc, obsidibus ab eis acceptis.* Cononis nomine Fulcuinus, uti & multi alii, intelligit Conradum Ottonis Regis generum. Pergit Folcuinus.

III. *Lotharingiam aggrediuntur.*

Sed nostri non satis creduli (qua enim fides est infideli?) munire Tudinium (castrum, vulgo *Tuin* dictum, ad Sambeam fluvium) *tentant, quod Raginerus* (hujus nominis II. Hannoniæ Comes) *suspectam habens Leodiensem militiam jampridem destruxerat: sed misso rursus milite prohibiti sunt munitionem firmare; Deo, ut postea compertum est, maxime id agente, ut ostenderet non in homine, sed in se & in sanctorum suorum patrocinio, defensionem illos sperare debere. Sublata itaque spe Tudinium potiundi, & crebrescente fama depradationis & incendii, nullaque extante fiducia in re militari (siquidem laudata illa & cunctis sæculis prædicata a Lotharingensium militia, justo Dei judicio in Hungrorum adventu hebetata, fuit passim munitionibus erat inclusa) nostra quæ residua erat Deo dilecta Monachorum turma, & sibi satis fida Ecclesiæ nostræ familia, id quod verum est rata quod nunquam videlicet desit divinum, ubi humanum cessat auxilium: montem, ubi sanctorum Ursmari & Ermini corpora venerantur, diu deliberans scandit; & de Dei fisa adjutorio cum plaustrorum, vel quorumcumque surculorum vel sepium impedimentis in modum munitionis cingit. Jamque advenerat Paschalium dierum sancta celebritas, in completione Octavarum ipsius quæ erant quarto nonas Aprilis* (quia scilicet hoc anno Pascha in diem XXVI. Martii incidit): *ecce subito in exordio matutino densaverat aerem aquorum nebula, & quasi ex abditis terræ sinibus, emergebant loricarum & galearum millia. Expavescere nostri, & mortem sibi præmeditari. Qui agiliores erant, non dico munitionem, sed simulachrum munitionis scandunt; immo veram munitionem per Sanctorum Dei intercessionem. Reliqui, qui impeditiores erant ætate aut gravitate, infra monasterii claustra substitere.*

Qui substiterant capiuntur: obsidentur alii nulla inter captos, & obsessos distantia, nisi quod secundum quemdam gravior est expectata quam illata mors. Obtruncantur in aspectu aspicientium Theodulphus & Theutmarus, qui inter captos visi sunt excellentiores, reliqui flagellati captivitati reservantur. Interea urgentur obsessi, nec ulli telorum aut tormentorum parcitur generi; nostri e contra pro viribus resistere, & conglomerato plebium & Clericorum ipso etiam Monachorum agmine (quamvis illicitum sit huic ordini arma tractare) quoniam pro animis illis erat res, eniti obnixe. Ubi eo ventum est ut desperaretur omnino, tantum audiebatur Kyrie eleyson, & Sancte Ursmare adjuva, more gentis usitato. Jam irruptionem timentibus jam in mutuis osculis hærentibus, jam plerisque deditionem pangentibus; ecce ex respectu miserationis Dei duæ ex adytis templi columbæ evolant. Subsecuta est illico pluvia prægrandis, quæ gentilitiam illis sagittandi artem cordarum distentione frustravit. Pavor quoque ac timor tantus in eos irruit, ut maturarent fugam, & Principes ipsi uterentur flagris in eos, qui volebant subsistere. Paulo post subjungit: *Et hæc est celebritas, quæ ita inscribitur in nostris Martyrologiis: quarto Nonas Aprilis commemoratio meritorum Ursmari & Ermini, quo meruerunt Laubienses ab Hungrorum obsidione eripi.* Porro Heroldus, de quo supra Continuator Reginonis, Archiepiscopus erat Salisburgensis, qui injuriam sibi illatam, ratus quod *Otto* Rex favisset Gerardo Archiepiscopo Laureacensi, de quo superiori, cum factiosis fœdus inierat, quem anno ideo, ut anno CMLXVII. magis videbitur, Henricus Bajoariæ Rex perfidiæ damnavit, eique oculos exculpi jussit. His addo quæ Sigebertus Chronographus in Vita S. Guiberti Fundatoris monasterii Gemblacensis de hac Hungarorum irruptione cap. 33. memoriæ mandavit: *Hæc gens*, inquit, *etiam tempore primi Ottonis aggressa Lotharingiam, deducta est a Duce Conrado usque ad silvam Carbonariam, & virtute Dei apud Laubiense cœnobium ostensa, prohibita ultra prodire, rediit impune.*

IV. *Laubienses monachi miraculo ab eorum obsidione eripiuntur.*

Guillelmus Ottonis Regis filius in Chronico a se scripto, & a Trithemio in Chronico Hirsaugiensi citato, hæc verba scripsit, quæ ad hunc annum Marianus Scotus in suum Chronicon transtulit: *Anno dominicæ Incarnationis CMLIV. indictione XII. beatæ memoriæ Dominus Fridericus, sanctæ Moguntiacensis Ecclesiæ Archiepiscopus, VIII. Kalend. Novemb. obiit. Eodem vero anno ego Wuillelmus tantæ successionis indignus, loco ejus cum consensu cleri & populi ejusdem sanctæ Sedis, XVI. Kalendis Januariis, ipsoque die pacem inter Regem Ottonem, & filium ejus Luitolfum facta, in loco Arnstedi sum electus, & in die IX. Kalendis Januariis Moguntiæ ordinatus*, die nempe XXIV. mensis Decembris, in quam Dominica cadebat. Quibus verbis intelligimus, pacem Ottonem inter & filium ejus sub hujus tantum anni finem compositam esse. Por-

V. *Pax Ottonem inter & filium ejus constituta.*

ro

IV. Ludovici obitus & Lotharii subrogatio.

IV. *Quo pariter anno* (ut Frodoardus testatur) *moritur Ludovicus Rex Francorum, cujus filius Lotharius puer apud sanctum Remigium Rex consecratur ab Artbaldo Rhemensi Archiepiscopo, favente Hugone Principe & Brunone Archiepiscopo Coloniensi, caterisque prasulibus & proceribus Francia, Burgundia & Aquitania.* Sed & eodem anno defuncto Friderico Archiepiscopo Moguntino, subrogatus est in locum ejus Willielmus filius Ottonis, cujus magna est laus ex sacerdotali constantia apud Petrum Damianum: agemus de eo suo loco. Firmavit ipse suo chirographo tempus, quo sedere cœpit, quod sic recitatum invenies apud Marianum Scotum: *Eodem vero anno Guillelmus tanta successionis indignus, loco ejus cum consensu Cleri & populi ejusdem sancta sedis, decimasexta Kalend. Januarii (ipsoque die pace inter Regem Ottonem & filium ejus Luitholphum facta) in loco Aranstadi sum electus, & die nona Kal. Januarii Moguntia ordinatus.*

V. Eodem anno celebrata est a Rodulpho Noviomensi Episcopo Synodus, & inter alia in ea stabilitum de feriando die sanctæ Hunegundis virginis, cujus corpus haud pridem inventum fuerat. In non servantes autem sanctæ Synodi decretum, divina sunt ostensa prodigia, ut illud inter alia, quod post decennium accidit, quod sic recitatur in (a) appendice ad vitam ejus:

(a) Apud Sur. die 25. Jun. t. 4.

VI. *Anno Dominica Incarnationis nongentesimo sexagesimoquarto, in ipsis feriis, beata Hunegundis, in villa qua dicitur Sasnulphi, messores frumenta secabant. Eos presbyter illorum crebro reprehenderat, dicens, se interfuisse Synodo, in qua Rodulphus Noviomensis Episcopus jussisset sancta Hunegundis festum devotissime celebrari. At illi se excusabant, quod vicinos suos cernerent laboribus insudare. Itaque Rotgildis puella, presbyteri hujus (sicut ipse nobis retulit) ex sorore neptis, colligebat spicas, quas illi messores relinquebant. Ecce autem dum se inclinat ad eas colligendas, eam, quam primum sustulit, recenti sanguine manantem conspicit. Admirans unde ille esset sanguis, rejicit spicam; tollit alteram, tollit tertiam, quartam, quintam, & multas alias, & omnes videt sanguinolentas. Territa valde currit ad patrem suum, qui tum forte in agrum exierat, indicat quid sibi acciderit. Pater eam puellari levitate ductam reprehendit, jubet redire ad coeptum opus. Illa vero trepidare, sequitur eam pater, simulque plurimas colligunt spicas cruore madidas. Inquirunt, num quis ex messoribus digito saucius sit. Illis obstupescentibus, & sancte affirmantibus, nullius lasam esse manum quasdam spicas ad Ecclesiam ferunt, offerunt presbitero, remque ei omnem exponunt. Ille ait, nisi certiora afferant documenta, se hominibus incredulis non ausum esse pro concione id indicare. Illo hoc dicente, quasi crassa quadam lacrima ex spicis sanguinea prorumpentes, gutta in terram decidunt. Tunc ille pene exanimis effectus pra timore, sicut prius timuerat indicare illud populo: ita nunc multo etiam magis celare timet, ne sua negligentia tardius ad populi notitiam perferatur.*

Ex violatis in dictis a Synodo feriis miraculum.

Data igitur signo, populum ad Ecclesiam convocat, ejus inobedientiam reprehendit, divinum exponit miraculum. Illi audito tam insolito miraculo animis consternantur: ad agendam pœnitentiam se promptissimos exhibent. Denique ab Ecclesia egressi, circumquaque vicinis suis denuntiant, ne deinceps vacent operi, sed ad Ecclesiam se conferant, rem stupen- VII.

PAGIUS

ro *Vuillelmus* Princeps fuit magnis virtutibus præditus, Ottoni Regi ex Editha priori conjuge natus. [1] Ejus meminit Baronius hoc anno num. IV. & laudata verba refert.

VI. *Moritur Ludovicus IV. Rex Francor.*

Ad num. IV. *Ludovicum Transmarinum* Francorum Regem hujus nominis IV. hoc anno naturæ debitum solvisse, Flodoardus in Chronico, aliique passim docent. Dies ejus emortualis, nempe *IV. Idus Septembris* notatus in MS. Psalterio Hemmæ Reginæ apud Remos adservato; quod confirmat Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 28. §. 9. ex Necrologio Autissiodorensi, ubi IV. Id. Septemb. laudatus *Hludovicus serenissimus Rex filius Karoli*, scilicet Simplicis; tum ex ejus Epitaphio ex MS. Codice descripto, quod in medium adducit, in quo habetur eum IV. Idus Septemb. decessisse, regnasse annis octodecim, & sceptro donatum, id est, coronatum fuisse in Ecclesia Sancti Remigii apud Remos. At argumentum ab eo epitaphio deductum nullius est roboris; cum Marlotus lib. 4. Metropolis Remensis pag. 583. testetur, versus illos in appensa tabula descriptos, esse recentioris Auctoris. Præterea Mabillonius his duobus versibus.

Re-

NOTÆ [1] GUillelmus iste ex Ottone quidem parente, sed non ex Editha matre natus fuit; cum Editha filium tantummodo Ludolfum, & filiam Liubgardam genuerit, ut Witichindus apud Pagium A. 977. 2. Matrem igitur habuit ignoti nominis, *sed nobilem, genere Sclavonicam* ait Annalista Saxo in Corpor. Histor. Eccardi tom. I. ad A. 954. col. 291. Errorem tamen hunc suum Pagius anno 975. I. agnoscit, & corrigit. MANSI

pendam visuri. Exterrentur omnes, missa faciunt opera, haud aliter quam si imminentes hostes fugerent. Orant supplices, ne cælesti ultione plectantur. Interea rusticus quidam Rotbertus nomine in eadem villa frumentum excutiens, dum hæc ad ipsum perferuntur; projicit e manibus flagellum, promittit se ab opere cessaturum. Sed homo ineptus, quasi id levius esset, scopas arripit, convertit in area frumentum. Mox vero brachium ejus obriguit; humique prostratus clamat se reum, & illico e vita abiturum. Ea res superiorem timorem auxit.

VIII. *Presbyter vero circumquaque discurrens, sanguinolentas spicas vicinarum Ecclesiarum Episcopis ostendit. Turbantur omnes, convocatisque suarum parochiarum hominibus, cum cineribus & cereis simul omnes nudis pedibus cum votis supplicibus, comitante etiam illo, cujus brachium obriguerat, & puella spicas sanguinolentas ferente, ad monasterium perpetuæ Virginis Mariæ & sanctæ Hunegundis propere contendunt: ibique prostrati fatentur culpam suam, petunt humiliter, ut Fratres pro ipsis Dominum deprecentur: quod etiam factum est. Eant jam qui non credunt huic signo, & calumnientur pariter cum eo, quod item in sanguine patratum est sub Pharaone in (a) Ægypto. Nos vero benedicamus Deum, qui mirabilis (b) est in Sanctis suis, qui dat virtutem & fortitudinem plebi suæ. Benedictus Deus in sæcula, Amen.* (a) Exod. 7. (b) Psal. 67.

IX. Hoceodem anno (c) Ratherius vir illustris inter scriptores hujus temporis, idemque Episcopus Veronensis, invidorum persecutione pulsus ab ea Ecclesia, a Brunone Coloniensi Archiepiscopo susceptus in patrocinium, ab eodem præficitur Ecclesiæ Leodiensi: de quo ista Rotgerus in Brunone: *Ratherius Veronæ, quæ civitas est Italiæ, ordinatus præsul, cum ex quadam levi suspicione, ut mos est gentis illius, ab honore sedis illius esset expulsus, Leodiensi cathedræ vacanti magna ejus industria secundum statuta Canonum incardinatus est. Quod quidem propter abundantem doctrinam & eloquentiam copiosam, qua inter sapientissimos florere visus est, non eidem Ecclesiæ solum, cui præfuit, sed & multis aliis circumquaque valde proficuum fore pu-*

(c) Rotger. in vit. S. Brun. Ep. Colon. c. 38. apud Sur. t. 5. die 11. Oct.

Ratherius ex Veron. eligitur Leodiens. Episc.

L 2

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS

Remigius Regum sanxit consulta priorum:
Huic dederas sceptrum; præstat & hic tumulum.

colligit *Ludovicum* coronatum fuisse in Ecclesia B. Remigii apud Remos; sed cum certum sit ex Flodoardo in Chronico ad an. CMXXXVI. Continuatore Aimoini lib. 5. cap. 43. & Chronicis Virdunensi, & Sancti Petri Vivi ad annum CMXXXVI. Ludovicum Lauduni ab *Artaldo* Archiepiscopo Remensi unctum fuisse, versus illi tantum significant, Ludovicum a Sancti Remigii successore sceptro donatum esse.

VII. *Ei succedit Lotharius filius.* Reliquit ex *Gerberga uxore*, Ottonis Germaniæ Regis sorore *Lotharium*, qui, ut scribit idem Flodoardus ad annum CMLXVI. conjugem accepit Emmam filiam Lotharii Italiæ quondam Regis ac Adelhaidis hoc tempore Ottoni Germaniæ Regi nuptæ. Chifflettius in Historia Trenorciensi pag. 287. observavit, *Lotharium* Ludovici patris triennio, antequam moreretur, consortem in Regno fuisse. Ibi enim refert instrumenta duo data *feria VII. undecimo Kal. Februar. anno XX. regnante Lothario Rege* anno scilicet Christi CMLXXI. littera Dominicali A notato. Fuit *Lotharius* penultimus Regum Francorum ex familia Caroli M. [1]

VIII. *Varia Ratherii Episcopi Veronensis fortuna & mors.* Ad num. IX. & seq. *Ratherius*, de quo supra, ex Veronensi Episcopatu pulsus sedit ad partes Episcopatus Leodiensis, & in verbis & Scriptis clarus habebatur. Interea Faraberto Leodiensium Episcopo mortuo, bis ab Episcopatu Veronensium depulsus, per *Brunonem* Coloniensem Archiepiscopum an. Dom. CMLIII. ordinatus est Episcopus Leodiensis, inquit Aegidius Aureæ vallis Monachus in Additionibus ad Historiam Anselmi Canonici Leodiensis cap. 45. Sed nondum turbarum finis, nam, ut ait Auctor Anonymus Libelli de Gestis Abbatum Gemblacensium. pag. 514. Tomi VI. Spicilegii Dacheriani *ab A. D. DCCCLXIII.* edi-

NOTÆ [1] L*otharius* Francorum rex, Ludovici IV. filius, post patris obitum unctus est in regem *Pridie Idus Novembris* an. 954. ut ex Clario monacho Senonensi testatur Mabillonius Annal. Bened. lib. XLV. §. LXX. Cui consonat Chronotaxis in Cod. Reg. Suec. 755. ad an. 954. ubi legitur: *Ludovicus rex totum vita sua tempus plenum ducens angustiarum, & tribulationum, tandem diem clausit extremum. Cui filius Chlotharius jam juvenilibus incrementis gaudens ipso anno Pridie Idus Novembris patri succedens, regni gubernacula suscepit civitate Remis ordinatione Hugonis Francorum Ducis.* Itaque epocha regni *Lotharii* ab an. 954. postquam inunctus est, exordiri debet. Editum est a Martenio in Collectione amplissima Anecdot. tom. I. pag. 326. 327. Lotharii Præceptum pro monasterio S. Quintini. *Actum Lauduno Nonas Augusti Indictione IV. anno XXIII. Lotharii inclyti Francorum regis.* Indictio IV. annum 976. designat. *Annus XXIII. Lotharii* exordium sumit ante *Pridie Idus Novembris* anni 954. Quare Mabillonius in Annalibus Bened. Lib. XLVIII. §. LXXXIX. notat, non uno modo in diplomatibus Lotharii annos regni signari; nam an. 979. annus XXV. regni numeratus, & an. 980. annus XXVII. Item in alio ibid. §. XCIX. dato *Pridie Kalendas Decembris, die Martis, anno XXVI. regnante Hlothario rege. Dies Martis*, inquit Mabillonius, an. 980. incidebat in *Pridie Kal. Decembris*, sed annus erat *vicesimus septimus* Lotharii a mense Octobri. At rotundo numero, ut ille putat, totus annus præcedenti tribuitur. GEORGIUS

putatum est. Simul quia in illis partibus per zelum & contentionem, unde fieri solet (a) Jac. 3. *(a) inconstantia & omne opus pravum, quidam etiam sacerdotes Domini plerumque (quod dictu nefas est) terrenæ plus justo confisi potentiæ populum imperitum scandalizabant: sæpedictus, sæpedicendus dominus Bruno Coloniensis Archiepiscopus, cui jam totius Regni dispensandi cura imminebat, ratus id quod verum fuit, hunc ejectum ante hanc & neglectum, hoc tanto beneficio ad illud fidei & veritatis fœdus adduci; ut a nemine posset reduci, ita demum os loquentium * inimica obstruere posse credidit, si nulla occasio scandali posset in eorum Episcopo reperiri.* * al. iniqua *Sed ad suam perniciem pars sinistra prævaluit. Quidquid pro eorum salute gestum est, hoc sibi pestiferum æstimabant. Quid multa? erratum est, sævitum est, nec cessatum est, donec expulsione ejus crudelitati suæ & iniquitiæ satisfacerent. Ablata est omnis spes restitutionis ejus; conspiratio enim gravissima facta est; quæ, nisi & hic penitus amoveretur, & eumdem locum Baldricus, qui erat de magnatum terræ illius prosapia oriundus, subrogaretur, sedari non posse visa est. Ad hanc sentinam tempestates undique & innumeræ confluxerunt. Navis Ecclesiæ, laborante remige, fluctuavit; gubernator ipse procellosæ tempestatis impetum ferre non potuit. Cessit igitur, cessit ne vinceretur a malo, sed vinceret in bono malum. Cessit adversantium voluntati, ut suo eos gladio jugularet. Sibi obstricti sunt sacramentorum fide spontanei, ut si accipere mererentur Episcopum, quem petebant, invicta exinde firmitate auctoritatem Ecclesiæ & jus Imperatorium tuerentur. At ne quid in hujusmodi negotio, imperfectum restaret, quod curiosis alienarum rerum investigatoribus scrupulum commoveret, cum Imperatore germano suo id effecit, ut Ratherio Episcopo bis jam destituto antiqua sedes Veronensis Ecclesiæ redderetur.* Hactenus de Ratherio Brunonis opera dato Episcopo Leodiensibus, & restituto in sedem pristinam Veronensem.

X. Porro abjectionem potius, quam canonicam depositionem fuisse Ratherii ab Ecclesia Veronensi, sicut & Petri ab Ecclesia Ravennate, testantur (b) Acta Rhemensia sub Gerberto, his verbis: (b) Act. Rhem. c. 44. *Item quæ circa Ratherium Veronensem Episcopum usu vel consuetudine provenerunt, ab omnibus abrogata sunt. Uterque enim nec abdicationis porrecto libello, nec sacerdotalibus depositis insignibus successorem acceperat, Ratherius quidem Milonem, Petrus Honestum monasterii beati Apollinaris Abbatem, quem Honestum dominus Joannes Papa, cognomento Bonus ad consecrandum prius sibi allatum vidit, quam de Petri dejectione vel fama nuntiante cognoverat.* Hæc ibi.

At non hic finis ejus angustiarum; siquidem iterum Verona, qui pulsus jam antea fuerat ab Hugone in Italia regnante, cujus expulsionis eam afferunt causam, quod in ejus pravos mores invectus est: prius vero ejectionis ea prætexta fuit causa, quod in suspicionem adductus esset, quod in Italiam contra eumdem Hugonem Arnoldum vocasset: Ob idque de triplici sua ejectione ipse lusit hoc versu: XI.

Veronæ præsul, sed ter Ratherius exul.

Reversus autem post tertium exilium in suum monasterium Lobiense, unde progressus erat, obiisseque ibi diem extremum anno primo Ottonis Secundi, qui numeratur nongentesimus septuagesimus tertius Sigebertus affirmat, in suo autem tumulo, humilitatis ergo hæc scribi voluisse, Henricus testatur: CONCULCATE PEDES HOMINUM SAL INFATUATUM. XII.

Ejus autem ingenii lucubrationes istæ relictæ fuerunt, liber scriptus in primo exilio de suis ærumnis: alius in secundo exilio, inscriptus Phrenesis: tertius in tertio, Inefficax, titulo prænotatus. Insuper ab eo constat scriptum librum de corpore & sanguine Domini. Rursus alium contra Anthropomorphitas, quorum error in Gallia Cisalpina eo tempore valde coaluerat. Alium Antagonisten nominatum, Confessionum quoque librum unum, insuper & vitam S. Ursmari Episcopi, ex cujus præfatione, sicut ex unguibus leo, cognoscitur vir fuisse eximiæ virtutis, dum (quod est in sacris (c) sententiis) *Justus in princi-pio* XIII. Scripta Ratherii. (c) Prov. 28.

PAGIUS *odibilis Deo Hubertus, frater Reginæ Tietbergæ fugato Hartreto Abbate Abbatiam Lobiensem invasit usque ad annum Domini nongentesimum quinquagesimum sextum, quo Baldricus expulso Ratherio cathedram Ecclesiæ Leodiensis accepit.* His adde quæ Fulcuinus lib. de Gestis Abbatum Gemblacensium in eodem Tomo Dacheriano cap. 24. scribit; *Exactis in hac destitutione sua Ratherius ferme biennio, deficiente ab eo militari copia, Italiam revertitur.* Addit Fulcuinus; *Cum Imperatore germano suo prædictus Bruno* (Episcopus Coloniensis, cujus Ratherius Præceptor fuerat) *id effecit, ut eidem jam bis destituto, antiqua sedes Veronensis Ecclesiæ restitueretur*, ideoque anno CMLVII. aut insequenti; sed iterum a suis Clericis male habitus est, ut ipsemet in libello de sua discordia pag. 217. & in suo Romano Itinerario pag. 265. Tomi VI. Dacheriani exponit. Quare in Monasterium Lobiense, cui præerat Folcuinus Auctor Chronici Lobiensis, reversus est. Tandem anno nongentesimo septuage-

pio sermonis accusator est sui, Dei providentiæ & justo ejus judicio cuncta tribuens, hæc habet cum memiolt de suo exilio: *Apud venerabilem nuper S. Comanæ Ecclesiæ justo Dei judicio exulans Episcopum, reperi libellum, &c.* Et in fine: *Precor interea inter hujus mundi miserrime fluctuantem naufragia orationum vestrarum contineat anchora: idipsum ab exiguitate licet postulet is mea, modo tanti peccatores non dedignetur Dei pietas intendere suffragia, &c.* Hæc ipse. Hicque status luctuosus nobilissimæ Ecclesiæ Veronensis, cui hoc tyrannorum tempore frui non licuit Episcopo suo Ratherio hujus temporis magni nominis viro, quæ alias sede digna fuit quam plurimos sanctissimos habere pastores, quibus tabulæ Ecclesiasticæ decorantur; illustratur vero adhuc amplius hoc nostro sæculo integerrimo viro Augustino Valerio digno ejus Episcopo antiqua probitate antiquioribus prædecessoribus merito comparando, doctrina autem pluribus præferendo, nostri quidem sacri Cardinalium Collegii ornamento.

Eodem anno (Ditmarus (a) ait) *cruces in vestibus apparuerunt, quod signum digne accipientibus profuit, irridentibus autem obfuit.* (a) Ditm. l. 2. Chr.

An-

PAGIUS gesimo quarto obiit Ratherius, sed non apud *Lobias*, ut eo anno Sigebertus in Chron. habet, verum *apud Namucum* (seu Namurcum), *cum ibi forte cum Comite moraretur*, ex eodem Folcuino citato. *Ratheris* vexationes fuse declarat Mabillonius Sæculo V. Benedicti, no in ejus Elogio Historico, ubi & de variis ejus Operibus agit, quorum aliqua edita sunt Tom. II. & XII. Spicilegii Dacherii, qui Tom. II. enumerat ea, quæ nondum lucem viderunt.

I. Obitus Agapiti Pap. Annus Redemptoris sequitur nongentesimus quinquagesimusquintus, Indictione decimatertia; quo ingens perturbatio Ecclesiam Romæ invasit: quo sanctissimo Agapito bene functo munere pastorali ex hac vita migraute, cum annos novem, menses septem, & dies decem sedisset (quonam autem mense vel die decesserit, antiquorum nemo prodit, recentiores vero suo id arbitratu divinant) ipse quem diximus anno superiori Octavianus Alberici filius Urbis Princeps Apostolicam Sedem invadit. Cui etsi omnia, quæ conveniunt ad legitimam electionem suppetiissent, ex ætate tamen longe dispari, ut legitime ordinari potuisset Episcopus, redarguitur illegitime electus, qui (ut ostendetur) juvenculus erat vix pubertatis annos excedens. De invasione vero ejus Sedis acturis nobis repetenda sunt hic recitata anno superiori verba Ftodoardi temporis hujus scriptoris fidelissimi, hæc dicentis: *Alberico Patricio Romanorum defuncto, filius ejus Octavianus, cum esset clericus, principatum adeptus est: qui que postea, defuncto Agapito, suggerentibusque sibi Romanis, Papa Urbis efficitur.* Hæc anno superiori.

II. Joannes XII. intruditur Pap. Albericus autem pater ejus munitionem sancti Angeli, quæ dominabatur Romæ, Hugone Rege pulso (uti dictum est) occupaverat, & Romanæ Urbis principatum, sibi pariter vendicaverat; cujus successor: filius & ipse tyranni hæres, tyrannus duplex efficitur malorum consilio, dum etiam in Ecclesia ambiens Principatum, summum Pontificatum usurpat, quo totius orbis Christiani principibus spirituali regimine præsit. Adduot faces homines factiosi insano puero, ut quæ ejus ætatem superant, audeat atque perficiat. An autem ipse hoc tempore plenam pubertatem expleverit, ex his, quæ Luitprandus, qui cuncta habebat præ oculis, scribit, possumus dubitare, dum recitat Ottonis Imperatoris verba de ipso dicentis: Puer est, facile bonorum mutabitur exemplo virorum. Hæc Otto, dum excusat in adolescentulo audita scelera, plane significans ejus ætatem, qua plenam ephæbiam non excesserat.

III. Ætas Joannis cum Pontificatum invasit. Verum & illud magnopere considerandum est ad rei veritatem investigandam, quod quando Otto Imp. dicebat ista, octavum ipse agebat in Pontificatu annum, ut quæ suo loco inferius dicturi sumus declarabunt. At quot annorum Octavianus hoc tempore esse potuit, qui puer & puerilia gerens, nominatus fuit ab Imperatore post annos octo? erit & hoc adeo difficile reperire, si nuptiarum patris & matris ejus recta ratio certi temporis habeatur. Constat quidem, Luitprando auctore & aliis, quod pater ejus duxit uxorem Aldam Hugonis Regis filiam (ut dictum est) anno nongentesimo trigesimo sexto circa finem ejus: adeo ut ipse etiam si primogenitus fuit, non potuerit nasci ante annum trigesimum septimum: qua ratione dicendum esset, ipsum ad summum nonnisi annos decem & octo habere potuisse, cum invasit Pontificatum.

IV. Cur receptus Pontifex illegitimus. Verum ipsum non fuisse primogenitum, ex eo possumus intelligere, quod cum constet ante hæc vitam clericalem amplexum esse, alium cui principatus deberetur, natum esse ante ipsum oportuisse. Sed demus primogenitum ipsum fuisse, primoque anno conjugii natum, certe (ut dictum est) nonnisi agentem decimumoctavum creatum Pontificem oportuit. Abortivum istum tunc parturiit Romæ tyrannis vi pollens, armis omnia miscens, omnia audens atque subvertens, ut nullo pacto dicendus tunc fuerit legitimus iste Pontifex, in cujus electione lex nulla sit suffragata, sed omnia vis & metus impleverint: cum qui nec ætate diaconus esse potuit, ostensus sit tamquam in scena mimus Pontificem agens. Attamen accedens consen-

sus

PAGIUS

SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6448.

Anno Eræ Hisp. CMXCIII. Anno Hegiræ CCCXLIV. inchoato die 27. Apr. fer. 6. A.C. 955. I.

☉ 12. G. ☽ 6. P. 25. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 955.

AGAPITI II. PAPÆ 10.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 44.

Anum. I. ad. V. *Agapiti* II. Pontificis Romani obitum hoc anno a Baronio male collocatum Papebrocius in Conatu Chronico-Historico in annum sequentem recte differt, sed quod ait, eum sedisse annos IX. menses VII. die X. mortuum die XVIII. Martii, & XXIII. ejusdem mensis *Joannem* XII. antea *Octavianum* appellatum consecratum fuisse, vetera Monumenta refellunt. Rubeus enim in Hist. Ravennensi lib. 5. pag. 258. & seqq. mentionem facit chartæ datæ *anno quarto Joannis Pontificis, regnante Berengario & Adelberto ejus filio anno X. quarto Idus Mai, indict. III. Ravenna*, anno scilicet Christi CMLX. Quare Joannes XII. post diem duodecimam mensis Maii sequentis Christi anni Pontificatum suscepit. Præterea ejusdem Archiepiscopi tabulas memorat *nono Kalend. Sextil.* an- *Agapitus II. anno sequente demortuus*

Ex Octaviano Joannes.

sus, hunc toletaadum utcumque perditissima illa tempora suaserunt magis, quam Ecclesiam schismate sciadere, cujus vitandi causa, utpote mali omnium pessimi, universa Catholica Ecclesia eum est venerata Pontificem, minoris sciens esse mali monstruosum quamtumlibet caput ferre, quam duobus capitibus infamari, & secari corpus unum in duo. Hic autem revera primus inventus qui mutavit sibi nomen, ut qui ex Octaviano, voluerit nominari Joannes, pro mutata, non exuta tyrannide: nam qui dictus est a patre ob temporale Urbis dominium Octavianus, ob spirituale nomen Joannes appellari idcirco voluit, vel

PAGIUS *anno septimo Joannis Pontificis imperante Ottone in Italia anno secundo* confectas, idemque die vicesima quarta mensis Julii anni CMLXIII. Ex quo consequens est, Joannem XII. anno CMLVI. post eumdem diem ordinatum esse Pontificem Romanum. Denique refertur ibidem quædam donatio Petro Archiep. Ravennensi & ejus successoribus facta *XIII. Kal. Septemb. indict. VI. Ravenna, anno Joannis Pont. Max. septimo*, anno scilicet Christi CMLXIII. ac die vicesima mensis Augusti. Quare eo die ac mense Joannes XII. anno CMLVI. nondum Pontificatum gerebat, ideoque quæcumque de duratione & fine Pontificatus Agapiti II. Joannis decessoris Papebrocius in medium profert, stare non possunt, constatque Agapitum II. decimum Pontificatus annum prætergressum esse. [2] [s] Quamobrem apud Marianum Scotum, Martinum Polonum, ac quinque ex nostris Catalogis supra menses & dies mendose descriptos, Agapito II. anni decem accurate assignantur. Pontificatum inierat anno nongentesimo quadragesimo sexto ante diem decimum quintam mensis Junii, annoque CMLVI. post diem XX. mensis Augusti e vivis excessit, mense & die incertis, post-

NOTÆ [1] QUæ a Rubeo afferuntur literæ Joannia XII. cum iis temporia characteribus, de quibus hic apud Pagium suspicionis merito arguerentur; nam aliæ ejusdem Pontificis literæ, alias temporum notas exhibent. Extant apud Ughellium in Beneventanis tom. 8. pag. 57. novæ edit. literæ ejusdem Pontificis datæ XVIII. Kal. Januarii, anno Pontificatus ejus secundo, Indict. XV. nempe anno 956. e cujus Septembri Indictio 15. more Romano ejus ætatis constanti, cœperat. Ex his ergo constat optime a Baronio Joannis initium, & Agapiti exitum cum anno 955. illigatum fuisse; alias enim anno 966. Joannes non secundum, sed primum adhuc Pontificatus annum egisse. Id etiam confirmat ejusdem Joannis Constitutio pro erectione Archiepiscopatus Magdeburgensis, & Episcopatus Merseburgensis, vulgata in Amplissima Collectione Monumentorum t. I. col. 317. Signatur hæc die 2. *Id. Februarii anno Pontificatus Domini Joannis septimo Imperii Domini piissimi Augusti a Deo coronati magni Imperatoris anno primo Indict. V.* nempe anno 962. quo annum septimum Joanne agente constat utique initium ejusdem, non quidem ab anno 956. post mensem Augusti, sed ab anno 955. vel saltem a Januario anni 956. duci oportere. Ex his postremis Joannis XII. literis ne credas Magdeburgensis Archiepiscopatus initia ab anno 967. cui illigantur, revocanda esse ad hunc annum. Cum Joannes quidem illas hoc anno dederit; sed eo deinceps ab Imperatore sese abalienante; nonnisi sub Joanne XIII. ejus successore, id executioni mandatum fuit, ut docet Annalista Saxo Eccardi ad A. 962. Denique in Chronico Vulturnensi, in tom. I. par. 2. Rerum Italicarum, extat Bulla ejusdem Joannis anni 962. cum his temporis characteribus: *Scriptum &c. mense Julio, Indict. V. in Sacratissima Sede B. Petri Apostoli, VII. anno pontificatus Domini Joannis*. Ex his constat Joannem Pontificatum cœpisse ante Julium anni 956. & post Julium anni 955. Accedit demum Bulla hujus Pontificis, quam Pagius ad A. 957. 12. commemorat, data IV. Nonas Januarii, anno primo Pontificatus Joannis, indictione XIV. Pertinet hæc ad annum 956. ac saltem probat Joannem vel exeunte anno 955. vel ipso statim ineunte an. 956. cœpisse. Nec est cur mendosam Indictionis notam eum Pagio ibidem comminiscamur; nam bullæ hujus cum reliquis ejusdem Pontificis, a nobis hic indicatis, consensus ab omni mendi suspicione illam liberat. MANSI

[2] MEnse *Novembri* an. 956. adhuc in cursu erat annus *primus Johannis XII.* Regestum Sublacense pag. 75. *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Joannis summi Pontifici & universali XII. Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli primo, Indict. XV. mense Novembrio die XIV. Indictio* inchoatur ex more *a Kalendis Septembris* an. 956. *Gratianus in Dei nomine Consul & Dux* pro remedio animæ suæ donat *Leoni* Abbati Sublacensi, ejusque monasterio *terram sementariciam ad modiorum plus minus tres positam foris portam majorem non longe a muro ipsius civitatis Romana*. Jurant *per Deum omnipotentem Sancta Sedis Apostolica, seu salutem Johannes XII. Papa*. Ibid. pag. 27. ejusdem diploma eidem *Leoni* Abbati pro eodem monasterio. In fine legitur: *Scriptum per manum Leonis scriniarii & notarii sancta summa Sedis Apostolica in mense Majo. Indictione supra jam dicta prima. Bene valete*.

Datum VI. Idus Mai per manum Marini Episcopi sancta Polimartiensis Ecclesia & Bibliothecarii summa Apostolica Sedis, anno Deo propitio Pontificatus Domni nostri Johannes summi Pontificis & universalis X. (Hinc visitur litura, ubi aliquis numerus abrasus est) *Papa in sacratissima Sede B. Petri Apostoli tertio, in mense & Indictione supeascripta prima*. Annus *tertius* Pontificatus, & indictio *prima* nulli alii, quam *Johanni XII.* accommodari possunt. Ibid pag. 54. habetur *Judicatum*, seu *Breve memoratorium* ejusdem *Johannis XII.* cujus exordium, licet alia manu, ut ex atramento nigriore apparet, suppletum est, tale est: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis & universalis XII. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli Indictione prima mense Maio die . . .* Librarius annum Pontificatus, & diem mensis. Cæterum ex Indictione *prima* est annus 958. Ibi *Leo* Abbas S. Benedicti Sublacensi narrat, Dominum Papam venisse Sublacum ibi-

vel quod eo nomine ejus patruus, Joannes XI. Papa sit appellatus, vel ut in nomine saltem bene posset audire in adulatoriis acclamationibus, quibus male usurpatum proferri soleret sacrum illud elogium (a): *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes.*

(a) Joan. 1.

Hoc eodem anno magno Dei beneficio contigit, ut Otto Rex Germaniæ infestissimos barbaros Huunos in Germaniam se confertissimo exercitu infundentes deleverit: Testatur id Frodoardus hoc anno. Quam quidem victoriam longe ante fuisse a sancto Udalrico divina re- V.

Ungarorum nova, & omnium numerosissima irruptio.

PAGIUS postquam sedisset annos decem, & aliquot menses. *Joannes* XII. primus ex Pontificibus Romanis fuit, qui nomen mutaverit, uti Baronius observavit. Quam pravis moribus *Joannes XII.* imbutus fuerit, liquet ex iis quæ Baronius anno CMLXIII. num. V. & seqq. de eo refert.

A num. V. ad IX. *Otto* Germaniæ Rex celebrem hoc anno die decima mensis Augusti sancto Laurentio sacra insignem victoriam *de Hungaris* reportavit, de qua Witichindus lib. 3. Ditmarus, Auctores Vitarum Sanctorum Udalrici Episcopi Augustani, ac Brunonis Archiepiscopi Coloniensis, aliique mentionem fece- II.

Bellum Hungaricum.

NOTÆ ibique cognovisse de iniuriis, quas monachi perpessi fuerant postquam *Domnus Albericus* (Johannis XII. pater) ex hac vita migravit. Hinc residente eodem Pontifice *cum venerabilibus Episcopis, videlicet Marino Polimartiensis Ecclesia & Bibliothecario Sancta Sedis Apostolica, Constantino Portuensis, Johanne Tiburtinensis, seu Romanis Judicibus Georgius Secundicerio, Leo protoscrinario, & nobilibus* &c. Auditæ sunt utræque partes a Pontifice, Episcopis, & cæteris Judicibus; prolata sunt privilegia, quibus visis & auditis, pœnas parti adversæ remisit Pontifex, deinde monasterio loca quædam confirmat, & iterum concedit. Subscribunt.

☧ Marinus Episcopus & Bibliothecarius S. R. E. In hac breve recordationis ut supra legitur interfui & manu propria subscripsi.
† Johannes humilis Episcopus S. Tiburtinæ Ecclesiæ.
☧ Benedictus exiguus Sanctæ Sedis Apostolicæ diaconus huic breve memoratorio interfui & subscripsi.
† Georgius Dei providentia Secundicerius S. Sedis Apostolicæ in hac breve memoratoria interfui & subscripsi.
† Stephanus nobili viro.
† Theophilactus.
Ego Leo Scriniarius & tabellio urbis Romæ scriptor hujus cartulæ & post testium subscriptione, & traditione facta complevi & absolvi.

Alia charta in eodem Regesto pag. 74. ita incipit: *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis & universalis XII. PP. in sacratissima sede B. Petri Apostoli quarto Indictione II. mense Februario die IX.* Ex Indictione *secunda* est annus 959. Ibid. pag. 99. col. 2. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johanni summi Pontifici & universali XII. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli quarto, Indictione III. mense Novembrio die* . . . . Et hic Indictio inchoata a *Kal. Septembris* an. 959. denotat. Ibi *Marozza Senatrix omnium Romanorum* pro remedio animæ suæ donat *Leoni* Abbati Sublacensi filum Salinæ positum in *Serpentaria*. Jurat per salutem *Domni Johannis* XII. PP.

† *Signum manus suprascripta Marozza Senatrix, qua hanc chartam offertionis in suprascripto monasterio S. Benedicti de filo Salina posito in Serpentaria fieri rogavi.*

Benedictus Scriniarius & tabellio urbis Roma.

In eodem Regesto pag. 148. habetur chartula donationis, & oblationis, quæ incipit: *Anno Deo propitio Pontificat. Domni Johannis XII. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli VI. Indict. IV. mense Aug. die VIII.* quod est. A. D. 961. Ibi *Johannes gratia spiritus sancti humilis Episcopus Sancta Narniensis Ecclesia & Bibliothecarius Sancta Sedis Apostolica hunc parvum munusculum studeo offerre tibi B. Benedicte confessor Christi.* Donat & offert monasterio S. Benedicti Sublacensi petias duas vineæ *bobarica* positas *via Appia* milliario ab Urbe plus minus XV. in fundo *nebula* Jurat per salutem *Johannis XII. PP.* subscribit.

† Johannes gratia Dei Episcopus S. Narniensis Ecclesiæ. Ita alia ibidem pag. 260. Chartula die *IX. Augusti* data cum iisdem Chronologicis notis.

Chartula donationis ibidem pag. 147. *Anno Deo propitio Pontificat. Domni Johannis summi Pontif. & universali XII. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli VIII. Imperii Domni & perpetui Augusti Ottoni a Deo coronato anno II. Indict. VI. mense Madio die XIX. Maroza venerabilis Diacona* pro remedio animæ suæ, & *de Leone*, & *Jorga* quondam bonæ memoriæ *genero*, & *filia sua* monasterio Sublacen. & *S. Erasmi* nempe *Johanni* ejusdem monasterii Abbati tres petias *vinea bobarica* positas in territorio Aricien. in fundo qui vocatur *Laterani & Aginti*. Jurat per salutem *Johannis XII. Papa*.

Subscriptiones.

† Maroza ven. diac.
Andreas Scriniarius S. Sedis Apostolicæ testis.
Theophilactus eminentissimus consul testis.
Adrianus nobilis vir testis.

Ex his Chronologicis notis, & præsertim ex ea, in qua die IX. *Februarii*, Indictione *secunda* annus Pontificatus *quartus* prænotatur, apparet exordia Pontificatus alliganda esse A. D. 956. circa mensem *Februarium*. GEORGIUS

revelatione præcognitam, qui res ab eo gestas fideliter est prosecutus, affirmat: *Indicavit ei* (inquit) *venturam supergressionem Ungarorum, & loca belli, & quamvis laboriose, tamen victoriam Christianis concessam esse nuntiavit.* Et inferius: *Altero pro certo statim anno, quod est anno Incarnationis Domini nostri JESU Christi nongentesimus quinquagesimusquintus tanta multitudo Ungarorum erupit, quantam tunc temporis viventium hominum nemo se antea vidisse in ulla regione profitebatur: & Noricorum regionem a Danubio flumine, usque ad nigram silvam quæ pertinet ad montana, simul devastando occupavit; & cum Lecum transcenderet, & Alemanniam occuparet, Ecclesiam sanctæ Afræ concremavit, & totam provinciam a Danubio usque ad silvam deprædavit, & maximam partem usque ad Hilaram fluvium igne combussit: Augustam autem civitatem obsedit, quæ tunc inter suo turribus circumdata muris, firma ex se ipsa non fuit. Sanctus autem Antistes magnam valde multitudinem optimorum militum secum intra septa civitatis collocatum habebat, ex quorum agilitate & audacia civitas fortiter firmata, Deo juvante, confidebat.* Subiicit auctor de diligenti studio ab ipso sancto Episcopo tunc exhibito, quando stola tantum sacerdotali munitus, non galea, non clypeo tectus, huc & illuc equo vectus discurrens inter arma perseveravit illæsus. Hæc die: nocte autem quid ageret, sic subdit:

VI. S. Udalricus propugnator Augustanæ civitatis. *Ille autem totum spacium noctis in oratione pernoctans, religiosas mulieres in civitate congregatas concitabat, ut una pars earum cum crucibus ad Dominum devote clamando intra circumirent; & altera pars clementiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ pro defensione populi, & pro liberatione civitatis studiosissime pavimento prostrata flagitaret. Ipse autem minimam particulam noctis ante matutinam horam corpus requiei soporis indulsit, ut matutinis laudibus expletis, aurora primum irrumpente, salutaris sacrificii hostiam Deo libare licuisset. Ministerio sacro peracto, viatico sacro omnes recreavit, humiliique admonitione persuasit, ut in fide recta persistentes, spem suam in Domino componere non dubitarent, indicens eis omnigenam sponsionem consolationis, & annuntians psalmographi David verba dicentes* (a): *Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, &c.* Sic plane accidit secundum illud (b) Apostoli: *Sancti per fidem castra etiam verterunt exterorum*, ut plane non minori virtute ipse Augustanam defenderit civitatem, quam Otto Rex eos pugnando deleverit: de quo mox subiicit ista:

(a) Psal. 22.

(b) Hebr. 11.

VII. Ingens Ottonis victoria adversus Ungaros. *Rex igitur cum tantum exercitum Ungarorum perspexisset: æstimavit non posse ab hominibus superari, nisi Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cujus adjutorium confidens, suorumque consolationibus Principum roboratus, bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cum multa cæde utrobique cecidissent, & hi interfecti qui ad occisionem a Deo prædestinati erant: gloriosa victoria Ottoni Regi a Deo, cui nihil est impossibile, data est, ita ut exercitus Ungarorum in fugam versus, virtutem prœliandi ultra non haberet. Et quamvis incredibilis numerus illorum occisus fuisset, tantus tamen adhuc exercitus eorum remanebat, ut hi, qui de propugnaculis Augustæ civitatis eos venire conspexerant, non pugna lacessitas eos rediro* exe-

PAGIUS cere. Hanc his verbis Witichindus, qui hoc tempore vivebat, narrat: Otto Germaniæ Rex *ingressus Saxoniam circa Kal. Jul. obvios habet Legatos Ungarorum tanquam ob antiquam fidem & gratiam eum visitantes, re autem vera, ut quibusdam, videbatur, eventum belli civilis* (quod exeunte Decembri superioris Christi anni finem accepit) *considerantes. Quos cum secum aliquot diebus retinuisset, & aliquibus munusculis donatos emisisset in pace, audivit a nunciis fratris, Ducis scilicet Bajoariorum, quia ecce Ungari diffusi invadunt terminos tuos, statuuntque tecum inire certamen. His auditis Rex quasi laboris oblitus, quem præterito bello toleravisset, cœpit ire contra hostes, sumtis secum paucis admodum ex Saxonibus, eo quod jam bellum Sclavonicum urgeret. Castris positis in confiniis Augustanæ urbis, occurrit ei exercitus Francorum, Bajoariorumque. Cum valido quoque equitatu venit in Castra Cunradus Dux* (sc. Franconiæ, antea Lotharingiæ): *cujus adventu erecti milites jam optabant non differre certamen. Nam erat natura audacis animi & quod rarum est audacibus, bone consilio; & dum eques & dum pedes iret in hostem, bellator intolerabilis, domi militiaque sociis charus. Igitur ab utriusque exercitus latrocinantibus agminibus notificabatur, non longe exercitum ab altero fore. Jejunio in castris indicto, jussum est omnes in crastinum paratos esse ad bellum.*

III. Acies Ottonis. *Primo diluculo surgentes pace data & accepta, operaque sua primum Duci, deinde unusquisque alteri cum sacramento promissa erectis signis procedunt e castris numero quasi octo legionum. Ducitur exercitus per aspera & difficilia loca, ne darent hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus utuntur acerrime, arbustis ea protegentibus. Primam & secundam tertiamque legionem direxerunt Bajoarii, quibus præfuerunt Præfecti Ducis Henrici: nam ipse bello interim aberat, eo quod valetudine corporis laboraret, qua & mortuus est. Quartam vero ordinavere Franci, quorum Procurator & Rector erat Dux Cunradus. In quinta quæ erat maxima, quæ & dicebatur, Regia ipse Princeps vallatus lectis ex multis militum millibus, alacri-*

existimaverant, donec prætereuntes civitatem, ulteriora Lici fluminis litora festinando repetere cognoverunt. Rex autem cum suis eos sequens, & quibus se conjungere potuit occidens, vespertina hora diei pervenit ad Augustam. Sed & sequenti die eosdem in sequendo delevisse testatur, eorumque Reges Ratisponam perductos in ipsorum ignominiam laqueo suspendisse. Celebrata est omnium ore tanta victoria, quam obtentam tradunt die S. Laurentii, ex qua vix septem vel sex fugientes evasissent. Namquam autem apud nostrates talem esse auditam victoriam, apud Reginonem testatur auctor, qui Auctarium ad ejus historiam apposuit. De hac victoria Ottonis adversus Ungaros meminit etiam Ditmarus hujus temporis scriptor, aitque: *quod pugnaturus Otto adversus eos in die S. Laurentii martyris vovit eidem Sancto dedicare Episcopatum Mersepurgensem, quando & exurgens post celebratam Missam a sancto Udalrico Confessore Episcopo Augustano, post sacram acceptam ab eo communionem, hastam sacram accepit & pugnavit & vicit.* Hæc quidem ipse libro secundo sui Chronici. His quoque addimus de eadem perinsigni victoria tunc adversus Ungaros obtenta, quæ & ipse ultimus scriptor (a) Rotgerus in vita Brunonis Archiepiscopi Coloniensis, ait his verbis: *Imperator indici sanxit jejunium ipsa die, quæ tunc erat in Vigilia sancti Laurentii martyris, pro cujus interventu sibi populoque suo ipsum Deum poposcit esse refugium.* Hæc fuit Christiani Principis ad victoriam strata via, nempe jejunium, per quod Sanctorum sibi conciliaret auxilium.

(a) Apud Sur. t. 5. die 11. Octobr.

VIII. Porro ingentes gratiarum actiones repensas Deo, Deique Genitrici Mariæ, omnibusque Sanctis pro tam gloriosa consecuta victoria, qui res Saxonum prosecutus est (b) Crantius tradit. Qui vero suis præsto fuit propugnantibus civitatem præsul sanctissimus Udalricus, eosdem post bellum quos liberavit, aluit cives, clericisque inopia laborantibus necessaria ministravit, locaque sancta incensa restituit, S. Afræ Ecclesiam in loco ipsi divinitus ostenso ædificavit, aliaque addidit pia opera tanto Antistite digna.

(b) Cran. hist. Sax. l. 4. c. 6. 7.

IX. Hoc pariter anno Anglicana Ecclesia, defuncto optimo Rege Edredo, sive Eadredo, succedente Eduino Edmundi Regis filio, voluptuoso viro, sacrarum legum contemptore, nonnihil est perturbata, S. Dunstano ipso Regni exordio in exilium relegato, eo quod ipse eum e sinu impudentissimæ feminæ violenter abstraxisset. Quomodo autem ista se habue-

PAGIUS *crique juventute, eorumque eo Angelus, penes quem victoria, denso agmine circumseptus. Sextam & septimam construxerunt Suevi, quibus præfuit Burchardus, cui nupserat filia fratris Regis. In octava erant Bohemi electi milites mille, armis potius instructi, quam fortuna: ea qua & sarcina omnes & impedimenta quæque, quasi ipsa esset tutissima quæ esset novissima.*

IV. Prælium. *Sed aliter eos actum est ac arbitrabatur: nam Ungari nihil cunctantes Lech fluvium transierunt circumeuntesque exercitum extremam legionem sagittis lacessere cœperunt, & impetu cum ingenti vociferatione facto, aliis cæsis, aliis captis sarcinis omnibus potiti, ceteros legionis illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam ac sextam aggressi plurimis ex eis fusis, in fugam verterunt. Rex autem cum intellexisset bellum ex adverso esse, & post tergum novissima agmina periclitari, misso Duce cum quarta legione captivos eripuit, prædam excussit, latrocinantiaque hostium agmina perturbavit. Fusis latrocinantibus undique adversariorum agminibus, signis victricibus Dux Cunradus ad Regem revertitur: mirumque in modum cunctantibus veteranis militibus gloria victoriæ utebatur, cum nova milite & fere bellandi ignaro triumphum peregit.* Paulo post: *Totum pondus prælii ex adverso jam adesse conspiciens Rex exhortandi gratia allocutus est socios suos hoc modo &c. Et his dictis arrepto gladio & clypeo, ac sacra lancea ipse primus equum in hostes vertit, fortissimi militis ac optimi Imperatoris officium gerens. Hostium audaciores primum resistere, deinde ut socios viderunt terga vertere, obstupefacti, nostrisque intermixti extinguntur. Ceterorum vero alii equis fatigatis, villas proximas intrant, circumfusique armatis cum mansis pariter concremantur: alii flumen contiguum transnatantes, dum ripa ulterior ascendentes non sustinet, obvolvuntur & pereunt.*

V. Victoria Ottonis. *Eo die castra invasa, captivique omnes erepti: secundo die ac tertio a vicinis urbibus reliqua multitudo in tantum consumta est, ut nullus aut rarus evaderet. Sed non adeo incruenta victoria fuit de tam sæva gente; Chunradus quippe Dux fortiter pugnans animi fervore solisque ardore, qui eo die nimius erat accensus æstuat, vinclisque loricæ solutis, dum auram captat, vulnere sagittæ adverso gutturis defixa cadit: cujus corpus juxta Regis imperium honorifice collectum transportatur Vuormatiam, ibique sepelitur, Vir omni virtute animi ac corporis magnus atque famosus, cum fletu & planctu omnium Francorum. Tres duces gentis Ungariæ capti, ducique Henrico præsentati, mala morte, ut digni erant mulctati sunt: suspendio namque crepuerunt. Triumpho celebri Rex factus gloriosus, ab exercitu Pater Patriæ, imperatorque appellatus est. Decrevit proinde honoribus & dignis laudibus summæ divinitati per singulas Ecclesias & hoc idem Sanctæ Matri ejus per nuncios demandans, cum tripudio & summa lætitia Saxoniam victor reversus a populo libentissime suscipitur: neque enim tanta victoria quisquam Regum intra ducentos annos ante eum lætatus est.* Pugnatum fuisse in die Sancti Laurentii Martyris Ditmarus, aliique affirmant.

VI. Ad num. IX. & seq. Edredum Angliæ Regem piissimum hoc anno ad Deum migrasse, qua-

(a) *Osbert. in vit S. Dunstan. S. Tim. 1. 22. apud Sur. die 19. Maii to. 3. & Floriac. hist. Mat. Westmonaster. hoc an.*

buerint, narrat (a) Osbertus his verbis: *Erat in illis diebus mulier quædam ex magna & alta progenie filiam adultam secum habens. Utramque, quoniam ad corpus spectat, formosa species decorabat. Sed quod pudicis mentibus non parvæ offensioni erat, libidinosus animus & habitus, qui juxta in eis opinabantur, eamdem speciem valde decolorabant. Hæ præfato Regi Eduino assidue adhærebant suis blanditiis & nutibus illecebrosis, pro viribus operam dantes, quatenus unam earum sibi in conjugium copularet. Ad quas ille, impudico illiciti amoris desiderio fervens, indecenti amplexu, nunc hanc, nunc illam, neutrius ad aspectum in hoc erubescens, distringebat. Præterea die quo ipse Eduinus in Regem est consecratus, a loco convivii, in quo cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, totiusque Regni Principibus sedebat, jam pransus exilit, & relictis omnibus, in cameram, ubi præfatæ feminæ erant, solus secedit, capitique corona sublata, se inter illas medium jecit. Quod optimates cognoscentes, oppido indignati sunt, & rem tractantes inter se, Odonem Archiepiscopum Cantuariensem, qui dignitate cæteris eminebat, unanimiter hortari cœperunt, quatenus viros mitteret, qui Regem sive volentem, sive nolentem festino reducerent.*

X. *Ad quod agendum cum hi & illi regiam iram metuentes se excusarent, tandem super Dunstanum & ejus consanguineum Kinsinum Episcoporum sententia versata est. Qui ex præcepto summi Pontificis & aliorum omnium ingressi ad Regem, eum (ut dixi) in medio duarum illarum decubantem repererunt. Tunc Dunstanus primum in ignominiosas mulieres aspera increpationis verba vultu & voce contorquens, lascivias earum, sicut verum castitatis amatorem decuit, detestatus est. Deinde Regem ut se tanti opprobrii exortem faceret, monent, ad proceres eum redire, eosque sua præsentia exhilarare summissa voce precatus est. Qui animi sui furore similiter & vultus sui rubore perfusus, dum se redditurum omnino negaret; Dunstanus manum illius arripuit, & a loco violenter abstractum, imposito capiti ejusdem diademate, ad convivantes introduxit. Quod mulieris ignominia nullatenus æquanimiter ferens, sævis verborum invectionibus in virum surrexit, & se eum confusioni perpetuæ tradituram, garrula contestatione devovit. Et hoc quidem detestabile votum, non tepescente malitia ejus, facto exercere sollicita postmodum fuit. Effecit namque apud Regem, ut cuncta, quæ in Dunstani monasterio habebantur, diripi ac devastari, & ipsum e Regno eliminatum in exilium pelli juberet.* Hæc Osbertus ejus temporis auctor. Quomodo autem, vindice Deo, Rex ob scelus in virum sanctum commissum pellendo eum e Regno, ipse e Regno fit expulsus, & quæ causa ejus exilii fuerat femina scelestissima, ab iisdem Regis persecutoribus necata sit, idem auctor inferius narrat. Sed hæc nobis satis ad institutum.

Dunstanus Regem e medio impudicarum feminarum abstrahit.

XI. Eodem anno defuncto Ordonio Rego Legionensi, relicto filio Veremundo adhuc impubere, Regni habenas mode-

Ann. Eccl. Tom. XVI.

M 2 ran-

PAGIUS *Moritur Edredus Rex Angliæ.*

unanimi consensu Scriptores Anglici tradunt. Ei successit Edvvius Edmundi Regis, qui ante Edredum regnavit, filius, qui propter ætatis defectum patri non successerat. *Cum Rex Edredus*, inquit Auctor Vitæ Sancti Odonis Archiepiscopi Cantuariensis num. XII. *transitoriam vitam vita perenni permutasset, Edvvi filius supra memorati Regis Edmundi in Regem electus est; qui moribus & ætate juvenculus, juvenum quos sibi comites atque satellites associaverat, mox cœpit consiliis uti, spretis senibus, quos vita, moribus & ætate magna præditos industria & auctoritate constabat. Unde correptus a fortissimo milite Christi Odone, aliquantisper se temperabat, verens ne si illum omnimodis non audiret, Regiæ dignitatis benedictionem ultra votum suum sibi dare differret. At ubi eadem benedictione potitus est illico quasi effrænus effectus, omnes cordis sui sequebatur affectus. Factus est igitur voluptatum magis quam Dei, luxuriæ quam sobrietatis, libidinum quam castitatis amator. Ibat itaque juxta desideria cordis sui, & iniquum gerens in suis benedicebatur. Super hæc ea die qua regni coronam in conspectu totius Ecclesiæ in capite gessit, gravis infamiæ notam tanta gloria & sibi injecit. Cum enim post Officium Ecclesiasticum una cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque Principibus regni jam pransus sederet, subito exiliens, & relicto consortio omnium in secretiorem se se cameram contulit, duarum feminarum illic eum opperientium stupri ardore accensus infandum consortium expetens: qua res confidentium mentes magni pudoris mœrore dejecit. Habito autem consilio inter eos quid facto opus esset, missus est ab Archiepiscopo & Primoribus his, cujus superius mentio facta est, venerabilis Abbas Dunstanus, Regem ab illicitis amplexibus abstrahere, & ad Regiam sedem inter Principes revocare. quod & factum est. Quapropter Rex vehementi furore turbatus, Dunstanum suis omnibus spoliatum exilio damnavit, & extra Angliam trans mare fugavit. Fecit & alia innumera mala, quæ quoniam alias latius, licet non omnia, digesta sunt, hic tantummodo pauca ea tetigisse sufficere ratus sum.* Nec aliter de Edvvio Scriptores Anglici loquuntur. Porro Dunstani exilium, quod Baronius ex ejus Vita hoc anno narrat, pertinet ad annum sequentem, ut ibi monstrabimus. Chronographus Saxo nuper editus Edredum seu Eadredum mortuum dicit *festo sancti Clementis*, nempe die XXIII. Novembris.

VII. Ad num. XI. Mortuo hoc anno *Ordonio* Legionis Rege, & Veremundo ejus filio adhuc impubere *Sancius Crassus* Ordonii frater Regni regimen suscepit, uti Baronius narrat.

Obitus Ordonii Legionis Regis.

VIII. Henricus Ottonis Germaniæ Regis frater ac Bo-

randas suscepit Sancius Crassus ipsius Ordonii frater. Quod fertur de ingenti victoria monitu Pelagii Eremitæ hoc tempore obtenta per Ferdinandum Gundisalvum, an veritate subsistat, consule Ambrosium, cæteris a nobis historicis rerum Hispanarum præferendum.

Se-

PAGIUS *Moritur Henricus Bojoariæ Dux.* Bojoariæ Dux hoc anno vivere desiit. Fuit Princeps summi animi ac dignus imperio, nisi illud impotentius olim fratri extorquere conatus esset. Et *Henricus* filius, Ottonis Regis voluntate suffectus est. Henricum autem hoc anno mortuum esse, Continuator Reginonis, Hermannus Contractus secundum editionem Canisianam, aliique testantur. Quanto dolore ex Henrici Ducis morte *Sancta Mathildis* ejus mater affecta fuerit, pluribus narrat Auctor Anonymus ejus Vitæ jussu Sancti Henrici Imperatoris scriptæ, cap. IV. *post obitum*, inquit, *memorandi Regis Henrici* (nempe aucupis) *assidue induit coccinum unius coloris, non in publico, sed sub lineo vestimento, & pro decore ornamenti, ante se gessit parum auri. Hoc totum*, (idest, mortuo Henrico filio) *tunc deposuit, & postmodum lugubri veste induta decessit. Post hac neminem voluit audire carmina secularia cantantem, nec quemquam videre ludum exercentem: sed tantum audivit sancta carmina de Evangeliis vel aliis sacris Scripturis scripta. Necnon in hoc sedulo delectabatur, ut de vita vel passione Sanctorum sibi cantaretur. Cetera mundi delectamenta respuit, & tota intentione divino famulatui tantum intendit.*

IX. Licet antiqui *Britanni* a Saxonibus undique oppressi gemerent, Ecclesiasticæ tamen disciplinæ rigor, auctoritas Episcopalis & templorum reverentia apud eos vigebant. *Patre* enim (id nomen ejus erat) *Episcopo* Landavensem Ecclesiam administrante, *Nougui* Rex Ecclesiam expilavit, ejusque libertatem læsit. Is tamen, ut videre est apud Spelmannum pag. 419. de his in Synodo Landavensi, anno CMXLIII. habita reprehensus, non solum omnia Ecclesiæ reddidit; sed etiam cum lachrymarum effusione veniam petiit, & villam quamdam cum toto suo territorio in eleemosynam dedit. Tum hoc anno congregata alia *Synodus Landavensis* propter Diaconum a rustico quodam vulneratum, quem cum Diaconus jugulasset, & in templum fugisset, ibidem a quibusdam viris de familia Regis *Nougui* ante altare occisus est. In ea autem Synodo viri sex, qui crimen illud patrarant, postquam menses sex in ferreis carceribus detenti fuissent, definitum est, ut unusquisque eorum suum agrum, suamque totam substantiam, insuper & pretium animæ suæ hoc est septem libras argenti, redderet Ecclesiæ quam maculaverat, ut in eadem Synodo hoc anno coacta legitur. Quare inter tot rerum regnorumque vicissitudines antiqui *Britanni* fidem Orthodoxam conservarunt. Utraque Synodus *Landavensis* in Tomum IX. Concil. inserta est. *Fides & disciplina Eccl. ab antiquis Britannis conservata*

Sanctus Bruno Archiepiscopus Coloniensis Pallium ab Agapito II. accipit ex dicta anno CMLIII.

JESU CHRISTI ANNUS 956. | JOANNIS XII. PAP. ANNUS 1. | CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 45.

I. SEquitur annus Christi nongentesimus quinquagesimus sextus, Indictione decimaquarta, quo gravissima pestilentia vexavit Boreales provincias, prodigiosis antea in vestibus crucibus apparentibus. Ea (a) autem & ipse Otto tactus, sancti Viti martyris intercessione liberatur. De eo enim ita Witichindus (b): *Eo tempore Imperator* (ita per anticipationem appellat, qui tantum Rex erat) *& ipse ægrotare cœpit, sed meritis Sanctorum, quibus fidele jugiter obsequium præbet, maximeque patrocinio inclyti martyris Viti, cui aperuit os suum, de infirmitate convaluit, & mundo, ut sol lucidissimus, post tenebras ad omnem decorem & delicias condonatur.* Hæc ipse.

(a) Apud Regin. hoc an.

(b) Vvitic. de reb. Sax. l. 3.

II. Theophylactus Patriarcha moritur.

Hoc eodem anno moritur Theophylactus Constantinopolitanus Patriarcha, homo omni ex parte turpissimus, de quo ista Curopalates: *Mensis Februarii vigesimaseptima, Indictione decimaquarta, decessit e vita Theophylactus Patriarcha, sacerdotio functus annis viginti tribus, diebus vigintiquinque, sedecim annos natus, quando contra Canones Ecclesiæ accepit gubernacula, & sub pedagogis, heu, atque ad aliquod tempus vitam transegit: atque utinam id semper ille fecisset. Videbatur enim gravis, & moderatus; sed cum jam ad maturiorem pervenisset ætatem, permissus suo modo vivere, nihil ex iis, quæ turpissima essent, aut omnino interdicta prætermisit, venales proponens Ecclesiasticos ordines & creationes Episcoporum, & alia faciens, quæ veris Episcopis indecora sunt, equorum cupidine insaniens, & venationibus deditus, aliaque turpia patrans facinora, quæ sigillatim enarrare, præterquam quod haud decet, etiam nefas est. Sed unius tantum facienda est mentio, ut illius mens a disciplina abhorrens ostendatur. Amore intollerabili tenebatur equos possidendi, & supra duo millia sibi comparasse dicitur, quibus alendis super plurimum studebat, non fœnum aut hordea illis apponens, sed pinorum fructus, & amygdala, & pistacia, itemque dactylos & caricas & uvas passas molliores odoratissimo vino miscens, & crocum, cinamomumque & balsamum, atque alia aromata cum iis quæ diximus singulis equis apponebat ad alios cibos.*

III. Nefanda scelera Theophylacti.

Ajunt etiam sacra peragenti, magna illa quinta sacræ Cœnæ die, & preces mysteriorum legenti, ministrum illum, cui fuerat equorum commissa cura, hoc bonum nuncium attulisse, maxime insignem illam phorbantem equam, addito nomine, peperisse. Et illum præ nimio gaudio quod reliquum erat sacrificii utcumque peracto, cursu ad stabulum contendisse: conspecto nato pullo, absurdo spectaculo expleto ad magnum templum rediisse, ut absolveret sanctæ Dei & Salvatoris nostri Passionis hymnum. Illius item opus fuit, mos qui etiamnum viget, in sacris & publicis populi celebritatibus contumelia afficiendi Deum, & Sanctorum memoriam per quædam indecora cantica ac risus, & temerariis exclamationibus, dum matutino tempore hymni perficiuntur, quos oportuit afflicto, atque contrito corde pro nostra salute Dei adhiberi. Coacta enim frequentia hominum infamium, ipsique præfecto Euthymio quodam cognomento, Cæsne, quem ipse Ecclesiæ domesticum creaverat, satanicas saltationes, & indecoros clamores & cantica ex triviis atque fornicibus percepta, eos celebrare docuit. Eo ita vivens, vitam finit, dum temere equitans ad quemdam maritimum murum illisus, sanguinem ex ore expuit, & biennium morbo

PAGIUS

SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6449.

Anno Eræ Hisp. CMXCIV.

Anno Hegiræ CCCXLV. inchoato die 15. Apr. fer. 3.

A.C. 956.

☉ 13. FE. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 956.

JOANNIS XII. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 45.

I. Moritur Theophylactus Patriarcha Constantinop.

ANnum. II. ad V. *Annum imperante Constantino duodecimum* (a Romano nempe Lacapeno in ordinem redacto) *die Februarii XXVII indictione XIV. Theophylactus Patriarcha diem suum obiit, cum ei Pontificatui præfuisset annos XXIII. dies XXV. Cum eum iniret, id quod contra leges Ecclesiasticas fiebat, annos erat natus XVI. & Patriarcha sub pædagogis (pro indignam rem!) aliquandiu egit*, inquit Cedrenus. Idem narrant alii Historici Byzantini, nisi quod quidam numero rotundo loquentes, annos ei XXIV. attribuunt. Ordinatus itaque fuerat die Purificationi beatæ Virginis sacra anni CMXXXIII. ut suo loco vidimus. *Theophylactus*, ait incertus Continuator Theophanis in Imperio Constantini Porphyrogennetæ num. XI. *Patriarcha ægra affectus valetudine jamque morti vicinus, cum paululum convaluisset, nihil de priori morositate remisit, animique pravitate, & ut muneribus Episcopos ordinaret, curandisque equis & mollitiei ac luxuriæ studium omne operamque insumeret, inque eum modum morbo cursus invalescente, illo oppressus, vivendi finem facit, Patriarchatu functus annos quatuor supra viginti.*

II. S. Polyeuctus in ejus locum subrogatur.

Pergit idem Anonymus: *Ejus loco suffectus Polyeuctus monachus, monasticæ exercitationis palæstra clarus, ac qui sanctioris vitæ institutum ab ineuntis teneris unguiculis consectatus omni virtute sanaque doctrina excelluisset; quem velut alterum Joan-*

bo laborans, cum in hydropisim incidisset, mortuus est.

IV. Polyeuctus creatur Patr. Const.

At tertia Aprilis mensis eadem Indictione in locum ipsius Patriarcha eligitur Polyeuctus monachus, Constantini alumnus atque discipulus, a parentibus exectus, diutiusque in monastica vita laudabiliter versatus, quem Imperator ob excellentem sapientiam & simplicitatem morum & inopiam delegit Patriarcham, non Heracleæ Episcopo (ut mos erat) sed Basilio Cæsareæ manus imponente. Nicephorus enim Heracleæ præses Imperatori quadam de causa invisus, haud permissus est manus imponere. Ex quo non mediocris infamia inusta est, non modo qui delegit & manum imposuit, verumetiam ipsi electo, ut qui manus sibi imponi non secundum Canones consensisset: attamen delectus, & veritatem libere professus, multum studii adhibebat, at insolentia propinquorum senis Romani in judicium vocaretur: & magno Sabbato Imperatorem in magnum templum ingressus adduxit ad ulciscenda patrata facinora, quod ipse haud libenter fecit: quin etiam Basilius, qui postea regii cubiculi præfectus fuit e serva natus seni Romano, quique Helenam sororem suam Imperatori traditam nuptui Reginam effecerat, ita afficit Constantinum, atque ei persuasit, ut non solum Patriarchæ condemnaret creationem, sed etiam causam quæreret & occasionem qua eum de sede deiiceret, multum etiam Theodoro Cyzico in ipsum hanc instigante. His de Theophylacto & successore narratis, ad recens emersum Joannem Romanum pseudopontificem idem Curopalates stylum convertit, sic dicens:

Quasi vero tempus ambitiose decertaret, ut simul consentientes, & concordes ostenderentur Patriarchæ: etiam Romanorum Occidentis Ecclesiam gubernandam sortitus est Joannes Alberici filius ad omnem lasciviam, & vitiam propensus. Quem Otto Francorum Imperator cum ejecisset, in ejus locum alterum pastorem præfecit Ecclesiæ. Sed id postea. Aut paulo post: *Adducta est*, inquit, *eodem tempore ex Antiochia in urbem regiam veneranda Præcursoris manus, a quodam diacono, Job nomine, furto rapta: quæ cum ad Calcedonem pervenisset, Imperator missa regia trireme, & Senatorii ordinis principibus, egresso quoque obviam Patriarcha Polyeucto cum omni Clero, cum facibus & lampadibus & thure eam in Regiam perduxit.* Hæc Curopalates, & alii recentiores ex eo. V. Manus S. Joan. Bapt. Const. translata.

Hoc eodem anno, qui supputatione Græcorum a mundi origine numeratur sex millesimus quadringentesimus sexagesimusquartus, decimaquarta currente Indictione, ex hac vita in cœlum migravit magnus ille Paulus anachoreta, de quo superius mentio facta est. Prænovit VI. Obitus S. Pauli anachoretæ.

PAGIUS *Joannem Chrysostomum plerique nossent ac dicerent: neque id nomine tenus, sed ita ut vere talis videretur. Hujus conspectu honesti amans Constantinus gaudebat, animoque gestiebat, ut qui virum talem in diebus suis nactus esset.* Cedrenus diem ejus ordinationis, feriam nempe quintam in Cœna Domini, quæ cum tertia die Aprilis hoc anno concurrit, notavit: *Eadem*, inquit, *indictione* (nempe XIV.) *tertia Aprilis die in ejus locum sufficitur Polyeuctus Monachus Constantinopoli natus & educatus,* &c. *Huic non Heracleæ, ut mos ferebat, sed Cæsareæ Episcopus Basilius manus imposuit: quod Nicephorus (hoc enim nomen Heracleæ Præsuli erat) quum in quadam re animum Imperatoris offendisset, non sinebatur manus imponere.* Quæ narrat etiam Baronius ex Curopalate. Cur vero ab Heracleæ Metropolita consecrari Patriarcha Cpolitanus deberet, docet Balsamon Scholiis in II. Canonem Concilii secundi Nicæni: *Ipsa quidem urbs Byzantina Archiepiscopi honorem non habebat; sed ab Heraclea Metropolitano Episcopus aliquando in ipsa ordinabatur. Scribitur enim quod etiamsi esset Byzantium civitas, quæ per se regeretur, sed a Severo tamen Romanorum Imperatore obsessa est: &, Perinthii subiecta; autem Perinthus Heraclea.* Paulo post: *quod autem hodie ordinetur sanctissimus Patriarcha Cpolitanus, ab eo qui est illo tempore Heraclea Metropolitanus, non est aliunde quam ex eo quod subjecta fuerit, ut superius dictum est, Perinthii, sive Heracleensis, Byzantina civitas. Invenitur autem in Chronico Scilitzæ, quod ordinatus est Patriarcha Stephanus Syncellus, frater Imperatoris domini Leonis Sapientis a Cæsareæ Archiepiscopo, quod esset præmortuus Heracleæ Archiepiscopus.* Nam, ut videre est in Notitia Ecclesiarum apud Carolum a Sancto Paulo ordo Sedium Metropolitanorum & autocephalorum sub Apostolico throno urbis Regiæ is fuit, ut primus sederet *Metropolita Cæsareæ, provinciæ Cappadociæ*, qui ideo Protothronus dicebatur.

III. Manus S. Joannis Baptistæ Cpolim delata.

Ad num. V. Cedrenus quæ primo Patriarchatus sancti Polyeucti anno contigere narrans, inter alia hoc habet: *sub idem tempus veneranda Præcursoris manus Antiochia Constantinopolim allata est, surrepta a Jobo quodam diacono. Ea cum appulisset Chalcedonem, Imperator suam emisit triremem: & illustriores Senatores procedentes obviam cum Patriarcha & universo Clero, cum cereis, facibus, & suffitibus eam in Palatium deduxerunt.* Inventionis Historiam scripsit Simeon Metaphrastes, qui hoc tempore Constantinopoli vivebat, quam Surius ad diem XXIX. mensis Augusti recitat. Eam vero genuinum & germanum fœtum esse Metaphrastæ docet Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 77. ubi eam eidem vindicat: *Cum ergo appropinquaret Chalcedonem*, inquit Auctor citatus a Bollando, *navis quidem emissa est Imperatoria, & Pontifex cum Sacerdotibus, & quicumque ex Senatu erant clari & illustres simul, ut sacrum illum thesaurum inferrent in Regiam: cum quibus fidelium quoque multitudo Urbe egressa, muri et navigantes obviam, ut eum deducerent. Postquam autem fuit susceptus in manus Pontificis, & ejus ferebatur ulnis,*

vit suum exitum fore decimaquinta mensis Decembris: cujus rei causa lætior effectus, Sanctorum natales dies hilarior celebravit, præcipue vero quam alacrius colere consuevit S. Aecaterinæ, de cujus festa die hæc in ejus vita auctor fidelis: *Et aliorum quidem Sanctorum memoria hilaritatis ansam Paulo dabant: martyris vero Aecaterinæ non solum voluptate Sanctum replebat, sed propemodum exultatione, & tripudio. Etenim celebrabat illam non corporis tantum sensu, sed admixta simul spirituali lætitia: aut potius præcipuum id erat, quod spiritui dabat. Ferianti igitur, & sub dio epulanti cum fratribus largus imber imminebat, monachosque fugere parantes ipse inhibuit, & pluvia cursum tamquam jussa repressit, ne gutta quidem vel tenuis lapsa, quoad sublatæ sunt mensæ. Idem vero surgendi initium fuit & pluviæ cadendæ: mox enim magno impetu & copia ferri, quasi tessera data, cœpit.* Demum vero sancti Nicolai die, spirituali tantum epulo celebrata mystagogia, cum suis refici voluit, ubi febre correptus, quod reliquum fuit vitæ temporis usque ad obitum in Dei laudibus perseverans & hortationibus ad suos, versum illum Davidicum insonans: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, ex hac vita ad Deum recessit, cujus in cœlum migrationis visiones haud dubiæ factæ sunt pluribus, quos auctor recenset, simulque miracula post obitum etiam edita, quæ brevitatis causa prætermittimus.

Festa dies S. Aecaterinæ solemnior.

VII. Illud tantum summatim de eo sic habeto, quod patria fuit Elæa civitate Pergamo vicina, patre Antiocho Comite navalis exercitus, matre Eudocia eademque sanguine propinqua S. Joannicio anachoretæ, de quo plura Tomo superiori: sequutus est fratrem Basilium vitam anachoreticam agentem in Brachianis montibus, quo defuncto, Ipse Paulus verticem montis Latri nominati conscendit, in cujus vertice saxum attollitur columnæ instar, in quo vitam Angelis parem exercuit annis pluribus: locus haud ignotus, quem antea incoluerat sanctus Athanasius anachoreta tempore Michaelis Imperat. Iconoclastæ, de quo ista breviter auctor: *Athanasius, qui Michaelis temporibus vixit, ejus qui eandem Iconomachorum hæresim complexus est. Ea ergo hæresi sæviente, regiam urbium deserens, Latrum montem petiit, & columnam hanc nullius manu laboratam conscendit. Saxum id præcelsum erat, nubes ipsas pene attingens, in cujus vertice nativa spelunca visebatur, quam subiens, duos & viginti annos inclusus in ea mansit. Postea hinc exiens, monasterio exceptus est, quod Phrygiæ adjacet nomine Aphapsis, ubi vitam clausit maximis & pluribus miraculis illustris.*

De Athanas. Anachoreta.

Porro & illustrem fuisse montem illum Latrum dictum habitatione monachorum Sinaitarum, qui ob Sarracenorum incursus inde profecti Dei monitu illuc migrarunt, ipse testatur, habitasseque in eo Acacium, de quo Joannes Climax scribit, idem testatur. At vero admirandam Pauli vitam hactenus Latinis *incognitam*, ex antiquo Græco codice Sfortianæ Bibliothecæ Romæ existentis acceptam Jacobus Sirmundus Ar- VIII.

ver-

PAGIUS *ait, & in mare ascendit, licebat videre ipsam quoque aqua naturam placidam & tranquillam, mollibus fluctibus ante navem exilientem, & ad Imperatores* (nempe Constantinum & Romanum Juniorem filium ejus) *usque cursum dirigentem.* Die VII. Januarii, inquit Bollandus ad diem V. mensis Februarii, quo Sanctus Polyeuctus colitur, cap. 3. *Synaxis celebratur sancti prophetæ præcursoris & Baptistæ Joannis, simulque commemoratio venerabilis & sanctæ ejus manus in Regiam Urbem translatæ.* Ad eum diem referunt Græcorum Menæa sacram manum primum in Regia depositam ab Imperatore, anniversariam tamen celebritatem in Phorati æde haberi traduni.

IV. S. Dunstani exilium.

Anno nongentesimo quinquagesimo sexto, beatus Dunstanus Abbas, a Rege Anglorum Edwino pro justitia proscriptus, mare transiit, & ab Arnulfo, Regia stirpis viro, honorifice susceptus in monasterio, quod Blandinium dicitur, sub exilii sui tempore, mansionem excepit, inquit Hovedenus pag. 425. cui Vigoniensis suffragatur. Idem habent Annalista Mailrosensis, aliique. Erat *Arnulphus* Flandriæ Comes, & Alfredi Occidentalium Saxonum Regis ex Ethelsvvida filia nepos, qui exulem Regibus Athelstano, Edmundo, Edredo, consanguineis suis charissimum non potuit non benigne fovere. De Dunstani exilio hæc habet Westmonasteriensis: *Anno gratiæ nongentesimo quinquagesimo sexto, Algiva mulierum nequissima, ex Eadwii Regis consensu, omnem substantiam monasterii viri Dei Dunstani diripiens; urgente etiam Regis imperio, tandem ipsum a regno proscripsit. Qui Gallicanas secedens in partes, exilium coactus petivit. Sed mulier virum Dei desiderans prævenire, misit lictores qui ipsum, si inveniretur, lumine oculorum privarent. Sed eo non invento, confusi ad propria remearunt.* Amoto Dunstano, non ideo detumuit Edwii Regis ira; sed in alios etiam Monachos illam effudit: nam illis e Monasteriis ejectis Clericos ad suos mores factos substituit: *Ea tempestate facies monachorum fœda*, inquit Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 7. *& miserabilis erat. Nam & Malmesburiense cœnobium, plus quam ducentis septuaginta annis a monachis inhabitatum, Edwius Clericorum stabulum fecit.* Quod postea Regulares Monachos & irregularem Clerum inter se commisit, inquit Alfordus hoc anno num. IX.

V. Italia a Luidolpho magna ex parte subacta.

Luidolphus (Ottonis Germaniæ Regis filius) *in Italiam ad deprimendam Berengarii tyrannidem dirigitur, & in brevi expulso Berengario totius pene Italiæ possessor efficitur*, inquit Continuator Reginonis, cui Annalista Hildensheimensis, & Hepidannus in brevibus Annalibus

ins-

vernus Ricomagensis societatis JESU professor, vir sane doctissimus primus Latinitati donavit.

Non-

PAGIUS

suffragantur, qui etiam addunt eum anno sequenti in Italia mortuum esse, quod & Flodoardus in Chronico habet. [1]

VI. *Familia Caroli M. ad finem vergit.*

Hoc anno *Hugo Princeps obiit*, inquit Flodoardus in Chronico. Hunc vulgo *Hugonem Magnum* a rerum gestarum magnitudine, alias Hugonem Album appellaverunt Franci. Abbas laicus fuit Monasteriorum S. Dionysii & Sancti Germani a Pratis, huicque fuere filii ex Hadvvige Ottonis Regis Germaniæ sorore, Otto Burgundiæ Dux, *Hugo Capetus*, qui postea Rex Francorum fuit & post mortem patris Comes Parisiorum, Duxque Franciæ, sicuti pater extiterat, & *Henricus*, Odo etiam vocatus, qui paulo post fratre Ottone sublato[2] Burgundiæ Ducatum accepit. Duces & Comites, qui antea ad nutum Regum Francorum provinciarum civitatumque præfecti erant, easdem hoc sæculo suo regebant arbitrio, & filiis tanquam hæreditatem relinquebant. Quare Carolinis seu Caroli Magni stirpi nihil fere præter nomen relictum erat, eaque ad finem vergebat.

Joannes XII. fit Papa, ut anno superiori n. I. ostensum.

NOTÆ [1] LUidolphum hunc Italiæ regem coronatum fuisse Parmæ mense Majo hujus anni silentibus omnibus vetustis Scriptoribus, legitur in Codice MS. Estensi in quo continentur Gesta Comitissæ Matildis in Epitomen solutamque orationem ex Donizone contracta. Ita enim ibi *Et venit prædictus Litulfus cum prædictis militibus quadam die mensis Madii ejusdem anni a Civitate Verona usque ad arcem Canussinam per unum diem. Et alia die sequenti ivit Parmam, & accepit coronam Langobardiæ.* Hæc ibi; non vero in Donizone qualis modo superest; sed forte mutilus ad nos devenit, ait Muratorius in Nota 60. ad eumdem Donizonem Rer. Italic. tom. V. pag. 349. a quo fragmentum illud MS. Codicis accepimus. MANSI

[2] Q*Ui paulo post fratre Ottone sublato &c.* nempe anno 963. VII. Kalendis Martii; hæc enim dies. & annus Ottonis hujus emortualis assignatur in additionibus ad vetus Martyrologium Autissiodorense vulgatum Vet. Monum. tom. VI. col. 692. MANSI

I. Joan. Pap. conatus in Principem Capuan.

NOngentesimus quinquagesimus septimus Redemproris annus Indictione decimaquinta ordine sequitur, quo Joannes, qui agebat Romanum Pontificem, invasa potius Sede, juvenili ardore spirans minatum & cædis, exercitum colligit, auxiliares copias ex Spoletano Ducatu conducit, ducitque adversus Principem Capuanum Panduiphum, qui auxilio fultus Gisulfi Principis Salernitani, Joanni restitit, atque ad propria remeare coegit. Ad quem postea ipse Joannes pacis legationem misit, quam benigno Princeps accipiens animo, eidem fœdere junctus est. Hæc ex historia Longobardorum Principum Beneventanorum & aliorum, quæ antiquitus scripta asservatur Romæ in Columneosi bibliotheca.

II. Presbyter Apostata junctus Sarracenis.

Accidit his diebus in Oriente, ut nimia severitate Episcopi presbyter a Fide factus apostata, innumerabilia mala adversus Imperium perperrarit. Rem gestam sic breviter prosequitur Europalates: *Cum autem Ameras Tarsi, dux Sarracenorum contra Romanos cum exercitu profectus esset, atque in Herculis vicum milites prædatum misisset, quidam presbyter Themel nomine, sacrificium cruentum peragens, ut agnovit Sarracenorum irruptionem: relicto sacrificandi munere, ita ut erat indutus, manibus gestans Ecclesiæ mysterium, sic eos, qui invaserant, propulsavit, & multos vulneravit, haud paucos interfecit, reliquis in fugam versis, & ab Episcopo interdicto ei sacrificandi munere, postquam non impetravit veniam, ad Agarenos se contulit, & Christianam Fidem ejuravit, atque cum ipsis egressus, non solum Cappadociam, & finitima loca vexabat, sed etiam usque ad Asiam, quæ Minor dicitur, pervenit: & quanta detrimenta intulerit, nec scribere quidem nobis fas est.* Hactenus ipse. Sed ad res Occidentales.

III. Edgarus regnat in Anglia qui revocavit Dunstanum.

Hoc eodem anno Anglia depressa ob regimen Eduini Regis, eo pulso, & substituto ea parte Edgaro, respirare cœpit: nam statim revocavit ab exilio S. Dunstanum, invitumque præfecit Episcopum Ecclesiæ Wigorniensi, in cujus consecratione accidit illud mirandum, ut S. Odo Cantuariensis Archiepiscopus expressis verbis consecraverit eum in Cantuariensem Archiepiscopum, prophetice quod esset futurum præsignans; sicque Apostolico more secundum præcedentes prophetias ad summum illum thro-

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMXCV. Anno Hegiræ CCCXLVI. inchoato die 4. April. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6450.

☉ 14. D. ☽ 8. P. 29. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 957.

JOANNIS XII. PAPÆ 2.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 46.

A.C. 957. I. *S. Dunstanus ab Edgaro Rege ab exilio revocatur.*

AD num. III. Annalista Mailrosensis hoc anno scribit: *Mercenses & Northumbri contemnentes Eduium Regem elegerunt fratrem ejus Edgarum, qui mox beatum Dunstanum de exilio revocavit, & defuncto Kinevvaldo Vvigornensem ei Episcopatum dedit, & ab Odone Archiepiscopo* (sc. Cantuariæ) *consecratus*. Rem fusius narrat Auctor Vitæ S. Dunstani, non ejus quæ a Surio edita, & a Baronio, aliisque sub Osberni nomine laudata, sed quæ a Mabillonio Sæc. V. Benedict. publicata fuit: *Respiciens Christi Clementia*, inquit numer. XXVIII. *Anglorum populum tanto Patrono* (sc. Dunstano) *destitutum, suscitavit corda virorum ab Humbre fluvio usque ad flumen Tamisium, supra quod urbs Lundonia est fundata, adversus impium Regem Edvvium: qui omnes quasi in unum hominem translati, non modo regnum ipsius abjicere, verum etiam ipsum regno expellere moliti sunt, propterea quod in commisso regimine insipienter egisset, sapientes disperderet, ignaros boni suis consiliis adsciseeret, prorsus libidine atque arrogantia praeceps abiret. Concti itaque in turbam Regem cum adultera fugitantem, atque invitis sese occultantem armis persequi non desistunt. Et ipsam quidem juxta Claudium civitatem* (legendum *Claudiam* hodie Glocester) *repertam subnervavere. Deinde qua digna fuerat morte mulctavere. Porro Regem per diversa locorum semetra deviantem ultra fluvium Tamisium compulere. Deinde accito fratre illius optimæ indolis adolescente nomine Edgaro quem futurum Regem cælesti quondam oraculo designatum fuisse prædiximus, dum pacem regnique salutem suis ac Dunstani temporibus Angeli prædicarent, statuunt illum Regem super provincias ab Humbre magno flumine usque ad flumen Tamisium: quo flumine amborum regnum ab invicem dirimebatur. Ita regnum quod unum fuerat, in duos Reges divisum gravibus aliquantisper conflictibus bellorum sudabat, impleta tunc veridica illa Salvatoris sententia, quæ omne regnum in se ipsum divisum asserit destruendum, & domum super domum esse casuram. Edgarus quotidie erat proficiens, ut David pietate ac fortitudine, atque ut Salomon sapientia, divitiis & gloria: domus autem Edvvii in dies decrescere, cum ipse in flagitiis crescere non desiverit.*

II. *Fit Episc. Vvigorniensis.*

Post paucos autem electionis suæ dies præcepit Edgarus Diarcha totius regni sui Concilium celebrari, in quo annihilatis omnibus quæ a fratre ejus iniquis fuerant legibus decreta, ac restitutis omnibus, quæ violenta illius fuerant damnatione ablata; Dunstanum quoque venerabilem Abbatem de exilio revocavit, & majore, quam ab omnibus ante Regibus honoratus fuisset, gloria sublimavit. Cui etiam ut Pontificale decus susciperet, vehementi petitione imminuit: nec antea precibus quiescere voluit, quam illum a sententia ad consentiendum retrahe-

thronum, suo tempore, ut dicturi sumus, ascendit: *Erat plane idem Odo* (inquit rem narrans Osbertus in Dunstano) *vir quidem sanctus, & magnarum virtutum prærogativis ornatus. Hic Dunstanum in Pontificem* * *Vvinciorum consecraturus, administrantibus qui astabant, omisso ipsius Ecclesiæ titulo, ad Archiepiscopatum Cantuariensem titulavit, & quasi successorem seu consortem sibimet consecravit. Unde a præsentibus, cur hoc faceret rogatus, respondit: Non constringi-*

* Wigorniensem

PAGIUS

beret, & Ecclesia Vvigorniensi, quæ sub honore beatæ virginis Mariæ pollebat, Pontificem præficeret: qui dum Dorobernıam sacrandus adveniret, & recitata petitione cleri ac populi summus Dei Sacerdos Odo gaudenter annuisset, mirabile dictu! ceterum consecrationis ministerium, non quasi super Antistitem Vviccioram, sed sicut super Archiepiscopum Cantuariorum mirabiliter atque hilariter absolvit.

III. *Ordinatur sub titulo Archiep. Cantuariæ.*

Qua de re a circumstante clero reprehensus, quod contra Patrum Decreta ageret, qui unius Ecclesiæ duos prohibent esse Sacerdotes, nec per jus hereditatis fieri electionem successionis; tale fertur responsum dedisse: Si divinis humana non cederent, jure mihi hominum auctoritas prætendi posset. Nunc vero quoniam auctor omnium Deus est, non possum illud non facere quod faciendum Spiritus Dei dignatus est præcipere. Erit namque beatus iste proximus post mortem meam hujus Sedis Archiepiscopus, & adversus mundi principem fortissimus præliator. Hæc ille summi Pontificis ratione defensus procedit ad populum summus & ille Pontifex Cantuariorum peatitulatus, gestans insignia Aaron, non legis velamine adumbrata, sed divina propitiationis munere per gratiam Christi insignita. Inde ad Ecclesiam quæ sibi fuerat consignata reversus, atque in cathedra Pontificali sublimatus, recordatus est quid olim exultanti diabolo promisisset, cum illum Regalis impietas exilio adscripsisset. Itaque ebvis in illum manibus insurgere, membra ejus Evangelico gladio dividere, & oves quæ circumquaque errabundæ ferebantur, ad dominicum ovile revocare. Idem legitur quoad Dunstani ordinationem sub titulo Archiep. Cantuariæ, in Vita Sancti Odonis Archiepiscopi Cantuariensis. Porro cum Cantuaria in Cantio ad Sturam fluvium posita ad *Edvvium* Regem pertineret, & tamen *Edgarus* Rex Dunstanum ad *Odonem* Cantuariensem Archiepiscopum ut consecraretur, miserit, apparet Edvvium post divisionem regni, aut in concordiam cum Edgaro fratre adductum fuisse, aut illum tam ab Edgaro, quam a propriis subditis non magni habitum; sed prior conjectura videtur verisimilior.

IV. *Mutua Legatio Calipha Hispaniæ & Ottonis Regis.*

Sanctus Joannes Gorziensis Cœnobii Monachus hoc anno Legatus in Hispaniam missus est, ut indicant hæc verba Witichindi, qui Liudulfum Ottonis filium eodem tempore quo Otto *plurimos Legatos suscepit, Romanorum scilicet Græcorum, Saracenorumque*, Italiam adiisse scribit: *quæ agente annum fere totum, diem extremum obiit*. Liudulfum autem currenti anno demortuum mox ostendemus. Quare Legatio Ottonis Germaniæ Regis ad Hispaniarum Calipham, quæ fuse describitur in Vita Sancti Joannis Gorziæ Cœnobii Abbatis num. CXV. & seqq. ad hunc annum pertinet. Joannes Abbas Metensis, S. Joannis discipulus refert ibidem Legatos Regis Maurorum ad Ottonem, quibus Episcopus quidam præerat dignitate solemni pro tanta majestate exceptos, diuque retentos fuisse. Inter moras Episcopus, qui Legatis præerat, mortem obiit. *Dum a nostris quis item eo remittantur disquiritur, post non-nulla aliquamdiu tracta consilia, id demum eruvenit, ut quia idem Rex* (nempe Abderamen, qui in Hispania regnabat) *sacrilegus & profanus, utpote Saracenus, & a vera fide prorsus esset alienus; quique, quamvis amicitiam expeteret Principis christiani, in litteris tamen quas miserat, blasphema nonnulla in Christum evomuerat, cum scriptis Imperialibus quæ ferrent, vocem quoque suam ipsi aperire, & si quo pacto divinitus daretur, immutare possent perfidiam.*

V. *S. Joannes Legatus in Hispaniam destinatus Cordubam venit.*

Forte sub ipsos dies Adalbero Episcopus Metensis aderat, & Bruno Archiepiscopus Coloniensis Ottonis frater, qui asseruit nulli Episcopo aptius id negotii injungi posse, quam Adalberoni. *Convenitur continuo Episcopus, & ut duos suorum idoneos legationi Hispaniarum paret, imperatur.* Lecti primum Angilramnus & Wido Monachi, sed cum prior non acquiesceret, jussit Imperator alium pro eo adscribi. *Cum diu is quæreretur, omnesque prorsus refugerent, nec in tanta congregatione quisquam inveniri posset, qui se id aggredi ullo modo posse fateretur; Joannes repente nihil cunctabundus se ultroneum offert*: Imperator mandata cum litteris seu muneribus tradi jubet, & Ermenhardum Virdunensem socium ob locorum regionumque notitiam facit, cui munera tradi Joannes expostulat: ipse literarum tantum bajulus fit. Assignantur ei socii & sumptus omnis ex Monasterio ei factus. *Insequitur hinc Lingonas, Belnam, Divionem, Lugdunum (& Viennam) versus intendunt: ubi sarcinis navi impositis, Rhodanoque usque ad tertium locum vehendis, dispendium perpessi non modicum (nam navibus invasis plura suorum amiserant) post quadam recepta, Hispaniam tendit. Barcinonem venientes, quindecim diebus morantur, donec nuncius Tortosa missus est. Ea prima Regio Saracenorum erat. Dux continuo eos properare tersignat, exceptosque mense integer detinet, atque ad omnem copiam procurat, donec velocius Regi Corduba nunciati de exceptione eorum per singulas civitates vel loca, digna Regia mandatum est honorificentia. Tandem Cordubam urbem Regiam deducti, a Palatio domus quadam duobus fere millibus distans eis est delegata: ubi Regifice luxu, omnibus etiam præter usum exhibitis per nonnullos dies coacti sunt remorari.*

VI. *Non statim ad Calipha colloquium admittitur.*

Cum jam morarum taderet, cur eo præsentia Regis tandiu retinerentur, ab his qui se procurabant, disquirerent, dictum est, quia nuncii prius missi a Rege nostro, triennio erant detenti, se ter tantum idest novem annos condictum esse aspectu Regio abstineri. Interea quidam ex Palatio illuc viros visum venientes causamque adventus eorum percontantes, dum callide cuncta explorant, nihilque ab eis certi acciperent, qui sibi nisi præsenti Regi mandata cuiquam edicere fas nullo modo esse dicebant. Illi jam cuncta se percepisse jactabant, & quia contra leges ipsorum litteras Regi afferrent, ultimumque eis sine dubio instare periculum, quia & ipsa jam litera in notitiam Principum devenissent: & revera quamquam dolo contigerit, ita erat. Nam a civitate Tullo nostra Provincia, no-

gitur lege donum & vocatio Dei. Utique vir iste scio quis sit, & ex dono

gratia video, quod eum Spiritus sanctus elegerit. Ex quibus verbis meritum u-

PAGIUS *comitem Episcopi Legati defuncti, de quo dictum est, quemdam servum Presbyterum assumpserant, qui toto deinceps itinere eis in omnibus communicans, cum Tortosam, quæ prima erat regni Saracenorum, venissent, metuens vitæ, sic eum comes Legati defuncti ..... fido sibi passeens monstrare citius excip...... Augusta & reliquis civitatibus, ubi ter... commorantibus, ipse Cordubam præcedit cum litteris .... naturint quorum cognitum fuit. Ceterum rumor optima... cunique commovit.*

VII. *Saracenorum leges Caliphum & populum obligant.* *Itaque Primates inter se consilio habito, & utrum in notitiam Regis ea jam venerint disquirentes, ubi parum id compertum habent, per se Regem statuunt super hoc perquirendum. Lex enim tum improvocabilis eos constringit, ut quod semel antiquitus omni ei genti præfixum est, nullo unquam liceat modo dissolvi, parique modo Rex populusque teneatur innexi omnisque transgressor gladio feritur. Si quid ab inferioribus, Rex; si quid Rex ipse commiserit, cunctus in eum populus animadvertit. Eis in legibus primum dirumque est, ne quis in religionem eorum quid unquam audens loqui: cujus, si sit extraneus, nulla intercedente redemptione, capite plectitur. Si Rex ipse audierit, & in crastinum gladium retinuerit; ipse morti addicitur, nec ulla interveniente potest clementia. Primoribus ergo illis Palatium petentibus, cum Regi super hoc per nuncios suggessissent (nam accessus ad eum ipsum rarissimus, & nisi maximum quid ingruerit, nullus: tantum litteris per Sclavos Cubicularios omnia perferuntur) ille nihil eorum ad se perlatum rescribit: amicos Legatos sibi missos, eosque filium suum in domo propria percepisse, verdumque, si quid afferrent, rescivisse: ita tumultus illorum sedatus est. Nam pro certo jam rumor ad eum venerat, & missis clam nunciis verum esse compererat, sed timore suorum taliter rem omnem suppresserat.*

VIII. *Quæ apud Saracenos cavenda.* *Rex undique meticulosus, ancepsque, periculum sibi posse imminere considerans, artibus omnis generis quæ evadat pertentat, & primo quidem Judæum quemdam, cui nomen Hasdeu, quo ...... se vidisse & audisse nostri testu ...... qui de omnibus ab eis ipsis penitus exploraret. It ...... dispersum fuerat, Regii eum bajulum esse mandati ..... timo, quo sollicitabantur metu eum eripit, nihilque mali quemquam eorum ibi passurum, sed cum honore patria remittendos edicit. Multa de ritu gentis & qualiter se coram eis observare deberent, commonuit. Ipsi juniores u quibuscumque vanis lacivis motibus, locutionibusque compescerent, nihil tam parvum fore, quod non mox Regia notitia perferretur. Si copia sibi egrediendi pateret, ne qua scurrilitate feminis, saltem nutu; se applicarent: nullam sibi pestem truculentiorem futuram: legem sibi propositam nullatenus excederent, quo nullo observatius notarentur reprehensique nihili penderentur. Joanne ad eu, prout competebat, respondente, atque acceptissime monitorem ferente, suosque ex contraria partis homine suffundente, post plura invicem conserta pedetentim Judæus causam ingreditur: quid Missi ferant, sollicite disquirit.*

IX. *Honorifice ad Regem Joannes deducitur.* Mansit Joannes annos fere tres antequam a Calipha Cordubensi audiretur, pluribusque quæ Joannes Abbas Metensis ibi tunc gesta fuisse narrat prætermissis ad finem Legationis Sancti Joannis venio: *post hæc die præfixa, qua præ-sentandus erat apparatus omni genere exquisitus ad pompam Regiam demonstrandam cernitur. Viam totam ab hospitio ipsorum usque ad civitatem, & inde usque ad Palatium Regium, variis hinc inde ordines constipabant. Hic pedites hastis humo stantes defixis, longe inde hastilia quadam & missilia vibrantes manuque crispantes, illusque mutuos simulantes. Præter hoc mulis quidam cum levi quadam armatura insidentes; deinde equites calcaribus equos in fremitu & subsultatione varia concitantes. Mauri præterea in forma insolita nostros exterrentes, ita variis proludiis, quæ nostris miraculo arbitrabantur, itinere nimium pulverulento, quem per se ipsam quoque temporis siccitas (nam solstitium erat æstivum) sola concitaret, ad palatium perducuntur. Obvii Proceres quique procedunt. In ipso limine exteriori, pavimentum omne tapetibus pretiosissimis aut palliis stratum erat. Ubi ad cubiculum, quo Rex solitarius, quasi Numen quoddam nullis aut raris accessibus residebat, perventum est, undique insolitis cuncta velaminibus obtecta, æqua parietibus pavimenta reddebant. Rex ipse thoro, luxu quam poterat magnifico, accumbebat. Neque enim more gentium ceterarum soliis aut sellis utuntur, sed lectis sive thoris colloquentes vel edentes cruribus uno alteri impositis incumbunt. Ut igitur Joannes coram advenit, manum interius osculandam protendit, osculo nulli vel suorum vel extraneorum admisso, minoribus quibusque ac mediocribus nun.... forte summis, & quos præstantiori excipit pompa, palmam mediam aperit osculandam.*

Inde sella parata, manu ut sedeat innuit. Longa deinde utrique silentia: tunc Rex prior: tuum, inquit, cor mihi plenissimum diu cognosco fuisse infensum, quamdiu te domum aspectu meo suspendi. Sed tu ipse prorsus nosti, quod aliter fieri non potuit ...... tes superacia .. .... distulerunt, sed quod nunc ...... id fuisset, vale cognosceas ...... verum de quibuscumque postulaveris impetrabis. Joannes adhuc, sicut nobis referebat, aliquid sellis tam divino angore contracti in Regem .... tam placidus repente effectus est, ut nihil animo ipsius unquam æquabilius esse potuisset. Inde ad singula respondit, se quidem negare non posse primo tot acerbitate nunciorum fuisse permotum: inter ipsa tamen tacitum crebrius cogitasse simulatis potius quam veris minarum intentionibus hæc erga se agitari. Postrema quoque cuncta dilationum obstacula ex superioribus totius triennii actis vel dictis rescisse; nec esse quidquam reliqui, quod merito odio sui factum suspicari deberet; unde si qua ea essent, se penitus animo depulisse: grata tantum, quam tam clementi magnificentia obtulisset, gratulari, & quod Regii pectoris in hoc, & rebus constantiæ & moderationis media pervidisset temperamentum satis egregium. Rege his in multam gratiam delinito, pluribusque eum compellandi parante, munera Imperatoris primum excipi postulavit: quo facto, reditus indulgentiam e vestigio obsecravit. Rex admirans, quomodo, inquit, hæc tam repentina fieri possit divulsio, tanto temporis spatio alterutrum expectasse? modo vix visi, ita abrumpemur ignoti? nunc interim mutuo semel conspectu positi, parum quoddam cognitio mentium se utrumque aperuit, iterum visi jam amplius, tertio totu jam plenitudo notionis vel amicitiæ confirmabitur. Inde domino tuo remittendus, digno eo, teque do- X. *Offert munera.*

triusque turba, quæ circumstabat, præclarum esse caram Deo animadvertit. Hæc Osbertus de magno Anglicanæ Ecclesiæ lumine.

Non-

PAGIUS

deduxerit honore. His Joanne assentiente, secundi Legati jubentur intromitti, eoque præsente munera quæ deferebant oblata.

XI. *Ejus cum Calipha colloquium.* *Tunc demum utrisque ad hospitia remissis, post aliquantum temporis Joannes a Rege revocatus, familiaria multa cum eo conseruit de nostri Imperatoris potentia atque prudentia, de robore & copia militum vel exercitus, de gloria & divitiis, de bellorum industria & successibus multaque id generis; suo e contra jactare, quanto . . . . . . Reges excelleret . . . . . . posset civitates . . . . . . Illud vere fateor regentem hoc . . . . . nosse qui nostro Imperatori terra armis aut equis possit æquari. Rex autem . . . . Merito, inquit Regem tuum celebras, vera ne an falsa sint.* Illa, inquit, Licet experiri. Rex autem, cætera utrumque *approbaverim: unum est in quo illum non satis providum esse constiterit. Quid, inquit, illud est? Quod potestatem virtutis suæ non sibi soli retinet sed pass . . . ubere quemquam suorum propria potestate, ita ut partes regni sui inter eos dividat, quasi inde eos sibi fideliores habeat & subjectiores quod longe est. Exinde enim superbia & rebellio contra eum nutritur atque paratur, ut nunc in genero ipsius* (Conrado nempe Lotharingiæ Duce) *actum est qui filio ei per perfidiam subducto, publicam tyrannidem contra eum exercuit, ad hoc ut gentem externam Ungarorum per media quæque regnorum suorum depopulandam transduxerit . . . .* Cætera desiderantur & Vita in quibusdam locis exesa. S. *Joannes*, qui per annos tres in Hispania detentus fuit vix ante annum CMLX. reversus aut ante annum illum Abbas creatus. Hinc in Catalogo Abbatum Gorziensium a Bollando ad diem XXVII. mensis Februarii, quo S. Joannes colitur, in Commentario prævio num. XIV. publicato *Einoldi* Abbatis Gorziensis mors & *Joannis* successio eo Christi anno consignatur, & Bollando suffragatur Mabillonius in Observat. prævijs ad Vitam S. Joannis num. IV.

XII. *Rescriptum Joannis XII. pro monasterio Humolariensi.* *Ludovicum Transmarinum* Francorum Regem removisse Moniales e Monasterio Humolariensi, in quo sancta *Hunegundis* colitur, quod Regulari districtioni subjici nollent, ann. CMXLVI. ostendimus. Quare *Lotharius* ejus filius postulavit a Joanne Papa XII. ut quod a patre factum fuerat Apostolica auctoritate fulciret, obtinuitque ab eo literas Sæc. II. Benedict. pag. 503. recitatas: in quarum fine legitur: *Scriptum per manum Leonis sacri Scrinii* (deest aliquid) *sanctæ Sedis Apostolicæ in mense Januar. pro indict. XIV.* (sed legendum Indict. XV.) *Datum IV. Non. Januar. per manum Georgii secundi Episc. sanctæ Sedis Apostolicæ anno primo domino propitio Pontificatus D. Johannis S. P. & universalis Papæ.* Cum enim Johannes XII. anno superiori post diem XX. mensis Augusti Pontifex ordinatus sit, & mense Januario hujus anni primus Pontificatus ejus annus in cursu fuerit, manifestum est, indictionem illam corruptam, & ejus loco *Indictionem XV.* subrogandam. [1]

XIII. *Obitus Ludolphi filii Ottonis M.* Hoc anno *Ludolphus* Ottonis M. & Edithæ prioris ejus conjugis filius in Italia obiit, ut Regino, Hermannus Contractus, aliique Chronographi habent. Addit Hermannus Contractus *Ottonem* filium adhuc parvulum reliquisse, & tunc *Burchardum* Alamanniæ Ducatum accepisse. Nam ut scribit idem Hermannus, *Herimannus* Dux Alamanniæ anno CMXLVIII. mortuus est, & eo tempore *Luidolphus* noster *Idam* ejus filiam, & quidem unicam, uxorem accepit, Alemanniæque seu Sueviæ Ducatum & defuncti hæreditatem obtinuit. De his inter omnes convenit, sed plures Scriptores in Historia Germanica versatissimi perperam credidere, hunc *Ottonem* patrem fuisse *Henrici* avumque *Conradi Salici* Imperatoris, & *Brunonis*, in Pontificatu Romano *Gregorii* V. appellati. Hunc enim errorem anno MXXIV. profligabimus, & utrumque quidem *Ottonis* filium fuisse ostendemus, sed alterius *Ottonis* filii Luidgardæ Ottonis M. filiæ & Luidolphi sororis, Conrado Lotharingiæ Duci nuptæ. Hic tamen nobis aliquid de *Ottone* Luidolphi filio dicendum. Hermannus Contractus tradit, anno CMLXXIII. Burchardo Alamanniæ Duce defuncto, eum paternum pro eo Ducatum recepisse, annoque CMLXXVIII. cum Henricus Bajoariæ Dux adversus Ottonem secundum Imp. rebellasset, *Ottonem* Alemanniæ seu Sueviæ Ducem Bajoariam accepisse. Quamobrem Otto Luidolphi filius a Ditmaro lib. 3. *Bavariorum Dux* diserte appellatur. Denique idem Hermannus ad annum CMLXXXII. ait: *Ipso anno Otto Dux Suevorum & Noricorum seu* (Bajoariæ) *obiit, & post eum Conradus Dux Alamanniæ* (seu Sueviæ) *factus est, Henricusque ducatum Bajoariæ recepit.* Non dicit Hermannus Conradum istum Ottonis filium fuisse. Quare non immerito Aventinus Lib. 5. de Ottone Luidolphi filio scribit: „ Liberosne re„ liquerit, ubinam sepultus sit, nemo quod equidem sciam, tradit. Verum sive nullos reliquerit, quod magis existimo, sive aliquos reliquerit, certum est, eos ante annum MII. quo Otto III. Imperator improles obiit, sublatos esse; cum Arnulphus Historicus Mediolanensis lib. I. de ejusdem Imperatoris morte verba faciens prodat: *In quo* (nempe Ottone III.) *omnium est Ottonum consumpta propago.* Linea itaque masculina *Ludolphi* ante annum MII. extincta, ex qua ideo Gregorio Papa, & Conradus Salicus Imp. procedere non potuere, ut loco citato plane constabit, sicuti & *Ottonem* Conradi Salici avum, non Alemanniæ uti Otto Luidolphi filius, sed Franconiæ Ducem extitisse.

NOTÆ

[1] HAs Joannis literas nihil præferre mendi, nec ejus lectionem sollicitandam esse in Nota ad A. 955. I. ostendimus. Quapropter non quidem hoc anno, at superiori illæ datæ sunt. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 958.	JOANNIS XII. PAP. ANNUS 3.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 47.

I. Berengarii Tyrannia invalescit. NOngentesimus quinquagesimusoctavus Christi annus Indictione prima incipit, quo defuncto anno superiori Luithoipho Ottonis Regis filio a patre misso ad coercendam tyrannidem Berengarii: tyrannus solutus timore impune grassatur, absque delectu profana sacraque devastans; sub cujus duro jugo usque ad Ottonis ipsius adventum Italia gemuit. Quo pariter anno Otto ipse in Slavos ducit exercitum, eosque debellat, occiso eorum Regulo (a). Hic in memoriam revocandum, quod de eodem Ottone scribit Curopalates hoc tempore, nempe Turcarum Regem sive ducem, Fidei Christianæ desertorem ab Ottone captum, suspensum fuisse in patibulo. Totius autem rei gestæ seriem sic narrat:

(a) *Sigeb. hoc anno.*

II. Propagatio fidei in Turcis. *Non desistebant etiam Turcæ in Romanorum regionem irrumpere, eamque depopulari, quoad Bolesodes ipsorum dux, cum decrevisset Fidem Christianorum amplecti, venit Constantinop. & baptizatur, a Constantino Imper. suscipitur, Patriciatus dignitate donatur, ac multa pecunia compos effectus. Deinde domum reversus est. Paulo post etiam Gylas ipse quoque Turcharum dux Constantinopolim ingressus baptizatur, paribusque & ipse affectus muneribus & honoribus discessit. Assumpsit autem & secum monachum quendam Hierotheum nomine, qui habebatur religiosus & pius, Turciæ Episcopum a Theophylacto delectum. Qui eo profectus, multos a barbaro errore in religione Christianorum traduxit. Verum Gylas in Fide permansit, neque ipse Romanos invadens, neque captos Christianos negligens, sed redemptos pretio curans, in libertatem vendicabat. Bolesodes autem violato fœdere divino, sæpe omnem exercitum in Romanos adduxit. Quod cum in Francos quoque facere decrevisset, captus ab Ottone ipsorum Rege in crucem actus est. Et ea, quæ fuerat uxor ducis Rhos, qui contra Romanos classem adduxerat, Elga nomine, mortuo ipso viro, Constantinopolim se contulit, & baptizata cum sinceræ Fidei cultum se suscipere instituisse ostendisset, & pro sui propositi dignitate ornata domum rediit.* Die ista est mentio apud Reginonem anno sequenti, quam nominat Helenam his verbis: *Legati Reginæ Ragorum, sive Russorum, quæ sub Romano Imperat. Constantinopoli baptizata est, ficte (ut postea claruit) ad Regem Ottonem venientes Episcopos, & presbyteros eidem genti petebant.* Cæterum de dicto duce Turcarum ab Ottone capto, & morte multato, apud Latinos nusquam mentio.

Mo-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMXCVI. Anno Hegiræ CCCXLVII. inchoatu die 25. Martii fer. 5. A.C. 958. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6452.

☉ 15. C. ☽ 9. P. 21. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 958.

JOANNIS XII. PAPÆ 3.

CONSTANTINI VIII. IMP. solius 47.

AD num. I. & seq. Continuator Reginonis refert *Ottonem*, antequam Imperator renunciaretur, quater *Sclavos* aggressum esse, annis nempe CMLV. CMLVII. CMLIX. & CMLX. Quare aggressionem anno superiore ab eo factam Sigebertus in annum præsentem perperam distulit. Quoad *Turcas*, quos Baronius ex Curopalate, ait baptismum Constantinopoli accepisse, alii non sunt, quam *Hungari*, quos Curopalates, Cedrenus, Constantinus Porphyrogenneta, aliique Rerum Byzantinarum Scriptores eo nomine passim appellant, quia sc. illi origine Hunni sunt. [1] *Locus quem primitus Turcæ tenebant*, inquit Porphyrogenneta lib. de Administr. Imp. cap. XL. *a fluvio interlabente nuncupatur Etel & Cuzu, in quo nunc Patzinacitæ* (Transylvani hodie appellati) *commorantur, a quibus pulsi Turcæ, & profugientes sedes posuerunt illic, ubi nunc habitant* (nempe in Hungaria hodierna, ubi anno CMXLVIII. aut insequenti, quo Porphyrogenneta librum suum scribebat, Turcæ seu Hun-

Sclavi debellati, & aliqui Hungari ad fidem conversi.

NOTÆ [1] HOc anno in octava Paschæ Synodum alteram Engilenheimensem celebratam fuisse a XVI. Episcopis, Ottone præsente discimus ex Annalista Saxone Eccardi ad eundem annum. Quo in Concilio Fridericus episcopus Salzburgensis ordinatus fuit. Idem pariter de Synodo hac memorat Continuator Reginonis ad hunc annum, nisi quod afferit Fridericum non Salzburgensem, sed Viennensem Archiepiscopum ordinatum fuisse *consensu Heroldi Archiepiscopi excæcati*. Sed male, cum Fridericus per hæc tempora Episcopatum Salzburgensem tenuerit, ut non semel idem Annalista Saxo docet, & Ditmarus ad annum 961. confirmat. Porro Heroldus iste Episcopatum Salzburgensem tenebat, sed luminibus mulctatus ab Henrico duce Bavariæ Ottonis I. Imperatoris fratre, indicta aliqua de causa, episcopalis curæ onus in Fridericum occasione ejusdem Concilii transtulit. Vide Annalistam Saxonem ad annum 955. Ejusdem pariter Concilii a XVI. Episcopis præside Guillelmo Moguntino Archiepiscopo meminit Joannes Latomus in Catal. Archiep. Moguntin. res ab eodem Guillelmo gestas describens. Synodus ista in Conciliorum Collectionibus nondum commemorata fuit. MANSI

(a) *Idem hoc ann. Mol. de S. Belg.*

Moritur hoc anno (a) sanctus Gerardus Abbas Bromiensis monasticæ disciplinæ restitutor, & propagator, die tertia Octobris, cujus res gestæ ad Gontium Abbatem scriptæ fideliter adhuc extant.

III. S. Odo Cantuar. Episc. moritur, Ealsinus successor male punitur.

Insuper hoc anno moritur S. Odo Cantuariensis Episcopus, successoremque habuit Ealsinum nequissimum hominem, qui malis artibus in eam sedem irrumpens Romam venturus accipere pallium, infelici exitu in via extinctus est. Res gesta ita narratur ab auctore, qui ante annos prope trecentos claruit Matthæo Westmonasteriense monacho: *Eodem anno sanctus Odo Cantuariensis Archiepiscopus Regem Eadrinum, sive Edwinum, & Aelginum ab invicem separavit, vel causa consanguinitatis, vel quia illam ut adulteram adamavit. Quo etiam anno idem Odo vir ingenio clarus, virtute laudabilis, & spiritu prophetiæ pollens, humanis rebus exemptus, in paradisum est Angelorum manibus deportatus. Quo ad cælestia translato, Elasinus* (Edelsinum hunc nominat Osbertus in Dunstano) *Wintana urbis Episcopus, datis muneribus profusis per internuntios Regem Eadgarum circumvenire studens, cum Simone Mago thronum Cantuariensis Ecclesiæ, pecunia interveniente, conscendit, qui primo introitus die abstinere non potuit, quin furias mente diu conceptas evomeret; ad tumulum sancti Odonis accedens, illudque pede conculcans, dixit: Pessime senex, nunc animam licet sero emisisti, & meliori locum faciens, recessisti. Nunc vero quod diu concupieram teneo, te invito, & inde tibi malas gratias ago. Et sic fatus, cum rabidus ille supoei membra dedisset sequenti nocte, vidit beati Odonis effigiem sibi astare, atque improperare convicium, atque velox illi exitium comminari. Sed Eulsinus somnè vanitatem esse quod viderat existimans, non minus ad obtinendum pallium Romam properabat* (ita enim antiquo more Cantuarienses Archiepiscopi non per alium, sed per seipsos Romam adire, & pallium petere consuuverunt) *ubi cum per Alpes iter expediret inceptum, nihil aliud remedii habere potuit, dum nivali tempore esset congelatus, nisi ut exenteratorum equorum adhuc calentibus extis pedes immergeret, quibus sanctissimi viri conculcaverat sepulturam. Sed nec sic algore deficiente, sed potius invalescente, vitam flagitiosam morte misera termi-*

PAGIUS

Hungari habitabant); *suntque ibi loci antiqua quadam monumenta, inter quæ pons Trajani ad initia Turciæ, & Belegrada* (urbs etiamnum celebris), *quæ triduo inde distat, turrisque sancti ac magni Constantini, & rursum ad alium fluminis Sirmium, quod Belegrada abest itinere biduo: inde magna Moravia baptismo carens, quam Turcæ deseruerunt, cujusque Princeps olim Sfendoplocus*, seu Zventibaldus, de quo & ejus Regno sæculo superiori non semel verba fecimus.

II. *Moritur S. Gerardus Abbas Broniensis.*

Sanctus Gerardus Abbas Broniensis, Monasterii nempe inter Wosam & Sabim, pari duarum horarum utrinque intervallo, tribus a Namurco siti, non hoc anno, ut putavit Baronius, sed sequenti ad Deum migravit. Sæc. enim Benedict. V. recitatur ejus Vita a Monacho Anonymo, hoc vel sequenti sæculo scripta, in qua refertur Epitaphium primitus illic positum, & in fine ejus legitur:

Ad fontem vivum sitiens, plenusque dierum
Deposito fragilis tandem velamine carnis
Christi Luciflúam Jesu transmigrat in aulam,
Pranitet octobris quando lux tertia mensis.

Anno ab Incarnatione Domini DCCCCLIX. indictione secunda, concurrente V. epacta XX. feria II. ubi indictio II. a Kalendis Januariis, ut passim alibi in Francia, incœpta. Quando postea Gerardi corpus in Mausolæum reconditum est, præsente Godefrido Comite Namurcensi, ubi etiamnum religiose asservatur, aliud Epitaphium tumulo ejus appositum, in cujus fine legitur: *Obiit anno CMLIX. Sublevatus in feretrum MCXXXI.* Ea porro elevatio, ut inquit Mabillonius in Observat. præviis ad Vitam Sancti Gerardi num. IX. tunc temporis canonizationis loco habebatur. Vide quæ anno CMXXXIX. de hoc Sancto vitæ monasticæ in Belgio restitutore diximus.

III. *Moritur S. Odo Archiep. Cantuar.*

Ad num. III. Non tantum Westmonasteriensis, cujus verba recitat Baronius; sed etiam Wigorniensis, Hovedenus, novus Chronologus Saxo, Annalista Mailrosensis, & Simeon Dunelmensis auctores sunt, *Sanctum Odonem* Archiepiscopum Cantuariensem, hoc anno vivendi finem fecisse. Mabillonius quidem Sæc. V. Benedict. in Observat. ad ejus Vitam pag. 295. dicit præferendam esse veterem Saxonicam Chronologiam, in qua *Odo Archiepiscopus obiisse* dicitur anno CMLXI. Verum prætérquamquod verba illa in Chronologo illo Saxonico inter duos uncos posita, quæ ideo in uno tantum exemplari MS. leguntur perperam ibi dicitur, post eum *Dunstanum* Archiepiscopatum capessiisse, cum certum sit, *Elfsinum* Ventanum Episcopum, virum Simoniacum, ejus locum accepisse, eumque dum Romam pergeret, misere interiisse: eo vero mortuo *Birhtelmum* Dorsetensis provinciæ Præsulem ad eam cathedram evectum esse; sed cum in exercendis Ecclesiasticis disciplinis minus quam oportebat, vigeret, ad suum ovile rediisse, & *S. Dunstanum* jam tunc Londoniensem Episcopum totius Britanniæ Primatem creatum esse, ut non tantum Auctor Vitæ Sancti Dunstani, sed etiam alii Scriptores Anglici docent *Birhtelmum* vero anno sequenti Doroberneosi seu Cantuariensi Ecclesiæ præfuisse, ideoque jam illo Christi anno *Odonem* mortuum, indubitatum reddit Privilegium ab Edwio Angliæ Rege Wintoniensi monasterio concessum, & ab Alfordo anno CMLIX. num. III. & seqq. recitatum, in cujus fine legitur: *Acta est hæc præfata donatio, anno ab Incarnat. Domini nostri Jesu Christi nongentesimo quinquagesimo nono, indictione secunda † Ego Eadwid Rex Anglorum. † Ego Byrthelm Dorobernensis Ecclesiæ Episcopus*, &c. Mabillonius ibidem existimat, Auctorem, qui

minavit. Hæc ipse: Porro eidem sedi paulo post cedente Bixtelino, Sanctus Dunstanus est præfectus Antistes, de quo suo loco inferius dicturi sumus.

An-

PAGIUS qui Vitam Sancti Odonis in literas misit esse *Osbernum* Cantuariensem Monachum, qui tempore Lancfranci Archiepiscopi Cantuariensis vixit, quique Vitam Sancti Dunstani Archiepiscopi Cantuariensis edidit. Verum Auctor ille Anonymus ab *Osberno* diversus; cum hic in Vita Sancti Dunstani scribat, *Edwio* regnante, Dunstanum ab *Edgaro* Rege Wigorniensem Episcopum ordinatum esse, & *Edwio* demortuo *Edgarum* Dunstanum etiam Episcopum Londoniensem creasse; & tamen Auctor Vitæ Sancti Odonis referat *Dunstanum* utrumque Episcopatum, mortuo Edwio Rege ab *Edgaro* ejus fratre accepisse; quod ab uno eodemque Auctore scriptum credi non potest. Certe Mabillonius, qui Vitam illam ex Codice Thuano Colbertino se eruisse asserit, fatetur in eo, nec Auctoris nomen, nec ætatem signari. His scriptis ad manus pervenit Anglia Sacra ab Henrico Wartono Londini anno MDCXCI. in lucem edita, in cujus Præfatione ad partem II. num. VII. observat in antiquo MS. Collegii Corporis Christi Cantabrigensis eam Vitam inter alia *Eadmeri* Opera eidem inscribi, huicque restitui debere.

I. ANno Redemptoris nongentesimo quinquagesimonono Indictione secunda, *Legati Helenæ Reginæ Rugorum, quæ sub Romano Imperio Constantinopolitano Constantinopoli est baptizata, ficte (ut post claruit) ad Regem Ottonem venientes, Episcopum, & presbyterum eidem genti petebant.* Hæc apud Reginonem hoc anno, sequenti vero ait, Sibutium ex cœnobitis S. Albani ab Adaldago Hamburgensi Episcopo Rugorum Episcopum ordinatum; eum vero anno sequenti diem obiisse, in locumque ejus subrogatum fuisse Adalbertum monachum ex cœnobitis S. Maximini in Rugorum sive Russorum Episcopum, qui anno sequenti a sua ordinatione male a populis illis acceptus, vix fuga lapsus evasit, occisis nonnullis ex suis, ipse vero benigne ab Ottone susceptus, apud Wi-

Adalbertus Russorum Episcopus.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMXCVII. Anno Hegiræ CCCXLVIII. inchoato die 14. Martii fer. 2. A.C. 959.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6452.

☉ 16. B. ☽ 10. P. 3. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 959.

JOANNIS XII. PAPÆ 4.

ROMANI JUN. IMP. 1.

I. S. Adalbertus in Russiam mittitur. AD num. I. In Chronico Hildensheimensi ad hunc Christi annum legitur: *Venerunt Legati Rusciæ gentis ad Regem Ottonem, & deprecati sunt eum, ut aliquem suorum Episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis: & professi sunt se velle recedere a Paganico ritu & accipere religionem Christianitatis. Et ille consensit deprecationi eorum, & transmisit Adalbertum Episcopum fide Catholicum: illique per omnia mentiti sunt, sicut postea eventus rei probavit.* Continuator vero Reginonis ait: *Legati Helenæ Reginæ Rugorum quæ sub Romano Imperatore Constantinopolitano Constantinopoli baptizata est, ficte (ut post claruit) ad Regem venientes Episcopum & Presbyteros eidem genti petebant.* Idem habet Lambertus Schafnaburgensis ad annum CMLX. de Adelberto addens: *Qui etiam vix evasit manus eorum.* Ex prædictis locis duæ difficultates, quarum solutio Historiæ Ecclesiasticæ elucidandæ non parum conducit, exortæ, de quibus nempe Rugis aut Russis, & de quo Adalberto seu Adelberto Auctores isti loquantur. Baronius anno CMLXXI. num. XIII. tres *Adalbertos* distinguit, quorum alter Episcopus Pragensis in Bohemia, alter Magdeburgensis Archiepiscopus, tertiusque Rugorum Antistes extiterit. Contra vero Cromerus lib. 3. de Rebus Polonorum pag. 46. unicum *Adelbertum* admittit, qui nunquam Russiam adierit, sed qui ad prædicandum Evangelium in Hungariam & Poloniam profectus sit.

II. Duo Adalberti distinguendi. Verum *Sanctum Adalbertum* in Russiam seu in Tauro Scythiam, vel, ut nunc loquimur, in Moscoviam ad prædicandum Evangelium missum, postea Magdeburgensem Episcopum fuisse, duos tantum Adalbertos hoc sæculo floruisse & Helenam Moscoviæ Christianam extitisse Reginam, ex dicendis constabit. Hæc quidem expeditio Apostolica effectu caruit, quia ut scribit Ditmarus lib. 2. pag. 20. *Adalbertus* a gentilibus expulsus fuit; at hic indignus agendi modus *Helenæ* Reginæ piissimæ non attribuendus, sed vel Sphendosthlabo ejus filio Regi adhuc minorenni, vel Russis, qui a religione Christiana abhorrebant. De hujus Reginæ pietate anno CMXLI. mentionem fecimus. Scriptores Latini mediæ & infimæ ætatis *Russiam* plerumque *Rugiam* appellarunt, indeque error enatus, quod *Sanctus Adalbertus* in Rugiam maris Baltici insulam prædicandi Evangelii causa directus fuerit, quo nihil magis a veritate alienum. Helmoldus in Chronico, de conversione Slavorum, inter quos Rugi seu Rugiani in mari Baltico siti, verba facit, de qua cum hactenus mentionem non fecerimus, hic ex occasione agemus. Is itaque lib. 1. cap. 6. de Rugis hæc notatu digna habet: *Tradit Veterum antiqua relatio, quod temporibus Ludovici secundi* (filii Ludovici Pii & Germaniæ Regis) *egressi fuerint de Corveia* (seu Corbia) *Monachi Sanctitate insignes, qui Slavorum salutem sitientes, impenderunt se ipsos ad subeunda pericula & mortes pro Legatione verbi Dei. Peragratisque multis Slavorum provinciis, pervenerunt ad eos, qui dicuntur Rani, sive Rugiani, & habitant in corde maris. Ibi fomes est errorum, & sedes idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt, ubi etiam oratorium fundaverunt in honorem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, & in commemorationem Sancti Viti, qui est patronus Corveiæ.*

III. Populi Rugiam insulam incolentes fidem acceperunt sub Ludovico Germaniæ Rege. *Postquam autem, permittente Deo, mutatis rebus Rani a fide defecerunt, statim pulsis Sacerdotibus atque Christicolis, religionem verterunt in superstitionem. Nam Sanctum Vitum, quem nos Martyrem ac servum Christi confitemur, ipsi pro Deo venerantur, creaturam anteponentes Creatori. Nec est aliqua barbaries sub cælo, quæ Christicolas ac Sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. Viti gloriantur, cui etiam templum ac simulacrum amplissimo cultu dedicaverunt, illi Primatum deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoque provinciis Slavorum illic responsa petuntur, & sacrificiorum exhibentur annuæ solutiones. Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas sedes appulerint, patet ulla facultas vendendi & emendi, nisi prius de mercibus suis Deo ipsorum pretiosa quæque libaverint, & tunc demum mercimonia foro publicantur. Flaminem suum non minus quam Regem venerantur. Ab eo ergo tempore, quo primo fidei renunciaverunt hæc superstitio apud Ranos perseverat usque in hodiernum diem*, annum scilicet millesimum centesimum sexagesimum octavum, quo Helmoldus Chronicon suum, ab Arnoldo Abbate Lubecensi postea continuatum, absolvit. Is deinde cap. 11. refert, *Sanctum Adelbertum* primum Magdeburgensem Archiepiscopum ordinatum esse, & multos Slavorum populos ad fidem convertisse, sed de Russis mentionem non facit, quia Slavi non erant, sed iis finitimi, ut cap. I. ipse insinuat. De Rus-

fis

Wilelmum Moguntinom Episcopum honorifice retioetur, donec defuncto Vuritz Burgensi Abbate, ab eodem Ottone eidem monasterio præficitur Abbas. Hæc omnia apud Reginonem.

II. Arnulphi March. Flandriæ oblationes.

Quo pariter anno Frodoardus temporis hujus sciptor recitat Arnulphi Marchionis Flaodriæ Rhemos adventum, cum sacris oblationibus, ut religiosum Priocipem decet; ait enim: *Arnulphus Comes Rhemos venit, & Ecclesiam sanctæ Mariæ non modico argenti pondere muneravit. Unde orea, in quibus sancti Callisti, S. Nicasii, & sanctæ Eutrophiæ membra, cæterorumque Sanctorum quamdam pignora continentur, ornata & cooperta sunt: sed & quemdam Evangeliorum librum auro argentoque decoravit. Monasterio quoque S. Remigii dona contulit.* Hæc ipse. Quomodo autem iste per sanctum Gerardum Abbatem Bromiensem, de quo anno superiori dictum est, occasione morbi calculi ab eo jam antea curati ad meliorem frugem conversus fuerit: haud erit ociosum hic enarrare ex fideli ejusdem temporis scriptore (a), rem gestam ita persequente:

(a) Apud Sur. die 3. Oct. c. 5.

III.

Per hoc tempus Arnulphus Marchio Flandriæ dominabatur, vir valde opulentus quovis genere divitiarum, uti hodieque claret in ditiori ejus sobole. Is morbo gravissimo vexatus, nullam ex tantis opibus ei potuit adhibere curationem: ecce enim quadrabat versus ille:

Æger dives habet nummos, se non habet ipsum.

Perpetuis enim cruciamentis conficiebat eum calculus, morbus intolerabilis, urinæ meatus obstruens. Multi quidem ad eum advolabant medici, suam peritiam egregie jactantes, ut scilicet a pecunioso homine nummos, & lautas epulas emungerent. Ajebant illi, incisione opus esse, & sine ea nullam posse ei fieri medicinam: sed Princeps veritus, ne dum remedia vitæ captat, vitam prorsus amittat, non patitur se ulla ratione incidi. Porro medici ei animum addere volentes, illo inspectante octodecim eodem affectos morbo inciderunt, eosque omnes dempto uno, qui mortuus est, brevi curarunt. Sed ille unus e vita ablatus facile confirmavit Comitis animum, ne se pateretur incidi. Tandem Deo illi suam gratiam aspirante, ad se reversus, spem, quam inconsulto in hominum arte posuerat, in ea collocat, qui omnia curat solo sermone.

Hausto enim bono odore famæ beati Gerardi, præsertim ex illuminatione cæcæ mulieris: submisse admodum per celerem nuntium eum rogat, ut ad ipsum venire minime gravetur. Venit ille, & IV. Curatur Arnulph. a S. Gerardo.
Princeps honorifice occurrit venienti, eumque, ut par erat, officiosissime excipit, indicat cum lacrymis morbi acerbitatem; orat, ut pro ipso Deum omnipotentem deprecetur. At vir Dei, crede mihi, inquit, mi frater, non ego tantæ mihi virtutis ac meriti conscius sum, ut tu quidquam hujusmodi a me homine vilissimo debeas expectare, perfectorum istud est, eorum maxime, qui jam corpore exuti Domino semper assistunt. Ego vero quisnam sum, ut a me homine vilissimo rem tam difficilem exigas? Si vis perfectam, Domino committe medelam. At comes e diverso: Sentio, inquit, mi pater quid velis: occasionem quæris, ne id mihi præstes beneficii. Sed quæso te, præpotentis Dei benignitate fretus, ne mihi differas afferre remedium, quod ego certissime mihi in tanta doloris acerbitate per tuas preces affuturum polliceor.

Ann. Eccl. Tom. XVI. O No-

PAGIUS IV. S. Adalbertus a Russis expellitur.

sis autem sequentia nobis dicenda restant.

Ad annum CMLX. Continuator Reginonis scribit: *Rex Natalem Domini Franconofurd celebravit, ubi Libutius ex cœnobitis Sancti Albani* (quod monasterium Moguntiæ situm) *a venerabili Episcopo Adalgado genti Rugorum Episcopus ordinatur.* Tum ad annum CMLXI. *Libutius priori anno quibusdam dilationibus ab itinere suspensus, XV. Kalend. Martii anni præsentis obiit, cui Adalbertus ex cœnobitis Sancti Maximini* (quod monasterium apud Treveros positum) *machinatione & consilio Willelmi Archiepiscopi* (sc. Moguntini) *licet meliora in eum confisus fuerit, & nihil unquam in eum deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit. Quem pissimus Rex solita sibi misericordia, omnibus quibus indigebat copiis instructum genti Rugorum honorifice destinavit.* Denique idem Continuator ad annum CMLXII. *Adalbertus Rugis ordinatus Episcopus, nihil in his, propter quæ missus fuerat, proficere valens, & inaniter se fatigatum videns revertitur; & quibusdam ex suis in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit.* Ditmarus vero qui hoc tempore vivebat, lib. 2. pag. 20. de Ottone scribit: *Adelbertum Treverensem, professione Monachum, sed Russiæ prius ordinatum Præsulem, & hinc a gentilibus expulsum, ad Archiepiscopatus apicem, inclytum patrem, & per omnia probatum, anno Dominicæ Incarn. CMLXX. XV. Kal. Novemb. Apostolica auctoritate promovit.* Ex quibus omnibus inter se collatis evidenter deducitur, Baronium loco laudato *Adalbertum* ad Russiam missum ab *Adalberto* Magdeburgensi Archiepiscopo male distinxisse, & Mabillonium Sæc. V. pag. 576. Rugiam seu Russiam (utrumque enim dicitur) bene interpretatum esse de Russia, nunc Moscovia appellata. Nec refert quod *Helena* Regina Constantinopoli baptizata dicatur; cum ea in Urbe propter causas nobis ignotas tunc fuerit, & baptismum tam ibi, quam alibi accipere potuerit.

A num. II. ad VII. *Sanctus Gerardus* Broniensis in Belgio Abbas *Arnulphum* Marchionem Flandriæ morbo calculi liberavit, isque V.
hac

Noli obsecro inhumanum te mihi exhibere, sed miserere mei hominis moribundi, ut tui quoque Deus misereatur.

V. *Beatus vir sic respondit lacrymanti: Ne videaris frustra a me petisse remedium, indicabo tibi quod facias: Jacta semper in Dominum cogitatum tuum; & quia multis auctus ex divitiis, aliquid ex eis erogato in pauperes, & poteris abolere enormitatem scelerum tuorum: propter peccata enim interdum hujusmodi mala accidunt. Ubi vero hac ratione tibi Christum propitium reddideris, etiam optatam licebit recuperare salutem. Ad hæc Comes: Gratissimum est, inquit, quod hortaris, serve Dei, modo possim Christi experiri clementiam. Ecce instar Zachæi illius Evangelici (a), dimidium honorum meorum do pauperibus, si tamen sopiri queat morbus gravissimus, me misere depascens. Deinde præcipit domesticis suis, ut fideliter sancti viri consilium exequantur.*

(a) Luc. 19.

VI. *Porro autem indicit ei vir Dei triduanum jejunium, ipse pariter cum eo jejunans, ut ea victus parsimonia purificati, immo spirituali refectione recreati, digni ad percipienda Christi mysteria ambo accederent. Eo jejunio religiose, ut res exigebat, expleto, Sanctorumque suffragiis lacrymose imploratis, vir Dei divinis accingitur armis, Missamque suo more lacrymabundus celebrat. Cumque jam sacram sumpsisset Eucharistiam, & Marchioni quoque inhianter expectanti eam impertiisset: confestim reddendi lotii appetitu Marchio corripitur. Itaque secedens cum urina nullo negotio calculum ejecit, & pristinæ sanitati mirabiliter restitutum se gratulatur. Quæ illius animum tum exultatio obtinuerit, quas Dei laudes omnes illi faventes deprompserint, quanta erga virum Dei extiterit veneratio, nemo, ni fallor, requirit, cum nulla id possit a nobis oratione explicari.* Subdit auctor de ejusdem S. Gerardi contemptu divitiarum, cum ab offerente Arnulpho ingentem pecuniæ thesaurum accipere noluit. Suscepit vero laborem, nempe oblatam curam monasteriorum totius Flandriæ, quæ reviviscere fecit monastica disciplina. Ipse vero Comes curatus corpore, & anima pariter convaluit pristinæ vitæ renuntians.

VII. *Eduini Regis Angliæ obitus & salvatio.*

Hoc eodem anno perfectam pacem obtinet Ecclesia Anglicana, defuncto Eduino Rege, & succedente in monarchiam Regni totius Edgaro. Hæc Osbertus, & alii qui prosecuti sunt res Anglicanas. Porro precibus sancti Dunstani, quem afflixerat, ne penitus ad inferos damnaretur, animam ejus ereptam, ita idem narrat Osbertus: *Interea Eduinus e vita præsenti subtractus est, & anima ipsius Dunstano in ora-*

PAGIUS

S. Gerardus Arnulphum M. Flandriæ Comitem calculi morbo sanat.

hac occasione melior effectus, ut narrat Baronius ex Auctore Anonymo Vitæ Sancti hujus Abbatis. Verum Arnulphus Magnus, ita enim cognominabatur, a Gerardo anno nongentesimo quadragesimo octavo sanatus. Postquam enim hæc Anonymus narravit, ait, *Arnulphum spectatu viri Dei virtutifera probitate ei commendasse procurationem Abbatiarum, quotquot habebat sua sub potestate,* & Gerardum imprimis *Blandiniense* monasterium adiisse, in illudque ejectis Clericis Monachos introduxisse, atque postea corpora Sanctorum Wandregisili, Ansberti atque Wlframni ex urbe Bononiensi, ad quam Normannorum metu aliis delata fuerant, Gandavum reduxisse. Quod utrumque anno CMXLIV. contigisse, testatur Meyerus lib. 2. Annal. Flandriæ ad eum Christi annum. De ea Translatione supra verba fecimus.

VI. *Moritur Edwinus Angliæ Rex.*

Ad num. VII. Licet antiquior Chronologus Saxonicus *Edwinum* Angliæ Regem anno nongentesimo quinquagesimo septimo vivere desiisse scripserit, indubitatum tamen ejus mortem currenti accidisse, quo Hovedenus pag. 425. Annalista Mailrosensis, aliique eam consignant. Id etiam colligitur ex annis quibus regnasse dicitur. Huntindoniensis enim pag. 356. ait eum *anno Regni sui quinto* immatura morte præreptum, & Hovedenus citatus, ac Ethelwerdus in fine egregii sui Operis annos quatuor ei attribuunt, quia nempe annum ultimum, qui incompletus fuit, negligunt. Denique *Edgarus* ejus frater ac successor Chartam dedit Wigorniensi Ecclesiæ de ejiciendis Clericis uxoratis & introducendis Monachis, a Spelmanno pag. 432. e duplici MSS. extractam in cujus fine legitur: *facta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo quarto, indictione octava, Regni vero Aedgari Anglorum Regis sexto, in Regia verba, quæ ab incolis †††† nominatur: in Natali Domini, festivitate Sanctorum Innocentium, feria quarta. Ego Eadgar Basileus Anglorum, & Imperator Regum gentium, cum consensu, & Principum & Archiepiscoporum meorum hanc munificentiam signo Crucis corroboro.* Quibus ex temporariis notis inter se accurate colligatis manifestum fit, *Edgarum* a præsenti anno Monarchiam suam deduxisse, ideoque & fratrem ejus *Edwinum*, qui partem Regni obtinebat, hoc etiam anno demortuum esse. Obiter autem notabis ex eadem clausula colligi Anglos hoc tempore indictionem a Septembri, quo Indictio VIII. eo Christi anno cœpit, & annum Incarnationis a Kalendis Januariis sæpe inchoasse, alioquin Edgarus jam numerasset annum CMLXV. Vide quæ dicam anno MLXV.

VII. *S. Dunstanus fit Ep. Londinensis.*

Edgarus totius imperii Monarcha effectus, inquit Osbernus in Vita S. Dunstani Archiepiscopi Cantuariensis, num. XXXI. *cogitabat beatum virum* (nempe Dunstanum) *super omne Regnum constituere, volens in regno sine illo crescere, quem ante Regnum præ cæteris studuerat familiarius diligere. Unde apposito patribus suis Londoniensi Episcopo, rogatu Regis ac Principum Dunstanus successione donatur, annuentibus quoque omnibus ejusdem urbis habitatoribus, & importunis vocibus illius nomen acclamantibus. Audierant namque quam fuerat a primævo ætate Deo acceptissimus, quam in illa cui præerat Ecclesia* (nempe Vvigorniensi) *sol-*

orationibus occupato a quibusdam teterrimis hominibus cursim e vestigio est præsentatu. Cujus miseriam miseratus suarum injuriarum immemor, pro liberatione ejus immensos omnipotenti Deo lacrymarum imbres effudit, nec ab eis destitit, donec se pro eo exauditum agnovit. Facto igitur non grandi intervallo, Mauri illi ad Dunstanum sua præda vacui redeunt. Et quia suas injurias ulcisci supervacue venerant, calumniosa voce depromunt; quorum ille furores nihili pensans, Deo super ineffabili misericordia ejus gratias egit. Hæc ipse. Porro miser Eduinus magis procacis meretricis impulsu, quam sua voluntate peccaverat, haud omnino malus, natus ex Regina sancta, cujus precibus factum, ut in fine suorum scelerum pœnitens ex hac vita discesserit.

PAGIUS *sollicitus, quam denique in omni re bona & optima probatissimus: & eo re noluerunt habere alium cum possint habere lectissimum. Neque illum juvit excusatio Canonum auctoritate prætensa, qui sicut Ecclesiam unam duobus esse Episcopis contradicunt, ita duas Ecclesias uni Episcopo fieri posse non permittunt: Cum Joannes inquiunt: dilectus Domini septem Ecclesiis atque Episcopis earum præfuerit, & beatus Paulus omnium Ecclesiarum sollicitudinem simul & magisterium habuerit. Talibus B. Pontifex rationum testimoniis victus Londonæ urbis* (seu Londinii, ut hodie loquimur) *Antistes inthronizatur, non relinquens eam quam ante habuerat Ecclesiam, sed utrique præsidens, utramque regens, utriusque verus ac proprius Pontifex existens.*

VIII. *Sed nonnisi post Edvvii Regis mortem.* Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 8. non tantum ait; *Edgarum* Edvii fratrem ætate minorem, hoc anno Angliæ Monarchiam adeptum; sed etiam juvenculum *annorum sedecim* fuisse, quam ætatem ei etiam Hovedenus, Ethelvverdus, aliique assignant, eumque eodem numero ferme annorum monarchiam tenuisse docent. *Edgarum* illi a justitia, benignitate, fortitudine, prudentia, aliisque virtutibus Regiis plurimum laudant. Sed quantus fuerit, vel sola evectio *Dunstani* ad Episcopatum Londoniensem, & Sedem Metropolitanam Cantuariensem, quando cætera deessent, satis ostendit. Ingulphus loco citato scriptor Anonymus Vitæ S. Odonis Archiepiscopi Cantuariensis, & B. Presbyter coævus in Vita S. Dunstani in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XIX. Maii recitata, cap. 5. scribunt, *Edgarum* post Edvvii fratris mortem *Sanctum Dunstanum* Ecclesiis Wigorniensi & Londiniensi Episcopum præposuisse. Sed quoad tempus Episcopatus Wigorniensis Dunstano concessi, non dubium, quin hallucinentur, quod de Auctore illo coævo mirum videri non debet, quia, ut non semel indicavimus, Auctores res suo tempore gestas scribentes in errorem quandoque labuntur. Quod maxime advertendum, ut, quando necesse fuerit, ab illis discedamus. Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Observat. præviis ad Vitam Sancti Dunstani ab Osberno Monacho scriptam, Vitam in Actis SS. Bollandianis editam testatur, se legisse in MS. Codice monasterii Vedastini apud Atrebates, ex quo illam postea eruit Henschenius, seque existimare littera illa B. designari *Brithfertum* Cœnobii Ramesiensis monachum, quem Pitseus ait sub annum CMLXXX. vixisse. Anonymum vero illum Dunstano æqualem fuisse, ex eo inter alia intelligitur, quod eam inscripserit *Alfrico* Archiepiscopo Cantuariensi, anno post obitum Sancti Dunstani octavo ad eam Sedem promoto. Aliqua singularia habet idem Anonymus, sed non dubium, quin cap. 5. etiam hallucinetur, quando ait Dunstanum Wigorniensem & Londinensem Ecclesias, *per multa annorum transeuntium tempora* rexisse; cum ipsemet fateatur utrumque Episcopatum Dunstano post *Edvvii* Regis mortem collatum fuisse, certumque sit, *Dunstanum* anno sequenti Metropolitanæ Ecclesiæ Cantuariensi præfuisse.

IX. *Mors S. Gerardi Abbatis & Constantini Imp.* *Sanctus Gerardus* Abbas Broniensis anno currenti demortuus, ut anno superiori diximus, & *Constantinus Porphyrogennetus* hoc anno denatus, ut anno sequenti ostendemus.

JESU CHRISTI ANNUS 960.	JOANNIS XII. PAP. ANNUS 5.	CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 49.

I. SEquitur annus Redemptoris nongentesimus sexagesimus, tertia Indictione, quo Joannes assertus Papa, tyrannidem Berengarii haud amplius ferens, adversus eum legationem misit ad Ottonem Regem, de qua hoc anno apud Reginonem agitur, deque aliis aliunde ab Italia eadem ex causa ad eum concurrentibus legationibus: quas omnes recenset Luitprandus (a) his verbis de singulis agens:

(a) Luitp. l.6. c.6.

II. *Pugnantibus, immo sævientibus in Italia, & ut verius fateamur, tyrannidem exercentibus Berengario atque Adelberto, Joannes summus Pontifex & universalis Papa, cujus tunc Ecclesia supradictorum Berengarii atque Adelberti sævitiam erat experta, Legatos sancta Romana Ecclesia, Joannem videlicet diaconum Cardinalem, & Azonem Scriniarium serenissimo atque piissimo tunc Regi, nunc Augusto Cæsari, destinavit Ottoni, suppliciter litteris & Regum signis orans, quatenus pro Dei amore, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, quos delictorum suorum cuperet esse remissores, se sibique commissam sanctam Romanam Ecclesiam ex suorum inimicorum faucibus liberaret; ac saluti, & pristinæ libertati restitueret.* Hæc continentur in ista legatione: cum eodem tempore, eodem motu sancti Spiritus alii aliunde (ut dictum est) ad eumdem Regem confluxere ex eadem causa Legati, de quibus subdit:

III. Querelæ undique de tyrannide Berengarii.

Hæc dum Romani Legati conquererentur: vir venerabilis Vualbertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus semivivus ex supradictorum rabie Berengarii atque Adelberti liberatus, superius memorati Ottonis potentiam adiit, indicans se non posse pati Berengarii, Adelbertique, nec non Vuillæ sævitiam, qua Manassem Arelatensem Episcopum contra jus fasque Mediolanensi Ecclesiæ sedi præfecerat. Ajebat sane hanc Ecclesiæ suæ calamitatem, qua quod se suosque cavere oporteret, interciperet. Sed Vualdo * *Cumanus Episcopus hunc pone est sequutus, non disparem a Berengario atque Adelberto & Vuilla, quam Vualbertum contumeliam se esse perpessum clamitans. Venerant & nonnulli alterius ordinis ex Italia viri, quos inter illustris Marchio Obertus cum Apostolicis concurrerat nuntiis, a sanctissimo Ottone tunc Rege (ut dixi) nunc Augusto Cæsare auxilium expetens.* Hæc Luitprandus; his subiiciens ejus in Italiam expeditionem, quæ contigit anno sequenti. Quod ad Willam pertinet, de qua sunt allatæ ad Ottonem querelæ, filia fuit Bosonis Marchionis Tusciæ fratris Hugonis, uxor Berengarii, impudicitiæ sævitiæ atque omnium denique vitiorum laborans infamia; quam jure omnium feminarum nequissimam fuisse, idem (b) Luitprandus affirmat.

* al. Comanus vel Comensis

(b) Idem l.3. c.5.

IV. Porro sic vocavit Joannes Papa Ottonem in Urbem, ut tamen ante Legatis Apostolicæ Sedis ille juramento promitteret, sibi, Romanæque Ecclesiæ fore bene consulturum, omniaque Romanæ Ecclesiæ bona a tyrannis sublata restituere. Quibus etiam juramento dato, Otto consensit. Forma ipsa tunc juramenti concepta & Legatis exhibita, recitatur a Gratiano verbis istis (c):

(c) Dist. 63. c. 33. Tibi Domino.

V. Ottonis Reg. promissio jurata Joanni Pap.

Tibi domino Joanni Papæ ego Rex Otto promittere & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per lignum hoc vivificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod si permittente Domino, Romam venero; sanctam Romanam Ecclesiam & te rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum, & numquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes. Et in Romana Urbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quidquid in nostram potestatem de terra S. Pe-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. CMXCVIII. Anno Hegiræ CCCXLIX inchoato die 2. Martii fer. 6. A.C.960. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6453.

☉ 17. AG. ☽ 11. P. 22. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 960.

JOANNIS XII. PAPÆ 5.

ROMANI JUN. IMP. 2.

AD Num. I. ad VII. *Legati ab Apostolica Sede veniunt*, inquit Continuator Reginonis ad annum CMLX. *Joannes Diaconus & Azo Scriniarius, vocantes Regem* (nempe Ottonem) *ad defendendam Italiam, & Romanam Rempublicam a tyrannide Berengarii* (Italiæ Regis) *VValtbertus etiam Archiepiscopus Mediolanensis, & VValdo Cumanus Episcopus; & Opertus Marchio Berengarium fugientes, in Saxonia Regem adeunt. Sed & reliqui pene omnes Italiæ Comites & Episcopi literis eum aut Legatis, ut ad se liberandos veniat, exposcunt.* Idem narrat Baronius ex Luitprando lib. 6. c. 6. qui addit, *Ottonem* collectis copiis in Italiam se se contulisse, quo tamen nonnisi anno sequenti profectus est. *Cumæ* urbs Episcopalis in ora littorali Campaniæ posita, initio Sæculi XIII. prorsus eversa. De ea pluribus agit

Otto Rex adversus Berengarium a Joanne PP. evocatur.

S. Petri pervenerit, tibi reddam. Et cuicumque Regnum Italicum commisero, jurare faciam illum, ut adjutor tui sit, ad defendendam terram sancti Petri, secundum suum posse. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia. Hucusque ibi. Eadem habemus in Vaticana bibliotheca in codice a Cencio Camerario scripto, in quo Romanae Ecclesiae factae donationes, & multiplices juramentorum formae inter alia expressa leguntur. Meminit ejusdem Ottonis promissionis istius Joannes ipse, cum per Legatos ad eum missos quereretur, non fuisse sibi servata promissa: ut ex appendice ad (*a*) Luitprandum sumus inferius suo loco reddituri. Joannes igitur male conscius de sua in Sedem Apostolicam intrusione, sic liberationem Romanae Ecclesiae ab Ottone, quem vocat, exoptat, ut tamen antea voluerit sibi esse consultum, ne sui Pontificatus quoquo modo jacturam pateretur. Innatum est a natura latronibus, ut omnes semper timeant, etiam socios, atque adjutoribus non se credant.

(*a*) *Luitp. l. 6. c. 6.*

VI. Caeterum vice versa ipse Joannes per Legatos suos promisit Ottoni Regi Imperii titulum ex more exhibendum, simulque ea omnia eum ipsum, tum successores ejus praestaturos Imperatori, quae Eugenius Papa & Leo promisissent sponte Imperatoribus: quaenam ista fuerint, intexta habentur in ipsius Ottonis diplomate donationis factae eidem Joanni Pontifici, quod inferius suo loco ponetur.

VII. Eodem quoque anno venit Romam S. Dunstanus Cantuariensis creatus Episcopus ad Joannem Pontificem, ut ab eo pallium acciperet; de eo enim ista Osbertus in Dunstano (*b*): *Post hoc temporis, opportunitate accepta, beatissimorum Petri & Pauli Limina petiit, & eum summae Sedis Pontifex magno sincerae dilectionis affectu illa venientem excepit, secumque postea familiariter agens, & agendo, templum sancti Spiritus esse cognoscens; magnifice illum honoravit, ac stola sui Apostolatus, pro qua venerat, decentissime decoravit. Sicque delegato ei legatione Apostolicae Sedis, genti Anglorum pastorem ac salutis earum provisorem destinavit. Itaque vir Dei Roma reversus, & in Patriarchatum primae sedis Britanniarum receptus, in ipsum mundi principem quasi gigas surrexit, & armaturam Dei verbi a dextris & a sinistris constanti virtute in eum vibrare, & membra ejus circumquaque debellare, & prosternere coepit ac enervare, &c.* Forma autem concessionis sic Apostolicis litteris expressa est:

(*b*) *Apud Sur. die 19. Maii c. 3.*

S. Dunstanus Cantuar. Archiep. Romam venit.

*Joannes Episcopus servus servorum Dei, confratri Dunstano * Dorobernensis Ecclesiae Archiepiscopo vitae perpetuae permanendam in Christo salutem.* VIII.

Vuilelm. de Gest. Pont. Angl. in Dunstano.

* *Idem Cantuariensis.*

Si pastores ovium solem, geluque pro gregis sui custodia, die ac nocte ferre contenti sunt, & oculis conspectant vigilantibus, ne aliqua ex ovibus aut errando pereat, aut laniata morsibus rapiatur: quanta cura, quantoque sudore debemus esse pervigiles ob salutem animarum, qui dicimur pastores esse earum? Attendamus igitur, nos officium exhibere erga custodiam ovium Dominicorum; ne, quasi lupo veniente, territi fugiamus: ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem & negligentia nostra excruciemur, unde modo honoris reverentia in sublimiore arce cernere dijudicamur. Primatum itaque tuum, in quo tibi ex more antecessorum tuorum vices Apostolicae Sedis exercere convenit, ita tibi ad plenum confirmamus, sicut B. Augustinum ejusque successores praefatae Ecclesiae pontifices habuisse dignoscitur.

Pallium vero fraternitati tuae ex more ad Missarum solemnia celebranda commendamus: quo tibi non aliter uti conce- IX.

PAGIUS agit Cluverius lib. 4. Ital. Antiq. pag. 1101. & seqq. Fallitur enim Sigonius lib. VI. de Regn. Ital. qui *VValdonem* Comensem Episcopum facit. *Joannes* itaque XII. Pontifex Romanus, postquam multa indigna passus est, Legatos illos misit, & Ottonem rogavit, ut *Caroli Magni* exemplo Ecclesiam Romanam, Italiamque a saeva Berengarii & Adelberti ejus filii tyrannide vindicaret. Id si faceret, se illum Augustalibus insignibus, ornaturum ac Imperatorem Romanorum appellaturum, quae dignitas tum vacabat, a morte nempe Berengarii Senioris. Otto se se venturum promisit, interimque juramentum a Baronio recitatum ad Joannem Papam misit.

II. A num. VII. ad XI. Hovedenus pag. 425. narrat, anno superiori *Elfsinum* Archiepiscopum Cantuariensem, dum Romam ad petendum

NOTAE [1] SIgonium immerito erroris arguit hic Pagius, nam Waldo iste, qui Cumanus episcopus a Continuatore Reginonis dicitur, potuit utique Comensis Episcopus esse. Comenses enim Episcopi ea aetate Cumani persaepe appellabantur, ut ex pluribus documentis apud Ughellium planum est; & circa idem tempus Waldo inter Comenses episcopos ab eodem exhibetur, ubi pariter legere est privilegium Lotharii datum anno 950. directumque *VValdoni venerando Pontifici Sanctae Cumanae Ecclesiae*. Haec ante me observavit Muratorius Antiquit. Estens. p. 1. cap. 15. p. 135. MANSI

cedimus, quum eo usu, quo antecessores nostri prodiderunt, Ecclesia sua privilegiis in suo statu manentibus. Neque tuo prudentia hoc incognitum habet, vel quicumque, quantum indumenti honor moderatione ullum tremendus erit. Honestati morum tuorum hæc ornamenta conveniant, quatenus, Deo auctore, posses esse conspicuus, ita ut vita tua filiis tuis sit regula: & in illa, si qua fortitudo illis insit, dirigantur, dum in ea quæ imitentur, aspiciunt. Et in fine epistolæ:

X. *Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratia sua protectione circumdet, atque ita in timoris sui viam te dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem, ad æternam pervenire simul mereamur dulcedinem. Et hoc scriptum est per manum Leonis Scriniarii Sedis Apostolicæ in mense Octobris Indictione quarta, die primo Kalend. Octobris, anno* * *duodecimo summi Pontificis Joannis.* Vidisti extrema duo, Episcopum sanctissimum, Pontificem vero moribus perditissimum, attamen illum hunc revereri, colereque observantissime, recognoscens in illo personam Petri. At de his hactenus.

* sexto Jo. Pont. XII.

Jam vero ad ea, quæ spectant ad Orientale Imperium, convertamus orationem.

Hoc eodem anno, die nona Novembris Constantinus Imperat. veneno moritur: quæ autem causa præcesserit de veneno a filio ipsi propinato, hæc habet Curopalates: *Romanus autem Constantini Imper. filius cum jam ad maturiorem pervenisset ætatem, atque sustinere posset a parente suo res administrari, consilium cepit de eo e medio tollendo, conscia etiam sua uxore Cunpone. Cum enim Constantinus poculum ad sese expurgandum sumpturus esset: illi clam venenum miscuerunt, & Nicetæ mensæ præfecto permiserunt, ut illud Imperatori porrigeret. Quod ille sumpturus positum ante venerandas imagines, sive casu quodam, sive etiam sponte lapsus, majorem partem effudit, reliquum autem a Constantino epotum, quod nimis exiguum esset, otiosum & inutile fuit, amissa propria vi. Verumetiam sic Constantinus vix potuit superesse, grassante in illius latere veneno, & male ipsum afficiente.* XI. Const. Imper. a filio veneno potatus.

Anno autem sui Imperii post Romanum quintodecimo, Septembri mense, Indictione tertia, anno mundi sexmillesimo quadrin- XII. Constantini Imp. obitus & ætas.

PAGIUS

S. Dunstanus anno superiori Cantuariæ Archiep. creatus.

dum Pallium tenderet, in Alpinis montibus mortuum esse, eodemque anno *Brithelmum*, qui e Dorsetensium Sede ad Primatum Cantuariæ evectus fuerat, cum minus idoneus judicaretur, ad relictam Ecclesiam suam rediisse, ac dein *Dunstanum* primæ Metropolis Anglorum Primatem ab Edgaro Rege constitutum esse. Quare *Dunstani* ad Ecclesiam Cantuariensem promotio anno superiori peracta. Brithelmum eodem anno Ecclesiæ Cantuariensi præfuisse, de Sancti Odonis morte loquentes monstravimus. Pergit Hovedenus: *anno CMLX. Sanctus Dunstanus ad Romuleam urbem profectus indictione tertia Pallium a Joanne Papa suscepit, sicque per pacis itinera ad patriam remeavit. Paucis exinde mensibus interjectis Regalia petit limina, januam Regiæ pietatis suggestione precque pulsat humillima, ut religiosum, mitem humilemque monachum sui prædecessoris Odonis fratruelem, beatum Osvvaldum; quem in timore divino sanctisque virtutum operibus verissime probaverat excrevisse, promoveret ad Pontificale decus Vvigornensis Ecclesiæ. Annuit Rex Eadgarus, quod sanctus petebat Dunstanus, & ab ipso inthronizatus est ad summum Sacerdotium beatus Osvvaldus.* Ante Hovedenum idem iisdem verbis narravit Simeon Dunelmensis.

III. Hoc anno Pallium a Joanne PP. obtinet.

Epistolam a Joanne XII. *Dunstano* pro Pallio concessam, quæ mutila est apud Malmesburiensem lib. I. de Gest. Pontif. pag. 212. integram invenit Mabillonius, recitatque Sæc. V. Benedict. in Observat. præviis ad Vitam S. Dunstani. Ea apud Malmesburiensem & Baronium his verbis clauditur: *Et hoc scriptum est per manum Leonis Scriniarii Sedis Apostolicæ in mense Octobri, Indictione IV. die primo Kal. Octob. anno XII. Summi Pontificis Joannis.* Idem habetur in exemplari Mabilloniano, nisi quod loco, *die primo Kal. Octob.* scriptum est, *die XII. Kalendarum Octobris.* Verum, uti Baronius & Mabillonius notant, mendum est in anno Pontificis. Uterque legendum putat, *anno VI. Joannis duodecimi.* Sed cum Joannes XII. anno CMLVI. post diem vigesimum mensis Augusti Pontificatum inierit, legendum, *anno V. duodecimi summi Pontificis Joannis.* Eadem Epistola extat etiam apud Eadmerum lib. 5. Hist. Novorum, sed subscriptio pariter corrupta, & ubique, ut videtur, addititia. Eadmerus enim habet indictionem III. uti & Hovedenus. Præterea Pontifices Romani nondum Summi Pontificis, sed universalis Papæ nomine in rescriptis appellabantur. Quare hæc subscriptio nihili facienda.

IV. Fiunt S. Osvvaldus Episc. VVigorniensis.

Quoad Sanctum *Osvvaldum*, is sequenti anno Episcopus *VVigorniensis* creatus, ut ex mox dictis perspicuum fit, & in morte ejus magis confirmabitur. Quando ad Eboracensem Archiepiscopatum translatus fuerit, infra aperiemus. Ejus Vita ab Auctore Anonymo incertæ ætatis scripta, & jam Sæc. V. Benedict. quam in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. Februarii recitata. In ea dicitur, *Osvvaldum* duodecim Monachos in villa *VVestbiei* dicta congregasse ac frequenter visitasse, vigiliis & orationibus operam dedisse. Extruxit & illustre monasterium Sanctæ Mariæ apud Wigorniam prope Ecclesiam cathedralem, de quo Malmesburiensis in lib. 2. de Reg. cap. 8. *Sedem Episcopalem Vvigorniæ, Clericis non vi expulsis, sed arte sancta circumventis, replevit monachis regularibus. Expulerat ante Regali jussione Ethelvvoldus Episcopus clericos de Vvintonia, qui cum data sibi a Rege jussione, ut aut regulariter viverent, aut loco cederent, magis vitam mollem elegissent, tunc tota insula incertis vagabantur sedibus.* De Sancto Ethelvvoldo Episcopo Vvintoniensi infra verba faciemus.

V. Ad num XII. & seqq. Constantini Porphyrogennetæ mors ad annum præcedentem pertinet. Incertus Continuator Theophanis in Con-

dringentesimooctavo, exit Constantinus Imp. in Olympum montem, specie quidem ut Patrum, qui illic degebant, precibus armaretur, revera autem, ut cum Theodoro Cyzici præsule conjungeretur, qui tum ibi commorabatur, cumque eo de abdicando Polyeucto Patriarcha Constantinopolitano consultaret. Illuc igitur profectus, sive corporis morbo, sive rursus a filio veneno infectus doleus, recessit, & ad extremum Septembris mensis in lecto decumbens ad regiam urbem pervenit, nonaque Novembris mensis vita functus est, infectis rebus, de quibus consuluerat, relictis, cum vixisset omne vitæ tempus annos quinquagintaquatuor, & menses duos, regnasset autem cum patre & Alexandro puero, atque matre annos tredecim, deinde cum Romano, qui tyrannidem occupavit, annos viginti sex, & postquam ille Imperio excidit, solus rerum potitus, annos quindecim. Ab Alexandri autem obitu annos quadragintanovem inchoatos. Mortuusque sepelitur cum suo parente, usque ad extremum spiritum Polyeucto infestus, ac de eo deiiciendo cogitans.

XIII. Lapides prodigiose immissi. *Quibusdam diebus ante ipsius obitum, ad quoddam tempus continenter appetente vespera, lapides superne emissi, & intra illius domos multo impetu dilapsi eximios strepitus edebant: cum vero existimaret a superioribus locis magna vi eos deferri, custodes ad multas noctes instituit, si quem deprehenderent id ausum, sed frustra se laborare nescius erat, quippe cum non ab hominibus ea res accideret, sed a superiori potentia fieret.* Hæc Curopalates de obitu Constantini: qui & de ejus vitæ moribus superius agit, cum vino deditum reprehendit, & oscitantiam in rebus publicis administrandis, sævitiam in puniendo, & in deligendis magistratibus neglectum maximum. De his autem quæ in eo laudem meruerunt subiicit ista:

XIV. Laudabiles mores Constantini Imp. *Non omnino laudabilium actionum expers fuit Constantinus: quæ enim sumus in præsenti commemoraturi, & laude & administratione digna, obscurare, & veluti umbra quadam tegere potuere multa illius vitia. Etenim doctrinas, Arithmeticam, Astronomiam, Geometriam, & omnium præstantissimam philosophiam, quæ jamdiu negligentia, & superiorum Principum inscitia defecerunt, proprio studio recuperavit, perquisitis in unaquaque ipsarum peritissimis ac probatissimis viris inventis, magistrisque constitutis; & probos homines approbans, & apud se retinens, expulsa temeritate auctor fuit, ut brevi Reipublicæ administratio ad probabiliorem rationem traduceretur. Curam item earum suscepit artium, quæ cum manu tractentur, mechanicæ dicuntur, & ad magnum incrementum eas perduxit. Fuit etiam erga Deum pius, religiosus, & liberalis, neque umquam cum supplicationes fierent ad sacra templa, accessit inanis, neque sine fructu coram Deo conspectus est; verum magnifica dona, qualia deceret amatorem Christi Imperatorem, afferebat.*

XV. Ad postremum autem hic reddamus ejusdem Constantini Imperatoris admonitionem ad Romanum filium suum pariter Imperatorem, de non ineundo connubio cum externis gentibus, quod fragmentum esse videtur exceptum ex prolixiori ejusdem Constantini ad filium scriptione. Accepimus autem id Parisiis delatum ex bibliotheca Catharinæ Mediceæ Reginæ Franciæ Græce scriptum, Latinitate autem donatum a nostro Petro Morino Parisiensi his verbis:

XVI. Francorum antiqua nobilitas. *Agedum vero inde transi: & ad aliud postulati genus a ratione alieni, & indecori, decentes & convenientes rationes exquire ac edisce, si qua enim umquam natio ex infidelibus his Borealibus gentibus postulaverit, ut cum Romanorum Imperatore affinitatem jungat, ac vel*

PAGIUS

Porphyrogenneta devotionis causa ad Olympum se confert. stantini Imperio num. XLIX. eam narraturus ait: *Incesserat Imperatorem cupido ingensque desiderium petendi Olympum montem, & ut Sanctos Patres illic degentes inviseret, seque venerabilium precum illorum amplo commeatu communiret; necnon ut locorum mutatione auraque leniore ægræ valetudini remedium quæreret. Mussitabat enim in eo occulta quædam ægritudo, cujus etiam curandæ causa, medicorum se curæ addixerat, at ad olympum euire maxime opus habebat. Hoc desiderio ac amore captus, confestim prætoriam minorem celocem conscendit, venitque ad Bithynorum fines & ad Prictum (Pranetus locus vocatus est ab indigenis, eam nactus appellationem a quodam Bithynorum tutelari Deo). Inde Nicæam applicat urbem olim opulentam ac incolis confertam. Tum ad monasterium venit quod ad montis ascensum situm est, ac Athenogeni Martyri, illis cultum habenti sacrum est. Ibi loci Præpositus, illius patris diploma, rubrica consignatum Imperatori ostendit.* „ *Ajunt* „ *enim*, Piæ recordationis Leonem Impera„torem illac transeuntem, atque ad Olympi „verticem iter habentem, ut a Deo filium „Imperii hæredem votis impetraret, a mo„nasterii tunc Præfecto Petro nomine au„divisse, fore ut filium Imperii successo„rem susciperet; & ut is idem sub vitæ ex„itum Olympum pariter peteret. *Itaque* „ *Porphyrogennetus propria patris sui agnita* „ *scriptura*, veram esse ait Monachi vaticina„tionem.

VI. Moritur. *Inde ad Olympi montosa transit, Olympi, inquam, quem & Mysorum censui (nempe Mysis olim in eo sedem habentibus) pridem adscripsere. Indeque vix tortuosis, anfractuosis, præruptis ac quam difficillimis ad ascensum collibus superatis, ad sacrorum Patrum cellas Imperator evasit. Quibus visis ac salutatis, eorumque salutarium precum commeatu munitus, Prusam com-*

vel filiam ejus sponsam accipiat, vel propriam dedat filiam, ut uxor sit Imperatoris, vel filii ejus: utere his verbis, & ejusmodi illorum irrationabilem petitionem repelle, ac dicito: De hoc negotio atque argumento praeceptum esse ac formidabilem Constitutionem atque indeprecabilem Magni & sancti Constantini in sacra mensa Catholicæ Christianorum Ecclesiæ S. Sophiæ descriptam: Ne umquam Romanorum Imperator affinitatem cum natione contrahat, diversis moribus ac peregrinis a Romanorum statu utente, maxime vero quæ alterius fidei sit, nec sacro initiata baptismo, præterquam cum solis Francis. Hos enim solos magnus ille vir Constantinus sanctus excepit, quod & ipse habuit a partibus illis ortum, ita ut cognatio, multaque commercium sit Francis ac Romanis. Et cur Imperatores hortatus est, ut cum illis solis connubia inirent? propter antiquam partium illarum ac gentis claritudinem atque nobilitatem: conjunctionem autem cum aliis interdicens sancivit, ut qui id ausus esset, tamquam transgressor paternarum institutionum, ac sanctionum Imperatoriarum, alienus judicaretur a Christianorum cœtibus, & anathemati traderetur.

XVII. De Leone edicti contemptore. *At memoratus ille Imp. Leo, qui & coronam (ut ante dictum est) ab Ecclesia sumpsit, ac sibi imposuit absque ejus sententia, qui tum Patriarcha erat, ne brevi improbi sui conatus dignas pœnas exolvit: ausus est sancti illius Imperatoris præceptum, quod jam expositum est in sancta mensa descriptum, spernere, & pro nihilo habere, ac postquam semel a Dei, mandatorumque ejus timore discivit, instituit cum Chagano Chazariæ fœdus nuptiale, ejusque filiam uxorem duxit, magnumque ex eo probrum & sibi inflixit, & Romanorum Imperio, ut qui majorum violaverit præcepta, ac nihili fecerit. Veruntamen ut ille quidem Christianus orthodoxus erat, sed hæreticus atque Iconomachus. Quamobrem hujusmodi scelerum causa in Ecclesia Dei assidue abdicatur, & anathematizatur, ut & Dei & sancti magnique Imp. Constantini constitutionis transgressor ac eversor. Nequaquam enim capit, Christianos cum infidelibus nuptialem societatem facere, & inire affinitatem, Canone id prohibente, atque ab universa Ecclesia statuque Christianorum talem alienum existimante, qui sapientum Imperatorum Romanorum sanctiones infregerit.*

Quod si obiiciatur: Quomodo igitur dominus Romanus Imp. cum Bulgaris affinitate se junxit, ac domino Petro Bulgaro propriam neptem dedit uxorem? XVIII. De Romano edicti transgressore. *Defendendum est, dominum Romanum idiotam & illiteratum hominem fuisse, nec ex iis, qui antea in Regia educati erant, moresque Romanos a principio secute, neque a genere regio ac nobili, ideoque arrogantius licentiusque multa fecisse; nec in eo tunc Ecclesiæ vetanti paruisse, neque mandatum ac edictum Magni Constantini sequi voluisse; ideoque mente, sententiaque audaci ac arrogante, suumque sequente consilium, ac omnes ignara honestatis, recusanteque quod decorum est, atque pulchrum amplecti, & a majoribus traditas constitutiones tenere, id facere esse ausum: cum hanc solam prætexeret rationabilem causam, ut tantam multitudinem captivorum Christianorum tali facto liberaret, Bulgarique Christiani essent, ac nobiscum Fide sociati: sed nec alioqui Imperatoriæ & legitimi Regis filia erat, quæ dabatur nuptum, sed tertia & ultima, ac etiam aliena subditæ manui, nec in negotiis Imperii ullam habentis potestatem. Et verisimile id fuit, ac si aliqua ex consanguineis Imperatoris cognatione longinquior, nec proxima regiæ nobilitati collocaretur ad nuptias propter aliquod publi-*

PAGIUS *commigrat: quam olim vir Bithyniis imperans, fortitudinis rerumque bello praeclare gestarum nobilioribus gentis Regibus, monumentum condiderunt. In hujus pene pomeriis ac suburbanis cum Therma occurrissent, iis lavit: quo loco fecerunt fabula,* Herculem quærendo Hylam circumquaque palantem ex Hylæ necem cruore obtersisse. „ *Interim admonent sacri Patres,* „ Esse in in Olympi summo vertice seniorem „ Ascetam in spelunca signis effulgentem: *quo ille unacto, hinc ejus visendi desiderio excitatur. At vero Senior divina collustratus apparitione, quasi ad eam Imperator venisset, relicta cella sua, facta reverentia (prona scilicet salutato)* Benedic, *ait. Quærit Imperator,* quisnam tandem, & unde, & quomodo, ac quo venerit? „ *Respondit ille,* cum Majestatem tu„ am ad me venire cognoverim, ego potius ad te venio. *Tum Imp. Dei nutu Seniorem ad se missum suspicatus, ejusque precibus communitus, cum vitæ terminum sibi proximum adesse didicisset, ad sanctorum Patrum cellas reversus est: ibique cum illis recreatus, cito ad mare descendit.* Paulo post: *Vixit ab ortu suo annos quinquaginta quinque, menses duos, dies .... mortuus est mense Novembris die quinta decima, indictione tertia; anno a mundo condito senties millesimo quadringentesimo sexagesimo nono* (sed legendum, sexagesimo octavo), *relicto Romano Imperatore atque Helena Augusta Romani matre.*

VII. *Ea profectio & mors ad annum præcedentem pertinent.* Ex his liquet primo, *Porphyrogennetam* anno superiori, quo indictio III. Kalendis Septemb. incœpit, vivendi finem fecisse, iisdem enim mense ac indictione cum vita functum tradunt etiam Curopalates ac Cedrenus. Quare annus mundi 6469. loco laudato corruptus est; is enim per quindecim partitus quatuor indictiones relinquit, & tamen ipsemet Auctor diserte prodit Porphyrogennetam *indictione tertia* e vivis excessisse. Quapropter loco 6469. legendum, 6468. Idem annus mundi deprava-

blice utile obsequium cujusdam postremi hominis, & nihil ferme pollentis.

XIX. *Postquam autem id domnus Romanus perpetravit contra regulam & traditionem Ecclesiasticam, magnique & S. Constantini edictum ac praeceptum: tum vivo illi hoc exprobratum est, criminique datum, ac exosus fuit Senatui, populoque universo atque ipsi Ecclesiæ; quod odium exitu ejus declaratum est: tum post mortem similiter contemnitur, & incusatur & damnationi subjacet, quippe qui novo exemplo rem designavit indecoram, ac nobilitate reip. Romana indignam. Unaquaque enim gens suos mores habet, ac leges & jura, quæ ab aliis differunt: debetque sua tenere, ac ex eadem quisque delecta habito vitæ inire ac exercere societatem. Quemadmodum enim singula animalia cum suo genere consociantur: ita justum est, singulas nationes non ex alienæ gentis, & alia lingua utentibus, sed ex generis ac lingua suæ hominibus contubernia nuptiarum contrahere; nam inde concordia & consuetudo, amabilisque congressus & societas vitæ, natura vi oritur. Alieni vero mores ac dissimiles leges offensionem gignere ac odium & seditionem solent. Ex quo non amicitia & communio, sed inimicitiæ dissidiaque nascuntur. Propterea non oportet eos, qui ex legibus imperare volunt, ea imitari ac sequi quæ a nonnullis male per imperitiam vel per temeritatem gesta sint: verum*

PAGIUS varus est apud Curopalatem, cujus verba Baronius num. XII. refert. Ibi enim dicitur, Porphyrogennetam *anno mundi* 6408. in Olympum montem perrexisse, cum scribendum fuisset, *anno mundi* 6468. ut recte Cedrenus habet. [1] Liquet secundo, diem emortualem Constantini incertum esse; cum Curopalates apud Baronium, ac Cedrenus asserant, eum *die nona Novembris* demortuum, & tam incertus Continuator Theophanis citatus, quam Simeon Logotheta ejus mortem mensis Novembris die XV. accidisse affirment. Curopalatis tamen & Cedreni opinionem præferendam esse, ex dicendis in morte Romani Junioris constabit. Liquet tertio, *Constantini* nativitatem cum anno nongentesimo quinto exacte a nobis copulatam esse; cum tam Zonaras, quam Curopalates ac Cedrenus scribant, eum vixisse annos quinquaginta quatuor ac menses duos; quod idem sine dubio incertus Continuator Theophanis prodiderat, sed locus ejus a librariis corruptus. Liquet quarto, eum anno CMV. mense Septembri in lucem prodiisse; cum vivere desierit, die nona, vel quinta decima Novembris, postquam menses duos supra annos LIV. vixisset. Idem incertus Continuator *Porphyrogennetam* Principem fuisse prudentem, pium, ac justum, ac probitate neminem illi parem enituisse, sed epularum vinique amantiorem tradit. Eum scientias, quæ ob incuriam & inscitiam Imperatorum perierant, sua industria instaurasse, artibusque magnum incrementum attulisse, jam supra narravimus.

VIII. *Romanus Jun. eodem anno patri successit.* Ei anno superiori successit *Romanus Junior* filius, qui vigesimum primum ætatis annum attigerat, quando pater obiit, ut habet incertus Continuator Theophanis in ejus Vita. Leo enim Grammaticus, Simeon Logotheta & Georgius Monachus Historias suas in Constantino Porphyrogenneto absolvunt. Bis nuptias iniit, primum cum *Bertha*, Hugonis Italiæ Regis filia, cum qua per annos quinque vixit, obiitque intacta ac virgo, ut tradit Curopalates. Exinde alia a Constantino patre eidem data uxor *Anastasia*, plebeiis ac cauponibus orta parentibus, quam *Theophanonem* appellavit. Hæc post Romani excessum, imperium per aliquot annos rexit, ut infra videbimus. Uxoris instinctu Helenam matrem & sorores suas Aula amovit: *Sorores Zoem*, inquit citatus Continuator, *Theodoram, Agatham, Theophanonem, Annamque aula detrusas ad Caniclii Ædes, ubi Sophia Augusta Christophori Imperatoris uxor tonsis crinibus Monacham agebat, ipsas quoque Sanctimonialium ritu capillis mulctavit, ac quamquam multis, Helena matre, sororibusque rei facinus deplorantibus largeque quiritantibus, cum se ille mutua adstringerent, & collo aliis alia prope hærerent, nihil amplius, tragico illo spectaculo confecta sunt, quam ut mutis ac inanibus lachrymis defungerentur.* Corrigendus itaque Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis ac Familia XIX. qui duos tantum liberos, *Romanum* nempe Juniorem, & *Theodoram* Joanni Tzimiscæ Imperatori postea nuptam Porphyrogennetæ perperam attribuit, quique secutus Zonaram scribit, illum *Helena* uxori superstitem fuisse contra fidem omnium aliorum Scriptorum Byzantinorum. Quando Romanus junior suscepit imperium, natus jam ei erat *Basilius Porphyrogennetus*, unius anni puer. Post patris excessum alium genuit, cui *Constantini* nomen inditum. Ille brevi post a *Polyeucto* Patriarcha in Sanctæ Sophiæ ambone Augustali corona donatus est, inquit idem Continuator. Accuratius Cedrenus de utroque Romani Jun. filio ait, *eadem tertia indictione, festo Paschatis die* (die sc. XXII. mensis Aprilis, in quem hoc anno Pascha incidit) *filio suo* (nempe Basilio) *coronam Imperatoriam opera Polyeucti Patriarcha imponit in magno Templo. Insequenti, anno rursus ei filius in fontano Palatii nascitur, quem a patre Constantinum nominavit.* Uterque postea imperavit, ut suo loco videbimus.

Leo

NOTÆ [1] NOn usque adeo exploratus est annus Constantini emortualis; nisi enim mendum irrepserit in chartam quamdam relatam in Chronico Vulturnensi Rer. Italic. tom. 1. par. 2. fol. 449. ex ea liquet Costantinum ad annum 960. pervenisse. Consignatur enim illa anno *XLVIII. Constantini Imperatoris mense Februarii Indict. III.* His caracteribus exprimitur annus 960. quo Costantinus mense Februario annum 48. nondum absolvisset. Hæc ante me & Muratorius in notis ad Chronicon illud adnotavit. MANSI

rum eorum qui convenienter legibus ac juste regnarunt, præclara facta habere tamquam bonas imagines, ad imitationis exemplum, & quæcumque agunt, ad eorum æmulationem conari dirigere. Exitus demum, quem is habuit ob facinora ex consiliis suis nata; dominus nempe Romanus, idoneum exemplum est ad resipiscendum ei, qui velit quæ ab eo male gesta sunt, æmulari. Hactenus ibi.

XX. Defuncto Constantino, Romanus ejus filius succedit Imperator, qui & eodem anno

PAGIUS IX. *Expeditio adversus urbem Cretensem decreta.* Leo Diaconus, qui ab obitu Constantini Porphyrogenneti ad mortem usque Joannis Imperatoris cognomento Tzimiscis Historiam continuavit, expeditionem a Romano Jun. adversus Agarenos Cretam insulam occupantes susceptam refert. Is Auctor hactenus ineditus, & a Combefisio in Latinam linguam versus, opera Viri Clarissimi Bernardi Montfauconi monachi Benedictini Congregationis S. Mauri a nobis lectus, & quoad præcipua capita descriptus est ad sequentium annorum Historiam certius illustrandam. Leo itaque initio sui Operis ait, se scripturum quæ vel oculis usurpavit vel quæ ab iis qui noverant, diligenter didicit. *Huic Romano Imperatori*, inquit *in mentem venit, ut Arabum Cretensium potentiam ferocientem, linguaque Romanas clades spirantem Dei nutu penitus profligaret. Etenim infortunio, quod Romanis nuper acciderat, immensum superbiens, Romanæ ditionis littora locaque maritima prædationibus maxime infestabat. Qua vero ratione Romanorum illa clades contigerit, cursim narrabo.*

X. *Nicephoro Phocæ committitur.* *Constantinus Imperator cum Cretensium injuriam occultasque grassationes ferre non posset, justo conscripto exercitu, multaque longe navium incendiariarum instructa classe adversus Cretam misit, quasi primo statim assultu, praliique irruptantis clamore ea potiturus; Ducis tamen ac Prætoris ignavia imperitiaque (viri scilicet enfecti, Cubiculariique in umbra educati; Paphlagonum regione oriundi; Constantinus ei nomen, Gongyles cognomen erat, tametsi Patriciorum illustri dignitate fulgebat) omnis hic exercitus, paucis duntaxat exceptis a Barbaris concisus, internecioneque deletus est. Hanc cladem sua manu resarcire Imperator ex animo cupiens, Nicephorum Phocam magistrorum dignitate clarum Orientalibus cum imperio Præfectum (Domesticum Scholarum hunc Romani Magistratum nuncupant) virum strenuum acrisque ingenii, rebusque bellicis exercitatum, Ducem, Prætoremque Cretensis ejus expeditionis creavit. Hic itaque Nicephorus Imperatoris jussu Asiaticis collectis copiis & in naves expositis, brevique expedita navigatione, pluribus item igniariis convectis triremibus (Dromones Romani vocant, ac si dicas celeres) ad Cretam appulit: quodque opportunum excensui tempus videbatur, qua præditus esset bellicæ rei peritia, ipso experimento manifeste ostendit. Scalis enim in rates impositis, littorique admotis ac in eo explicatis, pedites atque equites ab aquore in aridam deduxit. Quo novo inauditoque spectaculo attoniti Barbari turmatim per campum coibant, phalangem suam atque aciem indivulsam servantes, Romanorumque in ipsos impetum sustinentes. Tunc Romanorum dux Nicephorus triplici agmine distributa acie, clypeisque ac hastis longe conspicua: bellicum canens, cum Crucis trophæum præire jussisset, obversa fronte in Barbaros irruit: gravique conserto prælio instarque grandinis devolantibus telis haud fieri poterat, ut Barbari Romanorum imbrem sagittarum diutius ferrent: quin imo terga vertentes solutaque phalange quam effuso licuit cursum expedientes, in fugam se prædum recepere. Romani vero pone sequentes immensam eorum stragem dederunt. Talem nimirum prima aggressio pugnaque faustum Romanis nacta finem est.*

XI. *Nicephorus Phocas Cretam obsidet.* *Quia vero, uti a me dictum est, Barbari intra muros se se incluserant, convocatis Prætor copiis Cretensium urbem vallo cingit. Triremes vero ac reliquas onerarias, tranquillo in portu ac navali conferens stationem habere jubet, maris que potiri, ac si aliquas Barbarorum classes navesque aliquas oberrantes conspicerent, mox insequi, ignique humido concremare.* Post multa adversus Saracenos ab eo in Creta insula patrata, urbis obsidionem his verbis enarrat: *Undique igitur lustrato oppido, cum omnino aggressu difficile ac pene inaccessum videret; cujus alterum latus tuto mare præsidio cingeret, ab altero autem, æquali pene planitie lateque expansa rupe niteretur, supra quam positum ac fundatum esset: ipsa vero structura novum quid ac inauditum præferebat. Ex aggesta enim humo pilisque caprinis ac suum setis coactis precsus compactis confecta mœnia erant, tanta latitudinis, ut duo currus facile in eis junctim obeundo percurrerent. Assurgebant altitudine quantum par erat. Accedebant & duæ in latum quam maxime ductæ fossæ atque profundæ, quæ undique munimentum præstarent. Cum sic igitur munitum oppidum prorsusque ejus arduam expugnationem novisset, tale quid contra machinatur. A littore ad Austrum spectante cœpta structura, ad alteram usque littoris partem, quod terræ interjectum erat, septo intercludit, ne scilicet Barbari pro libito in agrum facile effundi possent, liberumque ipsi esset pugnam conserere aut non conserere, cum & liberet.* Narrat postea Leo Diaconus nova stratagemata a Nicephoro adinventa, urbisque expugnationem, quæ cum anno sequenti contigerit, eam ad illum annum differimus. Porro Incertus Continuator Theophanis in Romano Jun. num. X. ubi fuse de expeditione Cretensi agit, ait eam inchoatam, *mense Julio, indictione quinta*. Sed jam non semel monuimus, indictiones in eo Auctore variis in locis corruptas esse, quod in ista omnino dicendum; cum urbs anno sequenti indictione quarta notato mense Martio capta fuerit. Quare loco, *indictione quarta*, legendum, *indictione tertia*.

XII. *Slavorum conversio.* Postquam Otto Germaniæ Rex Slavos variis impressionibus atterivit, demum currenti anno *universos Slavorum populos suo imperio subjecit, & quos pater ejus* (Henricus nempe Auceps) *uno grandi bello domuerat, ipse tanta deinceps virtute constrinxit, ut tributum & Christianitatem pro vita simul & patria gratanter susciperent: baptizatusque est totus gentilium populus; Ecclesia in Slavonia ædificata, monasteria etiam virorum ac mulierum Deo servientium plurima constructa. Tunc Slavonia in duodeviginti pagos dispertita est qui dicuntur ad Christianam fidem omnes, exceptis tribus, fuisse conversi*, inquit Chronographus Magdeburgensis hactenus ineditus Sæc. V. Benedict. pag. 574.

XIII. Ad hunc usque annum & ultra vixisse *Atto-*

Romanus Imp.

anno Basilium filium suum per Polyeuctum Patriarcham voluit coronari.

Claruit hoc tempore in Oriente S. Lazarus monachus in Galesio monte juxta Ephesum, cujus vitam scripsit Georgius Patriarcha.

PAGIUS *Floret Atto Episc. Vercellensis.*

tonem seu Haitonem nomine *ferundum*, ostendit Dacherius in Prologo ad Tomum VIII. Spicilegii, ubi aliqua ejus Opera hactenus inedita publicavit, nempe *Capitulare seu Capitula Attonis Episcopi* librum *de pressuris Ecclesiasticis*, atque Epistolas varias. *Episcopus Vercellensis fuit*, inquit Ughellus in Italia Sacra, *ab an. CMXLV. doctissimus Theologus & Canonista*. De aliis ejus Operibus adhuc ineditis legendi Oudinus in Supplem. Script. Ecclesiast. & Natalis Alexander part. I. Sæc. IX. & X. pag. 304.

JESU CHRISTI ANNUS	JOANNIS XII. PAP. ANNUS	ROMANI IMP. ANNUS
961.	6.	1.

I. Otto filium Ottonem Germaniæ Regem facit.

ANnus sequitur Redemptoris nongentesimus sexagesimusprimus, Indictione quarta, quo Otto Rex Germaniæ vocatus in Italiam legationibus Joannis Papæ & aliorum, antequam recederet e Germania, Wormatiæ comitia habuit, in quibus filium suum Ottonem ex Adelaide genitum creavit Regem, quem Wilelmo Moguntino Archiepiscopo ejus ex alia matre filio nutriendum commisit. Quibus peractis, nullo obice in Italiam venit, atque Papiæ constitit. Inde vero Romam anno sequenti profecturus præmisit Attonem Abbatem Fuldensem ad habitacula statuenda. Hæc apud Reginonem hoc anno. De his agens Luitprandus hæc ait: (a) *Horum*, inquit, *Rex piissimus lacrymosis questibus inclinatus, non quæ sua sunt, sed quæ JESU Christi, cogitans, filium suum sibi cognominem, contra morem puerilibus in annis, Regem constitutum in Saxonia dereliquit: ipse collectis copiis in Italiam percitus venit: qui tanto Berengarium atque Adelbertum celerius expulit, quanto evidentius constat, quod commilitones Petrum & Paulum sanctissimos Apostolos habuit. Bonus itaque Rex dispersa colligens, & confracta consolidans, quod cuique proprium fuit, restituit.* Hæc ipse. Qui bene Principibus Apostolorum tantam sine sanguine partam victoriam tribuit. Etenim bellici apparatus Berengarii ad resistendum haud mediocres erant, sed eos Deus cito dissolvit. Quomodo id acciderit, historia Longobardorum Ducum Beneventanorum aperit his verbis:

(a) Luitp. l. 6. c. 6.

II. *Adelbertus Berengarii filius venit cum magno apparatu, populusque nimis valde ad Clusas venit fauces (istæ sunt Alpium ora, per quæ Transalpini se consueverunt immittere in Italiam) qualiter cum Ottone certamen inirent; feruntque plurimi, sexaginta millia pugnatorum fuisse cum Adelberto; sed cum una die unaque nocte ibi morarentur, & Ottonis exercitus non appropinquaret, Comites ad Adelbertum dixerunt: Vellemus, domine, ut Papiam cum paucis pergas, & tuo genitori dicas, quatenus Longobardorum Regnum sub vestra ditione committat, quia nos minime sub illius potestate amplius jam durabimus. Si vobis committit Regnum, nos totis viribus pugnabimus; sin autem, Italiæ Regnum extero Regi committemus; quia sævitiam illius, ejusque conjugis omnimode sustinere nequimus. Sed dum patri & matri quod dictum ei fuerat, intimasset, & pater dictis obtemperasset, mater vero Willa dictis ejus nullo modo assensum dedit. Quapropter ad Clusas reversus est, & suis Comitibus omnia propalavit. At illi omnes exinde irati sunt, protinusque illum reliquerunt, & unusquisque in suas urbes remeavit. Sicque Otto Rex sine impedimento in Italiam introivit, atque Italiæ Regnum obtinuit.* Hæc ibi. Abſque bello Otto Italiæ Regnum consequitur. Quæ desiderantur in aliis, sicque (quod ait Luitprandus) auxilio Apostolorum Petri & Pauli, difficillimum bellum Otto magna gloria absque ullo labore confecit. Quomodo vero his magna felicitate confectis, est profectus in Urbem, suo loco anno sequenti dicturi sumus.

Hoc eodem anno ab Ottone Rege translatum fuisse Magdeburgum corpus S. Mauritii ducis Thebæorum legionis, & aliorum quorumdam suorum sociorum, illicque decenti honore eosdem Martyres cultos esse, testatus Ditmarus hujus temporis scriptor libro secundo sui Chronici. III. S. Mauritii corporis translatio.

Quod

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hisp. CMXCIX. Anno Hegiræ CCCL. inchoato die 20. Feb. fer. 4. A.C. 961.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6454.

☉ 18. F. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 961.

JOANNIS XII. PAPÆ 6.

ROMANI JUN. IMP. 3.

I. Otto M. Ottonem filium Regem Germaniæ creat.

AD num. I. & seq. Continuator Reginonis de Ottone Germaniæ Rege verba faciens ait: *Rex in Italiam ire disponens* (quo a Joanne XII. Papa vocabatur) *maximam suorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit: ubi consensu & unanimitate regni Procerum, totiusque populi, filius ejus Otto Rex eligitur. Indeque progrediens convenientia quoque & electione omnium Lothariensium Aquis Rex ordinatur. Ordinato vero filio, pater in Saxoniam rediens dispositis regni negotiis, filium Willelmo Archiepiscopo* (Moguntino scilicet) *tuendum & nutriendum commisit, sicque per Bavariam & Tridentum in Italiam se admisit: ubi omnes pene Italiæ Comites & Episcopos obvios habuit, & (ut decuit) ab eis honorifice susceptus, potestative & absque ulla resistentia Papiam intravit, & Palatium a Berengario destructum readificare præcepit. Berengarius vero & Willa* (uxor ejus) *filiique eorum quibus poterant munitionibus aut castellis includebantur, & nusquam forinsecus contra Regem quid audentes progrediebantur.* Sigebertus in Chronico ad hunc Christi annum habet: *Filium suum Ottonem, puerum septennem, Aquisgrani die sancto Pentecostes in Regem inungi fecit: eoque commendato Archiepiscopis fratri Brunoni & filio Willelmo ad Italiam tendit.* Quare initium Ottonis II. in Germania regnantis a die vicesima sexta mensis Maii, in quam

hoc

IV. Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno, Indictione quarta, tradit Curopalates, Cretam Insulam, postquam annis ferme quadraginta a Sarracenis fuerat occupata, a Nicephoro Phoca ejusque germano Leone recuperaram, Sarracenis inde dejectis, ac penitus victis & profligatis. Cum autem longa possessione Sarracenorum propemodum jam in ea Christianitas defecisset, aliis metu, blanditiis aliis ad Mahometanum cultum abductis, dirutisque Ecclesiis omnibus, iis exceptis, quas ipsi in sacrilegum usum suæ impietatis converterant: consilium Dei fuit, ut ad tantam Cretensis Ecclesiæ desolationem instaurandam, virum sanctissimum Niconem mitteret Armenum genere, cujus res præclare gestas Græce conscriptas, ex Sfortiana bibliotheca acceptas Jacobus Sirmundus Arvernus Ricomagensis (quem alicubi, errore Parisiensem nominavi,) Societatis JESU professor, in Latinum convertit: Hic quippe non a Græcis tantum, sed a Latinis honore Sanctorum cultus invenitur: die enim vigesimasexta Novembris a Græcis in Menologio, & a Latinis in Romano Martyrologio ejus nomen inter Sanctos relatum habetur, annis singulis publice in Ecclesia recolendum. Cujus primordia (ut res summas summatim perstringam) sic breviter accipe:

V. Niconis Apostolatus. *Ortus iste in Ponto Polemoniaco parentibus honestissimis, iisdem insciis, ubi adolevit, fugam arripiens, ad monasterium Aureæ petræ dictum, situm in finibus Ponti & Paphlagoniæ, religione sanctissimum sese contulit: ubique sub ejus monasterii Abbate viro religiosissimo, ad duodecimum annum monasticam vitam omnibus numeris perfectionis excoluit. Cum vero divinitus admonitus ejus Abbas, ipsum ad plurimarum gentium conversionem vocatum e monasterio abire coegit ad Apostolatus sui munus implendum: ut plane de eo illud Joannis elogium haud incongrue usurpari possit* (a): *Fuit homo missus a Deo.* Quippe qui ut alter Joannes Vox clamantis in deserto, & illud ubique jugiter inclamantis, POENITENTIAM AGITE, ab iisdem vocibus cognomentum acceperit, ut dictus sit *μετανοεῖτε*, id est, Poenitentiam agite. Qui primum Orientis ubi peragrasset regiones, Apostolatus sui primitias in conversione Armenorum ab innumeris quibus detinebantur erroribus, Deo dicitur consecrasse. Ista tamen ab auctore non recensentur, eo quod ipse res ab eo gestas in Græcia tantum, ubi & defunctus est, ut sibi notiores scribendas suscepit. *Ubi vero Dei omnipotentis misericordia, Creta insula est recuperata a Christianis, ad ejus culturam idem Nicon ab Oriente evocatur,*

(a) Jo. 1.

a Deo

PAGIUS hoc anno festum Pentecostes incidit, deducitur.

II. Creta a Nicephoro Phoca capta. Ad num. IV. & seqq. Leo Diaconus *Cretæ* obsidionem anno superiori a Nicephoro Phoca Romani exercitus Duce inchoatam pluribus describit, & narrationem suam his verbis claudit. *Nicephorus Phocas* cum admotis ad Cretensem urbem castris illic hyberna duceret, ac exercitum militaribus studiis exerceret, obsidionalesque machinas fabricaret, veris paulatim tempestate ex hyberna mutante, ac apparente qui præsto erat, armato exercitu, inque altam phalangem instructa acie, clangentibus tubis, tympanisque perstrepentibus contra oppidum proficiscitur. Acri conserta pugna restiterunt per tempus aliquod Cretenses, strenue fortique animo e muris dimicantes, ac Romanorum non paucos vulnerantes. Quare perspecta Prætor petrarias quantocyus adduxit, illisque lapidum imbre Barbaros peti jussit. Ad hæc etiam obsidionalem peculiarius machinam (Arietem Romani vocant) adhibuit: petrariis autem crebra saxorum pondera rotantibus, facili negotio Barbari repressi sunt. Interimque ariete muris admoto majore impetu quatiente, viri non pauci fossam subiere. *Cretenses* breve aliquod tempus pugnam declinarunt, prodigii immanitate attoniti. Tum rursus captivitatis periculum ac servitutis animo recolentes constipato agmine aciem coegerunt, perque murorum rudera pervadentem Romanorum phalangem fortissime excipientes, quam pro humana virtute, majoribus animis dimicarunt. Tandem multis illorum cæsis in fugam vertuntur per angusta viarum cedentes. Romani vero eos insecuti, dire trucidabant, qui vero hactenus superstites erant, ac quotquot prælii ardor non demesfuerat, projectis armis in præceps vertebantur. Quo viso Prætor militum impetum inhibuit: Non esse trucidandos suadens, qui arma abjecissent: sed vix exercitus impetum inhibuit ac sedavit.

III. Constantinopoli triumphat. Urbe itaque penitus in potestatem redacta, subtractis Prætor manubiorum primitiis reliqua militibus diripienda objecit. Ajunt plurimas ac inexhaustas opes Cretensium illo oppido congestas esse; quippe quod diu rebus prosperis usum esset, maxime vero quod pyraticis excursionibus ac latrociniis usum, utriusque continentis populando littora, malisque ejusmodi eruditum artibus divitias quantas animus cogitaverit, thesauro repositas habebat. Evecta omni suppellectile murorum ambitum perfodi atque disjici *Nicephorus* jussit, cunctisque hostibus in potestatem redactis, in sublimi arduoque tumulo, haud procul ab excisa urbe extante murum extrui jussit. Tutus enim locus videbatur, & ad arcem forti præsidio futurus. Septo itaque ac munimento tutissime ac firmissime structo, justoque arci imposito militari præsidio, urbem Græca voce Temenos (ac si dicas fanum seu delubrum) vocavit, & ignariis triremibus ad ejus custodiam relictis, ipse assumpta præda ac captivis Byzantium adnavigavit. Magnifice a Romano Imperatore susceptus triumphum in theatrum invexit congregato omni populo, cunctisque copiam ac multitudinem spoliorum admirantibus. Cernebatur enim immensa auri vis ac argenti; nummique Barbarici ex auro incocto, vestes auro contextæ,

xtæ,

a Deo mittitur. Quæ autem ibi operatus sit, sic accipe ab auctore narrata:

VI. *Cum igitur regiones non paucas Orientalium partium peragrasset, & publica pœnitentiæ prædicatione innumeras gentes ad salutis portum per pœnitentiam, melioresque vitæ mutationem perduxisset: ad Cretam insulam navigandum sibi esse intellexit. Illuc enim divino quodam nutu vocabatur. Etenim simulatque Insulam ingressus est ab Agarenorum jugo nuperrime liberatam, Romanoque Imperio restitutam per Nicephorum, fœdis autem detestandæ Agarenorum superstitionis vestigiis adhuc plenam & refertam, cujus scilicet incolæ diuturna, atque assidua cum Sarracenis consuetudine, ad illorum mores, proh dolor, abrepti, nefanda etiam & profana eorum orgia fuerant amplexi: Ut igitur eo delatus, solemne illud suum, Pœnitentiam agite, inclamare cœpit: attoniti peregrino & inaudito prædicationis genere Insulani, animisque incensi, vehementer in eum commoti sunt, adeo quidem, ut manus etiam inferre cogitarent: manifestum enim ad furorem illos adegerat res nova & insitata, præoccupatos nimirum, deditosque (ut diximus) superstitiosis Sarracenorum cærimoniis.*

Nicon in Creta prædicat.

VII. *Videns ergo immitis atque intractabilis gentis ingenium, sentiensque tantam duritiem, nisi prudenti quadam arte perdomari non posse: secundam (quod ajunt) navigationem, priore omissa, instituit, sapientumque medicorum exemplo, eorum curationem apposite simul ac sulerter aggressus est. Habebat enim Paulum in ea re ducem ac magistrum. Itaque missam faciens insulsam illam prædicandi rationem; quod ex usu futurum in eo jam elucens perspicax futurorum gratia præmonebat, seorsum aliquos abducens, quos reliquis intelligentiores, & ad bonum excipiendum paratiores norat, blandis primum verbis illorum ferocitatem lenire, duritiemque animi emollire cœpit, deinde sensim cor permovere, occulta cujusque facta (ut meus JESUS olim Samaritanæ) vitæque flagitia redarguens. Quo factum est, ut eximiam ejus virtutem agnoscentes, confestim iras ponerent, animorumque impetus revocarint; & quem malo nunc affecerant, eumdem magno suo bono venerarentur; propositamque ab eo rectam Fidem amplectentes, odii modum ad benevolentiæ, profectusque sui cumulum converterent. Consuetudo enim (ut ait ille) ad majora & perfectiora viam munit. Itaque sapiens, si minus verborum copia, at veritatis facultate piscator erat, hominum animas venari sciens, easque ad immortalitatem divinis eloquiis & non humanæ sapientiæ, sed Spiritus sancti doctrina traducere. Ex illo igitur tempore Cretenses Niconem tamquam a Deo missum Apostolum habuerunt, totamque Insulam ejus fama compleverunt. Confluebant ad eum universi, & sicut Deo, illi*

Ejus ratio instituti in prædicatione.

PAGIUS

xtæ, purpureique tapetes, atque omnis generis pretiosa suppellex subtilissima arte elaborata, auro & margaritis atque lapillis micantia, iisque interstincta; arma quoque & galeæ, & enses & thoraces, auro convestita atque illita. Diceret qui tunc præsens spectaculo foret, Barbaricas opes omnes in theatrum fuisse comportatas. Post hæc sequebantur & Barbari captivi numerosa multitudine collecti. Hæc summarie ex Leone Diacono, phrasi ejus servata, a quo accepere Curopalates Cedrenus & Zonaras. Nam Continuator incertus Theophanis, qui idem narrat, coævus videtur fuisse eidem Leoni.

IV. Tempus rei gestæ Cedrenus his verbis notavit: *Septima die Martii mensis, indictione decima quarta*, (legendum cum Curopalate, *indictione quarta*, quæ hoc anno obtinebat) *Chandacem ab Insulanis vocatam omnium Cretæ urbium munitissimam expugnat*, nempe Nicephorus. Ad hæc Lupus Protospata: *An. CMLXI. capta est insula Cretes a Græcis sub Romano, mense Martii*. Paulo post: *Obscuratus est Sol*, seu, ut Continuator Reginonis habet: *Eclypsis Solis XVI. Kalendas Junii*, quæ juxta Calvisium accidit die XVII. Maii, feria sexta, horis fere quinque ante meridiem. Incertus Continuator Theophanis citatus, in Romano Jun. num. XVI. scribit, *Nicephorum* Cretam obsedisse *menses fere octodecim*. Verum in Græco loco, ἑπτὰ μῆνας ὀκτωκαίδεκα, legendum, ἑπτὰ, rejecto numero denario. Ipsemet enim ait expeditionem a Nicephoro susceptam esse *mense Julio*, sed perperam errore librariorum ibidem dicitur, id contigisse *indictione V.* & *indictione VI.* captam. Quare recte Zonaras habet, Nicephorum *septem mensibus* in ea expeditione cum Saracenis sæpissime congressum esse. Capta fuerat *Creta* a Saracenis Hispaniensibus anno DCCCXXIII. uti anno DCCCXXII. ostendimus, & post ejus recuperationem Christianis subjacuit usque ad nostram ætatem, qua magno Christiani Orbis damno a Turcis expugnata fuit. Per annos CXXXVIII. quibus Saracenis paruerat, Insulares detestandam Agarenorum superstitionem amplexi fuerant, sed *Sanctus Nicon* Armenus, monachus sanctitate illustris ac Cretensium Apostolus *ad baptismum omnes veræque fidei disciplinam perpulit*, inquit Auctor Vitæ ejus, ex qua plura refert Baronius. Obiter observabis triumphi genus, quod hoc tempore Constantinopoli in usu erat.

Annus expugnatæ Cretæ.

V. *Abderamen*, quo in Hispaniis Caliphatum gerente Crete expugnata, *per viginti annorum spatium a bellis & exercitibus non cessavit, donec totam terram sub suo dominio complanavit, & omnes ei unanimiter subfuerunt*, inquit Rodericus in Hist. Arabum cap. 30. qui addit, mortuum esse anno *Regni quinquagesimo, anno Arabum trecentesimo quinquagesimo*. Ei successit Alhacam filius, qui *invenit terram a patre suo pacifice complanatam, nec necesse habuit bellis vel exercitibus exerceri*, inquit Rodericus.

Moritur Abderamen Hispaniæ Califa.

VI. Nicephoro Cretam obsidente *Leo Phocas* ejus frater Magisterii honore ornatus missus est a Romano Imperatore in Asiam, si quo modo

tum

illi adhærebant, ita ut vim legis quidquid præceperat, obtineret.

VIII. Cretensium conversio. *Quare cum securo jam animo ad solitam prædicationem rediisset: ad baptismum omnes, veraque Fidei disciplinam perpulit. Tum errore omni e medio sublato, Ecclesiis per totam Insulam ædificatis, sacerdotibus, diaconis, æditui sque designatis, reliquis etiam ritibus & cæremoniis apte distributis, vivendi legibus descriptis, omnibus denique quæ in animo erant, ne quem Cretensium boni expertem relinqueret, ordine constitutis, Gortyna discessit, triumque dierum iter progressus, quodam in loca sub noctem constitit, ubi antiquissimi templi, quantum ex ruderibus conjicere erat, vestigia cernebantur. Hoc in loco cum nocturno hymno rite decantato, & crucigero baculo humi defixo, somno se dedisset: lucernæ cujusdam quasi lumen ante baculum in aere libratum videre visus est. At somno decusso cum surrexisset, non jam somnium, sed vera visio objecta est. Divina quadam lampas haud materialis a Cruce irradians, ad diluculum usque astanti & oranti, Deoque gratias pro tanto munere agenti lumen exhibuit.*

IX. Photinæ Mart. apparitio. *Cumque iterum, Deo (ut patuit) sic volente, somno indulsisset, ornatæ mulieris species apparuit, quæ dirutum templum instaurari jubebat, omnium Domino sic placere confirmans. Illo autem interrogante, quænam esset, quæ talia pro imperio juberet: Photina sum, inquit, martyr & famula Christi. Quod nisi reipsa quod volo expleveris, pedem ex Insula non efferer. Experrectus ad hæc Sanctus, propter visionis varietatem, ambiguo animo erat, ut inane potius insomnium fuisse crederet, quam divinæ gratiæ illustrationem. Quare quæ audierat contemnens, cœptum iter tenebat. Cum repente ademptam sibi oculorum aciem sensit: eoque tamdem judicio divini numinis imperium id fuisse cognovit: quod ubi jussa exequi constituit, visum mox recepit. Sed quoniam nec ligo in promptu erat, nec pala, nec adjutor ullus, o mira Domine & arcana opera tua! nocte insecuta, finitimis loci accolæ ignea ibi columna per tenebras lucens apparuit; prodigioque exciti, subito accurrerunt, & cum ex Nicone quæ viderat didicissent, suam quisque operam conferre jussi, communi omnes consensu imperio paruerunt. Itaque sedula ejus sollicitudine, vigilantia, alacritate, opus exactum, templumque Martyris biennii spacio perfectum est. In quo postea aram erigendam ac rite consecrandam curavit, sacerdotesque in ea institui, simulque omnia juxta Ecclesiasticos ritus peragi præscripsit. Omnibusque post hæc valere jussis, navigium conscendit, ac secundo cursu, provectus Epidaurum, quod Damalam incolæ cognominant, die quinto pervenit, &c.* At de rebus Cretensibus hactenus.

Quomodo autem universam Græciam pœnitentiam prædicando peragrarit, plurimaque miracula operatus sit, atque uberes fructus ex sua prædicatione collegerit: idem auctor pluribus narrat Abbas X.

PAGIUS *Saraceni in Asia a Leone Phoca victi.* tum alias Barbarorum grassationes cohibere posset, tum & quæ mala impudenter inferre non verebantur, reprimere. Porro Prætor, inquit Leo Diaconus, ubi ex Europa profectus in Asiam venisset, *Chambdanique* audaciam ac duritiem auditu accepisset, templaque & oppida succensa vidisset, dirutaque præsidia, desolatam incolis regionem, iis violenter in captivitatem abductis, operæ prætium duxit, ne in apertum periculum, quas ducebat, copias conjiceret, neve aperto marte cum tanta Barbarorum multitudine aciem componeret, quæ multas, jam victorias retulisset, felicique quam experta erat præter expectationem fortuna superbiret; cum præsertim innumera pene multitudine hominum probe armatorum confertas turmas ac manipulos inferret, ipseque levem manum nec justum satis exercitum ductaret, *Agarenorum* faustis adeo successibus pavidum, iisque tropæis, quæ quotidie erigebant: sed ut potius opportunissima præruptaque loca occuparet, inque locatis insidiis hinc inde transeuntes hostes observaret, atque illis in lubricis ac utrimque libratis viarum angustiis occurrens in transitu cum eis fortiter dimicaret. *Chambdanus* vero stipantium multitudine turmisque militum ac cohortibus superbe tumens atque glorians, nec non spoliorum ingenti copia captivorumque abacta præda tollens animos fastuque insolescens, crebros hinc inde excursus progressusque faciebat. Tandem Prætor suos ex insidiis suscitans in Barbaros irruit; parumque abfuit, quin & ipse Chambdanus in Romanorum potestatem veniret. Aiunt vero tantam Barbarorum per Romanos eo prælio editam stragem, ut multis ejus regionis locis in hanc usque diem ossium humanorum aggesti cumuli cernantur.

Cum vero tropæis hujusmodi ac stratagematis sic numerosam Barbarorum multitudinem *Leo* profligasset superbumque *Chambdanum* ad VII. *Triumphus Leonis Phocæ.* degenerem, imbellemque formidinem ac fugam compulisset, partem prædæ exercitui distribuit, captivosque viatico instructos ad suas quosque sedes remisit. Quos vero *Agarenos* in prælio ceperat, posteaquam compedibus vinxerat ad Imperatorem triumpho Byzantii potiturus iter maturavit: quo cum venisset, ducto in theatro triumpho, captivorum multitudine ac spoliorum copia spectatores in stuporem egit. Ita Leo Diaconus, cui incertus Continuator Theophanis, Cedrenus, aliique suffragantur. Erat *Chambdanus* seu Chambdas Alepi Ameras, idest Præfectus. Elmacinus vero lib. 3. Hist. Sarac. cap. 4. testatur, Romanos anno Hegiræ CCCLI. *Halebum* expugnasse, atque incolas omnes occidisse. Quod, inquit, a Domestico, ideoque a Nicephoro Phoca patratum.

Li-

bas monasterii ejusdem sancti Niconis nomine nuncupati, qui patria Lacedæmonius ejus vitam scripsit anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo, ut ex ipsius scriptis apparet.

Se-

PAGIUS VIII. *Libutius & S. Adalbertus in Russiam missi.*

Libutius post S. Adalberti e Russia reditum, illuc anno superiori ab Ottone Rege missus fuit; sed quid contigerit, narrat his verbis Reginonis Continuator ad hunc Christi annum: *Libutius priori anno quibusdam dilationibus ab itinere suspensus, XV. Kal. Martii anni præsentis obiit, cui Adalbertus* (mox memoratus) *ex cœnobitis S. Maximini machinatione & consilio Vuillelmi Archiepiscopi* (nempe Moguntini) *licet meliora in eum confisus fuerit, & nihil unquam in eum deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit. Quem piissimus Rex solitu sibi misericordia, omnibus quibus indigebat copiis instructum genti Rugorum* (idest, Russorum) *honorifice destinavit*. Tum ad annum CMLXII. *Eodem anno Adalbertus Rugis ordinatus Episcopus, nihil in his, propter quæ missus fuerat, proficere valens, & inaniter se fatigatum videns revertitur: & quibusdam ex suis in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit, & ad Regem veniens, charitative suscipitur, & a Deo amabili VVillelmo Archiepiscopo, pro retributione tam incommoda ab eo sibi machinata peregrinationis, bonis omnibus & commodis quasi frater amplectitur & sustentatur*. Denique ad annum CMLXVI. *Erlambertus VVietzburgensis cœnobii*, (legendum, Vicenburgensis Cœnobii, [1] quod in Episcopatu Spirensi situm est) *Abbas obiit, & Imperator electione Monachorum Adelbertum Rugis ordinatum Episcopum eidem monasterio præfecit*.

NOTÆ [1] Legendum *Vircenburgensis* Optime; ita enim legit Annalista Saxo ad eundem annum, qui Continuatoris hujus verba semper exscribit. MANSI

I. Otto Romam veniens creatur Imperat.

SEquitur annus Redemptoris nongentesimus sexagesimus secundus, Indictione quinta, *quo* (inquit Frodoardus sui temporis res gestas per annos singulos digerens) *Otto Rex Romam pacifice adiit, & amabiliter exceptus, atque honore illic Imperiali sublimatus est*. Hæc ipse multa paucis constringens. Quæ sic distinctè magis apud Reginonem invenies, cum ait: *Eodem anno nongentesimo sexagesimo secundo Rex Natalem Domini celebravit*, Papiæ scilicet; *indeque progrediens, Romæ favorabiliter susceptus acclamatione totius Romani populi & Cleri ab Apostolico Joanne filio Alberici, Imperator & Augustus vocatur & ordinatur. Papa quoque multa illum secum charitate detinuit, & diebus vitæ suæ numquam ab eo se defecturum promisit*. Hæc ibi, reliqua postea. Addit his Luitprandus, qui præsens iisdem esse poterat, restituta fuisse omnia ab Ottone, quæ essent Romanæ Ecclesiæ per tyrannos ablata, aliaque addita munera: Ait enim de Ottone cum in Italiam venit: *Quod cuique proprium fuit, restituit*:

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Q de-

PAGIUS SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6455.

Anno Eræ Hisp. M. Anno Hegiræ CCCLI. inchoato die 9. Febr. fer. 1. A.C. 962.

☉ 19. E. ☽ 13. P. 30. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 962.

JOANNIS XII. PAPÆ 7.

OTTONIS IMP. 5.

ROMANI JUN. IMP. 4.

I. Otto M. fit Imper.

ANnum I. ad XIII. *Otto* post solemne Christi Natalitium anno superiori ab eo Papiæ celebratum cum lectissimo exercitu Romam perrexit, ut coronam Imperii a Joanne XII. Papa promissam acciperet. [1] Vacabat illud a morte Berengarii Aug. quæ anno CMXXIV. contigit. Rem narrat Baronius ex Continuatore Reginonis & Luitprando, & Lambertus Schafnaburgensis his verbis perstringit: *Otto Rex perrexit Romam, cumque Joannes Papa gratanter suscipiens honorifice super cathedram Augustalem posuit, & benedictione atque consecratione sua Imperatorem fecit*. Otto primus ex Germanis fuit sacris Imperii insignibus & infula exornatus, qui statim Joanni Papæ oppida Ecclesiæ ad id tempus recuperata restituit, ut patet ex ejus Diplomate a Baronio recitato, cujus autographum Romæ in castello Sancti Angeli asservatur. In ejus fine legitur: *Anno dominicæ Incarnat. Nongentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta, mense Februarii, decimo tertio die ejusdem mensis, anno vero Domini Ottonis imperii invictissimi Imp. vigesimo septimo, facta est hæc pactio feliciter*. Quare Otto ante diem XIII. mensis Februarii Romæ coronatus fuit. [2] Est quidem hic annus ejus regni XXVI. usque ad diem secundam Julii, sed in hoc Diplomate annus primus Imperii cum anno XXVI. Regni ejus conjungitur, cujus rei simile exemplum anno DCCCLIII. numero XII. exhibuimus. Neque enim existimandum, Ottonem, qui in aliis suis Diplomatis annos Imperii sui expressit, in isto epocham illam prætermisisse. Est hæc prima profectio Romana Ottonis M. qui ter postea in eamdem urbem rediit, ut ex dicendis patebit. [3]

II. Refellitur Goldastus.

Goldastus Tom. II. Constitut. Imperial. pag. 44. Diploma illud exhibet & pag. 393. suppositium esse contendit, præsertim ob præter-

NOTÆ [1] OTto Romam accessit hoc anno die XXXI. *Januarii*, ita habet Catalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vaticano 1340. ubi recenset *Johannem* XII. De quo hæc habet: *Johannes de regione via lata* (pro *via lata*.) *Cujus pater Albericus Princeps Romanorum, sedit annos* VIII. *menses* IIII. *Hujus tempore, scilicet anno Incarnationis Dominicæ* DCCCCLXII. *primum venit Roma Otto Imperator cum Adelaida mense Januario die XXXI. feria VI. & stetit ibi diebus XV. & exiit inde mense Feb.* dies XIIII. *in festo Sancti Valentini, Indictione* V. A. D. 962. littera Dom. E. dies XXXI. *Januarii* incidit in feriam VI. GEORGIUS

[2] OTto Magnus isto quidem anno Februario mense Imperiali corona a Joanne ornatus fuit; sed quoad diem errare Pagium constat. Die enim XIII. Februarii Imperatorem jam egisse fateor; sed certa dies qua consecratus fuit, statuenda est dies II. Februarii, quæ Dominica erat; cum ab ea die usque ad Nonas Maii anni 973. qua decessit, intercesserint anni XI. menses III. & dies VI. quot Imperio ejus assignat Author veteris Chronici Regum Italiæ vulgati a Muratorio Anecdot. tom. II. pag. 205. MANSI

[3] HOc anno Romæ Ottone præsente Synodus celebrata fuit a Joanne XII. cujus mentio in Præfatione Legum Ottonis II. apud Muratorium Rer. Italic. t. 5. par. 2. fol. 169. De hac Synodo nihil actum in Collectionibus. Quanquam autem mendum aliquod in eandem Præfationem irrepsit, cum Synodum hanc celebratam a Joanne XII. ferat (scribendum enim fuerat Joannes XII.) ejus tamen veritati id nequaquam officere colligo ex more in coronatione Imperatorum solemni; ea enim occasione Synodum celebrari consuevisse & unum hunc fuisse ex ritibus coronationis imperialis notat Benzo Episcopus Albensis in Libello de gestis Henrici III. Imperatoris, vulgato a Ludewig. Reliquiarum to. IX. pag. 233. MANSI

dehinc Romam similia facturus adiit, ubi miro ornatu miroque apparatu susceptus; ab eodem summo Pontifice & universali Papa Joanne unctionem suscepit Imperii: Cui non solum propria restituit, verumetiam ingentibus gemmarum auri & argenti muneribus ipsum honoravit. Jusjurandum vero ab eodem Papa Joanne supra pretiosissimum corpus Petri, atque omnibus civitatis proceribus, se numquam Berengario atque Adelberto auxiliaturum, accepit. Post haec in patriam properanter repedavit. Sed hic corrige textum, atque loco, Patriam, Papiam restitue; sic enim apud Reginonem, ubi dicitur: *Otto postquam vocatus est Imperator, Papiam rediit, illicque Pascha Dominicum celebravit.*

II. Otto Imp. Rom. Ecclesiæ ablata restituit.

Sic igitur qui vocatus est Pontificia per Joannem legatione in Italiam Otto, ut liberaret in primis Romanam Ecclesiam a tyrannis: rependere minime prætermisit, quod acceperat beneficium, cum a Joanne creatus est Imperator, idque exemplo piorum prædecessorum Imp. Quid ni Romanæ præstaret Ecclesiæ, quod unicuique suis in Italia spoliato, pius Imperator, justitiæ cultor, sponte atque libenter exhibuit? & cumulate redderet ipsi, a qua Occidentalis orbis auctus esset Imperio, bona, quæ nec ipsi absque tyrannide, & infamiæ nota, & anathemate possidere ullo pacto liceret? Quid ni observaret, quod (ut audisti) fuerat juramento antea ad Joannem misso Romam pollicitus? Sic igitur rerum potitus: sua Petro, cujus ope nec gutta sanguinis fusa, vel gladius saltem evertus, pulsis tyrannis, jure restituenda constituit. De quibus quod hactenus integrum conservatur diploma hic describendum putavimus. Extat Autographum aureis exaratum litteris, asservaturque Romæ in Castello sancti Angeli, duo vero exscripta exemplaria habentur in Vaticana bibliotheca; ex quibus ista:

III. Ottonis Imp. diploma confirmationis jurium Eccl. Rom.

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus sancti. Ego Otto Dei gratia Imperator Augustus una cum Ottone glorioso Rege filio nostro, divina ordinante providentia spondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis nostræ tibi beato Petro principi Apostolorum & clavigero Regni cælorum, & per te Vicario tuo domno Joanni summo Pontifici & universali XII. Papæ, sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate atque ditione tenuistis & disposuistis civitatem Romanam cum Ducatu suo & suburbanis suis, atque viculis omnibus & territoriis ejus, montanis & maritimis, litoribus atque portibus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac viculis Tusciæ partibus, idest Portum, Centumcellas, Cerem Bledam, Marturianum, Sutrium, Nepem' Castellam Gallisem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis suis, idest, Majore, Minore Pulvensim, Narniam, & Utriculum cum omnibus finibus ac territoriis ad suprascriptas civitates pertinentibus. Necnon Exarchatum Ravennatem sub integritate, cum urbibus, civitatibus, oppidis & Castellis, quæ piæ recordationis domnus Pepinus & domnus Karolus excellentissimus Imperator prædecessores videlicet nostri B. Petro Apostolo, & prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam, & Aemiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, & Hadrianis atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis atque insulis, terra marique ad suprascriptas civitates pertinentibus, simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & territorium Balnense, Callec, Luceolis, & Eugubium cum omnibus finibus & terri- * Forum Pompilii

to-

PAGIUS termissum in eo primum Imperii Ottonis annum, quo illud datum esse constat. Verum vana illa ratio, aliæque quæ ab eo adducuntur, contra certissimum illud antiquitatis monumentum. Otto in illo Diplomate num. VII. apud Baronium ait: *Per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis domnus Pippinus Rex, & postea domnus Carolus excellentissimus Imperator B. Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt.* &c. Quibus verbis supposititia demonstratur donatio Ludovici Pii, cum ejus nulla fiat mentio, ubi facienda erat, ut recte ex illis verbis Goldastus deducit. Paulo post Otto inquit: *Salvo super eosdem Ducatus* (nempe Tusciæ & Spoleti) *nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem & filii nostri subjectione.* Et deinde: *Ut ea in illius ditione ad utendum & fruendum atque disponendum firmiter valeant obtinere, salva in omnibus potestate nostra.* Deinde num. XI. subjungit Imperator: *Huic institutioni hoc necessarium annectendum esse perspeximus, ut Missi domni Apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis, vel filio nostro renunciare valeant, qualiter singuli Duces, ac Judices populo justitiam faciant.* [1] Quare sicut post renovationem imperii Pontifices Romani, supremum dominium Urbis, Ducatus Ro-

NOTÆ [1] Multa hic mendaciter Pagius habet, quæ supra suis locis refutavimus. GEORGIUS

toriis ad easdem civitates pertinentibus.

IV. *Eodem modo, territorium Sabinense, sicut a domno Karolo Imperatore antecessore nostro beato Petro Apostolo per donationes scriptum concessum est sub integritate. Item in partibus Tusciæ Longoburdorum Castellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, Ferentum, Viterbium, Ortem, Martam, Tuscanam, Suanam, Populonium, Rosellas cum suburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ac maritimis, oppidis ac vitulis seu finibus omnibus. Itemque Almue cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua atque in monte Silicis, atque provincia Venetiarum & Istria, necnon & cunctum Ducatum Spoletanum seu Beneventanum una cum Ecclesia sancta Christina posita prope * Papiam juxta Padum, quarto milliario.*

* Paduam

V. *Item in partibus Campaniæ Saram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, necnon patrimonia ad potestatem & ditionem vestram pertinentia, sicuti est patrimonium Beneventanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriæ superioris & inferioris. De civitate autem Neapolitana cum Castellis & territoriis & finibus & insulis suis sibi pertinentibus, sicut ad easdem respicere videntur, nec patrimonium Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Cajetam & Fundum cum omnibus earum pertinentiis.*

VI. *Insuper offerimus tibi, B. Petre Apostole, vicarioque tuo domno Joanni Papæ, & successoribus ejus pro nostræ animæ remedio, nostrique filii & nostrorum parentum de propria nostro Regno civitates & oppida cum piscariis suis, idest Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Balvam, & Marsim, & alibi civitatem Interamnem cum pertinentiis suis.*

Has omnes supradictas provincias, urbes, civitates, oppida & castella, viculos & territoria, simulque & patrimonia pro remedio animæ nostræ & filii nostri, sive parentum nostrorum, ac successorum nostrorum, & pro cuncto a Deo conservato atque conservando Francorum populo, jam dictæ Ecclesiæ tuæ, B. Petre Apostole, & per te Vicario tuo spiritali Patri nostro domno Joanni summo Pontifici & universali Papæ ejusque successoribus usque ad finem sæculi, eo modo confirmamus, ut in suo detineat jure, principatu atque ditione.

Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationis, quas piæ recordationis domnus Pipinus Rex, & postea domnus Carolus excellentissimus Imperator beato Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt: necnon & censum vel pensionem, seu cæteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri solebant sive de Tuscia, sive de Ducatu Spoletano, sicut & in suprascriptis donationibus continetur, & inter sanctæ memoriæ Hadrianum Papam & domnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem de suprascriptis Ducatibus, idest Tuscano & Spoletano suæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus census ad partem Ecclesiæ beati Petri Apostoli persolvatur, salva super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem & filii nostri subjectionem. Cæterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostræ confirmationis pactum roboramus, ut in vestro permaneant jure, principatu atque ditione, & neque a nobis neque a successoribus nostris per quodlibet argumentum, sive machinationem in VII.

PAGIUS Romani, & aliarum ditionum Ecclesiasticarum in Imperatorem transtulerunt, reservato sibi dominio utili; ita & *Joannes* XII. imperium Romanum iterum renovans eodem se se modo gessit. Goldastus ait, ex illis clausulis elucescere Pontificem Romanum non magis ab obedientia imperii & contributionibus eximi, quam Archiepiscopum Moguntinum, aliosque, quibus territoria ab Imperatoribus donantur. Verum vir Romanæ Ecclesiæ parum æquus imperium Romanum, quale a Pontificibus Romanis renovatum, male passim designavit, ipsosque Germaniæ Reges a Papa nunquam coronatos pro libitu Imperatores fecit. Supremum itaque Urbis & ditionum a Pippino & Carolo Magno Ecclesiæ Romanæ concessarum dominium penes Pontifices fuit, donec a Proceribus Romanis indigne habiti quieti & tranquillitati suæ, quam Ecclesiæ consulere volentes, & eorum temeritatem fræno aliquo coercere supremum Urbis, Ducatus Romani, & Exarchatus Ravennensis dominium in Imperatores transtulerunt, salva quam sibi Romani promiserant fide, aliisque quibusdam juribus sibi reservatis. Quare vanæ sunt omnes ratiunculæ a Goldasto in medium adductæ, nec ampliori confutatione indigent.

Pergit Otto in suo Diplomate: *Salva in omnibus potestate nostra, & filii nostri, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto & constitutione ac promissionis firmitate Eugenii Pontificis, successorumque illius continetur, idest: Ut omnis Clerus & universa populi Romani nobilitas propter diversas necessitates Pontificum irrationabiles erga populum sibi subjectum asperitates retundendas, sacramento se obligent, quatenus futura Pontificum electio (quantum uniuscujusque intellectus fuerit) canonice & juste, fiat; & ut ille qui ad hoc sanctum atque Apostolicum regimen eligitur, nemine consentiente consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præsentia Missorum nostrorum, vel filii nostri, seu universæ generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione atque futura* III. *Decernitur ut Pontif. Rom. coram Legatis Cæsareis ordinentur.*

quacumque parte vestra potestas imminuatur, aut a vobis inde aliquid subtrahatur de suprascriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis, atque patrimoniis, necnon & pensionibus atque censibus, ita ut neque nos ea facturi simus, neque quibuslibet ea facere volentibus, consentiamus. Sed potius omnium quæ superius leguntur, idest provinciæ, civitates, urbes, oppida, castella, territoria, & patrimonia, atque insulæ, censusque, & pensiones ad partem Ecclesiæ beati Petri Apostoli atque Pontificum in sacratissima illius Sede residentium, nos in quantum possumus defensores esse testamur, ad hoc, ut ea in illius ditione, ad utendum & fruendum, atque disponendum firmiter valeant obtineri, salva in omnibus potestate nostra, & filii nostri, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto, & constitutione ac promissionis firmitate Eugenii Pontificis, successorumque illius continetur, id est.

VIII. De Rom. Pont. electione. Ut omnis Clerus, & universa populi Romani nobilitas propter diversas necessitates, Pontificum irrationabiles erga populum sibi subjectum asperitates retundendas, sacramento se obligeat, quatenus futura Pontificum electio (quantum uniuscujusque intellectus fuerit) canonice & juste fiat; & ut ille qui ad hoc sanctum atque Apostolicum regimen eligitur, nemine consentiente, consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præsentia Missorum nostrorum, vel filii nostri, seu universæ generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione atque futura conservatione, qualem domnus & venerandus spiritalis Pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur.

IX. Præterea alia minora huic operi inferenda prævidimus, videlicet, ut in electione Pontificum, neque liber, neque servus ad hoc venire præsumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admisit consuetudo aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram institutionem ire præsumpserit: exilio tradatur.

Insuper ut nullus Missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus: Nam & hoc omnimodis instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione domni Apostolici, sive nostra fuerint suscepti, impetrata juste utantur defensione. Quod si quis quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præsumpserit, sciat se periculum vitæ suæ esse incursurum. X.

Illud etiam confirmamus, ut domno Apostolico justam in omnibus servent obedientiam, sive Ducibus ac Judicibus suis ad justitiam faciendam. Huic enim institutioni hoc necessario annectendum esse perspeximus, ut Missi domni Apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis, vel filio nostro renuntiare valeant, qualiter singuli Duces, ac Judices populo justitiam faciant. Hanc Imperialem constitutionem quomodo observent qui Missi, decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum seu Judicum fuerint inventi, ad notitiam domni Apostolici deferant, Et ipse unum e duobus eligat, aut statim per eosdem Missos fiant ipsæ necessitates emendatæ, aut Misso nostro nobis renuntiante per nostros Missos a nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris firmum esse credatur, propriæ manus signaculo, & nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostræ roboravimus & bullæ nostræ impressione obsignari jussimus. XI.

✠ Signum domni Ottonis serenissimi Imperatoris, ac suorum Episcoporum Abbatum & Comitum.

Si-

PAGIUS conservatione, qualem (scilicet promissionem) domnus & venerandus spiritalis pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur. Idem prorsus legitur in Privilegio a Sancto Henrico hujus nominis primo Imperatore, in gratiam Ecclesiæ Romanæ emisso, quod extat apud Baronium anno MXIV. num. VII. Decretum Eugenii II. anno DCCCXXV. datum ad nos non pervenit, sed in utroque Privilegio laudato ejus summarium habemus.

IV. Id antea a Leone IV. PP. statutum fuerat. Nomine Leonis Pontificis Romani ab utroque Imp. memorati Papebrocius in Conatu Chronico-Historico de alio Leone, quam de septimo hujus nominis intelligi non posse scribit, cum de eodem verba facit. Verum toto hujus Pontificatus tempore Imperium Occidentale vacavit, ideoque ad alium Leonem recurrendum. Goldastus loco citato ait, vel hanc unam rationem falsimoniæ convincere hanc constitutionem ubi electionis suæ confirmationem ab Imperatore impetrare Pontifices mandantur, qualem Domnus & venerandus spiritalis pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur. Atqui Leo VIII. inquit, anno tantum sequenti in Synodo Pontifex ordinatus fuit. Verum Otto in Diplomate hoc anno dato non loquitur de Leone VIII. anno sequenti in Sedem Romanam intruso, sed de Leone IV. qui ut anno DCCCXLVII. num. IX. & seq. vidimus, decrevit ut Romani Pontificis electio juste fieret ac secundum mores antiquos, scilicet ut electus Pontifex non consecretur, nisi coram Missis Imperatoris, ut Eugenius II. jam decreto suo statuerat. Legenda quæ ibidem diximus, quæ lucem ex his Ottonis verbis accipiunt, & allatam ibi explicationem magis confirmant. Neque enim ea hujus Imperatoris verba de alio Leone, quam de quarto hujus nominis intel-

✠ *Signum Adaldagi Hamaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi.*
✠ *Signum Hartberti Curiensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Drugonis Osnabargensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Votonis Argentinensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Otwini Hilsensheimensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Landuwarti Mindonensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Otgeri Nemetiaensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Gezonis Tortonensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Hucberti Parmaensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Vuidonis Mutinensis Ecclesiæ Episcopi.*
✠ *Signum Attonis Faldensis monasterii Abbatis.*
✠ *Signum Guntarii Herolfesfeldensis monasterii Abbatis.*
✠ *Signum Eberarti Comitis.*
✠ *Signum Guntharii Comitis.*
✠ *Signum Burgharti Comitis.*
✠ *Signum Utonis Comitis.*
✠ *Signum Cronratis Comitis.*
✠ *Signum Erausles.*
✠ *Signum Thietheric, Riedager, Liupen, Hartuviges, Arnolves, Ingilthies, Burcbartes, Retinges.*

XII. *Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, mense Februarii, decimotertio die ejusdem mensis, anno vero domni Ottonis Imperii invictissimi Imp. vigesimoseptimo, factum est hoc pactio feliciter.* Ita numerans a tempore adepti Regni, eosdem annos jungens cum Imperio, cujus hic primus est annus numerandus, reliquos autem annos præteritos proprios esse Regni, ejusdem Ottonis diplomata docent, atque Acta synodalia cuncta, quibus nihil constantius. Ut appareat, improprie a tempore Regni numerari æque annos Imperii, quod hoc anno (ut vidisti) accepit initium, a quo tempore & nos annos Ottonis Imperii incipimus numerare. Porro ista de electione Romani Pontificis, ut decernerentur, jus tyrannorum effecit, ut alias sæpe superius dictum est, adversus quos Imperatoris opus fuit auxilium implorare.

XIII. Otto persequitur Italiæ tyrannos. Quæ autem hoc anno ab eodem Ottone Imperatore sint gesta, ubi Papiam rediit, apud Reginonem ita narrantur: *Imperatore Augusto ab Urbe recedente, & Papiæ Pascha celebrante, Berengarius in quodam monte, qui dicitur, Ad sanctum Leonem* (est in Umbria locus, tamquam Ulissis Ithaca, ut nidus in vertice montis altissimi undequaque prærupti positus) *plurimis undique secum copiis attractis se munivit. Et Villa in lacu majori in quadam insula, quæ dicitur, Ad sanctum Julium, se inclusit, filii vero Adelbertus & Guido huc illucque incerti vagabantur, quasdam tamen munitiones cum suis sequacibus adhuc possidebant, hoc est Grad Castellum, & Travalium, & insulam in lacu Comano. Tunc Villa in primis hostiliter aditur, & redempto omni de lacu exitu, quotidianis fundibulariorum, & sagittariorum, aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur, & non plenis duobus mensibus obsessa capitur, & ad ultimum clementia Imperatoris dimissa, quo vellet, ire permittitur; quæ quanta potuit celeritate Berengarium adiit, & ne se Imperatori dederet, omnimodis modis persuasit.* Hæc ibi. Reliqua anno sequenti.

Tunc Otto pius Imperator recuperatam insulam sancti Julii in diœcesi Novariensi positam restituit Ecclesiæ Novariensi, cujus diploma in Archivo ejus Ecclesiæ hactenus custoditum sic se habet:

In nomine sanctæ individuæque Trinitatis, Otto divina dispositione providentia Imperator, & Rex, &c.

XIV. Ottonis diploma de insula S. Julii. *Divino cultus locis mancipatis viscera nostra largitatis, seu donationis, si patefecerimus, plurimum nobis ad Imperii nostri stabilitatem animæque nostræ remedium, atque æternæ remunerationis emolumentum proficere minime titubamus. Quapropter notum sit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum universitati. Nos non immemores beneficiorum trinæ inscrutabilisque Majestatis, quæ semper circa no-*

PAGIUS telligi possunt, neque Leonis IV. decretum aliter ac a nobis factum, exponi.

V. *Quale a tempore Ottonis M. regimen Italiæ fuerit.* Porro qualis post *Ottonem* M. status Italiæ fuerit, quæve regiminis forma, his verbis Sigonius lib. VII. de Reg. Italiæ exponit: „ Quamquam Italia a Rege, eodemque Imperatore, & a Romano Pontifice tenebatur, „ non eadem tamen erat in utroque auctoritas. Pontifex, *Romam*, *Ravennamque*, & „ ditiones reliquas tenebat auctoritate magis, quam imperio, quod civitates Pontificem, ut Reipublicæ Principem, Regem vero, ut summum Dominum intuerentur, atque ei tributa, obsequiaque, quæ dixi, „ præberent; & Pontificis vires in sacris detestationibus versabantur, quas Christiani „ Reges tum maxime exhorruerunt, Imperatoris in armis & expeditionibus, quibus ipsi „ etiam Pontifices cedere sæpe compulsi sunt. „ Pontifex tamen ab hoc tempore majores in „ dies opes habuit, eximiis studiis faventis „ Italiæ sublevatus. Utraque vero potestas sacra erat, & ad Christianam conservandam „ Rempublicam instituta Pontifice autem & „ Imperatore excepto, trium Antistitum summa „ adhuc erat auctoritas, *Aquileiensis*, *Ravenna-*

nostræ imbecillitatis fragilitatem operatur; specialiter tamen ideo quod misericorditer nobis victoriam tribuens quoddam Castellum, videlicet insulam sancti Julii, jamdudum per Berengarium Regem ab Episcopatu Novariensi sublatam, & sibi usurpatam, necnon contra nos in rebellionem positam, nostræ subdiderit ditioni; per nostræ Imperialis auctoritatis paginam tribuisse, & omnino contulisse Ecclesiæ in prædicto Castro sitæ; in honorem vero sancti Julii Confessoris Christi, cujus corpus humatum requiescit, quasdam res nostro juri, & dominationi hactenus subjectas infra Comitatum Plumbientem jacentes, hoc est curtes duas Barazolam, & Agredade; quarum una, quæ dicitur Barazola habens Mansos viginti & tres; & altera quæ dicitur Agredade, habens Mansos decem & septem: in sumptum & usum canonicorum ibidem Deo & sancto Julio Confessori Christi famulantium una cum terris, campis, vineis, pratis, silvis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis cultis & incultis, servis & ancillis, Aldionibus & Aldiabus, omnibusque in integrum ad prædictas res penitus pertinentibus, cum accessibus, & ingressibus earum superioribus & inferioribus. Hoc autem sancimus, & omnino per nostrum Imperiale præceptum statuimus, ut nullus Episcopus præfatæ Novariensis Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, præsumat jam prædictas res de victu cum stipendio canonicorum subtrahere, & sibi vendicare. Sed de nostro jure, & dominio in usum, & sumptus canonicorum atque providentiam, qui pro tempore fuerint, transfundimus, atque delegamus, ut habeant, teneant, & fruantur in perpetuum, omnium hominum inquietudine vel controversia remota; & pro criminum ablutione nostrorum cunctis diebus, quibus Deus eumdem locum perseverare tribuerit, precationibus misericordem Dominum placare sategerint: quatenus in die districti examinis repudiato foetigero, laneo hæreamus consortio.

XV. *Si quis igitur hujus nostræ concessionis præcepti violator extiterit culpabilis, solvere cogatur centum libras auri optimi, medietatem cameræ nostræ, & medietatem canonicis S. Julii, quibus illata injuria. Quod ut verius credatur, diligentique cura ab omnibus observetur, manu propria roborantes, anuli nostri impressionem inferius affigi jussimus.*

Signum domni Ottonis ✠ invictissimi Imperatoris. Dat. iv. Kalend. Augusti anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXII. anno vero Imperii domini Ottonis serenissimi Augusti primo, Indictione quinta, actum in Villa quæ dicitur Horta, prope lacum ejusdem sancti Julii feliciter. D. p. C.

XVI. Vidisti, Lector, quam male consulant Novatores Politici Regibus suis bona Ecclesiarum subiicientes ipsis? Berengarius abstulit quæ erant sancti Julii dono piorum Principum collata bona, & perdidit Imperium: Otto qui restituit, illud accquisitum propagavit ad posteros. Inhient, inhient (ut volunt) in damnum suum rebus, juribusque Ecclesiarum. Quid erit? utique (juxta Sapientem) id quod fuit. Ut nisi desistant ab hujusmodi sacrilegiis, ipsi a Christo ultore fiat omnino suis ipsorum bonis juste privandi. Si enim nec pretio licuit absque immenso damno suo (a) Achab Regi accipere vineam Naboth parentum suorum antiquam hæreditatem: licebit impune Principi Christiano Eccl. antiquitus possessa bona quibusvis coloribus rapere, & excogitatis artibus quibuscumque (ut sæpe vidimus factum) auferre? Nequaquam ista relinquentur inulta. Vindex exurget Deus.

(a) 3. Reg. 21.

XVII. Eodem anno celebrata est in Gallia Sy-

PAGIUS „ *natis & Mediolanensis*. De tributis vero paulo ante scripserat Sigonius: Tributa, quæ ille a Francis instituta retinuit, fuere foderum, parata, & mansionaticum, *Foderum* summa quædam frumenti fuit, quam advenienti in Italiam Regi populi solvere tenebantur, pro quo sæpe etiam æstimata pecunia pendebatur. *Parata*, sumptus quem iidem in vias, pontesque fluminum, qua transiturus, aut quo aditurus Rex erat, reficiendos impendere. *Mansionaticum*, sumptus in tecta, & cetera, quæ Regio exercitui in agro hospitanti necessaria præbere jubebantur; siquidem tantum Regibus jus terræ tributum est, ut ex omnibus, quæ ipsa ferre ad usum hominum necessaria solet, exceptis bobus & seminibus ad colendam terram idoneis, quantum opus militibus fuerit, ad Regios usus suppeditatum sit. Ita Sigonius de Ottone, Magno loquens.

VI. Jus Cæsarum Italiam ingredientium. Otto Frisingensis, qui anno MCLVIII. vitam cum morte commutavit, quæ Sigonius a variis Auctoribus a se non citatis in medium producit, his verbis exprimit lib. 2. de Gestis Friderici I. Imp. cap. 12. *Mos Antiquis, ex quo imperium Romanum ad Francos derivatum est, ad nostra usque deductus est tempora, ut quotiescumque Reges Italiam ingredi destinaverint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittant, qui singulas civitates seu oppida peragrando, ea quæ ad fiscum Regalem spectant, quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant. Ex quo fit, ut Principe adveniente, plurimæ civitates, oppida, castella, quæ huic justitiæ vel omnino contradicendo, vel integraliter non persolvendo, renisi conantur, ad solum usque prostrata, protervia suæ documentum posteris ostendant. Alia itidem ex antiqua consuetudine manasse traditur justitia, ut Principe Italiam intrante, cuncta vacare debeant dignita-*

tes

Synodus Meldensis in causa Rhemens. Episcopi. Synodus Meldensis, occasione vacantis sedis Rhemensis, defuncto anno superiori Artaldo, in qua favore Lotharii Regis cum a quibusdam Episcopis electus esset Hugo, qui (ut dictum est) jam puer quinquennis in eam intrusus fuerat, sed per Agapitum Papam ejectus: rescripto Joannis Pap. XII. a cœptis cessatur, & alius eligitur. De his omnibus Frodoardus ista habet, hoc anno: *Synodus tredecim Episcoporum in pago Meldensi supra Maternam fluvium ex Rhemensi videlicet ac Senonensi diœcesi celebratur, præsidente Senonensi præsule, satagentibus quibusdam Episcopis, ut Hugoni sæpedicto redderetur Rhemense Episcopium. Renitentibus autem præcipue Roricone Laudunensi & Gibuino Catalaunensi præsulibus, & asserentibus quod a tot Episcopis excommunicatus, a minori numero absolvi non poterat. Ita relinquitur usque ad interrogationem Papæ Romani* Et inferius eodem anno: *Legatio veniens ab Joanne Papa, insinuat, præfatum Hugonem tam ab ipso Papa, quam ab omni Romana Synodo excommunicatum, sed & ab alia Synodo apud Papiam celebrata. Cujus legationis redditi certiores per Brunonem Archiepisc. elegimus ad Episcopium Rhemense Odulricum illustrem clericum Hugonis cujusdam Comitis filium, favente Lothario Rege cum Regina matre, præfatoque Brunone.* Hæc ibi. Ex quibus intelligis (quod sæpius inculcandum est) qua reverentia Episcopi colerent Apostolicæ Sedis Antistitem, licet sedentem in ea juvenculum, & pravis moribus depravatum Pontificem: quem ipsum sic observant & venerantur, ut omnis ille conventus inter se dissidens ex ejus responsione quiesceret.

Eodem anno decimo Kal. Junii moritur XVIII.

PAGIUS *tes & magistratus, ac ad ipsius nutum secundum scita legum, jurisque peritorum judicium, universa tractari. Tantam ei quoque Judices terræ recognoscere dicuntur jurisdictionem, ut ex omnibus, quæ terra producere solet, usui necessariis, exceptis vix bubus & seminibus, ad excolendam terram idoneis, de ceteris quantum necesse fuerit militi profuturis ad Regios usus suppeditare æquum arbitrentur.* Baronius anno MCLIX. num. XIV. refert ex Radevico lib. 2. cap. 30. responsum *Hadriani* IV. ad postulata *Friderici* I. qui durissima capitula, quando actum fuit de pace inter regnum & Sacerdotium, proposuit, inter quæ unum fuit de *fodro*, ad quod a Nunciis Pontificis responsum: *de Dominicalibus Apostolici fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendæ coronæ.* Baronius in margine dicit *fodri* nomine intelligi *fœnum & paleam*; verum in Glossario Ducangii variis exemplis ostenditur, fodrum passim usurpari pro quavis exactione, atque adeo non pro equorum duntaxat, sed & pro ipsorum militum annonis vel etiam victu, seu, ut tum loquebantur *procurationibus* ac prandiis, de quibus duabus ultimis vocibus idem Glossarium legendum.

VII. *Moritur S. Guibertus fundator Monasterii Gemblacensis.* Ad num. XVIII. *Sanctus Guibertus* cœnobii Gemblacensis conditor, postquam prævidit mortem sibi imminere, *ultimum vale dicens fratribus & amicis, & optabilem pacis & dilectionis memoriam relinquens eis, maturavit viam ad amicam sibi quietem Gorziensis solitudinis*, inquit Sigebertus Chronographus in ejus Vita Sæculo V. Benedictino recitata, qui paulo post subdit, eum *X. Kal. Junii* spiritum Deo reddidisse, & corpus ejus ad monasterium Gemblacense relatum esse. Paulo post: *Obiit autem hic Sanctus Dei anno dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo, decimo Kalendas Junii.* Idem Sigebertus in Chronico ad annum MCX. Elevationem corporis ejus his verbis narrat: *Sanctus VVigbertus fundator Gemmelacensis cœnobii, ubi & sepultus requiescit, quem Deus multis & magnis miraculorum signis per annos XII. longe lateque clarificaverat, auctoritate venerabilis Friderici Coloniensium Archiepiscopi, & assensu generalis Synodi a Domno Oiberto Legiensi Episcopo elevatur: qua elevatio innumerabili concursu, & mirabili gaudio populorum celebrata est IX. Kal. Octob.* Sæculo V. Benedict. recitatur etiam Relatio hujus Elevationis, in eaque dicitur ejus partem maximam fuisse Sigebertum Sancti Guiberti Vitæ Scriptorem. Porro anno MCX. dies XXIII. mensis Septembris in eadem Relatione etiam memoratus in feriam sextam incidebat, ideoque hoc & sequentibus sæculis Translationes & Elevationes Sanctorum aliis diebus, quam Dominicis non raro peractæ.

VIII. *Nicephori Phocæ de Saracenis victoria.* Triumphi honore accepto *Nicephoro* Romanus Imperator, inquit Leo Diaconus in Romano Juniori, munifica ambitiosaque tribuit munera, atque Asiæ ei Præfecturam credit. Is vero *Domestici* rursus auctus dignitate, trajectoque Bosphoro, atque copiis congregatis *Agarenorum* terras peragrabat. Qui audita *Nicephori* irruptione ad præsidia profugerunt, exque locis munitis pro facultate velitando ac procul jaculando incursiones avertere tentabant. Ille vero instar fulminis omnem circum regionem depopulabatur, oppidaque hominum multitudine longe frequentia direpta in potestatem redigebat. Ubi autem quæ erant obvia cuncta igni ferroque vastasset, præsidiis atque arcibus manum adjicit, quorum pleraque primo statim assultu cepit. Quæcumque vero muris obsepta necnon præsidiariorum multitudine freta erant, iis machinas contra adhibebat, bellumque implacabile inferebat. Captis igitur eversisque brevi satis tempore *Agarenorum* supra sexaginta præsidiis, prædaque longe maxima reportata resumens copias ad suas quemque sedes remisit, cum immensam divitiarum vim congessissent. Ipse vero ad Imperatorem laborum ex illo præmia accepturus commeavit. Jam vero in medio itinere constituto *Nicephoro*, fama quædam pervasit *Romanum* Imperatorem humanis excessisse. Quo ille inexpectato rumore perterritus iter inhibuit, inque regione substitit. Quare cum Romanus Imp. die XV. Martii sequentis anni e vivis excesserit, hæc victoria currenti a Nicephoro reportatæ. Porro *Domestici* nomine recentiores Græci Ducem exercitus supremum exprimebant, qui militares copias sub Imperatore duceret, communiumque rerum administrationem ab eo sibi commendatam

S.Guiberti obitus. tur S. Guibertus Abbas fundator monasterii Gemblacensis, cujus res præclare gestas Sigebertus scriptis est prosequutus. Extant ipsa (a).

Non-

(a) *Apud Sur. t. 3. die 23. Maii.*

PAGIUS tam teneret, ut variis exemplis demonstrat Goarus in Notis ad cap. 2. Codini de Officiis Constantinop.

IX. *Obitus Salvi Abbatis Albaildensis.* Floruit hoc sæculo in Regno Navarræ *Salvus* Abbas Albaildensis monasterii, qui *scripsit sacris Virginibus Regularem libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perspicuum,* inquit Auctor Anonymus in brevi ejus Vita, subjuncta a Miræo libro Ildefonsi Toletani Episcopi de Scriptoribus Ecclesiasticis pag. 102. *obiit temporibus Garseani Christianissimi Regis* (nempe Navarræ, patris Sanctii Regis Abarcæ cognominati), *& Theudemiri Pontificis* (seu Tudomiri Episcopi Naxarensis) *quarto Idus Februarii, era millesima* (hoc nempe anno) *fama doctrina præstantior cunctis, & copiosior operibus charitatis.* Extat adhuc libellus ille, sed ineditus, cujus Labbeus in Nova Bibliotheca MSS. pag. 35. mentionem facit, aitque continere capita LXXXIII. qui cum in eo MS. *S. Salvo* Abbati Alveldensi, quod idem est ac Albaildensi, tribuatur, juremerito Nicolaus Antonius locum ei dedit in Bibliotheca Veteri Hispana lib. 6. cap. 14. & Balæus & Joannes Pitsæus in suis Catalogis hunc libellum male adscripsere Beato Ælredo Rievallensi in Anglia Abbati; cum Vitæ *Salvi* præfatum MS. suffragetur. Composuit præterea Salvus libellum de Missis & Hymnis factis in ejus Vita memoratum, sed ille ad nos non pervenit. Laudatam Vitam recitat etiam Mabillonius Sæc. V. Benedict.

I. Res gestæ ab Ottone ante in urbem adventum.

NOngentesimus sexagesimus tertius Christi annus Indictione sexta sequitur, quo Joannes Papa deficiens ab imperatore, ab eodem Synodo convocata in ordinem redigitur. Hæc omnia magni momenti, quomodo se habuerint; per scriptores ejus temporis accurata sunt depromenda. Sed primum accipe quæ apud Reginonem descripta leguntur:

II. *Hoc anno Otto iterum Papiæ Natalem Domini & Pascha celebravit. Interim Adelbertus huc illacque discurrens, quoscumque poterat, sibi undique attraxit, sed & Corsicam, ibi se tueri nitens, intravit, Romanum etiam Pontificem in suum adjutorium sollicitavit.* Quæ autem post hæc sequuta sint auctor (a) Luitprandus assertus, licet diversus ab eo, quisquis ille fuerit, ea cuncta ob oculos habens descripsit.

(a) Luitp. l. 6. c. 6.

III. Sed antequam quæ ab eo sunt tradita hic reddamus: de ipso auctore jure disserendum videtur: num revera capita illa a sexto usque ad undecimum sexti libri sint Luitprandi, cujus superiores libri esse noscuntur. Scimus ita censeri, nec eam rem hactenus in controversiam esse deductam. Verum existimo capita illa esse potius appendicem ad Luitprandum ab auctore adhuc incerto elaboratam, quam Luitprandi continuatum opus. Styli in primis id opinari facit diversitas. Sed illud magis persuadet, quod eadem capita extra terminos certos operi suo ab ipso Luitprando præscriptos posita esse inveniuntur, sicque ejus assertione & auctoritate sua esse negari peoitas. Ipse enim in præfatione præposita libro tertio, ubi de nomine operis Antidosis, & de termino, quo clauditur opus, nempe legatione sua Constantinopolim agit: asserit scriptioni illi se finem imposuisse in Paxo insula, jam legatione,

De auctoritate historiæ de Jo. XII.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

de qua ipse agit in fine ad Constantinum Imperatorem functus, cum regnaret adhuc Berengarius. At illa quæ scribuntur postremis capitibus illis de Joanne duodecimo Romano Pontifice longe postea contigisse noscuntur; adeo ut si esset istud ejusdem auctoris opus; illud plane aliud a priori ab eo elucubratum esse diversum, necesse sit affirmare. Insuper alterius potius esse auctoris ex ea etiam conjectura concipio, quod cum auctor illorum capitum in illis mentionem habeat Luitprandi jam non amplius diaconi Ticinensis, sed Episcopi Cremonensis, alium, diversumque ab eo se esse auctor ostendit, cum alioqui Luitprando moris fuisse noscatur, nomen suum in scriptis suis, non quasi alterius obiter prætereitæ, sed gloriæ titulis bene exornatum relinquere. Fuisse autem eumdem Luitprandum diaconum Ticinensem, & Luitprandum postea creatum Episcopum Cremonensem, tum nomen, tum munus iteratum, repetita nempe legatio, ut ipse de se fatetur, satis ostendit. Sed de legatione posteriori suo erit loco dicendum. His si conjungantur Græcarum litterarum par eruditio & Poeticæ cæterarumque litterarum facultas eadem hoc sæculo haud adeo inventu facilis, plane tamquam ex multis lineamentis, eumdem esse senties hominem; auctorem autem appendicis capitulorum illorum esse diversum, eumque addictissimum Ottoni Imperatori, & privato studio ea scripsisse in ipsius gratiam, odium vero Joannis. Qui rem gestam sic aggreditur enarrare:

Interea præfatus Papa juramenti & promissionis oblitus, quam fecerat sancto Imperatori: ad Adelbertum, ut se adeat, mittit, jurejurando ei affirmans, se illum contra sanctissimi Imperatoris potentiam adjuturum. Adeo enim eumdem IV. Jo. Papa perjurus jungit se Adelberto.

R *Adel-*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MI. Anno Hegiræ CCCLII. inchoato die 10. Januar. fer. 6. A. C. 963. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6456.

☉ 10. D. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 963.

JOANNIS XII. PAPÆ 8.

OTTONIS IMP. 2.

NICEPHORI PHOCÆ IMP. 1.

ANum. I. ad XXXI. Continuator Reginonis hoc anno scribit: Rex (nempe Otto) *iterum Papiæ natalem domini & Pascha celebravit. Interim Adalbertus* (Italiæ Rex) *huc illucque discurrens, quoscunque poterat sibi undique attraxit, sed & Corsicam ibi se tueri nitens intravit. Romanum etiam Pontificem multipliciter in suum adjutorium sollicitavit. Dum hæc igitur aguntur, Imperator a Papia movens iter, Berengarium* (Italiæ Regem) *in Monte Sancti Leonis obsedit, totamque ibi æstatem sedens, sæpe Montem undique circumdedit, & ne aliquatenus pateret exitus vel introitus, prohibuit. Interim Joannes Papa promissiones Imperatori factas oblivioni tradens, ab eo deficit, & Berengarii seu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit. Quas dolositatis ejus fraudes Imperator audiens, relicta circa montem obsidione Romam versus cum hoste* (idest exercitu) *pergit: cujus ipsi metuentes adventum plurimum thesaurum S. Petri rapientes, fuga subsidia petunt.* Conciliabulum Rom. adversus Joan. XII.

Tunc

Adelbertum Ecclesiarum Dei, ejusdemque Papæ Joannis persecutorem Imperator factus terruerat, ut omnem Italiam deserens, Fraxinetum adiret, seque Saracenorum fidei commendaret. Imperator autem justus, qui, cur Adelbertum Joannes Papa, quem prius vehementi odio insequebatur nunc diligeret, satis mirari non potuit, accersitis quibusdam familiaribus, an hoc verum esset, Romam dirigit percontatum. Cumque illuc iidem Nuntii pervenissent, hujusmodi non a quibuslibet, aut paucis, sed ab omnibus Romanis civibus responsa suscipiunt. Quæ autem Romam adeuntes Nuntii a Romanis acceperint, idem auctor sic narrat:

V. Quæ nuntii de Joanne acceperint. *Nec dispar videtur ratio, cur Joannes Papa sanctissimum Imperatorem, suum scilicet ex Adelberti manibus liberatorem, & diabolus oderit Creatorem. Imperator, quemadmodum re ipsa experti sumus, ea quæ Dei sunt, sapit, operatur, diligit, Ecclesiastica & sæcularia negotia armis tutatur, moribus ornat, & legibus emendat: Joannes Papa his omnibus adversatur. Non clam est, quod fatemur. Testis est * Rainerii sui ipsius militis vidua, quam cæco captus igne, multis præfectam urbibus sacrosanctis B. Petri donavit aureis crucibus atque calicibus. Testis est Stephana ejus amica, quæ in effusione ejus quem ex eo conceperat recens hominem e vita exivit. Quod si cuncta taceant, Lateranense palatium, Sanctorum quondam hospitium, nunc prostibulum meretricum, non silebit amicam conjugem, Stephanæ patris concubinæ sororem. Testis omnium gentium præterquam Romanorum, absentia mulierum, quæ SS. Apostolorum Limina orandi gratia timent visere; cum nonnullas ante dies paucos hunc audierint conjugatas, viduas, virgines vi oppressisse. Testes sunt sancta Apostolorum Ecclesiæ, quæ non stillatim pluviam, sed totum intrinsecus supra ipsa etiam sacrosancta altaria imbrem admitterent. Quanto nos terrore tigna afficiunt, cum divinam opem ibidem deposcimus? mors in tectis regnat, quæ nos orare multa volentes impedit, atque domum Domini mox relinquere cogit. Testes sunt non solum (a) juncearum creatura, sed & quotidianarum formarum mulieres, cui eædem sunt, & silices pedibus quæ conterunt, & quæ magnorum subruntur adjutorio jumentorum. Atque hoc rei est, quod tanta ei cum Imperatore sancto discordia est, lupis & agnis quanta sortito obtigit. Illi hoc ut impune liceat, Adelbertum sibi tutorem & defensorem parat.* Hæc sunt quæ Romæ Nuntii acceperunt. Quibus auditis, Ottonem ista respondisse, idem auctor affirmat, cum ait:

* al. Raineri.

(a) Ex Terentio in Eunucho.

VI. *Hæc dum a redeuntibus Nuntiis Imperator audisset: Puer, inquit, est facile bonorum immutabitur exemplo virorum: spero eum objurgatione honesta, suasione liberali facile ex illis sese emersurum malis, dicemusque tunc cum (b) Propheta: Hæc est mutatio dexteræ Excelsi, & adjecit: Quod prius rerum ordo deposcit, Berengarium in Feretro monte resistentem propulsemus; deinde paterna * abdicatione domnum Papam conveniamus: si non voluntate, verecundia saltem in virum perfectum sese mutet; sicque forsitan devictus, bene consuescere studebit his desuescere. His expletis, Papiæ navim conscendit, ac per Eridani alveum Ravennam usque pervenit, indeque progrediens, Montem Feretrum (quod oppidum sancti Leonis dicitur, in quod Berengarius & Villa erant,) obsedit.*

(b) Ps. 79.

* admonitione.

Otto obsidet Berengarium.

VII. Legatio Jo. Pap. ad Ottonem. *Quo & præfatus Papa Leonem venerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Protoscriniarium, nunc in eadem Sede Petri Apostolorum Principis Vicarium, necnon Demetrium Optimatem Romanorum illustrissimum sancto Imperatori Nuntios dirigit, mandans, haud mirum esse si hactenus juventutis igne devictus, quid puerile gesserit, jam tempus instare, cum alieno ra-*

pe-

PAGIUS *Tunc in Roma in plures divisa, partim Imperatori faventes (multi enim a prædicto Papa iniuriis se opprimi conquerebantur) partim Apostolico blandientes, licet diversa sentirent, Imperatorem tamen cum honore debito Urbem intromittunt, seque per omnia, datis obsidibus, illius ditioni subjungunt. Imperator vero plurimorum Episcoporum collecta multitudine Synodum coadunavit, & consilio eorum missa legatione, canonica auctoritate, profugum Apostolicum ad sedem Pontificalem & Apostolicam revocavit. Ille tamen hoc omnibus modis renuente, plebs Romana Leonem Protoscriniarium virum strenuum & industrium, communi consensu in locum ejus elegit & ordinavit: cui Synodo interfuerunt omnes prope Romani & Italiæ Episcopi; Angelfredus etiam Aquileiensis Patriarcha, qui tunc temporis etiam obiit. Sed & de nostratibus interfuerunt Adaldagus* (Hamburgensis) & *Heinricus* (Trevirensis) *Archiepiscopi, Landwardus* (Mindensis) & *Otgerus* (Spirensis) *Episcopi. Postea Joannes, qui & Octavianus, videns se esse depositum, sero pœnitentia ductus, Adalberto disjungitur, Adalbertus vero in Corsicam revertitur.* Est hæc secunda Ottonis M. Romana profectio. Continuator enim Luitprandi lib. 6. cap. 6. narrata ejusdem Imperatoris unctione a Joanne XII. peracta subdit: *Post hæc ad patriam quantocius repedavit.* De secunda profectione Hepidannus in Annal. ad annum CMLXIII. habet. *Otto Rex secundam profectionem in Italiam fecerat cum magno exercitu in mense Augusto.* Sed fallitur hic Auctor, quia Otto M. anno superiori mense Julio adhuc in Italia agebat ut liquet ex ejus Diplomate ibidem dato,

& n

peret vivere more. Mandavit etiam dolere se, quod quemdam Leonem Episcopum & Joannem diaconum Cardinalem suos infideles suscepisset, & quod sanctus imperator promissionis suæ fidem violarat, dum eos, qui eo loci manebant, juramento non ipsi, sed sibi astringeret. Hactenus quæ suggerenda per Legatos suos Joannes Imperatori mandavit. Quæ autem Otto ad ista responderit, mox idem subicit auctor istis verbis:

VIII. Ottonis ad Legatos responsio. *Quibus Imperator: Pro correctione, inquit, ac morum immutatione, quam promittit gratias ago: de promissis vero fidem mutare, cujus me arguit, an verum sit, ipsi perpendite: omnem terram sancti Petri, quæ nostræ potestati subjecta est, Ecclesiæ promisimus reddere. Atque id rei est, quod ex munitione Berengarium cum omni familia pellere laboramus. Quo enim pacto terram hanc ei reddere possumus, si non prius eam ex violentorum manibus ereptam potestati nostræ subdamus? Leonem Episcopum & Joannem Cardinalem diaconum suos infideles, quos nos suscepisse accusat, his temporibus non vidimus, nedum suscepimus. Constantinopolim domino Papa eos ad injuriam nostram proficiscentes dirigente, Capuæ sunt (ut audivimus) capti. Quibus cum etiam Salecum natione Bulgaram, educatione Ungarum domini Papæ familiarissimum, & Zachariam virum reprobatum divinarum atque humanarum litterarum inscium, a domino Papa Episcopum noviter consecratum, & Ungaris ad prædicandum, ut super nos irruant, destinatum, eadem captos esse loca audivimus. Hæc dominum Papam nullis narrantibus fecisse crederemus, nisi litteræ fidem admitterent, quæ plumbo signatæ ejus nominis characteres monstrant.* Respondit ista Legatis Joannis Otto, nec his contentus, alios rursus sibi visum Legatos mittere pro sua excusatione ad ipsum Pontificem. Quinam isti fuerint, & quæ nonnulla præceperit, idem auctor sic narrat:

IX. * Mindensem. *His expletis, Landoardum a Saxonia * Numendensem, & Luitprandum ab Italia Cremonensem Episcopos, cum præfatis Nuntiis Romam dirigit, domino Papa se inculpabilem, esse satisfacturos. Quorum etiam militibus hoc Imperator jussus imposuit, at si secus dominus Papa non crederet, duello verum esse approbarent.* Legatio Ottonis ad Joan. Pap. *Præfati igitur Landoardus & Luitprandus Episcopi Romam ad domini Papæ præsentiam venientes, tanto sunt in honore suscepti, ut non eos lateret, quanto sanctum Imperatorem tædio fastidirent. Ordinatim tamen, prout eis injunctum fuerat, enarrantes non jurejurando, non duello satisfactionem Papa recipere voluit, sed in eadem, qua fuerat, duritia permansit.* Quomodo autem aliam ad eumdem Imperatorem misit Joannes legationem, ita declarat:

X. Joannis Legatio alia ad Ottonem & Ottonis Romam adventus. *Subdole tamen Joannes Papa post dies octo Joannem Episcopum Narniensem & Benedictum Cardinalem diaconum, cum istis domino Imperatori destinavit, putans hunc suis posse deludere versutiis, cui nimis est verba dare difficile. Ante quorum reditum, Adelbertus, invitante Papa, a Fraxineto rediens, Centumcellas advenit, deinde Romam profectus, non ut debuit, repudiatus, sed a Papa honorifice est susceptus. Hæc dum aguntur, Phœbi radiis grave Cancri sidus inæstuans Imperatorem Romanis arcibus propellebat. Sed cum virgineale sidus gratam rediens temperiem ferret, collectis copiis, clam Romanis invitantibus, Romam advenit; quid clam dixerim, cum major Romanorum pars Optimatum sancti Pauli Castellum invaserit, sanctumque Imperatorem, obsidibus etiam datis, invitaverit? Quid multis moror? juxta Urbem Imperator castrametatus est. Roma Papa simul atque Adelbertus aufugiunt.* Quæ autem per cives Romanos, quæve ab Imperatore Romæ dum esset, gesta sint, idem auctor narrare sic pergit:

XI. Promissio Ottoni facta de electione Roman. Pontific. *Cives vero sanctum Imperatorem cum suis omnibus in Urbem suscipiunt, fidelitatemque promittunt, hæc addentes & firmiter jurantes, numquam se Papam electuros, aut ordinaturos præter con-*

PAGIUS & a Baronio num. XIV. & seq. recitato. Quare cum eo an. Otto M. Natalem domini Papiæ celebrarit, teste Continuatore Reginonis citatos qui annos Christi ab eodem die auspicatur, manifestum est, hunc Imperatorem post mensem Julium anni superioris in Germaniam rediisse, eodemque anno in Italiam reversum Natalem Domini Papiæ celebrasse.

II. *Leo VIII. fit Antipapa.* Fusius hæc narrat Luitprandus seu ejus Continuator lib. 6. cap. 6. cujus verba recitat Baronius. Concilium illud seu verius Conciliabulum Romanum *Octavo Idus Novembris* habitum, ut liquet ex ejus Epistola Synodica apud Baronium num. XXV. *data decimo Kalend. Decembris*, ut in fine ejus legitur. Quoad *Leonem* in Joannis XII. locum Pontificem subrogatum, Papebrocius in Conatu Chronico-Historico existimat, eum die sexta mensis Decembris ordinatum fuisse, & refert hæc verba ex Vita Joannis XII. adhuc inedita, a Petro Bibliothecario scripta: *Consecraverunt eum Romanum Pontificem, mense Decembris in Lateranensi Palatio; qui fecit Ordinationem in eodem mense, Presbyteros VII. Diaconos II. Et sedit annum I. menses III.* Privilegium Rodoaldo sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ *datum in sacratissima æde beati Petri Apostoli Idibus Decembris anno Pontificatus Leonis primo*

sensum atque electionem domini Imperatoris Ottonis Cæsaris Augusti, filiique ipsius Regis Ottonis. Jurasse aliquos ex Cardinalibus, & inter alios Benedictum Archidiaconum, quæ ultimo loco dicentur ab eodem auctore, significant. Cæterum, ut expressum est, non omnibus Ottonis Imperatoris successoribus Augustis id a populo Cleroque juratum est, sed ipsi dumtaxat Ottoni, unique ejus filio Ottoni Juniori.

XII. At cujus ponderis esse potuit ista promissio sive a Romanis laicis, sive a Cardinalibus facta absque consensu tum existentis Romani Pontificis? certe nondum damnatus atque cessare jussus Joannes erat, ut ipso inconsulto & non consentiente aliquid decerni potuerit in re præsertim tanti momenti; ut plane fatendum sit, nullius eam fuisse firmitatis, quæ tunc fuit de electione Pontificis Ottoni, & filio ejus facta promissio. Quæ autem post promissionem a Romanis factam Ottoni sequuta sint, sic accipe ab eodem auctore, dum pergit: *Post triduum rogantibus tam Romanis Episcopis, quam plebe, magnus in sancti Petri Ecclesia fit conventus, sederuntque cum Imperatore Archiepiscopi. Ab Italia pro Angelfredo Aquilejensi Patriarcha, quem in eodem urbe languor repente (ut fit) ortus arripuerat.*

Rodulphus diaconus.
Vvalbertus Mediolanensis.
Petrus Ravenas.

A Saxonia.

* Adaldagus ** Adeltoc Archiepiscopus, &*
Ladolardus Episcopus Numedensis.

A Francia.

* al. Bremensis *Otgerius Episcopus Spirensis.*
*Bupius * Parmensis.*

Ab Italia.

Luitprandus Cremonensis.
Hermelandas Regensis.

A Tuscia.

Cunradus Lucensis.
Everarius Aretiensis.
*Pisanus * Senensis.* * al Saoensis.
Florentius Pistoriensis.

Ex aliis Italiæ locis.

Petrus Camerianensis.
Romanus Spoletinus.
Gregorius Albonensis.
Sico Ostiensis.
Benedictus Purtuensis.
Lucidus Cannensis.
Theophylactus Prænestinus.
Vvido Silva candidæ.
Leo Velitrensis.
Sico Blerensis.
Stephanus Seonsis,
Jonanis Nepesinus.
Joannes Tiburtinus.
Joanes Forojuliensis.
Romanus Ferentinensis.
*Joanes * Hormensis.* * Normensis
Joannes Vernlensis.
Martinus Sutrinus.
Joanes Narniensis.
Joannes Sabinensis.
Joannes Gallacensis,
...... *Phalarensis.*
...... *Alatrensis.*
.... *Hurtuanr.*
Joanes Anagniensis.
..... *Trebensis.*
Sulibotinus Tarraconensis. Hucusque Episcopi, sequuntur Cardinales.
Stephanus Cardinalis Archipresbyter tit. Balbinæ.
Dominicus tit. Anastasiæ.
Petrus tit. Damasi.
Theophylactus tit. Chrysogoni.
Joannes tit. Equitii.
Joannes tit. Susannæ.
Petrus tit. Pammachii.
Adrianus tit. Callisti.
Joannes tit. Cæciliæ.
Adrianus tit. Lucinæ.
Benedictus tit. Sixti.
...... *tit. Quatuor Coronatoram.*
Ste-

PAGIUS *mo, imperante Ottone anno II.* hanc sententiam extra omne dubium ponit. Illud enim die XIII. mensis Decembris emissum ante quam nulla illius mensis Dominicalis est præter diem sextam. Sedit itaque *Joannes* ante Leonis ordinationem annos septem, & unum aut alterum mensem, ut ex iis, quæ in morte Agapiti II. ejus Decessoris diximus, manifestum fit. Porro exauctorationem *Joannis* XII. ab Ottone Imp. & Synodo Romana tentatam nullam fuisse & illegitimam, pluribus ostendit Baronius num. XXXI. & seqq.

III. Quoad *Luitprandum* Ecclesiæ Ticinensis Diaconum & postea Episcopum Cremonensem, de cujus Historia Baronius num. III. verba facit, ille rerum suo præsertim tempore gestarum narrationem inter annos CMLVII. & CMLX. in lucem edidit. Libro enim 4. cap. 7. *Liutolfi* Ottonis M. filii mortem deplorat, & lib. 3. cap. 7. *de Constantino Porphyrogenneta* tanquam de Imperatore vivente loquitur. Quare cum *Luitolfus* anno CMLVII. vivere desierit, *Constantinus* vero die IX. Novembris anni CMLIX. ut anno CMLX. vidimus, ea Historia libris sex comprehensa, intermedio illo tempore publicata, eique caput sextum & quinque sequentia adjecta, ut ex variis conjecturis deducit Baronius. In iis enim *Luitprandi de Historia.*

Stephanus tit. Sabinæ.
Benedictus Cardinalis Archidiaconus.
Joannes diaconus.
Bonfilius Cardinalis diaconus primicerius.
Georgius Secundicerius.
Stephanus Adminiculator.
Andreas Arcarius.
Sergius Primicerius Defensorum.
Joannes Sacellarius.
Stephanus.
Theophylactus.
Adrianus.
Stephanus.
Benedictus
Azo.
Adrianus.
Romanus.
Leo.
Benedictus.
Item Leo, &
Leo Serinarii.
Leo Primicerius schola cantorum.
Benedictus subdiaconus & Oblationarius.
Azo.
Benedictus.
Demetrius.
Joannes.
Amicus.
Urso.
Joannes.
Sergius.
Benedictus.
Benedictus subdiaconus Subpulmentarius.
Stephanus Archidiaconus cum omnibus Acolythis & Regionariis. Hucusque ex Clero Romano.
Interfuerunt & proceres Romanorum ab eodem Luitprando sic recensiti:

Ex primatibus Romanæ civitatis.

Stephanus filius Joannis Superista.
Demetrius Meliosi.
Crescentius Caballi marmorei.
Joannes cognomento Nuzina.
Stephanus de Muza.
Theodorus de Rufina.
Joannes de Primicerio.
Leo de Carmizuli.
Richardus .....
Petrus de Canapuria.
Benedictus cum Bulgamino filio suo ex plebe.
Petrus qui & Imperiola est dictus, cum omni Romanorum militia.

XIV. Hic scripta Episcoporum nomina legi admodum depravata & mutilata, non est dubium, quod senties ex his, quæ apud Reginonem auctor temporis hujus scripsit dicens: *Cui Synodo interfuerunt omnes prope Romani & Italiæ Episcopi, Angelfridus etiam Aquilejensis Patriarcha, qui tunc temporis etiam ibi obiit; sed & de nostratibus interfuerunt Adaldagus, Henricus, Landoardus, & Otgerus Episcopi. Fuit Adaldagus Archiepiscopus Hamaburgensis, Henricus Trevirensis, Landoardus Mindensis, & Otgerus Spirensis.* Hæc ibi. Pergit vero (a) idem auctor hoc modo:

(a) Luitp. l. 6. c. 7.

XV. Otto Imp. alloquitur Synodum.

His itaque residentibus, silentiumque summum tenentibus, ita sanctus est Imperat. exorsus: Quoniam decorum esset, tam claro sanctoque Papam Joannem interesse Concilio: cur tantum declinaverit cœtum, vos, o sancti Patres, consulimus, quibus communis labor Ecclesiasticus ac commune negotium existit.

XVI. Quæ Joanni objecta sint crimina.

Tunc Romani Pontifices, Episcopi, scilicet suffraganei, & Cardinales presbyteri ac diaconi cum universa plebe dixerunt: Miramur sanctissimam prudentiam vestram nos hoc velle percontari, quod nec Babylonicas, nec Ibericos, nec Indicas incolas latet: ita aperte diabolica pertractat negotia, ut nihil circuitione utatur. Imperator respondit. Justum nobis videtur, ut accusationes nominatim exprimantur. Deinde quod agendum est, communi consilio pertractetur.

XVII.

Tunc consurgens Petrus Cardinalis presbyter, se vidisse illum Missam celebrasse, & non communicasse, testatus est. Joannes Episcopus Narniensis, & Joannes Cardinalis diaconus, se vidisse illum, diaconum ordinasse in equorum stabula non certis temporibus, sunt professi. Benedictus cum cæteris condiaconis & presbyteris dixit, se scire, quod ordinationes Episcoporum faceret pretio, & quod annorum decem Episcopum in Tudertina civitate ordinarit. De sacrilegio non est necesse percontari, quia plus videndo, quam audiendo scire potuissemus. De adulterio dixerunt: quod oculis non viderant, sed pro certo scirent, viduam Rainerii, & Stephanam patris concubinam & Annam viduam cum nepte sua abusum esse, & sanctum palatium lupanar & prostibulum fecisse: Venationem dixerunt publice exercuisse, Benedictum spiritualem patrem suum lumine privasse, & mox mortuum esse, Joannem Cardinalem subdiaconum virilibus amputatis occidisse, incendia fecisse, ense accinctum, galea & lo-

PAGIUS enim de gestis anno CMLX. & quatuor sequentibus sermo est. Incertum tamen, an ipsemet *Luitprandus*, vel quispiam Anonymus illa capita addiderit. Scripsit etiam *Luitprandus* Legationem, quam ad *Nicephorum Phocam* Imperatorem pro Ottonibus Augustis suscepit: sed Chronicon & Adversaria, quæ ab aliquot annis sub ejus nomine prodiere, supposititia esse fuse demonstrat Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana veteri lib. 6. cap. 16. & seqq.

& lorica indutum fuisse, testati sunt. Diaboli in amorem vinum bibisse, omnes tam clerici, quam laici acclamarunt. In ludo aleæ, Jovis, Veneris, cæterorumque dæmonum auxilium poposcisse dixerunt. Matutinas & Canonicas horas eum non celebrasse, nec signo Crucis se munisse professi sunt. Hactenus accusationes.

XVIII. Cur de invasione sedis accusatio nulla. Sed mirum, quod de ejus intrusione in Sedem Apostolicam cum adolescens esset decem & octo annorum, nullum sit factum illi negotium. At scias id illi non humanitatis gratia esse donatum, & indultum miserationis ergo; sed magno artificio prætermissum: etenim si fuisset Joannis electio ostensa nulla: æque Ottonis Imperium, quod acceperat a Joanne, fuisset illegitimum declaratum, utpote collatum ab eo, qui Pontifex non fuisset. Sic igitur abstinuit ab his Otto, ne sui abrogationem Imperii, ejus damnatione, procuraret. Pergunt Acta:

XIX. *His auditis Imperator, quia Romani ejus loquelam propriam, idest Saxonicam, intelligere nequibant: Luitprando Cremonensi Episcopo præcepit, ut Latino sermone hæc Romanis omnibus quæ sequuntur, exprimeret. Surgens itaque sic cœpit:*

XX. (a) Luitp. l. 6. c. 8. *Persæpe (a) contigit, & nobis expertis credimus, ut in dignitatibus constituti invidorum infamia maculentur: displicet bonus malis, quemadmodum & malus bonis. Atque hoc rei est, quod hinc in Papam accusationem, quam modo Benedictus Cardinalis diaconus legit, & vobiscum fecit: amphibolam retinemus, incerti utrum e zelo justitiæ, an impietatis livore proruperit.*

XXI. Otto dubitat an calumniose Joannes sit accusatus. *Unde mihi indigno secundum concessæ dignitatis auctoritatem omnes obtestor per Deum, quem fallere, & si vult, nemo potest, sanctamque ejus Genitricem intemeratam Virginem Mariam, perque pretiosissimum Apostolorum Principis corpus, in cujus hæc recitantur Ecclesia, ut nulla in dominum Papam jaculentur convicia, quæ non sint ab ipso patrata, atque a viris probatissimis visa.*

XXII. Publica omnium conclamatio de facinoribus Joannis. *Tunc Episcopi, Diaconi, Clerus, & cunctus Romanorum populus, quasi vir unus, dixerunt: Si non & quæ per Benedictum diaconum lecta sunt, hisque turpiora & ampliora Joannes Papa indigna commisit facinora; non nos a peccatorum vinculis absolvat Apostolorum princeps beatus Petrus, qui verbo cælum indignis claudit, justis aperit: simus anathematis vinculo innodati, atque in die novissimo in sinistra parte positi cum eis qui dixerunt (b) Domino Deo: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* (b) Job. 21. *Quod si fidem nobis non adhibetis, exercitui domini Imperatoris saltem debetis credere, cui ante quinque dies ense accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit. Solus Tyberis qui interfluxit, ne sic ornatus ab exercitu caperetur, impedivit. Mox sanctus Imperator dixit: Tot sunt hujus rei testes, quot sunt nostro in exercitu bellatores. Sancta Synodus dixit: Si placet domino Imperatori, Mittantur litteræ domino Papæ, ut adveniat, seque ex his omnibus purget. Tunc eidem sunt litteræ destinatæ, quæ sic se habent:*

Synodalis epist. ad Joannem. *Summo Pontifici & universali Papæ domino Joanni, Otto divinæ respectu clementiæ Imperator Augustus, cum Archiepiscopis Liguriæ, Tusciæ, Saxoniæ, Franciæ in Domino salutem.*

XXIII. *Romam ob servitium Dei venientes, dum filios vestros, Romanos scilicet Episcopos, Cardinales presbyteros, diaconos, & universam plebem de vestra absentia percontaremur, & quid causæ esset, quod nos Ecclesiæ vestræ, vestrique defensores videre noluissetis: talia de vobis, tamque obscæna protulerunt, ut si de histrionibus dicerentur, nobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem vestram lateant omnia, quædam vobis sub brevitate describimus; quoniam si cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non sufficeret unus. Noveritis itaque, non a paucis, sed ab omnibus tam vestri, quam alterius ordinis vos homicidii, perjurii, sacrilegii, & ex propria cognatione, atque ex duabus sororibus incesti crimine esse accusatos. Dicunt & aliud auditu ipso horridum, diaboli vos in amorem vinum bibisse: in ludo aleæ, Jovis, Veneris cæterorumque dæmonum auxilium poposcisse. Oramus itaque Paternitatem vestram obnixe venire, atque ex his vos omnibus purgare, non dissimuletis. Si forte vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter sanctorum Canonum sanctionem. Dat. VIII. Id. Novembris:* Pergit auctor:

Hanc epistolam cum legisset, hujusmodi Apologeticum scripsit.

XXIV. Quæ rescripserit Joann. Pap. ad Synod. *Joannes Episcopus servus servorum Dei omnibus Episcopis. Nos audivimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere. Si hæc feceritis: Excommunico vos de Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinare, & Missam celebrare.*

*Cum hæc epistola in sancta Synodo legeretur, advenerunt qui prius defuerant religiosi a Lotharingia, Hericus Trevirensis Archiepiscopus, ab Æmilia & Liguria Vuido * Muticensis, Gezo Tortonensis, Sigulphus Placentinus: quorum consilio domino Papæ ita rescribunt.* * Mutinensis.

Summo Pontifici & universali Papæ domino Joanni, Otto divinæ respectu cle-

clementiæ Imperator Augustus, sed & sancta Synodus Romæ ob servitium Dei congregata, in Domino salutem.

XXV. Alia ep. e Synod. Joan. Pap. *Præterita Synodo, quæ celebrata est octavo Idus Novembris, litteras vobis direximus, in quibus accusatorum vestrorum verba atque accusationis causæ continebantur. Rogavimus etiam iisdem litteris magnitudinem vestram, quemadmodum justum est. A vobis, non quales temporis qualitas, sed inconsultorum vanitas exposcit hominum, litteras accepimus. Non veniendi ad Synodum rationabilis esse excusatio debuit: sed & præsentes magnitudinis vestræ debuerunt nuntii interesse, qui aut ægritudinis, aut certæ difficultatis causa satisfacerent sanctam vos Synodum declinasse. Est & aliud vestris in litteris scriptum, quod non Episcopum, sed puerilem ineptiam scribere deceret: Excommunicastis enim omnes, ut non habeamus licentiam canendi Missam, ordinandi Ecclesiasticas dispositiones, si alium Romanæ Sedi constituerimus Episcopum. Ita enim scriptum erat: Non habeatis licentiam illum ordinare. Nunc usque putavimus, immo credimus, duo negativa unum facere dedicativum, nisi vestra auctoritas priscorum sententias infirmaret auctorum. Nos vero intentioni vestræ non verbis respondeamus: si ad Synodum venire, & objecta purgare non differtis, auctoritati vestræ proculdubio obedimus. Sed si (quod absit) venire, & objecta vobis capitalia crimina purgare dissimulatis, cum præsertim vos venire nihil impediat, non maris navigatio, non corporis ægritudo, non itineris longitudo; tunc excommunicationem vestram parvipendemus: eam potius in vos retorquebimus, quoniam quidem juste facere possumus. Judas Domini nostri JESU Christi proditor, immo venditor cum cæteris prius ligandi, atque solvendi potestatem a Magistro in hæc verba accepit (a): Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis super terram, &c. Quamdiu enim bonus inter discipulos fuit, ligare atque solvere valuit: postquam vero cupiditatis veneno homicida factus, vitam occidere voluit: quem postea ligatum solvere, solutum ligare potuit, nisi seipsum, quem infelicissimo laqueo strangulavit? Data decimo Kal. Decembris, & missa per Hadrianum Cardinalem presbyterum & Benedictum Cardinalem diaconum.*

(a) Mat. 18.

XXVI. Joan. non inventus. Qui cum ad Tyberim pervenissent, eum non invenerunt; pharetratus enim in campestria jam abierat; nec quisquam erat, qui ubi ipse erat, indicare posset. Cumque eum invenire non possent, cum iisdem litteris ad sanctam Synodum, quæ nunc tertio est habita, sunt reversi.

XXVII. Mox Imperator ait: *Expectavimus adventum ejus, ut præsente eo, quod nobis egerit quereremur. Verum quoniam eum non affuturum certo scimus: quam perfide nobiscum egerit, ut diligenter agnoscatis, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus Archiepiscopis, Episcopis, presbyteris, diaconis, reliquoque Clero, necnon & Comitibus, & Judicibus, omnique plebi, quod idem Joannes Papa oppressus a Berengario atque Adelberto rebellibus nostris, misit in Saxoniam nuntios, rogans, ut pro amore Dei in Italiam veniremus, & Ecclesiam sancti Petri, & seipsum ex faucibus eorum liberaremus. Nos vero, Deo adjuvante, quantum fecerimus, non est necesse dicere, ut in præsentiarum videtis. Ereptus vero mea opera ex eorum manibus, & honori debito restitutus, oblitus juramenti & fidelitatis, quam mihi supra corpus sancti Petri promisit, eumdem Adelbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, seditiones fecit, & videntibus nostris militibus dux belli factus, lorica & galea est indutus. Quid super hoc sancta Synodus decernit, edicat.* Ottonis in Joannem querelæ.

XXVIII. Publica in Joannem declamatio. Ad hæc Romani Pontifices suffraganei scilicet Episcopi, reliquusque Clerus, & cunctus populus dixerunt: *Inauditum vulnus inaudito est cauterio exurendum: si corruptis moribus sibi soli, & non cunctis obesset, quoquo modo tolerandus esset. Quot prius casti hujus facti sunt imitatione incesti? quot probi hujus exemplo conversationis sunt reprobi? petimus itaque magnitudinem Imperii vestri, monstrum illud nulla virtute redemptum a vitiis, a sancta Romana Ecclesia pelli, aliumque loco ejus constitui, qui nobis exemplo bonæ conversationis præesse valeat, & prodesse sibi: recte vivat, & bene vivendo nobis exemplum præbeat.*

Tunc Imperator: *Placet, inquit, quod dicitis; nihilque gratius nobis, quam ut talis, qui huic sanctæ & universali Sedi præponatur, inveniri possit.*

XXIX. Leonis in Joannem locum electio. His dictis, omnes una voce dixerunt: *Leonem venerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Protoscriniarium virum approbatum ad summum sacerdotii gradum nobis in pastorem eligimus, ut sit summus & universalis Papa Romanæ Ecclesiæ, reprobato ob mores improbos Joanne apostata.* Cum hoc omnes tertio dixissent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranense palatium, secundum consuetudinem cum Cardinalibus ducunt, & certo tempore in Ecclesia sancti Petri ad summum sacerdotium sancta consecratione attollunt, & fideles se ei affuturos jurejurando promittunt.

XXX. His ita gestis, sperans sanctissimus Imper. cum paucis Romæ se degere posse, ne consumeretur Romanus populus ob multitudinem exercitus, multis, ut re-

di-

dirent, liceatiam dedit. Hucusque anni hujus res gestæ; quæ sequuntur, anno sequenti facta noscuntur, nosque suo loco dicturi sumus. Addit his Sigebertus, Leonem ipsum laicum adhuc fuisse, cum electus est Pontifex, contra decreta (*a*) Nicolai, Hadriani, & Stephani Romanorum Pontificum superius recitata.

(*a*) *Apud Grat. d. 79. c. 3. 4.*

XXXI. Redarguitur multipliciter pseudosynodi error.

Audisti, Lector, ipsam Synodum, integra ejus Acta, judicium de abdicatione Joannis Papæ, & subrogatione Leonis. In qua gravissima actione, sed levissime ac perfunctorie pertractata, quam multipliciter peccatum sit, quamquam enormiter erratum, nec puto pro dignitate me consequi verbis posse. Unum loco omnium hoc satis habeto, numquam me legisse, Orthodoxorum conventum synodalem aliquando habitum, in quo magis Ecclesiasticum jus offensum, magis Canones violati, vulnerata traditio, conculcata, oppressa, atque majore dedecore prostrata justitia. Mentiar, nisi tu ipse ista cuncta cum videris, manibus tetigeris (si cultor es justitiæ) præ animi indignatione exclamare cogaris, o indignum facinus audax, & insolens? nisi tamen te cohibeant tum turpis vita Joannis, tum zelus Imperatoris, de quo illud Apostoli congrue dici potest (*b*) *Testimonium ipsi perhibeo, quod zelum habet, sed non secundum scientiam.* Qua carentes Episcopi illi, in quibus esse debebat, sibi aliisque paravere ruinam, sicut (*c*) *si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt.* Quo nomine ea divina sententia ipsi primum privandi fuerant sacerdotio, sic apud (*d*) Oseam Prophetam Domino contestante: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.*

(*b*) *Rom. 10.*

(*c*) *Mat. 15.*

(*d*) *Osee 4.*

XXXII. In hac pseudo-Synodo omnia perperam facta.

Ex quo enim (ut ipsi fassi sunt) habitus est ab eis Joannes vere summus Pontifex (quod etiam suis litteris sunt professi) unde ipsis cogendi Concilii facultas contra Pontificem absque ipsius consensu? Id quidem contestati sunt omnes Episcopi in Romano Concilio sub Symmacho Papa, cum ipse Pontifex adversariorum accusationibus obrueretur, non licere dicentes, ab alio aliquo, nisi ab ipso Synodum convocari in causa sua; cum Theodoricus Rex hoc non negans, excusavit tamen se, dicens de cogenda ea Synodo litteras ab ipso Symmacho accepisse, prout suo loco superius est demonstratum. Insuper ubi sufficiens testium numerus? quem septuagintaduorum esse debere, contestati sunt sanctissimi illi Patres, qui ad judicandum Marcellinum Papam sunt convocati. Rursus in quanam Synodo, licet contra aliquem hæresiarcham convocata, non præcessit citatio trina, antequam in eum esset lata sententia? At Joannem Papam bis vocatum dumtaxat, synodalia ipsa Acta declarant. Sed & cui reorum, quamvis vili humuncioni, non ante sententiam aliqua data a jure perendina dilatio? sed nulla Joanni: bis vocatus, statim damnatus eadem qua secunda citatus est die, ut eadem Acta significant. Audi monstruosiora: In quanam Synodo petitum est ab Episcoporum consessu, Imperatorem condemnare Episcopum vel clericum aliquem, & non potius ab Imperatore postulatum est, ut sancta Synodus hominem Ecclesiasticum damnet? At secus in hoc conventiculo factum videmus; Nam universa Synodus rogasse dicitur Imperatorem, Joannem expelli, & alium in locum ipsius subrogari.

At quis aliquando accusatus hæresiarcha, vel infamissima quæque persona convicta in Synodo, absque sententia lata, omniumque subscriptione firmata, publiceque recitata legitur e throno deposita, in ordinem redacta, & alia in ejus locum suffecta? At hic una brevique interlocutione Imperatoris, immo nec interlocutoria sententia, sed rogatione ipsius Imperatoris successor est datus Joanni, nulla in eum prorsus sententia lata. *Nam rogante Synodo Imperatorem* (ut habent Acta verbatim quam fidelissime ab eodem auctore conscripta) *ob immania flagitia Joannem pelli, & aliam aliquem virum frugi subrogari, hæc ad eos Imperator: Placet quod dicitis, nihilque gratius nobis, quam ut talis qui huic sanctæ & universali Sedi præponatur, inveniri possit. His dictis, omnes una voce dixerunt: Leonem venerabilem nobis in pastorem eligimus, &c.* XXXIII.

Vidisti monstrum, suffectum caput priori capite nulla præciso sententia? Attendisti prodigium, executionem absque sententia, cum omnis executio sententiæ dicatur executio? relative enim se habet ipsa executio ad sententiam. Sed ubi ista? nusquam nec prolata verbis, nec scriptis edita reperitur. XXXIV.

Sed etsi omnia rite, rectoque ordine judiciario peracta fuissent: nonne sua sponte omnia statim corruunt, cum ab excommunicatis ab ipso Pontifice omnia constet esse peracta? Ubi umquam visa tanta ignorantia Canonum, judicium tam absurdum auditum in re tam gravi, tantique momenti? tanta temeritas, ex quo Christi Ecclesia esse cœpit, in Orthodoxis Episcopis ubi inventa? Cum plurima contigerint adversus Romanos Pontifices ab ipsis convocata cogi Concilia, in quibus licet sæpe audacissimi astiterint accusatores accusationibus nefandissimis, numquam tamen permoveri potuerunt Patres, nisi hæ- XXXV.

reti-

retici ipsi fuerint vel schismatici, ut in Romanum Pontificem sententiam ferrent; quod non licere, omnes constantissime affirmarent. Ita Patres sanctæ Synodi in causa Marcellini thurificationis exhibitæ aræ deorum convicti: *Tuo ore judica causam tuam*, dicebant, *non nostro*. Ac rursum: *Noli audiri a nostro judicio, sed collige in sinu tuo causam tuam: quoniam ex te justificaberis, ex ore tuo condemnaberis, testimonio nostro excusaberis*. Et illud: *Nostrorum nemo umquam judicavit Pontificem, nec sacerdos præsulem suum. Quoniam prima Sedes non judicatur a quoquam*. Idipsum repetitum in Concilio Romano in causa Symmachi, cum adversus eum horrendæ fuissent prolatæ calumniæ, *assertumque quod numquam Antistes Romanæ Sedis subjacuit minorum judicio*. Namque in his, quæ ad mores spectant, totam causam Deo reservandam esse, in Damasi Papæ judicio comprobatum; fuisseque remissos ejus accusatores a Gratiano Imp. suo loco est superius demonstratum.

XXXVI. Quid demum (ut alia prætermittamus judicia) cum causa Leonis III. tractaretur in Romano Concilio, cui interfuit Carolus Magnus? hæc una vox omnium Episcoporum tam Francorum, quam Italorum: *Nos Sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Ecclesiarum, judicare non audemus. Nam ab ipsa nos omnes, & a Vicario ejus judicamur. Ipsa autem a nemine judicatur; quemadmodum antiquitus mos fuit. Sed sicut ipse summus Pontifex consuevit, jubeat; & canonice obediemus*. Hæc illi sanctissimi atque doctissimi Patres ab his longe dispares, scientia, & probitate, siquidem quam isti scientia rudes, & leves, quamque fuerint moribus protervi, ex rebus gestis apparet.

XXXVII Audi adhuc deformiora: Quam insuper ille intolerabilis in his error, & inter hæreses numerandus, dum illud erroneum & hæreticum asserunt Episcopi isti, quod exemplo Judæ confirmant, nimirum propter peccata auferri a Pontificibus clavium potestatem, ligandi atque solvendi a Deo traditam facultatem? Professi sunt hæc ipsi suis scriptis, epistola tunc ad Joannem Pontificem data: quod esse hæreticum Catholicus quis negabit? Sed quanta in illis Episcopis inscitia cum novitate? Quæ illa nova phrasis ab Ecclesiastica consuetudine abhorrens, qua Romanos vocant Episcopos, sive Romanos Pontifices, ipsos Romanæ Sedis suffraganeos? Quæ illa Latinæ vocis ignorantia, dum stulte reprehendunt Joannem, quod in sua responsione dixisset. Non habeatis licentiam ullum ordinare, redarguentes quod duabus negationibus affirmarit, quod prohibere voluisset: putantes isti, idem esse, ullum, quod nullum; cum (nisi Episcopalis dignitas prohiberet) dupliciter fuissent ad ferulam revocandi, ac feriendi, eo quod Pontificem recte loquentem ita petulanter arguissent, atque ipsi vocis illius ignari, eam in significationem contrariam convertissent. At sinamus puerilia ista. Sed non tacendum de præpostera nomenclatura illa, atque inverso penitus loquendi usu, qui in Actis illis esse reperitur, in quibus sanctissimus nominatur Imperator, & Romanus Pontifex, magnus, cum toties repetantur verba illa, Magnitudo vestra, & non more majorum, Sanctitas vestra. Puto abstinuisse illos a nomine sanctitatis, quod tot eum tantisque sceleribus cumulatum assererent, nescientes ante sententiam non debere reum consuetis honoris titulis minui: huncque esse antiquum Ecclesiæ morem, prout in Actis magnæ Synodi Chalcedonensis in Nestorio factum apparet, qui quamvis hæresiarcha accusatus & convictus, numquam eum nisi post prolatam in eum sententiam desiverunt Patres reverendissimum sive sanctissimum nominare. Hæc quæ ad pseudosynodum spectant.

Ex quibus omnibus probe puto, intelligis, Lector, nulla ea parte subsistere potuisse de condemnatione Joannis ejusmodi spurium, & sacrilegum judicium synodale, omnique ex parte illud invalidum reddi ac penitus nullum; simulque subrogationem Leonis factam in locum ipsius eodem jure censeri, quem tamen, non quia, sicut plerique alii male asserti, inter Romanos Pontifices numeratus reperitur, idcirco vere legitimum dixerimus fuisse Pontificem. Scriptorum error nullum afferre potest veritati præjudicium, nec numerata Leonum ita nominatorum Pontificum series esse faciet quod non est: sicuti nec canem aliquem leonis nomine insignitum, vere esse leonem ipsa nominatio vel numeratio tantum facta constituet. Hæc, ut scias e numero Leonum Pontificum hunc pseudoleonem explodere. XXXVIII Leo VIII non legitimus Papa.

Qui vero ista adeo vera, adeoque aperta minime considerarunt, cæco errore ducti, in odium Joannis impurissimi, quem jure detestentur omnes boni, eo prolapsi sunt, ut ejusdem Joannis condemnatione probata, æque eamdem pseudosynodum ut legitimam acceperint; insuper & Leonem VIII. dictum ab ea Pontificem creatum, ut canonice electum receperint, Benedictum vero post Joannis obitum creatum ejecerint. Sicque ignorantiæ tenebris obvoluti in tam graves impegerunt errores, quorum numerus adeo excrevit, ut via pauci, quibus inquirendæ veritatis amor fuerit, & XXXIX.

studium ejus perscrutandæ majus inhæserit, inventi sint, qui obrutam veritatem vendicorint in lucem. Ex antiquis Otto Frisingensis Episcopus & ipse Germanus & in Germania scribens, cum factum non probet, redarguere tamen nonausus, hæc de his (a) ait, ubi summatim rem gestam recenset: *Quæ omnia utrum licet, aut secus acta sint, dicere, præsentis non est operis: res enim gestas scribere, non rerum gestarum rationem reddere proposuimus. Inveni tamen in quibusdam Chronicis, sed Teutonicorum, præfatum Joannem reprehensibiliter vixisse, sed frequenter super hoc ab Episcopis, aliisque subditis suis conventum fuisse. Cui rei durum videtur fidem accommodare, quia Romana Ecclesia hoc speciale privilegium sacerdotibus suis adscribere solet, quod meritis Petri super firmam petram fundati, nulla eos porta inferorum, vel turbo tempestatum ad exitialem ruinam involvat.* Hæc sanctus Episcopus, adeo magnifice sentiens de successoribus Petri. At non tanta nos vendicamus, ut esse non possit, quin fœdus, turpisque moribus irrepat, vel irrumpat in Sedem illam, Fide autem impius nullo modo.

(a) Otto Frising. l.6. c. 23.

XL. Auctores hujus temporis favetunt Leoni. Cæterum, admonendus est Lector, quod scriptores hujus temporis, ut auctor qui appendicem ad Luitprandum affirit, nonnihil visi sunt adulari Ottoni Imperatori, ut ex eorum scriptis haud obscure perspicitur, favisseque electioni ab ipso Ottone factæ Leonis; quodque æque omnes detestati fuerint Joannis Papæ nefanda scelera, juste ipsum abrogatum putaverunt, & scripserunt, re tamen haud funditus perscrutata: ut non mireris si eos legeris, favere una cum Imperatore Leoni, in Joannem vero & ejus successorem Benedictum, ut in pseudopontifices declamare. At de his modo satis.

Hoc eodem anno datum reperitur ab Ottone Imperatore privilegium monasterio Sancti Vincentii ad fontes Vulturni; extat integrum una cum sigillo descriptum a Joanne monacho in Chronico, charactere Longobardo, ubi in fine ista leguntur, quæ ad tempus consignandum spectant: *Arnulphus presbyter ad vicem Vuidonis Episcopi Archicancellarii recognovi & probavi. Data xi. Kalendas Septembris, Ottonis Imperatoris anno II. Indictione sexta. Actum in Capuana civitate.* XLI.

Quod ad rerum Orientalium statum pertinet, *hoc anno* (inquit Curopalates) *quintadecima Martii mensis, Indictione sexta, anno sexmillesimo quadringentesimo septuagesimoprimo ab orbe condito, mortuus est Romanus Imperator vigintiquatuor natus annos, cum annos tredecim regnasset, menses quatuor, dies quinque* (computatis annis, quibus cum patre regnavit) *ut aliqui asserunt, exhausto corpore turpissimis & voluptuariis rebus; ut autem alii auctores sunt, veneno* XLII. Romani Imp. obitus.

PAGIUS IV. *Obitus Romani Junioris Imp.* A num. XLII. ad XLVI. Curopalates & Cedrenus tradunt, Romanum Juniorem *XV. die Martii Mensis, indictione VI. annos natum viginti quatuor* e vivis excessisse: imperasse vero *annos tres, menses quatuor, dies quinque*. Ex quo apparet, verum esse quod an. CMLX. diximus, *Constantinum* nempe *Porphyrogenitum* anno CMLIX. die nona mensis Novemb. ut Cedrenus & Curopalates habent, vivere desiisse, & utrumque Scriptorem de duratione Imperii Romani Junioris loquentem excludere diem emortualem, tam Constantini, quam Romani filii. Subdit Cedrenus: *Imperium ejus morte ad Basilium & Constantinum ipsius filios, & eorum matrem Theophanonem redit: qua biduo ante mortem mariti filiam quoque pepererat, cui Annæ nomen fecerunt.* Hæc postea Ulodomiro Russorum Principi matrimonio conjuncta, & hac ratione fides Christiana in Moscoviam illata, ut infra videbimus. *Theophano* vero fuit obscuro genere nata; cum tamen venustate ac forma corporis per hoc tempus cunctis ejus sexus præstaret, inquit Leo Diaconus, qui subdit.

V. *Nicephori Phocæ de Saracenis triumphus.* *Nicephorus* maximi Imperii mutatione audita, animo suspensus, inque omnem partem anxius erat, aliæque subinde cogitationes eum exercebant. Rerum enim negotiorumque infida lubricitas fortunæque vicissitudo ac instabilitas, tranquillo in statu virum agere non sinebant, quod maxime *Josephi* potentiam suspectam habebat. Is nimirum cum spado esset, atque in Aula Imperatoria cum primis auctoritate polleret; quippe qui Accubitoris (ac si sacri cubiculi summum Præfectum dicas) auctus dignitate esset, infenso in *Nicephorum* animo, eique hostis erat. Visum itaque mox res novas moliri; sed cum minores copias, quam par esset, in promptu erat (cohortes enim in suam quamque patriam remiserat) tantum hactenus certamen suscipere formidabat. Operæ pretium igitur putavit, ut res novas moliri tantisper differret, Byzantium vero invectus, ductoque triumpho, si modo Imperatores ipsius fidei exercitum regendum committerent, (noverat enim quamdiu vita superstes esset, alium neminem fore, qui Barbarorum impetum sustinere posset, iisque aciem opponere) copias resumeret, tutoque consilio aliorum causa decertaret. Hoc igitur consilio secum animo constituto ac deliberato, Byzantium venit: placidissimeque a populo Senatuque susceptus, prædaque quantam induxerat triumpho traducto, ac in ærarium illata Barbarica opulentia, domi privatus agebat. Cedrenus refert illum *VI. indict. mense Aprili jussu Augustæ* Constantinopolim venisse, & duxisse triumphum in Circo inferentem in eo Cretensia & Berrhoensia spolia.

Sed redeo ad Leonem Diaconum, cujus narrationem de verbo ad verbum reddam. *Josephus (metuebat enim Nicephori Byzantii moras, ne quid novarum rerum adversus Imperatores moliretur, cum præsertim milites ordines impense virum amarent, populusque admirationi haberet, ob erecta tropæa, & fortissimi roboris* VI. *De Imperio arripiendo cogitat.*

fu-

no peremptus; cui licet filii successissent Basilius & Constantinus pueri, tamen affectantibus aliis Imperium, Nicephorus Phocas clarus victoriis ab exercitu Imperator acclamatus & Constantinopolim convocatus, hoc eodem anno decimasexta mensis Augusti Imperator a Polyeucto Patriarcha coronatur. At quæ inter eumdem Patriarcham & Imperatorem sint obortæ contentiones ex eodem auctore sic accipe, ab ipsa coronatione incipiente his verbis:

XLIII. Nicephorus Phocas imperat. *Hunc igitur coronat Polyeuctus in magni templi edito loco, dies erat Dominica decimasexta Augusti mensis, Indictione sexta. Missoque monacho & Syncello Studii Antonio a Regia Theophanem deiicit (erat ista Romani uxor) & ad Petri palatia transmittit.* Quam postea hoc eodem anno, vigesima mensis Septembris in uxorem accepit. Cujus occasione simultates cum Polyeucto sunt exortæ, duplici ratione apud ipsum eodem Nicephoro reo constituto; prima quidem, quod cum aliam habuisset uxorem, secundam ducere non liceret absque pœnitentia quadam; alia vero, quod assereretur, ipsum Nicephorum in baptismate suscepisse Theophanes filium. Quomodo autem Polyeuctus his de causis ipsi restiterit, sic idem narrat Curopalates:

Perfectis nuptiis in novo ad palatium templo, cum ingressurus esset ad altare, manu ipsum detinens Polyeuctus, & sacris cancellis appropinquans, ingreditur ipse in adyta, illum vero retro expulit, asserens non prius ipsum concessum iri, ut ad altare ingrediatur, quam pœnas solveret eorum, qui alteram ducunt uxorem. Offendit hac re Nicephorum, neque destitit et usque ad obitum irasci. Divulgata etiam erat ubique fama, haud mediocriter illam Ecclesiam perturbasse, quia Nicephorus a sancto baptismate unum ex filiis Theophanes susceperat. Hanc famam, ut probabilem causam nactus Polyeuctus, vel separandum ipsum ab uxore XLIV. Polyeuctus Patric. duplici ratione Niceph. Imp. restitit.

PAGIUS *pugnando edita facinora) in Palatium evocabat, si forte copiis atque milite nudum offendens, oculis privare posset, hincque in exilium mitteret. At Frater Josephi vaferrimo malignissimoque intellecto consilio, (acerrimi quippe vir ingenii erat, ut eie fraus subolevet) in magnam Eclesiam venit, collatoque cum Patriarcha Polyeucto sermone (viro scilicet divina humanaque Philosophia longe exculto, ut qui a puero monasticam vitam ac religiosam paupertatem consectatus, majore quam pro hominis ratione fultus fiducia esset quam non indoles præstaret, quippe qui spado esset, & ad extremam senectutem devenisset, sed honorum abdicatio, omnisque expers criminis, simplexque nec quidquam superflua vita ratio). Cum hoc itaque Polyeucto in colloquium veniens Nicephorus: Egregias sane, ait, tot tantorumque certaminum atque laborum vices percipio, ab eo qui nulla penes. Is nimirum, quem nil latet, magnum oculum fore ut lateat, ipse arbitratus, machinanda mihi mortis nullam finem facit, qui Deo propitio ejusque numine, Romani imperii fines produxerim, cum nihil hactenus in Rempublicam deliquerim, sed in eam potius, quanta nemo hujus ætatis virorum, contulerim; qui tantam denique Agarenorum regionem igni ferroque desolaverim, tumque multa oppida, urbesque a fundamentis diruerim. Ad me sane quod attinet, optabam Ordinis Senatorii virum, placidum, modestum esse ac moderatum, non se infensum, atque id frustra nullo fine iras agitare ne moliri interitum.*

VII. *S. Polyeucti Epis. Constant. studium in bonum publicum.* His Patriarcha ex Nicephori ore auditis, animique ardore succensus, in Palatium venit, una comitem adducens Nicephorum. Convocatoque Senatu, *haud æquum, inquit, ut qui pro Romana felicitate nulla sui ratione habita, labores ac pericula sustinuerunt, quique erga sua Gentis homines ac cives suos, viros se probos ac moderatos exhibent, probro ignominiaque afficere, sed honori potius habere ac coronare. Ergo, si mihi creditis, qua meliora sunt consulenti, meam statim dicam sententiam. Opera pretium existimo, ut nos, qui Romanis simus ac divinis legibus instituti, tenellos Romani Imperatoris liberos, quandoquidem nostra universique populi suffragio Imperatores renunciati sunt, in honore a Majoribus accepto conservemus, eumdemque eis cultum, quem Majoribus ipsorum tribuimus. Quia vero Barbaræ gentes Romanam ditionem diripere non cessant, eamque infestare, auctor vobis sum, ut virum hunc (ostenso Nicephoro) qui solertiæ ingenii sit, ceique militaris apprime gnarus ac bello fortis, quique plurimas victorias, (quod & vos ipsi agnoscitis) retulerit, ac quem præ ceteris maxime suspicitis, jurejurando obstricta fide, nihil inconsultum adversus Majestatem ne Senatum moliturum Imperatorem Ducem creemus, atque ei Asiæ copias concredamus, qua is fide rem Romanam ulciscatur, inhibeatque alienigenarum insultum ac grassationem. Nam & Romanus Imperator cum in humanis adhuc ageret, hanc ei dignitatem committeat, ac ne vir probis moribus ejus imperii munere moveretur, scriptis, testamenti tabulis caverat.*

Ubi Patriarcha in hæc verba sententiam dixerat, etiam Senatus calculum adjecit. Assensus est & *Joseph Accubitor*, non quidem sponte, sed quod ita Senatus ipse annuens cogeret, ac sane tremendissimis juramentis obstricto Nicephoru, *quandiu tenella ætatis pueri ac Imperatores superstites essent, ne quid infausti maliquæ adversus eorum imperium moliretur, ipsis quoque jurejurando firmantibus, Neminem Procerum ac Magistentuum citra ejus sententiam se moturos esse, aut ad majores infulas provecturos, sed & communi cum eis consilio Rempublicam ecturos; totius Asiæ Imperatorem Ducem promulgarant.* VIII. *Nicephorus Phocas fit Dux totius Asiæ.*

Jam vero media ferme verna tempestate, luciferoque ad Arcticum polum paulatim cursum flectente, ut circa Taurum cursum agitante Byzantio profectus Nicephorus, ad objectam ex adverso maris littore Asianam regionem commeat. Cumque venisset in Cappadociam (Troglodytas ante eam gentem vocabant, quod in terra meatibus & cavernis ac labirynthis, velut lustris anteisque tecta subeant) ibique fixo tentorio, missis in omnem late regionem Edictis, omnem ad se exercitum congregat. Interimque dum exer- IX. *Nicephorus Phocas & Josephus Accubitor inter se dissident.*

contendebat secundum Ecclesiæ Canonem, vel ab Ecclesia vi arcendum, quod fecit retinens Theophanen. Exprobat & Luitprandus in relatione suæ legationis ejusmodi Nicephori cum commatre sua Theophane matrimonium, eaque de causa eum silvestri asino comparat. Pergit autem idem qui supra Curopalates:

XLV. Concil. Const. cogitur in causa Imp.

Convocatis autem peregrinis Episcopis, qui erant in urbe, & præstantioribus Senatus, consultandam rem proposuit. Omnes hi legem Copronymi esse dixerunt, & statuerunt non esse servandam. Et ideirco scriptum repudii libellum ipsius arbitrio permiserunt. Et diu recusantem Polyeuctum cum Imperatore loqui, ipse Cæsar certo firmavit, se eum non suscepisse puerum. Quia etiam Stylianus Protopapa magni palatii, ex quo primum talis fama cœperat divulgari coram Senatu & Synodo, neque vidisse, se neque alicui dixisse ajebat, Bardam vel Nicephorum suscepisse puerum. Polyeuctus autem quamvis aperte nosset Stylianum pejerare, crimen synteknia, id est eum qui e baptismo filium suum vel alterius suscepit, condonavit. Et quidem instituerat, ut ei secundarum nuptiarum pœna imponerentur, hoc quoque peccatum deinde ei remisit. Hæc de his Curopalates, in quibus illud mirum, quomodo adulantes Imperatori ausi sunt dicere, *impedimentum ex cognatione spirituali procedens legem fuisse Copronymi, cum veterum Canonum censura id constet esse vetitum.*

Quod ad reliquas res gestas anni hujus Nicephori Imperatoris hæc habet Curopalates: *Nicephorus autem primo Imperii sui anno contra Saracenos, qui in Si-* XLVI.

PAGIUS

exercitum cogeret, quot secum habebat bellicis institutis exercebat, nec quidquam omittebat eorum, quæ ad pugnæ bellique artem inventa sunt. Interim vero dum Prætor militem exercet, (secum enim ipse statuerat, at adversus Chabdam ac Tarsenses potissimum educeret) Josephus Accubitor Nicephori solertem animum consultumque reputans præter ea quæ viri fortitudinem infractumque pectus secum ipse cogitans, veritusque ne collecto circa eum exercitu novarum aliquid rerum perperam moliretur, intus pavore animi palpitabat, suamque vituperabat consilii mentisque absentiam; quod tum prædam velut intra casses inclusam teneret, haud necti dedisset, sed impendentis consilio tantis eum copiis armisque munisset: totus igitur cogitabundus atque animi anxius, vitam sibi infelicem, minimeque vitalem ducebat. Consideranti igitur multasque rationes versanti, quo tandem modo tanto Prætorem imperio movere liceret, cujusdam fraudis in mentem venit, qua illius Præfecturam haud secus ac securim quamdam cervici sua imminentem a se depulsum iri putabat.

X. Nicephorus Phocas acclamatur Imperat.

Refert postea Leo Diaconus quæ Josephus, ut Nicephorum perderet, excogitarit, & quomodo *Joannes Tzimisces* Nicephori *ex materna stirpe consobrinus* huic rebellionem suaserit, & *ineunte mense Julio* Nicephorus ab exercitu Imperator acclamatus fuerit. Is itaque *projecta privati veste, sago militari, Imperatorio, Regioque paludamento infibulatus ad Regiam se Majestatem magis compesuit, equoque conscenso per Auream portam invectus est, omni populo Senatuque cum plausu excipiente, ac ei acclamante. Augusti mensis dies sextus decimus agebatur, indict. sexta cum hæc gererentur. Jam vero ubi celeberrimum dei delubrum ingressus erat, atque a Sacerdotum cœtu debitos honores susceperat, a Polyeucto Patriarcha munus obeunte Imperiale caput cingitur diademate; cum unum supra quinquaginta ætatis annum ageret.* Postquam summam rerum inierat, tutoque ac secure Imperii gubernacula regebat, *Bardam* patrem Cæsaris dignitate ornavit; *Joannem* cognomento *Tzimiscem* Orientis Domesticum creavit; *Leonem* vero germanum suum Curopalatam, Magistrumque.

XI. Ipse vero quam sibi indixerat, inviolabilem se castitatem servaturum præferebat, quippe qui & uxoris conjugium vitaret, & carnium esum repudiaret. Verum monasticæ vitæ cultores, & qui ejus animum sanctis moribus componebant, præclare enim hujus instituti viros colebat) in his, quæ sibi ipse constituisset, manere non sinebant, sed hortabantur, ut & conjugium amplecteretur, nec carnium esu ut re nefasta, sibi prorsus interdictum vellet. Metuebant enim, ne prono in delicias ac comessationes animo in turpes sensim voluptates delaberetur. Monachorum igitur admonitionibus animum accommodans, familiarem olim ac consuetam vitæ rationem ab se ablegavit; *Romani* vero uxorem, venustam admodum mulierem sibi conjugem copulavit. Rumor autem murmurque erat, haud legitimas esse nuptias, propeque abhorrere a ratione conjugium, quippe cum Nicephorus Romani Imperatoris ac *Theophanonis* liberorum ex sacro lavacro susceptor extitisset. Quod cum accepisset *Polyeuctus* Patriarcha, omni conatu Imperatorem a sacris cœptis arcere conabatur; cum enim vir esset divina plenus æmulatione, omnisque generis scientia atque virtute incomparabilis, non desinebat etiam ipsos Imperatores arguere. Imperator autem negabat se susceptorem *Theophanonis* liberorum ex sacro baptismate fuisse, sed *Bardam* patrem hoc munus obiisse. In eum modum Patriarchæ flexus animus valdeque delinitus, adeo ut lætus atque hilaris conjugium ejus cum *Theophanone* admiserit ac dispensarit. Hæc summarie ex Leone Diacono Scriptore adhuc inedito. *Ejus virtutes.*

XII. *Græci a Saracenis in Sicilia devicti.*

Ad num. XLVI. Luitprandus in sua Legatione ad Nicephorum Imp. anno CMLXVIII. obita, eodemque anno num. LV. integra a Baronio recitata, de Manuele Patricio a Nicephoro Imp. adversus Saracenos Siciliæ misso habet: *Scribit præfatus Hippolytus, Græcos non debere Saracenos, sed Francos conterere, qua lectione Saraceni animati, ante triennium cum Manuele Patricio, Nicephori nepote, juxta Scyllam & Charibdim in mari Siculo bellum parant: cujus immensas copias cum prostravissent, ipsum comprehenderunt, capiteque truncum* (legendum truncatum) *suspenderunt: cujus socium & commilitonem* (sc. Nicetam Eunuchum) *cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere sunt dedignati; sed vinctum ac longa custodia maceratum tanti vendiderunt, quanti nec ullum hujusmodi mortales sani capitis emerent.* Quare cum hæc triennio ante Luit-

Sicilia erant, Patricium Manuelem misit nothum filium patrui sui Leonis, qui declaratus fuerat Domesticus scholarum etiam sub Romano. Hoc factum tradit a Nicephoro, ut Orientale Imperium eximeret a pensitatione tributi, quod solvebat Sarraçenis a tempore Basilii Macedonis Imperatoris. Sed ob imperitiam ducis male pugnatum est, & dux ipse cum exercitu interemptus, animatis Sarracenis adversus Græcos quod legissent in vaticiniis Hippolyti Episcopi in Sicilia Sarracenos non vincendos & conterendos a Græcis, sed a Francis. Hæc Luitprandus in relatione suæ legationis, de qua inferius dicendum.

Se-

PAGIUS Luitprandi Legationem contigerint, manifestum est errasse Curopalatem, Cedrenum, & Zonaram, qui ea ad primum Nicephori Phocæ annum referunt, & bellum istud pertinere ad aonum CMLXV. ut ibidem magis probabitur.

XIII. *Reliquiæ S. Epiphanii Hildesheimium translata.* Hoc anno *Thanvvargdo* Presbyter Sancti Epiphanii Episcopi Ticinensis sepulcrum clanculum refodit, & hujus Sancti Præsulis Reliquias ad Episcopum suum *Otvvinum*, nempe Antistitem Hildesheimiensem, qui tunc in Italia erat, detulit, isque in Germaniam misit. *Translatum est autem corpus beati ejusdem patris a Fratre nostro, decima Kalendarum Decembrium die* (sc. anno superiori) *ad nos vero Dei gratia comitante, domino nostro sanctæ memoriæ Otvvino Episcopo, octavo Kalendarum Martiarum die perductum*, inquit Auctor Hildesheimiensis Anonymus & coætaneus in Historia Translationis sancti Epiphanii Ticino Hildesheimium, recitata a Bollando ad diem XXI. mensis Januarii, & primum a Christophoro Brouvero promulgata. Die XXII. Februarii, qui hoc anno in Dominicam incidit, sacræ Reliquiæ Hildesheimium translatæ.

XIV. *An ea Translatio justa.* Quia vero Pontificum Edictis cautum, ne quis divorum pignora sublegere ea ratione audeat, quod veteribus quibusdam minori fuisse religioni, plurima quæ passim extant, demonstrant exempla, de jure Translationis hujus hæc habet Brovverus, quæ ad Annales Ecclesiasticos illustrandos faciunt: „ Si quis Translationem hanc ex jure sacrorum æstimet „ æquus Judex, vel de ea judicium accipiat, „ Reliquiarum hanc deductionem, nec lege, „ nec moribus factam illico censebit; sed eos „ qui manum fecere, & sacras exuvias nativa quasi gleba & fundo abstraxere, interdicto *Unde vi*, ut levissime dicam, obnoxios „ fuisse, & repetundarum actione conveniri „ potuisse pronunciabit. Valuere interim hujus & superioris ætatis exempla, eamque „ sibi licentiam immodica pietas & religio fecit, ut callide pii furti & religiosæ rapinæ titulis, non stricta æquitatis lege has „ actiones rei diiudicarent, cognitores plerumque litem dissimularent, Magistratus hic „ plurimum conniverent. Jam quod caput, „ felicitas eventus, & religionis ex prodigiis „ & miraculis secutis opinio, fas sæpe & licentiam his evectionibus non solum constituit, sed furti an sacrilegii probrum in gloriam vertit: quod Franci & Germani afflicta a Barbaris vel tyrannis Romanæ Sedis „ libertate, cum in novo vel precario imperio, quod Pontifices dabant, nobilitate sua „ & gente majores sæpe spiritus caperent, non „ civilibus contenti, sacris etiam potentiam „ admoverent & religionem licentius, quam „ vel ipsis expediret, vel jus fasque permitterent, haberent. Hinc omnia prope Latii jura una cum Ecclesiis & populis sibi „ subdere, & qui fide vel armis apud Reges „ valebant, non honore tantum, sed præmiis quoque læti, contra fas plurimum sibi „ licere volebant, sive Episcopi essent, sive „ Militiæ cingulo clari. Aliquid tamen hic „ Otvvino Præsuli, & Tangvvardoni ejus „ Presbytero veniæ scriptor conciliasse videtur, cum post preces & jejunia de transferendo sancto Epiphanio per quietem divinitus admonitum Sacerdotem, commemorat. Ita scite Brovverus.

JESU CHRISTI ANNUS 964.	JOANNIS XII. PAP. ANNUS 9.	OTTONIS 3. NICEPH. PHOCÆ 2. IMPP.

I. SEquitur annus Redemptoris nongentesimus sexagesimus quartus, Indictione septima, quo Romani in Ottonem atque in Leonem ab eo jussum creari Pontificem arma converterunt, ubi viderunt ipsum imperatorem parte magna exercitus diminutum. Rem gestam auctor qui asseritur Luitprandus, cuncta

(a) Luitp. l. 6. c. 11. Romani contra Ottonem Imp.

sigillatim recensens, sic narrat: (a) *His rebus gestis* (quæ spectabant scilicet ad Leonis successionem) *sperans sanctissimus Imp. cum paucis Romæ posse degere; ne consumeretur populus Romanus ob multitudinem exercitus, multis ut redirent, licentiam dedit. Cumque hoc Joannes, qui dejectus est Papa, cognosceret, non ignorans quam facile Romanorum mentes pecunia posset corrumpere, clam Romam mittit nuntios, beati Petri, omniumque Ecclesiarum pecuniam repromittens, si super pium Imperatorem & dominum Leonem Papam irruerent, eosque impiissime trucidarent. Quid multis morer? Romani quam mox exercitus paucitate confisi, immo decepti & pecuniæ promissione animati, buccina concrepante, super Imperatorem, ut eum occidant, festinare contendunt.*

II. Otto in Romanos sævit.

Quibus Imperator super pontem Tyberis, quem Romani plaustris impeditum habebant, occurrit. Cujus fortes milites assuefacti bello, pectore & armis intrepidi, eos inter prosiliunt, & quasi accipitres avium multitudinem, nullo resistente, proterunt: non latibula, non corbes, non concava ligna, non cryptæ sordium receptacula fugientibus tutelæ esse possunt. Occiduntur itaque, & (ut assolet contingere viris fugientibus) passim a tergo vulnerantur. Quis tunc Romanorum clades hujus superstes fieret, si non Imperator sanctus misericordia, quæ eis nulla debebatur, inclinatus, suos adhuc interficere sitientes retraheret & revocaret? Itaque devictis omnibus atque iis qui superserunt, obsidibus acceptis, venerabilis Papa Leo pedibus Imperatoris provolutus, orat, ut Romanis obsides reddat, seque eorum fidei commendet. Rogatu denique venerabilis Papæ Leonis Imperator sanctus Romanis obsides dedit, non incertus, quod prosecuturus sum incepturos. Hæc auctor, cui tamen repugnat ejusdem temporis scriptor apud Reginonem, ubi ait: *Non Romanos aggressos esse Ottonem, sed tantum de aggrediendo molitos insidias, quibus detectis, in eos Otto ipse sævierit.* Pergit vero idem apud Luitprandum auctor:

Igitur Romanorum Fidei eumdem Papam, quemadmodum lupis agnum commisit. Deinde Roma exiens, Camerinum, Spoletumque versus, ubi Adelbertum esse audierat, properavit. Interea

III. Leo pseudopapa fugit ad Imp.

mulieres, quibuscum Joannes, qui dictus est Papa, voluntatis suæ ludibrium exercebat, non ignobiles & plures concitaverunt Romanos, ut Leonem summum Pontificem, & universalem Papam a Deo & ipsis electum perderent, & Joannem in Urbem susciperent. Quod cum fecissent, Deo miserante, ex eorum manibus est venerabilis Papa Leo liberatus, paucisque ipsum comitantibus, ad piissimi Imperatoris misericordiam est profectus. Imperator denique sanctus tantum dedecus ægre ferens, tum ex domini Papæ Leonis ejectione, tum ex Joanne Cardinale diacono, & Azone Protoscriniario, quorum alterum manu dextera, alterum lingua, duobus digitis naribusque abscissis Joannes abdicatus defœdaverat: reparato exercitu Romam redire disposuit, &c.

Antequam autem rem gestam ulterius prosequamur, sciendum quod apud Regi- IV.

PAGIUS SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6457.

Anno Eræ Hispan. MII. ☉ 21. CB. ☽ 15. P. 3. April. Indict. 7.

Anno Hegiræ CCCLIII. inchoato die 18. Januar. fer. 3. JESU CHRISTI 964.

BENEDICTI V. PAPÆ 1.

OTTONIS IMP. 3.

NICEPHORI PHOCÆ IMP. 2.

A. C. 964. I. ANum. I. ad XXII. *Imperator*, inquit, Continuator Reginonis, *Roma natalem domini celebravit. Berengarius* (Italiæ Rex) *cum suis in Monte S. Leonis obsessus vincitur, & id ipsum castellum Imperatoris ditioni subditur, & Berengarius cum Villa* (ejus uxore) *in Bavariam mittitur. Romani iterum ab Imperatore solito more deficientes, pluribus aliis castellanis sibi per conjurationem extrinsecus adiunctis, eum occidere nitebantur: sed insidiis eorum patefactis, eodem die quo eum extinguere moliebantur, necem sibi paratam anticipans, III. Nonas Januarii cum paucissimis suorum eos invasit, & non modicam illorum multitudinem intra muros Urbis prostravit. Die vero sequenti Romam iterum venientes, centum obsides dederunt, & supra corpus S. Petri sub jure jurando fidelitatem Imperatori & Papæ promiserunt. Tunc Imperator plena adhuc hebdomada apud illos manens, Spoletinum Ducatum & Camerinum ordinaturus exivit, & ad preces Papæ Leonis obsides Romanis dimisit: quibus ipsi beneficiis ingrati, non longe illo ab Urbe posito, Joannem, qui & Octavianus Urbi intromittunt, & fidem Imperatori & Papæ promissam annihilare non metuunt. Leo vero Papa vix*

Joannes XII. PP. Romam a Berengarianis intromissus.

ginonem, non præsens annus tantum, sed dies quoque describuntur, quibus ejusmodi res gestæ sunt, nempe tertio nonas Jannarii ingentem stragem de Romanis insidias Imperatori parantibus ab Imperatore Ottone patratam; sequenti vero die pridie nonas ejusdem centum obsides a Romanis datos Imperatori, & super corpus Petri ab iisdem Romanis fidelitatem eidem Imperatori juratam, dies octo adhuc eumdem Romæ mansisse, inde Spoletum profectum & Camerinum. Interea a Romanis revocatum Joannem Papam in Urbem, ab eoque non solum quos diximus male habitos, sed Otgerum Spirensem Episcopum comprehensum & flagellatum, dimissumque tandem, quo per eum posset ab Imperatore consequi veniam. Prætermittunt autem tum ipse, tum etiam auctor apud Luitprandum alias res gestas a Joanne Papa, cum est regressus in Urbem, quæ a Sigeberto ita in Chronico narrantur:

V. Deponitur Leo Pseudopap. in Synodo.

Joannes Synodo collecta, Leonem deposuit & ejus Gesta cassavit: statutum quoque est publico omnium judicio, Synodum a Leone habitam nec nominandam Synodum, sed prostibulum favens adulteris (nimirum quod adulter Leo dicendus esset, qui alterius sponsam ipsam Romanam Ecclesiam invasisset) *Quicumque ea ordinante, erant damnati, jussi sunt suam ipsorum proscriptionem præsentare in charta hæc continente verba: Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit: & sic depositi remanserunt in illis gradibus, quos habuerant non a Leone ordinati. Si qui autem digni judicantur, ut non accepta prius consecratione, ordinentur, indicto illis eodem decreto, quod & damnatis a Constantino Neophyto.* Hucusque Sigebertus, qui ipsius Acta Synodi legisse visus est, cum illa ita summatim collecta exacte recensuit. At præstat hic ipsa Acta integra recitare, quæ nobis adhuc servantur legitima atque sincera. Siquidem vetera nobis exhibent monumenta illud ipsum Concilium, quod celebratum est hoc anno ab ipso Joanne Papa, quod etiam (a) Novatores non negant, sed ipsum integrum inter alias hoc centenario celebratas Synodos descripsere, sic enim se habet:

(a) *Cent.* 10. *col.* 444.
(b) *Ex scripto cod. Vat.*

VI. Concil. Rom. sub Joan. XII

(b) *Anno Domini nongentesimo sexagesimo quarto domini Ottonis Imperatoris tertio, indictione septima, habitum est Concilium in Ecclesia beati Petri Apostolorum principis, quinto Kalend. Martii, hoc est mense Februarii die vigesima sexta. Indict. vii. Positis in medio sacrosanctis Christi quatuor Evangeliis, præsidente, piissimo, & coangelico domno Joanne summo Pontifice, S. R. E. duodecimo Papa, in venerabili basilica ejusdem, præsidentibus etiam cum eo reverentissimis Episcopis, videlicet Joanne Gallesianæ Ecclesiæ Episcopo, item Joanne Ecclesiæ Anagniæ Episcopo, Joanne item Narniensis Ecclesiæ Episcopo, Joanne Numentanæ Ecclesiæ Episcopo. Item Joanne Ecclesiæ Verulensis Episcopo, Vvidone S. Silvæ candida Ecclesiæ*

PAGIUS *vix cum paucis facultatum omnium nudus evasit, & Imperatorem in Camerino ducatu positum adiit, ibique Pascha celebravit. Joannes autem qui & Octavianus, Joannem Diaconum & Azonem Scrinarium crudeliter detruncavit, & Otgerum Spirensem Episcopum comprehensum & flagellatum, aliquandiu licet incommode secum detinuit: sed postea statim cum spe impetrandæ ab Imperatore veniæ remisit: quo spes eum divina ordinatione fefellit. Nam II. Idus Maii rebus humanis excessit.* [s]

II. *Moritur Joannes XII. PP.*

Berengarius itaque, qui in Italia a mense Decembri anni CML. regnabat, currenti Regnum amisit, postquam oppidum vulgari vocabulo *S. Leo*, vel *Mons Leonis* dictum ultra Maceratam, versus Ravennam, inter Concham atque Marechiam flumina positum, cujus ager vulgo appellatur *Monte Feltro*, ut videre est apud Cluverium lib. 2. Ital. Antiq. pag. 633. in manus Ottonis Imp. pervenit, *Joannes* vero XII. Papa, qui anno CMLVI. post diem XX. mensis Augusti Pontificatum inierat, die decima quarta mensis Maii vitam cum morte commutavit, postquam sedisset annos septem & aliquot menses. Marianus Scotus & Auctores Catalogorum ei omne tempus, quod ab ejus ordinatione ad mortem usque fluxit, attribuunt, sed in iis numeri in annis, mensibus, ac diebus corrupti. Fuit quidem *Joannes XII.* vir flagitiosus, sed Pontifi-

NOTÆ [1] MEnse *Februario* hujus anni *Otto Imp.* in finibus *Pennensis* civitatis prope *Piscariam* degebat, ubi diploma concessit *Aligerno* Abbati Casinensi de rebus ejusdem monasterii. Vulgavit illud ex autographo Erasmus Gattula in Accessionibus ad Historiam Casinensem P. I. pag. 72. legitur in fine: *Signum Domni Ottonis magni & invictissimi Imperatoris Augusti. Liutgerius Cancellarius ad vicem VVidonis Episcopi recognovi & subscripsi. Data duodecimo Kalendas Martii anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, anno imperii magni Ottonis Imperatoris Augusti tertio. Actum in villa Puterno in Comitatu Pennense feliciter. Amen.* Iisdem diebus scilicet paulo ante, die XII. *Februarii* idem Imp. *Otto* diploma eidem *Aligerno* pro monasterio Casinensi consulerat, dum esset in villa *Raiano* in Comitatu *Valvensi*. Vulgavit & illud ex autographo memoratus Gattula pag. 76. *Datum est II. Id. Februarii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIV. indictione septima, anno imperii magni Ottonis Imperatoris Augusti III. Actum in villa Raiano in Comitatu Bolbense, feliciter. Amen.* GEORGIUS

stiæ Episcopo, Gregorio S. Albanensis Ecclesiæ Episcopo, Lunisso Sanctæ Ecclesiæ Lovicanensis Episcopo, Romano sanctæ Ecclesiæ Ferentinatis Episcopo, Sabbatino sanctæ Ecclesiæ Ferrariensis Episcopo, Zachæo sanctæ Ecclesiæ Gen-

* al. Mantuanen. *tianæ Episcopo, Joanne * Marturanensis Ecclesiæ Episcopo. Item Joanne S. Sabinensis Ecclesiæ Episcopo. Item Joanne sanctæ Nepesinæ Ecclesiæ Episcopo, Benedicto S. Trevicensis, Joanne Sanctæ Salernitanæ Ecclesiæ Episcopo, seu venerabilibus presbyteris, Stephano Archipresbytero tituli SS. Nerei & Achillei, Leone presbytero tit. S. Balbinæ, Domno presbytero tituli S. Anastasiæ, Petro presbytero tituli S. Laurentii, Hadriano presbytero tituli S. Mariæ, Theophylacto presbytero tituli S. Chrysogoni. Item Theophylacto presbytero tituli SS. Quatuor Coronatorum, Joanne presbytero tituli SS. Silvestri & Martini, Stephano presbytero tituli S. Sabinæ, Benedicto presbytero tituli S. Sixti, Joanne presbytero tituli S. Cæciliæ, Hadriano presbytero tituli Sancti Laurentii in Lucina. Astantibus diaconis, videlicet Benedicto Archidiacono. Item Benedicto diacono, Bonfilio diacono, seu reliquis astantibus.*

VII. Concil. Schismaticorum damnatur. *ACTIO PRIMA. Joannes piissimus ac sanctissimus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa dixit: Scitis dilectissimi fratres, me fuisse expulsum Imperiali vi a propria Sede per duos menses. Quapropter vos plurimum rogo, si dici potest regulariter Synodus illa, quæ habita est me absente in Ecclesia mea, quarto videlicet Decembris, ab Ottone Imp. suisque Archiepiscopis atque Episcopis, an non? Sanctum Concilium respondit: Prostibulum favens adultero, invasori scilicet alienæ sponsæ, nempe Leoni intruso. Piissimus ac sanctissimus Papa dixit. Ergo damnanda est a nobis? Sanctum Concilium respondit: Auctoritate sanctorum Patrum damnanda. Tunc piissimus ac sanctissimus Papa damnavit eum in perpetuum, cum eorumdem Episcoporum consona responsione.*

Post hæc autem interrogavit idem Papa sanctum Concilium, dicens: Dicite, dilectissimi fratres, si Episcopi a nobis ordinati, in nostro Patriarchio ordinationem facere potuerunt, an non? Sanctum Concilium respondit: Minime. Piissimus ac sanctissimus Papa dixit: Quid censetis de Sicone Episcopo a nobis dudum consecrato, qui in nostro Patriarchio Leonem Curialem & neophytum atque perjurum nostrum, jam Ostiarium, Lectorem, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum, atque subito Presbyterum ordinavit: nunquam sine aliqua probatione, contra cuncta sanctorum Patrum statuta in nostra Apostolica Sede consecrare non formidavit? Sanctum Concilium respondit. Deponatur ipse, qui ordinavit, & qui ab eo est ordinatus. Piissimus atque sanctissimus Papa dixit: Nescitur ubi latet. Sanctum Concilium respondit: Requiratur diligenter, si placet, usque ad tertium conventum. Quod si minime repertus fuerit, canonica feriatur sententia. Piissimus ac sanctissimus Papa dixit: Placet. VIII. De ordinatoribus Leonis schismatici.

Tunc sanctissimus Papa consuluit Concilium, dicens: Quid igitur, reverentissimi fratres, censetis de istis duobus Episcopis a nobis ordinatis, Benedicto scilicet Portuensi, & Gregorio Albanensi, qui super præfatum Curialem, & neophytum atque perjurum nostrum orationes dederunt? Sanctum Concilium respondit: Simili pœna mulctentur, sed vestræ interim relinquantur potestati usque ad IX.

PAGIUS tificem Romanum a nemine judicari posse, Baronius anno superiori & Marca lib. 2. de Concordia cap. XI. pluribus demonstrant, ideoque Joannis exauctoratio defendi non potest.

III. Benedicti V. Papæ electio & depositio. Pergit Continuator Reginonis: *Tunc Romani non modice metuentes Imperatoris adventum, Benedictum quendam Romanæ Ecclesiæ Diaconum, fidei & electionis domini Leonis immemores eligunt, & ordinatum sedi Apostolicæ imponunt. Quo audito Imperator collectu secus undique fidelium suorum multitudine Romam adiit, & firma eam omni parte obsidione, ne quis pateret exitus, munivit. Sed prædictus Benedictus falso nomine Apostolicus, diutius ut Imperatori resisterent, Romanos animavit, ipseque Imperatori suisque fidelibus excommunicationem comminatus, muros Urbis ascendit, & elatiori se fastu, quam Apostolicum decuerat, ostendit. Ad ultimum Romani fame & obsidione constricti, se errasse, contraque Imperatorem injuste deliquisse, pœnitentes in Vigilia Præcursoris, idest IX. Kalend. Julii portas Urbis aperiunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromisso, Benedictum sacrilegum & perjurum Imperatoris ditioni tradunt, & dominum Leonem in Sedem Apostolicam restituunt. Tunc Leo Apostolicus coadunata multorum Episcoporum Synodo eumdem Benedictum Romanæ Sedis invasorem judicio omnium ab invaso gradu deposuit, & Pontificale Pallium quod sibi imposuerat, abscidit, ferulamque Pastoralem manu ejus arreptam coram omnibus in frustra confregit, & ad preces Imperatoris, Diaconatus ei tantum gradum concessit. Celebrata vero beati Joannis Nativitate, & Sanctorum Apostolorum festivitate, Imperator ab Urbe Romana revertitur, & infeliorem quam speraverat omne in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum ejus pestis & mortalitas invasit, ut vix vel sanus quis a mane usque ad vesperam, vel a vespera usque mane se victurum speraverit.* Tertia est hæc profectio Romana Ottonis M. cujus mentionem facit Continuator Luitprandi lib. 6. cap. 11.

IV. Hæc Continuator Reginonis, qui hoc tempo-

ad tertium conventum. Piissimus ac sanctissimus Papa dixit: Quid ergo de illo Curiali & neophyto, perjuro, atque invasore nostræ Sedis censetis? Sanctum Concilium respondit. Omnino damnetur, ut nullus deinceps Curialium, aut neophytorum, aut judicum, aut publice pœnitentium ad summum Ecclesiæ gradum aspirare præsumat.

Leo Schismaticus damnatus.

Tunc piissimus ac sanctissimus Papa dixit: Sit Leo Curialis ac neophytus ac perjurus noster Domini omnipotentis ac BB. Apostolorum principum Petri, & Pauli, & omnium simul Sanctorum, atque venerandorum & universalium Conciliorum auctoritate, necnon & Spiritus sancti per nos judicio, omni sacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorsus exutus. Ita ut si post hanc Constitutionem divina inspiratione deprompam, & unanimitate atque concordia sancti Concilii promulgatam, tentaverit in Apostolico throno residere: aut si ulterius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere, juxta præcedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem, aut locum habere satisfactionis; sed anathematis vinculis innodatus maneat unacum sociis suis atque fautoribus perpetuo, Dei per nostram mediocritatem judicio ac sententia, & sacrum corpus & sanguinem Domini nostri JESU Christi nonnisi vicino mortis periculo, omnino percipiat.

De ordinatis a schismatico.

Quicumque autem prædicto Curiali & neophyto, atque invasori S. Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ consilium, aut adjutorium dederit ad percipiendum Ecclesiasticum honorem, quo regulariter expoliatus est, anathema sit. Piissimus atque sanctissimus Papa dixit: Quid sentitis de iis, qui ab eo ordinati sunt? S. Concilium respondit: Priventur honore, quem ab ipso acceperunt. Tunc idem benignissimus Papa præcepit ingredi eos in Concilium cum vestimentis, planetis, atque stolis, & unumquemque eorum in chartula scribere fecit hujusmodi verba: Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit. Et sic eos exutos privavit honore, quem dederat eis ipse invasor & neophytus atque Curialis, & revocavit eos in pristinum gradum.

ACTIO SECUNDA. Joannes piissimus atque benignissimus Papa dixit: Recordari credimus vestram dilectionem, qualiter de Sicone refuga Episcopo, hesterno die definitum est in præsentia vestra, ut diligenter inquireretur. Sed plurimum quæsitus inveniri non potuit. Nunc vero decernite, quid agendum sit de eo. Sanctum Concilium respondit: Suspendatur ejus damnatio, si placet, usque in tertium Concilium. Piissimus ac mitissimus Papa dixit. Fiat secundum vestram sanctionem. X.

Tunc convocavit Episcopos Benedictum Portuensem & Gregorium Albanensem, qui super ipsum neophytum orationes dederant. Et fecit tenere eos chartulas in manibus, continentes hæc verba: Ego Benedictus Episcopus S. Portuensis Ecclesiæ, vivente Patre meo, consecravi in loco ejus Leonem Curialem & neophytum atque perjurum illius contra statuta SS. Patrum. Ego Gregorius Episcopus sanctæ Albanensis Ecclesiæ, vivente Patre meo, consecravi in loco ejus Leonem Curialem & neophytum atque perjurum illius contra statuta SS. Patrum. Post hæc autem piissimus atque sanctissimus Papa consuluit Concilium, dicens: Quid agendum sit de his, dicite. Sanctum Concilium respondit, dicens: Suspendantur, & isti, si placet, usque ad tertium Concilium. XI.

Sententia in ordinatores schismatici.

*Tunc idem piissimus ac sanctissimus Papa consuluit iterum Concilium, dicens: Quid censetis, dilectissimi fratres, de his qui præfato neophyto pretium accommodaverunt ad * tuendam gratiam Dei, quæ vendi non potest? S. Concilium respondit: Si Episcopus fuerit, aut presby-* XII.

* al. obtinendam.

PAGIUS

Infelix status Ecclesiæ Romanæ.

pore vivebat, in gratiam Ottonis Imp. *Benedictus* hujus nominis *Quintus* ordinatus videtur die XV. mensis Maii, in quam Dominica cadebat; cumque ab Ottone Imp. die vicesima tertia mensis Junii Vigiliæ sancti Joannis Baptistæ sacra depositus fuerit, sedit mensem unum & dies novem. Marianus quidem Scotus & Auctores Catalogorum ei menses duos & dies quinque passim assignant, sed non video, quo die ejus Pontificatum absolvant, aut quomodo hoc cohærere possit. Ejus ordinationem contra decretum ab *Ottone* Imper. anno CMLXII. renovatum, quo jubetur ut nullus consecretur Pontifex Romanus præter quam in præsentia missorum Cæsareorum, annullavit Leo VIII. in sua Pseudo-Synodo Lateranensi a Baronio num. XIX. & seq. recitata. Verum Romanos in ordinatione Benedicti V. non peccasse, ex iis, quæ anno CMXCIX. in medium afferam, liquebit. De infelici hoc tempore Ecclesiæ Romanæ statu Gerbertus Remensis Archiepiscopatus invasor, in Actis Remensis Synodi, ait: *Vidimus Joannem, cognomento Octavianum, in volutabro libidinum, etiam contra cum Ottonem, quem Augustum crearerunt, conspirasse quo fugato, Leo Neophytus* (dicitur Laicus a Sigeberto in Chronico) *in Pontificem creatur sed Ottone Cæsare Roma discedente, Octavianus Romam redit, Leonem fugat, multaque cæde Primorum in Urbe debacchatus cito moritur. Cui Benedictum Diaconum, cognomento Grammaticum, Romani substituunt. Eum quoque Leo Neophytus cum suo Cæsare non multo post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit.*

Hinc recte observavit Joannes Beslius in Historia Pictaviensium Comitum & Ducum Aquita- V.

byter, aut diaconus, proprii gradus periculo subjaceat. Si vero monachus aut laicus, anathematizetur. Benignissimus atque sanctissimus Papa dixit: Recte judicastis. Idem sanctissimus Papa dixit: Dicite quæso quid agendum sit de Abbatibus nostris, qui supradictæ damnatæ Synodo interfuerunt. S. Concilium respondit: Hi autem vestro relinquantur judicio, in cujus potestate consistunt. Piissimus atque sanctissimus Papa dixit: Potest aliquis vendere suum Ecclesiasticum gradum cuiquam, an non? sanctum Concilium respondit: Minime, quoniam neque vendi neque emi ab aliquo potest. Benignissimus atque sanctissimus Papa dixit: Hoc etiam statuite, ut numquam minor majori suo gradum tollere præsumat: si autem fecerit, communione privetur usque ad emendationem. Simili modo statuite, ut monachi in locis, quibus sæculo renuntiaverunt, habitent; sin alias fecerint, revocentur ad loca, quæ dimiserint, aut communione priventur, donec resipuerint. Sanctum Concilium dixit: Statutum atque confirmatum hoc nobis maneat.

Sententia in schismaticos.

XIII. *ACTIO TERTIA. Joannes piissimus atque Sanctissimus Papa dixit: Reverendissimi fratres, Domino protegente, jam ad tertium venimus Concilium: modo finite de Sicone Episcopo ordinatore ipsius neophyti, quid agendum sit. Nam a nostris diu quæsitus, sed minime inventus est. S. Concilium respondit: Canonico mucrone feriatur. Tunc benignissimus atque sanctissimus Papa dixit Siconem, qui S. Ostiensi Ecclesiæ irregulariter, atque Deo contempta, præfuit, & Leonem Curialem & laicum, necnon & perjurum nostrum subito consecrare in Pontificali honore non formidavit: sancimus, & juxta canonicam deliberationem Apostolica auctoritate definimus atque statuimus, omni sacerdotali carere, atque privatum fore ministerio: ita ut nullo modo liceat ei in qualibet Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Quod si de reliquo præsumpserit in sacro officio more sacerdotis, quovis tempore ministrare: Et omnes communicantes ei ab Ecclesia abjiciantur: sed & ipsi anathema sunto. Eos vero, quos ipse Leo neophytus & invasor sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ in quolibet Ecclesiastico ordine provexit, Apostolica atque canonica auctoritate & synodali decreta in pristinum revocamus gradum, quia ordinator eorum nihil sibi habuit, nihil illis dedit. Sicuti olim noster prædecessor piæ memoriæ Papa Stephanus sententiam tulit de iis, qui ordinati fuerant a Constantino quodam neophyto & invasore sanctæ Sedis Apostolicæ, & postmodum quosdam eorum sibi placabiles presbyteros aut diaconos consecravit, statuens, ut hi, qui ab eo consecrati erant: numquam ad superiorem honorem ascenderent, nec ad Pontificatus culmen promoverentur, ne talis impiæ novitatis error in Ecclesia pullularet.*

Sententia in Siconem Ep. Hostiensem.

Piissimus atque sanctissimus Papa dixit: Et hoc nefarium est: statuite, si placet, dilectissimi fratres, ut in circuitu altaris, aut in presbyterio nullus laicorum stare præsumat quoties Missarum solemnia celebrantur: quod si fecerit quis, communione privatus maneat usque ad emendationem. Sanctum Concilium respondit: Hoc quoque omnibus placet. Secuta subscriptio. Joannes S. Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ Episcopus huic decreto a nobis, ut supra legitur, promulgato subscripsi, & sic ceteri præfati Episcopi fecerunt, & finis impositus est præsenti Concilio. Hucusque in scripto codice de Synodo Romana sub Joanne Pontifice hoc anno habita, eademque legitima. Ita quidem in enervato lascivis homine nervos Ecclesiasticæ disciplinæ Deus, cui ipsa Petri cathedra curæ est, servans, eos in schismaticos retendit, & secundum illud Davidicum: (a) *Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illos.* Quos voluit ab Apostolica Sede emisso sua potentiæ fulmine (cujuscumque manu non interest) jacere prostratos. XIV.

Canones sanciti in hac Synodo.

(a) Ps. 77.

Fa-

PAGIUS

Nomen Salomonis loco nominis Papæ usurpatum.

taniæ pag. 136. & cum eo Papebrocius in Leone VIII. *Aquitanos* in hac temporum caligine, cum vellent annum Pontificatus cum anno Regis Francorum conjungere, & duo vel tres Papæ simul viverent, loco nominis Pontificis, *Salomonis* nomen scripsisse, sive, ut significarent Deum esse, cujus suprema sapientia Ecclesiam regat, & Apostolicam Sedem conservet, sive ob aliam quamcumque causam eos ad hujusmodi formulam usurpandam inducentem. Hinc reperitur Diploma, *Datum mense Martio, feria III. Luna XXIV. Lothario Rege, Salomone regnante*, anno DCCCCLXIV. Post hæc autem cum *Benedictus* & *Bonifacius*, uterque VII. unitatem Ecclesiæ iterum distraxissent, aliud scriptum in quo legitur: *Datum mense Junio, regnante Lothario Rege, anno D. N. Jesu Christi DCCCCLXIV. Salomone Papa.* Ac denique tertium scriptum contendentibus de Papatu *Gregorio V.* & *Joanne XVI.* in quo habetur: *Datum mense Februario, regnante Hugone Rege, anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi DCCCCXCVI. Salomone Papa.* Ubi tertium hoc Diploma spectat ad annum CMXCVII. a Januario incipiendum, quia *Aquitani*, qui primum sæculo X. sub Duce Guillelmo III. cœperunt annos Eræ Christianæ in publicis instrumentis adhibere, a Paschate eorundem desumpsere exordium, ut liquet ex hoc instrumento ab eodem Beslio pag. 248. exhibito: *Datum mense Januarii, regnante Lothario Rege anno DCCCCLXIX. Indictione XIII.* quo tempore, qui annum a Januario vel a Nativitate Christi auspicabantur, numerabant annum CMLXX.

XV. Facessat igitur eorum, qui post tempora ista vixerunt inscitia, qui schismaticum Antipapam inter legitimos S. Romanæ Ecclesiæ Pontifices numerarunt? damnetur vero illorum, qui ista tunc perpetrarunt, occasionemque posteris ita errandi dedere, temeritas, & in sacerdotibus non toleranda vel excusanda sacrorum Canonum ignorantia, & antiquarum traditionum Ecclesiæ imperitia. Imperatoris vero factum excuset ut Apostoli verbis, dicentis: (a) *Testimonium illis perhibeo, quod zelum habent, sed non secundum scientiam*, leviter nimis existimantis una cum moribus depravatis, minui atque penitus tolli Romani Pontificis auctoritatem, quod erroneum, immo vero & hæreticum dictum nullus umquam Catholicorum reperitur hactenus protulisse, sed e contra æque omnes pariter Ecclesiasticos tractatores, præcipue vero sanctum Augustinum pluribus in locis pugnantem contra Donatistas ea caligine obvolutos, esse tantam hæresim detestatos, utpote quæ omnem simul perdat Ecclesiasticam œconomiam, quo errore cum Donatistis involvi unumquemque necesse est, qui sciens volensque abrogatum velit per conciliabulum Ottonis auctoritate collectum Pontificatu Joannem, & subrogatum ab eo illi Leonem legitimum dici debere Pontificem.

(a) Rom. 10.

XVI. Sed jam videamus quæ de infausto ejusdem Joannis exitu posteris tradiderit auctor qui asseritur Luitprandus (quisquis ille fuerit, adversarium fuisse liquet, atque schismaticorum complicem.) Quæ an vera sint, non deducimus in controversiam; sed esto ita se habere, uti narrantur ab adversario homine: nullum tamen ob ea pati dispendium Fidem Catholicam, nec periclitari in Petri cathedra Apostolicam auctoritatem cum sanctis Patribus omnibus, cunctaque Ecclesia Catholica certo certius affirmamus, atque ingenue profitemur. Habet hæc ipse (b):

(b) Luitp. l.6. c.11.

XVII. Obitus Jo. Papæ & Benedicti subrogatio. *Priusquam autem sancti Imperatoris copiæ essent congregatæ, voluit cunctis sæculis innotescere Dominus, quam, juste esset Joannes Papa a suis Episcopis & omni plebe repudiatus, quamque postmodum injuste receptus; quadam nocte extra Romam dum se cujusdam viri uxore oblectaret: in temporibus adeo a diabolo est percussus, ut intra dierum octo spacium eodem sit vulnere mortuus.* At non quia juste damnatus, & injuste receptus, sed quia tot tantisque vexationibus a Deo admonitus, nec a peccatis consuetis abstinuit, juste meruit a Deo tandem puniri. Contigisse autem Joannis obitum pridie Idus Maii, apud Reginonem asseritur. ubi & de successoris ejus ordinatione hæc habet: *Tunc Romani non modice metuentes Imperatoris adventum, Benedictum quemdam Romanæ Ecclesiæ diaconum, fidei & electionis domini Imperatoris immemores, eligunt, & ordinatum Sedi Apostolicæ imponunt.*

XVIII. Otto Romam reversus. *Quo audito, Imperator, collecta undique secum fidelium suorum multitudine Romam adiit; & firma eam omni parte obsidione, ne quis pateret exitus, munivit. Sed prædictus Benedictus falso nomine Apostolicus, diutius ut Imperatori resisterent, Romanos animavit; ipseque Imperatori, suisque fidelibus excommunicationem comminans, muros Urbis ascendit, & elatiori se fastu, quam Apostolicum decuerat, ostendit. Ad ultimum Romani fame & obsidione constricti, se eruisse, contraque Imperatorem injuste deliquisse pœnitentes: in Vigiliæ Præcursoris, id est, nono Kalendas Julii portas Urbis aperiunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromisso Benedictum sacrilegum & perjurum Imperatoriæ ditioni reddunt, & dominum Leonem in Sedem Apostolicam restituunt.* De coacta vero tunc statim Romæ pseudosynodo a Leone intruso Pontifice, hæc Luit prandus (c):

(c) Luit. l.6. c.1.

XIX. Pseudosynodus Lateran. sub Leone Antipap. *Residentibus itaque domino Leone summo & universali Papa in Ecclesia Lateranensi, nec non & Imperatore sanctissimo Ottone, & Episcopis Romanis, Italicis, a Lotharingia & Saxonia Archiepiscopis, presbyteris, diaconis, omnique Romanorum plebe, quorum nomina superius adscribuntur, advenit Benedictus Apostolicæ Sedis invasor, eorum qui se elegerant manibus adductus, Pontificalibus vestibus indutus. Quem Benedictus Cardinalis Archidiaconus tali est sermone aggressus: Qua tibi auctoritate, quave lege, o invasor, hæc Pontificalia indumenta usurpasti, superstite hoc præsente domino nostro venerabili Papa Leone, quem tu nobiscum, accusato, & reprobato Joanne, ad Apostolatus culmen elegisti? Num inficiari potes, præsenti domino Imperatori juramento promisisse, nunquam te cum cæteris Romanis Papam electurum aut ordinaturum absque illius, filiique sui Regis Ottonis consensu?*

XX. Benedictus Papa exauctoratus. *Benedictus respondit: si quid peccavi, miseremini mei. Tunc imperator, effusis lacrymis quam misericors esset, ostendens: rogavit Synodum, ne Benedicto præjudicium fieret: si vellet, & posset, ad interrogata responderet; quod si non posset, aut nollet, ac se culpabilem redderet: tamen pro timore Dei misericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad domini Leonis Papæ pedes, ipsiusque Imperatoris idem Benedictus concite procidens, se peccasse, seque S. Romanæ Sedis invasorem esse acclamavit.*

Post hæc pallium sibi abstulit, quod simul cum Pontificali ferula, quam manu gestabat, domno Papæ Leoni reddidit, quam ferulamidem Papa fregit, & fractam populo ostendit. Deinde Benedictum in terra sedere præcipit. Cui casulam, quam planetam vocant, cum stola pariter abstulit. Post autem omnibus Episcopis dixit: Benedictum sanctæ, & Apostolicæ Sedis Romanæ invasorem omni Pontificatus & presbyteratus honore privamus: ob eleemosinam vero domni Imperatoris Ottonis, cujus sumus opera in Sedem debitam restituti: diaconatus eum ordinem habere permittimus, & non jam Romæ, sed in exilium destinamus. Hucusque auctor male inscriptus Luitprandus finem suæ imponens historiæ, nisi mutilata remanserit. Porro sicut in Joannem, ita & multo magis in Benedictum se ostendit iniquum, favens plus satis Ottoni, quem & Germaniæ scriptores integerrimi hoc nomine (ut dicetur inferius) reprehendunt. Erravit valde ipse auctor assertus Luitprandus, & aliis errandi amplam satis aperuit viam, vivificans (ut ait (a) Propheta) qui non vivunt, & interficiens, qui non moriuntur: dum quos judicare non potuit Synodus, condemnatos abiicit, & quem alio vivente ipse eligere nec potuit nec debuit, uti legitimum colendum exhibuit Papam Leonem VIII. Quomodo vero scelus statim vendicaverit Deus, apud Reginonem ista subiiciuntur:

(a) Ezech. 13.

XXI. *Pestis in exercitu Imp.*

Celebrata vero B. Joannis nativitate, & SS. Apostoloeum festivitate, Imperator ab Urbe Romana revertitur, & infeliciori, quam speraverat omine in eundo fruitur. Nam tanta exercitum ejus peste & mortalitate invasit, ut vix sanus quis a mane usque ad vesperam, & a vespera usque ad mane se victurum speraret. Ex qua pestilentia obierunt Henricus Archiepiscopus Trevirensis, & Gerricus Abbas Vuirtzeburgensis, & Godefridus Dux Lotharienfis, aliorumque innumera multitudo tam nobilium quam ignobilium: tandem miseratione divina pestilentia cessante, Imperatoe in Liguriam pervenit, &c. Sane quidem eam cladem passum Imp. ob injurias illatas Benedicto Papæ, testatur Ditmarus hujus temporis scriptor nobilissimus, de quo inferius suo loco dicendum pluribus.

Fertur autem apud Gratianum (b) inconsiderate nimis ista tractantem, Synodi hujus sub Leone pseudo Pontifice celebratæ ejusmodi Canon de concessione ab ipso facta Ottoni Imp. de ordinatione Apostolicæ Sedis, & Ecclesiarum investituris his verbis:

(b) dist. 63. c. 23.

XXII. *Leonis nomine constitutio edita.*

In Synodo congregata Romæ in Ecclesia S. Salvatoris. Ad exemplum B. Hadriani Apostolicæ Sedis Antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo Regi Francorum & Longobardorum Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apostolicæ Sedis, & investituram Episcoporum concessit: Ego quoque Leo Episcopus servus servorum Dei cum toto Clero & Romano populo constituimus & confirmamus & coboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domno Ottoni Primo, Regi Teutonicorum, ejusque successoribus hujus Regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque summæ Sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos seu Episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant, & consecrationem unde debent, exceptis his quos Imp. Pontificibus, & Archiepiscopis concessit, ut nemo princeps cujusque dignitatis vel religiositatis eligendi vel Patricium, vel Pontificem summæ Sedis Apostolicæ, aut quemcumque Episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius Imperatoris: quod tamen fiat absque omni pecunia, & ut sit Patricius & Rex. Quod si a Clero & Populo quis eligatur Episcopus, nisi a supradicto Rege laudetur, & investiatur, non consecretur. Si quis contra hanc regulam & Apostolicam auctoritatem aliquid molietur: hunc excommunicationi subjacere decernimus, & nisi resipuerit, irrevocabili exilio puniri, vel ultimis suppliciis affici. Hæc ibi. Quam quidem Constitutionem etsi vere fieri contigit, nullius esse roboris constat, quod a non legitimo Papa sit promulgata. Cæterum hanc ipsam adscititiam esse & imposturam, multis argumentis probatum est superiori Tomo, ubi egimus de falsa concessione composita a Sigeberto Ha-

Redarguitur falsitatis constitutio Leonis nomine edita.

PAGIUS VI. *Constitutio Leoni VIII. attributa.*

A num. XXII. ad XXXI. In *Leonis* octavi Pseudo-Synodo Romana fertur edita Constitutio, qua *Ottoni* Imperatori, ejusque Successoribus concesserit in perpetuum facultatem eligendi Romanum Pontificem, & investituras Episcopis tribuendi. Hanc Constitutionem Goldastus Tom. I. Constitut. Imperial. pag. 29. & seqq. ex Gratiano Dist. LXIII. cap. XXIII. Theodorico Niemo, & ex aliis refert, pluribusque defendit. Imo Marca lib. VIII. de Coocordia cap. XII. & cap. XXIX. a Leone VIII. datam fuisse contendit. Verum Vir doctissimus Baronii argumentis non respondet, quorum primum petitur a falsitate similis concessionis ab Hadriano I. Carolo Magno factæ, & in Constitutione Leoni VIII. attributa ab eodem Leone memorata, quasi vere eam Hadrianus I. emiserit. Quare cum an. DCCLXXIV hujus concessionis Hadriano primo suppositæ falsitatem ostenderimus, Baronii argumenta adver-

Hadriani Papæ nomine facta Carolo Magno, de qua hic mentio habetur: ostendersus Leoninam nobir non possunt non probari. Porro cum Decretum *Hadriani* mox laudatum circa finem sæculi decimi confictum fuerit, & in prætenso Leonis VIII. rescripto citetur, apparet, illud Leonis VIII. rescriptum ante ejusdem sæculi decimi finem auditum non fuisse. [t]

Refert ibidem Goldastus pag. 36. aliud exemplar

---

[r] HUjur commentitiæ Constitutionir *Leonis* VIII. Pseudopontificis exemplar nacti sumut in Codice Vaticano 1984. pag. 190. col. 2. post initia sæculi XII. scripto; quare eam contulimus cum editione Goldasti, *Constitutionum Imperialium tom. I. pag.* 221. qui ex Theodorico Niemo eam transcripsit. Ad oram variantes lectiones Codicis Vaticani apposuimus. Ex veriir lectionibus, quid impostorum licentia additum sit, vel immutatum, conjeces.

Convenit Apostolico (a) moderamini (b) petentibur *benevola compassione succurrere, & poscentium animis alacri devotione præbere assensum. Ex hoc enim* (c) lucri *potissimum præmium apud conditorem omnium* (d) reperitur. *Deinde quoque* & cunctum clerum, *& omnem populum asserimus esse concordem, & ad meliorem* (e) statum (*fore productum.*) *Atque ideo quia juste & rationabiliter* (f) vestra humilitas, *a nostro Apostolatu humiliter* (g) postulat, *quatenus gratulanter peragentes Sanctam Synodum* (h) vestro *consilio congregatam in Patriarchio Lateranensi, in Ecclesia S. Salvatoris constitutam a* (i) pluribus *viris catholicis Episcopis & Abbatibus, insuper Judicibus, & legis Doctoribus* (k) promulgantes *qualiter quiete & pacifice stare & vivere valeamus, præsentibus omnibus & singulis regionibus* (l) almæ *urbis Romæ & ex omnibus ordinibus* Cleri *& populi asserentibus & confirmantibus per omnia,* (m) ut *hæresi & altercatione ac omni errore expulso* (n) quoniam *his temporibus error ex hoc* * accrescere cernitur) discernatur tam de Romano *Imperio quam de Apostolica Sede ac dignitate Patriciatus, & de* (o) investituris Episcopatuum. *Idcirco ad exemplum beati Adriani, Sedis Apostolicæ hujusmodi Episcopi, cujus vitam & actionem satis discretam audivimus &* (p) rationabilem *admodum in suis spiritualibus sanctionibus* (q) recognovimus. „ *Idem enim Sanctus vir Synodum congregavit, & in præsentia omnium, eorumque auctoritate* „ Domino Carolo *invictissimo Regi Francorum & Longobardorum ac* (r) Patricio Romano *suisque successoribus, Regnum Italiæ, Patriciatus dignitatem ac ordinationem* „ *Sedis Apostolicæ* „ *concessit insuper & Episcopatuum: investituras velut ipsi cum discretione & reverentia libitum* „ *fuerit præter quos tam Pontifici Summæ Sedis, quam Archiepiscopiæ ipse Carolus reliquit*)

„ Igitur nos Leo Servur *servorum Dei, Episcopus, ad idem exemplum Adriani, cum* „ cuncto similiter Clero & universo populo *Romano omnibusque ordinibus hujus almæ Urbis, sicut* in (s) suir *scripturis apparet, constituimus, confirmamus, & corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem* (t) concedimus *atque largimur Domino Othoni primo* „ Augusto, (t) Teutonicorum regi prudentissimo spirituali *in Christo filio nostro, ejusque successoribus hujus regni Italiæ in perpetuum tam sibi facultatem eligendi successorem, quam summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi · ac per hoc Archiepiscopos, seu Episcopos, ut ipsi tantum ab eo investituram accipiant, &* (u) consecrationem ubicumque *pertinuerit, exceptis his, quos Imperator Pontifici & Archiepiscopiæ concessit. Ita demum asserimus,* (x) quod *nemo deinceps cujuscumque gradus vel conditionis aut dignitatis seu* (y) religionis *eligendi Regem vel Patricium sive Pontificem Summæ Sedis Apostolicæ aut quemcumque* (z) Episcopum *vel ordinandi habeat facultatem, sed soli Regi Romani Imperii hanc* (aa) reverendam *tribuimus facultatem,* quam (bb) absque omnia pecunia *disponet, ac reget, utpote Rex & Patricius Romanus. Quod si a cuncto clero & universo populo quis eligatur Episcopus, nisi a dicto Rege laudetur & investiatur,* (cc) *non consecretur. Si quis contra hanc* (dd) regulam *& auctoritatem Apostolicam & traditionem aliquid molitur, aut temerator in aliquo repertus fuerit, sive contra hoc nostrum concilium agens, sciat se in iram Sancti Petri Principis Apostolorum, & filii nostri Domini Othonis* (ee) ejusque successorum, & omnium prædecessorum nostrorum censuram, & anathematir vinculum incursurum, *ac per hoc excommunicationi universalis Ecclesiæ, omnisque populi Christiani, cum subjacere decernimus. Insuper nisi a malo resipuerit, irrevocabili exilio puniatur, vel ultimis suppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu custos & observator in omnibus extiterit benedictionis gratiam vitamque æternam cum omnibus sanctis sine fine mereatur habere in sæcula sæculorum Amen.* H (ff)

„ In bir actis interfuere Senatores, Proconsules, Exarchatus vicem-tenentes, Regionarii „ Scholæ Græcorum Arabum, Judæorum, & Paganorum, & de majoribus omnium platearum, „ insuper Cardinales, Archiepiscopi, omner presbyteri & Episcopi de finitimir civitatibur: „ Processionarii, Notarii, Cancellarii, & ex omni plebe Romani Imperii. Datum in Patriarchio Lateranensi Indict. VI. anno . . . . . dicti Domni Otthonis secundo feliciter. GEORGIUS

PAGIUS NOTÆ

Cod. hunc titulum exhibent: PRIVILEGIUM SCI LEONI PAPÆ VIII.

(a) *moderamine*
(b) pollentibus
(c) *deest:* lucri
(d) deprimitur dum quoque omnem clerum, & omnem
(e) foerit sine dubio statum productus
(f) nostra humilitate
(g) postulasit
(h) nostro
(i) compluribur
(k) promulgantibus
(l) bujus almæ
(m) *deest:* ut
(n) quoniam nimis
* crescebat. Decernimus tam de Romano
(o) investitura Episcopatur
(p) rationabiliter
(q) recognovimus qui ejusmodi S. Synodum constituit & Domno Karolo victoriosissimo regi Francorum

(r) Patricio romanorum patricialus dignitatem ac ordinationem Apostolicæ Sedir Episcopatuum concessit. Nos quoque Leo Servur Servorum Dei Episcopus simul cum cuncto clero, populo
(s) ipsis
(t) concessimus
(t) Teutonico regi dilectissimo spirituali
(u) consecrationem recipiant undecumque
(x) ut
(y) religiositatir
(z) Episcoporum
(aa) reverentiæ
(bb) absque omni pecunia. Hæc disponet
(cc) a nemine
(dd) *deest:* regulam
(ee) & successorum & nostram casurum, & sub anathematir vinculo remansurum ac per hoc
(ff) *H. Hic explicit Privilegium in codice. Quæ sequuntur, desiderantur in eodem codice.*

ostendimusque quod sicut falsa est illa, quæ hic citatur, ita & falsa ista quæ illum citat.

XXIII. Provoco te, Lector, ad ea quæ ibi sunt dicta (a) anno Redemptoris septingentesimo septuagesimoquarto, ubi tamen sic cortige illapsum errorem, cum dicitur: *Ut quid hujusmodi*, dicas: *In quo quid hujusmodi*, quæ si non sufficiant, addimus alia adhuc esse, quibus eadem Constitutio arguatur manifestæ falsitatis. Atque primum, si (ut superius dictum est) Otto a Joanne Papa (quod omnes testantur) consecratus est Imp. quid opus fuit, ut hic a Leone eidem concedatur, ut sit Patricius atque Rex? An non cum Imperio, & dignitas Patriciatus concessa fuit, & magis est dici Rex, quam Imperator? Præterea quod illic in fine legitur, ut ultimo afficiatur supplicio, si quis ejus Constitutionis invenietur esse transgressor: quam illud abhorret a Romanorum Pontificum Constitutionibus, ut violatoribus pœna mortis etiam irrogetur? Ut ea his plane impostura noscatur, sed ab insipiente fictore inepte composita. Sed cujus roboris (etiam si vera esset Leonis ipsius hæc Constitutio) esse potuit, quæ ab eo edita est, qui nec est dignus, qui Pontifex nominetur, sed (ut pluribus superius dictum est) intrusus & occupator sit potius nominandus?

(a) Annal. tom. 9. a. 774. edit. Rom. p. 324. E. 8.

XXIV. Impostura detegit imposturam. Sed adhuc insuper ex falsitate manifesta alterius ejusdem Leonis nomine editæ Constitutionis, evidentius hoc commentum intelliges: sic enim fraus fraudem aperit, & mendacium mendacio declaratur. Hic igitur ad finem ponendam duximus Constitutionem quandam, nomine Leonis VIII. confictam, qua profitetur ipse Pontifex restituere Ottoni Imp. quæcumque ipsum Romanum Occidentale imperium possedisset atque donasset Ecclesiæ Romanæ. Inventum haud dubium eorumdem, qui tempore schismaticorum Impp. favebant eisdem schismaticis Imperatoribus. Sed Deo gratias, quod impostor insulsus, ineptus, stolidus talis extiterit, qui adeo affectata mendacia vestire nescivit, sed opprobrio sempiterno nudata deridenda reliquit. Reddimus eam, uti se habet apud Crantzium (b) recitata:

Leo Episcopus servus servorum Dei, Ottoni spirituali in Christo filio nostro Imperat. Augusto, & omnibus successoribus ejus Imperatoribus ac Italiæ Regibus.

(b) Crant. Metr. Sax. l. 4. c. 10.

XXV. Impostura schismaticorum de ficta constitutione Leonis Papæ. *Quæ dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanus, necnon Pipinus pater ejus de regalibus rebus hujus Regni Italiæ tribuerunt in S. Romana Ecclesia B. Petro Apostolo, sive per instrumenta fuerunt per Etherium Notarium, sive per sacramenta vel donationes, sive per alios modos obvenerunt a Justiniano Imperatore & Ariperto Rege: hæc omnia largimur, & definimus vobis Ottoni Imp. & Adelaidæ conjugi tuæ, Regnique consorti, vestrisque consortibus hujus Regni Italiæ successoribus in perpetuum, præsentibus sacrosanctis Evangeliis & patrociniis pluribus Sanctorum, videlicet de Cruce Domini, & de caligis pedum suorum, de vestimento inconsutili, & super corpus B. Petri. Et infra: Ut hæc omnia habeatis & possideatis in perpetuum ad usus Curiæ militiarum vestrarum ad bellandum & expugnandum paganos, & contra rebelles Romano Imperio. Ideoque per hujus nostri auctoritatem instrumenti confirmamus & corroboramus in omnibus progenitoribus vestris a generatione in generationem in perpetuum. Nam si quisquam hanc nostram auctoritatem destruxerit, & hujus violator repertus fuerit; sive contra hoc agens, sciat se in reum B. Petri principis Apostolorum, & nostram, nostrorumque prædecessorum casurum. Insuper nisi a malo resipuerit, subjaceat legi Juliæ reus regiæ majestatis & Reip. ut hi, qui contra Remp. vel contra Imperatoris majestatem aliquid moliti fuerint, animæ amissionem sustineant, & bona eorum publicentur. In his actis interfuere Archiepiscopi & Epi-*

PAGIUS *Mere commentitia est.* plar Bullæ Leonis VIII. ex Theodorico Niemo, qui circa annum MCCCCX. vixit, in quo continentur quæ Romanæ Ecclesiæ a variis Principibus data dicuntur, & a Leone VIII. confirmata. Verum Diploma illud ab aliquo imperito schismatico excogitatum. Ait in eo Leo VIII. se donare Ottoni, quæ sibi obvenerunt *a Justiniano Imp. & Ariperto Rege* & tamen Justinianus Imp. & Aripertus Longobardorum Rex nihil Ecclesiæ Romanæ dedere. Dum addit se tradere *Corsica Regnum* quod tamen *Ottonis* tempore nondum institutum erat. Dat etiam *insulam Venetiarum*, qui loquendi modus ab Antiquis non usurpatus, nec Venetiæ a Pontificibus Romanis unquam possessæ; *Ducatum Ferrariæ*, cum tamen nonnisi diu post hæc tempora a Pontificibus Romanis institutus fuerit; *Ducatum Istriæ, Dalmatiæ*, in quibus Pontifices nihil unquam possedere; *Capitanatam Apuliam*, sed hoc nomen ducentos post Ottonem annos inventum; *Calabriam*, & hæc hoc tempore Græcorum erat. Sic Regnum *Trinacriæ* ibidem designatum nonnisi sub sæculi XIII. finem institutum. Sed pudet in his immorari. Hoc tantum dicam, Marcam lib. VIII. de Concordia cap. XII. ubi Leonis VIII. rescriptum genuinum putat, illud juxta leges Criticæ non examinasse, indeque Hadriani Papæ I. Decretum de Investituris, quo Diploma istud innititur, ut legitimum admisisse, licet, merum schismaticorum commentum sit.

Episcopi de vicinis Comitatibus.
Archiepiscopus Calaritanus Episcopus Citonatus.
Eustathius Albanensis Episcopus.
Gratiosus Prænestinus Episcopus.
Martinus Naraienfis.
Benedictus Tiburtinus.
Beardus Castrensis.
Joannes Perusinus.
Georgius Ottenensis.
Georgius Tudertinus.
Valentianus Merenensis.
Andreas Nomentanensis.
Theodosius Meleceafis.
Santonus Ferantensis.
Albertus Luerinus.
Damianus Alanus, Episcopi.

Subiiciuntur his Cardinales Presbyteri.

Georgius ad Vincula.
Benedictus S. Mariæ Ad præsepe.
Leo sanctæ Jerusalem.
Januarius S. Cæciliæ.
Andreas Patriarchatus Lateranensis.
Julianus item Lateranensis presbyter.
Faustinus S. Petri, Cardinales omnes presbyteri.

Sequitur subscriptio Romanorum civium.

Faustinus caput Senatus Exconsul.
Probinus Exconsul de palatio Luciano.
Romanus de forma Trajana.
Paulus de templo Palatino.
Joannes de via Claudia.
Leo de via Salaria.
Remigius de via Aurelia.
Stephanus de via Mamertina.
Romulus de via Ardeatina.
Gardus de via Flaminia.
Marcus de via Portuensi.
Gorbus de via Latina.
Savinus de via Appia.
Mecianus de via Tiburtina.
Gardus de macello Lydiæ.

His ita actis etiam interfuere de omnibus his Regionibus.

Regio Vicopatricii.
Regio via lata.
Regio Caput Tauri.
Regio Calimontis.
Regio Rivi argentarii.
Regio prima Aventini.
Regio ad duos montes.
Regio urbis Ravennæ.
Regio octava, sub Capitolio.
Regio ad Gallinas albas.
Regio Lybantita.
Regia Horea.
Regia Sictim.
Regia secunda Mamertini.
Regia secus portam Metroni.
Januarius ex Neta Græcorum.
Trajanus de Ponte Molbis.
Joannes Consul de palatio Safaritano.
Amacius Consul de palatio Vaticano.

Jobianus de Monte aureo.
Petrosius de Cirto.
Gregorius de Cella nova. Scripta per manum Gregorii Archiantarii nostri. Datum in Patriarchio Lateranensi tertio Kalendas Maii, anno Sedis nostræ secundo, & dicti Ottonis secundo feliciter.

XXVI. Redarguitur falsitas multiplices.

Hæc autem ejusmodi esse reperiuntur, ut vere dici possit, plures errores continere quam verba, præter styli diversitatem, quo temporibus his Romana Ecclesia uti consuevit, de quo parum aut nihil est ut negotium faciamus, cum ad falsitatem patentem arguendam, alia quamplura afferenda sint majoris momenti.

Ac primum de his quæ ad rationem temporis spectant, data habetur iii Kal. Maii in Lateranensi palatio. At ex auctore temporis hujus constat, Imperatorem Ottonem una cum Leone Papa non esse Urbem ingressum hoc anno ante nonum Kal. Julii, in ipsa vigilia nativitatis Joannis Baptistæ: ita disertis verbis apud Reginonem notatum invenies. Qui annus non secundus Ottonis, ut commentitia constitutione dicitur, fuit, sed tertius.

XXVII.

In subscriptione autem Episcoporum quanta falsitas? nam omnino omnes diversi sunt nomine ab illis, qui anno superiori itidem Romano Concilio interfuerunt in exauctoratione Joannis Papæ earumdem Ecclesiarum Episcopi, quæ recensentur ab auctore qui interfuit, adeo ut ne unus quidem in his inveniatur, qui concordet cum illis. Etenim anno superiori in Concilio Romano subscriptus reperitur Gregorius Albanensis, hic vero Eustachius Albanensis; illic Theophylactus Prænestinus, hic Gratiosus Prænestinus; illic Joannes Tiburtinus, hic vero benedictus Tiburtinus; illic Joannes Narniensis, hic vero Martinus Narniensis, & sic de aliis, adeo ut opus esset dicere, omnes Episcopos, qui interfuerunt anno superiori Concilio Romano, esse defunctos, & alios aliis nominibus in locum ipsorum subrogatos hujus anni Concilio interfuisse. Sed nec hoc fingi potest, siquidem Joannes Narniensis Episcopus, qui interfuit Concilio anni superioris non potuit diem obiisse, & suffectum Martinum, qui huic anni hujus Concilio interfuit: nam supervixit Joannes ipse Narniensis Episcopus, qui postea ex episcopo Narniensi creatus est Rom. Pont. & dictus Joannes XIII. An non ex his manifesta colligitur impostura?

XXVIII.

His insuper adde, quod eamdem diversitatem invenies in nominibus Cardinalium, insuper & in nominibus Romanorum civium optimatum, ut ne unus

nos quidem sit invenire, qui cum illis concordet, cum tamen iidem esse debuissent, qui in utraque Synodo sederunt ejusdem Leonis fautores. Adde rursum: Quid est quod dicitur restitui ab ipso Leone Papa inter alia, quæ Justinianus Romanæ donavit Ecclesiæ? At quis reperire potuit, Justinianum unam tantum terræ glebam Ecclesiæ Romanæ donasse, semper in ipsam Ecclesiam parum æquum? ejusque Pontificum Silverii & Vigilii persecutorem? Præterea quomodo inter Titulares Cardinales nominati reperiuntur presbyter tituli Lateranensis, & tituli S. Petri, necnon & presbyter tituli S. Mariæ Ad præsepe? quando umquam ejusmodi primariæ Patriarchales Ecclesiæ reperiri poterunt, vel antea, vel post in Titulos annumeratæ, prætermittimus alias vertere quisquilias, cum totum quod est quisquilias, & sordes esse, satis perspicue intelliget Lector, imposturamque, sed ineptissimi compositoris, schismaticorum tamen defensoris esse cognoscet.

XXIX. *Ex Ottonis constitutione fragmentum.* Sed quod in his sumus, ut face veritatis admota, quæ sunt falsa, manifesti arguantur erroris: apud Gratianum distinctione sexagesima tertia inferius recitatur hujus Ottonis constitutio, hoc apposito titulo: *Consensus Primi Henrici, & Primi Ottonis cum Romanis Pontificibus.* Ex qua ibidem recitatur fragmentum hic a nobis subiiciendum. Sed antea admonendus est Lector, quod ex verbis tituli hujus vane collegit Nauclerus, Henricum æque dictum fuisse primum ejus nominis Imperatorem; cui repugnant diplomata Henricorum Imperatorum, quod in eis non Secundus aut Tertius ab hoc, sed Primus, & Secundus reperiuntur esse nominatim ab eisdem ipsis in suis eorum scriptis. Adde quod ex eo etiam evanescit penitus inanis ejus argumentatio: nam titulus iste ibi errore positus esse convincitur. Siquidem omnia illa sub dicto titulo recitata, accepta noscuntur ex Constitutione ipsius Ottonis Imp. superius scripta, facta ab ipso de restitutione provinciarum ac civitatum, aliorumque jurium ademptorum, adeo ut nihil penitus sit, quod pertineat ad Henricum Regem Ottonis patrem. Sunt autem hæc:

XXX. *Ut nullus Missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus.* Item: *In electione Romanorum Pontificum, neque liber neque servus ad hoc venire præsumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per Constitutionem SS. Patrum antiqua admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quod siquis contra hanc nostram Constitutionem facere præsumpserit: exilio tradatur.* Hæc ibi accepta (ut dictum) totidem verbis a dicta ipsius Ottonis Constitutione. Sed de his hactenus. Inter hæc autem idem Otto Imp. (quod ad res bellicas pertinet) victo Berengario, expugnatoque Castello S. Leonis, ipsum una cum Willa ejus conjuge exulatum in Bajoariam mittit, ibique usque ad obitum permanserunt: Adelbertus interim fuga lapsus, manus evasit Imperatoris. *Berengarius cum uxore in Bajoariam deportatur.*

XXXI. Hoc item anno ab eodem Ottone concessa sunt privilegia monasterio Cassinati, de quibus Leo Ostiensis his verbis agit (a): *Per idem tempus Primus ac magnus Otto, tertio Imperii sui anno, interventu conjugis suæ Adelaidis Imperatricis, generale præceptum huic monasterio fecit, confirmans omnia, quæ hactenus per diversa loca huic fuerant attributa. Item post quatuor circiter annos Paulus Abbas S. Vincentii eum adiens, atque ex parte dicti nostri Abbatis efflagitans, aliud ab eo præceptum plenius de confirmatione totius monasterii ad priorum Impp. instar obtinuit. Nec multo post per aliud præceptum idem Imp. Abbati nostro monasterium S. Angeli de Barregio cum omnibus cellis suis, pertinentiisque concessit, quod videlicet monasterium, eo tempore Albericus Marsorum Episcopus quoad viveret, per scriptum ab eodem Imp. impetraverat. Eidemque monasterio S. Angeli Imperator de confirmatione omnium ipsius rerum privilegium jam ante quinquennium fecerat.* Hæc Leo. *Privilegia concessa ab Ottone monast. Cassinati.*

(a) Leo Ost. l. 2. c. 4.

XXXII. *Cyprus insula & Cilicia vendicatæ a Sarracen. & Antioch. capta.* Quod spectat ad res Orientalis Imperii, hoc anno secundo suæ dominationis Nicephorus Imp. e manibus Sarracenorum vendicat insulam Cyprum, eosdemque obsidet Tarsi ac Mopsuestiæ, quas civitates expugnat, cruces a Christianis ablatas recuperat, atque anno sequenti Constantinopolim rediens secum tulit templo offerens, de hostium manubiis decimam Deo persolvens. Hæc omnia pluribus hoc anno & sequenti Curopalates; qui addit amplius quam centum urbes ab eodem Imperatore sublatas

PAGIUS VIII. Ad num. XXXII. & seqq. gesta in Oriente a *Nicephoro* Imp. adversus *Saracenos* Leo Diaconus refert, quæ ex eo in summam contraho. Postquam tristem hyemis faciem verna tempestas in sereniorem oram mutaverat ac serenitatem, indicta adversus *Agarenos* expeditione Byzantio *Nicephorus* proficiscitur; moratusque in Cappadocia, jussisque collectis copiis Tarsensem Urbem in Cilicia sitam petit, tunc Civium virtute numeroque ac bellicæ rei exercitamentis ferocientem, nimiumque superbientem, cinctoque undique oppido obsidioni in- *Victoria Nicephori Phocæ August. de Saracenis.*

tas armis, possessas a Sarracenis: sacra vero apud eos inventa, venerandam Christi imaginem, & reliquias Sanctorum, precipue vero Joannis Baptistæ detulisse magna reverentia Constantinopolim. Sed & Antiochia Syriæ diu possessa ab iisdem Sarracenis per suos duces est capta, cum ipse Imperator degeret Constantinopoli. Magna sunt ista, quibus Nicephorus Imperii sui primordia immortalitati feliciter consecravit. Sed cum desertor factus est pietatis, desertus & ipse a Deo, longe imparibus progressibus ad finem inglorius pervenit Imperii. Quænam ista fuerint, qui res Græcorum sunt prosequuti scriptores enumerant, quorum antiquior Curopalates causas recensens, cur adeo de Rep. benemeritus, tot civitatibus & provinciis e Sarracenorum jugo deductis, & in libertatem vendicatis, omnibus tamen esset invisus, sic ait:

XXXIII. Quibus Niceph. Imp. gloriam suam denigrerit.

Primum enim quando initio delatum ad ipsum est Imperium, infinitis injuriis lacessentibus populum ipsius militibus, nullam rationem habebat quod diceret, nihil mirum si in tanta populi frequentia aliqui indignantur; & rursus urbem ingressus, multis tam nobilibus, tam privatis correptis, nullam sontibus infligebat pœnam, sed absurda & turpia despiciebat, triumphans lascivus, quibus intemperantes homines addicti, male cives afficiebant, præsertim quorum haud mediocri opera fuerat usus ad res recuperandas. Deinde quoque crebro ad exigenda tributa, male subjectum sibi populum vexabat, non solum nova imperando tributa, & ex omnibus rebus exactiones, verum etiam haud tolerandis prædiis præter ea quæ diximus, adempta etiam eorum munera, quæ convocato Senatui præberi consueverant, parte, *quod se ad bella pecunia indigere asse-reret.* Hujus prætextus causa etiam injecit manus in sacra ac Imp. penitus inconcessa. Quænam autem ista fuerint, idem auctor sic subdit:

XXXIV. Quæ Niceph. contra jus fasque sibi sacrilege vendicarit.

Insuper, quæ consueta præberi dona sacris domibus & templis, quæ moveri nefas erat, usurpabat, male asserens ab Episcopis pauperam pecuniam consumi, milites inopes esse. Et quod omnium gravissimum est, legem quoque tulit, cui quidem instabiles Episcopi & adulatores subscripsere, statuentes, non esse aut decernendum aut eligendum Episc. sine illius consilio & jussu. Mortuoque Episcopo, regium hominem missum jussit in funere præfiniti sumptus facere, at ea, quæ superfuere, accepit; & alia quædam statuit omnem necessitatis formam exsuperantia, quæ ut sigillatim percurrantur, & magnam mentem & eloquentem linguam requirunt. Hæc de his Curopalates, eademque ex ipso totidem verbis Cedrenus, Zonaras, Glicas, & reliqui recentiores omnes sacrilegium detestantes. Est querela Episcopi Leucatensis, quod annis singulis Ecclesia sua penderet pro tributo Nicephoro supra centum aureos: sic & aliæ plus, minusve, secundum vires suas. Ista habet in relatione Luitprandus Cremonensis Episcopus. Decernebantur ista in Synodo Constantinopoli collecta ab ipso, in qua ei faverunt adulantes Episcopi. Quod autem omnia ad militum utilitatem, libertatem, gloriamque referret, quid insuper & in Synodo decernendum proposuerit, ab eodem Curopalate sic accipe:

Cavavit quoque legem sanciendam, ut milites, qui in bello occubuissent, digni censerentur præmiis, perinde ac Martyres; solo bello, non alia re casti salutem animarum contineri. Instititque ut XXXV.

PAGIUS

instabat. *Agareni* vero in eo præsidiarii Urbis munitione firmissima freti Imperatorem subsannabant, Urbeque effusi, factaque impressione, Romanorum plurimos trucidabant. Ubi itaque *Nicephorus* Imp. inconcessa a se aggredi cognovit, inde movens circumposita *Tarso* præsidia castraque hostili acie invadit, primoque statim assultu *Adanam*, & Abarzam, aliaque supra viginti ejusmodi præsidia capit.

IX. *Mopsuestiam capit.*

Inde *Mopsuestiam* aggressus, ductoque vallo fortiter oppugnabat, petrariis atque sagittis quotidie velitando, hostem fatigans, præsidiarii ipsi quoque strenue obsistebant, ignitaque tela & saxorum pondera in Romanos mittentes, se seque ex turribus omni conatu defendentes. Tandem cuniculis dejectæ turres ac murus. Imperator quoniam collapsa muri rudera aditum volentibus præbere videbat, omni confertim exercitu iniens *Mopsuestiam* subjugavit, ac qui residui Barbarorum erant, servituti mancipavit: ipseque subductis manubiarum primitiis, Imperatorioque ærario addictis, atque milite ab oppidi direptione revocato, quia Sol Sagittarium prætergressus ad Capricornum transibat, rigorque increbescebat, inde motis castris ad Romanæ se ditionis loca recepit: hincque Cappadociam ingressus, domum quemquam reverti jussit, rursus meminisse monens, ut ineunte vere ad se redirent. Ipse vero cum residuis ibi hyberna ducebat. Anno sequenti de Tarsensis oppidi expugnatione sermo erit. Hanc Nicephori expeditionem *anno imperii ejus secundo mense Julio, indictione septima* susceptam esse, recte refert Cedrenus, & loco *Abarza* vocis apud Leonem Diaconum corruptæ, habet *Anabarzam*, seu *Anazarbam* Ciliciæ oppidum. Verum perperam scribit, Nicephorum ad Tarsum & Mopsuestiam ducere ausum non esse, *quod jam hyems appeteret*: hoc enim Leo Diaconus ignorare non potuit. In eundem errorem Zonaras ac Cedrenus labitur, recte tamen ait, Nicephorum Imp. *secundo Imperii sui anno* Ciliciam invasisse.

Reliquiæ S. *Agnetis* Virginis, quæ sæculo tertio Romæ martyrium fecit, & S. Benigni Carnotensis Episcopi Martyrio etiam coronati quæ sæculo superiori Normannis Franciam de- X.

Milites in bello cæſos fruſtra inter Martyres numerandos laborat Nicephorus.

Patriarcha & Epiſcopi dogmati conſentireat. Verum quidam admodum reſiſtentes, cum ab incepto coercuere propoſito, in medium Magni Baſilii Canone adducto, jubente, ad triennium communionis expertes eſſe, qui hoſtem in bello occidiſſent. Eſt iſte Canon decimus tertius ex epiſtola ſancti Baſilii ad Amphilochium, ubi Theodorus Balſamo hiſtoriam iſtam totam de Nicephori rogatione ad Synodum facta recenſet, cui ſubiicit & iſta: *Cum autem multi ſacerdotes, & unus quidem ex eis Epiſcopus ſe juſſu Imperatorio ſynodaliter ſtitiſſent, & cum hoſtibus ſe manus conſeruiſſe faſſi eſſent; divina & ſancta Synodus conſequenter huic Canoni & quadrageſimoquinto ejuſdem Sancti, & aliis divinis Conſtitutionibus volebant ipſos non amplius ſacra celebrare. Complares autem, & qui erant paulo magis militares, eos etiam præmiis dignos eſſe contendebant.* Hæc ipſe. His igitur (ut dictum eſt) Nicephorus non ſolum egregie ſibi partam gloriam obſcuravit, verum etiam ſummam ſuperioduxit ignominiæ notam, divinamque vindictam in ſe maxime conciravit.

XXXVI. Pro ratione tributi ſorteinari ſolere numiſma.

Sed quæ de tributorum gravi indictione idem his addit Curopalates, ſic accipe: *Et nummum imminuit, excogitato eo, qui quadrans dicitur. Et ex eo tempore, duplicato numiſmate, exactio publicorum tributorum gravius poſtulabat: cum vero erogandum aliquid eſſet, levius diſtribuebatur.* Hæc ipſe. Eadem Cedrenus, Zonaras & alii; ex quibus intelligi poteſt (quod obiter conſiderandum occurrit) veterem adhuc viguiſſe Romanorum Imperat. conſuetudinem, ut pro tributi penſitatione certum præſcriptum eſſet numiſma ſive gravius ſive levius pro Imp. arbitrio, quod cum primo Annalium tomo certa Lampridii aſſertione docuerimus, non placere ſibi aſſerit ille, qui de cenſus Cæſaris numiſmate Chriſto oſtenſo ſermonem votivum edidit. Sed cum nauſeans ſtomachus cibum male diiudicet, ſanioris palatus conſulendus eſt guſtus. Certe quidem non eſt reſpuendus ob id, quod non de illo, de quo agitur tempore Tiberii Cæſaris, ſit locus ille Lampridii: neque enim mea illa aſſertio ad Tiberii tantum tempora reſtricta proponitur, ſed generatim ad Romanos Imperatores; unde locus Lampridii non ob id fuerat contemnendus, eo quod non loqueretur de Tiberii Imp. temporibus, ſicut nec reiicienus citatus & recitatus hic præſens locus Nicephori Phocæ: quibus duobus locis intelligat Lector eumdem uſum in Romano imperio perduraſſe, cum alia loca alioqui non deſint id comprobandi. Sed de his nunc obiter.

Revertamur ad Curopalatem, qui adhuc aliam affert cauſam odii civium in Nicephorum Imp. *Offendit eum* (inquiens) *præter alia ſuperius numerata, muri palatiorum conſtructio. Multis enim circa palatium magnificis & pulcherrima arte elaboratis ædificiis everſis arcem tyrannicam contra miſeros cives condidit, officinis intus ac horreis, & equorum ſtabulis & fornacibus extructis, cibariisque completis. Et enim prædictum fuerat, intra palatium ipſi moriendum eſſe; ignorabatque miſer, niſi* (a) *Dominus cuſtodiat civitatem, fruſtra vigilare qui cuſtodit eam. Nam perfecto muro, ipſe eadem die interiit, quando claves ei, cui hæc cura commiſſa fuerat, ei allatas tradidit.* Sed hæc poſtea. Addit his iſta Cedrenus: *Quo tempore muros palatii condebatur, nocte quadam mare per ſubvectus aliquis ita vociferatus eſt: O Imperator, erigis muros! Et tamen ſi vel ad cælos eos educas, intus cum ſit malum, urbs captu facilis eſt. Qui hæc dixit, diu multumque quæſitus, non tamen inventus.* Hæc ipſe. Sunt & alia plura, quibus Nicephorus animos omnium a ſe alienavit, quæ iidem recenſent Hiſtorici. Sed de his ad inſtitutum ſatis.

XXXVII Palatium in munitionem Nicephorus convertit.

(a) Pſ. 26. Divinum oraculum.

An-

PAGIUS *Tranſlatio Reliquiarum S. Agnetis.*

vaſtantibus occultatæ fuerant, anno primo imperii Ottonis divinitus revelatæ ſunt, & currenti a Thiadboldo Comite Ultrajectenſi impetratæ per Baldricum Trajectenſem ad Rhenum Epiſcopum, qui *Præſul voti compos, gratiarum actiones Deo cum laudibus extollens choro clericorum conjuncto, populique frequentia, decuit ut Sanctos, occurrit in obviam, quos honore condigno ſuſceptos infra Trajectenſem Epiſcopalis ſedis aulam pridie Kalendarum Aprilium loco locavit in uno, ſed ſingulos ſemotim in loculis, anno ſcilicet Incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſeptima, ſabbatorum quinta*, inquit Auctor Anonymus Hiſtoriæ Inventionis & Tranſlationis SS. Agnetis & Benigni Epiſc. e Gallia Ultrajectum apud Bollandum ad diem XXI. Januarii. Præcipua quidem S. Agnetis Romanæ pignora Urbs ipſa aſſervat, ſed quædam eorum partes ab aliis urbibus poſſidentur. Sæculo elapſo furentibus in Francia hæreticis hæ Reliquiæ Luteſiam Pariſiorum tranſlatæ & in Eccleſia S. Euſtachii, quæ primum ſub ejuſdem ſanctiſſimæ Virginis nuncupatione conſtructa claruit, magna ſolemnitate collocatæ, ut apud Bollandum ibidem videre eſt.

I. Otto Imp. revertitur in Saxoniam.

ANnus Redemptoris nongentesimus sexagesimusquintus, Indictione octava inchoatur, quo (ut est apud Reginonem ab auctore hujus temporis additum) *Imperator Papiæ Natalem Domini celebravit; peractaque festivitate statim in patriam, dispositis in Italia Regni negotiis, rediit. Cui filii sui Otto & Vvilelmus Archiepiscopus in confinio Franciæ & Alemanniæ in villa Heimbodesheym occurrerunt, & cum magna ibi eum alacritate susceperunt. Inde Vvormatiam progressus, fratrem suum Brunienfem, alias Brunonem Archiepiscopum in Purificatione sanctissimæ Mariæ Virginis sibi obvium habuit, sicque tota Quadragesima in Francia commorans, in Ingelsheim Pascha cum magno gaudio celebravit; inde navigio Coloniam attingens matrem suam dominam Mathildem & sororem suam Gerbergam Reginam, filiumque ejus Lotharium sibi obvios condigno amore & honore tractavit, sicque in Saxoniam iter suum direxit.* Hæc auctor, qui fortasse præsens, quam exactissime itinera relegit.

II. Benedictus Papa exular in Saxonia.

Testatur Ditmarus, Ottonem Imperatorem ex Italia redeuntem multa corpora Sanctorum secum detulisse, collocasseque ea in Ecclesia Magdeburgensi recens erecta, atque in singulis columnarum capitibus eorumdem Sanctorum collocasse reliquias. Hæc ipse secundo sui Chronici libro, additque secum Benedictum etiam illum depositum Papam ab Urbe Roma in Saxoniam advexisse, quem Adaldago Archiepiscopo Hamburgensi custodiendum commisit: De quo ista Adamus vetus Chronographus habet. (b) Adam l.2, c.6.

(a) *Reversus ergo in patriam Archiepiscopus, sicut audivimus, & cognovimus, & patres nostri narraverunt nobis, duxit in comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed item ab Ottone depositum, quem ille Hamburg custodiæ mandare præcepit. Archiepiscopus vero eum magno honore detinuit usque ad obitum ejus. Nam vir sanctus, litteratusque dicitur fuisse, & qui dignus Apostolica Sede videretur a populo Romano, nisi quod per tumultum electus est, expulso eo quem ordinari jussit Imperator. Igitur apud nos in sancta conversatione vivens, aliosque sancte vivere docens, cum jam Romanis poscentibus a Cæsare restitui deberet, apud Hamburg. in pace quievit. Transitus ejus quarto nonas Julii contigisse scribitur.* Hæc ipse ejus regionis auctor. Quoto autem anno Benedictus obierit, non scribit. Paulo post autem de eodem Episcopo ista: *Archiepiscopus autem reliquias sanctorum Martyrum, quas ab Urbe Roma portavit, magna per parochias suas diligentia distribuit: nempe ex corporibus sanctorum martyrum Cyriaci, Cæsarii, Victoris, Coronæ, Felicis, & Feliciani, Cosmæ, & Damiani.* Porro (a) explositur jure fabula de Benedicto isto, quod a Ludovico Imperatore ad prædicandum Evangelium ductus sit in Germaniam, inde vero Wandalorum incursu fuerit trucidatus una cum sexaginta presbyteris. At vero alia ratione dicendus Martyr, nempe quod a Leone, quem ostendimus pseudopontificem, tam dira tamque contumeliosa sit passus, & exul ipse legitimus Romanæ Ecclesiæ Pontifex sit defunctus, ut san-

(a) Crant in Metr. Sax. l.3. c.20. 21. 22. 23. Benedictus Pap. qua ratione Martyr.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

V | cti

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MIII. Anno Hegiræ CCCLIV. inchoato die 7. Januar. fer. 7. Anno Hegiræ CCCLV. inchoato die 28. Decemb. fer. 5. A.C. 965.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6458.

☉ 22. A. ☽ 16. P. 26. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 965.

JOANNIS XIII. PAPÆ 1.

OTTONIS IMP. 4.

NICEPHORI PHOCÆ IMP. 3.

I. Moritur Benedict. V.

ANnum I. ad IV. Rediit hoc anno Roma in Germaniam Otto Imperator, postquam Benedictum V. Adaldego Archiepiscopo Hamburgensi custodiendum tradidisset. *Reversus autem Archiepiscopus in patriam duxit in comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed ab Imperatore Ottone depulsum, quem ille in Hammaburg custodia mancipari præcepit: Archiepiscopus vero magno eum honore usque ad obitum ejus detinuit*, inquit Adamus Bremensis lib. 2. cap. 6. qui addit: *Igitur apud nos in sancta conversatione vivens aliosque sancte vivere docens, cum jam, Romanis poscentibus a Cæsare restitui debuisset* (mortuo sc. Leone VIII.) *apud Hammaburg in pace quievit. Cujus transitus III. Nonas Julii contigisse describitur.* Lambecius lib. I. de Originibus Hamburgensibus pag. 37. ait videri hodieque Cenotaphium ejus in medio chori Ecclesiæ Beatæ Virginis Mariæ, cui inscripta sunt hæc verba: BENEDICTUS PAPA, QUI DE SEDE APOSTOLICA PER VIOLENTIAM AMOTUS, ET POST, CUM REVOCARETUR, OBIIT HAMBURGI ANNO DOMINI DCCCo QUADRAGESIMO PRIMO, QUINTO NONAS JULII, & SEPULTUS EST HIC. Verisimile est, subdit Lambecius, ab illis, qui trecentis vel quadringentis ab hinc annis Benedicti illud cenotaphium vel extruxerunt vel renovarunt, errorem hunc in numero commissum esse. Verum non tantum illud verisimile, sed etiam certum, cum epitaphium neque diem, neque annum, neque sæculum ex vero referat. Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hist. refert, *Otthonem Sperlingum* nuper Kilonii eruditam Dissertationem sub hoc titulo

ty-

cti martyres, iidemque Pontifices Pontianus atque Martinus in exilio vita functi. Quod autem ut martyr coleretur Benedictus: ne ob id Ottonis nomini nota inureretur, fingendi aliam causam martyrii occasionem datam esse existimamus.

III. Subiiciendus hic alius insignis locus de innocentia Benedicti ex scriptore ejusdem ferme temporis. Extat Chronicon Ditmari Episcopi Mersepurgii, quod incipiens ab Ottone Imperatore perduxit ad annum usque millesimum decimumoctavum, quo tempore se visisse testatur. Ubi hæc de Benedicto isto libro secundo: *Romanorum* (inquit præpotens) *Imperator Otto Secundus* (sic enim appellat Ottonem Magnum, habito respectu ad ejus avum patrem Friderici, Ottonem pariter nominatum) *valentiorem sibi in Christo, Dominum Apostolicum Benedictum nomine, quem nullus absque Deo judicare potuit, injuste (ut spero) accusatum depont constituit. Et (quod utinam non fecisset) exilio ad Hamaburg relegare præcepit.* Eodemque libro secundo pestem immissam ob exilium Benedicti testatur, utpote injuste depositum ostendens. Et de eodem libro quarto: *Obiit* (inquit) *in exilio Benedictus Pontifex, ossaque ejus Romam sunt relata.* Hæc ex Ditmari Chronico, quod citat, & eadem recitat (a) Papirius Masso in Benedicto Septimo, quem errore putat fuisse Benedictum, qui exulavit Hamaburgi, quem constat ejus nominis Benedictum Quintum fuisse. De translatione autem corporis Benedicti Papæ Romam facta, suo loco dicturi sumus.

(a) *Maso de Episc. Urb. l. 4. in Bened. VII.*

IV. Leo autem pseudopapa hoc anno obiit diem

PAGIUS typis mandasse; *Monumentum Hamburgense Benedictinum, seu de Inscriptione & tumulo Benedicti V. Pontificis Rom. qui in choro majoris Ecclesiæ B. V. Mariæ apud Hamburgenses olim fuit, & hodiedum spectatur*, in quo docet, post Benedicti adventum sæpius incendio conflagrasse, & Urbem & Ecclesiam, ut illius, si quod fuerit, monumentum, debuerit funditus periisse: & si *Ottonis* III. ætate, quo ejus corpus Romam translatum, in paupertina tunc Ecclesia fuissent inscriptiones, apud Bremenses, Hamburgensesque, Adamum Bremensem eas omnino tacitas præteriturum non fuisse in suo Opere, quo ætatem & sepulturas Episcoporum, ex aliis monumentis librisque donationum, tam anxie conquisivit. Denique concludit Sperlingus vix ante annum MCC. Hamburgi conspici cœpisse Cenotaphium illud, quod vidit descripsitque Krantzius, multo amplius altiusque, & literis longioribus multo quam nunc videantur, insculptum. Ita Sperlingus Vir in Critica versatissimus. Post mortem ejus Interpontificium mensium aliquot fuit, ut statim ostendam. [1]

II. Ad num. IV. Hoc anno, ut habet Continuator Reginonis *Leo Papa obiit*. Marianus Scotus & Auctores Catalogorum ei annum unum & menses tres adscribunt, ideoque cum anno CMLXIII. die sexta Decembris consecratus fuerit, mors ejus ineunte circiter Martio accidit. [2] Etsi vero verus Pontifex non fuerit, dicendus est tamen Leo ordine VIII. ut An-

Joannes XIII. fit Papa.

NOTÆ [1] Diem obitus Benedicti hujus olim Pontificis designari censeo in vetustissimo Martyrologio Stabulensi quod in Collect. Vet. Monum. tom. 4. col. 668. vulgatum est; in eo enim ad IV. Nonas Julii legitur *Benedictus Papa obiit* quæ profecto dies cum authoritate Abrahami non pugnat; ille enim diem III. Nonas assignans forte diem sepulturæ respexit. MANSI

[2] IN Regesto Sublacensi pag. 078. col. 2. charta ita incipit: *Anno quarto Imperii Domni Ottoni piissimi Imperatoris & perpetui Augusti mense Aprilis die XIII. Indict. VIII. post discessum Leonis sanctissimi & VIII. PP.* Est hic A. D. 965. *Gizo* honestæ nationis territorio Amiternino modo habitator in civitate Tiburtina vendit *Georgio dudum secundicerio*, modo Abbati Sublacen. atque S. Barbaræ de civitate Tiburtina petiam unam vineæ in territorio Tiburtino in fundo purpurano. Itaque mense *Aprilis* jam obierat *Leo* VIII. Ibid. pag. 166. alia charta concessionis unius petiæ de terra eidem *Georgio* dudum *secundicerii*, & modo Abbati Sublacen. *Anno IV. Imperii Domni Ottoni piissimo & perpetuo Augusto post excessum Domni Leonis PP. adhuc in sede B. Petri Apostoli nullus advocatus sedebat Pontifex, mense Julio* die VIII. *Indict. VIII.* Et hic est annus 965. Die vero XX. *Februarii* anno 965. *Leo VIII* adhuc vivebat. Charta in eodem Regesto pag. 153. col. 2. *Anno secundo* Pontif. *Domni Leoni summi Pontif. & universali VIII.* (aliena manu additus est non numeralis, ante legebatur VII.) PP. *in sacratissima Sede B. Petri Apostoli, Imperii Domni piissimi a Deo coronato magno Ottone an. IV. Indict. VIII. mense Februar. die XX.* Stipulatores jurant per salutem *Leonis* VII. PP. Ejusmodi notæ habentur in alia charta ibid. pag. 65. eadem die XX. *Februarii* data.

Mense *Novembris* hujus anni 968. jam sedebat *Johannes XIII.* Charta in Regesto Sublacensi pag. 64. *Anno Deo propitio Pontificatus Johanni summi Pontificis & universali XIII. PP. in sacratissimo Sede B. Petri Apostoli anno primo Imperii Ottonis* (hic alio charactere recenti additum est 2.) *a Deo coronato magno Imp.* (Hic etiam abrasio est) *mense Novembrio Indict. IX.* Ibid. pag. 101. *Anno Deo propitio, Pontificatus Domni Johannis sanctissimi summi Pontifici & universali XIII. PP. Imperii Domni Ottoni piissimi & perpetuo Augusto a Deo coronato an.* IIII. *mense Nobembrio Indict. VIII.* Utroque loco *Indictio IX.* inchoatur a Kalendis *Septembris*, quare est an. 965. quo *annus primus* Pontificatus mense Novembri jam decurrebat. Mense *Decembri* an. 966. in cursu erat Pontificatus *annus secundus*. Charta ibidem pag. 82. col. 2. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis & universalis tertii decimi Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli secundo, Imperii Domni piissimi perpetuo Augusto Ottoni a Deo coronato magno Imperatore anno quinto Indictione decima mense Decembris* die XX. Et hic *Indictio* ex more a *Kalendis Septembris* an. 962. GEORGIUS

Leo VIII moritur Joan. Pap. XIII. creatur. diem, ut auctor apud Reginonem affirmat, qui de subrogato Joanne Decimotertio Papa in locum ejus sic enarrat historiam: *Eodem etiam anno dominus Leo Papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet Protoscriniarius & Marinus Sutriensis Ecclesiæ Episcopus Imperatorem pro instituendo quem vellet Romano Pontifice, in Saxoniam adeuntes, honorifice suscipiuntur & remittuntur, & Otgerus Spirensis Episcopus, & * Leuza Cremonensis Episcopus cum iisdem Romam ab Imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Joannes Narniensis Episcopus eligitur, Sedique Apostolicæ Pontifex inthronizatur. Qui statim majores Romanorum elatius animo quam oporteret, insequitur, quos in brevi inimicissimos & infestos patitur. Nam ab Urbis præfecto, Rotfredo comprehenditur, & Urbe expulsus in Campania custodiæ mancipatur.* Hæc ibi.

* al. Luitprandus

V. De eodem etiam hæc (a) Leo Ostiensis: *Hujus Abbatis, Aligerni scilicet anno decimonono, Joannes Papa Roma pulsus exilio, Capuam venit, & a memorato Principe Pandulpho rogatus, tunc primum in eadem civitate Archiepiscopatum constituit, consecrans fratrem ipsius Principis Joannem in Archiepiscopum.* Hæc Leo. Cæterum quamdiu vixit Benedictus (nescitur tamen certus ejus obitus annus) nullus alius potuit dici legitimus Romanus Pontifex, cum ejus damnatio nullius potuerit esse momenti.

(a) Leo Ost. Chro. Cass. l. 2, c. 9.

VI. Hic ipse notatur annus, quo accolæ an-

PAGIUS Antiqui & sequentes ejusdem nominis Pontifices non dubitare non sinunt. *Joannes* natione Romanus, Episcopus Narniensis ei successit, non die secunda Octobris, ut scribit citatus Lambecius, sed die prima ejusdem mensis, in quam Dominica hoc anno incidit, ut ex dicendis in morte ejus certum fiet. Hujus Pontificis initium a Papebrocio in Conat. Chron. bene collocatum.

III. *Capua a Joanne XIII. Metropolis fit.* Ad num. V. refert Baronius hæc Leonis Ostiensis verba: *Hujus Abbatis, Aligerni scilicet anno XIX. Joannes Papa Roma pulsus exilio, Capuam venit, & a memorato Principe Pandulpho rogatus, tunc primum in eadem civitate Archiepiscopatum constituit.* At verum quidem est, Joannem hoc anno Roma pulsum Capuam venisse, annoque sequenti eum Romam rediisse, ut habet Baronius ex Continuatore Reginonis; sed Aligernus Abbas Casinensis anno CMXLIX. ad hanc Præfecturam evectus, sequenti annum tantum XVIII. ejusdem numerabat. Quare in Leone loco *an. XVIIII.* legendum *anno XVIII.* Hermannus Contractus Joannis Papæ Romam reditum differt usque ad annum CMLXIX. sed recte scribit Joannem *per decem & amplius menses* in Campania afflictum fuisse, qui ideo circa finem anni CMLXVI. Romam reversus est; tuncque Capua ab eo Metropolica dignitate exornata. Vide quæ dicam anno CMLXVIII. numero XIV.

IV. *Erat antea tantum Metropolis civilis.* *Capuam* jam inde a Constantini Imp. temporibus fuisse Metropolim, Sirmondo *in Adventoria* visum est, auctoritate Synodi Sardicensis & Athanasii ad *Solitarios*, ubi Campania, Calabria, Apulia ab Italia dividitur. Deinde refert subscriptiones Conciliorum & Sardicensis & Arelatensis, in quorum primo ita subscriptum est: *Lucillus ab Italia, Vincentius a Campania de Capua, Januarius a Campania de Benevento; Stercorius ab Apulia de Canusio.* In altero vero: *de Provincia Italia civitate Mediolanensi Merocles Episcopus: ex provincia Campania de civitate Capuensium Proterius Episcopus, de provincia Apulia de civitate Arpensium Pardus Episcopus.* Denique adhibet verba Athanasii ex Epistola ad Solitarios: *Vincentium quidem a Capua; illa vero est Metropolis.* Verum, uti Cantelius in Historia Metropolitanarum Urbium part. 3. Differt. 2. aliique observant, ex his tantum sequitur, *Campaniam* ab Italis utroque jure, & civili & Ecclesiastico, sejunctam fuisse, non vero a Romana provincia. Fuit enim *Campania* jure civili diversa a Romana provincia, sed non jure Ecclesiastico; cum utraque diversis Magistratibus, sed uni Metropolitæ Romano paruerit. In laudatis vero sive Epistolis sive subscriptionibus, juris plerumque civilis, non vero Ecclesiastici, habita ratio est; namque urbes diversis vulgo provinciis adscriptæ sunt; si aliis alius, sive Præses sive Proconsul præfuit. Nec alia mens fuit Athanasii, dum Capuam Campaniæ *Metropolim* appellat: Metropolis quidem fuit, non Ecclesiastica tamen, sed civilis; eoque respexisse videtur *Athanasius*, qui non vocat Vincentium Metropolitanum, sed Capuam *Metropolim*: hæc enim prærogativa Urbis fuit, non Episcopi.

V. *Tempore Gregorii M. non erat Metropolis Ecclesiastica.* Præterea, subdit Cantelius, si *Campania* solida provincia Ecclesiastica fuit, an non & Apulia & Calabria solidæ itidem provinciæ fuerunt? Eadem enim omnium ratio est. Quænam vero in his provinciis Metropoles, an Hydruntum? an Tarentum? Barium? At eas multo post Sanctum Athanasium hac dignitate ornatas in confesso est. Eo accedit, quod si *Capua* Campaniæ erat Metropolis, an illi contributa *Neapolis?* At subditam Capuæ fuisse nullum exstat vestigium. Si vero *Neapolis* Metropolis etiam erat, fuerunt in una Campania provinciæ multæ. Et tamen vel ex unius Gregorii Magni Epistolis cuivis intelligere licet, *Capuam* præ cæteris nihil habuisse præcipui. *Festus* Capuæ Episcopus a Gregorio commendatur Petro Campaniæ Subdiacono: moritur paulo post Romæ. *Gregorius* Gaudentium Nolanum Capuam visitatorem mittit. *Basilius* Festo suffectus apud Siciliæ Præfectum hærebat diutius; illum *Gregorius* per Romanum defensorem ad suam Sedem intra quinque dies redire jubet, eumque Romam ad Synodum evocat. Quid hic est, ex quo elici possit, Capuanum Episcopum fuisse Metropolitam? Annon potius inde planum fit, ut cæteros Campaniæ Præsules, ita Capuanum fuisse Romano Metropolitæ contributum? Id certe nemo negaverit, qui *Gregorii* Epistolas vel leviter perlegerit; longe enim alia illius est cum Mediolanensi & Ravennate Metropolitanis agendi ratio.

VI. *Polonia a S. Andrea Apostolo fidei lumen accepit.* A num. VI. ad X. Stanislaus Lubienskius Episcopus Plocensis in *Vitis & Serie Episcoporum Plocensium*, de initiis fidei in Poloniam introductæ differit, atque fundamenta Christianæ religionis in Polonis, sive ea Vandalia, aut Gothia, quo titulo Regni, Principes Poloniæ, ul-

Poloni ad fidem Christi conversi. antiquæ Sarmatiæ, Slavorum propago, recentiori nomine Poloni nuncupati, Christo nomen feliciter dantes, Christiano sunt nomine insigniti. Cum alioqui ad Sarmatas antiquitus Christi Evangelium penetrasse, veteres scriptores testati sint. Id namque tradit Tertullianus contra Judæos; quamobrem vinea deserta repastinanda fuit. Quonam autem Evangelium prædicante isti crediderint, haud satis exploratum haberi potest: sed illud tantum indubitatum per mulierem fidelem Principem conversum infidelem, & Principe ipso ad Fidem Christi converso, eodem satagente, Fides Christiana ubique locorum sui dominii propagatur, & quasi momento subditi omnes ad religionem sunt Christianam perducti. Etenim commercio propinquorum Christianorum Boemorum, & aliorum Mieziflaus ad meliorem frugem conversus, abdicatis a se concubinis septem, e quibus nullam prolem consequi potuisset, duxit legitimam uxorem Boleslai Primi Boemorum Ducis filiam virginem, eamdemque Christianam, nomine Danbronaucham ea lege, ut ipse fieret Christianus, quod & perfecit, & alios sibi subditos idipsum præstare curavit. Cujus rei gratia opus habuit de his omnibus certiorem reddere Romanum Pontificem, petens ab eo aliquem mitti, qui eam provinciam Christiano ritu cultam, feracem redderet ad salutem in ea habitantium animarum.

VII. Ubi ista tam læta accepit Joannes Pontifex stupore simul & gaudio affectus secundum illud (a) Isaiæ: *Dices in corde tuo, Quis mihi genuit istos? Ego sterilis & non pariens, transmigratus & captivus, & istos quis enutrivit? Ego destitutus & solus, & isti ubi erant?* continuo ad ipsos decernens legationem a latere, misit Ægidium Tusculanum Episcopum, qui credentem Regem cum populo stabiliret in Fide, & Episcopatus diversos erigeret, sacerdotesque & ministros reliquos in iisdem ad omnes erudiendos constitueret. Quot autem tunc erectæ fuerint sedes Episcopales in Polonia, Chromerus, & alii, qui res Polonorum sunt prosequuti, diffuse narrant, quos tu consulas. Illud vero non prætermittendum, edicto regio cautum, omnia idola, & reliqua ad ipsorum cultum spectantia monumenta confringi atque cremari: Quod magna animositate ab omnibus factum atque perfectum est septima die mensis Martii, posteris tam egregio opere memorabili. Sic igitur Polonorum Regnum hactenus obscurum nec nominatum divinæ lucis radiis illustratum, Christiana religione suscepta mox cœpit esse toto orbe Christiano conspicuum, de quo sæpe dicendum, ut plane quasi novus fluvius se immittat in latum alveum Ecclesiasticorum Annalium tractatio rerum ad eam Ecclesiam pertinentium.

(a) Isa. 49.

Legatio missa a Joanne Pap. XIII

VIII. De alia legatione per eumdem Pontificem in Wandaliam missa hæc apud Stanislaum (b) Orichovium Roxolanum: *Admonitu piorum virorum quorumdam, Meiscone monarcha, cum audivissemus esse civitatem quamdam Dei, cujus Antistes esset Romanus Petrus, penes quem auctoritas esset summa, ex servitute diaboli in libertatem Christi homines vendicandi, ab hoc ipso istius civitatis Antistite Meiscone monarcha opem adversus diaboli vim imploravimus. Itaque Joannes Decimustertius Vicarius JESU Christi, Simonis autem Petri successor exoratus a Monarcha, Senatu ac populo, doctissimos viros Italos, videlicet Vuilibaldum, Prochorium, Jordanum, Gotfridum, Lucidum, Angelotum, Octavianum, Julianum ad nos Vandalos ac Lechitas ductum misit. Qui & Meisconem monarcham, & genus nostrum illi subiectum sacri baptismatis undis ab originali culpa abluerent, & ex civitate diaboli ablutos ac mundatos in civitatem Dei transferrent, in Christique Ecclesiam dicarent, quod etiam est factum. Nam illi viri sanctissimi Vandaliam (sive tu mavis Poloniam dici) ingressi, prædicabant nobis Christum, & gratiam ejus, qua nos in communionem suorum Deus convocaverat, celebrabant: homines turmatim ad flumina confluentes baptizabant, idola ex Vandalia exterminabant.* Hæc ipse. Quo-

(b) Apud Sand. de visib. Monarch. n. 695.

Jo. Papa mittit prædicatores in Wandaliam.

PAGIUS usque ad Boleslaum Audacem usi sunt, appelletur, sive universum Septentrionem Rheno & Tanai magnis Europæ fluminibus circumfusum, sub magnæ Sarmatiæ nomine comprehendendum censueris, sive denique totum hunc tractum, Scythiam Europeam, quam veteres Historici longe latius, quam omnes alias regiones patere scripserant, existimaveris; non primum, ut plerique opinantur, sub *Miescone* Duce, e Piastorum familia exordium habuisse. Nam *Sanctus Andreas* Apostolus, Scythiam Europeam, cujus appellatione universus Septentrio continetur, primus ex Achaia Istro transmisso ingressus, revelatæ a Christo veritatis lumen in Poloniam intulit. Nec deinceps per annos fere a Christo nato DCCC. deerant viri pii, qui partim ex Græcia, partim ex Italia & Gallia, ac ipsamet Anglia progressi, foverent sementem Evangelii in agro Sarmatico, suaque prædicatione Poloniam, Russiam Magnam, Bohemiam, Daniam, Sueviam, Saxoniam, Pomeraniam, Vandaliam, præceptis & mysteriis Evangelicis imbuerent, maxime postea quam Gregorius M. missis in Angliam doctrinæ Evangelicæ Sanctissimis Magistris Anglos, veterum Saxonum (quos Sarmatiæ partem fuisse nemo dubitaverit) prolem, ad obsequium Romanæ fidei reduxit.

Nec

IX. Quomodo autem sit cooperatus Otto Imp. ad confirmationem Ecclesiæ Vandalorum, inferius suo loco dicturi sumus. Diversam hanc fuisse legationem ab ea, quæ in Poloniam missa est, diversitas plane Legatorum ostendit, & alia plura. Quod audis Vandalos nomine Slavorum esse comprehensos: scias in plures amplissimasque provincias Slavoniam esse partitam, & inter alias Vandaliam esse comprehensam: omnes vero ad Fidem Christi conversas esse, quæ de iisdem provinciis dicturi sumus, inferius declarabunt.

Eo-

PAGIUS VII. *Miecislaus Poloniæ Rex fit Christianus.* Nec a temporibus Apostolorum defuisse putandum est Viros zelo Evangelico accensos, qui ipsa penetralia Vandaliæ (ita appellata est ea pars Sarmatiæ, quam nobilissimus fluvius *Vvandalus* mediam secat, quæ nunc Polonia dicitur) penetrarint, quorum, etsi labor non infructuosus fuit, memoria tamen obscurior, & nisi soli Deo nota nomina. Ad præsentem usque Christi annum, nullus erat qui publico nomine religionem Christianam palam profiteretur, non quod ea res Principum Edictis vetaretur, sed quod nullus esset, qui statum religionis ad normam Ecclesiæ Catholicæ formaret, Regibus ipsis nondum sacramentis cœlestibus imbutis. Primus fuit *Miecislaus*, qui a Christianis subditis suis (qui jam tum frequentes etiam ex Primoribus fidem Christianam colebant) ut damnato cultu falsorum deorum, Christianus & ipse fieret, ac uxorem Christianam *Dambroucam* Boleslai Bohemiæ Regis sive Ducis filiam duceret, persuasus primus se Christianum Principem esse palam professus est.

VIII. *Vandalia a Polonia minime distinguenda.* Nec hoc tempore ullum alium fuisse *Miesconem*, qui in alia Vandalia quam in Polonia regnaret, ostendi ac probari potest, & *Vandalos* a fluvio *Vandalo*, qui ex montibus Carpatiis Hungariam a Polonis dirimentibus ortus mediam secat Poloniam, dictos fuisse manifestum est. Antiquioribus quidem temporibus latius patuit Vandalorum Imperium, priusquam patriis sedibus exuti, ad occupandum Imperium Romanum ingenti facto agmine, præter complura Europæ regna, Africam etiam ipsam armis occupassent; multa illorum præclara facta leguntur ab Historicis illorum temporum scripta. Eosdem non diversos fuisse a *Lechitis* seu Polono-Vandalis, ejusdem linguæ commercium luculentissimum est argumentum; quidquid modo Bohemis, Moravia, Bojoaria, nunc Bavaria, dicta, Saxonia, quidquid Brandeburgica ditione, Pomerania cum adjunctis provinciis, Lusatia, Silesia quidquid denique Moschovitico, Ruthenico & amplissimo Poloniæ Regno, ac ipsis etiam Daniæ & Sueciæ coronis continetur, Vandalorum sedes & patria fuit, prout id sermo ipse & lingua, cujus etiam in iis regionibus, quas Germani vel Nemetes potius, postea occuparunt, non obscura extant vestigia, abunde testantur. Quæ ut Lubienskius probet, refert quæ Cromerus lib. 2. Historiæ suæ de successoribus & liberis *Lesci* tertii monarchæ Poloniæ sive Vandaliæ, memoriæ prodidit. Verum neque hæc neque Grotii, de qua statim, opinio Antiquos suffragatores habet.

IX. *Polonia primæva Vandalorum sedes non fuit.* *Vandalos* aut *Vvandalos*, Grotius in Prolegomenis ad Historiam Gothorum editioni Procopii præfixam non existimat, gentis alicujus nomen extitisse, sed sic vocatos fuisse Germanos quosdam ab iis, qui primi eorum vim sensere, cum Germani hac voce eos designent, qui non se se certis sedibus tenent, sed nunc huc, nunc illuc vagantur. Verum quantum ex antiquis inter se collatis colligi potest, *Vvandalorum* nomen *uni* & *soli* Germaniæ populo primitus datum, & quidam postquam per aliqua tempora, huc illuc excurrendo prædas egisset. Quare Vandalorum rapinæ & excursiones post annum Christi quadringentesimum ab eis factæ, nihil cum eorum nomine commune habent, sicut nec omnes Septentrionales populi, qui prolixas barbas aluere, Longobardi vocati sunt, sed istud nomen peculiari populo datum. Si quicunque enses a Germanis *Sachs* denominatos tulere, *Sachz*, seu *Saxones* dicti non sunt, sed gens quædam peculiaris. Quare licet *Vandalorum* nomen vagari significet, & varii Barbari huc illuc vagando vitam traduxerint, Vandalorum tamen voce peculiaris gens denominata. Adhæc hi Vandali diversi omnino fuere ab *Slavis*, seu *Sclavis*, *Venedis*, *Vinidis*, aut *Vindilis*, qui Vandali dicti sunt, quod eadem loca postea occupassent, & utrorumque nomina magnam inter se affinitatem haberent. Hi enim populi lingua & moribus prorsus inter se discrepabant; nec ulli magis inter se oppositi quam *Germani* & *Sclavi*. Poloni communiter persuasum habent, Vandalos a *Vistula* fluvio, qui universam Poloniam irrigat, nomen traxisse, & fluvium illum *Vandalum* olim fuisse appellatum. Verum nullum hactenus ad id probandum argumentum in medium attulere, & conjecturæ nullis fundamentis innixæ, qualis illa reputanda, ad rem tam densis tenebris sepultam nihil conducere possunt.

X. *Cæteri Barbari a Saracenis primum Vandali appellati.* Verum quidem est, *Vandalorum* nomen Barbaris omnibus, qui Europam vagando deprædati sunt post annum Christi quadringentesimum, adscriptum fuisse, sed id non contigit, nisi diu postquam veri *Vandali* excursiones suas fecere. Vandalorum ergo nomen omnibus Barbaris a *Saracenis* primum inditum, quia cum Africam sibi subdidissent, notiores illis fuere Vandali, qui eam incolebant, quam *Gothi* & *Suevi*: præterquamquod cum *Vandali* præcipuam Hispaniarum partem alias obtinuerint; inde factum, ut alias, sicut etiamnum, Hispaniam omnem *Vandalous*, & corruptione *Andalos* Mauri appellarint. Neque enim ea sola provincia, quæ ab Hispanis Christianis hodie *Andalusia* dicitur, sed universus Hispaniarum ambitus ab eis *Andalos* nuncupatus. Denique infinitis Auctorum, qui octavo, nono, & decimo sæculo vixere, testimoniis probari posset, *Mauros* Hispaniam inhabitantes *Vandalos* dictos fuisse; quod mirum videri non debet, cum ipsimet se se Andalos dicerent. Legenda quæ anno CCCCVII. num. XVI. hanc in rem in medium adduxi. Ex quibus tandem omnibus sequitur, neque *Vandaliam* hoc tempore communiter *Poloniam* dictam esse, nec ab hac varios populos Vandalos appellatos. Witichindus & Ditmarus, qui sub finem hujus sæculi floruere, & Antiqui qui res hoc sæculo gestas in literas misere, quos nunc Polonos, ipsi *Sclavos*, & Poloniam Slaviam de more vocant, non vero Vandaliam. Quare Lubienskii opinio non admittenda.

Lu-

X. *Eodem anno Bruno Archiepiscopus Coloniensis germanus Ottonis Imp. vir Ducatu pariter & Episcopatu dignissimus, quinto Idus Octobris obiit.* Hæc apud Reginonem. Extat ejus vita conscripta a (a) Rotgero monacho. Laudatur Bruno iste magnopere a (b) Ditmaro, quem intercessione sancti Pauli Apostoli receptum tradit inter Beatos in cœlum. Ab eodem citatur liber scriptus de vita ipsius, eique successisse tradit fratrem suum, cui nomen Gero, in cujus

(a) *Extat apud Sur. t. 5. die 11. Octob.*

(b) *Ditm. l. 2. Chro.*

PAGIUS XI. *Nullus Archiepiscopatus ante annum M. in Polonia erectus.*

Lubienskius laudatus, passimque Rerum Polonicarum Historici nullo fundamento innixi asserunt, tunc *Archiepiscopatus* in Polonia institutos, & Vandaliam alias tantam latitudinem habuisse. Nam, ut infra videbimus, Polonia quidem anno millesimo, quo ad Sancti *Adalberti* Reliquias venerandas *Otto III. Imp.* illuc accessit, Episcopos habebat, sed tunc primum *Gnesna*, quæ sedes Regia erat, in Metropolim erecta. Neque enim usus ferebat, ut in regionibus noviter lumine fidei illustratis statim Archiepiscopatus conderetur. Anno Christi millesimo Sanctus Stephanus Hungariæ Rex e suis Præsulibus unum ad Silvestrem II. Papam misit, *ut recens conversa Pannonia largam benedictionem impertiret, Strigoniensem Ecclesiam sua auctoritate Metropolim constitueret, reliquos Episcopatus sua benedictione firmaret*, inquit Cartuitius in Vita hujus sancti Regis; & tamen Pannonia seu Hungaria jam ab aliquot annis fidem Christianam amplexa fuerat. Imo *Bohemia* Moguntino Archiepiscopo subjecta fuit, isque Bohemiæ Reges coronavit, licet in ea Sedes Episcopales essent, usque ad annum MCCCXLIV. quo Clemens V. Pragam Archiepiscopali cathedra decoravit, ut eo anno num. VIII. apud Spondanum, fusiusque apud Baluzium in Vitis Paparum Avenionensium Tom I. in Notis ad tertiam Vitam Clementis V. a Bernardo Guidonis scriptam, legere est. Cum itaque non solum nullus antiquus Auctor referat Poloniam hoc sæculo Archiepiscopali sede insignitam fuisse; imo contrarium aliqui asserant, & id tantum anno millesimo contigisse diserte tradant; non video communem illam Historicorum Polonorum traditionem sustineri posse. Quod enim Lubienskius in Martiali secundo Episcopo Plocensi habet, seriem sc. ipsam Archiepiscoporum Guesnensium & Cracoviensium, eorumque Catalogos illorum opinionem refellere, qui *Poloniam* per aliquot annos Archiepiscopo caruisse existimarunt, levissimi est momenti adversus Auctores coætaneos, & ad rem tanti momenti adstruendam. Hundius in Metropoli Salitzburgensi, & Henricus Canisius in Antiquis Lectionibus Archiepiscoporum Salisburgensium varios Catalogos, eosque antiquissimos exhibent, in quibus nomina *Archiepiscoporum*, qui ab initio sæculi septimi usque ad initium octavi Salisburgensi Metropoli præfuere, descripta sunt; & tamen eam Ecclesiam ante octavi sæculi exordium Sedem Metropolitanam non fuisse certis argumentis me demonstrasse existimo. Hujusmodi itaque Catalogi, si alia desint, aut certa documenta contraria habeant, fidem facere non possunt: neque dubito, quin *Gnesna*, Cracoviaque, & aliæ Sedes Episcopales in Polonia hoc tempore erectæ Archipræsuli Moguntino usque ad annum millesimum subjectæ remanserint.

XII. *Moritur S. Bruno Archiep. Coloniensis.* Ad num. X. Rotgerus Monachus in vita sancti Brunonis Coloniensis Archiepiscopi a Surio ad diem XI. Octobris recitata, cap. 41. de ejus morte locuturus ait: *Cum Imperator tricesimum regni sui* (ab anno scilicet CMXXXVI. non a sequenti, ut putavit Baronius, deductum) *germanus ejus duodecimum Pontificatus sui ageret annum* (quem anno CMLIII. inierat) *nondum nisi vix prælapsus ætatis quadragesimum, Sanctam Pentecostem simul Coloniæ celebrantes, qua major mortalibus gloria concessa non est, se se invicem inter sancta solemnium dierum officia, una cum diva matre, sorore Regina, nepotibus, filiisque Regibus, totaque illa Deo dilecta familia, & cunctis regni Senatoribus adfuerunt. Constat enim nullum aliquando locum tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Hanc itaque gloriosissimi Cæsaris Augusti, & germani ejus, summi & incomparabilis viri Brunonis Archiepiscopi, fidam, Deoque placitam in omni voluntate & opere conjunctionem, hanc conspirationem in omni utilitate & honestate administranda & bene gerenda, hanc jucundissimam vitæ, officiorumque omnium societatem, mors sæva, mors horrenda, mors, inquam, sola diremit.* Remis obiit quinto Idus Octob. in reditu e Conventu Compendiensi, ubi *Nepotes* suos, idest *Lotharium* Francorum Regem, & Hugonis Magni filios *ab invicem dissidentes ad concordiam* revocavit. Ejus corpus Coloniam relatum, sepultum est *in monasterio Monachorum, quod in honore Sanctorum Pantaleonis, Cosmæ & Damiani, atque Quirini extra urbis muros construxit*, quod monasterium Ordinis Sancti Benedicti adhuc perstat. Hoc etiam anno Continuator Reginonis, Auctor Chronici Hildesheimiensis aliique mortem ejus consignant. Porro Rotgerus annum XXX. Ottonis Regis, non ad celebrationem festi Pentecostes, quæ hoc anno die XIV. Maii celebrata, sed ad *Brunonis* mortis diem refert. Is Lothariensis regni Ducatum & Episcopatum simul rexit. *Nemo autem super hac re illum culpabilem dicat*, inquit Chronographus Magdeburgensis ineditus; *nam Samuelem sanctum, & alios plures, Sacerdotes pariter legimus & Judices.*

XIII. *Moritur Adelbero Epist. Metensis.* *Adalberone* hujus nominis primo Episcopo Metensi anno superiori demortuo, ut legitur in ejus Epitaphio a Meurissio lib. 3. Episc. Metensium recitato, idque VI. Kalendas Maii, ut ex Necrologio Ecclesiæ Metensis & Chronico Sancti Trudonis part. 2. lib. 3. constat, *Theodoricus* seu *Deodericus* in locum ejus suffectus est præsenti anno, non vero superiori, ut perperam ibidem habet Meurissius. Continuator enim Reginonis ad annum CMLXV. ait, eo anno *Imperatore ab Italia redeunte* Adalberoni Metensi Episcopo *Thiedericum* consobrinum Imperatoris successorem institutum esse. In Vita ejus versibus a Sigeberto Chronographo descripta, & a Meurissio ibidem relata, inter alia dicitur:

A Rege clarebat secundus,
Vir alieni sub eo secundus,
Hic consobrinus Cæsaris inclyti
Hærebat illi militia & domi,
Regni ferens partes secundas,
Cæsaris alleviansque curas.
Regni per illum cuncta negotia,
Et jura stabant Ecclesiastica.

Ge-

jus consecratione visos S. Petrum Apostolum, & sanctum Ambrosium funden-
Ann. Eccl. Tom. XVI.

tes oleum, testatur, Regem vero detrectantem adhibere consensum, ab An-
X ge-

PAGIUS XIV. *Nicephorus Phoca Aug. Tarsum obsidet.* Gesta hoc anno in Oriente Leo Diaconus narrat, ex quo hæc in summam contraxi. Imperator *Nicephorus* in Cappadocia hyberna ducens animo discruciabatur, quod *Tarsum* prima statim aggressione capere non potuisset, sed ab ea haud secus leve telum fortiori impactum repulsus esset, inviolaviliterque dolebat, quod *Tarsenses*, vicinis undique bello confectis, ipsi soli reliquorum abierint, ejus fortitudinem subsannantes. Moxque *vere illucescente, hyemisque asperitate transacta*, pro eo ac jussæ erant copiæ, ad eum confluebant. Is igitur firmiter armato exercitu ad quater centena millia supraque collecto, sublatoque signo versus *Tarsum* ibat. Porro *Tarsenses* urbe egressi, firma acie ex adverso constipati stabant: Imperator vero ipse quoque robustam, fortemque manum sensim e castris educens, mediusque inter cohortes stetit; *cornu dextrum cum confertissima equitum turma ipse tenuit; in secunda Joannes cognomento Zimisces Ducis decentius honore pugnavit: vir ira impatiens, nimiaque audacia, ac si quis alius calentis animi, quamquam supra modum brevi statura erat, velut qui in fabulis habetur, vir bellicosus Tydeus. Verum inerat minusculo corpori heroica vis quædam, ardorque ac impetus, generosusque spiritus.*

XV. *Et capit.* *Nicephorus* vero Imperator, quod pene inaccessam aggressuque prorsus difficilem urbem noverat, operæ pretium duxit, eam fami tradere, castraque communire. Quoniam igitur *Tarsenses* cum insuperabili famis necessitate, tantisque copiis depugnare haud potis erant, paciscuntur cum Imperatore, & urbem certis pactis dedunt. Sic nimium urbs a *Nicephoro* capta, spoliorumque parte in milites distributa, assumtisque crucibus ex auro fabrefactis ac margaritis, quas Tarsenses variis præliis fusis, fugatisque Romanis ceperant, ad urbem Regiam reversus est. Cedrenus narrata Tarsi deditione, ait, Imperatorem, *Octobri mense indictione nona*, Constantinopolim rediisse, additque: *Attulit & Deo donum sui exercitus decimam, venerandas cruces captas, quando Scholarum Domesticus Stypeiotes Tarsum obsidens imprudentia sua cum omni exercitu funditus deletus: quas etiam sacrosancto templo Dei Verbi Sophia dedicavit.* De clade illa Stypeiotæ, quæ Basilio Macedone imperatore accidit, Cedrenus, Porphyrogenneta, aliique agunt.

XVI. *Ejus expeditio in Bulgaros.* Imperator, subdit Leo Diaconus, justo conscripto exercitu adversus *Mysos* processit: ac quidem præsidia atque castella Romanis finitima quotquot erant excursione unoque quasi impetu subegit: regionem vero considerans eamque saltuosam atque præcipitiis asperam, præruptamque videns: est enim ora plurimum aquosa, valdeque saltuosa, ac undique inaccessis montibus ambientibus clausa, ad *Æmum* atque *Rhodopen* sita, maximisque fluviis circumquaque irrigua, cavendum esse duxit, ne Romanas copias incomposito ordine per lubrica parumque tuta loca educens, velut pecora *Mysorum* gladio cædenda præberet. Aiunt enim haud raro Romanos ibi internecione deletos esse. Itaque Byzantium regressus est, ac quem *Calocyrum* vocant, Patricia dignitate auctum (hominem sane audentis omnino ac calentis ingenii) ad *Taurosçythas*, quos vulgo *Rossos* nominant, misit, data quindecim centenariorum auri summa, ejusque fidei commissa; qua illi accepta *Mysorum* fines invaderent. Ac quidem ille ad *Taurosçythas* iter contendebat: Imperator vero equestres ludos editurus in circo consedit; inter quæ jubet intra se positæ cohorti, ut in stadium descendentes, inque simulatos adversarios strictis gladiis irruentes ad bellum exercerentur. Byzantini vero militum collidentium impetu ac fragore conterriti, atque spectaculi novitate in pavorem acti domum quisque currebant. Cumque alii alios comprimerent, plurimi miserabilem in modum conculcati ac suffocati sunt: ea res Byzantinorum in Imperatorem odii scintilla fuit. Huic comes accessit ejus germani ac *Curopalatæ Leonis* scelus: is nimirum virili ac militari pristina indole valere jussa, penuriam tritici rerumque necessariarum immitem caritatem invexerat, & Imperator ipse tributa nunquam hactenus exacta imponebat. Aiunt autem, sive Astrologorum quopiam divinante, sive Monachorum cælibemque vitam profitentium cujusdam vaticinio præmonente, in Imperatoris aurem venisse: *Vitam illi in Regia ac Palatio explendam, parricidiali civium necato manu. Eo itaque formidolosus pavidusque effectus oraculo, ab altera parte vergente in mare ad alteram maris partem ducto coptoque aggere ac terminato, murum qui & nunc cernitur extruxit, sublimem sane atque validum, atque Regiam ac Palatii ædes, ut augurabatur, communiens, ab omni tutas injuria fecit.*

Rursus vero incendiarias tuto saburratas ac stabilitas, onerariasque magna armorum militumque copia, impletas in Siciliam misit: ac classi quidem Nicetam Patricia dignitate fulgentem (virum religiosum ac venerabilem, tametsi eunuchus erat,) ducem præfecit, equestri vero militia Manuelem consobrinum suum, vir nimirum calentis ingenii præfractaque audacia, propeque furentis animi. Superato itaque mari Adriatico, Siciliamque appulsi cum navibus excendissent, aciem instruxerunt. Tanta vero a principio felicitate, sieque rebus secundis usi sunt, ut ipso clamore atque impetu clausas urbes longe celebres Syracusam atque Hymeram ceperint: præterea quoque Tauromenium & Leontinos in potestatem redegerint. Haud enimvero futurum erat, ut invida fortuna in finem usque plenis eis velis aspiraret, sed ut valido, sævoque flatu adverse spirans res naufragio mergeret; id quomodo evenerit jam oratio palam declarabit. XVII. *Expeditio Sicula Græcorum.*

Siculi, cum tanta vi insuperabilique Romanorum audacia atque animis non possent resistere, relictis urbibus atque oppidis angustias montium subierunt, locisque opportunis in manipulos atque robortes coierunt. Manuel igitur, cum par esset, acceptas urbes præsidio tenere, omnemque agrum pascuum ac campestria sibi addicere, nec non fugaces a pabulatu, ac quibus reliquis sustentari vita posset, arcere. Sic enim fame exhaustis duorum alterum necessario evenisset, ut vel ipsis Romanis deditionem facerent, vel necessariorum penuria interirent: is vero superioribus jam victoriis ultra modum elatus, per salebrosa, præruptaque loca fugaces scrutans insequebatur. Jam vero per eas locorum angustias dissoluta XVIII. *Infelix fuit.*

pha-

gelo minis exterritum tradit. Cujus & mater Hidda peregrinata Hierusalem, illic clara virtutibus, sancto fine quievit.

An-

PAGIUS phalange, ac per scopulos, scissasque valles & lustra rimasque incomposite effusa, qui priores insidias posuerant Barbari, strepitu inconditisque vocibus e latebris exciti in eos repente irruerunt. Hi porro inopinato eventu stupefacti prorsusque exterriti, in fugam declinarunt. Barbari vero irruentes pecudum more Romanos dire jugulabant. *Sublatus ipse quoque Manuel: quotquot vero Romanorum gladii aciem effugere, vivi ab Agarenis capti sunt, ac sub jugum missi. Jam autem terrestri exercitu in potestatem redacto ad littus festine accurrentes, quo loco Romana classis in anchoris stabat, ejus partis plurima impetu compotes evaserunt. Captus est & Patricius Nicetas, Afrorumque Duci missus captivus. Ex tanto itaque exercitu, pauco quodam exiguoque numero fuga lapsi ad Nicephorum Imp. venerunt. Is porro tantarum copiarum audita strage contristatus quidem est, animoque indoluit, tanto scilicet opera negotio eventuque sic inauspicato.* Hæc Leo Diaconus.

XIX. *Hoc anno suscepta.* Infelicis hujus expeditionis meminit Leo Protospata in suo Chronico ad annum CMLXV. *Introivit Manuyei Patricius in Siciliam, & ibi moratus est.* Ubi Codex MS. Ducis Andriæ recte habet, *Manuel*. Noweirius in Historia Siciliæ, quem sequitur Inveges in suo Chronico prodit. *Manuelem Patricium* in Siciliam excensionem fecisse *medio mense Shawal*, anni Hegiræ CCCLIII. ideoque die quinta mensis Novemb. superioris Christi anni, subditque, *post aliquod tempus* ventum esse ad prælium decretorium, in quo Christiani, postquam diu & fortiter pugnassent, victi, eorum Præfectus occisus, paucique fuga saluti suæ consulere potuere. Domesticus Imperatoris Constantinop. qui cum aliis copiis urbem *Messanam* obsidione cingebat, ab eadem destitit, & non multo post *Rametha* munitissimum oppidum a Christianis possessum; in Musulmannorum potestatem venit. Siciliæ tunc præerat *Abmedesian* illuc a *Muazzo Ledinilla* Africæ Calipha missus. Tandem pax Domesticum inter & Musulmannos anno Hegiræ CCCLVI. (Christi sc. CMLXVII.) composita, & duobus consequentibus annis *Tauromenium* & *Rametha*, urbes a Musulmannis Christianis ereptæ *Muazzi* Caliphæ jussu eversæ ac incensæ, annoque Hegiræ CCCLXV. Christi sc. CMLXXVI. *Rametha* a Saracenis reædificata, quo anno Christianos inter & eosdem Saracenos bellum in Siciliæ renovatum. *Abulcasem* Siciliæ Amera tribus præliis Christianos superavit, & in quinto ipsemet occisus anno Hegiræ CCCLXXII. Christi scilicet CMLXXXII. Denique Consentia vulgo *Cosenza*, Calabriæ urbs, Ptolemæo, Straboni, aliisque memorata, hoc anno a Saracenis capta, flammisque tradita. Ughellus quidem Tom. X. Italiæ sacræ scribit, id factum anno CMLXXV. sed is error typographis attribuendus videtur. Hieronymus enim Marafiotus, Franciscanus Calaber in Chronicis & Antiquitatibus Calabriæ, in quibus de civitatibus & castris ejusdem provinciæ diligenter disserit, dicit id eo tempore contigisse, quo *Otto* in Germania erat, & Joannes XIII. Papa Capuæ exul agebat, ideoque hoc Christi anno.

I. Jo. Papa Romam revocatur. ANnus sequitur Redemptoris nongentesimus sexagesimussextus, Indictione nona, cujus autumnali tempore Otto Imp. in Italiam rediit, non propter Adelbertum solum adhuc regium nomen gerentem & omnia perturbantem, sed propter Joannem Pontificem, quem a Romanis ejectum accepit: *Tunc Romani* (inquit auctor, qui apud Reginonem Auctarium junxit) *Imperatoris metuentes adventum, Rotfredo Urbis præfecto, qui ab Urbe Joannem ejecerat, mortuo, a custodia, qua tenebatur, Joannem Apostolicum absolvunt, & veniam pro malis, quæ ei ingesserant, poscentes, in locum & Sedem suam illum restituunt.* Et paulo post: *Eodem anno quondam Italiæ Rex Berengarius exul moritur, & in Bamberge regio more sepelitur. Cujus vidua Voilla antequam sepeliretur, sibi velum sanctimoniale assumpsit.* Hæc ibi.

Cæterum de his, quæ spectant ad Ottonis vindictam, qua prosequutus est hostes ipsius Joannis Romani Pontificis, hæc insuper accipe ex Auctario ad Anastasium: *præter pulsos Consules ex Italia, & Tribunos necatos suspendio, Præfectum ipsum, qui successerat Rotfredo, fuisse nudatum, & asino impositum, utreque redimitum, ad ludibrium circumductum fuisse, virgis cæsum, carceri demum traditum. Cadaver vero Rotfredi Præfecti e sepulcro extractum in diversa loca distractum ac dissipatum. Talia sunt passi Romani in Pontificem per-* II.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hisp. MIV. Anno Hegiræ CCCLVI. inchoato die 27 Decemb. fer. 2. A.C. 966.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6459.

☉ 23. G. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 966.

JOANNIS XIII. PAPÆ 2.

OTTONIS IMP. 5.

NICEPHORI PHOCÆ IMP. 4.

I. *Quarta profectio Romana Ottonis M.* AD numer. I. & seq. *Ottonem* Imp. hoc anno iterum Romam profectum esse testantur Continuator Reginonis, Lambertus Schafnaburgensis & Chronographus Hildesheimiensis. Est hæc quarta ejusdem Imperatoris profectio Romana, non vero tertia ejus profectio Italica, ut perperam tradit idem Chronographus Hildensheimensis. *Otto* enim anno CMLI. Adelhaidem Papiæ sibi matrimonio copulavit, in prima scilicet profectione sua Italica, cujus respectu hæc quarta fuit. Anno CMLI. *Otto Magnus* Romam non venit, ut ibidem diximus. De quarta profectione Romana hæc Continuator laudatus: *Imperator Coloniæ natalem Domini celebravit, cunctaque ibi Regni Lothariensis negotia prout sibi videbatur, disposuit. Erkanbertus Virtzburgensis Cœnobii Abbas obiit, & Imperator electione Monachorum Adelbertum Regis ordinatum Episcopum eidem monasterio præfecit.* Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Sancto Adalberto Archiepiscopo Magdeburgensi primo, ex Chronico Magdeburgensi MS. recte observat, in isto Continuatore pro *Virtzburgensi*, legendum esse *Vicemburgensis Cœnobii*. Insigne est istud in Diœcesi Spirensi monasterium, cujus originem ad Dagobertum Regem plerique referunt. *Adalbertum* autem non in insulam Rugiam, sed in Russiam Albam, hodie Moscoviam appellatam, missum fuisse jam suo loco demonstravimus.

II. *Otto M. Longobardorum audaciam reprimit.* Pergit idem Continuator: *Udo Comes conjurationem cum Adelberto Berengarii filio habens, & in Italiam ad execrandum VValdonem Cumanum Episcopum ire disponens, Imperatoriæ majestatis reus esse convincitur, & sacramento, ne aliquatenus ullas partes regni præsumat ingredi, regno expellitur... Imperator in Italiam iterum ire disponens, Assumptionem beatæ Mariæ Virginis VVormatiæ celebravit, ibique habito cum omnibus Regni Majoribus consilio, inde per Alsatiam & Curiam Alpes transcendens, Italiam intravit, & Sigovulfum Placentinum Episcopum, quosdamque ex Comitibus Italicis propter Adalbertum priori anno a se deficientes, in Transalpinas partes Franciæ vel Saxoniæ custodiendos direxit.... Eodem anno Berengarius quondam Italiæ Rex exul moritur, & in Babenberg Regio more sepelitur; cujus vidua Villa antequam sepeliretur, sibi velum sanctimoniale assumsit.* Nulla post hæc mentio occurrit *Adelberti*, qui cum Berengario patre per aliquot annos in Italia regnavit. [s] Sic *Otto* his severitatis exemplis Longobardorum audaciam coercuit, & postea Romam profectus est, ibique Natale Domini celebravit, ut habet Continuator Reginonis, qui annum sequentem ab eo die incipit.

III. *Lotharius Francorum Rex Emmam ducit.* Frodoardus antequam Chronicon suum absolvat, ait: *Anno CMLXVI. Lotharius Rex* (nempe Francorum) *uxorem accipit, Emmam filiam Regis quondam Italici*, Lotharii scilicet, qui ante Berengarium II. de cujus morte mox egimus, in Italia regnavit. Ex hoc matrimonio natus *Ludovicus* dictus *Iners*, qui ul-

NOTÆ [s] SUpremos Adalberti eventus unus quem sciam, nobis servavit Benzo Episcopus Albæ-Pompejæ in Liguribus, qui res gestas Henrici III. Imperatoris descripsit apud Lodevvig in Reliquiis tom. 9. pag. 300. Scribit enim de illo. *Quem magnus Otto exterminavit ab Italia; sed deficiente terra receperunt eum maria. Ubi per triennium jactatus fluctibus evasit captivus, veniensque Augustodunum obiit peregrinus.* Hæc ante Benzonem vulgatum nemo adhuc norat. MANSI

perduelles. Exprobravit autem postea Nicephorus Imp. Ottoni hanc quam exercuit in Romanos sævitiam, dicens: Romanorum alios gladio, alios suspendio interemit, oculis alios privavit, exilio alios relegavit, & Imperii nostri sibi per civitates homicidio aut incendio sibi subdere tentavit. Hæc Nicephorus: quem tamen redarguit Legatus Ottonis Luitprandus, ut auditurus eris in ejus relatione ad Ottonem Imp. scripta. Porro adventus Ottonis in Urbem in fine anni hujus contigit, cum & diem Natalis Domini ibi celebravit.

An-

PAGIUS ultimus Regum Francorum Secundæ Familiæ fuit, ut infra videbimus.

IV. *Moritur Frodoardus.* In fine Chronici *Frodoardi* antiqua manu scriptum legitur, *hoc anno* Frodoardum Remensis Ecclesiæ Presbyterum, honore Sanctitatis venerandum. *quinto Kalendas Aprilis* terrenæ peregrinationis reliquisse exilia. In Necrologio Ecclesiæ Remensis eadem die mentio est *Frodoardi*, sed sine tituli gradusve adjectione teste Sirmondo. Composuit *Remensem Historiam* quatuor libris, ex vetustis illius Ecclesiæ Archivis, Conciliorum Actis, Gestis Martyrum, aliorumque Sanctorum Epistolis Pontificum, aliisque Monumentis erutam. Scripsit etiam versibus libros XV. *de Triumphis Italicis Martyrum & Confessorum:* item libros tres *de Triumpho Christi & rebus Sanctorum Palæstinæ:* libros duos *de Triumphis Christi & rebus Antiochiæ gestis*, & ut ipsemet testatur lib. 3. Hist. cap. 6. *Miracula* suo tempore facta in Ecclesia B. Mariæ ab Hincmaro ædificata. Sed libri isti nondum editi, præter ultimam partem libri XII. *de Triumphis Martyrum & Confessorum* a Gregorio II. usque ad Leonem VII. a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. II. publicatam ex Codice MS. qui extabat Parisiis in Bibliotheca Patrum Carmelitarum Discalceatorum, postea in Arverniam translato in Bibliothecam Cœnobii ejusdem Ordinis.

V. *Edgari Anglorum Regis pietas.* *Turketulus* e Cancellario Angliæ Monachus & Abbas Crulandensis creatus multos literatos traxit, *quorum decem secum schema monachicum susceperunt, cæteri rigorem religionis abhorrentes, adhuc in seculari habitu permanebant: at nihilominus secum in monasterio habitabant, quia præsentia ejus nullo modo carere poterant*, inquit Ingulphus in Historia Crulandensi, qui addit, obtinuisse eum ab Edgaro Angliæ Rege *octavo anno regni sui*, Dunstano Archiepiscopo Cantuariensi sibi familiarissimo, & Osketulo cognato suo intercedentibus, Chartam Regiam de confirmatione Croylandensis monasterii, quam recitat, & Diploma aliud ab Edgaro Rege adversus violatores præfatæ Cartæ, datum *anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo sexto.* Tandem Turketulus *anno Dominicæ Incarnationis CMLXXV. qui erat Edgari Regis decimus sextus & ultimus, die undecimo mensis Julii* spiritum Deo reddidit, inquit idem Ingulphus. [1]

VI. *Concordia de uniformi ritu servando in monasteriis Angliæ.* S. *Dunstani* Archiepiscopi Cantuariensis, aliorumque Episcoporum, qui pro monachis & monasteriis excubabant, muneris erat, ita fundare monasteria omnia, legibusque munire ut unanimes omnes & unius moris, in domo habitare & Deo servire possent. Is igitur e variis, quæ domi forisque didicerat religiosæ vitæ exercitiis Regulam composuit; ad quam omnium Regularium loca componeret, & utrumque sexum Benedictinæ sectæ perfectionem profitentem, cogeret; non obstante locorum personarumque differentia. Quoniam vero omnium provinciarum intererat, Monachorum mores & vitam contemplari; voluit etiam omnium Episcoporum suffragio probari, quod ipse pro monasticæ conversationis sanctitate digesserat. *VVintoniam* itaque prælati conveniunt, Edgaro Rege jubente, ut indicat rei gestæ proœmium, quod Alfordus hoc anno ex Seldeno, qui illud ex vetustissimo exemplari scripsit repræsentat. Quod vero in Proœmio Dunstanus scribat de Edgaro: *Reguli functus officio, veluti Pastorum Pastor, solicitus, a rabidis perfidorum rictibus, uti hyantibus Luporum faucibus, oves quas Domini largiente gratia studiosus collegerat, muniendo eripuit*, Casaubonus in Epistola dedicatoria contra Baronium adversus Ecclesiasticos argumentum sumit, quia ibidem Edgarus a viro Ecclesiastico dicitur *Pastor Pastorum*. Verum, ut recte ibidem Alfordus, non dicit Dunstanus, Edgarum esse *Pastorum Pastorem*, sed tantum *Pastorem veluti Pastorem*, quod longe aliud est, cum si Pastori similis, simpliciter pastor dici non debuit. Sic Eusebius in Vita Constantini lib. 4. cap. 22. *Ad hunc igitur modum ille Deo suo, quasi Sacerdos quidam, sacra faciebat*, & iterum lib. I. cap. 36. *Constantinus Ecclesiæ Dei eximiam & peculiarem curam adhibens; cum quidam inter se in diversis locis dissensione discordarent, tanquam communis Episcopus a Deo constitutus, Ministrorum Dei coegit Concilium.* Constantinum itaque Edgarus imitatus Concilium illud coegit, & sanctionem publicavit, qua regularis concordia Monachorum & Sanctimonialium in Anglia viventium stabilitur, quæ legenda Tom. IX. Concil. pag. 667. & seqq.

NOTÆ [1] UTrum hæc Ingulphi Chronologia de annis Edgari veritati cohæreat, ambigo; nam in historia S. Etheldredæ reginæ, & abbatissæ Eliensis in Anglia, a Thoma Eliensi sanctimoniali ante exitum sæculi 12. conscripta, vulgataque a Bollandistis ad diem 23. Junii, pag. 489. &c. recitatur pag. 525. ejusdem Edgari diploma pro Eliensi monasterio datum, signatumque, *anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi nongentesimo septuagesimo, Indict. tertiadecima; anno regni mei eque tertiodecimo &c.* Si ergo anno 970. annum Regni 13. agebat, quomodo anno 975. annum. 16. regni numerabat? Forte tamen Ingulphus annos incompletos neglexit. MANSI

I. Concil. Ravennæ celebratum.

ANno Redemptoris nongentesimo sexagesimoseptimo, Indictione decima, *Otto Imp.* (ut apud Reginonem legitur) *ubi Natalem diem Domini Romæ celebrasset, Ravennam profectus est una cum Joanne Romano Pontifice, ubi celebrato Paschate plurimos ex Italia & Romania Episcopos coadunavit, & habita Synodo, multa ad utilitatem sanctæ Ecclesiæ adinvenit. Et Apostolico Joanni Urbem & terram Ravennatium, aliaque complura multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata reddidit. Eumque inde Romam cum magna lætitia remisit. Ipse vero in partes Tusciæ secedit.* Hæc de his apud Reginonem. Verum

---

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MV. Anno Hegiræ CCCLVII. inchoato die 6. Decemb. fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6460.

☉ 24. F. ☽ 18. P. 31. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 967.

JOANNIS XIII. PAPÆ 3.

OTTONIS IMP. 6.

NICEPHORI PHOCÆ IMP. 5.

A.C.967. I. *Concilium Ravennense.*

AD num. I. Concilium Ravennense hoc anno celebratum juxta Continuatorem Reginonis, qui ait: *Otto Imperator Romæ natalem Domini celebravit: & excepto Præfecto Urbis, qui aufugerat, tredecim ex Majoribus Romanorum, qui auctores expulsionis Domini Joannis Papæ fuerant, suspendio interire jussit* (vides Ottonem, sicuti ante eum Carolum M. & alios supremo jure in Romanos a Joanne XII. donatum fuisse). *Inde progrediens per Spoletum, Ravennam adiit: ibique Pascha celebrans cum Domino Joanne Papa, plurimos ex Italia & Romania Episcopos coadunavit, & habita Synodo multa ad utilitatem S. Ecclesiæ adinvenit. Et Apostolico Joanni Urbem & terram Ravennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis Pontificibus erepta* (quæ scilicet Berengarii occupaverant, ut recte Rubeus in Hist. Ravenn. lib. 5. pag. 261.) *reddidit* (seu data anno CMLXII. confirmavit), *eumque inde Romam cum magna lætitia remisit.* Ex his verbis etiam liquet, quod jam supra insinuavimus, Reges sc. Italiæ nullum jus, neque in Urbem, neque in Ducatum Romanum, neque in Exarchatum Ravennensem habuisse, ideoque quæ ipsi usurpaverant, Ecclesiæ Romanæ restituta, & donationes a Pippino & Carolo M. factas ab Ottone confirmatas fuisse.

II. *Institutio Archiep. Magdeburgensis.*

Tom. IX. Concil. pag. 675. refertur ex Chronico Magdeburgensi MS. Archiepiscopatus Magdeburgensis institutio in hoc Concilio peracta: *Serenissimus Imperator Augustus Otto*, inquit Chronographus, *qui eandem S. Synodum ob communem imperii sui salutem congregaverat, plurimas Sclavorum nationes ultra flumen Albia in confinio Saxoniæ multo se labore & nimis sæpe periculis ad Christum convertisse coram omnibus retulit: rogans, ut quod ipse summo studio Deo mancipaverat, pastores negligentia ad vomitum redire non sineret. Hujus dignam relationem, & tantam fidei confessionem Sancta Synodus benigna aure suscipiens, Deoque in his omnibus gratias agens, tot Sclavorum populos ad Deum noviter conversos nonnisi per Episcopos in convenientibus locis in unaquaque eorum provincia, secundum populi quantitatem, in rationabilem terræ divisionem constituendos, ad hoc animari atque erudiri posse censuit.* Paulo post: *Est civitas in Parochia Halberstadensis Episcopii, Magdeburg dicta, in confinio Saxonum & Sclavorum in ripa fluminis Albiæ; in qua isdem serenissimus Cæsar populi multitudinem adunavit, Ecclesias construxit, plurimorumque Martyrum, beati scilicet Mauricii, & Innocentii, aliorumque innumerabilia corpora sanctorum illuc transferens, Canonicosque inibi Deo famulantes constituens, ad eorumdem victum & Ecclesiæ utilitatem, castra, villas, prædia, decimasque cum universis adjacentiis affluenter ex proprio concessit. Placuit igitur omnibus apud prædictam civitatem Magdeburg Archiepiscopalem fieri cathedram, eo quod hæc in confinio Sclavorum, ut prædiximus, loco videretur opportunior, & in ejus propagatione voluntas Imperatoris esset amplior*, &c.

Præterea in Concilio Ravennensi *Heroldus* Salisburgensis Archiepiscopus depositus & excommunicatus; *Fridericus* vero ejus loco Archiepiscopus creatus, ut docet Epistola Joannis Papæ XIII. Patribus Ravennensibus data, in cujus fine legitur. *Actum Ravennæ VII. Kal. Maii, per manum Stephani Scriniarii S. Romanæ Ecclesiæ, in mense Aprili, & indictione X. in præsentia omnium Sanctorum Episcoporum.* Anno CMLIV. ut ibidem num. I. ostendimus, Heroldus ob rebellionem excæcatus fuerat, & tamen non desistebat, *contra canonicam & Apostolicam auctoritatem nefaria præsumptione post suorum oculorum amissionem sacrum celebrare mysterium, & quod ridiculum est, Pallium gestare solemniter. Hoc namque*, inquit Pontifex in laudata Epistola, *non ad modicam hæreseos vesaniam attinet, & nobis, omniumque fratrum orthodoxorum prudentia debet videri execrabile: præsertim cum ipse pro sua culpa & perfidia temeritate exoculatus sit, eo quod Ecclesias Dei expoliaverit, thesaurum Paganis erogaverit, seque eis junxerit, in Christianorum necem & deprædationem, contra dominum Imperatorem suum seniorem rebellis & infidelis extiterit: & proinde a decessoribus nostris sanctæ memoriæ Pontificibus omne sacerdotale officium sæpe ei sit interdictum: atque electione & postulatione omnium pene nobilium, Bauvariorum scilicet Clericorum & Laicorum, S. Romana mater Ecclesia, sua auctoritatis Privilegio Fridericum virum venerabilem & cunctis laudabilem loco ejusdem Heroldi fieri, esseque Archiepiscopum omnino decreverit.* Quapropter idem Pontifex Decessorum suorum auctoritatem sequens, & Patrum Ravennensium assensione roboratus, ipsius *Heroldi* hæreticam & temerariam pravitatem damnat, eique communicantes excommunicat, ac jam dicto Friderico dignitatem Saltzburgensis Archiepiscopatus III. *Heroldus Archiepiscopatu Saltzburgensi depositus excommunicatur.*

rum ista de restitutione ablatorum facta jam fuerant, ubi Otto a Joanne Duodecimo coronatus est Romæ scriptoque diplomate insinuata, atque ipsius Imperatoria & Episcoporum ac Comitum subscriptione firmata. Quamobrem quæ hic

PAGIUS

tus confirmat. Porro ex ea Epistola die XXV. mensis Aprilis data Ravennensis Concilii epocha constituenda. Extat ea Tom. IX. Concil. pag. 674. Præterquam quod eandem Regino citatus accurate notat.

IV. *Duo Concilia Ravennensia distinguenda.* Verum duo Concilia Ravennensia distinguenda quorum alterum hoc anno, alterum insequenti indictum. De priori tantum loquitur Baronius, & ex eo Collectores Conciliorum, in eoque institutio Archiepiscopatus Magdeburgensis rata habita. In secundo anno CMLXVIII. celebrato ad finem perductum, quod hoc anno circa Magdeburgensis Archiepiscopatus institutionem inchoatum fuerat. Utriusque Concilii diserta mentio in instrumento de institutione hujus Archiepiscopatus, relato a Labbeo Tom. IX. Concil. & a Meibomio in fine suarum ad Witichindum Notarum pag. 208. sed instrumento a Labbeo recitato a quopiam interpolatore male additus est annus Incarnationis CMLXVII. qui rectius abest ab exemplari, quo usus est Meibomius; certum enim illud anno tantum sequenti exaratum fuisse, ut ex ejus lectione manifeste liquet. In eo de prima Synodo dicitur: *Habita est Synodus Ravenna in suburbio, in Ecclesia beati Confessoris Episcopi Severi, residentibus domno Joanne Summo universali Pontifice & pluribus Italia, Germania, & Gallia Præsulibus, & de statu Ecclesia tractantibus, adstante etiam innumerabili Clero & populo.* Otto Augustus sanctam Synodum consuluit, rogans, ut quod ipse summo studio Deo mancipaverat, Pastoris negligentia ad vomitum redire non sineret. Synodus judicavit, tot Sclavorum populos ad Deum noviter conversos ab Archiepiscopo regi & eruditi oportere. *Placuit igitur omnibus apud prædictam civitatem Magdeburg Archiepiscopalem fieri cathedram, eo quod hæc in confinio Sclavorum loco videretur opportunior, & in ejus propagatione voluntas Imperatoris esset amplior. Adhæc Imperator precibus & Dei voluntate commotus, sancta congregationis decreto paruit, & hoc Privilegio Apostolica Sedis corroborari dignum duxit: quod & actum est, & a Summo Pontifice, omnibusque Præsulibus Italia, Gallia & Germania, qui aderant, propriis manibus corroboratum. Cæterum quia Præsul Halberstadensis Synodo huic non affuit, causa clausulam in ejus adventum differre placuit, ut civitatem ipse a debito subjectionis absolveret, & tunc demum Privilegium & subscriptio illibata fieret.* Hæc de priori Synodo Ravennensi hoc anno congregata, quæ etiam a Chronographo Magdeburgensi laudato pag. 272. iisdem fere verbis narrantur.

V. *Quid actum sit in II. Conc. Raven.* De secunda Synodo Ravennensi in præfato instrumento post recitata ex eo verba statim subjicitur: *Eo ergo revoluto anno* (nempe CMLXVII.) *& altero dimidio transacto, cum Hattonem Archiepiscopum Moguntiacensem & Hildiwardum Episcopum Halberstadensem Ravennam convenire contingeret, sanctissimus Imperator, si bona voluntate commutationem parochia Halberstadensis Ecclesia ad Magdeburgensem fieri vel coram Archiepiscopo Ravennate & Episc. comprovincialibus eos omni dilectioni convenit. Tunc venerabilis Hildewardus Episc. in præsentia omnium & prædicti Præsulis Hattonis hoc se pro Deo nullo modo negare & contradicere posse.* Deinde narratur concambium inter Ecclesiam Magdeburgensem & Halberstadensem in Synodo factum, idque anno sequenti, post annum nempe & dimidium a priori Synodo, quæ ideo post Pascha habita fuerat. Idem legitur in citato Chronico Magdeburgensi, in quo etiam dicitur: *Huic etiam concambio confirmando Petrus Ravenna Archiepiscopus, & plurimi Episcoporum Italia & Germania subscripsere, anno Dominica Incarnat. CMLXVIII. indictione duodecima, imperii autem ipsius domini Ottonis VII. regni vero XXXIV.* sed loco, *regni XXXIV.* legendum, *regni XXXIII.* certum enim Ottonem annos Regni ab anno CMXXXVI. deduxisse. Porro ex indictione XII. Kalendis Septembris in Italia anno CMLXVIII. incepta apparet secundum Concilium Ravennense post illum diem celebratum. [1]

VI. *Adelbertus post Conc. Raven. II. Pallium Roma accipit.* Paulo post Chronographus Magdeburgensis ait, Ottonem Imp. Adelbertum, *qui dudum Treviris de cœnobio Sancti Maximini Monachus abstractus & Episcopus consecratus ad prædicandum Rugis* (idest Russis) *fuerat destinatus, Romam pro Pallio & Privilegio ab Apostolica Sede suscipiendo cum literis sua auctoritatis direxisse. Sedit eo tempore in clavigeri cœlestis Petri cathedra, gratia & nomine Joannes Papa nominis illius XIII. in ordine vero Rom. Pontif. CXXXVI. Hic igitur benignissime illum suscipiens pro pro studio gloriosissimi Imperatoris, quod in amplificatione divini cultus habebat gaudens, ideoque justis ejus petitionibus annuens, illum Apostolica auctoritate Archiepiscopum fore, ejusque successores decrevit. Cui & Pallium ad Missarum solemnia celebranda dedit, & ipso nomine dilectione commonitus XV. Kal. Novemb. id est, in fe-*

NOTÆ

[1] PAgii conjecturam de duplici Synodo Ravennæ celebrata, alia quidem hoc anno, alia vero succedenti 968. lubens admitto; sed de mense quo utraque coacta fuit certiora daturus sum ex Diplomatibus vulgatis in Spicilegio Lunigii, ubi de Magdeburgensibus agit. Occurrit ibi bulla Joannis data *in mens. Aprili Indict. X.* in qua Pontifex actam scribit Synodum Ravennæ die XII. Kal. Mais anno Ottonis VI. & apostolatus sui II. in qua institutio Archiepiscopatus Magdeburgensis stabilita fuit. Hæc ergo dies synodi anni 967. nisi forte pro XII. Kal. legendum sit XI. Kal. quæ Dominicalis erat. Altera vero Synodus Octobri mense anni 968. assignanda est, ut spatium anni cum dimidio, quod inter utramque Synodum intercessit perspicue demonstrat & probat Ottonis Diploma relatum ibid. num. L. quod datum est ab eo Ravennæ *die VII.* (lege VI.) *Non. Octobris anno 968. Imperii ejus VII.* Ex quo intelligimus Imperatorem tunc Ravennæ egisse, & de Archiepiscopatu Magdeburgensi, cui in eo Diplomate providet, tractasse. MANSI

hic in Concilio Ravennate hæc de ra facta dicuntur, nihil præterea quam confirmatio præteritæ concessionis fuisse videtur, cum aliquo additamento, nimirum ejus quæ a Leone Papa concessa fuerant ipsi Ottoni Imp. promissionis

PAGIUS *fosto sancti Lucæ Evangelistæ ordinavit* (idest Pallium concessit) *& Privilegio Apostolicæ auctoritatis sanxit, ac confirmavit, eum in ordine Ecclesiastico Primatum habere omnium Ecclesiarum, Archiepiscoporum, qui in Germania sunt ordinati, in Gallia quoque Coloniensi, Trevirensi Archiepiscopis, per omnia honore similem esse*, &c. *Præterea statuit eum esse Metropolitanum totius ultra Salam & Albiam Slavorum gentis tunc ad Deum conversæ vel convertendæ, & ut secundum desiderium Imperatoris in his civitatibus, in quibus olim barbari ritus maxima viguit superstitio, idest Cizi*, (seu Zitiæ vulgo *Zeitz*, in Misnia provincia sitæ, quæ sedes postea Neoburgum, vulgo *Naumburg*, in eadem provincia positum translata) *Misni*, (seu Misnæ, vulgo *Meissem*, in Misnia regione sitæ) *Merseburg*, quæ Urbs est ejusdem provinciæ) *Brandemburg, Havelberg, Pornam*, (legendum, *Poznam*, quæ Urbs Poloniæ Inferioris Posnania nunc appellata, vulgo Posnam) *in honorem Domini Episcopia fundarentur, quorum Pastores secundum canonicam auctoritatem Magdeburgensi Episcopo fidem & subjectionem debendo sortiarentur.*

VII. *Episcopatus Brandeburgensis & Posnaniensis ante hoc tempus fundati.* Quibus tamen ex verbis male quis colligeret, omnes illos Episcopatus post annum CMLXVIII. fundatos fuisse. Idem enim Chronographus pag. 272. de conditu urbis Magdeburgensis, quem ad initium regni Ottonis M. refert, verba faciens, ait: *Non longo post tempore ipse* (sc. Otto) *in terra Slavorum Brandeburg beato Petro Apostolorum Principi, & Havelberg Dei Genitrici Episcopatus duos construxit, & Moguntiæ Metropolis suffraganeos esse constituit.* Adhæc Ditmarus lib. 3. pag. 35. tradit, *Brandeburgensem Episcopatum XXX. annos ante Magdeburgensem constitutum.* Quare cum Magdeburgum hoc anno sede Archiepiscopali exornatum fuerit, Brandeburgum Episcopali sede donatum circa annum CMXXXVII. Denique idem Ditmarus lib. 2. pag. 20. loquens de Episcopis hoc anno consecratis, de quibus mox: *Additus est*, inquit, *his confratribus Brandeburgensis Ecclesiæ Pastor Ditmarus ante hos auctus, & Jordan Episcopus Posnaniensis*, de quo anno CMLXV. sermonem habuimus. [s]

Sed redeo ad Chronographum Magdeburgensem, qui pergit: *His & aliis, quæ Privilegia adhuc inibi consecrata*, (legendum, conservata) testantur, Synodali decreto (in secunda Synodo Ravennensi anno sequenti indicta) *ordinatis, & interminatione Dei & Apostolici nominis confirmatis præfatus Archiepiscopus cum Legatis Romanæ Ecclesiæ, VVidone scilicet Episcopo Bibliothecario* (Episcopo Cardinali Sylvæ Candidæ, cujus mentionem facit Luitprand. lib. VI. c. VI. de quo etiam Ciampinius in Catalogo Bibliothec. Sedis Apostolicæ pag. 21. & seq.) *& Benedicto Cardinali* (Archidiacono Ecclesiæ Romanæ, qui subscripsit Privilegio a Joanne XIII. Ecclesiæ Beneventanæ concesso, de quo Ughellus in Episc. Beneventanis Tom. VIII.) *qui illum cum Hildevvardo Halberstadensi Episcopo sedi suæ inthronizarent, dimissus ad Imperatorem remeavit latus, quem Imperator nihilominus gaudens, utpote beati desiderii sui compos, cum literis commendatitiis Magdeburgum destinavit. Illuc ergo ex præcepto Imperatoris Episcopi, Marchiones & reliqui Saxoniæ Principes convenientes, ipsum honorifice susceperunt, & vocum acclamatione manuumque elevatione electum cum præfatis Apostolicæ Sedis Legatis celebri ritu inthronizaverunt. Adfuit omnis sexus & ætas gaudentium, fuit prorsus generale tripudium, ubi ad confirmationem sui idem Archiepiscopus in præsentia eorumdem, Nativitatem Domini secum celebrantium Bosonem Monachum Merseburgensi, Burchardum Misnensi, Hugonem Cizensi Ecclesiis primos Episcopos ordinavit, & Adaldagum primum Ecclesiæ Præpositum Magdeburgensem instituit. Dudo quoque Havelbergensis, & Dudellinus Brandenburg Episcopi prius quidem Moguntino Archiepiscopo subjecti, sed tunc agente Imperatore a debita sui obedientia absoluti, Magdeburgensi Ecclesiæ & ejus Archiepiscopo, cum præfatis confratribus fidem & subjectionem promisere.* VIII. *Adelbertus anno CMLXVIII. inthronizatus.*

IX. Adalbertum anno CMLXVIII. Magdeburgensi Archiepiscopatui Præpositum fuisse indicat non tantum Chronographus Magdeburgensis a Meibomio editus; sed etiam alter Chronographus Madeburgensis ineditus disertis

NOTÆ [s] QUamvis Ditmarus aliter ferat; adhuc tamen recedendum est ab epocha de constitutione Episcopatus Brandeburgensis, quam ex eodem Scriptore Pagius deducit. In Reliquiis Ludevvig. tom. 2. pag. 395. extat Constitutio Ottonis pro instituendo episcopatu Brandenburgensi atque id se præstare dicit rex ex consilio Marini *Venerabilis præsulis Romanæ legati Ecclesiæ, nec non Friderici Moguntini, & Adaldagi* Hamburgensis Archiepiscoporum, aliorumque episcoporum complurium. Porro Marinus iste idem videtur qui ab Agapito pontifice anno 948. missus in Germaniam concilio Engilenheimensi præsedit. Nec forte alibi quam in eodem concilio res illa decreta, & constituta est, prout non obscure denotat tum præsentia Marini & aliorum complorium episcoporum, de quibus in eadem Constitutione. Quare anno illi 948. Brandemburgensis Episcopatus institutionem assignamus. Meam hanc conjecturam confirmant notæ chronologicæ, quibus Diploma illud Ottonis munitum est apud Lunigium in Continuat. III. Spicil. Eccles. pag. 1136. ita enim inscribitus: *Data Kal. Octobr. anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCCXLVIIII. Indictione VI. anno vero regni Domini Ottonis invictissimi Regis XIII. Actum Magdeburg.* Annus 949. cum Indictione VI. non congruit; indicat enim illa annum 948. in quem pariter annum incidit annus Regni XIII. Quare non dubito quin ab exscriptore addita sit per oscitantiam unitas annis Incarnationis, & detracta Indictioni, ut legendum fuerit *anno Incarnationis DCCCCXLVIII. Indict. VII.* in ea Septembri mutata. Qua facta correctione redditur annus 948. MANSI

nis, ut apparet ex eodem diplomate superius recitato.

II. Otto junior coronatur Imp.

Quæ autem post hæc ab eodem Imperatore gesta sint, sic Recipe ex dicta ad Reginonem appendice: nimirum Papam Joannem invitasse Ottonem Imp. ad celebrandum Natale Domini, Romam. Misisse autem hoc anno Ottonem Legatos ad Wilelmum Archiepiscopum Moguntinum, & ad alios Germaniæ Principes, ut filium suum Ottonem in Italiam mitterent ad Imperiales infulas suscl-

PAGIUS

Ab eo anno ejus inthronizatio non potest removeri.

tis verbis prodit. Hæc ejus verba: *Quem* (nempe Adalbertum) *& Romam pro Pallio a domno Papa suscipiendo direxit* (sc. Otto). *Domnus autem Papa Joannes illius nominis XIII. & prius Narniensis Episcopus, justis petitionibus annuens, nihilque tarditatis impendens Privilegio Apostolicæ auctoritatis eum dignum Archiepiscopum decernens, pro amore beati Mauricii, & Innocentii, & sanctorum qui in Magadaburg requiescunt, & prædicti Imperatoris, Pallium ad Missarum solemnia celebranda, dedit anno Dominicæ Incarnat. CMLXVIII. indictione XII.* (a mense Septembr. inchoata) *XV. Kal. Novembris, hoc est in festivitate sancti Lucæ Evangelistæ, anno Pontificatus ipsius domni Joannis universalis Papæ quart. Tunc Imp. misit eum ad sedem suam cum magno honore, præcipiens universis Saxoniæ Principibus, ut proximum Natale Domini cum eo essent.* Adhæc cum eodem Christi anno Archiepiscopatus Adalberti initium Chronographus Hildensheimensis connectit. Denique Paulus Langius in Chron. Citizensi ipso initio Operis & iterum infra asserit, Hugonem primum Citizensem Episcopum consecratum fuisse anno Incarnationis Dominicæ CMLXVIII. & postea semel & iterum Ditmarum laudat, ex quo ideo id accepit. Ditmarus quidem lib. 2. pag. 20. scribit Adalbertum *anno Dominicæ Incarnat. CMLXX. XV. Kal. Novemb. ad Archiepiscopatus apicem* promotum esse, sed error est in numeris. Ditmarus quippe hoc ignorare non potuit, qui acta publica viderat; ex quibus quæ ipse, & uterque Chronographus Magdeburgensis habent de Archiepiscopatus Magdeburgensis initiis, descripta sunt. Errat etiam Adamus Bremensis, cujus verba recitat Baronius anno CMLXXI. num. XI. qui arbitratus est, *Adalbertum* anno Ottonis XXXV. Archiepiscopum Magdeburgensem renunciatum; quem Ottonis annum Baronius ab anno CMXXXVII. deducens, ex eo infert, *Adalbertum* anno CMLXXI. dictum Archiepiscopum; Adamus enim corruptum Ditmari Chronicon hac in re secutus est, ut & passim alii, quia usque ad nostra tempora utrumque Chronicon Magdeburgense latuit.

X. *Otto Rex Germaniæ Romam petit.*

Ad num. II. Continuator Reginonis Concilii Ravennensis mentione facta, subdit: *Interim Papa Joannes & Imperator Regi Ottoni* (ejusdem Imperatoris filio) *literas invitatorias miserunt, & eum ipsis ad natalem domini Romæ celebrandum festinare, jusserunt. Tunc Rex pro disponendis regni negotiis ante suum in Italiam iter Vvormatiam venit, ibique in primo suo Placito, Deo propitio, plurima futura prudentiæ simul & clementiæ judicia præmonstravit.... Domino Imperatore in Italia commorante, Legati Nicephori Græcorum Imperatoris Ravennæ ad eum venerunt, honorifica secum munera ferentes, & pacem ab eo vel amicitiam poscentes. Quibus honorabiliter susceptis decenterque remissis, dominus Imperator nuncium suum eidem Græcorum Imperatori, pro conjugenda in matrimonium suo filio Regi Ottoni privigna ipsius Nicephori, filia scilicet Romani Imperatoris* (sc. Junioris, mariti Theophanonis, quam post illius mortem Nicephorus duxerat) *Constantinopolim dirigit: qui iterum eodem anno ante Natalem domini ad imperatorem revertitur. Eodem anno, intrante Septembri mense, Otto Rex* (Ottonis Imp. filius) *Romam iturus, decenti se comitatu egressus, memoriam sancti Michaelis in Augusta civitate celebravit.* Quibus verbis Auctor iste Anonymus, qui sicuti Regino, annum a Nativitate Domini auspicatur, Continuationem suam absolvit, ideoque de Ottone in consortium Imperii a patre adscito verba non facit.

Eum enim in Natalitiis Christi a Joanne XIII. coronatum esse Imperat. ipsemet Otto Senior asserit apud Baronium anno sequenti n. III. Currenti vero, ut restatur Chronographus Hildesheimensis, *transmisit Imperator Legatos suos ad VVillihelmum Archiepiscopum, & ad alios Principes ejus, ut Ottonem filium suum, æquivocumque ejus cum omni Regali dignitate proveherent ad Italiam. Illicque ipse Otto senior suscepit eum, & secum deduxit Romam, commendavitque illum Apostolico Joanni posteriori, ut ab eo Augustalem benedictionem recepisset, ut Imperator Augustus fuiet appellatus a cunctis, qui eum agnovissent velut pater ejus.* Ottonem II. hoc anno Imperatorem dictum scribunt etiam Lambertus Schafnaburgensis, & Sigebertus in Chronicis. Sigebertus enim qui hanc coronationem cum anno sequenti copular, annos Christi a die Nativitatis ejus exorditur, ut non semel supra observavimus. Baronius eam in annum superiorem confert, innixus subscriptione cujusdam diplomatis, in quo mense Septemb. annus XI. Ottonis M. cum anno V. Imperii Ottonis & indictione prima jungitur. Verum fallitur Cardinalis eruditissimus; cum annus V. Ottonis II. a præsenti anno deductus, adhue in cursu fuerit anno CMLXXII. quo indictio prima mense Septembri cœpit. [t] [s]

XI. *Coronatur Imperat.*

Ad

NOTÆ [1] QUod autem *Otto junior* in Imperatorem in natalitiis Domini nostri Jesu Christi anni 967. a *Johanne* Papa XIII. assumptus fuerit, patet, ex ejusdem Pontificis Diplomate pro monasterio monialium de Gandersheim, inserto Regesto MS. Epistolarum Innocentii III. Romani Pontificis, libro VIII. epist. XLIII. Diploma vero: *Scriptum est per manum Stephani Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense & Indictione supradicta XI. Datum Kalendis Januarii per manus Guidonis Episcopi Silvæ candidæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis Summi Pontificis, & universalis tertii decimi Papæ in Sacratissima Sede B. Petri Apostoli tertio, Imperatoribus Serenissimis Dominis Ottone majore & minore, anno Imperii majoris sexto, minoris vero primo, in mense & Indictione XI.* Paullo post

ios.

ſcipiendas, Lambertus teſtatur; anno vero ſequenti Romæ coronatum, Sigebertus affirmat. Sed anno ſuperiori id factum, docet antiquum diploma monaſterii S. Felicitatis Florentiæ ſub Sichelmo Epiſcopo Florentino, cujus exordio numeratur annus Magni Ottonis Imp. undecimus, Ottonis filii vero Imperii quintus. Datum menſe Septembri, inchoante Indictione prima. Ita ut anno ſuperiori id factum appareat in fine ipſius die Natali Domini, ſi annos numerare incipias a Kalendis Januariis (ut nos facimus) ſin vero a Natali Chriſti die, hoc anno, primo ejus die ipſum coronatum opus eſt affirmare. Quo anno aliud diploma ejuſdem Ottonis ſenioris datum reperitur monaſterio S. Vincentii ad fontes Vulturni, in cujus fine (quod ad certa cognoſcenda tempora ſpectat) hæc leguntur: *Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi & probavi. Datum pridie Kalend. Jul. anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſexageſimaſeptima, Imperii vero domini Ottonis sereniſſimi Cæſaris ſexto, Indictione decima. Actum in monaſterio, ubi Stabulum Regis dicitur, in Dei nomine feliciter. Amen.*

III. Quod pertinet ad rerum Hiſpanarum ſtatum; luctuoſus quidem ille fuit. Moritur enim hoc anno (a) Sancius, cognomento Craſſus, Rex Legionenſis in Hi-

(a) *Ambr. Moral. Chron. Hiſp. l. 16. c. 30.*

Ann. Eccl. Tom. XVI. Y

PAGIUS XII. Ad num. III. *Sancius Craſſus* Galliciæ ſeu Legionenſis Rex, qui anno CMLV. Regnum inierat, illudque annos duodecim tenuit, hoc anno mortuus eſt, quo Saracenis Hiſpaniæ præerat

NOTÆ initium hujus diplomatis hæc narrat Pontifex, atque nota eſſe vult: *Quapropter*, inquit, *univerſis Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ filiis præſentibus, & futuris notum eſſe volumus, quod in Synodo, quæ apud corpus B. Petri Apoſtolorum Principis acta eſt in menſe decembris, & indictione XI. ſic amabiles Deo, ac Spirituales filii noſtri Otto major, & minor Sereniſſimi Imperatores Auguſti Apoſtolicam paternitatem noſtram humiliter obſecrato dignati ſunt coram Archiepiſcopis, & Epiſcopis videlicet Italicis & ultramontanis numero triginta & ſex, quatenus præfatum monaſterium Ganderſein &c.* Indictio *undecima*, tam menſe *Decembri*, quam *Kalendis Januarii* ſignificat, eam a menſe Septembris, ut moris erat, fuiſſe inchoatam. *Annus tertius* Pontificatus *Johannis* XIII. annus *ſextus Ottonis magni*, & *primus Ottonis junioris Auguſtorum* deſignant, hoc diploma datum fuiſſe initio anni a Chriſti nativitate 968. paucis poſt diebus, quam *Otto* junior a *Johanne* XIII. in Imperatorem fuerat coronatus. *Annus tertius* Johannis XIII. complebatur circiter menſem *Octobrem* anni 968. cum an. 965. initio ejuſdem menſis Pontifex creatus eſſet. *Sextus* Ottonis *magni*, menſe *Februario* hoc item anno 968. complebatur, & ſeptimus inchoabatur poſt diem primam Februarii. *Primus* annus *Ottonis* junioris exordium ſumpſerat a Natali Domini anni 967. Quare ex notis chronologicis hujus Diplomatis apertius efficitur, *Ottonem juniorem* in Imperii conſortium a patre aſſumptum, & a *Johanne* XIII. in celebritate Natalis Dominici anni 967. in Imperatorem Romanorum inauguratum. Synodus Romana, quæ *menſe Decembris* hujus anni 967. in Baſilica Principis Apoſtolorum habita eſſe a *Johanne* XIII. in Diplomate perhibetur, a Conciliorum collectoribus prætermittitur, quod eam ignoraverint. His adde notas Chronologicas in charta Regeſti Sublacenſis pag. 87. *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Johannis ſummi Pontifici & univerſali decimitertii PP. in ſacratiſſima Sede B. Petri tertio. Imperii Domni piiſſimi perpetuo Auguſto Domno Ottoni a Deo coronato pacifico Imperatore anno ſeptimo & poſt conſulatum ejus anno ſeptimo. Sed & Ottone ejus filio a Deo coronato magno & novo Imperatore anno primo Indictione XI. menſe Februario die prima.* Hæ notæ conveniunt in A. D. 968. quo *annus primus Ottonis junioris* a Natali Domini an. 967. inchoatus erat. Mendoſæ tamen ſunt notæ annorum Imperii *Ottonis Senioris*: nam annus Imperii *ſeptimus* a die XIII. *Februarii* incipiebat; niſi forte librarii vitio die *prima*, pro *viceſima prima* Februarii ſcriptum ſit. Hæ epochæ ita deinceps prænotatæ ſunt, ut in charta Sublacenſis Regeſti pag. III. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis ſummi Pontificis XIII. PP.* in ..... (ſupple) *ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli III. Imperii Domno Ottoni a Deo coronato magno atque pacifico Imp. anno ſeptimo, filio ejus Domno Ottone an. I. Indict. XI. menſe Aprilis die XXIII.* Eſt hic annus 968. Ibidem pag. 93. col. 2. *Anno Deo propitius Pontificat. Domni Johannis ſummi Pontifici & univerſalis tertii decimi Papa in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli V. Imperii Domni Ottonis Majoris VIIII. minoris vero tertio Indict. XV. menſe Mai die XI.* Et hic eſt A. D. 970. Inſequenti anno 971. Epocha annorum *Johannis XIII.* & utriuſque *Ottonis* ita efferuntur in charta Regeſti Sublacenſis pag. 193. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis ſummi Pontificis tertiodecimo PP. in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli anno VI. imperante Domno Ottone piiſſimo Imperatore Auguſto a Deo coronato pacifico Imperatore anno X. poſt ejus conſulato augmentaeum ea Domno Ottoni nobo* (ſic *Imperatori ejuſque filio anno quarto Indict. XIIII. menſe Martio die XX.* Quæ epochæ A. D. 971. ſignificant. Anno vero 970. menſe *Majo Otto* Imp. in agro *Capuano* degebat, ubi diploma conceſſit *Aligerno* Abbati Caſinenſi pro Monaſterio S. Angeli in Formis. Edidit illud Eraſmus Gattula in Acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem P. I. pag. 73. In fine diplomatis hæc habentur. *Signum Domni Ottonis invictiſſimi imperatoris. Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi. Data octavo Kal. Junii anno Incarnationis Dominica DCCCCLXX. imperii vero Domni Ottonis Sereniſſimi Cæſaris IX. indictionis XIII. Actum in locum, ubi Cellise dicitur, territorio Capuano. In Dei nomine feliciter. Amen.* GEORGIUS Quo-

Status rerum Hispanarum. Hifpania, cum segnaffet [illegible] annos duodecim, [illegible] qui urgentibus bellis civilibus, Ordonio, cognomento Malo, adverfus eum erecto, & aliis ab eodem in illum excitatis, ad Arabum opem implorandam confugit ad Regem Abraham Cordubæ regnantem, a quo impetravit tranflationem Pelagii martyris, de quo dictam eft fupra. Sicque Chriftianorum difcordia potentia Arabum fub prædecefforibus Regib. inclinata, in damnum ipforum magis ac magis invalefcit. Succeffit autem ipfi ejus filius Ramirus ejus nominis tertius, quinque annorum puer fub tutela matris Terefiæ. Cæterum, quod ad rationem temporum fpectat, exa-

PAGIUS *Moritur Sancius Legionis Rex.* erat *Albacam*, at non vero *Abraham*, ut errore librariorum apud Baronium legitur. Mentio mortis Sancii Regis in Vita Sancti Rudefindi Epifcopi Dumienfis a Stephano Cellæ-novæ fæculo XII. monacho fcripta, & Sæculo V. Benedict. ac in Actis SS. Bollandianis ad diem primam menfis Martii recitata. In ea num. IV. legitur: *Ecclefia Apoftolica Compoftellana per Sifnandum Rudefindi confanguineum regebatur. Hic Sifnandus ludis, exceffibus & vanitatibus attendens, officii fui curam parvipendebat: immo flagitiofus populo, Clero & Proceribus & Regi Sancio infenfus erat. Rex poft admonitionem Sifnandum incarceravit, & annuente Clero & populo Rudefindum fubftituit, ut confanguinei fui defectus fuppleret. Ille novum Epifcopatum accipere nolebat: fed Rex cum Magnatibus contendit, quoufque confenfit & accepit. Hoc tempore, abfente Rege* (Sancio fc.) *Gallacia a Normannis invadebatur, & Portugallia a Mauris devaftabatur. Rudefindus, exercitu congregato, confidens in mifericordia divina magis, quam in illo, repetenfque verficulum Pfalmi* (19. v. 8.) ,, Hi in curribus, ,, & hi in equis, nos autem in nomine Do- ,, mini noftri invocabimus, *Normannis & Mauris obviavit; Normannos favente Deo ex Gallacia expulit; Mauros fic expreffit, ut intra terminos fuos continere cogeret. Victor ab Compoftella civibus communi gratulatione receptus eft. Poft paucu Sancius Rex moritur.* Quid poftea contigerit anno CMLXX. narrabimus. *Sancio fucceffit Ramirus* III. ejus filius annos tantum quinque natus.

XIII. *Boleflaus fævus Boleflao Sancto patri in Ducatum Bohemiæ fuccedit.* In MS. Chronico Magdeburgenfi habetur: *Anno Dominica Incarnat. DCCCCLXVII. Idus Julii, Dux Bohemia, cui agnomen Sevus Bolizlaus, male mercatum fraterno fanguine, fcilicet beati Martyris VVenezlai* (feu Wencellai) *Bohemia ducatum cum vita amifit. Cui filius ejus aquivocus fuus in principatu fucceffit, multum diffimilis patri moribus bonis, & converfatione fpirituali. Erat enim vir Chriftianiffimus, fide catholicus, pater orphanorum, defenfor viduarum, & clericorum, & peregrinorum, pracipuafque Ecclefiarum fundator. Nam, ut in Privilegio Ecclefia Sancti Gregorii in Pragu legitur XX. Ecclefias erexit, & eas omni Ecclefiaftica utilitate ampliavit.* Idem narrant Æneas Sylvius in Hift. Bohem. cap. 15. & feq. Dubravius in Hift. Boiem. lib. 5. & initio feq. & Cofmas Pragenfis Decanus in Chron. Bohem. totidem fere verbis ac Chronographus Magdeburgenfis, qui pergit fcribens.

Hujus fuit foror, nomine Mlada, virgo facra, literis erudita; qua cum orationis gratia Romam veniffet, & a Papa Joanne XIII. hujus nominis benigne fufcipitur, ibique aliquandiu degens, monafticis difciplinis imbuitur. De hinc Papa confilio Cardinalium, imo volens nova Ecclefia fubvenire, confecrat eam Abbatiffam, mutato nomine MARIAM, *dans ei fancti Benedicti Regulam & Abbatialem virgam. Qua Pragam rediens, & a fratre fufcepta, ei obtulit literas Apoftolici.* Recitantur ex Sæc. V. Benedict. pag. 833. ex eodem Chronographo, dataque funt, *Bolezlao Catholica fidei alumno. Annuimus & collaudamus*, inquit Pontifex, *atque incanonizamus, ut ad Ecclefiam fancti Viti, & Sancti Venezlai martyrum fiat fedes Epifcopalis. ad Ecclefiam vero fancti Georgii martyris fub regula fancti Benedicti, & obedientia filia noftra* MARIÆ *fororis tua, conftituatur Congregatio Monialium. Verumtamen non fecundum ritum, aut fectam Bulgarica gentis, vel Ruzia aut Sclavonica lingua; fed magis fequens conftituta & decreta Apoftolica, unum potiorem ad placitum Ecclefia totius, eligas in hoc opus clericum, Latinis apprime literis eruditum.* XIV. *Inftitutio Epifcopatus Pragenfis.*

Statim, ut juffum fuerat, inquit Chronographus Magdeburgenfis, *confilio Ducis & Abbatiffa Ecclefia fancti Viti decernitur futuro Epifcopo, & Ecclefia fancti Georgii Martyris ad prafens datur Abbatiffa, forori Ducis, Maria. Igi-* XV. *Dietmarus primus Ep. Pragenfis.*

NOTÆ [1] Quo menfe & forte etiam die Otto II. Imperator renunciatus fuit a Pontifice, Synodus pariter Romæ cum Epifcopis, qui ea occafione confluxerant, celebrata fuit. Mentio hujus agitur in Diplomate Joannis Pontificis dato pro monafterio Grandensheimenfi, quod integrum recitat Innocentius III. Pontifex in Brevi pro eodem monafterio dato anno 1206. legiturque apud Lunig in Spicileg. Ecclef. num. XXXII. In eo vero Joannes fub clientela Apoftolicæ Sedis recepiffe fe monafterium illud afferit, addens id a fe præftitum in Synodo *quam egit apud corpus beatiffimi Petri in menfe Decembri Indictione XI. rogantibus Ottone majori & minori fereniffimis Imperatoribus*, ac præfentibus *Italicis & ultramontanis numero triginta & fex*. Datum eft diploma illud *Kal. Januarii per manus VVidonis Epifcopi Sylva candida ecclefia & bibliothecarii fancta fedis Apoftolica, anno pontificatus . . . . . domini Joannis fummi pontificis & univerfalis tertiidecimi Papa, tertio, Imperatoribus . . . Ottone majore & minore. Anno Imperii majoris fexto, minoris vero primo. In menfe & indictione undecima*; ideft anno 968. quo ex veteri ftylo menfis anni undecimus Januarius cenfebatur. Concilium iftud apud Collectores fruftra quæras. Epifcopos vero qui Synodo huic interfuerunt habes longo ordine deductos fubiectofque Bullæ Joannis XIII. qua inftitutionem Epifcopatus Mifnenfis ab Ottone magno factam una cum Patribus Synodi approbat & confirmat. Bulla hæc eafdem chronicas notas ac præcedens pro monafterio Grandensheimenfi præfert, & apud eumdem Lunigium in Continuat. Spicileg. pag. 833. legitur. MANSI

exacte redditam habes ab Ambrosio, quem veritate constantiorem in his sequimur.

PAGIUS *Igitur quidam de Saxonia, vir eloquens ac literatus, ordine Presbyter, ac professione Monachus nomine* DIETMARUS, *olim causa orationis venerat Pragam: qui Duci cognitus, & amicitiam ejus adeptus, præsertim quia Slavonicam linguam perfecte sciebat. Hunc per Legatos evocat. Tunc Clerum, & Primates terræ, ac Populum convocans, precibus & monitis efficit, ut eum sibi in Episcopum eligant. Qua re, postera die pergita, ad Imperatorem Ottonem eum direxit, orans per litteras, ut in Episcopum Boemiis ordinaretur. Quod Imperator consilio Principum & Præsulum consulens Christianæ novitati, fieri jussit. Qui a Moguntino Archiepiscopo* (Willelmo nempe ejusdem Imperatoris filio) *consecratus, in civitate Praga, modulante Clero & Duce, populoque concinente susceptus, Ecclesias a fidelibus in multis locis constructas consecravit, & multos Gentiles baptizavit.* Porro Bohemos sæculo præterito a *Sancto Methodio* fidem Christianam accepisse ibidem ostendimus.

JESU CHRISTI ANNUS 968.	JOANNIS XIII. PAP. ANNUS 3.	OTTONIS 7. NICEPH. PHOCÆ 6. IMPP.

I. Legati Niceph. Imp. ad Ottonem Imp.

ANnus Redemptoris sequitur nongentesimus sexagesimusoctavus, Indictione xi. quo Otto Imper. coronato filio Ottone juniore in Campaniam proficiscens, apud Capuam Legatos Nicephori Imp. audivit. Quæ autem cum illis transacta essent, his litteris ad suos, præcipue Germanos datis (a) significavit:

(a) Apud Vitic. l. 3. in fin.

Ot-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MVI. Anno Hegiræ CCCLVIII. inchoato die 25. Novemb. fer. 4. A. C. 968. I. Gesta ab Ottone M.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6461.

☉ 25. ED. ☽ 19. P. 19. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 968.

JOANNIS XIII. PAPÆ 4.

OTTONIS IMP. 7.

NICEPHORI PHOCÆ IMP. 6.

ANum. I. ad V. *Otto Magnus* ad Proceres Germaniæ litteras die XVIII. Mensis Januarii datas misit, quibus significavit æstate hujus anni cum Ottone filio, *per Praxinetum ad destruendos Saracenos* se se iter arrepturum, si Græci in conditiones pacis consenserint alias Saracenos Apuliam & Calabriam daturos. Addit, Ottonem filium *in Nativitate Domini* a Joanne XIII. coronatum Imperatorem. Recitat eas litteras Baronius ex Witichindo lib. 3. in fine. Ipsemet tamen Witichindus ibidem pag. 35. dicit, Ottonem M. postea judicasse *ab expeditione Praxineti abstinere*. Quoad Calabriam & Apuliam, utraque hoc anno ab Ottone M. recepta, juris tandem Occidentalis imperii facta. Hac de re queritur Nicephorus Imp. ut videre est in Legatione Luitprandi anno sequenti obita, & ibidem a Baronio n. IX. & seqq. recitata, ubi num. XXXVII. de Principibus Capuano & Beneventano sermo est. Principes autem Capuani, qui per multos annos a Beneventanis diversi fuere, hoc tempore iidem erant, nisi quod *Pandulphus* Beneventanæ & Capuanæ urbium Princeps *Landulphum* filium in societatem Principatus adsciverat, uti anno sequenti videbimus. [1] [2] [3]

Lo-

NOTÆ

[1] IN Accessionibus ad Historiam Casinensem Erasmi Gattulæ P. I. pag. 105. habetur privilegium in monasterio Casinensi. *Pandulfi* Senioris *Principis Beneventani & Capuani*, itemque *Pandulfi* junioris fratrum: *Datum quarto Kal. Feb. anno tricesimo primo Principatus Beneventani*; & Capuæ *quarto*: *& sexto anno Principatus Domni Paldolfi junioris Principis, indictione decima*. Concessum est *Atenolfo* Abbati Casinensi, qui *germanus & consanguineus* eorum dicitur. Ibid. pag. 107. aliud eorundem privilegium affertur: *Datum III. Non. Maii anno secundo Principatus* (Pandolfi) *& undecimo anno Principatus Paldolfi fratrum indictione quinta decima*. Ex indictione erit hic A. D. 1017. GEORGIUS

[2] L*Andolfus*, de quo hic Pagius, est *Landulfus III. Pandulfi* frater; qui multa privilegia *Aligerno* Abbati Casinensi dedit. Habentur in Accessionibus ad Historiam Casinensis monasterii Erasmi Gattulæ P. I. pag. 59. & sequentibus. In his legitur eorundem charta: *Data sexto Idus Julias anno octavo decimo Principatus Domni Pandulfi, & tertio anno Principatus. Domni Landolfi Principibus indictione quarta*. Annus XVIII. *Pandulfi* exordium sumit ab A. D. 943. ut vidimus, annus *tertius* Principatus *Landolfi* ab A. D. 959. Aliud eidem *Aligerno* ibidem pag. 62. *Datum decimo septimo Kal. Novembris anno vigesimo primo Principatus Domni Paldolfi, & anno quinto Principatus Domni Landolfi gloriosis Principibus, indictione septima*. Est A. D. 963. si indictio a *Kal. Septemb.* exorditur. Ibid. pag. 67. habetur eorumdem sanctio de bonis monasterii Casinensis data: *Nonodecimo anno Principatus ..... & quinto anno Principatus Landolfi, mense Januario sexta Indictione*. Est A. D. 963. quo in cursu erat indictio *sexta*. Item pag. 69. Aliud documentum, in quo *Aligroni* Abbatis mentio fit: *Datum vicesimo tertio anno Paldolfi, & secundo anno Landolfi mense Januario, nona indictione*. Ex indictione est hic A. D. 966. Aliud documentum ibidem pag. 68. legitur datum: *anno bigesimo primo Pandolfi, & septimo decimo Landolfi, & secundo anno Principatus Dom. Landolfi excellentissimis Principibus ejus filiis, mense Martio, tertia indictione*. Legendum puto *trigesimo primo*; nam indictio *tertia* fuit A. D. 975. aut mendum est in indictione, ac legendum *sexta*, pro *tertia*. Pag. 83. habetur privilegium *Landulfi IV. Aligerno* Abbati concessum in quo nominat *Paldolfum genitorem suum, & Landolfum* Principem *Thium suum*. Nominat item Landolfum genitorem *Pandolfi, & Landolfi avium*, scilicet *avum suum*. *Data decimo septimo Kal. Junias anno tertio decimo Principatus, indictione nona*; quæ respondet A. D. 981. Ergo *Landulfi IV.* Principatus annus *primus* incipit ab A. D. 968. At pag. 98. recensetur privilegium, *Paldolfi & Landolfi* pro monasterio S. Mariæ de Cingla: *Datum XV. Kal. Jan. anno vicesimo septimo Principatus* (Paldolfi) *& anno primo Principatus Landolfi, ejus filii, indictione tertia decima*. Hæc indictio congruit A. D. 970. quo XXVII. Principatus Pandolfi annus decurrebat; ergo primus *Landolfi* annus A. D. 970. figendus erit. GEORGIUS

[3] IN Historia Casinensi Erasmi Gattulæ in Accessionibus P. I. pag. 73. habetur ex apographo Petri Diaconi privilegium Ottonis Imp. pro Casinensi monasterio: *Datum die Kalendas Julius anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo septimo, imperii vero Domni Ottonis Serenissimi Cæsaris septimo, indictione XI. Actum in Monte ubi Stephulo regis dicitur. In Dei nomine feliciter. Amen*. Mendum est in annis Incarnationis, ac pro *septimo*, legendum est *octavo*; nam A. D. 967. neque indictio XI. mense *Julio*, neque annus *septimus* imperii Ottonis decurrebat. GEORGIUS

Epistola Otton. ad suos Duces Germanos. II.

Otto divino nutu Imperator Augustus Hermanno & Theoderico Ducibus, cæterisque publicæ rei nostræ præfectis omnia amabilia.

Deo volente, salus, omniaque prospere succedunt. Cæterum nuntii Constantinopolitani Regis dignitate satis insignes nos adeunt, pacem, ut intelleximus, admodum quærentes. Quoquo modo res geratur bello, Deo volente, nos nullo modo tentare audebunt. Apuliam & Calabriam provincias, quas hactenus tenuere, nisi convenamus, dabunt: si vero voluntati nostræ paruerint, præsenti æstate conjugem cum æquivoco nostro, Ottone scilicet juniore in Franciam dirigentes per Fraxinetum ad destruendos Sarracenos, Deo comite, iter arripiemus, & sic ad vos desponemus.

III. *Præterea volumus, si Redarei (sicut audivimus) tantam stragem passi sunt, scitis enim quam sæpe fidem fregerint, quas injurias attulerint) ut nullam nobiscum pacem habeant. Unde hæc cum Hermanno Duce ventilantes totis viribus instate, ut in destructione eorum finem operi imponatis. Ipsi si necesse fuerit, ad eos ibimus. Filius noster in Nativitate Domini coronam a Domino Apostolico in Imperii dignitatem suscepit. Scripta decimoquinto Kal. Februar. in Campania, juxta Capuam.* De rebus ab Ottone gestis adversus Græcos Apuliam & Calabriam occupantes antiquus auctor, qui res Longobardorum Principum est prosequutus, Rencpertus nomine, quem Erchempertum (a) Leo Ostiensis appellat, pluribus narrat.

(a) *Leo Ost. hist. Cass. l. 3. c. 62.*

IV. Penuria ingens Constantinopoli.

Porro Principes Beneventanum & Capuanum recepit Otto Imperator in tutelam suam, cum defecissent illi a Nicephoro Imp. cujus rei causa idem Nicephorus valde commotus est in Ottonem, ut in sua relatione affirmat Luitprandus, de qua dicturi, primum omnium, quis status esset rerum Orientalium anni hujus, aperiendum. Inter alia mala, quibus obruebatur, hoc anno ingenti exortu penuria, quam Nicephorus Imperator in suum lucrum convertens, auctum est civium in eum immensum odium.

V. De causa autem penuriæ hujus ista Curopalates: *Flarunt etiam venti men-*

se

PAGIUS II. *In Apulia manet Otto usque ad annum sequentem.*

Loquitur de hac profectione Ottonis M. in Apuliam Joannes Berardus in Chron. Casauriensi, aitque: *Gloriosissimus Imperator Otto cum de urbe Roma, ubi eodem tempore, id est anno Dom. Incarnat. nongentesimo sexagesimo octavo filium suum Ottonem in Imperatorem Augustum excellentissime coronaverat, in Apuliam & Calabriam, ut eam sub suo subjugaret imperio tetendisset, domnus Adam Abbas, &c. in eisdem Apuliæ finibus apud Bivinum secundo impetravit Privilegium de libertate monasterii, &c. datum Kalendas Majas, anno Dom. Incarnat. DCCCCLXIX. imperii vero domini Ottonis Augusti octavo. Actum in Apulia in suburbio Bivini in Dei nomine feliciter, Amen.* Otto itaque hoc anno, & sequentis initio in Apulia fuit.

III. *Terræmotus.*

Ad num V. Narrat Baronius ex Curopalate, *mense Majo, XI. indictione*, flavisse ventos, qui fruges corrupere, *ita ut deinde usque ad XII. indictionem, ingenti fame laboratum sit*, scilicet in Oriente. Cedrenus vero ait, indictione XI. die secunda mensis Septemb. terræ motum horrendum fuisse, *mense Majo ejusdem anni* ventos illos spirasse, subditque Cedrenus: *Itaque anno proxima insecuto penuria extitit gravissima*, ideoque post Kalendas Septembris hujus anni, a quo die Græci annum auspicantur. Denique Luithprandus, ut videre est apud Baronium num. XLIV. asserit, mense Julio hujus anni magnam famem Cpoli fuisse. Gesta hoe anno fusius Leo Diaconus narrat: *Cum jam æstas autumno appetente excederet, ingens adeo terræ motus fuit, ut ædes & Urbes everterentur, contigitque, ut Claudiopolis Galatiæ ditissimum oppidum, opimoque solo ex importabili motu ac quassatione dirutum, excisaque, in civium tumulum subito verteretur, multique adventarum momento temporis, cum ibi reperti essent, interimerentur;* quæ præsenti anno contigisse subsequentia verba demonstrant.

IV. *Imber solito tepidior.*

Præterea hoc anno media circiter æstate, jam Sole Cancrum intrante imber Byzantii, locisque finitimis erupit, qualis nunquam superioribus temporibus extitit. Vergente namque die (erat hac parasceve, sexta scilicet feria) captum malum in horam nonam vix desiit. Trium itaque horarum spatio tantus ille imber duravit, eratque videre per Urbis vias & compita ac angiportus fluvios stagnantes, ac quidquid anima præditum raptaret extinguentes. Contigit vero, ut & rursus imber turbidus favillaque mixtus ac cinere plueret, velut in fornacis fuligine, iisque adeo his qui tangebant, caloris aliquid atque teporem injiciebat.

V. *Tegula Christi effigie impressa Cpolim defertur.*

Nicephorus Imp. assumptis Romanis copiis ac cohortibus, *Antiochiam* Syriæ versus iter direxit; ibique castris positis, cum Urbs necessario commeatu abunde instructa, haud statim pacisci sustineret, ipseque eam obsidionalibus machinis diruere nollet, brevi tempore eam obsidere voluit: indeque profectus mediterraneam regionem, quam & Palæstinam vocant populabatur ac incessebat. Veniens itaque *Edessam*, ibi exercitum reficiebat; audierat enim in Tegula Salvatoris expressam formam hac in urbe ac munitione asservari. Tunc vero *Nicephorus* Imp. eruto oppido venerabilem eam Tegulam inde abstulit, auroque ac lapillis capsam inde fabricatus, eaque obtecta reverenter ejusmodi Tegula in Sanctæ Dei Genitricis *Templo*, quod est in Palatio, munus obtulit. Postquam vero *Menpæ* oppidum ceperat, ex obliquo Libano monte superato *Tripoli* admovit: quam munitam præque reliquis urbibus præcipue expugnatu difficilem videns, quod & classe adversorum ventorum flatu detinente destitueretur *Arca* oppidum obsidendum duxit; penes quod reposita erat immensa divitiarum vis. Eam per novem totos dies expugnavit, atque alia complura præsidia, ca-

stra-

Niceph. Imp. avaritia. *se Majo eadem undecima Indictione sævi & æstuosi, qui fruges una cum ipsis vitibus atque arboribus corrupere, ita ut inde usque ad duodecimam Indictionem, ingenti fame laboratum sit. Cumque habenda esset ratio Imperatori salutis eorum, qui sibi subjecti erant, ille vero regium frumentum sordide & illiberaliter venderet, studensque civium suorum calamitati, gloriabatur, quasi aliquid præclare egisset, quod cum medimi numismate venderetur, ipse duobus vendi imperasset, haud imitatus Basilium Macedonem Imperatorem qui novo Dominica ingressus in magnum sanctorum Apostolorum templum, conspicatusque quosdam cives decoris vestibus indutos & graves, alios autem tristes & mæstos ad se accedere jussos: Cur non etiam ipsi die festo splendidas vestes gestarent, interrogabat, sed velut in urbis magna calamitate lugerent? Cui unus ex illis respondit: Te o domine, eosque qui tibi proximi sunt, decet splendidis vestibus indutos gaudere; quibus vero jam mors imminet, eos talia dedecent. An ignoras, duos frumenti medimnos numismate vendere propter ventorum asperitatem? Ad hæc alto suspirans Imperator, misericordia motus, collacrymavit; eosque multis verbis consolatus in Regiam rediit, ibique accersitos ad se, qui civilia negotia & regia munera obibant, infinitis probris ac maledictis affecit, quod sibi nihil de frumenti inopia indicassent; statimque exposito regio & publico frumenta duodecim medimnos numismate vendi jussit. Cujus bonam mentem Deus approbans, impertitus est multum hominibus abundantiam. Verum ad illius laudem hæc dicta sint. Nicephorus autem magis gaudebat, quam opitulabatur, cum cives videret oppressos. Neque ipse solus, sed & Leo frater ejus cohortorum*

mer-

PAGIUS straque ipso clamore atque impetu cepit. Hæc de tentata Antiochia, de Tegula Christi, & de Tripoli Curopalates cum anno tertio Imperii Nicephori perperam conjungit, ut Solis defectio, quam mox Leo Diaconus narrat, manifestissimum facit.

VI. Magna Solis defectio. Pergit enim Leo Diaconus: *Interim vero, dum hæc Imperator in Syria ageret, Solis defectio contigit circa Solstitium hybernum, qualis nunquam prius exstiterat, una illa duntaxat excepta, quæ in dominica venit Passione, defectionis genus istiusmodi accidit. Vigesimo secundo mensis Decembris agebatur, diei vero hora tertia cælo prorsus sereno tenebræ terræ offusa, stellæque omnes ejusdem magnitudinis, quæ a nobis cerni possunt, collucebant.* Erat videre Solis orbem sine splendore ac lucis expertem, quemdam vero obscurum tenuemque fulgorem in modum vittæ tenuis extremis partibus circum orbem collustrantem. Paulatim vero Sol Lunam præteriens (apparebat enim illa Soli supposita, illius intercipiens lucem) pristinos radios immittebat, ac rursus lucis fulgoribus terram adimplebat. Novo igitur ac insolito spectaculo territi homines, Deum, ut par est supplicibus votis propitium sibi deposcebant. Addit Leo Diaconus, se tunc Byzantii liberalibus disciplinis operam dedisse. Hanc vero eclypsim, cujus etiam meminere Curopalates, Cedrenus & Luitprandus in sua ad Nicephorum Legatione, hoc Christi anno contigisse, hora diei III. die XXII. Decemb. ex calculo mathematico demonstrant Calvisium in Opere Chron.

VII. Antiochia a Græcis circumsepta. Imperator, ait idem Leo, cum hostium castella ac præsidia nullo labore cepisset, *Antiochiam* cum omnibus copiis properat, eamque statim muro cinxit, & in eo equitum turmam peditumque agmen atque cohortem reliquit, ut quotidianis incursionibus atque grassationibus Antiochiam affligerent, ac vel invitam Romanis fœderari, manusque dare cogerent: nolebat enim illam destruere atque igni tradere. Postea *inde profectus in Urbem Regiam reversus est, magnificeque a civibus susceptus ibi moram trahebat.*

VIII. Imperator *Syriam* ejusque maritima populatus *Byzantium* reversus est. Inde apud Carthaginenses de pace belloque actum impiissimi Mahomedis gladio dono misso, quem ex quodam ex captis in Palæstina oppidis tulerat, patricium *Nicetam* sibi reddi poscebat, hunc nempe qui in Sicilia captus fuerat. Tyrannus Carthaginensium terrefactus *Nicetam* & quotquot Romanorum ex diversis locis tenebat in carcere, dono misit Imperatori; eum enim gentes omnes etiam atque etiam formidabant, & amicum habere ambiebant. *Nicetas Dux Græcorum ab Afris redditur.*

IX. Calocyri rebellio. Interim dum in Syria ac Byzantii hæc agerentur, qui Regio nutu ad *Tauroscythas* Calocyri, Patricius missus fuerat, cum in Syria versans *Taurorum* amicitia junctus esset, ac muneribus eum corrupisset, auctor fuit, ut grandi conscripto exercitu *Mysos* invaderet: iisque expugnatis regionem sibi obnoxiam faceret, inque sedium propriarum usum ad habitandum retineret. Opem quoque adversus Romanos ferret, ut Imperium ipsi consequi, rerumque summa potiri liceret. Id si præstaret, magna ac quæ nec verbis exprimi possint, ex ærario Regio, neque privats in eum munera exportaturum. His Sphendosthlaus (hoc enim illi a *Tauris* nomen) animi impetum cohibere non poterat; sed divitiarum spe suspensus arrectusque, terræ *Mysorum* possessionem somnians, ac cum alioqui vir ferventis animi esset, *Taurorum* pubem omnem ad eam expeditionem adegit. Sexaginta igitur millium fortium virorum collecto exercitu, exceptis calonibus ac impedimentis, una cum Calocyri Patricio, quem & germanum amicitiæ legibus admiserat, adversus *Mysos* movet. Jamque eo Istrum adnavigante, & in continentem excessum maturante, intelligentes Mysi quod in eos ille moliretur, triginta millium virorum constipata cohorte, se illis objecerunt. Verum *Tauri* validissimo impetu ratibus excedentes, scutaque obtendentes, ac strictis gladiis, hinc inde Mysorum stragem dabant. Porro *Mysi* ne primum quidem impetum sustinentes in fugam versi fusique *Dorystoli* munito ejus gentis oppido præ ignavia degenerique proposito sese incluserunt. Tunc autem ferunt & Petrum Mysorum Ducem, virum religiosum ac venerabilem, inopinato fugæ eventu nimio dolore peritum in fonti-

cum

mercaturæ addictus, multis variiſque calamitatibus orbem terrarum vexavit, &c. Hæc de penuria dicta ſunto.

VI. Legationis Luitprandi certum tempus. Ex penuriæ hujus tempore annus certus definiri poteſt legationis Luitprandi Cremonenſis Epiſcopi, cum ab Ottone Imperatore miſſus eſt Conſtantinop. cauſa nuptiarum, inter ipſius Ottonis filium & Annam Romani filiam Imp. privignam vero Nicephori, cum in relatione ſuæ legationis teſtatur, ingentem repeiiſſe Conſtantinopoli penuriam. At non ex his tantum præſentem annum ejus legationis definire licet nempe ex penuria; ſed etiam ex ſolis deliquio, quod hoc anno accidiſſe cum Curopalates teſtetur, idem etiam in eadem ſua relatione factum Luitprandus affirmat: ſed & adhuc illud certius argumentum declarat, quod cum idem teſtetur, eo anno, quo ea eſt functus legatione, incidiſſe diem ſanctum Pentecoſtes ſeptima menſis Junii, ex revolutione Aſtronomicarum tabularum & Eccleſiaſtico computu non niſi hoc anno eam oportuit contigiſſe, quo cucurrit Aureus numerus xix. Et littera Dominicalis E. D. Ipſumque factum Pentecoſtes feſtum dicta die ſeptima Junii. Magno ſane Dei beneficio factum puto, ut hactenus ea Luitprandi Relatio conſervata ſit, paucis quæ deſunt exceptis, tamquam fax quædam ad obſcuritatem hujus temporis illuſtrandam: quam repertam in Trevirenſis civitatis primariæ ædis bibliotheca a Chriſtophoro Bronvero Societatis JESU profeſſore, miſſam vero Auguſtam ad noſtrum Marchum Velſerum, typis excudendam curavit Henricus Caniſius in Academia Ingolſtadienſi ordinarius profeſſor, quibus omnibus de antiquitate Eccleſiaſtica adeo bene merentibus bene precamur.

VII. Legatio miſſa a Joanne Pap. ad Niceph. Imp. Conſtat etiam ex eadem Relatione, hoc pariter anno a Joanne Pontifice Romano miſſos eſſe Legatos Conſtantinopolim ad eundem Nicephorum Imperatorem pro iiſdem nuptiis contrahendis, quas diximus inter Imperatoris privignam, & Ottonem Juniorem Imperatorem; ſed cauſam, cur eos perfidus Nicephorus ſpreverit, & ſuum in Romanam Eccleſiam odium patefecerit, eadem Relatio notam facit. Sed & cur in Ottonem, ſicut in Romanum Pontificem idem Nicephorus ſe valde inſenſum oſtenderit, ex ipſa Relatione cognoſcitur, nimirum quod ipſe Otto ſe Imperatorem nominaret, & Romanus Antiſtes Occidentalibus Regibus ſupremam Imperii dignitatem & nomen contulerit, proxime vero Juniorem Ottonem iiſdem Imperatoriis decorarit inſignibus; magis autem in Ottonem ſeniorem commotus, quod Principes Beneventanum & Capuanum, nec non etiam Salernitanum ab ipſo Nicephoro Imperatore divulſos in ſuam tutelam receperat: quæ cuncta fuſius ex ipſa Relatione audita auditurus eris: ſed antequam eam hic deſcribamus, quæ ſunt reliqua anni hujus rerum Occidentalium proſequamur.

Hoc eodem anno, qui ſecundus nominatur Ordonii Tertii Regis Legionenſis in Hiſpania (ut veteres omnes atque recentiores (a) Chronographi teſtantur) Nortmanni ſub Gunderedo duce claſſe centum navium comparata, invaſere Gallæciam, cunctaque ferro igneque miſcentes, biennali prælio eam provinciam afflixere, Compoſtellamque tentantes, Siſenandum ejus Epiſcopum arma potius, quam ſacra tractantem, & militum ducem agentem, primaque acie reſiſtentem peremerunt, civitatemque ipſam deſtruxerunt. Dedit pœnas vir factioſus, qui antea ſede ejectus, eam invadendo, pellens ſubrogatum ſanctum Rodeſindum, violenter recepit, ſicque ulciſcente numine, ſede ſimul atque vita privatus interiit. Verum quod nihil magis quam vita nefaria ſacerdotum flagella in populum provocat: eo divina vindicta ſublato de medio, in Northmannos tamquam ob id immiſſos, expiato ejus nece delicto, Deus ultionem convertit. Siquidem vicinarum provinciarum coeuntes armati Fideles ſub duce Gundiſalvo Sancio Caſtellæ Comite, prævio ſancto Chriſti Apoſtolo Jacobo, cujus devaſtarant civitatem, eoſdem Northmannos præda onuſtos, proſperis eventis elatos, redditoſque ſecuros VIII.

(a) Sap. Fundenſis Rudericus Tol Ambr. Mor. l. 16. c. 32. & alii.

Northmani invadunt Gallæciam.

PAGIUS

eum morbum incidiſſe; paucoſque dies ſuperſtitem humanis exceſſiſſe. Verum hæc in Myſia poſtea geſta ſunt. Romanorum vero Imperator *Taurorum* molitionem conſiliaque non neſciens, cum alioquin in omnem vitam curis ſollicitus, animique pervigilis fuiſſet, haud e re ſua exiſtimavit, ut adverſus utramque gentem bellum ſuſciperet. Commodum ergo viſum eſt, ſi ex illis unam ſibi gentem conciliaret: ſic enim facile brevique alterius compotem fore. Ita Leo Diaconus.

X. Qui ab Auctoribus Byzantinis σφενδοσθλάβος ab Auctoribus qui de rebus Polonicis aut Moſcoviticis ſcripſere, *Suvatoſlavus* appellatur: *Suvatoſlavum autem filium ad baptiſmum nequaquam perducere potuit*, inquit Helberſtainus Comes in Commentariis Rerum Moſcoviticarum pagin. 3. loquens de Helena Regina Ruſſorum, qui hodie Moſcovitæ vocantur, qui addit eum poſt *Helenæ* matris obitum in Ruſſia regnaſſe, & ex concubina *VVolodimerum* ſuſcepiſſe, quo regnante Roſſia ſeu Moſcovia Chriſtiana effecta, ut ſuo loco oſtendemus. Porro *Suvatoſlavus*, ab aliis *Stoſlaus* ab aliis *Sphendoſlaus* vocatur propter rationem a nobis ann. DCCCCXC. num. II. aſſignatam.

Sfendoſthlabus a Moſcis Suvatoſlavus dictus.

XI. A num. VI. ad XCI. Otto Magnus *Luitprandum* Cremonenſem Epiſcopum Conſtantinop.

ros invadentes, omnes vel peremere cum ipsorum duce Gunderedo, vel duxere captivos, aut profugos cum paucis relictis ab incendio navibus ad propria remeare coegerunt. His enarratis jam ad res Orientis convertamus orationem, & quæ gesta sint per Legatos tum a Joanne Pontifice, tum ab Ottone ad Nicephorum Imperatorem Constantinopolim missos videamus ex legatione Luitprandi, cujus hic titulus:

IX. *Legatio Luitprandi Cremonensis Episcopi ad Nicephorum Phocam Imperatorem Constantinopolitanum pro Ottonibus Augustis & Adelbaida, ad illorum temporum usum, & Græcorum cum fastum, tum insolentiam plusquam barbaricam intelligendam. Nunc primum in lucem edita studio & opera Henrici Canisii Noviomagi I. C. & SS. Canonum in Academia Ingolstadiensi Professoris ordinarii.* Subjicitur præfatio ad Lectorem, cum judicio de auctore qui scripsit, quæ sic se habet:

X. *Legationem hanc Luitprandi Cremonensis Episcopi descripsit ex codice manuscripto Bibliothecæ primariæ ædis Treverensis, R. P. Christophorus Brouverus Societatis JESU Sacerdos antiquitatis illustrandæ studiosissimus, eamque ad communem illum omnium eruditorum amicum Marcum Velserum VII. virum Augustanum misit; inde huc perlata, nunc tandem post tot sæcula ex tenebris in publicum exit. Quis Luitprandus hic fuerit, certo affirmare non ausim. Fuisse Ticinensis Ecclesiæ Levitam & diaconum (cujus extant libri sex rerum ab Europæ Imperatoribus & Regibus gestarum) suadent cum alia, tum idem prorsus dicendi genus. Deinde, quod opinionem hanc verisimillimam reddit, Luitprandus noster bis se Constantinopoli legationem obiisse asserit: primam, cum adhuc diaconus esset, auctoritate Berengarii, tempore Constantini Græcorum Imperatoris. Postea alteram, mandato Ottonis Magni & filii ejus & uxoris Adelheidæ ad Nicephorum Phocam, qui mortuo Romano filio prædicti Constantini, Imperium Constantinopolitanum invaserat. At Luitprandus Ticinensis diaconus & historicus, ab eodem Berengario Italiæ tyranno potius quam Rege, se Constantinopolim ad Constantinum Imperatorem Legati nomine missum testatur lib. 6. hist. cap. 1. & seq. Ubi fuse describit quomodo a Constantino Constantinopoli exceptus fuerit, & quæ spectacula ibidem viderit. Unde conjicere licet, unum & eumdem esse, hunc nostrum, & qui historiam conscripsit: cum & historicus sub Ottonibus claruerit, & temporis diversitas non obstet. Et forte si Luitprandi libri integri extarent, inveniremus non minus posteriorem sub Ottone legationem, quam illam priorem sub Berengario, nec dubitarem pro certo & explorato affirmare, nisi ipse Luitprandus scrupulum injiceret, qui cap. 6. lib. 6. mentionem facit Luitprandi Cremonensis Episcopi, eumque, ait, cum Landoardo Saxone, Episcopo Numedensi, ab Ottone Magno Romam missum esse, ad Joannem Pont. Et in Concilio Romæ in causa ejusdem Joannis celebrato, cum Otto Romam occupasset, fugato Joanne & Adelberto, inter Episcopos Italiæ, qui Concilio interfuerunt, numeratur, Luitprandus Episc. Cremonensis, qui & ejusdem Ottonis in eodem conventu interpres fuit: Nam quæ Otto Saxonica lingua loquebatur, hæc Luitprandus Cremonensis Episcopus, latine reddebat cæteris Episcopis: Adeo, ut vix credibile videatur Luitprandum historicum de se, quasi de alio locuturum fuisse, si ipsemet fuisset; cum longe minutiora de se rebusque a se gestis, absque ambagibus commemorare soleat.* Sed evacuantur ista per ea, quæ a nobis superius demonstrata sunt de appendice illa, eam scilicet ipsius Luitprandi non esse, sed alterius prorsusque ab eo diversi auctoris. At ipsam jam audi Relationem, quæ præmissa titulo superius recitato, sic se habet:

Ottones Romanorum invictissimos Imperatores Augustos, gloriosissimamque Adelheidem Imperatricem Augustam, Luitprandus sanctæ Cremonensis Ecclesiæ Episcopus semper valere, prosperari, triumphare, anhelat: desiderat, optat. XI. Legatio Luitprandi.

XII. *Quid causa fuerit, quod prius litteras sive nuntium meum non susceperitis, ratio subsequens declarabit. Pridie Nonas Junii Constantinopolim venimus, &* ad

PAGIUS nop. ad *Nicephorum* Augustum misit nuptiarum caosa inter ipsius Ottonis filium & Theophaniam Romani Junioris & Theophanonis filiam, non vero inter Annam Theophaniæ sororem natu minorem, & eundem *Ottonem* Juniorem, ut credidit Baronius. [s] qui tamen *Legatio Luitprandi ad Nicephorum Phocam Imp.*

NOTÆ [s] EX optimo aliquo authore conjecturam hanc suam derivasse Baronium credo. Nam Otto pater Græcam quidem Sponsam filio suo expetivit, sed aliam plane a Theophania, ut non obscure innuit Annalista Saxo ad A. 971. scribens. *Joannes Græcorum Imperator, cum magnificis muneribus comitatuque egregio non Virginem desideratam, sed Neptem suam Theophanu vocatam Imperatori transmare mittens &c.* Desiderata igitur hæc Virgo alia erat a Theophania. MANSI

*ad contumeliam vestram turpiter suscepti, graviter turpiterque sumus tractati; palatio quidem satis magno & aperto, quod nec frigus arceret, sicut nec calorem repelleret, inclusi sumus: armati milites appositi sunt custodes, qui meis omnibus * exitum, cæteris prohiberent ingressum.* (* f. exitum)
*Domus ipsa solis nobis inclusis pervia; a palatio adeo sequestrata, ut eo nobis non equitantibus, sed ambulantibus anhelitus truncaretur. Accessit ad calamitatem nostram, quod Græcorum vinum, ob picis, tædæ, gypsi commixtionem nobis impotabile fuit. Domus ipsa erat inaquosa, nec sitim saltem aqua extinguere quivimus, quam data pecunia emeremus. Huic magno væ, væ aliud appositum est, homo, * Scilsorum custos, qui quotidianos sumptus præberet, cui similem si requiras, non terra, sed infernus forsan dabit; is enim quidquid calamitatis, quidquid rapinæ, quidquid dispendii, quidquid luctus, quidquid miseriæ excogitare potuit, quasi torrens inundans, in nos effudit. Nec in centum viginti diebus una saltem præteriit, qua non gemitus nobis præberet & luctus.* (* al. Sicilliorum)

XIII. *Pridie Nonas Junii, ut superius scripsimus, Constantinopolim ante portam * Caream venimus, & usque ad undecimam horam cum equis, non modica pluvia, expectavimus. Undecima vero hora non ratus Nicephorus nos dignos esse, tam ornatos vestra misericordia equitare, venire jussit & usque in præfatam domum marmoream, invisam, inaquosam, patulam sumus deducti: Octavo autem, id * est, Sabbato primo dierum Pentecostes ante fratris ejus Leonis Coroplati & Logothetæ præsentiam sum deductus, ubi de Imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati. Ipse enim vos, non Imperatorem, idest, βασιλέα sua lingua; sed ob indignationem ῥῆγα, idest Regem, nostra, vocabat. Cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum; me, ait, non pacis, sed contentionis causa venisse; sicque iratus surgens, vestras litteras, vere indignans, non per se, sed per interpretem suscepit, homo ipse ad personam satis procerus, falso humilis, cui si innisus homo fuerit, manum ejus perforabit.* (* f. Auream) (* f. Idus Curopalata, Corrip. li. 1. factus mox cura pal. & lib. 2. Vocitatus cura pal.)

XIV. *Septimo autem, id * est, ipso videlicet sancto die Pentecostes, in domo, quæ dicitur Στεφάνη, id est, Coronaria, ante Nicephorum sum deductus, hominem satis monstruosum, pygmæum, capite pinguem, atque oculorum parvitate talpinum, barba curta, lata, spissa, & semicana fœdatum, cervice digitali turpatum, prolixitate & densitate comarum satis * hopam, colore Æthiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem, ventre extensum, natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam brevem longissimum, cruribus parvum, calcaneis pedibusque æqualem * villino, sed nimis veternoso, vel diuturnitate ipsa fœtido & pallido ornamento indutum, Sicyoniis calceamentis calceatum, lingua procacem, ingenio vulpem, perjurio seu mendacio Ulyssem. Semper mihi domini mei Impp. Augusti formosi, quanto hinc formosiores visi estis? Semper ornati, quanto hinc ornatiores? Semper potentes, quanto hinc potentiores? Semper mites, quanto hinc mitiores? Semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? Sedebant ad sinistram, non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli Imperatores, ejus quondam domini, nunc subjecti, cujus narrationis initium hoc fuit:* (* f. Idus Nicephori Imper. descriptio) (* al. hircum) (* al. Byssino) (Basilius & Constantinus Romani Imperat. Constantinopolitani filii.)

XV. *Debueramus, immo volueramus, te benigne magnificeque suscipere, sed domini tui impietas non permittit, qui tam inimica invasione Romam sibi vendicavit, Berengario & Adelberto contra jus fasque vitam abstulit, Romanorum alios gladio, alios suspendio interemit, oculis alios privavit, exilio alios relegavit, & im-* (Nicephorus cur tam abjecte Luitprandum exceperit & habuerit.)

PAGIUS men recte ostendit hanc Legationem ad præsentem annum pertinere, & confirmatur ex Luitprando num. XLIV. apud Baronium, qui scribit eo anno diem XX. Julii in secundam feriam incidisse, quod præsenti contigit. Mirum autem videri non debet, quod Luitprandus Nicephorum tantis dotibus præditum plurimis vitiis laborasse scribat; cum Zonaras, Cedrenus & Curopalates eum avaritiæ, crudelitatis, & aliorum morum perversorum insimulent.

XII. *Simeon Metaphrastes Protosecretarius.* Ex hac Legatione constat, *Simeonem Protosecretarium*, vulgo *Metaphrastem* appellatum hoc tempore adhuc in vivis fuisse, sed nondum ad dignitatem Logothetæ pervenisse. Luitprandus enim apud Baronium num. XXIX. ait: *Leo Curopalates Imperatoris frater, & Protus a Secretis Simeon pone me sequuntur, hæc latrantes*, &c. Is enim Simeon alius non est a Metaphraste, quem infra videbimus, anno CMLXXV. Logothetam fuisse. Allatius & Bollandus, qui, ut anno CMII. num. V. vidimus, eum circa annum CMLX. demortuum credidere, ad hunc locum animum non adverterant. Liquet secundo, *Hydruntum*, oppidum Regni Neapolitani hodierni permunitum, a *Polyeucto* Patriarcha Constantinopolitano hoc tempore Sede Archiepiscopali exornatum fuisse id enim diserte asserit Luitprandus apud Baronium num. LXXXIV. Tertio intelligimus Imperatores Constantinopolitanos nomen *Imperatoris* Occidentalibus Imperatoribus numquam tribuere voluisse, quod jam ostendimus anno DCCCXXIV, quibus addi potest quod in gestis Ludovici VII. Francorum Regis cap. 8. dicitur dum sermo fit de iis quæ anno MCXLVI. in bello sacro contigere. Ait enim Auctor Anonymus illius Historiæ: *Invendens*

*& imperii nostri insuper civitates homicidio aut incendio sibi subdere tentavit: & quia affectus ejus pravus effectum habere non potuit, nunc te malitiæ hujus suggestorem atque impulsorem, simulata pace, quasi * ἀκουστήν, id est, exploratorem, ad nos direxit.*

* ἀκουστήν.

XVI. *Cui inquam ego, Romanam civitatem dominus meus non vi aut tyrannice invasit, sed a tyranni, immo tyrannorum jugo liberavit. Nonne effeminati dominabantur ejus? & quod gravius sive turpius, nonne meretrices? Dormiebat, ut puto, tunc potestas tua, immo decessorum tuorum, qui nomine solo, non autem reipsa Imperatores Romanorum vocantur.*

XVII. Luitpr. exprobrat Nicephoro Rom. Eccl. neglectum. *Si potentes, si Imperatores Romanorum erant, cur Romam in meretricum potestate sinebant? Nonne sanctissimorum Paparum alii sunt relegati, alii a te afflicti, ut neque quotidianos sumptus, nec eleemosynam habere quirent? Nonne Adelbertus contumeliosas litteras Romano & Constantino, decessoribus tuis Imperatoribus, misit? Nonne sanctissimorum Apostolorum Ecclesias rapinis expoliavit? Quis ex vobis Imperatoribus, zelo Dei ductus, tam indignum facinus vendicare, & sanctam Ecclesiam in statum proprium reformare curavit? Neglexistis vos, non neglexit dominus meus; qui a finibus terræ surgens, Romamque veniens impios abstulit, & sanctorum Apostolorum Vicariis potestatem & honorem omnem contradidit. Postmodum vero insurgentes contra se & dominum Apostolicum, quasi jurisjurandi violatores, sacrilegos dominorum suorum Apostolicorum tortores, raptores, secundum decreta Imperatorum Romanorum, Justiniani, Valentiani, Theodosii & cæterorum, cecidit, jugulavit, suspendit, & exilio relegavit: quæ si non faceret, impius, injustus, crudelis, tyrannus esset. Palam est, quod Berengarius & Adelbertus sui milites effecti, Regnum Italicum sceptro aureo ex ejus manu susceperunt, & præsentibus servis tuis, qui nunc usque supersunt, & hac in civitate degunt, jurejurando fidem promiserunt. Et quia, suggerente diabolo, hanc perfide violarunt, juste illos quasi desertores, sibique rebelles Regno privavit: quod ita subditis tibi & postmodum rebellibus faceres.*

Sed non, ait, Adelberti hoc profitetur miles. Cui inquam: Si secus dixerit, meorum aliquis militum, si jubes, cras ita rem esse duello declarabit. XVIII.

*Esto inquit, fecerit hoc, ut ait, juste. Nunc cur Imperii nostri * terminos* * al. terram *bello incendioque aggressus sit, expedi. Amici eramus, societatemque indissolubilem, nuptiis interpositis, facere cogitabamus.*

Terram, inquam, quam Imperii tui esse narras, gens, incola, & lingua, Italici Regni esse declarat. Tenueruntque illam potestative Longobardi; quam & Ludovicus Longobardorum seu Francorum Imperator de manu Saracenorum, multitudine prostrata liberavit. Sed & Landulphus Beneventanorum & Capuanorum Princeps septennio potestative eam sibi subjugavit. Nec a servitutis ejus seu successorum suorum jugo usque ad præsens exiret, si non immensa data pecunia, Romanus Imperator noster Regis Hugonis amicitiam emeret. Et hæc causa fuit, quod nepoti suo, & æquivoco Regis nostri, ejusdem Hugonis spuriam conjugio copulavit. Et ut considero domino meo non gratiam, sed impotentiam adscri-

PAGIUS *dunt Alemannus* (nempe Græci), *nec vellent quod potestas eorum & dominium cresceret. Dedignantur valde, eo quod Imperator Alemanniæ Imperatorem se nominat Romanorum. Volunt enim dicere, quod suus Imperator solus de jure debet totius mundi monarchiam obtinere.* Idem habent Helmoldus lib. 1. cap. 15. & Willelmus Tyrius. Nec dubitandum, quin inde Græcæ & Latinæ Ecclesiæ deploranda divisio vires acceperit.

XIII. *Roma & Ravenna Imperatoribus subdita.* Intelligimus denique *Ottonem* cæterosque Imperatores Occidentis Romæ & Ravennæ dominos fuisse, ac coram eorum Legatis Romanos Pontifices de more ordinatos. Luitprandus enim, ut videre est apud Baronium num. XXVI. & seqq. ait cum filiam Nicephori Imp. Ottonis Imp. filio conjugem postularet, Græcorum Proceres, ut utramque civitatem Græcis redderet poposcisse: *Si datis quod decet, accipietis quod libet, Ravennam scilicet & Romam, cum his omnibus continuatis, quæ ab his sunt usque ad nos. Si vero amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse Dominus tuus permittat*, &c. Res mira, satis erat Græcis Romam relinqui liberam & a cujuscunque laici Principis dominio independentem; *Otto* vero quamvis eam tributis & servitute immunem vellet, jus tamen in eandem cedere recusabat. Cum vero Luitprandus dixit Ottonem Ecclesiam ditiorem ac liberiorem reddidisse, e Proceribus unus respondit, idem facturum suum Imperatorem, cum Urbi dominaretur, & coram ejus Legatis Pontifices Romani ordinarentur: *Sed hoc, ait Basilius Parakimomenos, faciet, cum ad nutum suum Roma, & Romana Ecclesia ordinabitur.* Hæc *vana* & *prisca* consuetudo, de qua loquitur Anastasius in Leone IV. quæ quidem Leonis Papæ IV. tempore nova erat cum sub Ludovico Pio cœpisset, sed vetus respectu Græcorum, qui a Justiniani Magni tempore illo jure potiti fuerant, & quod rursus sibi asserere volebant. Is itaque mos a plerisque recentibus Scriptoribus negatus certis Antiquorum testimoniis innititur.

*scribis, quod post Italiæ seu Romæ acquisitionem, tot annis eam tibi dimiserit. Societatem vero amicitiæ, quam te parentela voluisse facere dicis, fraudem nos dolumque tenemus. * Pausanas exigis, quas nec te exigere, neque nos concedere ratio ipsa compellit. Verum ut fallacia exculpatur, veritas non reticeatur, misit me dominus meus ad te, ut si filiam Romani Imperatoris & Theophanæ Imperatricis, domino meo, filio suo Ottoni Imperatori Augusto, in conjugium tradere volueris, juramento mihi affirmes, & ego pro gratiarum recompensatione, hæc & hæc dominum meum tibi facturum, & observaturum jurejurando affirmabo. *Sed & * optimum amicitiæ arrhabonam fraternitati tuæ nunc dominus meus contulit, cum Apuliam omnem potestati subditum, meo interventu, cujus hoc suggestione malum factum esse dicis. Cujus rei tot sunt testes, quot sunt totius Apuliæ habitatores.*

* al. inducias

Filia hæc fuit Anna Vide Cedrenum. Alii vocant Theophan

* hic deest aliquid.
* al. optimum arrhabonem.

Secunda, inquit Nicephorus, hora jam transiit: προέλευσις, idest processio nobis est celebranda. Quod nunc instat agamus. Contra hæc, cum opportunum fuerit, respondebimus.

XX. Processio Niceph. Imp. describitur.

Non pigeat me προέλευσιν ipsum describere, & dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copiosa ignobiliumque personarum, ea solemnitate, collecta, ad susceptionem & laudem Nicephori, a palatio usque ad sanctam Sophiam, quasi pro muris, viæ margines tenuit, clypeolis tenuibus satis & spiculis vilibus dedecorata. Accessit & ad dedecoris hujus augmentum, quod vulgi ipsius potior pars, ad laudem ipsius, nudis processerat pedibus. Credo sic eos putasse, sanctam ipsam potius exornare προέλευσιν. Sed & optimates sui, qui cum ipso per plebeam & discalceatam, multitudinem ipsam transierunt, magnis & nimia vetustate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veste induti procederent. Nullus est cujus atavus hanc novum haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, nisi ipse solus Nicephorus, quem Imperialia ornamenta ad majorum personas sumpta & composita, fœdiorem reddiderant. Per salutem vestram, quæ mihi mea charior extat, una vestrorum pretiosa vestis, procerum, centum horum & eo amplius pretiosior est. Ductus ergo ad προέλευσιν ipsam in eminentiori loco, juxta psaltas, idest cantores, sum constitutus.

XXI. Codin. Curopal. l. de offic. aulæ Const.

*Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adulatores psaltæ: Ecce venit stella matutina, surgit Eous, reverberat obtutu solis radios: pallida Sarracenorum mors, Nicephorus μέδων, idest, Princeps: Unde & cantabatur: Μέδοντι idest, Principi Nicephoro, πολλὰ ἔτη idest, plures anni sint. Gentes hunc adorate, hunc colite, huic tanto colla subdite. Quanto tunc verius canerent: Carbo extincte veni, μέλλε, anus incessu, Silvanus vultu, rustice, lustrivage, capripes, cornute, bimembris, setiger, indocilis, agrestis, barbare, dure, villose, rebellis Cappadox. Igitur falsidicis illis inflatus næniis S. Sophiam ingreditur, dominis suis Impp. se a longe sequentibus, & in pacis oscula ad terram usque adorantibus. Armiger hujus sagitta calamo immissa * Aeram in Ecclesia ponit, quæ prosequitur, quo nimirum tempore imperare cœperit, & sic Aeram, qui id non videerunt, intelligunt.*

Ἅμα οὖν τῷ τὸν βασιλέα φανῆναι, οἱ ψάλται ἀντιφωνάδα ἀλαλάζουσι τὸ πολυχρόνιον

simul atque apparet Imp. cantores statim canunt ad multos an. quod Curopalata vocat. πολυχρονίζειν

Hac eadem die convivam me sibi esse jussit. Non ratus autem me dignum esse cuipiam suorum præponi procerum, quintusdecimus ab eo absque gausape sedi; meorum nemo comitum non dico solum mensæ non assedit, sed neque domum, in qua conviva eram, vidit. Qua in cœna satis turpi, & obscœna, ebriorum more, oleo delibuta, alioque quodam deterrimo piscium liquore aspersa, multa super potentia vestra, multa super Regnis & militibus me rogavit. Cui cum consequenter & vere responderem: Mentiris, ait: Domini tui milites equitandi ignari, pedestris pugnæ sunt inscii, scutorum magnitudo, loricarum gravitudo, ensium longitudo, galearumque pondus neutra parte eos pugnare sinit: ac subridens, impedit, inquit, eos & gastrimargia, hoc est, ventris ingluvies; quorum Deus venter est; quorum audacia, crapula; fortitudo, ebrietas; jejunium, dissolutio; pavor, sobrietas. Nec est in mari domino tuo classium numerus. Navigantium fortitudo mihi soli inest, qui eum classibus aggrediar, bello maritimas ejus civitates demoliar; & quæ fluminibus sunt vicina, redigam in favillam. Quis, cedo, mihi etiam in terra copiarum paucitate resistere poterit? filius non affuit; uxor non defuit; Saxones, Suevi, Bajoarii, Italici omnes cum eo affuerunt, & cum civitatulam unam sibi resistentem capere nescirent, immo nequirent, quomodo mihi resistent venienti? quem tot copiæ prosequentur, Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos, quot cœlum stellas, quot mare in fluctibus undas.

Et ipsam actionem seu cantionem multos annos precandi. πολυχρόνιον.

* al. aram

XXII.

Cui cum respondere, & Apologeticum dignum inflatione hac evomere vellem, non permisit; sed adjecit quasi ad contumeliam: Vos non Romani, sed Longobardi estis; cui adhuc dicere volenti, & manu, ut tacerem innuenti, commotus inquam, Romulum fratricidam, ex quo & Romani dicti sunt, porniogenitum, hoc est, ex adulterio natum chronographia innotuit; asylumque sibi fecisse, in quo alieni æris debitores, fugitivos, servos, homicidas, ac pro reatibus suis mor-

XXIII. Nomen Rom. improperii loco usurpatum. Ex Niceta Choniate, Curopalata & aliis notum est.

Græcos nomen Rom. sibi proprium fecisse. Hinc factum ut Græcorum hostib. nomen Rom. tum hostile fuerit: quippe cum Græci se solos Romanos, reliquos vero Latinos vocarent.

morte dignos suscepit, multitudinemque quomdam talium sibi adscivit, quos Romanos appellavit: ex qua nobilitate propagati sunt, ipsi quos vos Kosmocratores, idest, Imperatores appellatis: quos nos Longobardi scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Bajoarii, Suevi, Burgondiones tanta dedignamur, ut inimicos nostros commoti, nil aliud contumeliarum, nisi, Romane, dicamus, hoc solo, idest, Romanorum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis, quidquid avaritiæ, quidquid luxuriæ, quidquid mendacii, immo quidquid vitiorum est, comprehendentes.

Imbelles vero nos & equitandi inscios quia dicis, si Christianorum peccata promerentur, ut in hac austeritate perduces, quales vos estis, quamve pugnaces nos simus, bella proxima demonstrabunt.

XXIV. Luitpr. a Niceph. Imp. pessime habitus.

Talibus Nicephorus exacerbatus dictis, manu silentium indixit, mensamque sine latitudine longam auferri, meque in invisam domum, seu ut verius fatear, carcerem reverti præcepit. Ubi post biduum cum indignatione, tum æstu & siti, magno sum languore affectus. Sed & sociolorum meorum nemo extitit, qui non eodem ebriatus poculo, diem sibi ultimum imminere formidaret. Cur quæso non ægrotarent, quibus erat potus pro optimo vino salsugo; pro culcitra, non fœnum, non stramen, non saltem terra, sed durum marmor, pro cervicali lapis? quibus patula domus non calorem, non imbrem, non frigus arcebat. Ipsa si vellet Salus his circumfusa, ut vulgo loquimur, eos salvare non posset. Proprio ergo atque meorum debilitatus angore, convocato ad me custode, immo persecutore meo, non precibus solum, sed pretio obtinui, ut epistolam meam hunc modum continentem Nicephoro fratri deferret.

XXV. Epist. Luitp. Logotheta δρόμου Joannes Zimisca fuit Nicephori successor. de quo Zonaras Τῆς στρατηγικῆς ἀρχῆς παύσας αὐτὸν (Nicephorus) [illegible] λογοθέτην τοῦ δρόμου Παρακοιμώμενος

Leoni Coropalati, & Logothetæ τοῦ δρόμου Luitprandus Episcopus. Si Imperator serenissimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fatigant me, quas hic sustineo, passiones: Litteris solummodo meis & nuntio, ut instruatur dominus meus, me hic moram ab re non facere. Quod si secus res se se habet, navis & hic Veneticorum, oneraria que profectioni festinat, hanc me ægrotum ingredi sinat, ut si dissolutionis meæ tempus advenerit, cadaver meum genitale saltem solum suscipiat. Quas cum legisset, se post quatriduum me jussit adire. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram secundum eorum traditionem, sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius Paracœmomenos, Proto a secretis Protovestiarius, & duo Magistri: quorum hoc fuit narrationis initium:

Quid causa sit, quare te huc fatigasti, frater, edissere. Quibus cum parentelæ gratia, quæ esset occasio infinitæ pacis, edicerem, inquiunt: Inaudita res est, ut Porphyrogeniti Porphyrogenita, hoc est, in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus misceatur. Verum quia tam excellentem rem petitis, si datis quod decet, accipietis quod libet; Ravennam scilicet & Romam cum his omnibus continuatis, quæ ab his sunt usque ad nos. Si vero amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse dominus tuus permittat: Principes autem, Capuanum scilicet & Beneventanum, sanctis nostri Imperii olim servos, nunc rebelles, servituti pristinæ tradat. idest, Cubicularius

XXVI. Græcorum arrogantia.

XXVII. Dona Roman. Eccles. a Constant. Magn. & Ottone Imp. collata.

Quibus, dominum meum, inquam, potentiores habere Sclavos Petro Bulgarorum Rege, qui Christophori Imperatoris filiam in conjugium duxit, etiam ipsi non ignoratis. Sed Christophorus, ajunt, non Porphyrogenitus fuit.

Roma vero, inquam, quam vos liberam esse velle perstrepitis, cui servit? cui tributa persolvit? Nonne prius meretricibus serviebat? & vobis dormientibus, immo non valentibus, dominus meus Imp. Augustus a tam turpi servitute liberavit? Constantinus Imp. Augustus, qui hanc ex suo nomine condidit civitatem, sanctæ Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ut erat Kosmocrator, multa donaria contulit, non in Italia solum, sed in omnibus pene Occidentalibus Regnis, necnon de Orientalibus atque Meridianis, Græcia scilicet, Judæa, Perside, Mesopotamia, Babylonia, Ægypto, Libya, ut ipsius testantur privilegia, quæ penes nos sunt. Sane quidquid in Italia, sed in Saxonia, Bajoaria, omnibus domini mei Regnis est, quod ad Apostolorum beatorum Ecclesiam respicit, sanctissimorum Apostolorum Vicario contulit. Et si est, ut dominus meus ex his omnibus civitatem, villam, milites aut familiam abtineat, Deum negavi. Cur Imperator vero non itidem facit, ut ea, quæ suis insunt Regnis, Apostolorum Ecclesiæ reddat, & per laborem atque munificentiam domini mei ditem & liberam, ditiorem ipse ac liberiorem reddat?

Sed hoc, ait Basilius Parakimomenos, faciet, cum ad nutum suum Roma & Romana Ecclesia ordinabitur. Tum, homo, inquam, quidam, multam ab alio passus injuriam, his Deum aggressus est verbis: Domine, vindica me de adversario meo. Cui Dominus, faciam, inquit, in die cum reddam unicuique secundum opera sua. At ille, quam tarde, infit. XXVIII.

Tunc omnes præter fratrem, cachinno commoti, disceptationem dimiserunt, me- XXIX.

que

quæ in invisam domum reduci præceperunt, magnaque custodire cautela usque ad sanctorum Apostolorum religiosæ cunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis ægrotum, necnon & Bulgarorum nuncios, qui pridie venerant, ad sanctos Apostolos sibi obviare præcepit. Cumque post nauiarum garrulitatem, & Missarum celebrationem, ad mensam invitaremur; in citeriori mensa margine, quæ erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuntium, Ungarico more tonsum, ænea catena cinctum, & ut mens mihi suggerit, catechumenum, mihi præponit; ad vestram plane, domini mei Augusti, contumeliam. In vobis contemptus, in vobis spretus, in vobis abjectus. Sed gratias ago Domino JESU Christo, cui vos servitis animi spiritu vestro, quod habitus sum pro nomine vestro dignus contumelias pati. Verum, domini mei, meam non considerans, sed vestram injuriam, mensam reliqui. Cumque indignans abire vellem, Leo Coroplates, Imperatoris frater, & Proto a secretis Symeon, pone me, sequuntur, hæc latrantes: Cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus conjugem duceret, symphona, idest consonantia scripta juramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis, idest nuntiis, penes nos, Bulgarorum apostoli præponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille apostolus, quamquam ut dicis, & verum est, tonsus, illotus, & catena ænea cinctus sit; Patricius tamen est, cui Episcopum præponere, Francorum præsertim, nefas decernimus judicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoscimus, non te nunc, ut putas, ad hospitium redire sinimus, sed in diversorio quodam cum Imperatoris servis cibum gustare compellimus.

Contemnitur Otto Imp. in suo legato. Luit. cum famulis Imp. comedere cogitur.

XXX. *Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil respondi, sed quæ jusserant, feci; * indignam judicans mensam, qua non dico mihi, idest, Luitprando Episcopo; sed Bulgarorum nuntius vestro præponitur nuntio. Sed lenivit dolorem meum Imperator sanctus munere magno, mittens mihi ex delicatissimis cibis suis hœdum pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris laute suffarcinatum, garo delibutum, quem vestræ tunc mensæ inesse optavi, ut qui delicias sancti Imperatoris faustas esse non creditis, saltem his perspectis crederetis.*

* Indignam judicans causam. Semesa fercula ab Imp. dono accipit.

XXXI. *Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari jam abessent, putans me mensam magnifacere suam, in eodem loco me satis ægrotum secum convivare coegit. Affuit cum pluribus Episcopis & Patriarcha, quibus præsentibus, plures mihi quæstiones de Scripturis sacris proposuit, quas cum Spiritu sancto afflante elegantæ exposui, novissime autem, ut de vobis ludum haberet, quas Synodos haberemus rogavit. Cui cum Nicænam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem; Ha ha he, ait, Saxonicam dicere es oblitus, quam si rogas, cur nostri codices non habent, rudem esse, & ad nos necdum venire posse respondeo.*

Patriarch. hic fuit Polyeuctus.

XXXII. *Cui inquam: In quo membro regnat infirmitas, illud est cauterio exurendum: hæreses omnes a vobis emanarunt, penes vos viguerunt: a nobis, id est, Occidentalibus hic sunt jugulatæ, hic sunt occisæ. Romanam sive Papiensem Synodum, quamquam essent sæpe, his non connumeramus. Romanus enim Clericus, postmodum universalis Papa, Gregorius, qui a vobis appellatus est Dialogus, Eutychium Constantinopolitanum Patriarcham hæreticum ab ejusmodi hæresi liberavit. Ajebat idem Eutychius, nec solum ajebat, sed etiam docebat, clamabat, scriptitabat, nos in resurrectione non veram, quam hic habemus, sed phantasticam quamdam carnem assumpturos, cujus erroris liber a Gregorio orthodoxe est combustus. Sed Ennodius Papiensis Episcopus, propter aliam quamdam hæresim huc, id est, Constantinop. a Romano est Patriarcha directus, quam compressam, in Catholicam atque orthodoxam reformavit. Saxonum genus, ex quo sacrum lavacrum & Dei accepit notitiam, nulla est hæresi maculatum, ut ibi Synodus fieret, quo errorem, cum nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicis Saxonibus esse Fidem, idipsum & ego affirmo: semper enim apud eos Christi Fides rudis est, & non vetus, ubi Fidem opera sequuntur. Hic Fides non rudis, sed vetus est, ubi Fidem opera non comitantur, sed quasi præ vetustate, ut vestis contempta contemnitur. Sed hanc Synodum factam esse in Saxonia certo scio, in qua tractatum est & firmatum, decentius ensibus pugnare quam calamis; & prius mortem obire, quam hostibus terga dare: quod vel tuus exercitus experitur; in corde meo dixi, & quam sint pugnaces re ipsa experiatur.*

Græcia hæresum mater. Eutichii error. Saxones defensi.

XXXIII. *Verum hac eadem die post meridiem, adeo impotentem & transfiguratum me revertenti ad palatium sibi præcepit occurrere, ut obviantes mihi, quæ prius in stuporem mentis mulieres versæ, * Mana, mana, clamabant; miseriam meam pugnis pectora tunsæ dicerent, εὐτελὴ & ζαλάπτορε. Cui, Nicephoro scilicet venienti, & vobis absentibus, quod tunc manibus in cælum erectis optaverim, proveniat utinam. Sed mihi velim credatis, ad risum me non parum illexit. Impatienti enim atque effrœni insidens equo, satis parvus, satis magno, puppom*

* idest mater, mater. Niceph. Imp. ridiculus.

Græcos nomen Rom. sibi proprium fecisse. Hinc factum ut Græcorum hostib. nomen Rom. tam hostile fuerit: quippe cum Græci se solos Romanos, reliquos vero Latinos vocarent.

morte dignos suscepit, multitudinemque quamdam talium sibi adscivit, quos Romanos appellavit: ex qua nobilitate propagati sunt, ipsi quos vos Kosmocratores, idest, Imperatores appellatis: quos nos Longobardi scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Bojoarii, Suevi, Burgundiones tanto dedignamur, ut inimicos nostros commoti, nil aliud contumeliarum, nisi, Romane, dicamus, hoc solo, idest, Romanorum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis, quidquid avaritiæ, quidquid luxuriæ, quidquid mendacii, immo quidquid vitiorum est, comprehendentes.

Imbelles vero nos & equitandi inscios quia dicis, si Christianorum peccata promerentur, ut in hac austeritate perdures, quales vos estis, quamve pugnaces nos simus, bella proxima demonstrabunt.

XXIV. Luitpr. a Niceph. Imp. pessime habitus.

XXIV. Talibus Nicephorus exacerbatus dictis, manu silentium indixit, mensamque sine latitudine longam auferri, meque in invisam domum, seu ut verius fatear, carcerem reverti præcepit. Ubi post biduum cum indignatione, tum æstu & siti, magno sum languore affectus. Sed & assectarum meorum nemo extitit, qui non eodem ebriatus poculo, diem sibi ultimum imminere formidaret. Cur quæso non ægrotarent, quibus erat potus pro optimo vino salsugo; pro culcitra, non fœnum, non stramen, non saltem terra, sed durum marmor, pro cervicali lapis? quibus patula domus non calorem, non imbrem, non frigus arcebat. Ipsa si vellet Salus his circumfusa, ut vulgo loquimur, eos salvare non posset. Præ-terea ergo atque meorum debilitatus angore, convocato ad me custode, immo persecutore meo, non precibus solum, sed pretio obtinui, ut epistolam meam hunc modum continentem Nicephoro fratri deferret.

XXV. Epist. Luitp. Logotheta δρόμου Joannes Zimisca fuit Nicephori successor. de quo Zonaras Τῆς στρατηγικῆς ἀρχῆς παύσας αὐτὸν (Nicephorus) εἰς πολυτελῶς μετατιθεὶς λογοθέτην τοῦ δρόμου Παρακοιμώμενος

XXV. Leoni Curopalati, & Logothetæ τοῦ δρόμου Luitprandus Episcopus. Si Imperator serenissimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fatigant me, quas hic sustineo, passiones: Litteris solummodo meis & nuntio, ut instruatur dominus meus, me hic moram ab re non facere. Quod si secus res se se habet, navis & hic Veneticorum, onerarioque proficisci festinat, hanc me ægrotum ingredi sinat, ut si dissolutionis meæ tempus advenerit, cadaver meum genitale saltem solum suscipiat. Quas cum legisset, se post quatriduum me jussit adire. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram secundum eorum traditionem, sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius Parakœmomenos, Proto a secretis Protovestiarius, & duo Magistri, quorum hoc fuit narrationis initium:

Quid causa sit, quare te huc fatigasti, frater, edissere. Quibus cum parentelæ gratia, quæ esset occasio infinitæ potis, edocerem, inquiunt: Inaudita res est, ut Porphyrogeniti Porphyrogenita, hoc est, in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus misceatur. Verum quia tam excellentem rem petitis, si datis quod decet, accipietis quod libet; Ravennam scilicet & Romam cum his omnibus continuatis, quæ ab his sunt usque ad nos. Si vero amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse dominus tuus permittat: Principes autem, Capuanum scilicet & Beneventanum, sancti nostri Imperii olim servos, nunc rebelles, servituti pristinæ tradat.

ideſt, Cubicularius

XXVI. Græcorum arrogantia.

Quibus, dominum meum, inquam, potentiores habere Sclavos Petro Bulgarorum Rege, qui Christophori Imperatoris filiam in conjugium duxit, etiam ipsi non ignoratis. Sed Christophorus, ajunt, non Porphyrogenitus fuit.

XXVII. Dona Roman. Eccles. a Constant. Magn. & Ottone Imp. collata.

Roma vero, inquam, quam vos liberam esse velle perstrepitis, cui serviit? cui tributa persolvit? Nonne prius meretricibus serviebat? & vobis dormientibus, immo non valentibus, dominus meus Imp. Augustus a tam turpi servitute liberavit? Constantinus Imp. Augustus, qui hanc ex suo nomine condidit civitatem, sanctæ Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ut erat Kosmocrator, multa donaria contulit, non in Italia solum, sed in omnibus pene Occidentalibus Regnis, necnon de Orientalibus atque Meridianis, Græcia scilicet, Judæa, Perside, Mesopotamia, Babylonia, Ægypto, Libya, ut ejus testantur privilegia, quæ penes nos sunt. Sane quidquid in Italia, sed in Saxonia, Bajoaria, omnibus domini mei Regnis est, quod ad Apostolorum beatorum Ecclesiam respicit, sanctissimorum Apostolorum Vicario contulit. Et si est, ut dominus meus ex his omnibus civitates, villas, milites aut familiam obtineat, Deum negavi. Cur Imperator vero non itidem facit, ut ea, quæ sui insunt Regni, Apostolorum Ecclesiæ reddat, & per laborem atque munificentiam domini mei ditem & liberam, ditiorem ipse ac liberiorem reddat?

Sed hoc, ait Basilius Parakimomenos, faciet, cum ad nutum suum Roma & Romana Ecclesia ordinabitur. Tum, homo, inquam, quidam, multam ab alio passus injuriam, his Deum aggressus est verbis: Domine, vindica me de adversario meo. Cui Dominus, faciam, inquit, in die cum reddam unicuique secundum opera sua. At ille, quam tarde, infit. XXVIII.

Tunc omnes præter fratrem, cachinno commoti, disceptationem dimiserunt, me- XXIX.

que

que in invisam domum reduci præceperunt, magnaque custodiri cautela usque in sanctorum Apostolorum religiosis tunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis ægrotum, necnon & Bulgarorum nuntios, qui pridie venerant, ad sanctos Apostolos sibi obviare præcepit. Cumque post naniarum garrulitatem, & Missarum celebrationem, ad mensam invitaremur; in interiori mensæ margine, quæ erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuntium, Ungarica more tonsum, ænea catena cinctum, & ut mens mihi suggerit, catechumenum, mihi præponit; ad vestram plane, domini mei Augusti, contumeliam. In vobis contemptus, in vobis spretus, in vobis abjectus. Sed gratias ago Domino JESU Christo, cui vos servitis omni spiritu vestro, quod habitus sum pro nomine vestro dignus contumelias pati. Verum, domini mei, meam non considerans, sed vestram injuriam, mensam reliqui. Cumque indignans abire vellem, Leo Coroplates, Imperatoris frater, & Prota a secretis Symeon, pone me, sequuntur, hæc latrantes: Cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus conjugem duceret, symphona, idest consonantia scripta juramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis, idest nuntiis, penes nos, Bulgarorum apostoli præponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille apostolus, quamquam ut dicis, & verum est, tonsus, illotus, & catena ænea cinctus sit; Patritius tamen est, cui Episcopum præponere, Francorum præsertim, nefas decernimus judicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoscimus, non te nunc, ut putas, ad hospitium redire sinimus, sed in diversorio quodam cum Imperatoris servis cibum gustare compellimus.

Contemnitur Otto Imp. in suo legato. Luit. cum famulis Imp. comedere cogitur.

XXX. *Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil respondi, sed quæ jusserant, feci; * indignum judicans mensam, qua non dico mihi, idest, Luitprando Episcopo; sed Bulgarorum nuntius vestro præponitur nuntio. Sed lenivit dolorem meum Imperator sanctus munere magno, mittens mihi ex delicatissimis cibis suis hœdum pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris laute suffarcinatum, gara delibutum, quem vestræ tunc mensæ inesse optavi, ut qui delicias sancti Imperatoris faustas esse non creditis, saltem hic perspectis crederetis.*

* indignam judicans causam. Semesa fercula ab Imp. dono accipit.

XXXI. *Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari jam abessent, putans me mensam magnifacere suam, in eodem loco me satis ægrotum secum convivare coegit. Affuit cum pluribus Episcopis & Patriarcha, quibus præsentibus, plures mihi quæstiones de Scripturis sacris proposuit, quas cum Spiritu sancto afflante eleganter exposui, novissime autem, ut de vobis ludum haberet, quas Synodos haberemus rogavit. Cui cum Nicænam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem; Ha ha he, ait, Saxonicam dicere es oblitus, quam si rogas, cur nostri codices non habeant, rudem esse, & ad nos necdum venire posse respondeo.*

Patriarch. hic fuit Polyeuctus.

Cui inquam: In quo membro regnat infirmitas, illud est cauterio exurendum: hæreses omnes a vobis emanarunt, penes vos viguerunt: a nobis, id est, Occidentalibus hic sunt jugulatæ, hic sunt occisæ. Romanam sive Papiensem Synodum, quamquam essent sæpe, his non connumeramus. Romanus enim Clericus, postmodum universalis Papa, Gregorius, qui a vobis appellatus est Dialogus, Eutychium Constantinopolitanum Patriarcham hæreticum ab ejusmodi hæresi liberavit. Ajebat idem Eutychius, nec solum ajebat, sed etiam docebat, clamabat, scriptitabat, nos in resurrectione non veram, quam hic habemos, sed phantasticam quamdam carnem assumpturos, cujus erroris liber a Gregorio orthodoxe est combustus. Sed Evodius Papiensis Episcopus, propter aliam quandam hæresim huc, id est, Constantinop. a Romano est Patriarcha directus, quam compressam, in Catholicam atque orthodoxam reformavit. Saxonum genus, ex quo sanctum lavacrum & Dei accepit notitiam, nulla est hæresi maculatum, ut ibi Synodus fieret, qua errorem, cum nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicis Saxonibus esse Fidem, idipsum & ego affirmo: semper enim apud eos Christi Fides rudes est, & non vetus, ubi Fidem opera sequuntur. Hic Fides non rudis, sed vetus est, ubi Fidem opera non comitantur, sed quasi præ vetustate, ut vestis contempta contemnitur. Sed hanc Synodum factam esse in Saxonia certo scio, in qua tractatum est & firmatum, decentius ensibus pugnare quam calamis; & prius mortem obire, quam hostibus terga dare: quod vel tuus exercitus experitur; in corde meo dixi, & quam sint pugnaces re ipsa experiatur. XXXII.

Græcia hæresum mater.

Eutichii error.

Saxones defensi.

*Verum hac eadem die post meridiem, adeo impotentem & transfiguratum me revertenti ad palatium sibi præcepit occurrere, ut obviantes mihi, quæ prius in stuporem mentis mulieres versæ, * Mana, mana, clamabant; miseriam meam pugnis pectora tunsæ dicerent, ταπεινὲ & ζαλίπτορε. Cui, Nicephoro scilicet venienti, & vobis absentibus, quid tunc manibus in cælum erectis optaverim, proveniat optimam. Sed mihi velim credatis, ad risum me non parum illexit. Impatiens enim atque effrænis insidens equo, satis parvus, satis magno, pup-* XXXIII.

* idest mater, mater, Niceph. Imp. ridiculus.

pam

pam ipsum meus sibi deplanxit mea, quum Seblavi vestri equino colligantes palla matrem præcedentem sequi effrenate dimittunt.

XXXIV. His expletis ad concives & cohabitatores meos, quinque leones, in prænominatam invisam domum sum deductus, ubi post hebdomadarum spacium trium, nullius nisi meorum sum colloquio visitatus. Qua ex re Nicephorum numquam me velle dimittere mens sibi depinxit mea, ac tristitia immodica languorem languori adeo superimposuit, ut vita excederem, nisi mihi hanc Dei Genitrix a Creatore & filio sua precibus obtineret; quemadmodum non phantastica, sed vera est mihi visione monstratum.

XXXV. His ergo tribus hebdomadibus habuit Nicephorus extra Constantinopolim metastasim, id est, stationem, in loco qui dicitur Εἰς πηγὰς, id est, Ad fontes: eodemque me venire præcepit. Et cum tamen languidus essem, ut non solum stario, sed ipsa etiam sessio gravis mihi mora videretur, discooperto capite, quod malæ valetudini meæ nimis contrarium erat, ante se me stare coegit; cui & ait: Domini tui Regis Ottonis nuntii, qui præterito te præcesserunt anno, juramento mihi promiserunt, & jusjurandi literæ in præsentiarum sunt, numquam illum in aliquo nostrum scandalizare Imperium. Vis majus scandalum, quam quod se Imperatorem vocat, Imperii nostri Themata sibi usurpat? Utraque non sunt ferenda, etsi utraque importabilia, istud est non ferendum, immo nec audiendum, quod se Imperatorem nominat. Sed si confirmas eadem, quæ ipsi fecerunt, fortunatum te atque locupletem Imperii nostri majestas cito dimittet. Id autem eo non dixit, ut vos, si mea hoc stultitia faceret, *conservatos sperarem, sed volnit habere præ manibus quod in laudem suam & contumeliam nostram ostenderet futuris temporibus.

* f. servaturos speraret.

XXXVI. Cui inquam, nuper sanctissimus dominus meus, ut est sapientissimus & spiritu Dei plenus, hæc prænoscens, quæ asseris, ne terminos quos constituit mihi, transcenderem, ἐντολὴν id est, præceptum conscripsit, quod & sigillo signavit suo, ne secus facerem. Scis domine mi Auguste, qua id fiducia dixerim? ἐντολὴ istud in medium proferatur, & quidquid jusserit, juramento a me tibi firmetur. Sed præteriti nuntii præter jussionem domini mei promiserunt, juraverunt, conscripserunt, ita est, ut Plato ait: Causa penes optantem, Deus extra culpam.

XXXVII. His expletis ventum est ad nobilissimos Principes, Capuanum & Beneventanum, quos ipse servos nominat, & ob quos intestinus ipsum agitat dolor. Servos, inquit, meos dominus tuus in tutelam recepit suam, quos si non dimiserit, & in pristinam servitutem redegerit nostra amicitia carebit; ipsi in Imperium nostrum, ut recipiantur, flagitant; sed recusat eos nostrum Imperium, ut cognoscant & experiantur, quam periculosum sit, servos a dominis declinasse, servitutem effugere. Et est decentius domino tuo, ut mihi eos tradat amicus, quam mihi dimittat invitus. Experientur plane, vita comite, quid sit herum fallere, quid sit servitutem deserere: &, ut puto, sentiunt nunc, quod, dico operantibus hoc nostris, qui sunt ultra mare, militibus. Ottoni minatur Niceph.

Quibus respondere me non permisit, sed abire cupientem, ad mensam suam redire præcepit. Cui pater assedit, homo, ut mihi videbatur, natus centum quinquaginta annis. Cui itidem, ut filio, Græci in laudibus, immo inventis suis, Deus annos ut multiplicet, conclamant. Qua in re, quam sint Græci stulti, quamve hujus gloriæ amatores, quamve adulatores, quam cupidi, hinc colligere possumus: optant soli non sola, sed silicernio, quod naturam ipsam non pati certo sciunt. Gaudet & silicernium ea sibi optari, quæ nec Deum facere, nec *tibi prodesse, sed obesse, etiamsi faceret, novit. Quod quasi Nicephorum gaudere pacis .... illum & phosphorum clamabant. Impotentem, vividum, stultum, sapientem, brevem, magnum; nigrum album; peccatorem, sanctum dicere, mihi credite, non laus, sed contumelia est. Et qui aliena magis gaudet sibi acclamari, quam propria, avibus omnino est similis, quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat. XXXVIII. Fuit Bardas quem Niceph. Imperium adeptus Cæsarem salutavit. * f. sibi

Sed redeamus ad eam, hac in cœna, quod prius non fecerat, *voce Latina beati Joannis Chrysostomi homiliam in Apostolorum actibus legere jussit. Post cujus lectionis terminum, cum ad vos redeundi licentiam quærerem, capite se ita facturum innuens, recipi me ad concives, & cohabitatores meos leones persecutori meo indixit. Quod cum fieret, non sum ab eo visus usque in tertiumdecimum Kalend. Augusti, sed diligenter custoditus, ne cujuspiam fruerer sermone, qui suos mihi actus indicaret. Interea Grimizonem Adelberti nuntium se adire jussit, quem cum navali suo exercitu redire præcepit. Fuerunt chelandia vigintiquatuor, Russorum naves duæ, Gallicæ duæ, si plus miserit, quas non viderim, nescio. Vestrorum, domini mei Imperatores Augusti, militum fortitudo non eget, ut adversariorum impotentia animetur, quod in his sæpe expertum est gentibus, quarum etiam ultimi; & cæterorum comparatione, impoten- XXXIX. *al. voce celatus, ex quo corrigo voce elata.

*tentes, Græcam fortitudinem stravarunt, tributariam fecerunt. Sicut enim vos non terrerem, si fortissimos illos & Alexandro Macedoni similes prædicarem, sic & vos instigo, cum impotentiam eorum, quæ vera est, narro. Mihi credatis velim, & credatis scio, omnem ipsum exercitum * quadringentis vestris, si fossa murive non impediant, posse * occidere, cui exercitui, ut puto, ad contumeliam vestram, hominem quemdam (sed quemdam eo dixi, quia mas esse desiit, mulier fieri nequit) præposuit. Adelbertus octo millia loricatorum se habere Nicephoro mandavit, quibus cum Argivo adminiculante exercitu, vos fugare aut sternere dicit, rogavitque amulum vestrum, ut pecunia illi mitteretur, quæ illos avidius ad pugnam instigaret.*

* a quadringentis vestris
* occidi

XL. *Sed nunc, domini mei, accipite insidias Danaum, & crimine ab uno discite omnes: Nicephorus mancipio illi, cui collectitium atque conductitium commendavit exercitum, pecuniam satis magnam hac ratione dedit, ut si Adelbertus cum septem millibus loricatorum, & eo amplius, sicut mandavit, se adierit, tunc donativum eis illud distribuat. Cona frater suus cum ipso & Argolico exercitu vos impugnet. Adelbertus vero Bareis diligenter custodiatur, donec potitus victoria frater redeat. Quod si veniens tot hominum millia non duxerit, ut capiatur, vinciatur, vobisque eo venientibus tradatur. Insuper & pecunia, quæ ei debebatur, vestras in manus conferatur, edixit. O bellatorem, o fidelem! prodere cupit, * cui defensorem parat; defensorem parat, quem perdere cupit: in neutro fides, in utroque infidelitas: fecit, quod non egit; egit, quod non fecerat. Sed esto, fecerit, ut Græcos decuit; nos ad propositum redeamus.*

* al. qui

XLI. Festum raptionis Heliæ. *Quarto decimo Kal. Augusti collectitium ipsum navalem exercitum, me ab invisa domo spectante, dimisit. Decimotertio autem, quo die levis Græci raptionem Heliæ prophetæ ad cœlos ludis scenicis celebrant, me se adire præcepit, cui & ait: Imperium nostrum copias in Assyrios ducere cogitat, non sicut Christicolas, quemadmodum dominus tuus: præterito quippe anno idipsum facere volui, sed audito, quod dominus tuus Imperii nostri terram invadere vellet, dimissis Assyriis, illum versus habenas retorsimus, obviavitque nobis in Macedonia Dominicus Venedicus nuntius suus, qui multo labore & sudore nos, ut reverteremur, delusit, jurejurando nobis affirmans, numquam dominum tuum esse id cogitaturum, nedum facturum; revertere ergo (quod cum audissem tacitus Deo gratias dixi) & hæc atque hæc tuo domino nuntiato, si me compotem fecerit, ipse redito.*

XLII. *Cui jubeat, inquam, sanctissimum * Imperatorem tuum me in Italiam cito advolare, certa ratione, quod dominus meus, quæ vult Imperium tuum, complebit, & lætus ego ad te redeam. Quod qua mente dixerim nec ipsum, proh dolor, latuit. Nam subridens, simul capite innuit, meque contrahens se adorantem, atque abeuntem extra, foris manere, atque ad cœnam allio & cepa bene olentem, oleo & garo sordidam venire præcepit, magnisque die illa effecit precibus, ut munus meum, quod sæpe aspernatus erat, dignaretur accipere.*

* i. Imperium

XLIII. *Residentibus itaque nobis ad mensam sine latitudine longam * pallingi latitudine tectam longitudine seminudam, de Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teutones comprehendit, ludum habuit: rogavitque me, ut, quo in loco Episcopatus mei civitas esset, quove nomine censeretur, edicerem. Cui Cremona, inquam, Eridano fluviorum Italiæ Regi satis vicina & quia Imperium tuum chelandia eo mittere properat, prosit mihi te vidisse, prosit agnovisse, da pacem loco, ut per te saltem possit subsistere, qui tibi non potest resistere. Sed vafer ille hæc ironice me dixisse cognovit, submissoque vultu se ita facturum promisit, juravitque mihi per sancti sui virtutem Imperii, nil me mali passurum, sed prospere suis cum chelandiis usque in Anconitanum portum cito perventurum, & mihi id tunso digitis pectore juravit.*

* al. pallii, vel palmi

XLIV. *Verum quam impie pejeraverit, animadvertite. Hæc acta, hæc dicta sunt decimotertio Kalendas Augusti, secunda feria, quo ex die usque in nonum stipendiorum nihil ab eo recepi, cum tanta esset Constantinopoli fames, ut vigintiquinque asseclas meos, & quatuor custodes Græcos tribus aureis una cœna nequirem reficere. Quarta feria ipsius hebdomadæ, Nicephorus Constantinopolim egreditur, in Assyrios profecturus.*

XLV. *Quinta feria frater suus me accersivit, quem ita convenit: Sancto Imperatore præmisso, domi hodie dispositione ejusdem causa subsisto: nunc si te sanctum Imperatorem videndi desiderium obtinet, & si quidquam, quod necdum prodideris habes, edissere. Cui, inquam, nec sanctum Imperatorem videndi, nec res nova narrandæ habeo causam. Unum hoc peto; secundum sancti Imperii promissionem, ut chelandiis in Anconitanum portum usque deducar. Quo audito (ut sunt Græci per caput alterius semper jurare parati) per Imperatorium caput, per vitam propriam, per liberos, quos Deus ita, ut verum dixit, conservet,*

Mos jurandi apud Græcos.

se

se id completurum jurare cœpit. Cui cum, quando? dicerem; mox discedente, inquit, Imperatore: Delongarie enim, sub cujus manu navium est omnis potestas, recedente sancto Imperatore, coram tui aget. Hac spe ludificatus, lætus ab eo recessi.

XLVI. *Post sequentem vero diem, Sabbato scilicet, in Umbriam, qui est locus decem & octo milliaribus Constantinopoli distans, Nicephorus me accersiri jubet: cui & ait: Putabam te quidem virum magnum & honestum ea gratia huc venisse, ut completa omnimodo voluntate mea, perpetuam inter me, & dominum tuum constitueres amicitiam. Et quoniam ob cordis tui duritiem id facere nolis, unum saltem, quod facere justa ratione possis, efficito; scilicet dominum tuum Principibus Capuano & Beneventano servis meis, quos oppugnare dispono, nullum consilium collaturum. Sua qui non largitur, nostra saltem dimittat. Nova res est, quod eorum patres & avi nostro Imperio tributa dederunt: at id istos, brevi tempore facturos, Imperii nostri exercitus laborabit.*

XLVII. *Cui inquam: Principes isti apprime nobiles, & domini mei sunt milites, qui si senserit exercitum tuum super eos irruere, eis copias mittet, quibuscum tuos contereret, & duo illa Themata, quæ ultra mare habes, tibi prævalebunt auferre.*

Tunc bufonis in modum tumefactus & commotus: Discede, inquit, per me, per qui me talem genuere parentes, faciam, ut aliud dominus tuus, quam desertores servos defendere cogitet. Cumque abirem, jussit interpres, me sibi convivam fieri: accitisque eorumdem Principum fratre & Bysantio Barisiano, magnas in vos, gentemque Latinam, & Teutonicam contumelias evomere jussit. Verum cum a sordida cœna ipse discederem, nuntiis interpositis, clam mihi mandaverunt & juraverunt, se quæ latraverunt, non sponte, sed Imperatore volente & commonente dixisse.

XLVIII. Περίβολα in Germ. Thiergart *Sed & idem Nicephorus in eadem cœna me interrogavit, si nos perivolia, id est, brolia, vel si in perivoliis onagros, vel cætera animalia haberetis. Cui cum vos brolia, & in broliis animalia, onagris exceptis, habere affirmarem. Ducam te, inquit, in nostrum perivolium, cujus magnitudinem, & onagros, id est, silvestres asinos, te vidisse miraberis. Ductus itaque in perivolium satis magnum, montuosum, fructuosum, minime amœnum, cum pileatus equitarem, meque Coroplates a longe prospiceret, filio celeriter directo, mihi mandavit fas non esse quempiam, ubi Imperator esset, pileatum, sed teristratum incedere. Cui, Mulieres, inquam, nostræ tiaratæ & teristratæ, viri equitant pileati. Nec decet vos compellere patrium me hic mutare morem: cum vestros nos advenientes, patrium morem tenere sinamus: manicati enim, fasciati, * fibulati, criniti, talari tunica induti penes nos equitant, incedunt, mensæ assident: & quod nostris omnibus nimis turpe videtur, ipsi soli capite operto Imperatores nostros deosculantur. Quod non amplius fieri Deus permittat, tacitus dixi.* * al. vi. polati

Revertere ergo inquit quod cum facerem; currunt mihi commisti capreis, quos ipsi dicunt, onagri. Sed quæso quales onagri? Quales sunt Cremonæ domestici, color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales similiter, cum rudere incipiunt, magnitudo non dispar, velocitas una, dulces lupis æque. Quos cum viderem, coequitanti Græco inquam: Hujusmodi numquam in Saxonia vidi. Si, inquit, dominus tuus sancto Imperatori morigeratus fuerit, multos illi hujusmodi dabit, eritque illi non parva gloria, cum ipse possidebit, quod nemo dominorum decessorum suorum vidit. Sed mihi credito domini mei Augusti, confrater, & coepiscopus meus dominus Antonius potest non inferiores dare, ut commercia testantur, quæ sunt Cremonæ, atque ipsi non onagri, sed domestici; non vacui, sed onerati procedunt. Sed cum ea superius scripta verba idem Nicephoro nuntiasset, transmissis mihi duabus capreis, ut abirem, licentiam dedit. In crastinum autem Syriam versus profectus. XLIX.

*Sed cur exercitum ☞ nunc ☜ in Assyrios duxerit, quæso advertite. Habent Græci & Sarraceni libros, quos ὁράσεις sive visiones Danielis vocant; ego autem Sibyllinos: in quibus scriptum reperitur, quot annis Imperator quisque vivat: quæ sint futura, eo imperitante, tempora; pax, an simultas; secundæ Sarracenorum res, an adversæ. Legitur itaque, hujus Nicephori temporibus Assyrios Græcis non posse resistere, hunque septennio tantum vivere: post cujus obitum Imperatorem isto deteriorem (sed timeo quod inveniri non possit) & magis imbellem debere surgere: cujus temporibus prævalere debent adeo Assyrii, ut in Chalcedoniam usque, quæ distat Constantinopoli haud longe, potestative cuncta debeant obtinere. Considerant enim utrique tempora, una eademque re Græci animati insequuntur. Sarraceni desperati non resistunt, tempus expectantes, cum & ipsi insequantur Græci * iterum non resistunt.* L. Visiones Danielis seu libri sybillini. * al. interim non resistant.

Sed Hippolytus quidam Siciliensis Episcopus eadem scripsit, & de Imperio vestro, & gente nostra, nostrum nunc de-

co

Hippolyti Episc. Sicil. vaticinium, ejusque interpretatio.

co omnem, quæ sub vestro Imperio est, gentem: atque utinam verum sit quod de præsentibus scripsit iste temporibus. Cætera, ut scripsit, sunt usque huc completa, quemadmodum per ipsos, qui horum librorum scientiam habent, audivi; & ex multis ejus dictis unum id proferamus in medium. Ait enim nunc completam iri scripturam, quæ dicit λέων σκύμνος ὁμοῦ διώξουσιν ὄναγρον, Græce ita. Latinum autem sic: Leo & catulus simul exterminabunt onagrum. Cujus interpretatio secundum Græcos; Leo, id est, Romanorum sive Græcorum Imperator, & catulus Francorum scilicet Rex simul hic præsentibus temporibus exterminabunt onagrum, id est, Sarracenorum Regem Africanum. Quæ interpretatio eo mihi vera non videtur, quoniam leo & catulus, quamvis disparis magnitudinis, unius tamen sunt naturæ & speciei seu moris, atque ut mihi mea scientia suggerit, si leo Græcorum Imperator, inconveniens est, ut catulus sit Francorum Rex, quamvis enim utrique homines sint, sicut leo & catulus uterque animalia, distant tamen moribus tantum, non dico solum quantum species speciebus, sed quantum sensibilia insensibilibus. Catulus a Leone nil nisi tempore distat, forma eadem, rabies una, rugitus idem. Græcorum Rex crinitus, tunicatus, manicatus, teristratus, mendax, dolosus, immisericors, vulpinus, superbus, falso humilis, parcus, cupidus allio, cepe & porris vescens, balnea bibens; Francorum Rex contra pulchre tonsus a muliebri vestitu veste diversus pileatus, verax, nil doli habens, satis ubi competit, misericors, severus ubi oportet; semper vere humilis, numquam parcus, non allio, cepis, porris vescens, ut possit animalibus eo parcere: quatenus non manducatis, sed venundatis pecuniam congreget. Audistis differentiam, nolite hanc interpretationem suscipere: aut enim futura est, aut hæc vera non est: impossibile est enim, ut Nicephorus sicut ipsi mentiuntur, sit leo, & Otto sit catulus, qui simul exterminent aliquem. Ante enim peregrinatis amborum finibus, exul, aut Araxim Parthus bibet, aut Germania Tygrim, quam Nicephorus & Otto amicitia coeant & fœdera jungant.

Græci & Latini Imp. differens habitus & mores.

LII. Audistis Græcorum, audite nunc Luitprandi Cremonensis Episcopi interpretationem. Dico autem, & non solum dico, sed affirmo, si scriptura hæc præsentibus est implenda temporibus; leo & catulus, pater & filius, Otto & Otto in nullo dispares, tempore distantes tantum, simul hoc præsenti tempore exterminabunt onagrum, id est, silvestrem asinum Nicephorum: qui non incongrue

Nic. Imp. Onagro comparatus.

silvestri asino comparatur, ob vanam & inanem gloriam, incestumque dominæ & commatris suæ conjugium. Si onager iste nunc a leone & catulo nostro Ottone & Ottone, patre scilicet & filio Augustis Romanorum Imperatoribus exterminatus non fuerit, nec quod Hippolytus scripsit verum erit: Græcorum enim illa superior abjicienda interpretatio est.

Theophanoni namque Romanus affinitate a baptismo junctus, eam denique in thalamum rapuit, invito quoque Patriarcha. Compertiatus ergo: & tunc impedimentum matrimonii.

Sed, o Jesu bone, Deus æterne, Verbum Patris, qui nobis indignis loqueris non voce, sed inspiratione, nullam aliam interpretationem quam meam in hac sententia velis. Jube, ut leo & catulus isti hunc exterminent & humilient onagrum corpore, quatenus in se reversus, dominisque suis Basilio & Constantino Imperat, subditus in die Domini spiritus sit salvus.

Sed Astronomi hoc idem de vobis & Nicephoro pronuntiant. Res inquam, mira. Cum quodam sum locutus Astronomo, qui vestram, domini mei Augusti, æquivocique vestri Augusti, formam, mores, ut sunt, vere dixit, cunctaque mea præterita, quasi præsentia dixit. Nec præteriit quisquam amicorum vel inimicorum, de quibus mens mihi suggessit, ut interrogarem, cujus habitum, formam & mores non diceret. Quidquid calamitatis mihi hoc in itinere accidit, futurum esse prædixit. Sit mendacium * omen quod dixit; unum, quæso, solummodo sit verum, quod vos esse facturos Nicephoro prædixit, fiat utinam, utinam fiat, & tum nil me male passum esse intelligam. LIV.

* omne

Scribit etiam præfatus Hippolytus, Græcos non debere Sarracenos, sed Francos conterere, qua lectione Sarraceni animati, ante triennium cum Manuele Patricio, Nicephori nepote, juxta Scyllam & Charybdim in mari Siculo, bellum parant; cujus immensas copias cum prostravissent, ipsum comprehenderunt, capiteque * truncum suspenderunt: cujus socium & commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere sunt dedignati, sed vinctum ac longa custodia maceratum tanti vendiderunt, quanti nec ullum hujusmodi mortales sani capite emerent. LV.

Sarraceni a Francis debellandi.

* l. truncatum Fuit is Nicetas Eunuchus τῶ ζόλω Δρουγγάριος

Nec infirmiori animo, eadem confirmati lectione, haud multo post Magistro Exarchonta occurrunt, quem dum in fugam verterent, ejus copias omnibus modis contriverunt.

Est & aliud, quod nunc Nicephorum compulit copias in Assyrios ducere: Argorum enim omnem regionem, instans tempus, Deo jubente, eo usque fames attrivit, ut neque tritici duo Papienses sextarii aureo compararentur, hocque ubi ubertas quasi regnat. Hanc pestem, muribus cooperantibus ita delatavit, ut LVI.

messionis tempore, quidquid ubique terrarum annonæ erat, minimo dato pretio, possessoribus ejulantibus, congregavit. Quod cum juxta Mesopotamiam faceret, ubi frugum copia muribus absentibus creverat, arenæ maris multitudini annonæ multitudinem coæquavit. Igitur cum vili hoc commercio turpiter fames ubi ubi desæviret, octogiata millia mortalium, obtentu militiæ, secum congregavit; quibus per continuum mensem quod uno emerat aureo duobus vendidit. Hæ sunt domine mi, res; quæ Nicephorum copias in Assyrios nunc ducere compulerunt. Sed quales, quæso, copias? vere, inquam, non homines, sed hominibus similes, quibus lingua tantum procax, sed frigida bello dextera. Non inspicit in his Nicephorus qualitatem, sed solum quantitatem, quod quam periculosum illi sit, tum sero pœnitebit eum, cum imbelles plurimi, multitudine animati, a nostris perpaucis bella scientibus, immo sitientibus conterentur.

LVII. Exercitus Nicephori imbellis.

Cum obsideretis Bareas, trecenti tantummodo Ungari juxta Thessalonicam quingentos Græcos comprehenderunt, & in Ungariam duxerunt. Quæ res, quia prospere successit, compulit ducentos Ungariorum haud longe Constantinopoli Macedonum similiter facere: ex quibus, cum incaute per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti, quos nunc Nicephorus de custodia eductos, pretiosissimisque vestibus ornatos, patronos sibi & defensores paravit, secum in Assyrios ducens. Verum qualis sit ejus exercitus, hinc potestis conjicere, quoniam qui ceteris præstant, Venetici sunt & Amalphitani.

LVIII. Nunc his omissis, quid mihi acciderit animadvertite. Sexto Kalend. Augusti extra Constantinopolim in Umbria a Nicephoro licentiam accepi ad vos redeundi, cumque Constantinopolim venerem, Christophorus Patricius eunuchus, qui Nicephori vicem eodem gerit, mihi mandavit, non posse me tunc recedere, quia Sarraceni tunc occupaverunt mare, & Ungari terram: expectandum mihi esse, donec ipsi discederent: sed utrumque, proh dolor, fuit mendacium. Tunc appositi sunt custodes, qui mihi & meis a domo mea exitum prohiberent. Latinæ linguæ pauperes, qui me eleemosynarum gratia adierunt, comprehendentes ceciderunt, custodiæ tradiderunt. Græcolonon meum, idest, Græcæ linguæ gnarum, non permittebant egredi, saltem ut sumptus emeret, sed cocum solum Græcæ linguæ ignarum, qui non signorum signis, sed digitorum, seu capitis nutibus cum venditore emptor loquebatur, tantique nummis emebat quatuor, quanti Græcolonus obsonium uno.

Græci quam iniqui in Luitprand.

Et cum amicorum quidam aromata, panis, vinum, poma mitteret, solo cuncta fundentes, nuntios colaphis satis oneratos dimiserunt. Et nisi divina pietas parasset in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, una mihi parata mors foret accepta. Sed qui permisit tentari, dedit tunc misericorditer pati. Hujuscemodi me periculum secundo Nonarum Junii usque ad sextum Nonas Octobris, Constantinopoli diebus scilicet centum viginti maceravit. LIX.

Verum ut augerentur calamitates meæ, in Assumptione sanctæ Dei Genitricis & virginis Mariæ meo omine non bono venerunt domini Apostolici & universalis Papæ Joannis nuntii cum litteris, quibus rogabant Nicephorum Imperatorem Græcorum, ut parentelam, firmamque amicitiam faceret cum dilecto spiritualique filio suo Ottone Romanorum Imperatore Aug. Quæ vox, quæ inscriptio secundum Græcos peccatrix & temeraria, quomodo latorem non occiderit; cur priusquam læderetur, non oppresserit, qui in aliis rebus sæpe videor spermologus & multisonus, in hac, ut pisces, videor insonus. Objurgabant Græci more, cum increpabantur æquori, plus justo mirantes, cur peccatum illud portare potuerit, cur fretum debiscens navim non absorbuerit. LX.

Græci titulo litterarum Jo. Pap. offensi.

Imperatorem, inquiunt, universalem Romanorum, Augustum, magnum, solum Nicephorum scripsisse Græcorum hominem quemdam barbarum, pauperem Romanorum non piguit. O cælum, o terra, o mare! Sed quid, inquiunt, faciemus hominibus istis sceleratis, criminosis? Pauperes sunt, & si eos occidimus, manus nostras sanguine vili polluemus; pannosi sunt, servi, rustici sunt, si eos flagellamus, non ipsos, sed nos dedecoramus, qui nec Romana sentica deaurata, nec hujusmodi sunt crucibus digni. O utinam alter Episcopus, alter Marchio esset, culeis enim sutis post acerbos virgarum ictus, post barbæ seu capillorum distractionem, in mare demergerentur. Sed serventur, inquiunt, & quousque sanctissimus Imperator Romanorum Nicephorus hæc rescriscat mala, gravi custodia maceretur. LXI.

Legati Apostolici in carcerem conjiciuntur.

Dum hæc rescirem, felices eos, quoniam pauperes, me infelicem, quia divitem judicavi. Cum domi essem, mea me voluntas pauperem excusabat: Constantinopoli vero positus, Crœsi me habere divitias timor ipse dicebat. Semper mihi paupertas gravis, tunc visa est levis, tunc accepta, tunc amplectenda. Amplectenda utique quæ suos perimi, subjectos sibi flagellari non patitur. Et quia hæc paupertas Constantinopoli solum suos ita defendit, eodem sit solummodo diligenda. LXII.

Igi-

LXIII. *Igitur Apostolicis nuntiis in carceram traditis, publicana illa epistola Nicephoro in Mesopotamiam mittitur, unde usque ad quintum Idus Septembris non est reversus, qui afferret apologeticum nuntium. Qua dea cum rediret, & me lateret, post biduum, decimooctavo scilicet Kalendas Octobris, precibus muneribusque effeci, ut vivificum atque salutiferum adorarem lignum: ubi tanto in tumultu populi clam custodibus quidam me adierunt, qui mentem meam lugubrem furtivis sermonibus bilarem reddiderunt.*

LXIV. *Decimoquinto autem Kalendas Octobris, mortis vitæque medius, ad palatium sum convocatus. Cumque ad Christophore Patricii Eunuchi præsentiam venirem, benigne me suscipiens, mihi cum tribus aliis assurrexit: quorum hujusmodi fuit narrationis initium:*

LXV. *Ostendunt pallor in ora sedens, macies in corpore toto, crinitum caput, prolixa contra morem barba, immensum corde tuo inesse dolorem, eo quod redeundi ad dominum tuum terminus est dilatatus. Verum ne sancto Imperatori, neve nobis succenseas, oramus. Reddimus autem tarditatis tuæ causam. Papa Romanus (si tamen Papa est vocandus, qui Alberici filio apostatæ, adultero, sacrilego, communicavit, comministravit) litteras nostro sanctissimo Imperatori se dignas, illoque indignas misit. Græcorum illum & non Romanorum Imperatorem vocant: quod tui domini consilio actum esse non est ἀμφίβολον.*

LXVI. *Quod, inquam mecum, verbum audio? perii: haud dubium est, quin in prætorium recta proficiscar via. Sed Papa audi, ajunt, omnium hominum stolidior, scimus dicere, dicere vis, nosque id profitemur. At ego non id ajo. Audi ergo: Sed Papa fatuus, insulsus, ignorat Constantinum sanctum Imperialia sceptra huc transvexisse, Senatum omnem, cunctumque Romanam militiam. Romæ vero vilia mancipia, piscatores scilicet; cupediarios, aucupes, nothos, plebejos, servos tantummodo dimisisse. Numquam ille hoc nisi tui suggestione scriberet Regis; quod quam periculosum ambobus fuerit, nisi resipuerint, proxima tempora declarabunt.*

Græci Romanos contemnunt.

LXVII. *Sed Papa, inquam, simplicitate clarus, ad laudem hoc Imperatoris, non ad contumeliam scribere putavit. Constantinum Romanum Imperatorem cum Romana militia huc venisse, ac civitatem istam suo ex nomine condidisse certo scimus; sed quia linguam, mores, vestesque mutastis, putavit sanctissimus Papa, ita vobis displicere Romanorum nomen, sicut & vestem: quod in futuris, vita comite, ostendetur epistolis, quarum superscriptio hæc erit: Joannes Papa Romanus Nicephoro, Constantino, Basilio magnis Romanorum Imperatoribus atque Augustis, quod quidnam dixerim, quæso advertite.*

LXVIII. *Nicephorus perjurio atque adulterio Regni apicem est adeptus. Et quoniam Christianorum omnium salus ad Romani Papæ pertinet sollicitudinem, mittat Nicephoro dominus Papa epistolam sepulcris omnino similem, quæ foris sunt dealbata, intus plena sunt ossibus mortuorum: improperet illi intrinsecus, qualiter perjurio & adulterio acceperit super dominos suos monarchiam, invitet eum ad Synodum, & si non venerit, anathemate feriat. Si superscriptio hujusmodi non fuerit, nec ad ipsum usque feretur.*

Papa Roman. pro omnibus solicitus.

LXIX. *Nunc ad propositum redeamus. Superscriptam ex superscriptione promissionem a me memorati Principes cum audissent, nihil inesse doli putantes, Grates tibi persolvimus, ajunt, o Episcope: decet enim sapientiam tuam tantis mediatricem intercedere rebus. Soli ex Francis, quos nunc diligamus, sed cum depravata, te hortante, correxerint, & ipsi diligentur: taque iterum ad nos cum veneris, non indonatus abibis. Corona aurea sceptroque, cum hæc ultra redicero, me Nicephorus donabit, tacitus dixi.*

LXX. *Sed dic, inquiunt: vult dominus tuus sanctissimus cum Imperatore firmare amicitiam fœdere nuptiarum? Cum huc venirem, volust, inquam, sed quia me diu hic morante litteras non recepit, σφάλμα id est, vitium a vobis, meque captum putat & vinctum, æstuatque animus ejus totus, ut leæna, catulis raptis, donec vindictam justa sumat acerbitate, & nuptias abhorreat, atque iram in vos evomat.*

LXXI. *Si cœperit, inquiunt, non dicimus Italiam, sed nec ipsa capiet eum, in qua ortus est, pauper, & gunnata, id est, pellicea Saxonia: pecunia qua pollemus, omnes nationes super ipsum invitabimus, & quasi * Keramicum, id est, vas fictile, quod confractum reformari nequit, confringemus. Et quoniam te in decorem suum quædam pallia emisse putamus, ut in medium proferantur, edicimus: quæ sunt vobis digna, plumbea notentur bulla, vobisque sinantur; quæ vero σφάλμα, id est, nationibus omnibus, præ nobis Romanis, prohibita, pretio reddito auferantur. Quod cum fieret, quinque mihi pretiosissimas purpuras abstulerunt: indignos vos, omnesque Italos, Saxones, Francos * Bagoarios, Suevos, immo cunctas nationes hujusmodi veste ornatos incedere indicantes. Quod quam indecorum quamque contumeliosum sit, molles, effeminatos, manicatos, tiaratos, teristratos, mendaces, * neutros,*

* al. Bajoarios. Græci sibi solis purpuram tribuunt.

* Eunuchus intelligit.

desides purpuratos incedere; heroas vero, viros scilicet fortes, scientes bellum, Fidei charitatisque plenos, Deo subditos, virtutibus plenos non: quid est, si non hæc contumelia est?

LXXII. Sed ubi est, inquam, Imperatorius sermo, ubi Imperialis promissio? cum enim illi valedicerem, rogavi, ut in Ecclesiæ honorem quantivis pretii me permitteret pallia emere. Qui ait, Qualia vis & quanta? ποιότητα & ποσότητα, id est, qualitatem & quantitatem poscens, differentiam plane non posuit, ut diceret hic & illa excepit. Testis est Leo Coroplates frater ejus; testis est & interpres Evodisius, Joannes, Romanus testis sum ipse, qui quod Imperator diceret, etiamsi interpres abesset, intellexi. Sed κωλυόμενα id est, prohibita sunt hæc, inquiunt. Et cum quæ asseris, Imperator diceret, de talibus saltem, ut somniares, non potuit cogitare: ut enim divitiis, sapientia, ita & cæteris nationibus præstare vos debemus, ut quibus est singularis in virtutibus gratia, sit singularis & in pulchritudine vestis.

LXXIII. Usus purpuræ apud Occidentales frequens. Haudquaquam singularis, inquam, hæc vestis fieri potest, cum penes nos obolariæ mulieres, & mandrageronte his utantur. Unde, inquiunt vobis? A Veneticis & Amalphitanis institoribus, inquam, qui nostris ex victualibus hæc ferenda nobis, vitam nutriunt suam. Sed non amplius hoc facient, aiunt. Scrutabuntur plane, & si quid hujusmodi inventum fuerit, verberibus cæsus, crine tonsus, pœnas dabit.

LXXIV. Temporibus, inquam, beatæ memoriæ Constantini Imp. huc veneram, non Episcopus, sed Diaconus; nec ab Imperatore aut Rege, sed a Berengario Marchione missus, & multa plura ac pretiosiora pallia emi: quæ neque scrutata nec a Græcis visa, nec plumbo sunt signata. Nunc, Deo miserante, Episcopus, & a magnificis Impp. Ottone & Ottone patre & filio missus, tanto inhonestior, ut Veneticorum more pallia mea notentur, & quæ quantivis pretii videntur, auferantur, cum in Ecclesiæ mihi commissæ usus ferantur. Non tædet vos contumeliarum mearum, immo dominorum meorum in quibus contemnor? quod sum custodiæ traditus, quod fame sitique cruciatus, quod non ad ipsos redirem, hucusque retentus, nisi etiam ad cumulum dedecoris eorum propriis expolier rebus? Auferte saltem, quæ sunt empta, dimittite, quæ sunt dono ab amicis donata.

LXXV. Constantinus, inquiunt, Imperator, homo lenis, in palatio manens perpetuo hujusmodi rebus amicas sibi nationes effecerat: Nicephorus vero Basileus homo ταχύχειρ id est, militiæ deditus, palatium ceu pestem abhorret; & vocatur a nobis prope simultatis amator, atque argumentosus, qui non pretio sibi gentes amicas, sed terrore & gladio sibi subditas facit. Atque ut cognoscas, quanti dominos tuos Reges habeamus, quæ data sunt coloris hujusmodi, & quæ empta, via eamdem ad nos revertentur.

Unde & Zonaras Τὸ στρατιωτικῷ μεταχειρίσει ἐπιγραφόμενος.

LXXVI. His dictis atque completis, χρυσόβουλλον id est epistolam auro scriptam & signatam mihi dederunt, vobis deferendam; sed non vobis dignam, ut mens credit mea. Tulerunt autem & alias litteras argento signatas, atque dixerunt: Papam vestrum Imperiales recipere litteras, indignum esse dijudicamus. Mittit, autem illi Coroplates, Imperatoris frater non per suos pauperes nuntios, sed per te epistolam, se satis dignam, ut nisi resipuerit, funditus se periisse cognoverit.

LXXVII. Hanc cum accepissem, vale mihi dicentes, dimiserunt, oscula præbentes satis jucunda, satis amabilia. Sed dum recederem, legationem mihi non me, sed illis satis dirigunt dignam; scilicet quod mihi soli, meisque equos darent, sarcinis nullum, sicque nimis, ut res poscebat, turbatus, ἀγωγῷ id est ductori meo quinquaginta aureorum res pretio dedi. Et cum non haberem, quod pro malefactis Nicephoro tunc redderem, hos in pariete invisæ domus meæ, & in mensa lignea versiculos scripsi:

Luitprandi versus in Græcorum improbitatem.

Argolicum non tuta fides: procul esto Latine,
Credere, nec mentem verbis adhibere memento.
Vincere dum possit, quam sancte pejerat Argos.
Marmore, quæ vario magnis patet alta fenestris.
Hæc inaquosa domus, concluso pervia soli.
Frigora suscipiens, æstum nec sæva repellens
Præsul ab Ausonia Luitprandus in urbe Cremona
Constantinopolim pacis profectus amore
Quatuor æstivis concludor mensibus ister;
Induperator enim * Bareas conscenderat Otto,
Cæde simul flammisque sibi loca subdere tentans,
Sed precibus remeat Romanas victor ad urbes.
Inde meis. Nurum promisit Græcia mendax,
Quæ nec nata foret, nec me venisse doleret,
Nec rabiem Nicephore tuam perpendere quirem,

* f. Barim, sive Barium

Pri-

Privignam probibes qui nato jungere berili,
Imminet ecce dies furiis cum pulsus acerbis,
Ni Deus avertat, toto Mars sæviet orbe,
Crimine paxque tuo cunctis optanda silebit.

LXXVIII. *His conscriptis versibus sexta Nonas Octobris bora decima, ex illa quondam opulentissima & floreatissima, nunc famelica, perjura, mendace, dolosa, rapace, cupida, avara, cenodoxa civitate cum diasoste meo lintre egressus, diebus quadraginta & novem, asinando, ambulando, equitando, jejunando, sitiendo, suspirando, flendo, gemendo Naupactum veni, quæ est Nicopoleos civitas, in qua diasostes meus me deserens, duobus parvis impositum navibus, duobus me mandatoribus, qui Hydruntem me per mare conducerent, commendavit.*

LXXIX. *Verum cum entolin, id est, praeceptum jae captionis a Græcorum Principibus non haberent, ubi ubi sperabantur: nec jam nos ab ipsis, sed ipsi a nobis alebuntur. Quam sæpe illud Terentianum mecum stomachabar: Tutare opus est, quos defensores paras.*

LXXX. *Igitur nonis Kalendis Decembris Naupactum egressus, biduo ad* Offidarim fluvium usque perveni, * ut meis comitibus non in naviculis, quæ eos capere non poterant, residentibus, sed secus litus pergentibus. Positi itaque in Offidaro flumine, Patras alio maris in littore, decem & octo milliaribus distare prospeximus: Quem Apostolicæ passionis locum, quia Constantinopolim ascendendo visitavimus, adoravimus: nunc eum visitare & adorare (confiteor peccatum meum) distulimus. Feci hoc, domini mei Augusti, revertendi ad vos & videndi ineffabile desiderium, & ni hoc solum esset, perpetuo, ut puto, peccecim.*

*al. Ophidarin. * locus imperfectus.

LXXXI. *Pugnavit contra me insensatum Auster, mare flatibus ab imis turbans sedibus. Cumque hoc continuis diebus ac noctibus faceret, pridie Kalend. Decembris, ipso scilicet passionis die, intellexi meo mihi hoc accidisse delicto. Sola vexatio intellectum dedit auditui. Fames quippe nos vehementer oppresserat. Terræ incolæ, ut nostra nobis auferrent, interficere nos cogitabant: mare ne effugeremus, fluctibus æstuabat. Tum conversus ad Ecclesiam, quam videbam, fletus & ejulans inquam: Sancte Andrea Apostole, compiscatoris, confratris & conapostoli tui Simonis Petri sum servus. Passionis tuæ locum non abhorrui, nec superbia declinavi: urit me domum redeundi Augustalis visio, Augustalis amor. Si te ad indignationem commovit peccatum meum, eliciet ad misericordiam meorum meritum Augustorum. Non habes, fratri quod conferas; confer diligentibus fratrem Augustis, inbarcando es qui omnia novit. Nosti tu quanto labore & sudore, quantisque vigiliis & impensis Romanam fratris tui Petri Apostoli Ecclesiam, ex impiorum manibus ereptam ditaverint, honoraverint, exaltaverint, & in statum proprium reformaverint. Si mea me præcipitant opera, ipsorum saltem liberent merita. Quosque vult prædictas, fide & sanguine frater tuus, Apostolorum princeps Apostolus Petrus, in aliis rebus gaudere & prosperari, in hac, id est, in me quem ipsi direxerant, minime contristari.*

Periclitatur Luitp. ob non visitatum locum sacrum.

Non est, domini mei Augusti Imperatores, verum dico, non est adulatio hæc, nec consuo nunc pulvillos sub cubita manus; res, inquam, vera est, post biduum vestris meritis tanta est fretum tranquillitate sedatum, ut, cum nautæ a nobis aufugerent, ipsi Leucatem usque navigaremus, milliaribus scilicet centum & quadraginta, nihil discriminis aut tristitiæ patientes, nisi parum in faucibus fluminis Achelos; ubi discurrentes velociter fluctus ejus maris unda reverberat. LXXXII.

Quid ergo, præpotentes Augusti, retribuetis Domino, pro omnibus quæ retribuit in me vobis? Dicam quid. Hoc Deus vult, hoc petit; & quamvis sine vobis hoc facere possit; vult tamen hujus rei esse hypurgos, id est, ministros: ipse enim quod ei offeratur dat; custodit quod exigit, ut possit coronare quod præstat. Advertite igitur quæso. LXXXIII.

Nicephorus cum omnibus Ecclesiis homo sit impius, livore, quo in vos abundat, Constantinopolitano Patriarchæ præcepit, ut Hydruntinam Ecclesiam in Archiepiscopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia seu Calabria Latine amplius, sed Græce divina mysteria celebrari. Mercatores dicit fuisse præteritos Papas, & Spiritum sanctum vendidisse, quo vivificantur & reguntur omnia, qui replet orbem terrarum, qui scientiam habet vocis, qui est cum Deo Patre & Filio ejus JESU Christo coæternus & consubstantialiter, sine initio, sine fine, permanens verus, qui pretio non æstimatur, sed a mundis corde tanti emitur, quanti habetur. Scripsit itaque Polyeuctus Constantinopolitanus Patriarcha privilegium Hydruntino Episcopo, quatenus sua auctoritate habeat licentiam Episcopos consecrandi in Acirentila, Turcico, Gravina, Maceria, Tricaria, qui ad consecrationem domini Apostolici pertinere videntur. LXXXIV.

Sed quid hoc memorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostræ sanctæ LXXXV.

Ca-

Constantinop. Eccl. Rom. subjecta.

Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ merito sit subjecta? Sermus, immo videmus Constantinopolitanum Episcopum, pallio non uti, nisi sancti Patris nostri permissu. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, dominumque Apostolicum, quasi servum proprium in conclavi teneret? Romanus Imperator filium suum Theophylactum eunuchum, Patriarcham constituit, cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis ei muneribus satis magnis, efficit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, * qua auctoritate cum ipse, tum successores ejus absque Paparum permissu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarchæ, sed etiam Episcopi totius Græciæ palliis utantur. Quod quam absurdum sit, censore opus non est.

* i. quarum Græci fraude & mercede pallii usum obtinuerunt.

LXXXVI.

Est ergo meum consilium, sanctam fieri Synodum, & ad eamdem vocari Polyeuctum; quod si venire, & σφάλματα sua, id est vitia superius scripta canonice emendare, noluerit, quod sanctissimi Canones decreverint, fiat.

Vos interim, præpotentes Aug. ut cœpistis, laborate, efficite, ut si nolit vobis Niceph. quem canonice arguere disponimus, obedire, audiat vos, quorum copiis non audet cadaverosus occurrere. Hoc, inquam est, quod nos apostoli domini & commilitones nostri facere volunt. Non est a Græcis Romanus vilis tenendus locus, quia recessit inde Imperator Constantinus; verum eo magis colendus, venerandus, adorandus, quia venerunt illuc Apostoli doctores sancti Petrus & Paulus. Ac de his satis me scripsisse sufficiat, donec Deo largiente, sanctissimorumque Apostolorum orationibus ex Græcorum ereptus manibus, vos adeam. Et tunc non tædeat dicere, quod hic nunc piguit scribere. Nunc ad propositum redeamus.

LXXXVII. Inhospitalitas Ep. Græcorum.

Octavo Idus Decembris Leucatem venimus, ubi ab Episcopo ipsius loci Eunucho, sicut & ubique ab aliis; inhumanissime suscepti & tractati sumus. In omni Græcia, veritatem dico, non mentior, non reperi hospitales Episcopos. Divites sunt, pauperes sunt: divites, aureis quibus plena luditur arca: pauperes ministris seu utensilibus. Soli mensulæ assident nudæ, * paximatium sibi apponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes, sed sorbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt, ostia ipsi claudunt, ipsi aperiunt; ipsi dapiferi, ipsi agasones, ipsi capones, sed, ha, caupones volui scribere; verum res ipsa, quæ vera est, veritatem etiam nolentem compulit scribere dicimus enim, quia capones sunt, id est Bunuchi, quod canonicum non est: sunt & caupones, id est, tabernarii, quod contra Canones est: quorum incipit & claudit cœnam lactuca tenacem, Claudere, quæ cœnas lactuca solebat avorum. Felices eos, si paupertatem Christi hæc imitaretur, pauperes judicarem. Facit hoc asper nummus & auri sacra fames. Verum, parcat illis Deus. Hoc eo illos puto facere, quoniam eorum Ecclesiæ sunt tributariæ. Leucatensis mihi juravit Episcopus, quotannis Ecclesiam suam debere Nicephoro aureos centum persolvere, similiter, & cæteras plus minusve secundum vires suas. Quod quam iniquum sit, sanctissimi patris nostri Joseph acta demonstrant, quia cum Ægyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, sacerdotum terram a tributo liberam esse permisit.

* deest. panem nauticum

Ecclesiæ Græcorum tributariæ.

LXXXVIII.

Igitur decimonono Kalendas Decembris, Leucatem exeuntes, ipsique quoniam, ut superius scripsimus, nautæ effugerant, navigantes, decimoquinto ad Coriphus pervenimus, ubi ante navis egressionem occurrit nostri strategos quidam Michael nomine, Chersionites, a loco scilicet Chersona, homo ipse canus capite, facie hilaris, sermone bonus, risu semper jucundus, sed, ut post patuit, mente diabolus: quod & Deus apertis mihi monstravit indiciis, si mea tunc mens hoc potuisset conicere. Mox enim ut pacem, quam corde non ferebat, mihi absculo dedit, tota Coriphus, magna scilicet insula tremuit: nec solum simel, sed ter eadem die pertremuit. Postque triduum autem, decimoquinto scilicet Kalendas Decembris, dum in mensa positus panem comederem, qui amplabat super me calcaneum suum, verecundatus sol facinus tam indignum, lucis suæ radios abscondit, & * eclipsin passus, Michaelem illum terruit, sed non immutavit.

Terremotus.

Fuisse hoc anno solis eclipsin 22. Decemb. Curopalates testantur.

LXXXIX.

Dicam ergo, quid illi causa amicitiæ fecerim, quidnam ab eo pro recompensatione perceperim. Cum Constantinopolim ascenderim, illud vestrum pretiosissimum scutum miro opere deauratum & fabricatum, quod mihi domini mei Augusti dedistis, cæteris cum muneribus, ut amicis meis Græcis darem, filio ipsius contuli. Nunc Constant. rediens patrem pallio donavi pretiosissimo, pro quibus omnibus gratias distribuit ejusmodi: Scripsit Nicephorus, ut quacumque hora se adiicem, absque mora chelandio impositum Leoni Kitonitæ dirigeret: quod ipse non fecit: verum diebus viginti me retentum non suis, sed propriis me stipendiis aluit, donec a præfato Leone Kitonita nuntius venit, qui illum cur me moreretur, objurgavit. Verum cum objurgationes meas, lamenta, & suspiria mea ferre non posset,

re-

recessit, meque homini tam iniquo & pessimo commendavit, ut sumptus saltem me emere non permitteret, donec e me cortinam, libra argenti pretio dignam, acciperet, & cum post viginti dies inde discederem, nuntius ipse, cui cortinam dederam, nauclero jussit, ut post acroterio, id est, promontorium quoddam me positum fame perire permitteret. Hoc autem eo fecit, quoniam ne purpuras haberem absconditas, mea pellice requirevit; ex quibus dum unum vellet accipere, non accepit.

XC. *O Michaeles, Michaeles, ubi vos tot simul talesque cepere Custos meus ille Constantinopolitanus Michaeli suo rivali me commendavit, melus pessimo, pessimus iniquo. Michael vocatus est & diversoriis meus, homo quidam simplex, cujus sancta simplicitas tantum mihi pene nocuit, quantum & istorum perversitas. Sed ab his parvulis Michaelibus impegi in te Michaelem magnum, semieremitam, semimonachum. Dico, & verum dico: non proderit tibi balneum, quo te assidue potas in amore beati Joannis Præcursoris. Qui enim ficte Deum quærunt, numquam invenire merentur ......* Quæ autem hæc sequuta sint, dicentur anno sequenti.

Cætera desunt in MS.

XCI. Hoc eodem anno, cum Otto Imperator Capuæ moraretur, & una cum eo esset Joannes Papa, contigit ut (quod ex Leone Ostiensi superius meminimus) ipsa Capuana Ecclesia ab eodem Pontifice Archiepiscopatus dignitate, gratitudinis ergo, insigniretur. Ibi siquidem fugatus ab Urbe, honorifice susceptus, digneque habitus, & ab adversariorum insidiis custoditus est a Pandulpho Principe Capuano. Quod autem in primis ad rationem temporis spectat, id hoc anno contigisse, ex ipso Leone Ostiensi (a) satis redditur exploratum, dum ait, factum esse anno decimonono Aligerni Cassinensis Abbatis, quem ex eodem (b) Leone liquet, anno Redemptoris noagentesimo quadragesimonono Abbatem fuisse creatum, a quo tempore si numeres annos decem & novem, plane hoc anno nongentesimo sexagesimooctavo opus est fatearis id contigisse. Et quidem prima omnium (quod invenerim) Ecclesia Capuana ea Archiepiscopatus dignitate in Regno Neapolitano fuit illustrata, cum ipse Joannes Papa eidem Ecclesiæ præfecit Archiepiscopum Joannem ejusdem Principis fratrem. De his enim ita Leo Ostiensis: (c) *Hujus Abbatis Aligerni videlicet anno decimonono, Joannes Papa Roma pulsus exilio, Capuam venit, & a memorato Principe rogatus, tunc primum in eadem civitate Archiepiscopatum constituit, consecrato fratre ipsius Principis Joanne in Archiepiscopum.* Hæc ipse.

(a) Leo Ost. lib. 2.

(b) Idem l. 2. c. 3. & 5.

(c) Leo l. 2. c. 9.

XCII. Porro consignatum tempus non ad Joannis exilium, quod longe antea contigit, sed ad collatam illi Ecclesiæ Archiepiscopatus dignitatem, referri necessario debet. Subjicit vero idem Leo successores Archiepiscopos, dicens: *Post quem domnus Leo hujus monasterii Cassinensis videlicet monachus in eadem civitate quatuor annis & sex mensibus Archiepiscopatu functus, Gerberto nihilominus*

PAGIUS XIV. Ad num. XCI. & seq. Non invenio Joannem Papam XIII. hoc tempore Capuam venisse, [1] immo Continuator Reginonis ut videre est apud Baronium anno CMLXV. n. IV. ait eum eo anno Urbe expulsum in Campania custodiæ mancipatum esse. Et idem Continuator anno CMLXVI. apud Baronium n. I. narrat, eo anno eundem Pontificem a custodia, qua tenebatur, liberatum esse. Joannem tamen Papam hoc anno Capuæ fuisse elicit Baronius ex his Leonis Ostiensis verbis; *hujus Abbatis, Aligerni videlicet, anno XIX. Joannes Papa Roma pulsus exilio Capuam venit .... & tunc primum in eadem civitate Archiepiscopatum constituit.* Verum anno CMLXV. n. III. locum illum emendavimus, & Capuam an. CMLXVI. Metropolim effectam diximus.

Joannes XIII. Capuam non venit.

XV. Joannes Papa hujus nominis XII. anno CMLXII. rogatus ab Ottone M. a se Imperatore coronato ut Archiepiscopalem sedem Magdeborgi constitueret, jussit, ut *Magdeburgense Monasterium in regno Saxonum juxta Albim constructum, quod prælibatus Christianissimus Imperator ob novam Christianitatem construxit, quia vicinius id locorum gentibus est, in Archiepiscopalem transferatur sedem, qua per subditos Suffraganeos totum Dei gregem regere & gubernare valeat*, ut ipsemet Joannes in literis suis scribit, in quarum fine legitur. *Scriptum per manum Leonis Scriniarii S. Sedis Apostolicæ in mense Februar. Indict. V. Data II. Id. Febr. per manum Georgii Secundicerii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis Summi Pontificis & universalis Papæ VII. imperii Domni piissimi Augusti Ottonis a Deo coronati magni Imperatoris anno I. in mense & indictione prædictis*, ut videre est Sæc. V. Benedict. pag. 575. Verum loco, *anno Pontificatus VII.* legendum *anno Pontificatus VI.* uti supra demonstravimus, quia Joannes XII. an. CMLVI. in

Fundatio Archiepiscopatus Magdeburgensis.

NOTÆ [1] EST tamen inter Veteres, qui de adventu Joannis Pontificis Capuam hoc anno assertor haberi possit. Author nimirum Chronici Beneventani vulgatus a Muratorio Antiquit. Med. Ævi Dissert. V. pag. 257. Ille enim ad annum 967. scribit: *Septima die intrante mense Septembris venit Papa Johannes in Beneventum.* Capuam inde venisse quis vetet? MANSI

minus hujus cœnobii monacho sedem Pontificalem reliquit. Hæc Leo Ostiensis. His vero diebus, quibus hæc scribimus (quod non tacendum) maximum accessit eidem Ecclesiæ ornamentum, dum vacante eadem sede obitu Cæsaris Costæ Archiepiscopi, mei in jure civili publice interpretando olim in Urbe præceptoris, delectus est a sanctissimo domino nostro Clemente Papa VIII. ad nobilissimæ Ecclesiæ regimen vir doctissimus ac religiosissimus Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis virtutum meritis toti Christiano orbi conspicuus, exoptatus votis, collaudatus suffragiis, atque exceptus plausu, illud sacro Collegio conclamante, Dignus dignæ.

XCIII. Sed ad Joannem Pontificem revertamur, qui Capuæ his peractis, in Urbem rediens, cum Imperator ibi adhuc moraretur, contigit primariam Lateranensis Ecclesiæ campanam miræ magnitudinis recens ære fusam super Campanile elevari, quam prius idem Pontifex sacris ritibus Deo consecravit, atque Joannis nomine, puto Baptistæ, cujus Ecclesiæ esset usui, nuncupavit. Qui sacer ritus in Ecclesia perseveravit, ut eo modo, quo ipse usus, campanæ in Ecclesiis collocandæ, Deo Primum imposito eis nomine, dicarentur. Quod testantur veteres codices Rituales; licet errore vulgi pro arbitrio utentis vocibus, dicantur baptizari campanæ, cum ita ab Episcopis benedicuntur, non aliunde baptismi in re longe dispari mutuati nomen, nisi quod sicut in baptismo nomen imponitur baptizato, ita in ea consecratione nomen campanæ daretur, idque sive ea ratione, ut distingui posset a ceteris, vel quod magis conduceret ad pietatem, si voce Sancti alicujus diceretur populus ad Ecclesiam convocari: cum alioqui nihil commune cum sacramento baptismatis habeant ceremoniæ illæ, sed magis cum aliis sacrorum vasorum benedictionibus in sancta Catholica Ecclesia antiquo usu receptis.

Hoc pariter anno datum reperitur diploma donationis Gerbergæ Reginæ Ecclesiæ sancti Remigii. Fuit ista (ut testatur Frodoardus) soror Ottonis Magni Imperatoris, relicta Gisleberti Ducis Lothariensium, nupta Ludovico Francorum Regi. *In cujus fine ad temporis rationem cognoscendam* (quod nobis satis) *datum habetur iv. Id. Februarii anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXVIII. in præfato Comitatu in villa, quæ dicitur Hartra, anno Ottonis Septimo.* XCIV. De donatione Gerbergæ Reginæ.

Apposita sunt signa, atque primum ipsius Reginæ, his verbis: *Signum dominæ Gerbergæ gloriosæ Reginæ, quæ regiæ auctoritatis manu hoc scriptum, quod fieri jussit, dignanter coroboravit, & aliis confirmari mandavit, &c.* Subiiciuntur plurium procerum subscriptiones ac signa. Sed hæc satis. XCV.

Se-

PAGIUS in finem vergente Pontificatum suscepit. Hæ tamen literæ effectu tunc caruere, rursumque anno præcedenti in Concilio Ravennensi primo Urbs Magdeburgensis Metropolis declarata a Joanne XIII. ut ibidem vidimus, sicuti & Adelbertum hoc anno post secundum Concil. Ravennense dictum esse Archiep. Magdeburgensem.

Hoc anno *S. Mathildis* mater Ottonis M. & *Guillelmus* Archiep. Moguntinus ejusdem Imperatoris filius vita functi sunt, ut anno CMLXXIII. ostendemus.

NOTÆ [1] Literas hasce Joannis ab omni mendo puras esse notavimus ad A. 955. I. MANSI

I. SEquitur annus Redemptoris nongentesimus sexagesimus nonus, Indictione duodecima, quo Nicephorus Imp. legationem ad Ottonem Imp. Græca fraude misit, sub falso prætextu nuptiarum, quarum occasione anno superiori (ut audisti) ab ipso Ottone & a Joanne Pontifice Legati missi fuerant ad ipsum Constantinopolim, revera tamen, ut eum nuptiis occupatum imparatum offendens bello superaret. Sic igitur Græci Imperatoris Legati fraudulenter & proditorie rem agentes, effecerunt, ut Latini, dum nuptias Imperiales pararent, a Græcis improvisi offensi, neci traditi sint. Sed audi Witichindum ista narrantem his verbis:

II. Græci dolo appetunt Latinos. *Legatis itaque Græcorum Imperator fatis credens, misit partem exercitus cum plerisque principalibus viris ad condictum locum, quo eis fetus sponsionem Legatorum puella traderetur, & cum honore filio adiaceretur. Græci vero ad artes paternas conversi (nam erant ab exordio fere mundi plurimarum gentium domini, & quos virtute nequibant, arte superabant) subito super improvisos & nihil adversi suspicantes irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos Constantinopoli Imperatori suo præsentant. Qui vero effugere poterant, reversi ad Imperatorem, quæ acta sunt, nuntiabant. At ille super his commotus, ad hoc dedecus diluendum, cum gravi motu viros eminentes domesticis & externis rebus jam sæpe claros factos, Guntharium & Sigefridum mittit in Calabriam.*

Græci autem præterita victoria elati, & minus cauti ceciderunt in manus eorum. Ex quibus innumera multitudine cæsa, qui supererant, capientes, obtruncatis naribus novam Romam remeare permiserunt: tributum in Calabria & Apulia extorserunt, talique victoria illustres facti, & spoliis hostium ditati, ad Imperatorem reversi sunt. III.

IV. Occiditur Niceph. & Joann. Zemisces Imp. *Populus autem Constantinopolitanus a suis audiens male pugnatum, consurrexerunt adversus Imperatorem suum, & machinatione conjugis propriæ cujusdam militis infidelis occiderunt: loco autem domini militem designantes: fuit iste Joannes, cognomento Zemisces. Constitutus autem Rex continuo captivos absolvit, puellam cum magno exercitu & claris muneribus ad Imperatorem Ottonem destinavit. Quam ipse statim filio tradidit, celebratisque magnifice nuptiis, omnem Italiam super hoc & Germaniam lætiores reddidit.* Hanc Theophanen, sive Theophaniam appellatam, a Joanne Papa coronatam Imperatricem, Sigebertus testatur, ab eodemque Pontifi-

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hispan. MVII. Anno Hegiræ CCCLIX inchoato die 14. Novemb. fer. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6462.

☉ 26. C. ☽ 1. P. 22. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 969.

JOANNIS XIII. PAPÆ 5.

OTTONIS IMP. 8.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 1.

A.C. 969. I. Legatio Nicephori Imper. ad Bulgaros. ANum. I. ad XII. Leo Diaconus postquam retulit quæ anno superiori de Calocyri rebellione narravimus, statim subdit: *Hinc adeo Nicephorus quod nulla spes erat Tauros* (sic Russos appellat) *missa legatione conciliatum iri; noverat enim Patricium Calocyrum, qui a recta via semel declinasset ipsiusque dominatum jugumque excussisset, ac magnæ auctoritatis apud Sphendosthlabum* (Russorum Regem) *esset, non facile illius cessurum voluntati, pacemque initurum, ad Mysos potius, qui eodem Christiano cultu tenerentur, maluit Legationem mittere. Ac sane ad eos Legatos misit, Nicephorum cognomento Heroticum & Philotheum Euchaitarum Episcopum, eosque meminisse rogabat, quod Christiani essent,* (*Mysi enim fidem Christianam dubio procul profitentur*) *expetebatque Regii sanguinis puellas virgines, quas Romani Imperatoris liberis uxores locaret, ut ex cuncta affinitate inviolabilis, firmaque Romanos inter Mysosque confœderatio, amicitiaque consisteret. Mysi vero placidissime legatione suscepta puellas ex semine Regio plaustris impositas* (*sic enim comparatum Mysorum fœminis, ut plaustris vehantur*) *Nicephoro Imperat. miserunt, orantes cum lachrymis ac supplicantes, ut quam citius ulcisceretur, eorumque cervicibus imminentem Taurorum* (idest Russorum) *securim averteret; ac si modo tuendos susciperet, tropæa adversus Tauros constituturum quippe qui etiam adversus omnes quibus Romana signa intulisset, iis splendidis constitutis clareret.*

II. Mors Nicephoro Phoca Imper. prædicta. Sane Mysi quidem supplices extendebant manus, obsecrantes Imperatorem, ut ipsorum hostes ulcisceretur, dumque is in adornanda esset expeditione, rumor increbuit, allatusque nuncius est captam urbem Antiochiæ. Capta ea astu ac stratagemate & direpta. *Contigit vero tunc functorum spirituum synaxim occurrere in qua & Monachum dicunt, ex iis qui vitam solitariam agunt, & Græca voce Eremitas vocant, cum brevem Epistolam Imperatori dedisset, confestim se subduxisse; Nicephorum vero eam evolvisse, ejusque sensum eumdem sibi collegisse, illius autem vim ejusmodi fuisse. Mihi etsi vermis sum, o Imperator, Dei providentia atque numine detectum est ac indicatum ex humanis te ereptum iri, tertio post Septembrem mense. Multa igitur Imperator in regni industria, nulla modo Monachum potuit offendere. Exinde in mœstitia tristisque animi agebat,*

ee factis ritibus Ottoni conjunctam. Hucusque de his ipse. Curopalates pluribus prosequutus necem Nicephori, eum interfectum ait hoc anno, undecima mensis Decembris, qua ratione non ante annom sequentem dictæ nuptiæ cum Ottone juniore contigisse potuerunt.

V. Hic finis Nicephori rerum Ecclesiasticarum invasoris, qui antequam ejusmodi se sacrilegiis inquinaret, credi vix potest, quot & quantas paucis diebus fuerit de Sarracenis memorandas in perpetuum victorias consecutus; sed ubi in bona Ecclesiæ manus injecit, omnibus se exuit bonis, & malis obvolvit, atque Deum severum expertus est vindicem. Eadem de eo sentiunt Græci omnes historici, nimirum ipsum ob ejusmodi sacrilegia male periisse, suo exemplo relinquens sancitam Principibus disciplinam.

VI. Quod autem exempla Regum perfacile propagantur in magistratus, post Nicephori quoque obitum adversus sacra loca, deoque dicatos viros sæpe insiliit regiorum ministrorum tyrannis; sed sicut Nicephorus, ulciscente numine, pœnas dedit, ita in eos divinam invigilasse vindictam, invenimus. Sunt de his exempla in rebus gestis S. Niconis, qui sub eodem Nicephoro Phoca claruit, quæ post ejus obitum contigerunt, hic autem opportune, quod in his versetur oratio, describenda, sic enim se habent: *Venit Cubicularius quidam ab Imperatore aurei tributi causa missus; qui et pecuniæ, turpisque lucri percupidus erat, magnas cum cæteris civibus, tum sancto in primis cœnobio molestias exhibebat. Solent enim civitatum imperia & exactiones non æquis & benignis, sed durioribus, ut plurimum, & inhumanioribus delegari. Frustra autem monachi, quibus auri nihil erat, immitem, ferumque linire precibus studebant, qui aurum sitiens, velut aspis ad incantantium vocem obsurdescebat, & tamquam spinarum sonum sub lebete* (quod fert- Ultio divina in tributorum exactorem.

PAGIUS *mor ex illo tempore in animum induxit, ut in lecto quiesceret, sed humi strata sibi pelle, pannoque ex lana constipato cocco tincto, in eo dormiebat; Michaelis Monachi ejus avunculi cognomento Maleini, brevi pallio Monachi ritu ab humeris sursum, operiendo corpusculum, in quibus illi dormire moris erat, cum aliqua Dominicarum solemnitatum advenisset, ac intemerata Christi mysteria sumere constituisset.*

III. Occiditur. Post aliquot dies arrepta Augusta opportunitate eum seorsum aggreditur: *Joannem* Magistrum cognomento *Tzimiscem* exposcendi nullum faciebat finem: petens, ut juberet eum ad se venire, & cum nobili aliqua puella conjugium inire: is vero cum in urbem Augustam veniret: mox regressus est, postea vero iterum atque iterum redeundi nullum faciebat finem. Quodque callidis vir ingenii erat, machinam invenit, ut per occultos quosdam meatus ab Augusta paratos subiret. Inde viros fortes ad eam mittebat, quos illa suscipiens in tenebricoso cubiculo penes se servabat. *Mensis tunc Decembris dies decima agebatur. Ajunt vero ad vesperam circa tempus, quo divinæ celebrantur laudes, Palatinum quemdam clericum libellum tradidisse Imperatori, in quo hæc conscripta erant. Notum tibi sit, Imperator, hac tibi nocte dirum parari ac præsto esse interitum, quodque hæc vera sint, jubeto scrutari Gynæconitidem, ubi deprehendes armatos viros, qui eam sint patraturi cædem.* Imperator sacri cubiculi Præfectum jussit diligentius viros indagare: is autem dira sua stoliditate cubiculum, quod sicariorum agmen confederat, imperscrutatum reliquit. Conjurati vero Joannis servi ab Augusto suscepti cladisque instructi, ex cubiculo exilientes, illius sustinebant adventum. Postquam Joannes advenit, tum expergefacto Imperatori, ac capite nixo cubito, ictum ense *Leo valens* dictus fortiter impingit, & Joannes Imperatorem ad se trahi jussit, cui exprobravit, quod ei militare abrogasset imperium, & illius arrepta barba immaniter vellebat. Tum pectus calce pulsat, instantoque gladio medium cranium transverberat, jubens ut alii virum cædant.

IV. Virtutes Nicephori Phocæ. *Hujuscemodi Nicephorus nactus est vitæ exitum, cum vitæ omne tempus annos septem supra quinquaginta vixisset, sex que duntaxat ac menses quatuor* (a die nona mensis Augusti anni CMLXIII. deductus) *imperii habenas moderatus esset; vir fortitudine ac corporis robore sua ætatis cunctos pene mortales superans, militari scientia solertissimus, agendique vi acerrimus, atque ad omne laborum genus rigidus, voluptatum sensu durus, omnique rerum superior illecebra; civili administratione magnanimus ac magnificus justissime judicans, certaque rectitudine jura decernens, nec ulli eorum, qui in iis versati sunt, secundus. Orationi, precumque instantia & in vigiliis seu stationibus inflexus erat ac adamantinus, divinis canticis atque laudibus mentem indistractam servans, nec in ea, quæ vana sunt, prorsus evagari sinens. Ad me, quod attinet, dico, nisi rebus sic secundo cursu fluentibus per invidiam indignata fortuna virum hunc titius humanis extruxisset, dubio procul imperium Romanum, maximam, & qualem nusquam antea gloriam consecutum esset.*

V. Joannes Zimisces fit Imperator. *Joannes vero, sic Deo exoso, improboque patrato facinore, ad magnificas Palatii ædes veniens rubros calceos pedibus aptavit, & in Imperatorio throno consedit, & Nicephori caput afferri jussit, ejusque satellitibus per rimam ostendi. Veniensque unus quis Arzypotheodorus nomine, caput trunco tumultuantibus ostendit. Quo sic inaudito, incredibilique spectaculo Joannem Imperatorem Romanorum proclamarunt. Porro Nicephori cadaver, quod tota sub dio in nive jacuerat,* (*erat mensis Decembris dies undecima sabbato*) *Joannes alta jam vespere efferri jussit, tumuloque mandari.* Hoc vero anno Sabbatum in diem XI. mensis Decembris incidit.

Haud enim vero dormitavit divina justitia super scelestissimorum capitum illorum cruenta cæde, sed cunctos postmodum pœnis ulta est, bonisque publicatis, alius aliter vitam male finierunt *Joannes* porro *dictus Tzimisces est lingua Armeniaca cognomento, quod græce Muzacitem sonat; inde nimirum adeptus ut sic cognominaretur, quod perbrevis statura erat.*

Jam

scriptum est) omnia illorum verba contemnebat : quin & ferocius insolescens, post atroces minas in carcerem eos detrusit, ac monasterium ipsum expilare, deprædarique vecors meditabatur. Quod cæteri audientes, qui in eo exercebantur, ad Sanctum precibus exorandum se convertunt, præsentemque ejus opem sine mora experti sunt.

VII. *Etenim proxima nocte, minaci atque indignabundo vultu ad Cubicularium veniens S. Nicon, multis eum verberibus excipit, Eo quod, inquiens (ejus enim verbis utendum est) monasterii curatores, cum ipsi nihil deliquissent, vinculis mancipasti : quod nisi eos statim exemeris, acerbus præterea te vitæ exitus manet. Profuit palatino ad sanitorem mentem hæc afflictio. Mane igitur & vinctos eduxit, & ad templum properans, sacræ thecæ advolutus cum lacrymis audaciæ suæ veniam a S. petiit, discessurum ex templa Lacedæmone promittens, & civibus aurum, quod exegerat, relicturum, quod re ipsa præstitit. Nam aureis * septuaginta duabus ad beati loculum abjectis, conscenso equo, protinus abscessit. Aurum ergo qui monasterio tum præerat, Constantinopolim misit ad Præpositum. Is vero coemptis hoc pretio sacris pyxidibus, aliisque pretiosis vasculis non paucis, ad monasterium omnia detulit, quæ ad hunc usque diem templi usibus percommoda cernuntur, & splendorem illi non parvum addunt, varie alioqui & egregie omnium generum ornamentis referto, cura in primis studioque ejusdem Præpositi. Hic enim vir optimus & magnificentissimus divino zelo succensus, omnem*

* septingentis.

operam posuit, ut templi vetustatem abstergeret, ejusque speciem penitus renovaret, quod & donariis deinde quamplurimis auxit, columnarum fulgore, politarum lapidum coloribus variis, picturarumque præstantissimarum varietate condecoravit, porticibus etiam & vestibulis, gradibusque circumcinxit ; ad eam denique dignitatem extulit, qua hodie spectatur, & præclarum divini viri consilium, pietatemque tacito præconio declarat. Subjicit autem auctor mox ista :

Sed ad impium Antiochum convertenda est oratio. Præerat is ducis potestate Ethnicorum regioni. Eo autem inter cætera flagitia processerat amentiæ, ut ipsum Beati testamentum violare non dubitaret. Itaque finitimum Ethnicorum oræ prædium invadens, sedem in eo, reclamantibus monachis, tentoriumque fixit. Et ne quid sceleri deesset, cum locum perfusa circumcirca cruore, contaminasset, impuro in libidinum cœno, nefandisque flagitiis, suo illic more volutabatur, quoad dignos temeritatis suæ fructus a Sancto percepit. Is ergo per noctem formidabili truciqne ore illi astans, post horribiles incussos terrores, crucigero demum baculo latus lethali plaga percussit. Qua excitus, cum exeuntem e tentorio percussorem notasset : famulos quidem, ut eum comprehenderent, cruda & lamentabili voce imperabat. Verum illi neminem videbant. Ex qua demum male sanum miser agnoscens Sanctum fuisse intelligebat, qui vulnus inflixerat, invasoremque suum ex suis sedibus pellere satagebat. Quare conscen- VIII. Scelestus Antioch. a S. Nicone percussus.

PAGIUS VI. Cur Zimisces dictus. Jam vero quarta noctis vigiliæ ineunte, die septima diluscente, ipsa mensis Decembris undecima, tertia decima indictione anni sexcentesimi quadringentesimi septuagesimi octavi, lectorum virorum cuneus per urbis compita, vicosque circumcursans, adjunctis Romani haud ita pridem imperatoris liberis Joannem Imperatorem proclamabat. Cum vero Joannes tum sibi ipse, tum rebus satis prospexisset, ac quidquid suspectum videbatur, e civitate procul amolitus esset, in Regia morabatur, *annum tum ætatis agens quintum supra quadragesimum, cum rerum summam capessivit.* Statura admodum brevis erat, gygantea tamen illi vis inerat, manuumque agilitas ac robur insuperabile. Heroicus enim illi concretus erat animus, omnis expers timoris ac imperculsus, eximiamque prodens audaciam in brevi adeo corpore. *Donis magnificus ac supra omnes munificus erat. Quisquis enim ab eo petiisset, spe sua nunquam frustratus abibat, cunctis nimirum benigne ac hilariter humanitatis officia præstabat : ac nisi Basilius Accubitor insatiabilem illam proclivem vim cives demerendi inhibuisset, ipsos quoque thesauros Regios erogatione integros quantocyus exhausisset. Hoc Joanni vitium haerebat, quod nimirum potibus vinoque ac compotationibus quandoque plus æquo indulgebat, corporisque voluptatibus avide inhiabat. Verum sic quidem septem dierum spatio composita illi Respublica est, assertumque ac roboratum imperium, quod nemo ratione unquam putaverit. Cum enim in maximis rerum mutationibus magna plerumque coitio & turbatio suscitetur, tunc nescio qua secreta ac providentia ordinis quadam honestas altumque silentium populum tenebat.*

Tum subdit Leo : *Sublato itaque Nicephoro Imp. cum præterea nemo aliut satellitum vel in genium pugnum accepisset, ad divinum magnumque Dei sapientiæ delubrum venit, ut a Patriarcha ex more diademate caput cingeretur. Ita enim moribus receptum, ut qui Romanum imperium adeat, in Templi ambonem ascendat, & ab eo qui pro tempore sacris præest, summumque agit Antistitem, bene ipsi apprecato diadema capiti impositum accipiat. Porro Polyeuctus id temporis Sedem Patriarchalem tenebat, vir sane divinus & spiritu fervens, etsi ætate effœtus erat. Is Imperatori denunciat, non ei licere in Templum ingredi, nisi ante Augustam Aula expulerit, ac eum qui Nicephorum Imp. parricidio sustulisset, quisnam ille sit, ostenderit. Ad hoc etiam Tomum Synodo cedere, quem prater fas Nicephorus novasset ; is namque sive in animo ut divina a nonnullis* VII. Ejus virtutes.

so mox equo Lacedæmonem contendit. Sed stadia haud amplius triginta processerat, cum doloris acerbitate victus, ex equo descendens, media in via turpiter in suorum manibus exanimatus interiit, reque in eo, quod in Proverbiis legitur, expletum est (a) Animæ iniquorum immatura peribunt, & perversi in morte repentina. Miserum porro illius cadaver Spartam delatum sequenti nocte (ut constans fama est) ignis, incertum unde, in loculum erumpens, utrumque simul consumpsit, & in cinerem redegit. Hucusque de vindicta in Antiochum divinitus per sanctum Niconem illata, sed & adhuc audi quæ his haud minora subiicit:

(a) Prov. 3. sec. LXX.

IX. Michael sæviens in Monachos dat pœnas.

IX. *Non minus* (inquit) *pavendum est quod sequitur. Michael ille Churosphactes, vir scilicet illustris, nullique inter Lacedæmonios nostros honore, gloria, opibus secundus; ad hæc facundia, indole, forma, suavitate morum, sapientia, aliaque omni laude præstans erat, adeo ut in ore omnium cum suavissimo sensu versaretur. Sed quam difficile est humanæ naturæ hostis insidiis nunquam succumbere, recteque iter usque ad finem inoffenso pede decurrere! Deflexit vir incomparabilis, & invidiæ face accensus contra monasterium impudenter exarsit, levissimo cujusdam agri prætextu, quem lædere monasterii pecora dicebantur. Ergo collecta facinorosorum hominum manu, cum ad locum venisset, primum quidem Zosimum monachum annis gravem, qui monasterii res procurabat, nihil ejus canos, nec virtutem veritus, veste sua spoliatum, atque in terram prostratum, pugnis, fustibusque ita vexavit, ut tantum non exanimatum reliquerit; deinde Syracusanum illum Dionysium imitari volens, in agrestes etiam operas famulosque sævire parabat, nisi fuga saluti suæ consuluissent. Tum vero monasterii res omnes Mysorum prædæ exposuit, non caulis ipsis, pecorumque septis parcens, quibus etiam flammas subjecit, ne quid esset, quo tegi capræ, ovesque & a furum, ferarumque insidiis defendi possent. Ita demum, quasi parta victoria, ovans, in equo miser exultabat, cum subitam illatæ Sanctæ injuriæ vindictam expertus est.*

Nocte insecuta, terribili, ut in his solebat, aspectu dormienti S. Nicon se obiicit, gravissimisque & acerrimis verbis increpans: Quid tibi mecum, ait, ut tantum audaciæ, furorisque conciperes, & contra nos, Deumque ipsum insurgere non formidares? Sed diuturni arrogantiæ hujus conatus non erunt; sentiesque tandem haud aptabilem exitum fore, ac docebit experientia quantum mali sit temeritas, & projecta in Deum ejusque servos arrogantia, atque his dictis recessit. Michaelem vero ardentissima illico febris invasit, & cum febre paralysis. Ita domum relatus, mortem expectabat. Cum iterum ipsi tamquam in mentis excessu oblatus Nicon, succensebat porro, eademque cum minis exprobrabat. Unde ad consanguineos qui aderant, conversus: Non videtis, ait, monachum istum, qui mihi dira omnia minitatur? Tum expelli & abigi eum rogabat atque jubebat. X.

Verum illi, quia neminem videbant, amplius morabantur. Paulo post cum ad se quodammodo rediisset: ex utriusque visi argumento mali sui causam conjectans, stultitiam suam reprehendere, calamitatemque lamentari cœpit: Heu, heu, inquit, quia mihi nunc contra quam XI.

Job

PAGIUS *Sacerdotibus convulsa (ut sibi videbatur) corrigerat; sive etiam quod Sacerdotes (quod nefas) sibi subiicere vellet, Episcopos ex tempore Tomum edere coegerat, ne quid rerum Ecclesiasticarum, nisi ejus nutu, sibi permitterent. Hæc quidem Polyeuctus Imperatori ut faceret injunxit, alioquin non licere in Basilicam ad sacram ædem intrare. At ille, ea accepta sententia, tum Augustam Aula amovit, & in insulam, quam Proten vocant, relegavit, tum Nicephori Tomum Synodo reddidit; tum denique Leonem Valentem ostendit, sancte affirmans illum unum Nicephoro manus intulisse, & eum, nec alium quemquam ejus necis auctorem.*

IX. Ejus liberalitas & pietas.

IX. *In hunc igitur modum Joannes in divinum Templum admissus, & a Polyeucto corona insignitus in Palatium revertitur, faustis omnium vocibus prosequente omni tum militari tum populi civiumque multitudine. Inde exiguum aliquid induciarum ac remissionis nactus quam olim possederat substantiam, duplici portione divisit. Nempe multa illi & copiosa erat substantia, partim a majoribus relicta (quippe cum clarissima ortus prosapia esset, & paterna stirpe nobilis, si quis usquam Orientalium materna vero, Nicephori Imp. consobrinus) partim Imperatorum munificentia aucta, effusa in ipsum largitate ab eis contributa, ob tanta illius bello tropæa ac facinora. Hujus itaque partem alteram in finitimos ac vicinos agricolas distribuendam dimisit, alteram nosocomio leprosorum ad alterum littus ex adverso Byzantii sito assignavit; aliis tum novis adeo vetustis adiiciens, eorum qui sacro morbo laborarent, tum ipsorum numerum multis partibus adaugens. Atque ad eos ascendens, veniensque aurum erogabat, ulcerosaque membra atque morbo confecta, quoad licebat, fovere non recusabat. Idque adeo cum maxime delicatus, ac tutusque munditiis studiosus esset: tanta nimirum miseratione ducebatur, sique laboranti naturæ condolebat, flocci pendens ipsam majestatis amplitudinem, & quem purpura fastum parit, si quandoque ullo modo illis incommodaret.* Ita Leo Diaconus.

X. Quoad coniugium *Theophanonis* seu *Theophaniæ* Romani Junioris Imp. filiæ ab Ottone M. pro Ottone filio expetitum, licet Otto M. a Phoca repulsam passus esset, hanc tandem im-

pe-

(a) Job. 3. (a) *Job contigit: Timor enim, quem non timebam, evenit mihi, & quod non verebar, accidit. Deinde sceleris emendationem pœnitentia promitteret, & quod tum cætera, quæ inconsulto egerat, corrigeret, tum caularum cancellos ferreis repagulis obvallaret: morbi finem unice deprecabatur. Cæterum ejus preces a Deo exauditæ non sunt: Dominus enim, qui finxit sigillatim corda nostra, pravum fictumque hominis animum intuens, qualis in plerisque solet esse mortalium: qui tempore quidem afflictionis Dei recordantur, aspernantur autem cum exempti malis fuerint: irritam atque inanem abire ejus orationem passus est. Quare, ingravescente vi morbi, in luctuosis illis vocibus oppressus est; gravi ferocibus, superbisque documento, ut ira sua moderate uti discant, Deique judicia reformident.* Hucusque de his ibi. Hic vero ad impietatis auctoris exornandum tumulum, Nicephori inquam Imperatoris, paria divinæ vindictæ exempla perpetuo affixa permaneant, tamquam publica documenta iræ cœlestis adversus eos, qui nec Deum timent, nec Dei servos, neque Deo dicata loca, & quæ ad ea spectant, qua par est reverentia prosequuntur, ut sciant se non mortalibus, sed Deo ipsi horum ultori bellum inferre.

XII. Duorum Patriarcharum neces. Hoc eodem anno duorum Patriarcharum necem illatam ob Sarracenos a Nicephoro prælio victos, sic narrat his verbis Curopalates: *Sarraceni autem post expugnatas in Syria & Cilicia urbes, Archiepiscopum Hierosolymitanum Joannem vivum combusserunt, quod videlicet ejus monitis putabant fore, ut ipsos Nicephorus invaderet. Incenderunt etiam pulcherrimum Dominicæ sepulturæ templum. Hoc idem fecerunt Antiocheni, interfecto suo Archiepiscopo Christophoro.* Hæc ipse, cum de Joannis novi Imperatoris progressibus agens, subjicit inter alia de revocatione Episcoporum ab exilio, quos Nicephorus ea de causa damnarat, quod subscribere illius decreto impio noluissent, moxque subdit:

Atque ita constitutis rebus, eadem nocte, ab omni suspicione liberatus, confert se cum paucis Imperator ad magnum templum, ut a Patriarchæ manibus diadema susciperet. Quem venientem ad se ingredi non permisit Polyeuctus Patriarcha, indignum asserens, qui ad sacrum templum accederet illud, cujus manus adhuc recenti ac cognata sanguine stillarent. Cum autem Joannes æquo animo reprehensionem tulisset omnia quæ se libenter & obedienter facturum pollicitus esset: excusans & purgans se, quod non propriis manibus interfecisset Nicephorum, verum Balantes, & Atzipo Theodorus Reginæ Theophanæ jussu: hanc Patriarcha jussit e palatio ejectam, in aliquam insulam relegari, atque in exilium mitti Nicephori interfectores, & decretum illud abscindi, quod ad confundendas res Ecclesiæ Nicephorus propasuerat. Statim igitur & illos Joannes Imp. e civitate ejecit, & Theophanam in Proconnesum relegavit. Quæ postea inde clam effugiens, cum ad magnum templum confugisset, per Basilium excubitarum præfectum ejecta, in regionem Armenorum relegata est in monasterium ab Imperatore recens constructum, Damidæam nomine, cum prius illa multa probra in Imperatorem conjecisset & in Basilium Scytham eum vocans & barbarum, cujus etiam maxillam pugno percussit. Cum ipsa quoque relegata est mater ejus in Monteneum. Allatumque decretum conscissum est, & Ecclesiæ pristina reddita libertas. XIII. Patriarcha resistit Imp.

His igitur ita gestis, cum pollicitus esset Joannes ad placandum Deum ob admissum facinus pauperibus facultates quas privatus possidebat, distributurum, Polyeuctus ei concedit ingressum & die festo, quo Christi Domini nostri Natalis celebratur, ipsum Imperii diademate coronat. Hucusque Curopalates de his, quæ præcesserunt coronationem Joannis Imperatoris, quam non nisi prævia pœnitentia & obedientia a Patriarcha potuit impetrasse. XIV. Joan. Imp. per pœnitentiam obtinet coronam.

Jam vero ad ea quæ hoc anno Romæ contigisse Sigebertus narrat converta- XV.

PAGIUS Conjugium Theophanæ cum filio Ottonis M. petravit a Joanne Tzimisce Imperat. missique ex Occidente Legati, ut dicitur in Chronico Flaviniacensi pag. 166. qui novam sponsam deducerent, Coloniæ scilicet Archiepiscopus, ac Episcopi duo, quorum alter fuit *Theodoricus* Metensis, Ducesque complures ac Comites. Baronius n. IV. de hoc matrimonio verba facit ex Witichindo lib. 2. & quam anno CMLXVIII. num. VI. Annam, recte hic Theophaniam appellat. Subdit Baronius has nuptias ante annum sequentem contingere non potuisse; quod verum est, cum Chronographus Hildensheimensis ad annum CMLXXII. scribat: *Ottoni Imperatori Juniori venit Imperatrix Romam de Constantinopoli XVIII. Kal. Maii Octob. Pascha.* Ditmarus lib. 2. de Tzimisce Imp. ait: *qui mox magnificis muneribus, comitatuque egregio, non virginem desideratam, sed neptem suam Theophaniam vocatam, Imperatori nostro trans mare mittens, suos absolvit, amicitiamque optatam Cæsaris Augusti promeruit.* Verum videtur Ditmarus ignorasse affinitatis gradum qui Theophanonem inter & Tzimiscem erat, & Theodoram Theophanonis amitam uxorem duxisse Tzimiscem Imperatorem, ut inquit Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis Familia XIX.

XI. Joannes Papa XIII. Concilium Romæ hoc anno *septimo Kal. Junias* celebravit, præsente

Miraculum de catena S. Petri.

tam sorationem: *Quidam* (inquit) *Comes Ottonis Imperatoris, ejus familiaris, Romæ ante oculos omnium a diabolo arreptus, ita ut seipsum dentibus discerperet: jussu Imperatoris ad Joannem Papam adductus, ut catena sancti Petri collo ejus circumdaretur. Dum a fallacibus clericis semel & bis sed alia catena furenti adhiberetur, nec quidquam remedii proveniret, ubi nihil virtutis inerat: tandem vera sancti Petri catena allata, & collo furentis circumdata, diabolus spumans, multum & clamans abscessit. Qua catena Theodoricus Metensis Episcopus arrepta, cum diceret, se eam, nisi manu ejus abscissa, non dimissurum: tandem Imperator, sedato litigio, a Papa Joanne obtinuit, ut annulum hujus catenæ exectum Episcopus mereretur.* Et inferius eodem anno idem de eodem Metensi Episcopo subiicit ista:

XVI. De SS. Reliquiis a Theodorico Metensi Ep. translatis.

*Theodoricus Metensium Episcopus, Imperatori, sanguine, dilectione ac familiaritate cæteris devinctior, dum in Italica expeditione per triennium sub eo militaret, multa capita & pignora Sanctorum de diversis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. Primum e Marsia S. Elpidium confessorem, cujus socium Eutychium Episcopum ipse Imperatoriam sustulerat. Ab Amiternis Eutychetem martyrem cum reliquiis Maronis & Victorini sociorum ejus, a Fulgineo Felicianum Episcopum & martyrem, a Perusio Asclepiodotum martyrem, a Spoleto Serenam martyrem cum Gregorio Spoletano martyre, a * Carduno pignora Vincentii martyris, & Levitæ, ab Hispania olim a duobus monachis Capuam, a Capua vero illuc deportata, a * Mevania alterum Vincentium Episcopum & martyrem, a Vincentia Leontium Episcopum & martyrem, a Florentia Miniatem martyrem, ab urbe Tuderti na Fortunatum Episcopum & Confessorem, a Corfinio Luciam Syracusanam virginem & martyrem, a Foroaldo Duce Spoletanorum olim a Syracusis illuc translatam. A Sabinis partes corporum Proti & Hyacinthi martyrum. Hæc omnia cum parte catenæ sancti Petri Apostoli, cum capillis ejusdem & sanguine sancti Stephani protomartyris, & parte craticulæ sancti Laurentii martyris a Papa Joanne sibi donata cum aliis multis Sanctorum pignoribus præsul Theodoricus in Galliam hoc anno transtulit, & in Ecclesia sancti Vincentii martyris a se in insula urbis constructa locavit.* Hæc Sigebertus. Porro cum audis translata corpora, ita accipias, ut partem ex illis acceperint, non ipsa integra. Ut in dictis locis quæ adhuc visuntur atque coluntur, dictorum Martyrum reliquiæ, fidem faciunt haud dubiam.

Se-

PAGIUS *Beneventum fit Sedes Archiepiscopalis.*

te Ottone M. Ottone Secundo hujus filio, nec non religiosis quamplurimis totius ordinis viris, & hortatu Ottonis M. cum consensu multorum Præsulum Beneventanam Cathedram in Metropolim erexit, *interveniéntibus Pandulpho Beneventana & Capuana urbium Principe, seu Spoleti & Camerini ducatus Marchione & Duce, simulque Landulpho excellentissimo Principe filio ejus*, ejusque Ditioni subiecit Episcopos *S. Agathæ, Abellini, Quintodecimi, Ariani, Asculi, Bibinii, Vulturariæ, Larini, Thelesiæ, Alifæ.* In fine legitur: *Scriptum per manum Stephani Scrinarii S. R. E. in mense Maii, indict. XII.* & post subscriptiones Episcoporum: *Datum VII. Kalend. Junii per manum Guidonis Episcopi Sanctæ Sylvacandidæ Ecclesiæ, & Biblioth. Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontific. Domini nostri Joannis XIII. Papæ quarto, Imperatoris Ottonis majoris VII. & minoris II. Indictione supradicta duodecima, anno dominicæ Incarnationis DCCCCLXIX.* Legitur hæc Epistola a Joanne XIII. Landolpho Beneventanensi Archiepiscopo data, Tom. IX. Concil. pag. 1238. Postea Metropolis Beneventana modo plures, modo pauciores Suffraganeos habuit. Ex hac porro Epistola liquet, *Beneventum & Capuam* hoc tempore eidem Principi paruisse. [1]

Anno Hegiræ CCCLVIII. teste Elmacino lib. 3. Hist. Sarac. cap. 4. *Muazzus Lidinilla* Calipha Africæ misit cum exercitu, qui *Ægyptum* occuparet; quod cum factum esset, dominium Calipharum Abasidarum in Ægypto cessavit. Tunc *Alcahira* seu *Cairus*, urbs Ægypti præcipua & amplissima ad Nilum fluvium posita, ædificata, ut in ea milites habitarent, & arx Imperialis in ea constructa. Quam urbem anno Hegiræ CCCLVIII. conditam testatur etiam Guillelmus Tyrius. Plurimum crevit civitas illa, cum Sultanos seu Reges habuit proprios, sed postquam sæculo XVI. in potestatem Turcarum venit, sensim defecit, licet etiamnum amplissima sit Muazzus Lidinilla Ægypti Calipha dominio Africæ Josephum Bolquinum e Familia Ziridum minorem Africam obtinentium investivit, sicque Reges isti potentissimi evasere. XII. *Ægyptus in Calipha Africani potestatem venit.*

Concilium Anglicanum, de quo anno sequenti n. VII. huc retrahendum.

NOTÆ [1] His adde aliqua de Salernitanis Principibus. In Accessionibus ad Historiam Casinensem Erasmi Gattulæ P. I. pag. 80. vulgata est donatio *Gisulfi* Principis Salernitani de rebus in comitatu *Marsicano* & *Balbensi* in Comitatu de *Furcone*, & de *Amiterno*, *& pro finibus & pertinentia de Marchia de Firmo*, *& Marca de Spoliti* quæ res pertinebat ad *Tuam* aviam Gemmæ Principissæ, coniugis ejusdem *Gisulfi* Principis. Donatio autem *Data est tricesimo anno Principatus Domini Gisulfi, filii VVaimari, mense Septemb. quinta decima indictione.* GEORGIUS

JESU CHRISTI ANNUS 970.	JOANNIS XIII. PAP. ANNUS 5.	OTTONIS 9. JOAN. ZEMISCIS 1. IMPP.

I. Mortuo Polyeucto subrogatur Basilius.

Sequitur annus Redemptoris nongentesimus septuagesimus, Indictione decimatertia, quo Polyeuctus Constantinopolitanus Episcopus, cum sedisset annos quatuordecim, ex hac vita migravit post dies triginta quinque, ex quo Joannem Imp. coronaverat, in cujus locum Basilius monachus Scamandrenus boni nominis vir subrogatus est. Ita Curopalates & alii. Cedrenus addit eumdem Imp. Antiochenæ Ecclesiæ diu viduatæ pastore præficiendum curasse Theodorum, de quo ista:

Cum autem Antiochia ad Orontem fluvium sita aliquandiu summo pontifice caruisset, ad id munus provehit Imp. Theodorum quemdam monachum omnibus florentem bonis, qui ei etiam prædixerat Impe- II.

rio

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MVIII. Anno Hegiræ CCCLX. inchoato die 5. Novemb. fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6463.

☉ 27. B. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 970.

JOANNIS XIII. PAPÆ 6.

OTTONIS IMP. 9.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 2.

A.C. 970. I. Theodorus Eremita fit Episc. Antiochiæ.

Ad num. I. & seq. Leo Diaconus res hoc anno in Oriente gestas his verbis narrat: *Jam magna Antiochia ad Orontem sita Nicephori Imp. armis capta, ac Antistite destituta; qui enim primi ejus urbis compotes extiterunt, Agareni, Patriarcham Christophorum virum Apostolicum, divinumque sustulerat, adacto in ejus pectus spiculo eo scilicet crimine quod Christiana fulgeret pietate* (qua de re Baronius anno superiori num. XII.) *Hujus frequentium civium maxime rem frugis Joannes Imp. existimans, diligenter curabat, sollicitioreque agebat opera, ut ejus sedis dignum Præsulem inveniret. Sic igitur animo æstuanti eumque satagenti, venit in mentem Coloniensis Theodori viri a teneris unguibus eremiticam atque a negotiis remotam vitam consecrati, multisque Asceticis sudoribus edomiti corporis. Ciliciam enim vestem, qua indutus erat, ac qua contegebat ferrum quod gestabat, ut affligeret corpusculum, non ante deposuit, quam tota diffluerit, & in nihilum cederet. Ajunt istiusmodi Monachum tum primum Nicephoro, tum rursus Joanni divino oraculo vaticinatum esse, ad imperii infulas fore assumendos. Hunc itaque cum in Urbe tunc versaretur Joannes, adducit Polyeucto, Polyeuctus vero cum Episcoporum in Urbe præsentium Synodo, habito de illo examine, ubi sæculari quidem eruditione haud admodum excultum, divina vero & Christiana magnificentissime instructum comperisset, Patriarcham consecrat Antiochenum.*

II. Obitus S. Polyeucti Episc. Constantinop.

Porro Polyeuctus cum dies haud plures a Theodori ordinatione superstes fuisset, ex humanis migrat, relictis Ecclesiæ monumentis, virtutum scilicet simulacris, divinaque & humana sapientia, scientiaque notitia, qua ad summum excultus fuit Polyeucto autem annos tredecim Patriarchatus gubernaculi moderato atque ad beatam vitam translato: diligentem adhibuit Joannes operam ut in Sacerdotali throno virum virtutibus atque moribus præstantem collocaret. Postridie igitur convocatis in Palatium Episcopis & Senatu, dixit: Ego cujus vita a longo tempore indubitatum periculum feci hunc in Ecclesiasticam sedem proveho, ne lateat in angulo vitam tolerans, vir omnis generis virtutum excellentiis clarus, cui & prænoscendi futura Deus donum concessit: multa enim mihi ejus generis divino edidit oraculo, qua temporibus suis evenerunt. Dixerat Imperator, & Basilium Monachum in medium produxit, qui a teneris unguibus arrepta vita monastica crebros agones religiosa palæstra ludorum in Olympi monte arduis olivis ostenderat. Hunc videlicet in Patriarchales ædes jussit ascendere, postridieque (ea scilicet dominica, qua Sancti Patres orthodoxam fidem de cultu venerabilium imaginum sanxerunt) Basilius summi Sacerdotii unctionem accipit, ac œcumenicus Patriarcha acclamatur. Cedrenus testatur, Polyeuctum post Tzimiscæ designationem, tantum triginta quinque dies vixisse, Curopalates vero triginta solum dies habet; sed cum Zonaras Cedreno suffragetur, mors ejus contigit circa diem XVI. mensis Januarii. Illius nomen Menæis adscriptum ad diem V. mensis Februarii. Porro festum Orthodoxiæ incidit hoc anno in diem XIII. Februarii, quæ Quadragesimæ Dominica prima fuit, quo die illud celebrabatur.

Pergit Leo Diaconus: *Joanne vero Imp. multis curis anceps pendebat animus, cuinam prius momentum daret in trivio constitutus, ne ab officio aberraret. Tum enim annonæ penuria, nitaque jam triennium fames, Romanum depascebatur imperium, ingruensque Rossica motio, nihil ipsa fauste sperandum ingerebat, ac nec Carthaginensium Arabumque adversus Antiochiam Syriæ incursio, qua Romana ditione nuper accesserat. Enim vero famem quidem insuperabile malum, frumentationem ex omnibus ubique emporiis prompta diligentia dissolvit, gravis adeo mali grassante vi inhibita. Agarenorum vero motus repressus, objecta illis Orientalium copiarum acie, Nicolao Patricio exercitus duce. Fuerat is Imperatoris spado, multaque exercitatione magnam rei bellicæ peritiam nactus erat. Cum Sphandosthlabo autem Rossici exercitus duce gentisque Principe ineunda pacis fœdera missis ad eum Facialibus putavit. Missis itaque ad eum Legatis denunciat, ut pacta cum Nicephoro Imp. mercede recepta, ea ratione quod Mysos invaserat, ad suas sedes ac Cimmerium Bosphorum se recipiant; Romanis vero Mysiam utpote ad ipsos attinentem, ac quæ olim Macedoniæ portio exstat, relinquant.* III. Tzimisces Imp. Legatos ad Rossos mittit.

Sphendosthlabus autem victoriis adversus Mysos (sic Leo Diaconus Bulgaros vocat) elatus barbarica insania ac dementia respondit, Legatis se brevi Byzantium forti vallo cinctum. Imperator nihil cunctandum esse existimavit, indeque Magistrum *Bardam*, cognomento *Sclerum* (nos *Durum* dicamus) defunctæ *Mariæ* hujusce Imperatoris conjugis fratrem, nec non IV. Bellum adversus eos decretum.

Pe-

rio potiturum, Deo ipsum ad hoc culmen elaturo: hortatusque fuerat, ne praecipitanter ageret; alioqui si monitus suos sperneret, suæ ipsius vitæ se insidiatum fuisse intellecturum. Contenderat etiam ab eo, ut Manichæos per totum Orientem serpentes, & contagione sua impostura, religionis omnia corrumpentes, in Occidentem, in desertam aliquam solitudinem deportaret. Horum Scriptorum quoque testificatione traditur, Joannem Imperatorem Sarracenos suis omnibus undique comparatis viribus obsidentes Antiochiam profligasse, & Roxolanos seu Russos aliorum barbarorum copiis annitentes, exercitu quo trecentorum & octo millium militum pollentes pariter superasse. Hæc de rebus Orientis. Videamus res Occidentalis Ecclesiæ.

III. Celebratur (*a*) hoc item anno a sancto Dunstano Cantuariensi Archiepiscopo auctoritate Joannis Romani Pontificis generale Concilium adversus incontinentiam clericorum, de quo ista in Actis S. Osuvaldi Vigorniensis habentur: (*b*) *Per idem tempus auctoritate Joannis Papæ Dunstanus Archiepiscopus coacto generali Concilio statuit, & decreto firmavit, ut canonici omnes, presbyteri, diaconi, subdiaconi aut caste viverent, aut Ecclesias quas tenebant, dimitterent. Habebat autem Regem Edgarum hac in re fidelem adjutorem & egregium defensorem.*

(a) Mat. Vvestmonast. Flor. bist. hoc anno.

(b) Apud Sur. die 15. Oct. t. 5.

Concil. Generale in Anglia

IV. *Porro hujus decreti executio demandata est Osuvaldo Vvigorniensi, & Ethelwoldo Vvintoniensi Episcopis. Itaque beatus Osuvaldus in sua diœcesi septem monasteria, ejectis clericis insolenter viven-*

PAGIUS Petrum Patricium, a Nicephoro Imp. Stratopedarcham creatum circum se esse præcepit, hisce duobus præcepit imperator, ut assumtis copiis, ad loca Mysis vicina, iisque contermina transirent, atque ibi hyberna ducerent. His ab Imperatore in mandato acceptis in Europam veniunt *Tauroscytha* vero (hodie Moscovitæ appellati) suorum partes segregantes, eique sociam adjungentes *Unnorum, Mysorumque* manum in eos immiserunt. Adversariorum copiæ longe majores erant, ac triginta millia virorum excedebant; cum *Barda* Magistri acies non plures decem millibus haberet. Conserto prælio utrimque cadebant, qui animosiores atque impetu incitatiores erant. Tandem Scythæ in fugam versi sunt, quorum Romani ad profundam usque vesperam eos insecuti multam stragem fecerunt. Ajunt in eo prælio Scythas supra viginti millia periisse. *Joannes* vero Imp. Asiaticas copias in Europam per Hellespontum trajicere satagebat, ut in Thracia & Macedonia hyberna agerent, & vernam tempestatem expectarent.

V. Dum hæc sic Joanni Imp. in *Russos* expedirentur, *Bardas* Dux Leonis Curopalatæ filius, ac Nicephori Imp. ex fratre nepos ad res novandas *Amasea*, ubi relegatus fuerat, fuga evasit, *Theodoro* Barda ac *Nicephoro* Patricio fratribus eam in rem illi adjutoribus. Eo res processit, ut Bardas Dux *repudiatis nigri coloris calceis, rubros statim induit, palamque Romanorum Imperator a militibus salutatus est.* Leo quoque Curopalates rebellionem conflabat, Barda pater in Lesbo insula, ipse quidem sub custodia habitus. Sed detecta conjuratione *Leo* Curopalata ac *Nicephorus* ejus filius jussu Imperatoris oculis orbati sunt. *Bardas* vero, cum ad tyrannidem animum semel advertisset, mordicus hærebat proposito, & Asiam populatus, eorum incendit domos, qui ipsius partes non sequerentur. Imperator cum scripta ad eum Epistola, *Bardas Phocas* respondisset sibi potius rerum summam ac imperium deberi, qui avo Cæsare gloriaretur, quem inquit, in strato humi jacens, pecudis in morem jugulasti, Imperator, inquam, *Bardam* cognomento *Sclerum*, cujus sororem antea Mariam nomine thori consortem habuerat, Magistri dignitate fulgentem in Asiam adversus rebelles misit. Tandem *Phocas* postquam in extremas redactus fuit angustias, cum uxore & liberis se

Bardae tyrannus in exilium missus.

Sclero dedidit, quos Imperator in Chio insula exilio relegandos misit.

VI. Interim dum paratur bellum adversus Russos, *Theodoram* Constantini Porphyrogenniti Imperatoris filiam uxorem duxit Imperator, haud quidem eximia pulchritudine aut corporis forma gratiisque præditam, sed quæ castitate omnisque generis virtutibus cunctis procul dubio ejus sexus præstaret. *Mensis Novembris tempus erat altero Joannis imperii anno, cum nuptiale agetur convivium.* Tunc Imperator propinationibus, ludisque equestribus ac muneribus accipiendo populum, hyemem Byzantii agebat, ac vernum tempus expectabat. Idem ac Leo Diaconus de Theodoræ matrimonio Cedrenus habet, qui cum annos Imperatorum a mense Septembri auspicetur, illud ad præsentem annum pertinere arbitror.

Tzimisces Imp. Theodoram uxorem ducit.

VII. Ad num. III. & seqq. Concilium Anglicanum anno superiori celebratum. Hovedenus enim part. I. Annal. pag. 426. scribit: *Anno DCCCCLXIX. Rex Anglorum pacificus Eadgarus sancto Dunstano Dorobernensi, & beato Osuvaldo VVigorniensi & S. Ethelwoldo VVintoniensi Ecclesiæ Episcopis præcepit, ut expulsis, clericis in majoribus monasteriis per Merciam constructis, Monachos collocarent. Unde S. Osuvaldus sui voti compos effectus, Clericos VVigorniensis Ecclesiæ Monachalem habitum suscipere renuentes de monasterio expulit; consentientes vero huic ipse Antistes monachizavit, eisque VVlsinum magnæ religionis virum loco Decani præfecit.* Idem narrant ad illum Christi annum Westmonasteriensis, & Annalista Mailrosensis. Et Auctor Anonymus Vitæ Sancti Osvvaldi Episcopi Wigorniensis, & postea Archiepiscopi Eboracensis, cujus verba recitat Baronius num. III. & seqq. testatur, Decreti in Concilio Generali pro Cleri reformatione conditi executionem tribus præfatis Præsulibus commissam fuisse.

Concil. Anglicanum anno superiori coactum.

VIII. Spelmannus hoc quidem Concilium accurate cum anno superiori illigat, sed male illud his verbis inscripsit: *Concilium generale a S. Dunstano Archiepiscopo Cantuaria adversus Clericos conjugatos celebratum.* Nec enim Auctores, quos ipse citat, aliquid habent de conjugio Clericorum, & quæstio tantum erat de iis, qui conjugari non poterant, quique eum gradum ascenderant, cui continentiæ votum annexum erat. Superest adhuc fragmentum Orationis ab Edga-

Contra incontinentiam Clericorum, non contra eorum nuptias.

ventibus, construxit, Abbatesque eis præfecit. Inter Abbas Persorensis Fulbertus bene moratus, & religionis monasticæ fervens zelator, sed tamen in subditos sæviens nimium, quod in eo valde reprehendebatur, cum esset ad extrema perductus, & post obitum in feretro repositus, redeunte spiritu erexit se, cunctis trementibus, aitque se a beato Benedicto ad conspectum Dei perductum fuisse; Deumque ipsi peccata sua ob merita dilecti sui Osuvaldi remisisse, ejusque sanctitatis declarandæ causa, se revixisse. His dictis conticuit, & percepto Dominici corporis viatico, dimidium supervixit diem, rursumque defunctus est.

V. *In aliis etiam Angliæ locis insignes Ecclesias B. Osuvaldus ob eamdem causam ejectis clericis, monasticæ institutionis viris tradidit, puta Ecclesiam sancti Albani, sanctæ Etheldredæ virginis in Eli, & eam quæ apud Beamfledam honorabiles habebatur. In Ecclesia sancti Albani Elfricum Abbatem Brithnotum, in Beamfledensi Gotmonnum. Quæ vero monasteria constituit, ea invisere solebat, & tum sermone, tum opere, ea quæ ad animarum salutem pertinerent, illis paterno affectu ministrare. Porro in monasterio Ramesein Abbo Floriacensem monachum degere voluit, morum sanctitate præclarum & litteris egregie eruditum, ut monachos doceret, scholis præesset, & tum regularem sive monasticam disciplinam, tum litterarum scientiam promoveret. Is Abbo Dunstani hortatu beati Edmundi Regis & martyris passionem accurate conscripsit. Tandem Floriacum reversus, & Abbas effectus a suis monachis occisus est.* Hæc in Actis sancti Osuvaldi habentur.

Abbo Floriacensis Abbas Martyr.

VI. Porro ista de clericorum incontinentium ex licentia Joannis Romani Pontificis expulsione pluribus prosequutus est Osbertus monachus, qui hoc tempore vivebat, in rebus gestis sancti Dunstani a se conscriptis. Sed primum de correctione incontinentiæ Regis Edgari ista his præmittit verbis: (a) *Quadam enim vice Rex in monasterium virginum, quod in * Vviltonia situm est, venit. Ibique captus specie cujusdam puellæ, quæ de nobilibus Anglorum nata, inter non velatas nutriebatur, & custodiebatur. Eam in suum colloquium adduci secretius jussit. Illa cum duceretur, timens pudori suo, raptum ab una sanctimonialium capiti suo velum imposuit, eo modo se protegi sperans, si forte Rex quid inhonesti a se exigere vellet. Quam ipse velatam intuens: quam subito, inquit, sanctimonialis effecta es? arreptumque velum detraxit capiti ejus, illa conata quo poterat, frustra obsistente. Abusus siquidem ipsa est, & gravi scandalo quoque per Angliam religiosi ex hoc mente vulnerati sunt. Quod scandalum eo vehementius fuit, quod Rex idem legitimam uxorem habebat, Elfledam videlicet, cognomine Candidam Ordineri præpotentis Orientalium Anglorum Ducis filiam, de quo & S. Eduardum genuerat.*

Decreto Joan. Pap. corriguntur clerici incontinentes.

(a) Apud Sur. die 29. Maii t. 3. c. 38.
* al. Mulsimiæ

VII. *Ubi vero res Dunstano innotuit, acerbo mœrore percussus est. Igitur cum in re non segnis ad Regem veniret, & ille veniente, pro more, occurreret, eumque per manum ad solium suum perducere vellet: manum Dunstanus turbato vultu retraxit, nec eam ab homine contingi passus est. Ad quod ille attonitus (non enim illum scire putabat, quod clanculum a se factum existimabat) cur manum sibi non dimitteret, inquisivit. Ait:*

PAGIUS garo Rege habitæ ad Episcopos & ad cœnobiorum Præfectos, quod in Bibliotheca Patrum recitatur. In ea Edgarus sic Episcopos alloquitur: *dicam, dicam, quod boni lugent, mali rident: dicam dolens (si tamen dici potest) quomodo diffluant in comessationibus, & ebrietatibus, in cubiculis, & impudicitiis; ut jam domus Clericorum, putentur prostibula meretricum, conciliabulum histrionum. Ibi alea, ibi saltus, & cantus; ibi usque ad medium noctis spatium protracta in clamore & horrore, vigilia. Sic, sic patrimonia Regum, eleemosina pauperum, imo (quod magis est) illius pretiosi Sanguinis pretium, profligatur? Ad hoc ergo exhauserunt Patres nostri thesauros suos? Ad hoc fiscus Regius detractis reditibus multis, detumuit? Ad hoc Ecclesiis Christi agros, & possessiones, Regalis munificentia contulit, ut deliciis clericorum meretrices ornentur?* &c. Decretum itaque in hoc Concilio, ut antiqui Canones de continentia Clericorum, qui temporum injuria contemnebantur, servarentur.

IX. Quod vero narrat Baronius num. VI. & seq. de pœnitentia Edgaro Regi ob incontinentiam imposita, setius non contigit, quam anno CMLXIV. ut ex Hovedeno & Annalista Mailrosensi citatis colligere est. De ea pœnitentia Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 8. ait: *Virginis Deo dicatæ audiens pulchritudinem, violenter eam a monasterio abstraxit, abstractæ pudorem, & non semel thoro suo collocavit. Quod cum aures B. Dunstani offendisset; vehementer ab eo increpatus, septennem pœnitentiam non fastidivit, dignatus Rex affligi jejunio, simulque diademate carere septennio.* Sed ne quis putaret hanc virginem Deo sacram fuisse, sed tantum Deo a parentibus dicatam, subjungit Malmesburiensis: *De Egelfleda cognomento Candida filia Ordmeri Ducis potentissimi Edwardum genuit, & sanctam Editham de Wlfrida, quam certum est non tunc Sanctimonialem fuisse, sed timore Regis puellam laicam se velavisse, moxque eamdem arrepto velo lecto Imperiali subactam. Unde offensum beatum Dunstanum quod illam concupisset, quæ vel umbratico Sanctimonialis fuisset, vigorem Pontificalem in eum egisse.* Sed hac de re legendus Alfordus in Annal. Ecclesiæ Anglicanæ, ubi plura habet adversus Heterodoxos Osbernum scriptorem Vitæ sancti Dunstani, cujus verba refert

Pœnitentia septennalis Edgari Regis Angliæ.

Rex pœnitens suscipitur a S. Dunstano. *Tu, postposito omni pudore, adulterium commisisti; tu despecto Deo & signum castitatis non veritus, virgini suam integritatem præripuisti: & cur manum summo Patri Virginis filium immolantem impuris manibus non crudam, quæris? Lava prius per pœnitentiam manus tuas a sordibus suis, & tunc demum, quo gratia Dei reconciliaeris, honora & amplectere manum pontificis. Territus ille ad hæc, terræ procumbit, pedes Antistitis petit, se peccasse, gemitu verba interrumpente contestatur. Quod Dunstanus videns, tantum in Rege humilitatis exemplum vehementer complectitur. Velociter ergo illum erexit, & pacato vultu cum eo familiariter quæ salutem animæ ejus operarentur, loquens, septennem ei pœnitentiam injunxit. At ille pontificali absolutione potitus, omni studio injuncta sibi pœnitentiæ operam dare, & multa quibus Deum placaret, pietatis opera ipsi pœnitentiæ, instinctu & consilio Patris sui, sollicitus cœpit superaddere.*

VIII. Correctio incontinentium clericor. *Ipse præterea omnes ordini hominum in suo Regno consistentium legibus sibi in Christiana religione sancitis uti, præcipiebat, ipse secus agentes, indicta vindicta, corripiebat: ipse in pravitate persistentes condigno examine puniebat. Exempli causa. Ordo clericalis plurimum ea tempestate erat corruptus, & canonici cum presbyteris plebium voluptatibus carnis plus æquo inserviebant. Quod malum Dunstanus corrigere cupiens, auctoritate Joannis Apostolicæ Sedis Antistitis apud Regem obtinuit, quatenus canonici, qui caste vivere nollent, Ecclesiis quas tenebant, depellerentur, & monachi loco eorum intromitterentur.* Ad hæc exequenda in Concilio statuta delectos fuisse duos sanctissimos Episcopos, Osuvaldum, & Etheluvoldum, jam dictum est, & quid alter eorum egerit Osuvaldus pariter patefactum; modo reliquum est, ut quæ memoria digna gesta fuerint ab Ethelvoldo, ex eodem auctore Osberto hic describamus, pergit enim:

Præsidebat ea tempestate Ventana Ecclesiæ Etheluvoldus vir eximiæ sanctitatis & educatione patris Dunstani non parum insignis. Hic cognita de canonicis Ecclesiæ suæ, quod nimium seculares existebant, voluntate Dunstani, monuit eos semel & sæpius, mores & actus mutare, correctionis vitæ semitas, relictis feminis, arripere. Ac in præsentiarum quidem id sibi possibile esse negantes, voce corvina semper in crastinum correctionem sui pollicebantur. Quod ipse gnarus, non diu sustinuit. Paratis namque quampluribus monachorum cucullis, die quo Communio, Servite Domino in timore, cantabatur: Chorum intravit, vestes, quas paraverat, secum deferri faciens. Et projectis illis in medium, canonicis ait: IX. S. Ethelvvoldus corrector incontinentium clericorum.

Animadvertistis quid modo cantaveritis? Animadvertimus, inquiunt. Igitur, inquit, Si (a) servire Domino in timore, & ei vultis exultare cum tremore apprehendite disciplinam, vestem scilicet monachalem, ne pereatis (sicut cantastis) de via justa. Ad quod illi obstupefacti, more solito inducias petunt id se facturos in futuro, promittunt. Tunc ille, mihi credite, amplius non credam huic vestræ responsioni corvinæ. Sed aut disciplinam in præsenti apprehendetis; aut loci istius beneficiis & conversationi bene eliminati, jamjam cedetis. Itaque nonnulli ex illis statim, abjecto clericali habitu, monachi facti sunt X. (a) Psal. 2. Clerici in monachos conversi.

PAGIUS

fert Baronius, in pravum sensum interpretantes.

X. Translatio S. Svvithuni Ep. VVintoniensis. Hovedenus laudatus hoc anno habet: *Anno DCCCCLXX. Sancti ac venerabilis Antistitis Svvithuni Reliquiæ (peractis a sepultura ejus centum & decem annis) indictione XIV. Idus Julii feria VI. sublata sunt, & de monumento a S. Ethelvvaldo venerabili Præsule* (nempe Ecclesiæ Wintoniensis) *& ab Elstano Glastoniensis, Ethelgaro novi monasterii Abbatibus, & in Basilica Apostolorum Petri & Pauli sunt recondita.* Idem habent Wigorniensis, Florilegus, & Annalista Mailrosensis, ad hunc Christi annum. Patrata tunc plurima miracula, ut videre est apud Malmesburiensem lib. 2. de Pontif. pag. 244. Ad illa respicit Auctor Vitæ Sancti Ethelvvoldi Episcopi Wintoniensis a Worstano Monacho, ejus discipulo scriptæ, qui num. XXVI. ait: *Cujus prædicationem maxime juvit sanctus Antistes Svvithunus, & eodem tempore cælestibus signis declaratus, & enfra Templi Regiam gloriosissime translatus, ac decentissime collocatus. Idcoque gemina simul in domo Dei fulsere luminaria candelabris aureis superposita; quia quod Adelvvoldus salubri verborum exhortatione prædicavit, hoc Swithunus egregie miraculorum exhibitione ad laudem nominis Christi mirifice decoravit. Sicque factum, consentiente Rege, ut partim Dunstani consilio & actione, partim Adelvoldi sedula cooperatione, monasteria ubique in gente Anglorum, quædam Monachis, quædam Sanctimonialibus constituerentur sub Abbatibus & Abbatissis regulariter viventibus. Circumivitque famulus Christi Adelvoldus singula monasteria, mores instituens, obedientes ut in bono proficerent, verbis admonendo, & stultos ut a malo discederent, verberibus acriter corrigendo.* De Sancto Svvithuno seu Suvithuno Wintoniensi Episcopo suo loco verba fecimus.

XI. S. Rudesindus fit Monachus & postea Abbas. Redacto in ordinem *Sisnando* Compostellano Episcopo, quod officii sui curam parvipenderet, & *Sancio* Regi Legionensi infensus esset, suffectus est Rudesindus Episcopus Dumiensis, ut incarcerati Sisnandi munia obiret sicuti supra ex Stephano Cellæ-novæ monacho illius Vitæ Auctore diximus. Verum, ut inquit idem Stephanus, *post paucu Sancius Rex moritur* (anno nempe CMLXVII.); *quo cognito, Sisnandus vincula confringens e carcere fugit, & i-*

cæteris verbo pontificis de Ecclesia eliminatis. Cæterum quia isti qui noviter fuere conversi, regularis disciplinæ normam sine aliorum magisterio docte servare nequibant: monachi de Abeudonia illuc ab eodem pontifice adducti sunt, qui monastica institutionis tramitem ibi docerent. Quæ autem post hæc secuta sint de duobus Conciliis eadem de causa celebratis, Vuintoniense & Calense inferius, suis locis opportune dicetur.

XI. Ad idem Concilium Generale (ita ab eis nominatum, quod omnes Angliæ Episcopi in idem convenissent) spectat, quod de publica Comitis incestuosi pœnitentia ibi facta idem Osbertus scribit his verbis (a): *Comes quidam præpotens cognatam suam illecito sibi matrimonio copulaverat, & a Dunstano semel, secundo & tertio redargutus; incestum suum divortio expiare nolebat. Quapropter gladio Spiritus sancti a viro Dei percussus, a liminibus est sanctæ Ecclesiæ separatus. Qui typo tactus superbiæ, Regem adit, Dunstanum impiæ & immoderatæ severitatis accusat, regia sanctione se ab ejus tyrannide liberum constitui, querula voce precatur & obsecrat. Cujus verbis Rex acquiescens Dunstano mandat, ut hominem cum ea quam duxerat, in pace manere sinat, & a quibus ipsum suspenderat, liminibus sacris restituat. Miratur ille ad audita, & dolet religiosum Regem per mendacem hominis linguam, ante rei inquisitionem & examinationem esse seductum. Ponit tamen hominem ad rationem, & tam pro commisso crimine, quam & propter injustam sui criminationem apud Principem terra factam paulo durius increpat, cupiens eo modo ad pœnitentiam & correctionem cor illius emollire. At ubi vidit ipsum non solum verbis suis non consentire, sed insuper contumaci spiritu contra se furere, minarique: supra id quod ab ingressu domus Dei suspenderat, ut dixi, omnem ei communionem Fidelium, donec a sua pravitate discederet, interdixit. Tunc ille seipso deterior effectus, immani est furore correptus, & nihil eorum quæ possidebat, alicujus esse momenti reputans, ad hoc solum se totum studebat impendere, ut Dunstano excitaret scandalum, & Christianæ legis jugum, quo a sua libidine coercebatur, sibi faceret alienum. Legatos itaque suos Romam destinat, & talibus assueta quorumdam Romanorum corda & ora in suam causam largo munere largiori sponsione permutat. Quid inde? Præsul Apostolicæ Sedis Dunstano, peccatori homini condescendere, verbis ac litteris mandat, & eum Ecclesiæ gremio integre conciliare monet, hortatur, imperat.* Sed si pœnitens peccatum relinqueret, voluit mandatum intelligi: nec enim alter potuit intellexisse. Pergit enim:

(a) Osbert. in Dunst. c. 31. apud Surium die 19. Maii t. 3.

XII. Comes incestuosus in concilio publice pœnitet.

Ad quæ Dunstanus ita respondet: Equidem cum illum, de quo agitur, sui delicti pœnitudinem gerere videro, præceptis domini Papæ libens parebo. Sed ut ipse in peccato suo jaceat, & immunis ab Ecclesiastica disciplina nobis insultet, & exinde gaudeat: nolit Deus. Avertat etiam Deus a me, ut ego causa alicujus mortalis hominis, vel pro redemptione capitis mei, postponam legem, quam servandam statuit in sua Ecclesia idem Dominus meus JESUS Christus Filius Dei. Hæc ille relata sibi au-

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS *& ipsa nocte Nativitatis Domini nostri Jesu Christi Rudesindum cum canonicis pausantem aggressus est. Gladium strictum manu portabat, quo mortem minabatur, nisi Episcopatum relinqueret, & civitatem desereret. Rudesindus ponderosis verbis temeritatem arguit, prophetans mortem violentam Sisnando esse eventuram; quæ ita contigit, sicut ei fuerat a Rudesindo prædictum.* Quod hoc anno contigisse eodem anno testatur Sampirus his verbis: *Normanni Rege* (idest Duce) *Gunderedo Gallaciam ingressi strages multas fecerunt, & in gyro sancti Jacobi Apostoli Episcopum loci ipsius gladio peremerunt, nomine Sisnandum.* Subdit Stephanus Rudesindum lætum confugisse ad monasterium S. Joannis de Cabero, quod ædificaverat, & postea mundo renunciasse, ac condidisse monasterium *Villare prope Limiam*, in quod non multo post ingressus est, illudque *Cellam novam* appellavit. Mortuo Abbate, quem ibi constituerat sanctus Episcopus Rudesindus, a Monachis Abbas eligitur, Episcopales vices non amittens. Ad cujus mirabile exemplum Episcopi, Abbates, nobiles & ignobiles Cellam-novam veniebant, *omnia sua sequi dedentes*, inquit Stephanus citatus.

XII. Hoc anno mortuus est *Garsia* Rex Navarræ hujus nominis II, era nempe MVIII. ut Moretus in suis Investigationibus Regni Navarræ pag. 418. demonstrat. Primo Tomo Conciliorum Aveldæ, cujus autographum in Escuriali conservatur, a Vigila Monacho era MXIV. descripto, anno scilicet Christi CMLXXVI. Secundo Tomo S. Æmiliani, qui ejusdem fere est antiquitatis; & denique donatione quadam a Sanctio II. Garsiæ successore Abbati S. Andreæ facta *Idus Novemb.* anno tertio Regni Sanctii era MX. in qua ait: *Gratia Dei Sancius Rex & Ranimirus Rex seu cum clara Urraca Regina.* Idem Moretus lib. 2. Investigat. adversus Zuritam, aliosque Scriptores Hispanos invictis argumentis probat, sæculo decimo in Regno Navarræ regnasse Garsias duos, & Sanctios duos. Uxor Garsiæ Sanctionis primi vocabatur *Onneca Tarasia Endregotto*; primum est nomen, secundum cognomen tertium patronimicum. *Tarasia* appellatur in Chartis omnibus in favorem Monasterii S. Æmiliani datis usque ad eram CMLXXXV. eæque adhuc in archivis ejusdem monasterii existunt. In quibusdam aliis modo *Onneca*, modo *Endregotto* vocata. Ea ultimo nomine patronimico nuncupata, quia pater ejus in duabus Chartis era MIX. datis Endregotto vo-

Sanctius II. Abarca dictus, succedit Garziæ II. in Regnum Navarræ.

audiens, & Dunstanus ex his quæ certo diceret, inflexibilem esse, certissime sciens, & excommunicationis suæ pœna cum pudore hominum constrictus, tum timore periculorum, quæ talibus nonnumquam accidere solent, perterritus, obstinationem suæ mentis deposuit, & abdicato illicito conjugio pœnitentiæ sibi cultum imposuit. Dunstano itaque generale totius Regni Concilium de observantia Christianitatis celebrante, ipse suimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus amictus, virgas manu ferens, Concilio sese medium ingessit, & ante pedes Dunstani gemebundus & ejulans corruit. Quo visu, moti sunt omnes qui aderant, ad pietatem; & ipse Pater omnium, majore præ cæteris pietate motus est. In vultu tamen servato disciplinæ rigore, utpote hominem Deo conciliare desiderans, lacrymas ejus ad horam severus sustinuit; ac demum a toto Concilio postulatus, lacrymans, & ipse culpam indulsit. Ita ab excommunicationis vinculo absolutum, communioni Fidelium, gaudentibus cunctis, eum restituit. Hucusque de his, quæ ad dictum generale in Anglia celebratum Concilium spectant.

An-

PAGIUS vocatur: *Ego Endregotto Galindonis*, inquit, *& prolem ejus* (idest e filia nepos) *Sancio Garseanis Rex & uxor ejus Urraca Ferdinandi*. Recte autem Moretus monet, *Ferdinandi* nomine intelligendum non esse *Ferdinandum* Comitem Castellæ. Suspicatur vir Eruditus pag. 431. nomen *Fortunii* loco *Ferdinandi* substituendum; sed exemplaria ei adversantur. Fatendum tamen Librarios hoc nomen corrupisse; cum sæculo decimo non *Ferdinandi*, sed *Fredelandi* nomen usurparetur. *Garsia* itaque II. successit *Sanctius* hujus nominis II. *Abarca* cognominatus, Sanctii primi nepos cujus uxor *Urraca*, ut anno CMXCVI. videbimus.

I. Concil. Rom. generale.

ANnus Redemptoris nongentesimus septuagesimusprimus, Indictione decimaquarta sequitur, quo habita est Romæ a Joanne Pontifice Synodus generalis, ad quam inter alia missa est legatio ab Edgaro Anglorum Rege, & a sancto Dunstano Archiepiscopo Dorovernensi sive Cantuariensi, (utroque enim nomine eadem sedes est nominata) ut ab eodem Joanne Pontifice confirmarentur privilegia concessa ab eodem Rege monasterio sanctæ Mariæ Glastingebiri. De quo ista in Wilelmo (a) Malmesburiensi: *Recapitans vera Rex Edgarus, quam multa temeritas humanæ levitatis quibusque solet subrepere; verensque ne forte quis in posterum vel hæc privilegia loco illi auferre, vel monachos inde molitetur excere: inclyto domino Joanni Papæ, qui Octaviano in regiminis honore successerat, direxit idem chirographum regiæ liberalitatis, orans ut & ipse hoc roboraret scripto Apostolicæ auctoritatis. Qui benigne directam suscipiens legationem, concorde assensu Romani Concilii sancita ab eis firmavit, scribendo Apostolicæ auctoritatis præceptionem, terribiliter intorquens in violatores, si qui forte emerserint, perpetui anathematis ultionem. Igitur domini prædicti Apostolici eidem loco directum testamentum venustæ recordationis Rex Edgarus super aram beatissimæ Dei Genetricis Mariæ ibidem ad perpetuale posuit monumentum, jubens diligenter asservari in posterum ad notitiam quorumcumque sequentium. Ea etiam utraque, ne videamur talia commentari, his gratum habuimus subdere adversus eos, qui non ut pastores per ostium*

(a) Wil. de Gest. Reg. Angl. l. 2. c. 8.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hispan. MIX. Anno Heg. CCCLXI inchoato die 24. Octobr. fer. 3. A.C. 971.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6464.

☉ 28. A. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 971.

JOANNIS XIII. PAPÆ 7.

OTTONIS IMP. 10.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 3.

I. *Concilium Londinense a Concilio Romano confirmatum.*

ANum. I. ad IV. Duo hoc anno Concilia celebrata, alterum *Londinii*, alterumque *Romæ*. De priori agunt Spelmannus pag. 488. Alfordus hoc anno & Labbeus Tom. IX. Concil. pag. 702. & seqq. In eo *Edgarus* Angliæ Rex confirmavit celeberrima Privilegia Monasterio Glastoniensi concessa, reservata sibi & hæredibus potestate baculum conferendi Abbati, qui a Monachis eligetur, & fuse narrat Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 8. qui addit: *Inclyto domino Joanni Papæ, qui Octaviano in regiminis honore successerat, direxit idem chirographum Regiæ liberalitatis, orans ut & ipse hac roboraret scripta Apostolica auctoritatis: qui benigne directam suscipiens legationem, concordia assensu Romani Concilii sancita ab iis firmavit*. Recitat Baronius num. II. ex eodem Malmesburiensi Epistolam Joannis Papæ XIII. qua peracta Londini in Anglia confirmat ad petitionem Edgari Regis, & Dunstani Cantuariæ Archipræsulis. [1]

II. *Edgarus Angliæ Rex favet Monasteriis.*

Spelmannus & Auctores citati Chartam ab *Edgaro* Rege datam ex Antiquitatibus MSS. Glastoniensis Monasterii referunt, qua Privilegia a suis Prædecessoribus eidem monasterio concessa confirmat. *Dunstano*, inquit, *Dorobernensi atque Oswaldo Eboracensi Archiepiscopo adhortantibus, consentiente etiam & annuente Brithelmo Fontanensi Episcopo, cæterisque Episcopis, Abbatibus & Primatibus*. In fine legitur: *Acta est hæc Privilegii pagina, & confirmata apud Londoniam communi consilio omnium Primatum meorum anno ab Incarnat. Domini nostri J. C. CMLXXI. indict. XIV.* Post subscriptiones legitur: *Hanc Privilegii paginam Rex Edgarus, XII. anno regni sui, fa-*

NOTÆ [1] HUjus Romani Concilii mentio occurrit in Chronico Mosomensi apud Dacherium Spicileg. tom. 2. pag. 570. novæ editionis; ex quo etiam discimus cœnobii illius constitutionem ab Adalberone Remensi decretam apostolica & Synodi Romanæ authoritate confirmatam fuisse. Ideo vero adnotationem hanc retuli ne deinceps sola Malmesburiensis authoritate concilium hoc, alias ignotum, stare credatur. Sed & ex privilegio Joannis XIII. in eodem chronico recitato datoque a Pontifice postquam recepisset Adalberonis legatos Romam missos post Natale Domini anno 971. discimus, concilium istud ad sequentem annum 972. revocandum esse; datum est enim privilegium IX. Calendas Maii, anno Pontificatus domini nostri Joannis sanctissimi, & tertiidecimi Papæ VII. Imperii Ottonis undecimo, Junioris quinto, Indict. quintadecima. Hæc omnia cum anno 972 congruunt. Vix autem credo concilium Romanum, de quo in charta apud Spelmannum, & illud de quo in chronico Mosomensi diversa esse inter se, ut unum præcedenti anno 971. alterum sequenti 972. assignandum sit. Forte autem in charta Edgari, de qua Pagius hic, nihil aliud designatur, nisi quod intra unius anni spatium duo concilia Londoniense & Romanum celebrata fuerint; quamvis ex iis unum ad annum 971. alterum ad sequentem pertinet. Ex data etiam ejus privilegii in Synodo Romana recitati habemus certam diem, qua Synodus illa cœpit, nempe dies 23. Aprilis, quæ anno 972. in Dominicam incidit. MANSI

ostium intrare, sed ut fures & latrones in idem ovile sanctæ Mariæ aliunde quærunt irrumpere. Diploma Joannis Papæ sic se habet:

II. * XIII. *Noverit cunctorum notitia Fidelium, quod ego Joannes * XII. Conditoris clementia sanctæ Romanæ Sedis existens indignus Papa, gloriosi Anglorum Regis Edgari, necnon & sanctæ Dorovernensis Ecclesiæ archipræsulis Dunstani summisso pulsatus rogatu pro monasterio sanctæ Mariæ videlicet Glastingebiri, quod ipsi acti amore supremi Regis tumultis & magnis possessionibus ditaverant, monachorum inibi multiplicantes normam, præceptoque regali firmaverant. quod & ipse facere non differam. Quorum assentiens benigna petitioni, in sinu Romanæ Ecclesiæ & beatorum Apostolorum protectione eumdem locum suscipio, & privilegiis astruo, & corroboro; quo finetenus in eo quocumque pollet, permaneat monachalis ordinis, ipsi quoque monachi de suis sibi adhibeant pastorem. Ordinatio vero tam monachorum, quam clericorum in arbitrio Abbatis & Conventus sit. Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum eandem insulam causa placitandi, vel aliquid aliud perscrutandi aut corrigendi intrare liceat. Si quis autem id molitus fuerit contraire, aut possessiones ejusdem Ecclesiæ auferre, retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: ex auctoritate Dei patris & Filii & Spiritus sancti, sanctæque Dei Genitricis Mariæ, ac sanctorum Apostolorum Petri & Pauli omniumque Sanctorum, perpetua sit addictus maledictione, nisi resipuerit. Omnibus vero eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri JESU Christi, Amen. Nostraque stipulatio inconvulsa permaneat. Actum tempore * Ailfardi ejusdem monasterii Abbatis. Prædicti Regis Edgari duodecimo anno, qui est Dominicæ Incarnat. * DCCCCLXV. quo præfatus Papa Romæ in generali Synodo auctorizavit, cunctosque potiores dignitates, qui præfuerunt eidem Concilio generali, ea corroborare imperavit.* * al. Elvufardi. * DCCCCLXXI.

Subiicit vero his ista idem auctor:

III. Eadem potestas successorum Petri quæ fuit Petri. *Perpendant ergo contemptores tantæ comminationis, quantæ subjaceant sententiæ excommunicationis. Equidem beato Petro Apostolo principi Apostolorum Christus ligandi, solvendique præsulatum, clavesque simul tradidit Regni cælorum. Cuique autem Fideli constat perspicuum atque evidens quod hujus Apostoli Vicarius, potestatisque potissimum sit hæres, Romanæ Ecclesiæ præsidens. Hinc sanctæ memoriæ Joannes laudabiliter præfuit suo tempore, ut hodie quoque viget gloriosa recordatione, promotus ad id Dei, totiusque populi electione. Si ergo decretum beati Petri Apostoli ratum: consequen-*

PAGIUS *sacro scripto apud Londoniam consilio optimatum suorum, confirmavit. Eodemque anno Joannes Papa XIII. hanc ipsam paginam Romæ in generali Synodo autorisavit.* Inter subscriptiones leguntur nomina *Eilfginæ* Regis matris *Dunstani* Dorobernensis Archiepiscopi, & *Osvualdi* Eboracensis Ecclesiæ Primatis, ac postea nomina aliquot Episcoporum & quorumdam Regni Primatum.

III. *S. Osvualdus fit Archiep. Eboracensis.* Wigorniensis, Hovedenus, Ingulphus, Symeon Dunelmensis, & alii ingressum Osvualdi Episcopi Wigorniensis in Eboracensem Sedem cum sequenti anno copulant. Verum ex charta laudata quæ sincera & genuina est, & meo judicio in dubium vocari non potest, liquet eos hac in re deceptos esse. Præterea in antiquo & accurato Catalogo Præsulum Eboracensium a Labbeo Tom. I. Biblioth. publicato legitur: *Osvualdus suscepit Ecclesiæ regimen anno Incarnat. CMLXXI. Sequenti autem anno Romam veniens a Papa Benedicto Pallium accepit.* His adde Thomam Stubs in Actis Archiepiscoporum Eboracensium in eadem ac Auctorem præfati catalogi versari sententia, & Catalogum illum legi in Epistola edita sub nomine Symeonis Dunelmensis *ad Hugonem Decanum Eboracensem, de Archiepiscopis Eboraci.* Non audiendus itaque Warthonus part. II. Angliæ Sacræ pag. 203. qui *Osvualdi* Archiepiscopatum cum anno CMLXXII. connectit. *Rex consilio Dunstani*, inquit Malmesburiensis lib. 3. de Pont. pag. 270. *vacuatum Episcopo Eboracum, viro implevit; qui barbariem gentis* (nempe Northumbriæ) *moderari, pro antiquo convictu, probe nosset. Nec tamen Vuigorniensi sedi renunciare permissus est; ne Monachorum recens habitatio, alterius sui destitueretur fomento. Optimates submissi viro effecertatim possessiones ad monasteria, quæ non extabant, fundanda: ad ea quæ deciderant sublevanda offerre. Præterea literis excellentes viros in Angliam evocatos, munificenter curare; ne illo bono fraudares patriam, sine quo cætera bona pene videntur inania. Quorum unus fuit Abbo, Floriacensis monachus, qui multam scientiæ segetem Angliæ invexit.* Quam sollicite Osvualdus Eboracensem Provinciam rexerit, quam caute, prudenterque ovibus prospexerit declarat Auctor Anonymus, qui ejus Vitam scripsit.

IV. *Floret S. Abbo Abbas Floriacensis.* Quoad *Sanctum Abbonem* Martyrem, is, non a' Monachis suis occisus, ut credidit idem Anonymus, sed a monasterii servis, ut sæculo sequenti videbimus. Ejus meminit Baronius anno superiori num. V. Reliquit is varia Opuscula partim edita, partim nondum vulgata. Composuit enim Epitomem de Vitis Romanorum Pontificum XCI. Vitam Sancti Eadmundi Anglorum Regis & Martyris, Epitomen Canonum, a Mabillonio Tom. II. Analect. in lucem editam, ac quasdam Epistolas & Opuscula. Scripsit etiam Apologeticum contra obtrectatores, cum Præsules, tum Monachos, *ad Hugonem & ejus filium Robertum* Francorum Reges, in quo non alia de causa ab æmulis se impeti significat, quam quod Monachorum salutem & Reipublicæ suæ augmentum quærat. Etsi vero *Roberto* Regi summopere acce-

quenter & Joannis Apostolici ratum: Sed nemo vel demens ratum esse Petri * *Apostolici decretum denegat. Nemo igitur suna mentis dissimile fore Joannis Apostolici decretum repugnat. Aut igitur isti concedentes beato Petro, suisque successoribus collatam a Christo potestatem, transgredi cessabunt tanti sacerdotii auctoritatem, aut flocci pendentes, cum diabolo, suisque complicibus praescriptae maledictionis sibi acquirent perpetuitatem, &c.* Ista Willelmus scribebat anno millesimo centesimo quadragesimo, inter scriptores rerum Anglicanarum post Bedam praecipuus.

* al. Apostoli.

IV. Eodem anno Imperator Otto firmato foedere cum Joanne Graecorum Imperatore, & Pandulfo (a) Beneventano Principe restituto, qui captivus a Nicephoro detinebatur, recessurus ab Italia, una cum conjuge Ravennam pervenit, ubi eum S Uldaricus Augustanus Episcopus, cum visitasset Limina Apostolorum, ab Urbe rediens, convenit. Quid autem cum Imperatore transegerit de Adalberone suo nepote auctor, qui primus res ab eo gestas est prosecutus (b) enarrat, ac primum de ejus in Urbem adventu: *Animo* (inquit) *decrevit, quamvis vires corporis de die in diem decrescere sentiret, ut Limina Apostolorum Petri & Pauli devota intentione laborasset visitare.* Jam bis antea magno ardore fidei visitaverat, & modo senectute confectus antequam moreretur, rursum visitare magno licet labore conatus. Pergit enim:

(a) Chron. Benevent. Long.

(b) Vita Udalrici c. 21. 22.

V. *Cumque aliquantulum itineris peregisset in carpento, & ad difficiliores vias pervenires, non potuit ultra iter peragere, antequam in lecto collocatus equis superpositus pergere coepit, sicque pergendo, quamvis comitibus ejus absque periculosum videretur, Deo juvante, & S. Petro Apostolo, sine periculo pervenit ad Romam, votorumque ibi antea dispositorum & promissionibus devotissime expletis, & gratissimorum emolumentorum & indulgentiarum donis acceptis, permissoque salubri a sancto Petro & Vicario ejus Pontifice, caeterisque Deo ibi & sancto Petro militantibus honorabiliter accepto, felicem reditum iniit, & Ravennam visitare disposuit.*

S. Udalricus Romam tertio venit & Raven. Ottonem adit.

VI. *Illacque cum appropinquaret, Imperatorem gloriosum Ottonem cum Imperatrice Adelaida ibi manere comperit, & ante se misso nuntio, adventum ejus illis indicavit. Et ille statim nuntium sequendo, ad ostium cubiculi Imperatoris pervenit. Imperator vero cum eum ea tanta vicinitate manere agnovisset, uno pede calceato, & alio adhuc incalceato, causa humilitatis & fragrantia divini amoris eum ad suscipiendum amabiliter festinavit. Cumque in cubiculo accersita Imperatrice, suavi colloquio fruerentur, & alternis locutionibus diversarum rerum proventus terminarent, vir sanctus Imperatorem cum auxilio Imperatricis flagitare coepit, ut filio sororis suae Adalberoni procurationem sui Episcopatus, regimenque super familiam & omnia nepotis saecularia ad eum pertinentia fideliter, & firmiter commendaret, & ut a celsitudine ejus Imperialis potentia promissum consolationis accipere mereretur, ut post ejus discessum cathedram Episcopalis potestatis ei donaret, ut sibi majoris otii ad studium orationis & Ecclesiastici regiminis & Christianitatis stabilitatem facultas concederetur. Cujus petitioni gloriosus & benevolus Imp. assensum praebens, saecularium negotiorum com-*

Pium Ottonis obsequium erga S. Udalricum.

PAGIUS ceptus esset *Abbo*, cum tamen ob illicitam cum *Berta* copulam increpare non dubitavit, teste Helgaldo Monacho in libro de Vita Roberti, & ea libertas, quae piissimi Principis animum ad iracundiam provocavit, Monachorum ejus temporis osoribus Abbonem traducendi vexandique occasionem praebuit. Vide quae dicam anno MIII. num. IV.

V. A num. IV. ad XI. Cum foedus inter Ottonem M. & *Joannem Tzimiscem* Graecorum Imperatorem hoc anno firmatum sit, ut ostendit Baronius num. IV. apparet, *Theophaniam* hoc tantum anno ab eodem *Tzimisce* uxorem datam esse Ottonis II. Ottonis Magni filio; recte scripsisse Chronographum Hildensheimensem, cujus verba anno superiori retulimus, eam sequenti tantum anno Romae receptam esse; Sigoniumque lib. 7. de Reg. Ital. accurate tradidisse *Arnulphum* Archiepiscopum Mediolanensem currenti anno Constantinopolim allegatum esse, ut *Theophaniam* neptem Tzimiscis ab eodem Imperatore iterum in matrimonium postulasset, [r] eamque a Joan. Papa XIII. Romae coronatam atque Augustae titulo decoratam anno CMLXXII.

Pax inter utrumque imperium firmatur.

NOTÆ [r] HAnc Arnulphi legationem Constantinopolitanam ex Sigonii hallucinatione profectam esse acute vidit Saxius in Notis ad Sigonium tom 2. col. 439. novae editionis. Fuit enim Sigonio fecit Arnulphi II. legatio, de qua Arnulphus Historicus Mediolanensis lib. 1. cap. 13. Rer. Ital. tom. 4. Quae igitur ad Arnulphum II. pertinebant, Arnulpho I. tribuit Sigonius, qui subinde de Arnulpho II. narrationem instituens, nullam illi legationem assignat. Porro Arnulphum I. numquam legatum venisse Constantinopolim probat veterum omnium silentium, etiam Arnulphi Historici, qui Archiepiscopum illum *Propatruum* suum agnoscebat, quique legationem Arnulphi II. diligenter notat. MANSI

commercia Adalberoni commendavit, & Episcopalis honorem cathedræ, post vitam Episcopi, si Deus vellet, ei donare permisit, & insuper multis libris auri Episcopum donatum amabiliter abire permisit, & ejus mansiones cum alia servitio necessaria cum suis fidelibus usque ad finem illius peregrinationis caute disposuit.

VII. Episcopus autem & præfatus Adalbero cum lætabundi ad Augustam reverterentur civitatem: honorifice sicut decuit suscepti sunt, & omnes qui ibi inventi sunt comperta eorum prospera reversione & honorificatione ab Imperatore eis facta, valde lætificati sunt. Tunc vero præfatus Adalbero, congregatis militibus Episcopi, desideravit, ut ei sacramenta fidelitatis jurarent. Quod & fecerunt in præsentia Episcopi, similiter & familia per totum Episcopatum fecit. Episcopus autem indumenta more monachorum formato induebatur, quorum antea regulam multimodis virtutibus sequi consueverat. Cumque hæc ita agerentur, propter quorumdam clericorum æmulationem, qui se æstimabant post obitum sancti Episcopi, Imperiali celsitudine concedente, Episcopatum posse acquirere, ferulam Episcopalem publice portare præsumpsit.

Adalbero successor declaratus.

VIII. Hæc autem Udalrici viri sanctissimi erga suum nepotem in successorem promovendi facta studia, quæ nec Deo placuisse, nec Ecclesiæ, declaraverunt eventa. Sed ipse & in seipso jam proxime moriturus factum est detestatus, cum ad supremum Judicium raptus per visum, accepit ea se de causa pœnia mancipandam purgatoriis. Idem enim auctor ita rem gestam (a) enarrat: Altera vero vice, quodam die quasi de quodam gravi somno expergefactus, ei assidentibus, & hæc audientibus ait: Heu, heu, quod illum nepotem meum Adalberonem umquam vidi, quia pro eo, quod ei secundum suum desiderium consentiebam; nolunt me impunitum in suum recipere consortium. Et his dictis statim tacuit. Virtus vero corporis de die in diem decrescebat, &c. Plane unius dumtaxat JESU Christi Filii Dei fuisse in divinis Scripturis legitur gloriatio: Venit (b) Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. Reliquorum nemo omnino (ejusdem JESU Christi Dei Genitrice Maria excepta) Est ipsorum quoque Apostol. vera confessio: (c) Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et illud: Non est homo, quamvis sanctissimus, (d) qui non peccet, licet adversus peccata bellum juraverit sempiternum, ea detestans, damnans, cavens, fugiens, abominans, insectans, ac puniens,

(a) Idem in vit. Udalric. c. 26.

(b) Joan. 14.

S. Udalrici actio de subrogando nepote improbata.

(c) Joan. 1.

(d) 3. Reg. 8.

IX. Fallax diabolus, antiquus hostis, decipiendi arte versutus, quos aperto Marte frustra se aggredi posse cognoscit: de longe, specie ostensa recti, fallere Sanctos non frustra laborat. Ecce tibi sanctissimus Udalricus (ne a longe exempla petamus) annos natus octoginta & unum, & proxime moriturus, ablegare cupiens sæcularia (ut audisti) a se negotia, quibus semper carere debere rebus divinis mancipatum, monet Apostolus, dicens (e): Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus: tantumque sibi & Ecclesiæ vacaturus, quærens cui illa refundat, nepos in mentem venit: nec putat absque instinctu divino factum, quod post laboriosam illam peregrinationem, assiduis precibus ad Confessiones Apostolorum Romæ faciendum petiisset. His accedebant nepotis ipsius virtutes, quibus ipse suum alumnum imbuerat. De eo namque idem auctor hæc testatur, fuisse (f) doctum, in servitio Dei studiosum, in bonis operibus strenuum, in dicendo eloquentem, in donando largum, compatientem aliorum molestiis, ad miseros sublevandos festinum, atque multis virtutibus cumulatum. An non tot tantisque pollens virtutibus etiamsi fuisset extraneus, erat ab eo successor optandus, & dum viveret cooptandus? eoque magis, quod cum Reges manus injecissent in Episcopatus, sæpe contingeret e militia sæculari, militantes inquam in palatina militia sese obtrudentes, in Episcopos eligi. At laudaverit ista homo, atque juste probarit: a Deo autem improbata, immo & punita admodum severe fuisse scimus in primis Adalberone (ut dicemus anno sequenti) morte repentina ex hac vita subducto, Ipso vero Episcopo, nonnisi expiato peccato, digno Sanctorum consortio judicato.

Diabolus quibus pugnet armis contra sanctos viros.

(e) 2. Tim. 2.

(f) Idem eadem vit. c. 24. in fine.

X. At ubi culpa dices, quam necesse est præcedere pœnam? Novit eam ipse, cum ante divinum illud, terrificumque tribunal vocatus, audivit eam, quam & ipse in se reversas, astantibus patefecit, dicens: Quia secundum desiderium suum consentiebam ei: nolunt me impunitum in suum recipere consortium. Quibus indicatum est, non spiritus, sed fuisse carnis illum impulsum, ut nepotem deligeret successorem, illo suadente, obnixeque petente, & a viro sanctissimo tandem assiduis precibus extorquente; quem vel ex hoc æstimare debuisset indignum, dum illud peteret, quod refugit omnis dignus. Potentissimum diaboli telum est amor affinium, quo etiam Sanctos appetit, quod secundum (g) Apostolum nemo carnem suam odio habet, sed nutrit & fovet eam. Porro eam pie odisse debere, monuit (h) Dominus Fi-

S. Udalricus in quo deliquerit.

(g) Ephes. 5.

(h) Luc. 14.

de-

dales suos, sequa ad bellum gerendum
(a) Matt. 16. advarsus aos gladium (a) ministrasse æque testatus est: adeo ut evadat nemo, nisi qui aos non sibi propinquos, sed assa inimiaos intalligat: & in aos, ut in hostes arma spiritualia comparet, quibus non obsit, sad prosit, eoqua remedio se suosqua lucratur; perdat vero sa cum suis, quibus indulgaat.

XI. Hoc eodam anno Otto Imperator Magdaburgensam civiratem condidit, aidamqua primum Episaopum auctoritata Joannis Pontificis sanctum Adelbertum dedit, da quo ista Adam vetus Chronographus habet:
(b) Adam l. 2. 7. 8. 10. 11. Civitas & Ecclesia Magdeburgensis erigitur. (b) *Ipso tempore magnus Otto, subjugotis, Christianæque Fidei copulatis Slavorum gentibus, inclytam urbem Medenburg super ripam Albia fluminis condidit, quam Slavis Metropolim statuens, Adelbertum summa sanctitatis virum ibidem consecrari fecis Archiepiscopum. Is primus in Magdeburg ordinatur, duodecim annis strenue pontificatum administravit, multosque Slavorum populos prædicando convertit. Cujus ordinatio facta est anno Imperatoris & Archiepiscopi trigesimoquinto, & sunt anni post ordinationem S. Ansgorii centum triginta septem. Magdeburgensi Archiepiscopatui subjecta est tota Slavonia usque ad Penem fluvium: Episcopatus suffraganei quinque, quorum Morsiburg Tysca super Salam flumen condita, Misna super Albiam, Brandenburg & Hevelberg interius vodunt, Sextus Episcopatus Slavonia est Aldinburg. Eum, quod vicinior est nobis, Imperator Hamaburgensi Archiepiscopatui subjecit: ibique Archiepiscopus noster primum ordinavit Episcopum Curaetum vel Eduardum, quem Latini dicunt Evagrium.* Et inferius da ipsa Slavonia hic idem aactot: *Slavonia igitur amplissima Germania provincia a Vinulis incolitur, qui olim dicti sunt Vandali: decies major esse quam nostra Saxonia fertur, præsertim si Bohemiam, & eos qui trans Odderom sunt Polonos, quia nec babitu nec lingua discrepant, in partem adjeceris Slavonia. Hæc autem regio cum sit armis, viris, & frugibus opulentissima, firmis undiqua saltuum & fluminum terminis clauditur. Ejus latitudo est a Meridie in Boream, hoc est ab Albia fluvio usque ad mare Scythicum,* Slavorum Provinc. *longitudo autem illa videtur, quæ initium babet a nostra Hamburgensi parochia, & porrigitur in Orientem, infinitis aucta spatiis usque ad Benguariam, Ungriam, & Græciam Populi Slavorum multi, quorum primi sunt ab Occidenta confines Transalbianis, Vagri, eorum civitas Aldemburg maritima: deinde sequuntur Obotriti, qui * numero Keregi * vocantur, & civitas eorum Magnopolis.* * nomine.

Item versus nos Polabingi, quorum civitas Razisburg: ultra illos sunt Lingones, & Varnabi. Mox babitant Chyzini, & Circipani, quos a Tolosantibus & Rheteris separant fluvius Panis & civitas Dymin, ibi est terminus Homburgensis parochia. Sunt & alii Slavorum populi, qui inter Albiam, & Odderam degunt, sicut Helvelds, qui juxta Haloam sive Hailam fluvium, & Doxani Leubuzi, Vilini & Stoderani cum multis aliis. Inter quos medii & potentissimi omnium sunt Rhetarii. Civitas eorum vulgatissima Rethre, sedes Idololatria. Templum ibi magnum constructum est dæmonibus, quorum Princeps Radigast, simulacrum ejus auro, lectus ostro paratus (civitas ipsa novem partes babet undique lacu profundo inclusa) pons ligneus transitum præbet, per quem tantum sacrificantibus, aut responsa petentibus via conceditur, hac eo significante causam, quod perditos animas eorum, qui idolis serviunt, congrue novies Styx interfusa coercet. Ad templum ferunt a civitate Hamburg iter esse quatuor dierum. Pargit de civitate Jumne admiranda satibera, ac demum illa pariodo alaudit orationem: *Hæc de Slavis & patria eorum, quoniam virtute Magni Ottonis ad Christianitatem eo tempore omnes conversi sunt, dicta sufficiant.* XII.

XIII. Potro ut Magdaburgum redeamus to-

PAGIUS VI. Otto M. Magdeburgum, & in eo monasterium condit. A num. XI. ad XIV. *Otto Magnus* devictis Slavis, Saxoniæ ad Albim populis, ut Religionem Christianam illis persuaderet, cogitavit de erigendo præsidio, simulque Benedictinorum monasterio, quod fidei Christianæ seminarium esset & azilum. Itaque anno nongentesimo tricesimo septimo, Edithæ piissimæ conjugis suæ *instinctu*, ut ex Chronico Magdeburgensi Ms. Sæc. V. Benedict. pagin. 573. refertur, *Magdeburgensem ædificare cœpit civitatem, ad quam Reliquias Christi Martyris Innocentii cum magno adduxit honore. Nam urbem bonis ob æterna remunerationis gratiam, patriaque communem salutem, & adquisivit, & construxit. Juvit eum ad hoc beata memoria Edith quibus potuit: qua innumera virtute prædita, ut signis post obitum claruit, inducias vita istius sibi concessas, Deo, hominibusque accepte perduxit. Decrevitque idem Rex eodem anno IX. Kal. Octobris, hoc est in proximo die post festum sancti Mauricii, congregationem Monachorum fieri in eadem urbe ob amorem Dei, & patris suaque anima, & sanctissima contectalis sua, & Rodolfi Regis (* nempe Burgundiæ Transjuranæ*) qui ad eum sanctum transmisit Innocentium, omniumque delictorum suorum remedium, construens monasterium in honore sancti Petri Apostolorum Principis, & sancti Mauricii atque Innocentii, tradens ad eundem locum prædia multa in diversis locis, & ipsum locum Romano subjiciens mundiburdio, fratribus concedens liberam electionem Abbatis.* Hæc fusius memorantur in ipsius Ottonis literis apud Meibomium post

tius provinciæ metropolim, Otto Imperator in ea inter alia præclara monumenta (*a*) fundavit monasterium sub regula sancti Benedicti in honorem Petri & Pauli & Innocentii martyris, cujus ibi reliquias collocavit; beati autem Mauritii patrocinio præcipuo locum illum subjecit. Ditmarus (*b*) quoque, qui hoc sæculo vixit, meminit de præfectura Adelberti Ecclesiæ Magdeburgensis, aitque, eum illi Ecclesiæ primum Episcopum datum auctoritate Romani Pontificis. Hic autem opportune monendus Lector, Adelbertum alium diversum ab isto paulo juniorem hoc sæculo claruisse, præfectum Episcopum Pragensem in Boemia, ac demum martyrio vita functum, quem nonnulli confundunt, & conflant in unum cum Adelberto Archiepiscopo Magdeburgensi, de quo est sermo, sed nihil inter eos commune, nisi nomen. His junge & tertium Adelbertum Rugorum ordinatum Episcopum, de quo suo loco superius dictum est.

(*a*) *Crant. in Sax. l. 3. c. 24.*

(*b*) *Ditm. Chron. l. 2.*

Adelberti tres eodem tempore in Germania clari.

XIV. Eodem anno Petrus Archiepiscopus Ravennas sponte abdicavit se ab onere pastoralis curæ, in cujus locum suffectus est Honestus ex Abbate Classensis monasterii. De Petri abdicatione meminit Petrus Damiani ad Nicolaum secundum, scribens de renuntiatione. Testatur Rubeus extare publica monumenta Ecclesiæ Ravennatis, quibus præsens annus his consignatus habetur notis: *Nonis Aprilis, Indictione decimaquarta, anno sexto Joannis Pontificis, Ottonis patris Imper. decimo, Ottonis filii anno quarto.* Quæ ad firmandam nostram chronographiam de Joannis Papæ annis voluimus hic in testimonium adduxisse. Hic fuit Honestus, qui sanctum Romualdum monastico habitu induit, de quo plura inferius.

Cedente Petro Archiep. Ravennate succedit Honestus.

XV. Quod ad res pertinet Orientalis Imperii, reste Joanne Curopalate, & aliis, qui ex eo quæ narrant descripsere, ope martyrum Georgii & Theodori Joannes Imperator ingenti gloria Rossos & Bulgaros, Schytas, Turcas, & alios barbaros adversus Romanos simul fœdere junctos numero trecentorum triginta millium militum, iteratis summo labore atque periculis sæpe prœliis, superavit atque summa religione, qua vicerat, triumphum paravit. Bellum accurate descriptum habetur ab eodem auctore sigillatim cuncta, quæ facta sunt, ordine prosequente, quem qui ea cupit, adeat: nobis ad institutum hæc satis scisse, nimirum expugnatam primariam civitatem Bulgarorum, ubi Regia erat, Parasthlabam nominatam, & mutato postea nomine ab Imperatore Joannopolim nuncupatam, captumque Regem Bulgarorum Borisem cum uxore & liberis, & Bulgarorum Regnum extinctum, superatos ingenti prœlio postea barbaros die sancti Georgii martyris, cui tanta victoria accepta lata fuit. Converso post hæc bello adversus reliquos, qui se Dorostoli muniebant, ancipiti periculo & certamine diu multumque pugnatum, donec divinum auxilium certis signis Romanis affuit; quibus adjuti vicere penitus barbaros. Quænam autem fuerint ista divina subsidia opportuno allata tempore, audi a Curopalate:

Joan. Imp. expeditio in barbaros & victoriæ.

XVI. *Fertur* (inquit) *divinam opem tum Romanos esse consequutos: turbo enim quidam a Noto vento in ora Scytharum constitit, haud permittens eos captis uti in bello consiliis. Et quidam vir conspectus est ab omni Romanorum exercitu equo albo vectus in antesignanis pugnare, hostiumque commovere ac perturbare phalanges, nulli prius aut postea cognitus; quem ajebant unum esse ex gloriosis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus contra hostes utebatur semper Imperator. Etenim forte accidit, ut hoc prælium ea die committeretur, qua celebrare me-* mo-

Auxilio Theodori Martyris vincuntur hostes.

PAGIUS Witichindi Annales, in Privilegio secundo Magdeburgensis Ecclesiæ, ab eodem Imperatore dato *XI. Kalend.* (deest mensis) *anno Dominica Incarnat. DCCCCXXXVII. indict. XI.* (ideoque post Kalendas Septemb. quo die ea Indictio cœpta), *anno vero Ottonis piissimi Regis II. Actum in civitate Magdeburg.* In tertio Privilegio ejusdem Ottonis traduntur ab eodem multa prædia *ad nutrimen Monachorum.* In fine legitur: *Dat. IX. Kalend. Maii anno dominica Incarnat. DCCCCXL.* (legendum DCCCCXLI.) *Indictione XIV. anno Ottonis V. Actum in Magdeburg.* Denique Chronographus Magdeburgensis editus idem habet ac MS. ut videre est Tom. II. Collect. Meibomii.

VII. Baronius num. XIII. qui Chronicon illud MS. & duo laudata Diplomata non viderat, fundationem hujus Monasterii in præsentem annum confert. Præterea ibidem tres Adelbertos distinguit, quorum unus Magdeburgensis Archiepiscopus fuerit, alter Episcopus Pragensis, tertiusque Rugorum ordinatus Episcopus. Verum, ut supra indicavimus, Sanctus *Adelbertus* primus Magdeburgensis Archiepiscopus, Russiæ prius Præsul ordinatus fuerat, ideoque unus Adelbertus in duos non dividendus. Hunc autem anno CMLXVIII. non vero currenti, Archiepiscopum Magdeburgensem renunciatum fuisse, eo anno demonstravimus.

Annales Ecclesiastici emendantur.

VIII. Ad num. XV. & seqq. Hyberno squallore in vernam mutato serenitatem, inquit Leo Diaconus in Vita Tzimiscis Imp. sumto statim Imperator Crucis vexillo adversus *Taurosecythas* (ita hic Auctor Russos, hodie Moscovitas vocat) iter contendit. Postea devotionibus propitiato numine classem ad Istrum mittit, amnis meatum servaturos, ne qua Scythis (idest, Russis) ad patriam ac Cimmerium Bosphorum enavigandi facultas esset, si quan-

Expeditio Tzimiscis Imp. adversus Rossos.

moriam Militis consuevimus: Cum & mulier quadam nobilis Byzantii, supremæ potestatis, per visum illud ita esse confirmabat una ante congressum die, in somnis sibi visa Dei Genitrici præsto esse, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore meus ac tuus Joannes in periculo versatur: ad ejus auxilium propera. Orto sole eadem mulier vicinis rem patefacit. Et quæ visa sunt, hæc fuere. Funduntur rursum Scythæ, qui clausas urbis portas comperientes, a Sclero Duce per planitiem dissipati mutuoque conculcati interfecti sunt, & a Romanis cæsi numero infiniti, vulnerati autem fere omnes. Martyri autem debitum reddens honorem Imperator, & auxilii præmia rependens, templum illud ubi sanctum ejus corpus conditum est, a fundamentis eversum, majus, pulcherrimumque ædificavit attributis ei magnificis possessionibus, quod etiam pro Euchanen, Theodoropolim appellavit. De Ann. Eccl. Tom. XVI.

triumpho autem, qui paratus est ipsi Constantinopolim redeunti, sic inferius idem Curopalates:

XVII. *Urbis Archiepiscopus cum Synodo, & omnes, qui magistratum gerebant, cum pæanibus & victoriæ laudibus Joannem Imperatorem exceperunt, coronas afferentes, parato quadrijugo curru udmodum decoro, in quem eum conscendere volebant, & ita triumphum agere Imperatorem: Ipse vero nihil quod magnificum esset, approbans, sequr moderatum cupiens ostendere, allatas coronas accepit, & equo albo vectus triumphavit.*

XVIII. Triumphus religiosus Joann. Imp. *In curru vero, impositis Bulgarorum vestibus, & super ipsis Dei Genitricis imagine, ut civitatis patrona, ipsum præire jussit. Cumque ad locum quod Forum, dicitur, pervenisset satis celebratus, Deo Patri & ejus Filio, Spirituique sancto actis gratiis ob victoriam consequutam, insignia Bulgarici imperii*

Dd 2 in

PAGIUS si quando illos in fugam verti contingeret. Ipse vero Byzantio profectus Adrianopolim cum omni exercitu venit. Ad eam cum pervenisset, didicissetque ab exploratoribus, difficiles, angustasque semitas ac calles (clysuras vocant, quo velut claudantur) a Scythis non custodiri, consultissime se facturum arbitratus est, si statim occasionem arriperet, ac quanta liceret celeritate, angusta viarum transiret, priusquam *Taurofcythæ* ad ardua tuenda loca invalescerent.

IX. *Aggreditur Regiam Bulgarorum.* Cum Imperator iter aggressus est præeuntem habens Immortalium (quos vocant egregie armis protectam cohortem), pone sequebantur fortissimorum armatorum peditum decem millia supra quingenos, equitum vero tredecim millia: reliquus exercitus cum impedimentis & calonibus obsidionales ac reliquas omnis generis machinas convehens, lento gressu retro sequebantur, cum Basilio Præside, cui Imperator omnem horum curam commiserat. Ubi præter omnem opinionem lubrica, præruptaque loca transivit, *Prasthlabam* urbem quæ Mysorum Regia est, invasit, crebro tubas jubens bellicum infonare, cymbala ululare ac tympana strepere. *Tauroscythas* vero ubi militari ordine, peritiaque se invadentes Romanos conspexere, anxietas timorque cepit, firma tamen constipata acie, in campo agrique planitie ante oppidum Romanis obviam processerunt, bestiarum more frementes. Romani conserta cum illis, manu, strenue pugnabant, belloque digna facinora edebant, ancipiti neutramque in partem mutante victoria. Porro Scythæ, qui fere pedites essent, (nec enim equites dimicare solent, quod neque equestri disciplina exerceantur) Romanorum jacula non sustinuerunt, sed in fugam versi intra murorum ambitum sese concluserunt: quos pone insecuti Romani, dire trucidarunt. Auent enim eo prælio desiderata supra quingentos octo Scytharum millia. Romanos interim oborta nox ab ulteriore pugna inhibuit.

X. Postridie Imperator firma acie constipata phalange muros aggreditur, quasi assultu urbis potiturus. *Dies erat, quam magnam quintam feriam vocant, qua Dominus ad Crucem sponte properans salutaria discipulis documenta dedit.* Rossi quoque e propugnaculis ordinati Romanos invadentes arcebant, in quos desuper jacula plenisque manibus saxa jaciebant. Tandem scalis ad muros admotis urbs capta, immensa Scytharum strage. Tunc etiam *Borem* Mysorum Regem cum uxore & duobus infantibus captum esse dicunt, cum sic genæ rutila lanugine florescerent, oblatumque Imperatori esse. Quo ille suscepto, Virum coluit, Bulgarorum Regem appellans in eam rem venire dicens, ut *Mysos* ulcisceretur, qui dira a Scythis perpessi essent. *Eam capit cum Rege ejusque filiis.*

XI. *Petit a Rufforum Rege, ut e Bulgaria discedat.* Tunc & in Regiam Aulam facta irruptio, in quam *Rufforum* fortissimi contrusi erant. Hi fortiter restiterunt, & per portulam desilientes multam stragem Romanorum fecere. Tandem capta a Romanis *Prasthlaba* est intra duos dies. *Joannes* vero Imp. exercitu liberalius accepto atque refecto, divinam Salvatoris Resurrectionem celebravit: & ex Tauroscythis nonnullos seponens ad *Sphendosthlabum* direxit qui ei injungerent, ut aut arma poneret, & a Mysorum Ditione abscederet: sin id nollet omnibus viribus invadentes Romanos exciperet. Imperator paucos dies in urbe moratus præsidioque relicto, quod ipsi tutandæ sufficeret, nxque suo nomine *Joannopoli* nuncupata, cum omnibus copiis Dorostylum movet: quam urbem inclitæ memoriæ *Constantinus Imp.* a fundamentis erexit, & in eam pulchritudinem ac magnitudinem, qua nunc visitur, provexit, tunc nimirum quando Crucis signo stellis radiantibus in cœlo conspecto Scythas in ipsum irruentes profligavit.

XII. *Russi ab Imperatore prælio victi.* In itinere autem cepit Imperator *Plifcubam*, *Diniam*, compluraque alia oppida. *Sphendosthlabus* intellecta quam ad *Prasthlabam* sui cladem acceperant, Tauroscytharum omni exercitu collecto ad septuaginta hominum millia in Romanos aciem instruxit. Utroque exercitu in Dorostoli agro (Dexteram vocare fueverunt) constituto, castrisque e regione positis, magna conserta pugna, in qua æquo marte primis congressibus utrimque certatum est, idque ad profundam vesperam alternante victoria, at

cum

in conspectu civium Borisem Regem Bulgarorum exuens (hæc autem erant, aurea corona & tiara ex byssino filo contexta & purpurea calceamenta) inde ad magnum templum profectus, ibique Bulgarica corona pro munere Deo dedicata, promotoque Borisi ad Magistrorum dignitatem, in Regiam se recepit. Et paulo post: *Imperator autem actis gratiis Salvatori Christo, ob parta trophæa templum super aream apsidem novam construxit, nulli sumptui parcens aut ornamento. Remisit etiam iis qui tributa pendebant, illud quod Capnicum appellaretur. Imperavit item in numismate, aureo scilicet solido, atque in obolo sculpi Salvatoris imaginem, quod antea factum non fuerat, in cujus altera parte hæ litteræ inscribebantur CHRISTUS REX REGUM, & hoc subsequentes observaverunt Imperatores.* Hucusque Curopalates, & ex eo alii.

Se-

PAGIUS cum jam stella Veneris in occasum vergeret, Scythæ, non sustinentes Romanorum impetum in fugam declinarunt, intraque muros contrusi sunt, multis suorum eo prælio desideratis. Jam vero die elucescente Imperator firmo vallo castra communivit. Scythæ vero e turribus prospectantes, tela, saxaque, machinasque petrarias in Romanos laxarunt. Tunc vero ipsæ quoque Romanorum incendiariæ triremes, cum navigiis annonariis per Istrum adrepentes apparuere. Hinc Scythæ lembos suos, lintresque colligentes pro urbis mœnibus subduxere, qua parte Ister præterfluens alterum *Dorostoli* latus alluit. Postridie valida utrimque conserta pugna, in qua *Sphancelus* cui tertiæ a *Sphendosthlabo* honoris partes Tauroscythæ tribuerant, occisus est, cujus interitu turbari *Tauroscytha* sensim se se in urbem receperunt. Imperator vero receptui canere jubens, Romanos ad castra revocavit.

XIII. *Rebellio adversus Imperatorem repressa.* Sic suspensa rerum expectatione, ac cum adhuc subsisteret bellum, *Leo Curopalata* Nicephori Imp. frater, *Methymna*, quæ Lesbi insula est, cum Nicephoro filio, ubi sub custodia tenebatur, corruptis auro custodibus ad rebellionem animum advertit. Cui enim injunctum erat, ut eum excæcaret, palpebras quidem ejus adduxit, pupillas vero illæsas integrasque reliquit. Tunc itaque *Curopalata* lintrem conscendens, ad littus ex adverso Byzantii occulte appulit, suumque amicis adventum nunciavit. Hi vero spem fecere se Palatii claves sublaturos, per quas in ædes Regias facile admitterentur. Quod cuncta ex voto illis cedere videbantur. *Curopalatam* Byzantium vocant, qui intempesta nocte in urbem receptus est. Sed cum in cujusdam servorum suorum ædibus esset, quidam sequentium furtim domo excedens accessit ad Imperatorii textrini curatorem, adventum ei Curopalatæ nuncians. Is vero ad *Leonem* Patricium ac navalem Drungarium venit, cui tunc Byzantii cura ab Imperatore concredita erat, cunctaque narrat. *Leo Patricius* urbana ac domestica cohorte assumpta domum, in qua Curopalata divertisset, confertim irrumpit; Curopalata per quemdam angulum cum *Nicephoro* filio dilabitur, & ad magnum delubrum confugit; sed inde avulsum Drungarii homines eum in insulam *Calonymum* nomine deportant. Rursumque Imperatoris mandato ex Mysia delato amborum effodiuntur oculi, ac substantia publicatur. Interim *Russi* conserta acie Romanorum machinas incendere tentabant; non enim stridentes illarum ictus, ejaculationesque ferebant. Ita Leo Diaconus, & post eum Curopalates ac Zonaras. *Durostolon* seu *Durostolus* urbs est Mesiæ Inferioris ad Istrum fluvium nunc *Durosto* appellata, hancque Zonaras *Dristram* vocari testatur. Porro expeditionem istam Baronius omisit, & de ea hic sermonem habet, quæ ad annum CMLXXIII. pertinet, ut ibidem videbimus. Quare quæ de illa narrat ad eum Christi annum revocanda. Quoad *Prasthlabam* & *Pliscobam*, Cedrenus in Basilio Porphyrogenneta pag. 704. ait hæc oppida trans Æmum montem posita esse, & *Prasthlabam* in majorem & minorem dividit.

I. Joannis Pap. obitus. SEquitur annus Redemptoris nongentesimus septuagesimussecundus, Indict. xv. quo Joannes Papa cum sedisset annos sex & menses undecim & dies quinque, moritur octavo Id. Sept. sepeliturque in basilica S. Pauli a dextris ingressus basilicæ, ubi adhuc positum ejusmodi legitur epitaphium:

Pontificis summi hic clauduntur membra Joannis, *Qui*

PAGIUS SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6465.

Anno Eræ Hisp. MX. Anno Hegiræ CCCLXII. inchoato die 12. Octob. fer. 7. ☉ 1. GF. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 972.

BENEDICTI VI. PAPÆ 1.

OTTONIS IMP. 11.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 4.

A.C. 972. I. *Benedictus VI. succedit Joanni XIII.* AD num. I. & seq. In fine epitaphii Joanni XIII. Papæ positi, & a Baronio recitati legitur: *Sedit annos septem. depositionis ejus dies VIII. Idus Septembris, ab Incarnatione domini anno CMLXXII.* Quare cum die prima mensis Octobris anni CMLXV. Sedem Romanam adeptus sit, sedit annos sex, menses undecim, dies quinque, ut passim in Catalogis habetur. Platina, ait, Sedem vacasse *dies XIII.* sed ex mera conjectura, quæ sustineri non potest; alioquin ejus successor in die Dominica consecratus non fuisset. Præterea Pontificatum diutius cessasse ostendit Privilegium Benedicti VI. Eldrado Abbati Vizeliacensi concessum, & Tom. III. Spicilegii Dacheriani pag. 465. relatum, scriptum *per manum Stephani Nolani Episc. & Scriniarii S. R. E. in mense Novembri indict. II. datum IV. Kalend. Decemb. per manum Joannis Episcopi* (adde Bibliothecarii) *Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno I. Pontificatus Domini Benedicti Sanctissimi VI. Papæ, imperante domno Ottone a Deo coronato M. Imperatore, anno VI. Indict. II.* anno scilicet Christi sequenti. Quod si die XXVIII. mensis Novemb. anni CMLXXIII. primum Pontificatus annum adhuc numerabat, hoc anno post eum diem consecratus fuerat Pontifex Rom. ideoque mensibus amplius duobus Sedes vacavit. Ex quo etiam refellitur Papebrocius qui Benedicti VI. consecrationem cum die XXII. mensis Septembris connectit. Baronius & ante eum Onuphrius in Chronico Ecclesiastico, ordinem Pontificum corrumpit. Post Joannem enim XIII. collocat *Donum*, *Benedictum VI.* & *Bonifacium VII.* Antipapam, contra auctoritatem Sigeberti in Chronico, & antiquiorum Catalogorum, qui post Joannem XIII. exhibent Benedictum VI. Hermannus quidem Contractus, & quidam alii *Donum* prætermittunt, sed nullo fundamento. Quare ad restituendam Chronotaxim Pontificiam locandus *Benedictus VI.* post Joannem XIII. & post Interpontificium mensium circiter trium a Veteribus non memoratorum. [1]

A num.

NOTÆ [1] HOc anno, mense *Junio* epocha annorum Pontificatus *Johannis XIII.* & utriusque *Ottonis* in stipulationibus hoc pacto scribebatur, ut ex donatione in tabulario S. Mariæ in Via lata, qua *Stephanus* filius quondam *Berno* bonæ memoriæ & *Johannes* donaut *Domnæ Agathæ ancillæ Dei Abbatissæ venerabilis monasterii Sancti Christi martyris Cyriaci atque Nicolai, quod ponitur in via lata* portionem hæreditariam in territorio Sutrino. Initio habetur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis Summi Pontificis & universalis tertii decimi Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli anno septimo. Imperii Domni piissimi perpetui Augusti Ocdone a Deo coronato magno Imperatore anno undecimo, atque Ottone ejus filio Imperatore anno quinto, Indictione quintadecima, mense Junias die quartadecima.* Hæ notæ designant annum 972. diem XIV. Junii. In Catalogo Romanorum Pontificum Cod. Vat. 2340. ita legitur. *Johannes* (XIII.) *annos VI. menses XI. dies V.*

In Regesto Sublacensi pag. 76. annus *primus* Pontificatus *Benedicti VI.* ita prænotatur. *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Benedicti summi Pontifici & universali sexti PP. in sacratissima sede B. Petri Apostoli primo. Imperantibus Imperatoribus Ottoni majori anno XII. & Ottoni minori ejus filio anno sexto, Indictione prima, mense Februarii die nona.* Hæ notæ conveniunt in A. D. 973. quo jam in cursu erat annus *primus Benedicti VI.* Est autem commutatio inter *Silvestrum* abbatem Monasterii *SS. Cosmæ & Damiani, quod vocatur mica aurea, & Domnum Maionem* Abbatem monasterii S. Benedicti Sublacen. de prato uno, quod dedit *Gratianus* nobilis vir & *Constantia* ancilla Dei pro redemptione animæ suæ, posito foris portam *Portuensem milliario uno in prata pagi juxta monumentum album &c.*

S U B S C R I P T I O N E S

† Silvester exiguus Abbas
† Ursus Sacerdos præpositus & monachus
† Benedictus Sacerdos & monachus
† Bezzo illustris viro testis rog.
† Leo qui Franco vocatur testis
† Leo testis
† Johannes nobili viro testis.

Ego Romanus Scriniarius & tabellio urbis Romæ & scriptor hanc chartam commutationis complevi & absolvi. GEORGIUS

Qui prudens Pastor persolvens debita mortis,
Iste præmonuit moriens sua membra locari,
Quo pietate Dei resolutus nexibus artis,
Egregii Pauli meritis conscendat in æthra,
Inter Apostolicos cælorum gaudia metat,
Gaudeat, exultet sociatus cœtibus almis.
Dicite corde pio relegentes carmina cuncti,
Christe tui famuli misertus, scelera purga,
Sanguine qui sancto redemisti crimine mundum.

II. Donus Papa creatus. *Hic vero summus Pontifex Joannes in Apostolica Sede sedit annos septem. Depositionis ejus dies viii. Id. Septembris ab Incarnatione Domini anno nongentesimo septuagesimosecundo.* Hactenus sepulcralis inscriptio, qua admonemur pariter de tempore successoris Pontificis. Fuit iste Donus, sive Domnus, aliter Domnio (apud diversos enim diverse scriptus reperitur) patria Romanus, qui creatus xii. Kal. Octobris sedit tantum menses tres, obiitque decimoquarto Kal. Januarii. Cætera de ipso remanserunt obscura. Sequenti autem die post Doni obitum in locum ejus subrogatus Benedictus Romanus, filius Hildebrandi, de quo anno sequenti dicturi sumus.

Benedictus VI. Pap. creatus.

III. Synodus Ingelheimensis. Eodem anno Otto Imperator una cum filio item Imperatore reversus in Germaniam ad componendas res Ecclesiarum, Synodum per Episcopos congregavit in Ingelheim. Quæ autem illic gesta sint, nos præterit præter judicium Episcoporum exhibitum in causa S. Udalrici Episcopi Augustani, quod exacte describitur ab eo, qui tunc vitam ejus scribens, rastro ferreo veritatis aurifodinam reliquit apertam, sic enim (a) narrat: *Postea vero, revertentibus de Italia Imperatoribus, patre scilicet & ejus prole ad Franciam, facta est Synodus in loco, qui dicitur * Ingilunheim, ad quam Archiepiscopi cum cæteris suis suffraganeis sanctum Udalricum cum suis Legatis honorifice invitaverunt, Adalberonemque ejus nepotem cum eo venire decreverunt. Illuc cum pervenirent, & Antistites ibidem congregati Adalberonem baculum Episcopalem publice portare cognovissent, irati sunt contra eum & dicebant, ut contra canonicæ rectitudinis regulam in hæresim lapsus fuisset, & quod Pontificalis honorem sublimitatis, vivente Episcopo, sibi plus justo vendicaret, & ideo ultra eum Episcopum ordinari non deceret.*

(a) Vit. sanct. Udal. c. 23.
* Ingelheim.

Quibus ille auditis, prima die synodale colloquium intrare devitavit, & IV.
in alia domo cum cæteris clericis Episcopi remanebat. Antistes autem Udalricus cum paucis suis capellanis Synodum intravit. Cumque inter se Pontifices colloquium habere cœpissent, uniuscujusque rationem per Latinitatis locutionem voluerunt terminare. Cumque causa S. Udalrici fuisset ventilanda; & ille pro infirmitate, tam sonora voce, ut tota Synodus audire potuisset, rationem proferre non posset, advocabatur unus suus clericus nomine Gerardus, qui extra Synodum cum Adalberone remanebat, ut pro eo desiderii sui rationem per Latinitatis locutionem manifestaret. Cumque vix pro densitate multitudinis in præsentia Imperatorum & Episcoporum præsens stetisset: interrogabatur quid desideraret dominus suus. Quibus interrogationibus multiplicatis, dixit: Non debeo interrogationibus vestris respondere pro domino meo, nisi illo præcipiente. Cui dixit Episcopus: Frater, bene tibi notum est desiderium meum: enarra hoc, & obsecra, ut eorum consiliis & permissionibus, Deo juvante, expletum fiat. Tunc præfatus clericus Gerardus in præsentia omnium dixit:

Excellentissimi Imperatores, & religio- V.
sissimi Antistites, desiderium domini mei est relinquere sæculum, & secundum regulam S. Benedicti sanctam inire vitam & in contemplativa vita diem expectare obitus sui. In indumenta pro certo habitus exterioris potestis cognoscere voluntatem omnis interioris. Istis & aliis rationibus in voluntate domini sui in finem deductis, terratenus ceciderunt ante pedes Imperatorum & Antistitum, obsecrant, ut petitionem domini sui secundum

PAGIUS II. *Synodus Ingelheimensis.* A num. III. ad IX. Chronographus Hildensheimensis ad hunc Christi annum scribit: *Otto Junior cum Seniore venit de Italia*, Lambertus Schafnaburgensis addit, *in Franciam*, idest in Franciam Orientalem. Hermannus vero Contractus juxta editionem Canisianam, *Synodus apud Ingelenheim ab Episcopis collecta est, ibique B. Episcopus Udalricus & Adalbero sororis ejus filius, transgressionis canonum accusati, causa sua dicta & excusata, absoluti revertuntur.* Erat Adalbero filius Liutgardæ sororis sancti Udelrici Episcopi Augustensis in Vindelicia, cui Otto Magnus Episcopalis honorem cathedræ post vitam Udalrici donare promisit, sed cum uterque Imperator, pater scilicet & filius in Franciam reversi essent, celebrata est Synodus Ingelheimensis, ubi cum Antistitem vidissent *Adalberonem* baculum Episcopalem publice portare, irati sunt contra eum, uti refert Baronius ex Vita Sancti Udelrici a Gerardo Presbytero ejus familiari scripta, & Sæc. V. Benedict. re-

dum Dei voluntatem implere non dedignaretur. Qui simul respondendi inducias usque ad crastinum diem postulaverunt, & postea inter se aestimaverunt, qualiter causa Adalberonis terminaretur. Quidam vero Episcoporum adjutores Adalberonis fuerunt, ne prorsus a spe Episcopalis ordinationis post vitam avunculi sui excluderetur. Haec cum inter se prolixe sermocinarentur, ultima in unum ratione coadunati, omnes simul firmaverunt; nisi Adalbero se sacramento excusaret, quod non sciret haeresim manere, quia Episcopalem potentiam cum baculo arripuit: nullo modo ulterius legaliter Episcopus fieri potuisset.

VI. *Altera vero die, cum Episcopo etiam Adalbero synodali interfuit colloquio. Et cum ei praedictum crimen imputaretur, multis objectionibus diversorum colloquiorum, cum suis adjutoribus a praedicto crimine se defendere statuit. Hoc cum ei adunatio omnium Episcoporum non consentiret, secundum praedictam destinationem Episcoporum sacramentum perfecit per nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti super quatuor Evangelia. Tunc iterum Episcopus Udalricus petitionis suae responsa, quae pridie procrastinata fuerant, per praedictum suum clericum expetivit, quia desideravit, ut praedictus suus nepos Episcopus ordinaretur, & ille secundum regulam sancti Benedicti in monasterio cum eorum consensu deservire mereretur. Episcopi autem quamvis eis ex toto non placeret; aperte ei in Synodo contradicere noluere petitionem suam. Sed sapientissimi ex ipsis cum consilio aliorum extra Synodum eum ambulare cum illis postulaverunt, ibique cum eo & cum suis clericis sapientissimis secretam locutionem habuere, dicentes: Reverende pater, cui nota est omnium Ecclesiasticorum librorum normula, qui semper callem rectitudinis ambulasti, non deviando; non decet ut nunc istam viam, quam semper tenuisti, omittens, seminarium ex te sumat talis error, ut alius in loco tuo, te vivente, ordinetur: quia si ex te talis consuetudo incipit perpetrari, in posterum multis reverendis & bonis Episcopis ac eorum nepotibus & clericis talia desiderantibus, multa concrescunt adversa. Melius tibi est, ut in ministerio, in quo coepisti Deo servire, permaneas, quam tuam voluntatem sequens, aliis plurimis scandalum facias: quia ex te canonici & monachi & sanctimoniales, & caeteri Christiani ad rectitudinis statum debent constringi, qui ex semetipsis per climata cadere festinant: qui autem incaute ambulando ceciderunt, ex te, Deo adjuvante, erigi posse sperandi sunt. De nepote autem tuo Adalberone, tuae voluntati satisfaciendo, in commune firmamus, ut nullus alius a nobis post tuum discessum ad illum locum, in quo tu pastor existis, eo vivente, ordinetur, nisi ipse.*

His consiliis consentiens sanctus Episcopus Udalricus, cum eis in Synodum regrediebatur, & tunc cum consensu aliorum Antistitum fecit ab Imperatore Adalberoni commendari in eorum praesentia procurationem sui habere, & sub ipso totius Episcopatus cautam dispositionem in omnibus adimplere. Taliter vero istis terminatis, finita Synodo, Episcopus & Adalbero cum suis ad Augustam revertebantur. Judicavit ista Synodus, sed praejudicavit Deus, ne Adalbero succederet ipsi Udalrico in Episcopatu, quem tanta animi anxietate petebat; effecitque, ut antea nepos quam patruus moreretur, nec moratus sententiam justus Judex & terribilis in consiliis super filios hominum: siquidem antequam volveretur anni illius curriculum, Deo vocante, repentino exitu efflavit animam. Rem gestam idem auctor sic refert (a): (a) Eadem vit. c. 24.

VII.

VIII. *Praedicta vero Synodus in autumnali tempore peracta est, & in antea, Paschali tempore adveniente, & sancta hebdomada finita, Episcopus & Adalbero, amabiliter vocante Rinuvino Comite Dietpoldi fratris Episcopi filio, ad castellum Dilinga nominatum venerunt, ut ibi aliquantos dies charitative cum eo & cum femina ejus Hiltegart nominata maneret. Pauci itaque diebus transactis, Adalbero sibi cum Phlebotomo sibi plemotomando sanguinem minui fecit, & postea cum Episcopo ad coenam consedit, & de coena surgens in lectum se ad requiescendum deposuit, cumque unusquisque ad suas divertisset mansiones, eadem nocte subita morte Adalbero defunctus est. Heriuvingus ejus presbyter eum ad nuntiandum hoc Episcopo, cubiculum ejus intraret, Episcopus sermonem ejus praeveniens dixit illi: Ecce Adalbero defunctus est. Cui ille respondit: Ideo ego huc intravi, ut tibi hoc nuntiarem. Nullus alius me praevenit ad te, & quomodo hoc scire potuisti? Cui ille respondit: Vado & suscita Rinuvinum & omnes qui nobiscum sunt, ut cito praeparent vehiculum, ut corpus ejus ad Augustam ducamus civitatem, &c.* Hic finis Adalberonis. Porro ipse S. Udalri-

PAGIUS recitata. Porro cum in ea Synodus dicatur *in autumnali tempore peracta*, & praeterea, *revertentibus de Italia Imperatoribus in Franciam*, appaset eos Romae non fuisse, quando Benedictus VI. electus est, & coram Legatis ab iisdem missis ordinatus, ideoque Interpontificium longius fuisse, quam dictum XIII. cum monendi fuerint de morte Joan-

riens anno sequenti quarto Nonas Julii, ætatis suæ octogintatrium annorum moritur, jam vivens & post mortem clarens miraculis.

IX. Quomodo autem Joannes Papa XV. retulit eum in Sanctorum numerum, publicoque diplomate decretum Pontificium bene testatum posteris tradidit, suo loco dicturi sumus. Res ab eo gestas scripsit primum ejus discipulus, cujus nomen nescitur, post eum, sed ex eo itidem scripsit Gebehardus Episcopus Augustanus, demum Berno Augiensis Abbas, nos autem e fonte prima-

PAGIUS annis XIII. & Romæ Legati eorum expectandi.

III. *Obitus S. Udalrici Episc. Augustensis.* Ad num. IX. Baronius post Synodum Ingelheimense mortem S. Udalrici, quam anno sequenti contigisse insinuat uno tenore recitat. Gerardus citatus num. LXXV. eam his verbis narrat: *Clericis Letaniam devote canentibus animam Deo commendans anno Incarnat. domini nostri Jesu Christi CMLXXIII. ætatis LXXXIII. ordinationis autem L. quarto die Julii IV. Non. ejusdem mensis, die Veneris felici obitu quasi somno suavi soporatus, ergastulo corporis exemptus, migravit ad requiem.* Anno autem sequenti dies quatenus Julii in feriam sextam incidit. Mabillonius ad illum locum scribit, in Necrologio S. Galli IV. *Non. Junii* notari obitum, S. Udalrici Episcopi Augustani, sicuti & in variis Kalendariis atque Necrologiis ac in lib. 3. Ditmari. Verum is dies anno sequenti non concurrit cum feria sexta, & certum est Sanctos aliis sæpe diebus, quam quibus mortui sunt, Necrologiis & Martyrologiis inscriptos fuisse. De ejus Canonizatione suo loco agemus.

IV. *Saraceni e Fraxineto ejecti.* Hoc anno vel sequentis initio Saraceni, qui *Fraxinetum* inhabitabant, & Italiæ partem ac Provinciam jam ab anno circiter DCCCXC. laniabant, *circumacti ab exercitu Vuillelmi Arelatensis Ducis, omnes in brevi perierunt, ut ne unus quidem rediret in patriam. Ipso igitur in tempore mortuus est prædictus Otto Imp.* inquit Glaber Rodulphus Monachus Cluniacensis lib. 1. pag. 6. Quare cum Otto Magnus initio mensis Maii insequentis anni e vivis excesserit, *Fraxinetum* hoc tempore a Willielmo Comite Provinciæ beneficiario Conradi Burgundiæ Transjuranæ ac regni Arelatensis Regis, expugnatum. Hujus Christianorum victoriæ mentio est in Vita S. Majoli Abbatis quarti Cluniacensis, a Sancto Odilone ejus in eandem Abbatiam successore edita: *Inter cætera mala, inquit* Odilo, *quæ populus nefandissimus gessit, beatissimum patrem Maiolum a liminibus Apostolorum redeuntem, fraude & insidiis cepit, rebus omnibus expoliatum alligavit, fame & siti afflixit. Ille vero divinitus absolutus, ac postremum monasterii sui pecuniis redemtus, de manibus illorum domino protegente evasit illæsus; & ejus injusta captio expulsionis illorum & perpetuæ perditionis fuit occasio. Sicut vero post Passionem Christi Judæi sunt a suis exsulati, ita post captionem servi illius & fidelissimi ejus famuli Maioli, Saraceni a finibus Christianorum sunt expulsi, & sicut per Titum & Vespasianum Romanorum Principes dominus de Judæis vindictam exercuit, ita per Vuillelmum illustrissimum virum & Christianissimum Principem meritis B. Maioli, jugum Saracenorum ab humeris Christianorum deposuit, & multa terrarum spatia, ab eis injuste possessa, ab eorum tyrannica dominatione potenti virtute eripuit.*

V. In alia Vita a Syro Monacho Auctore coætaneo scripta n. VI. Saracenorum clades ita narratur: *a Christianis itinere eorum explorato, iter securi per Alpes dum more tenerent, fo-lito super se eum impetu venientium auribus a longe exceperunt sonitum, a clamoribus venientium & clangore tubarum consonat omne nemus strepitu collesque resultant. Extemplo Barbaris gelidus per dura cucurrit ossa tremor, qui divina perculsi formidine, nullum senserunt auxilium præter fugæ præsidium. Certamen tunc magnum erat Christianis cum Barbaris fugientibus, & ideo resistendi mente divinitas absente secedentibus, post principia certabant nuda prætendere terga. Fugam tamen dum facerent, multi capti perplures vero sunt neci mandati. Hi vero qui effugerunt ad tempus dilatam mortem, cujusdam promontorii supercilium tutaminis sibi elegerunt præsidium, sed decentius occumberent, si hostium inter tela ruerent. Illud itaque promontorium ita vastis rupibus circumcirca videtur subductum, ut præter unam partem lateris devexi, undique facultatem deneget commeandi. Hanc denique partem Christianis obsidentibus, cum nullus adesset eis fugiendi aditus, nulloque nostrates munere a sui obsidione quivissent avertere, humilem locum explorant, quo ad ima se saltibus deponant.* (right margin: *Magna strages eorum facta.*)

VI. *S. Bobo adversus eos pugnavit.* Subdit Syrus Monachus, adveniente nocte *Saracenos* ab eminenti rupis vertice in imum profundum se se præcipitasse, dieque lucescente Christianos, quosdam eorum, qui demersioni se subtraxerunt, in remotiori quodam montis latere offendentes, comprehendisse. *Qui salutari se ablui deposcentes lavacro, (hos enim vir Dei de Christo verbis edocuit salutaribus) corpori matris uniti Ecclesiæ, quanta inter Barbaros gratia servum suum Omnipotens illustravit, soliti erant referre.* In Vita Sancti Bobonis seu Bobi aut Bovi, qui *Viquerin*, quod oppidum est Dertonam inter & Papiam situm, vulgo *Vogbera*, die secunda Maii colitur, dicitur hunc sanctum in Provincia nobilibus parentibus natum virtutem cum armis conjunxisse, & monitum fuisse ab eo, qui *insulæ* introitum custodiebat, irato quod ejus uxorem Rex adamaret, ut multos congregares, quibus ipse *Fraxinetum* tradere posset. Quare *Bobo* cum non modica multitudine equitum & peditum ad introitum *insulæ* venit, in Saracenos irruit, & Regem, qui cum Christianis vivere quam cum Paganis mori maluit baptizavit cum non paucis Saracenis. Verum ea Vita ex Mombritio, aliisque in Actis SS. Bollandianis recitata serius literis mandata fuit, indeque quæ in ea leguntur, quæque a nullo alio Auctore traduntur, non sunt fidei indubiæ. Videtur Anonymus loco *Promontorii* scripsisse *insulam* & in aliquo antiquo monumento reperisse *S. Bobonem* huic expeditioni interfuisse, ac cætera incertis rumoribus accepisse. *Vuilelmum* enim Provinciæ Comitem hujus expeditionis Ducem fuisse præter ea quæ in medium adduximus, alia monumenta demonstrant.

Ratisbonæ S. Vuolfangus Episcopus factus est, inquit Hermannus Contractus juxta editionem Canisii ad annum CMLXXII. Hujus Sancti Præsulis Vitam a Scriptore Anonymo ejus fami- VII.

mario deduximus aquas. Habes omnia ad eumdem Sanctum spectantia in unum redacta volumen, lucubratum, & notulis illustratum a diserto viro Marco Velsero nobili Augustano, de quo superius mentio facta est. At de rebus anni hujus hæc satis.

PAGIUS

S. Wolfangus fit Episc. Ratispona.

miliari [1] elucubratam exhibet Mabillon. Sæc. V. Benedict. & in Observat. præviis num. IV. ejus Episcopatus initium in annum sequentem differt, fretus Brevibus Annalibus Einsidlensibus, a se Tom. IV. Analect. publicatis in quibus legitur: *Anno CMLXXII. Vuolfangus Monachus ad Hungaros missus est, qui secundo anno Radaspanensis Episcopus ordinatus est.* Verum ex dicendis in morte sancti hujus Antistitis liquebit, hunc Annalistam, qui Opusculum suum usque ad annum MXXV. perduxit, hac in re hallucinatum esse. *Vuolfangus* Suevus fuit, qui a parentibus cœnobio Augiensi traditus doctissimus evasit, habitumque monasticum induit; sed majora charismata æmulans, *per Alemanniam devenit exul in Noricum, ad cujus orientalem plagam cum humili comitatu pergens, prædicandi gratia Pannonia petit confinia. Ubi cum veterum frutices errorum extirparet, & steriles squalentium cordium agros Evangelico ligone proscindere, semenque fidei inseminare frustra laboraret, a Peligrino Pataviense Pontifice ab incepto revocatus est opere, dolebat enim idem Pontifex tantum colonum in sulcos sterilibus expendere laborem. Cumque ab eo revocaretur, omnique humanitatis studio susciperetur, apud illum rogatus commorabatur aliquot dies*, inquit idem Anonymus cap. 13. qui cap. insequenti de ejus ad Ratisponensis Ecclesiæ Prælolatum evectione verba facit. Literas & Christianos mores variis in locis restituit, nempe apud Trevirenses & in Ecclesia sua Ratisponensi, ubi Canonicos ad communem vivendi normam, Monachos & Sanctimoniales ad severius institutum revocavit.

VIII. *S. Aelgyfa*, sive *Elgiva*, quæ anno superiori subscripsit Privilegio ab *Edgaro* Anglorum Rege filio suo Monachis Glastoniensibus concesso, ut ibidem diximus non diu superstes fuit, annus tamen mortis ejus incertus. Suscepit ex *Edmundo* Angliæ Rege *Edwinum* & *Edgarum*, qui uterque in Anglia regnavit. *Edwinus*, inquit Osoertus, in Vita S. Dunstani, *matrem totius regni Anglici auctricem & nobilitatricem, Ecclesiarum consolatricem, & sustentatricem oppressorum & inopum Edgivam dico Reginam, in immensum afflixit*, quod nempe, ut suo loco diximus, moribus depravatis imbutus esset. Inscripta est aliquibus Martyrologiis, ut videre est in Actis SS. Bollandianis ad diem XVIII. mensis Maii. Plurimum illam laudat Malmesburiensis lib. 2. de Pontif. pag. 251.

Obitus S. Elgivæ Reginæ Angliæ.

NOTÆ [1] AUthor vitæ S. Wolfangi jam tandem innotuit opera P. Pezii, qui in suis Anecdotis primus vulgavit Opera quædam Othoni Presbyteri & Monachi Ratisponensis, qui deinde anno 1062. Fuldam se contulit. Porro idem Othonus in quodam opusculo ibidem legendo scriptionum suarum catalogum digerens, hæc habes inter cætera: *Ex petitione fratrum nostrorum Vitam S. Wolfangi emendans scripsi antequam proficiscerer* ad monasterium Fuldense, id est ante annum 1062. ut probat P. Pez in diss. Isagog. Anecdot. tom. I. pag. X. &c. Hinc discimus authorem illum aliquanto recentiorem esse annalista Einsidlensi qui anno 1025. desinit, adeoque in definiendo anno Episcopatus S. Wolfangi Annalistæ utpote antiquioris præ Othone fides potior habenda est. Ex dictis pariter constat authorem Vitæ sancti hujus præsulis familiarem ejus esse nequaquam potuisse. MANSI

I. CHristi annus nongentesimus septuagesimustertius Indictione prima incipit, quo Otto magnus Imperator moritur in Saxonia, loco, qui dicitur Mimelieba. Quæ autem præcesserunt Ottonis obitum funera filii atque matris ex Witichindo sunt petenda, qui ait: (a) *Eodem tempore quo hac in Italia gerantur, summus Pontifex Vvillelmus Archiepiscopus Moguntinus Ottonis filius ex priori conjuge, vir sapiens & prudens, pius & cunctis affabilis, a patre sibi commendatum regebat Francorum Imperium; cujus mater licet peregrina, nimirum Anglicana, Edmundi Regis Anglorum filia, nomine Edgitha, nobili tamen genere erat procreata. Hic cum audisset ægrotare matrem Imperatoris, miræ sanctitatis feminam, nomine Methildem, dumque ejus expectat funus, proprio funere ipsius funus præcedit. De cujus laude, nempe Mathildis si aliquid dicere capimus, deficimus: quia omne argumentum ingenioli nostri superat virtus tantæ feminæ. Quis enim digne posset explicare ejus vigilantiam erga cultum divinum? omni nocte, omnibus modis & omni genere cellulam suam divinorum carminum melodia implebat. Erat enim ei cellula Ecclesiæ proxima, in qua modice requiescebat. De qua omnibus noctibus consurgens intrat Ecclesiam nihilominus cantoribus, & cantatricibus intro cellulam, & pro foribus, & in via triformiter constitutis, qui divinam clementiam laudarent, & benediceret. Ipsa intra Ecclesiam in vigiliis & orationibus perseverans, Missarum solemnia expectabat: deinde infirmos ubique adjuvit, in vicino visitavit, necessaria præbuit, deinde pauperibus manum porrexit. Hospites, qui semper aderant, cum omni largitate suscepit: neminem sine affatu blando dimisit, nullum sine munusculis fere, vel necessariis adjumentis vacuum reliquit. Sæpe viatoribus quos longius de cella prospexit, necessaria transmisit.*

(a) Witich. lib. 3. in fi. Wilelmi Archiep. Moguntini obitus.

II. *Talia opera licet valde humiliter diebus ac noctibus exerceret; nihil tamen de honore regio minuebat; & sicut scriptum est, quamvis sederet tamquam Regina, circumstante populo, semper & ubique tamen erat mœrentium consolatrix. Domesticos omnes famulos & ancillas variis artibus, litteris quoque instituit. Igitur plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis & eleemosynis, cunctis divitiis regalibus distributis servis Dei & ancillis ac pauperibus, pridie Idus Martias animam Christo reddidit.* Porro relata reperitur in numerum Sanctorum dicta die natalis sui, hoc elogio: *Halberstatti in Germania dormitio beatæ Mathildis Reginæ, matris Ottonis Primi Imperat. humilitate & patientia celebris.* Subiicit his Witichindus de obitu Bernardi Episcopi Halberstatensis vita sancta conspicui.

S. Mathildis matris Ottonis Imp. obitus.

De

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hispan. MXI. Anno Hegiræ CCCLIII. inchoato die 2. Octob. fer. 5. A.C. 973.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6466.

☉ 2. E. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 973.

BENEDICTI VI. PAPÆ 2.

OTTONIS II. IMP. 1. & 7.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 5.

I. AD num. I. & II. *Vvillelmum* Archiepiscopum Moguntinensem anno nongentesimo sexagesimo octavo e vivis abiisse, non tantum Chronographus Hildensheimiensis & Lambertus Schafnaburgensis testantur, sed etiam sequitur ex morte S. Mathildis, quæ paucos post dies accidit, ut mox ostendam. *Vvilhelmus Sanctus Præsul Moguntiæ, cui cura ab Imperatore Domino suimet & parente commissa fuit, Parthenopolim* (hoc nomine Magdeburgum appellabatur) *disponendi, ceteraque regni necessaria regendi, cum ægrotantis Reginæ finem Mechtildis* (post dies XII. a morte Wilhelmi vita functæ) *expectaret in Reduccarothe, VI. Non. Martii moritur*, inquit Ditmarus lib. 2. Quantus vir fuerit *Vvillelmus*, insinuat Rotgerus Monachus in Vita S. Brunonis Archiep. Coloniensis: *Archiepiscopum Trevirensem Henricum, magni meriti, & summæ probitatis virum; VVillelmum quoque præclara & gravissima excellentia Archimandritam, nepotem suum, Friderici Moguntini Antistitis successorem, ambos egregios, ambos in lege domini perfecte instructos, Imperatori alterum consanguinitate, alterum probitate, utrumque familiaritate conjunctissimos, ipse quoque S. Bruno imprimis summa veneratione colebat. Hos igitur tales, tam illustres, tam certe sapientes, & religiosos & in omnibus bonis artibus eruditos viros ad consilium, ne forte ipse per se, ut sunt humana, a tramite veritatis uspiam exorbitaret, frequenter adhibuit: hos cum ipso simul non solum in lectione, consilio & disputatione sed etiam in acie vidimus, providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Plurimis etiam laudibus Willelmum exornat Witichindus lib. 3. cujus verba recitat Baronius num. I. Sed Typographi errore hujus Historici verba, quæ a Baronii verbis parenthesi separanda erant, commiscentur. Ad hæc enim Witichindi verba, *cujus mater licet peregrina* ait Baronius, *nimirum Anglicana Edmundi Regis Anglorum filia nomine Edgitha, nobili tamen genere erat procreata*

Moritur Guillelmus Archiep. Moguntinus.

Cum

III. Otton. Imp. obitus. De obitu autem Ottonis ista Witichindus: *Tertia feria ante Pentecosten, loco devenit, qui dicitur Milevu, proxima nocte juxta morem, diluculo de lecto consurgens, nocturnis & matutinis laudibus interfuit, post hæc paululum requievit. Missarum deinde officiis celebratis, pauperibus juxta morem manum porrexit, paululum gustavit, iterumque in lecto requievit. Cum autem hora esset, processit lætus, & hilaris ad mensam resedit: peracto ministerio, vespertinis laudibus interfuit, peracto cantico Evangelii, æstuari & fatigari jam capit. Quod cum intellexissent Principes circumstantes, sedili eum imposuerunt. Inclinantem autem caput, quasi jam defecisset, refocillaverunt. Expetitoque sacramento divini corporis & sanguinis, & accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate ultimum spiritum cum divinis officiis pietatis Creatori omnium tradidit.* Et inferius: *Itaque defunctus est Nonis Maii, quarta feria ante Pentecosten Imper. Romanorum, Rex gentium, divinarum, humanarumque rerum multa religiosa sæculis relinquens monumenta.* Hactenus de eo Witichindus, eadem Ditmarus de die obitus, itemque Eucharistiam sumpsisse tradit. De eodem quoque illud laude dignum affert, ipsum nimirum in prosperis illud Davidicum occinere consuevisse: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Addit ad laudem, quod nullus post Carolum Magnum sit inventus dignus Imperator, nisi ipse Otto Magnus. Porro relictam ejus conjugem Adelaidem

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS Cum tamen Witichindus tantum habeat, *cujus mater licet peregrina, nobili tamen genere erat procreata*. Neque enim Willelmus Edgithæ prioris uxoris Ottonis M. filius fuit, ut putarunt Baronius, Alfordus an. CMXIII n. III. Serarius in Hist. Moguntiæ, aliique, sed filius fuit naturalis Ottonis, ut observat Henricus Meibomius in Notis ad illum locum ex Ditmaro lib. 2. scribente: *Willelmus de matre quamvis captiva nobili & Slavonica genitus*. [1]

II. *Moritur S. Mathildis Regina.* In Vita S. Mathildis Henrici Aucupis Regis Germaniæ uxoris, & Ottonis M. matris jussu S. Henrici Imp. scripta, & ad diem XIV. mensis Martii in Actis SS. Bollandianis publicata, cap. 6. legitur, Willelmum Archiepiscopum Moguntinum Mathildem ægrotantem visitasse: *Venit Willelmus*, inquit Anonymus, *Moguntinæ Sedis Archiepiscopus, & quamvis Deo, jubente prior mortem esset subiturus, tamen aggreditur Sanctam Dei verba consolationis ministraturus; obiturus visitavit obituram, & sua mortis nescius, consolabatur modicum post se victuram*. Subdit hic Auctor eam Willelmo peccata sua confessam esse ab eo perunctam sacro oleo, & recreatam sacrosancto Corporis & Sanguinis Christi mysterio, ac paulo post dixisse: *Ubi sunt Pallia quæ nostræ sepulturæ jussimus abscondenda, illa nobis præsententur, ut nostro nepoti in pignus amoris donentur: nam ipse prior nobis his indiget, ut putamus, quia iter difficillimum est incepturus*. Tum narrata Willelmi morte de Mathilde subjungit: *Post hæc duodecim dies mortalis vitæ spiritum duxit*. Ac denique scribit, famulam Christi *sancto sabbato* a sæculo recessisse, & cum pace obdormivisse in Domino *II. Idus Martii*, die scilicet XIV. ejusdem mensis, qui anno CMLXVIII. in Sabbatum incidit. Mathildis & Henricus Auceps ejus conjux Majorum suorum pietatem in construendis variis monasteriis continuarunt, de quibus legendus Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio S. Mathildis Reginæ, qui & ex Chronographo Magdeburgensi MS. mortem ejus etiam conjungit cum anno CMLXVIII. quod extra controversiam esse debet.

Ad num. III. Ottonem M. *Nonis Maii, quarta feria ante Pentecosten* vitam cum morte commutasse docent, non mutuum Witichindus & Ditmarus a Baronio citati; sed etiam Chronographus Hildensheimensis, Lambertus Schafnaburgensis, aliique. Fuit *Otto* post Carolum Magnum Imperatorum Occidentalium maximus, atque ut ejus sceptro, ita cognomine dignissimus, Hungarorum ac Sclavorum terror, & magnus fidei Christianæ defensor ac propagator. *Nati sunt Regi* (nempe Ottoni Imper.) *filii ex serenissima Regina* (sc. Adelhaida) *primogenitus Henricus, secundus Bruno* (in pueritia demortui) *tertius Otto* (Imperator hujus nominis II.) *paterni nominis majestate designatus, quem jam post patrem Dominum ac Imperatorem, universus sperat orbis. Filiam quoque sancta matris ejus* (Mathildis nempe) *vocabulo insignitam*, inquit Witichindus initio III. *Moritur Otto M.*

NOTÆ [1] ANno huic Synodos provinciæ Ravennatensis binas assignatas a Labbeo in Collectione sua reperio. Id vero ex incuria factum non dubito, cum Synodus Marzaliensis & Synodus Mutinensis unum idemque Concilium fuerint. Lege, si lubet, Chartam apud Rubeum Hist. Raven. lib. V. ad A. 973. ex qua una Synodus illa Collectoribus innotuit. *Temporibus Domni Benedicti apostolici .... anno ejus primo, imperante &c. Othone anno VI. die IX. Septembris. Actum in loco ubi dicitur Marzali in territorio Mutinensi*. Ex his ergo constat Concilium Marzialense idem fuisse ac Mutinense, & in eo duplicem illam controversiam tum de juribus Ecclesiæ Bononiensis ab Episcopo Parmensi usurpatis, cum de dissidio Petri & Lamberti fratrum definitæ sunt. Animadvertere tamen juvat mendum irrepsisse quoad annos Othonis II. in Inscriptione Concilii Marzialensis; neque enim Otho die IX. Septembris anni hujus imperii annum VIII. ut ibidem legitur, at sextum tantummodo, ut recte in Charta apud Rubeum agebat. Reliquæ notæ temporariæ anno huic 973. congruunt, cum hoc ipso anno die IX. Septembris Benedictus annum pontificatus sui primum & Honestus Archiepiscopus Ravennensis annum præsulatus sui tertium referret. Cœpisse enim Honestum anno 971. post diem XX. Julii ex tabulis a Rubeo indicatis diximus. MANSI

Augustam summis pietatis officiis jugitet esse prosequutum Ottonis animam, idem affirmat.

IV. Otto Imp. asseritur ob incestum excommunicatus.

At quæ de obitu Ottonis Petrus Damiani ad Desiderium Abbatem scribit, vera ne sint, magno sunt examine disquirenda, sed primam quæ dicat, audiamus, ait enim: *Otto Rex Teutonicorum, qui postmodum Imperator creatus est Romanorum, Adelaidem Italiæ Reginam, quæ sibi commater extiterat, suscepit in conjugem, quem filius ejus almificus Vuilelmus, qui Maguntinæ præsidebat pastor Ecclesiæ, cœpit constanter arguere, & scelestum, lutulumque conjugium publice condemnare. Pater autem vehementer iratus, eum comprehendi præcipit, & carcerali mox custodia mancipavit, quem per annale circiter spatium carcer inclusit, sed a correctione linguam terroris vinculum non ligavit. Cum vero pater eum Quadragesimali decurrente jejunio, de custodia decrevisset educere; antequam Psalterium expleret, quod aureis rutabat apicibus, recusavit exire. Veruntamen cum exivit, zelo sacerdotalis accensus auctoritatis non quievit, sed mox in patrem publicæ excommunicationis jaculum intorsit. O vere dignum regio genere sacerdotem, qui in causa Dei non Imperiale fastigium, ob paternum recognovit affectum, sed dum paternam ac regiam auctoritatem in solo Deo constituit, hunc hominem ejus legibus resistentem a se prorsus extraneum deputavit! Dixit autem patri: Tu arbitraris me adversum te insolenter agere, te vero præjudicium sustinere scito pranoscens, quia die sancta Pentecostes uterque simul astabimus ante Deum, ibique ventilabitur inter nos librata justitiæ lance litigium, ibique luce clarius apparebit, quis nostrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factumque est, ipso qui dictus est sacrosanctæ solemnitatis die, dum præfatus Augustus Imperialibus infulis redimitus, multarumque Pontificum choris, sive procerum vallatus agminibus Missarum solemniis interesset, at repentino super eum veniente judicio, repertus est mortuus. Episcopus autem in Domino jam quieverat. Sic qui de incesto conjugio contempsit judicari inter homines, ad tribunal æterni judicis enactus est perurbi; & qui subjectum sibi dedignatus est audire pontificem, terribilem super se non potuit evadere majestatem.* Hæc de his ipse.

Visa quidem non sunt hujusmodi, licet a viro integerrimo scripta sint, quæ revocari non possint in dubium, cum nec ipsemet, ut indubitata prodat, sed hærens ista mox subiiciat: *Hæc ego, venerabilis pater, & alia quamplurima non sine magna formidinis angore conscribo, ne videlicet vel relatores meo meram veritatis semitam non tenuerint, vel ipse quoque relationum in quolibet immemor, oblivione deliquerim. Verum tamen teste conscientia, non hæc mentiendi voto, sed ædificationis affectu, prout melius possum narrata recolere, satago schedulis annotare. Si quid tamen in his oblivionis obrepsit, immo quidquid humanæ conditionis infirmitate deliqui, antequam nexibus hujus carnis absolvar, divina mihi pietas tuis orationibus in memoriam revocet, ac digne lugere permittat, ne viventi mihi pœnitendum aliquod maneat possit occultum, quod morientis sit oculis ingerendum.* Hæc ipse, veritus ne in aliquo mentitus sit; cum tamen mentiendi voluntas semper procul abfuerit. V. Scripta a Petro revocantur in dubium.

Sane quidem, quod ad enarratam historiam spectat, illud omnino procul abhorret a veritate, ut Otto ipso die Pentecostes, & in Ecclesia diem obierit: reliqua vero verisimilitudine careat multiplici ratione: nemo, quod sciam, prodit, Adelaidem fuisse commatrem Ottonis Imperatoris: sed etsi fuisset, debuissent ista ipso initio obiici, cum eam Otto duxit uxorem, & non post annos vigintiduos, cum jam quatuor suscepisset ex ea filios, & eam eodem consenuisset. Accedit insuper, quod ipse Willelmus Archiepiscopus Moguntinus natum ex Adelaide Ottonem filium Ottonis Imp. educavit, fovit, & ad Imperium castudivit, tantum abest, ut ex Incestuoso ortum conjugio ipsum putarit. Demum vero si tanta ista de excommunicato a filio suo Wilelmo Ottone Imperatore vera fuissent, ut omnibus nota, haud licuisset tegi silentio, quia ab aliquo ejus temporis auctore scriptis prodita essent, & in excusationem Ottonis aliqua allata fuissent. Sed hæc de his satis. VI.

Defuncto Ottone, ejus filius Otto junior VII.

PAGIUS sio libri 3. Mathildis seu Mathilda Abbatissa Quidilinburgensis fuit, ut anno CMXCVII. ostendemus.

IV. Ad num. IV. & seq. Quod scripsit Petrus Damiani ad Desiderium Abbatem, *VVillelmum* sc. Episcopum Moguntinum Ottonem patrem excommunicasse, quod *Adelhaidem*, quæ sibi commater extiterat, conjugem accepisset, nullo prorsus argumento, rationeve nititur, ut recte ostendit Baronius; & quæ hoc ac superioribus annis de eodem Willelmo in medium adduximus illud plane convellunt. Decepere itaque virum sanctissimum rumores a viris otiosis aut malignis ejus tempore dissipati. *Ob incestum excommunicatus falso asseritur.*

Ad num. VII. *Ottonis Secundi* Ottonis M. filii ac successoris duæ sunt epochæ, altera a die V.

Otto junior solus Imperat. Otto junior solus incepit imperare, qui jam cum patre inchoaverat annum sextum: nam ipse in diplomatibus hunc annum numerat sui Imperii (ut apparebit inferius) sextum, eumdemque ab obitu patris primum.

VIII. *Synodus Mutinensis.* Hoc anno mense Septembris ab Honesto Archiep. Ravennate habita Synodus apud Mutinam reperitur, in qua composita legitur controversia inter dissidentes inter se germanos proceres Petrum atque Lambertum: cujus apud Rubeum (a) Acta

(a) *Rub. hist. Raven. lib. 5. hoc anno.*

PAGIUS *Anni Imp. Ottonis II ab anno CMLXVII deducti.* die Natali Christi anni CMLXVII. quo in consortium Imperiali adscitus est, altera a die septima Maii præsentis anni, quo patri successit, deducta. Juxta priorem annus septimus Imperii ejus die Natali Christi currentis anni inchoatus, ut ex ejus Diplomatis eruitur. Sed Baronius, qui Ottonem II. anno CMLXVIII. coronatum putabat, annum VI. Imperii post patris mortem eum inchoasse credidit; quod ex dictis stare non potest.

VI. *Moritur S. Joannes Gorziensis Abbas.* *Sanctus Joannes* Abbas *Gorziensis* Monasterii in territorio Metensi a Chrodegango piissimo illius urbis Antistite fundati, usque ad præsentem Christi annum vitam propagavit. Ejus Vita a Labbeo Tom. I. Biblioth. primum publicata, & postea in Acta SS. Bollandiana ad diem XXVII. Febr. ac in Sæculum V. Benedict. inserta, & Notis illustrata. Ea jussu *Deoderici* eo nomine primi Episcopi Metensis scripta; ideoque ante annum CMLXXXIV. quo is vivere desiit. Ejus Auctor fuit *Joannes* Abbas Metensis Sancti Joannis discipulus, qui eam imperfectam reliquit. Cum tamen S. Abbas ad annum CMLXXIII. vitam & regimen produxerit, ut ex ejus Vita num. III. perspicuum est, annoque CMXXXIII. Gorziam cum sociis accesserit, ut in eadem num. XLIII. legitur. Mabillonius in Observat. prævia ad eandem Vitam scite inde colligit, eum usque ad præsentem annum, qui quadragesimus vitæ ejus monasticæ erat, vixisse. De hoc Sancto semel & iterum supra verba fecimus.

VII. *Edgarus Angliæ Rex coronatur.* *Rex Anglorum*, inquit Wigorniensis ad hunc Christi annum, *pacificus Edgarus, ætatis suæ anno trigesimo, indictione prima; quinto Idus Maii, die Pentecostes a beatis Præsulibus Dunstano & Oswaldo, & a ceteris totius Angliæ Antistitibus in civitate Acamanni* (hodie Bathonia appellata) *benedicitur. & cum maximo honore & gloria consecratur, & in Regem ungitur.* Nam, ut ait Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 8. *Illud constat quod a decimo sexto ætatis suæ anno, quo Rex constitutus est, usque ad trigesimum, sine Regio insigni regnaverit.* Natus autem erat Edgarus anno CMXLIII. Coronatus Rex publica negotia studiosius tractare; terra marique hostem excludere, ubique provinciarum quieti consulere, laboravit; ut qui sacram Remp. præclare auxerat, etiam alteram illustraret. Quid illi, hoc anno, in maritima expeditione contigerit: & quomodo vicinos Principes qui antiquis Britannis præerant, in sui obsequium traxerit, referunt his verbis Wigorniensis & Hovedenus, postquam de Regia ejus unctione locuti sunt: *Interjecto deinde tempore, Edgarus cum ingenti classe Septentrionali Britannia circumnavigata ad Legionum civitatem appulit. Cui Subreguli ejus octo, Kynatus scilicet Rex Scotorum, Malcolmus Rex Cumbrorum, Maccus plurimarum Rex insularum, & alii quinque Dufnallus, Sifertus, Huwallus, Jacobus, Inchillus, ut mandarat, occurrerunt, & quod sibi fideles, & terra & mari cooperatores esse vellent, juraverunt.* Plura de Edgaro, ejusque virtutibus Alfordus

hoc anno. Hæc omnia iisdem fere verbis habet Simeon Dunelmensis, sed apud eum loco *indictione V. Idus Maii, die Pentecostes*, legendum, *indictione prima, V. Idus Maii die Pentecostes*.

VIII. *Continuatio belli Græcos inter & Russos.* Continuatum hoc anno in Oriente Græcos inter & Russos, Moscovitas hodie appellatos bellum, de quo Leo Diaconus hæc scribit. Scythæ (ita Russos appellat) Sphendosthlabi (qui Russorum Rex erat) sermonibus excitati periculum se pro sua adituros salute, fortique pectore adversus Romanam aciem pugnaturos consensere. *Postridie igitur sexta scilicet hebdomadæ, die mensisque Julii vigesima quarta*, (legendum, *vigesima quinta*, qui dies hoc anno in feriam sextam incidit. Neque enim quæ hic narrantur alio quam currenti anno contingere potuere, ut ex dicendis duobus sequentibus annis constabit) *sub ipso solis ortu atque ardoribus egressi ex urbe Tauroscythæ* (idest Russi) tentandam sibi pugnæ aleam statuerunt, commissoque prælio forti impetu Scythæ in Romanos impressionem fecerunt. Romanus quidam *Anemas* vocatus totis equo laxatis habenis ad *Sphendosthlabum* venit, atque ad humeri juncturam gladio ferit, eumque pronum dejicit, non tamen interimit. Ipse vero denso Scytharum agmine circumfusus necatur. Cujus nece aucti fiducia Russi Romanos pepulere. Imperator videns inclinare aciem, in adversarios irrumpit, ejusque exemplo Romani. Confestimque exorta procella pluviæ guttis commixta hostium faciem verberabat, pulvisque excitatus illorum oculos lædebat.

IX. *Russi a Græcis devicti.* *Ajunt vero etiam virum quemdam equo albo invectum apparuisse, qui Romanis ductor esset, & ad irruendum in Scythas hortaretur, qui postea inventus non est, licet magna quærendo diligentia habita esset. Inde indubia pervasit existimatio magnum Martyrem Theodorum fuisse, quem Imperator in præliis sibi adjutorem solebat deposcere. Ajunt etiam ejusmodi aliquid accidisse ad vesperam pridie quam pugna committeretur. Byzantii virgo Deo dicata videre sibi in visione videbatur Deiparam viris flammeis eam stipantibus, quæ & diceret, Vocato mihi Theodorum Martyrem. Moxque adductum esse virum armatum, cui dictum sit a Deipara, Joannes tuus, domne Theodore, apud Dorystolum Scythis pugnans infesta hostium acie graviter premitur: sed vade cito, ut illi opem feras; nisi enim quamprimum veneris, res illi in grave periculum vertetur. Cui ille versus, Paratus, inquit, sum, ut Dei ac Domini matri obsequar: quo dicto statim ivisse, & in eum modum equum ex virginis oculis evolasse.* Romani vero præeuntem divinum Virum secuti hostibus congrediuntur, qui in fugam declinaverunt, atque ad muros usque alii super alios irruentes, dire ceciderunt. Ajunt, in hoc prælio ad quindecim millia quingentos Scythas fuisse desideratos, capta scuta viginti millia, enses plurimos Romanorum vero occisos trecentos quinquaginta, multos esse vulneratos.

X. *Sphendosthlabus* missis mane ad *Joannem Imp.* Le-

Acta leges in historia Ravennate, ex quibus disces ad lucem temporum nomina saltem subscribentium Episcoporum & Principum, & inter alios Leonem Episcopum Ferrariensem, & ejusdem civitatis Marinum Comitem, ex quibus certis monumentis errores corrigas recentiorum historicorum.

Se-

PAGIUS *Pax Græcos inter & Russos constituta.*

Legatis pacifcendi fidem exposcit, ea nimirum conditione, ut *Taurosycta* Romanis tunc oppidum traderent, captivos dimitterent, atque Mysia recedentes patriam, laresque suos repeterent. Romani vero liberam eis enavigandi facultatem facerent, nec abeuntes cum igniariis navibus invaderent. Adhæc etiam Imperator commeatum annonamque subministraret, ac dum ii Byzantium mercaturæ causa proficiscerentur, sicut antea consueverant, licentia daretur. Imperator, quia pace exercitus incolumis foret, bello contra interitu periret, fœdus percussit, & singulis tritici medimnos duos mensus est. Qui frumentum acceperunt, numeratos dicunt ad viginti duo millia, qui ex sexaginta exercitus Rossi millibus interitum evasere; triginta enim & octo millia Romana acies confoderat.

XI. *Tzimisces Imp. Constantinopoli triumphat.*

Joannes vero Imp. totos quatuor menses expugnato Rossorum exercitu, Mysiaque recepta ac Dorystolo ex nomine Theodori magistri militiæ atque martyris Theodoropolis, novo titulo nuncupato: justa item relicto præsidio, cum maximis tropæis Byzantium venit, ubi cives pro manibus effusos ostendit, coronis sceptrisque ex auro lapillisque pretiosis ipsum accepturos. Ducebant & currum auro compactum, quem equi albi trahebant. In eum ut ascenderet rogabant, ac confectum duceret triumphum. Ipse vero coronas quidem ac sceptra suscepit, majoraque his munera rependit; ut autem in currum ascenderet, induci non potuit, sed Dei matris imagine Deum hominem verbum sinu amplexante, quam ex Mysia attulerat, in currus sella collocata, eique substractis purpureis Mysorum paludamentis atque coronis ac stemmatibus ipse singulari equo invectus pone sequebatur, caput diademate cinctus, ac coronas sceptraque gestans in manibus. Hac triumphi specie per mediam civitatem, purpureis vestibus undique ornatam, instarque thalami lauri ramis auroque textis peplis contectum, ad magnum Dei Sapientiæ delubrum processit: gratiarumque actiones exsolutis precibus ac Mysorum pro magnifica corona velut manubiarum primitiis Deo dicata, atque appensa, in Regias se se adeo recepit: adductumque Borem Mysorum Regem Regii cultus insignia ei ademit; thiaram scilicet purpura prætextam auro ac margaritis interstinctam, vestemque purpuream ac rubros calceos: ipsum vero Magistrorum dignitate ornavit. Tantis porro Joannes Imp. brevi admodum tempore præter omnem opinionem peractis tropæis, atque Mysia Romana ditionis effecta, Byzantii hyberna ducebat, inquit Leo Diaconus, qui hoc tempore vivebat, & ex quo Cedrenus, Curopalates, & alii, quæ de hac expeditione habent, desumsere.

XII. *Regnum Bulgarorum postea instauratum.*

Erat *Borises* seu *Bores* filius *Petri* Bulgariæ Regis, cujus suo loco mentionem fecimus; sed Petrus ante hoc tempus mortuus erat, duosque filios reliquerat. Curopalates pag. 694. tradit *Romanum* Borise fratrem a Josepho Cubiculario virilibus postea privatum. Verum mortuo *Tzimisce Imp.* Bulgari a Græcis defecere evocato *Borise*, qui Constantinopoli clam cum fratre digressus quodam Bulgaro interfectus est: *Romanus* vero frater incolumis evasit, & aliquanto post in Urbem rediit. Deficiente igitur *Petri* Regis stirpe, rerum summam quatuor ejus fratribus detulere *Bulgari*, ut videre est apud Ducangium in Constantinopoli Christiana in Familiis Dalmaticis cap. VI. & *Samuelus* unus ex illis, Basilio Porphyrogenito imperante, durante rebellione *Dari*, Thraciam, Macedoniam, aliasque Imperii provincias incursionibus vexavit, ut prodit Cedrenus pag. 694. qui jam pag. 683. narrato *Tzimiscæ* triumpho, de quo mox egimus, ait *Sphendosthlabum* Russorum Regem, dum patriam hoc Christi anno repeteret, & per Pacinazitas transiret, insidiis peremptum esse. Post Sphendosthlaum invenio in Russia regnasse *Vuolodomirum*, quem Cedrenus pag. 690. scribit, conjugem fuisse *Annæ* Basilii Porphyrogeniti sororis, de qua infra sermo erit occasione fidei Christianæ in Russia disseminatæ, eumque *Balimerum* appellat.

S. Udalricus Augustensis Episc. hoc anno mortuus est, ut superiori vidimus.

JESU CHRISTI ANNUS 974.	BENEDICTI VI. PAP. ANNUS 2.	OTTONIS II. 1. JOAN. ZEMISC. 5. IMPP.

I. *Benedict. Papa ftrangulatus a Bonifac.*

SEquitar Chrifti Redemptoris annus nongentefimus feptuagefimusquartus, Indictione fecunda, quo Benedictus Papa Seatas, abi fediffet annum unum, menfes tres, & dies aliquot, a Bonifacio, cognomento Francone Romano Ferrutii filio, diacono Cardinale, fceleftiffimo viro, violenta manu capitur, in carcerem detraditur, ubi & ftrangulatur. Ipfe vero Bonifacius Sedem Apoftolicam violenter invafit, quam tenait annum unum, ac menfem, dictufque Bonifacius Septimus, verum ati tyrannus ab antiqaioribas non numeratur inter Romanos Pontifices. Nam Leo Oftienfis (*a*): *Eodem*, inqait, *tempore, Benedicto Papa Sexto vita functo, Benedictus Papa Septimus, propinquus memorati Alberici Romanorum Confulis in Sede Apoftolica elevatur.*

(a) Leo l. 2. c. 4.

II. Eodem anno Honeftus Ravennas Archiepifcopus cum jam tertium fuæ fedis aonam eaplefset, Sanctorum reliquias in Urfianam bafilicam augaftiffime fabricatam & ornatam tranftalit, corpus videlicet S. Probi, & reliquias fancti martyris Urficini, ut conftat ex diplomate donationis ejafdem Honefti de bonis eidem bafilicæ hoc anno collatis: de quo locupletius apud Rabeum in hiftoria Ravennate hoc anno. Raefum vero ejufdem Honefti tertio expleto, & inchoato quarto anno ipfius Epifcopatus, Deus in tanta peccatoram caligine Ægypti pene tenebras faperante, fua immenfa mifericordia facem accendit. Quidnam aliud dixerim virum juftum, fanctum, andique divinæ lucis fulgore coruscam in medio peccantium populorum, quam lucentem in tenebris facem? qaem etiam fi dixeris folem, haud procal a fcopo veritatis errabis, dicente ad fuos Difcipulos Domino (*b*): *Vos eftis lux mundi.* Utpote, qui multi-

S. Romualdus Eremitarum inititor claret.

(a) Mat. 5.

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hifpan. MXII. Anno Hegiræ CCCLXIV. inchoato die 22. Septemb. fer. 2: A.C. 975.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6467.

☉ 3. D. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 974.

DONI II. PAPÆ 2.

OTTONIS IMP. 2. & 8.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 6.

I. *Benedicto VI. occifo Bonifacius VII. & Domus II. fuccedunt.*

AD num. I. Hermannus Contractus juxta editionem Canifianam, ad hunc Chrifti annum fcribit: *Roma Benedictus Papa criminatus a Romanis, & Crefcentio Theodora filio in caftello Sancti Angeli cuftodiæ mancipatus, ibique ftrangulatus eft; & ea juventute* (legendum, eo vivente) *Bonifacius Ferrutii filius Papa ordinatus. & poft unum menfem expulfum, Conftantinopolim poftea petiit, & Benedictus VII. Sutrii prius Epifc. Papa CXXXVIII. ordinatus, fedet annis novem.* [1] Marianus Scotus qui recte *Doni* Papæ hujus nominis II. initium hoc anno confignat, Benedicto VI. annum unum & menfes fex uti Martinus Polonus & Catalogi, perperam attribuit. Cum enim tam ipfe, quam iidem Catalogi annum etiam unum & menfes fex *Dono* II. adfcribant, & certum fit, *Benedictum* VII. menfe Aprili fequentis Chrifti anni jam Ecclefiam Romanam rexiffe, nec Benedictus VI. nec Donus II. tandiu federe potuere. Hinc Onophrius in Chron. Ecclefiaft. & Baronius, Benedicto VI. annum tantum unum, & menfes tres, & Dono II. rejecto anno folum menfes tres adfcribunt. At Benedicti VII. initium hanc Chronotaxim plane evertit. Benedictus itaque VI. currenti anno menfe incerto crudeliter necatur, & hoc pariter anno, ut habet Sigebertus in Chronico, *Bonifacius*, qui ante *Franco* appellabatur, Sedem Romanam invafit, eamque per menfem unum tenuit, uti recte Hermannus Contractus habet. Verum eo expulfo, non *Benedictus VII.* ut ipfe habet, fed *Donus II.* Sedem Romanam obtinuit, uti fcribunt Marianus Scotus, Sigebertus, & Auctores veterum Catalogorum. Ipfemet Hermannus manifefte errorem fuum prodit, cum *Benedicto VII.* annos IX. affignat, & mortem ejus in annum CMLXXXIV. quo revera ea contigit, confert; a currenti enim anno ad CMLXXXIV. anni decem integri intercurrunt, non vero novem.

II. *Ottonis II. auctoritas Romæ vilefcit.*

Ottone II. Germanicis & Francicis bellis, inquit Sigonius lib. VII. de Reg. Ital. quæ alieniffimo tempore exarferunt, implicito, ac Regiorum armorum terrore procul amoto, Itali integræ parandæ libertatis avidi palam grandiores atque alacriores fibi fpiritus accipere. Nam & varias in populis feditiones excire, & multiplices in Provinciis tumultus conflare, & paffim Confulatus in Civitatibus inftituere, & privatas turres in Urbibus ædificare cœperunt. Imprimis autem Romæ aperte de antiqua recuperanda libertate tumultuatum.

NOTÆ [1] MEnfe *Februario* anni 974. in curfu erat annus *fecundus Benedicti VI.* Charta venditionis in Regefto Sublacenfi pag. 102. *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Benedicti fummi Pontificis & univerfalis VI. PP. in facratiffima fede B. Petri Apoftoli fecundo, Imperii Domni Ottoni magni Imperatori a Deo coronato anno VII. Indict. II. menfe Februario die XXIIII. Gregorius, & Deodata jugales* vendunt *Maioni* Abbati Sancti Benedicti & Scolafticæ in Sublaco & S. Erafmi in cœlio monte petiolas terræ duodecim in campo majore. Catalogus Vaticanus in Cod. 1340. *Benedicto VI. menfes II. & dies II.* tribuit mendofe. GEORGIUS

tiplicibus undique micantes radiis, sive ex prædicatione verbi, aut operatione virtutum, vel editione signorum orbem terræ totum offusum tenebris illustrarent. Talis plane exritit vir sanctissimus Romualdus prodiens ut alter Joannes Baptista ex eremo lucerna ardens & lucens, qui claras Ægypti Nitrias atque Thebaidas Anachoretis fertiles transtulerit in Italiam, inter quos ipse, ut alter Antonius forma factus sit omnibus ejusmodi vitæ arduum institutum arripientibus. Fuit iste Ravennas nobilissima Ducum oriundus stirpe, qui nuntium remittens sæculo, in Classensi cœnobio famosissimo prope Ravennam primo monasticum induit indumentum. Ea quo factum est, ut admirandis progressibus sanctitatis ex cœnobio ad vitam transiens anachoreticam, ita fecundus in prole Sanctorum fuerit, ut Occidentalem Ecclesiam sanctis repleverit Anachoretis, quorum aliqui Apostolatum ad Gentes meruere, & insigni corona martyri decorari. Res ab eo præclare gestæ scriptæ sunt a Petro Damiano Ravennate, & ipso sanctitate, & doctrina notissimo, qui his temporibus proximus vixit.

An-

PAGIUS

num. Hunc tumultum *Cincius* civis Romanus excivit. Hic quod tenere, Joanne XIII. sedente, Ottonis Senis metu nequiverat, id se evicturum, *Benedicto* Ecclesiam, *Ottone* adolescente Regnum obtinente ratus, negotium ingens majore animo quam consilio iniit: ac currenti anno *Benedictum* VI. jura Imperii atque Ecclesiæ retinentem nactus arripuit, atque in vincula traditum misere mori coegit. Renovata inde veteri in Pontificiis Comitiis ambitione, Romani, neglecto *Leonis* IV. Papæ decreto, quod *Otto M.* observari jusserat, Pontifices, quos libido tulit, rursus sine Imperatoris auctoritate crearunt.

III. *Expeditio Tzemiscis Imp. adversus Saracenos.* *Verum jam adulta tempestate*, inquit Leo Diaconus, Joannes Tzemisces Imp. Byzantio profectus adversus Agarenos superiorem Syriam incolentes cum exercitu occurrit, ac Mediterraneis partibus peragratis *Euphratem* transmisit. Cum omni exercitu Syriam incursavit, nullo ei hostium obnitente, cunctis nimirum ejus irruptionis fama attonitis, intraque præsidia, latebrasque se se abdentibus. Porro *Emeta (urbs est munita atque illustris) capta, & ad deditionem coacta* redimptionisque pretiis exportatis quanta nec numerari possint, inde *profectus Myctaesim properabat. Est vero ea urbs clara atque conspicua, opibusque & pecore reliquis ejus provinciæ urbibus atque oppidis longe præstans.* Hac quoque deditionem faciente, plurimisque ac pulcherrimis donis auri argentique, ac vestium auro intextarum eoque interstinctarum ab oppidanis acceptis *Nisibim* venit; quam incolis vacuam invenit, quod hi qui incolebant, Romanæ metu expeditionis solum verterant, atque ad interiora se fuga receperant. Incursans ergo circumvicinam regionem, atque Romanis data fide obnoxiam faciens, animo incitabatur, ut & *Ecbatana* pergeret, Agarenorumque Regiam everteret, quæ infinitam argenti aurique vim, omnisque generis divitias in se continebat, hanc quoque assultu se capturum sperans.

Ajunt enim Urbium, quæ usquam sunt, ac toto Orbe existunt, felicissimam esse, auroque ditissimam. Caussam vero esse, quod ex multis locis in eam opes confluant, nec ullam hactenus experta sit, hostium grassationem ac injuriam. *Enim vero inhibuit illinc impetum, cum aquæ defectus, tum necessarii commeatus penuria. Quam enim Carmanitem Eremum vocant, per ea panditur loca asperum arduumque iter ostendens, ac neque aquarum scaturigines habens, nec fenum herbamque producens, sed squallida, horrensque ac inaquosa existens. Idcirco convasatis, quæ ab Agarenis oblata acceperat muneribus, trecentarum argenti aurique Myriadum summa, Byzantium redeit, ac aurum quidem atque argentum, sericasque vestes ac aromata quæcunque ab Agarenis dono sustulerat, per forum triumpho egit, spectantibus civibus, eorumque copiam admirantibus, atque ipsum magnifice suscipientibus, faustisque acclamationibus ac votis talibus clarum tropæis in Regiam deducentibus.* Quam expeditionem ad præsentem annum pertinere, ostendunt & depositio Basilii e Patriarchatu Constantinopolitano. quam Baronius male in annum sequentem differt, alteraque expeditio veram tempore sequenti ab Imperatore suscepta, quæ ab anno CMLXXV. removeri non potest.

IV. *Felix ac Fausta.*

V. *Calipha Babylonis abdicat.* *Mutene Lilla* Saracenorum Babyloniensium Calipha dignitatem deposuit, transtulitque in Taium Lillam filium *idque decimo tertio Dulkiade, anni CCCLXIII.* Hegiræ, nempe, ideoque die quinta mensis nostri Augusti currentis Christi anni.

I. Benedict. Pap. VII. ANnus Redemptoris sequitur nongentesimus septuagesimusquintus tertia Indictione, quo Benedictus Romanus ex Albericis proveniens, exagitans, urgensque Bonifacium tyrannum invasorem Apostolicæ Sedis, eum abire coegit. Qui nefandissimus homo, truculentus prædo, antequam ab urbe recederet, basilicam Vaticanam invadit, eamque expilans, ornamentis omnibus spoliavit, & sacrilega onustus præda navigavit Constantinopolim: quo factum est, ut ita Romana Ecclesia liberata, omnium suffragio idem Benedictus ex Sutrino Episcopo crearetur Romanus Pontifex. Quod quidem hoc anno contigisse, ex ipsius sepulcri inscriptione redditur manifestum, quam inferius in ejus obitu red-

PAGIUS SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6468

Anno Eræ Hispan. MXIII. ☉ 4. C. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 3.

Anno Hegiræ CCCLXV. inchoam die 20. Septemb. fer. 6. JESU CHRISTI 975.

BENEDICTI VII. PAPÆ 1.

OTTONIS II. IMP. 3. & 9.

JOANNIS TZIMISCÆ IMP. 7.

A.C. 975. I. *S. Majolus recusat Pont. Rom.* AD num. I. *Bonifacius* hujus nominis VII. Antipapa, non hoc anno, sed præcedenti a Tusculanis Comitibus Sacerdotio pulsus est, & Constantinopolim confugit, neque Romam rediit ante an. CMLXXXIV. ut ibi ostendemus. Nec denique annum unum ac mensem Romanam Sedem tenuit, ut habet Baronius anno præcedenti num. I. Factio enim Tusculanorum Comitum cum equo animo ferre non valens, cum ad resistendum par non esset, post mensem Basilica Vaticana pretiosis rebus omnibus spoliata profugit. Quod cum accepisset Otto II. factione Comitum Tusculanorum fultus, mortuo *Dono* II. de alio Pontifice in ejus locum substituendo cogitavit, præsertim cum a Romanis de electionis libertate ipsis conservanda interpellaretur. Syrus Monachus in Vita Sancti Majoli Abbatis Cluniacensis lib. 3. cap. 8. ait, Ottonem II. voluisse hunc Sanctum Abbatem ad Pontificatum evehere. Narrata enim Saracenorum e Fraxinero expulsione scribit: *Non longo post tempore Romana sede proprio viduata Pastore* (nempe Dono hujus nominis II.) *idem Dei famulus Ottonis secundi juncta cum matre prece, Italiam repetere a partibus est coactus Galliæ. A matre tunc & filio honore susceptus dignissimo, ac culmen Apostolica dignitatis precibus impelli cepit, continuatis. Sed cui magis abrectio, quam expeteretur exaltatio; nullatenus ad se promovere potuit sublimitatis ambitio, &c. Imperatoris & sancta matris iterum precibus alternis ad ipsum flagitatur successibus cum nobilibus qui aderant Antistites insistebant Imperialis quo fieret petitio, supplicabant. At ille divina illustratus gratia solerti se studuit excusare prudentia &c.* Erant hoc tempore Otto & Adelhais ejus mater in Germania, neque ille ante annum CMLXXX. post patris mortem in Italiam se contulit.

Hæc itaque Syri Monachi verba benigne interpretanda. Insinuat enim *Maiolum* dum in Gallia esset, sollicitatum fuisse ab Ottone II. & ejus matre, ut Italiam repeteret, sed ipsum utrumque in germaniam existentem adiisse, & solerti se prudentia excusasse, seseque a culmine Apostolico summopere aversum ostendisse. Quando igitur Syrus ait, *Italiam repetere a partibus est coactus Gallia*, non significat eum reapse in Italiam profectum; sed tantum etiam atque etiam excitatum, ut iter illud aggrederetur. Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Historico S. Maioli n. XLV. existimat, *Syrum* in citato loco memoria lapsum, pro *Germania* posuisse *Italiam*. Verum textus non est solicitandus, cum antea *Syrus* de profectione Italica Maioli verba fecerit, non vero aliqua Germanica, & ibidem ejusdem verbi in ea, quam mox protulimus significatione utatur. Ait enim: *Ab utraque tum* COGERETUR, *potestate* (Ottone sc. II. & ejus matre) *excogitandi dilationem studuit postulare*. Sicut itaque Maiolus ad Pontificatum suscipiendum coactus non fuit, sed tantum precibus impulsus; sic neque Italiam repetere, sed tantum enixe instigatus. Verum *Maiolus*, & profectione Italica, & a Pontificatu ineundis se se excusavit. II. *Verba ejus Vita explicantur.*

III. *Benedict. VII. fit Pontif. Rom.* Cum consilium illud non successisset, *Otto II.* Missos suos, coram quibus novi Pontificis ordinatio peragenda erat, Romam direxit, eisque mandavit, ut Comitum Tusculanorum partibus faverent, indeque *Benedictus* hujus nominis VII. qui jam Episcopus Sutrinus erat inthronizatus est Pontifex Romanus, & quidem ante diem vicesimum quintum mensis Martii currentis Christi anni, ut ex Diplomatis subscriptione recitata anno CMXLVI. n. III. evidenter patet. [1] [1] Secundo Sæculo V. Benedictino pag. 560. memoratur Diploma a Benedicto Papa VII. emissum quo conceditur monasterii S. Walarici Abbati ut sub jurisdictione Eccle-

NOTÆ [1] EPochas annorum *Benedicti VII.* ex variis stipulationibus Regesti Sublacensis & tabularii Sanctæ Mariæ in via lata recensebimus, ex quibus Sedis tempus illustrabitur. Anno 976. die X. *Januarii*, ita exorditur stipulatio in Regesto pagina 106. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Benedicti summi Pontificis & universali VII. PP. in sacratissima sede Beati Petri Apostoli II. Imperii Domus Ottoni, piissimi & perpetuo Augusto a Deo coronato anno nono Indictione IIII. mense Januario die X.* Eodem modo ibidem pag. III. mense Januario, & pag. 152. mense *Apr.* anno 977. mense *Aprilis*, annus Pontificatus *tertius*, *Ottonis decimus*, *Indictione V.* in charta sublacensi pag. 85. col. 2. signatur; ut & pag. 144. die IV. *Junii*. In Accessionibus ad Historiam Casinensem Erasmi Gattulæ P. I. tom. II. pag. 84. ex Petro diaco-

reddituri sumus: ex qua redarguas eos, qui aliam rationem in numerandis hujus Benedicti annis inierunt.

Hoc

PAGIUS Ecclesiæ Romanæ jugiter permaneat. Datum illud *anno VII. Pontificatus indict. IX. Kal. Aprilis*, anno sc. Christi CMLXXXI. quod dici non potest nisi currenti ante diem primum Aprilis Pontifex Romanus consecratus fuisset. Adhæc Boucheus in Historia Provinciæ lib. 9. pag. 44. recitat Benedicti hujus nominis VII. Rescriptum, quo insulam Lirinensem cum Arluco Monasterio concedit Majolo Abbati Cluniacensi, in cujus fine legitur: *Scripta per manum Stephani Notarii Regionarii Archiscrinii S. R. E. in mense Maio, indict. VI. Bene valete. Datum X. Kal. Maii per manum Joannis Episc. Salernitanæ Ecclesiæ, anno IV. Pontificatus Domini nostri Benedicti Sanctissimi PP. V. imperante Domino nostro Ottone, a Deo coronato magno & pacifico Imperatore, anno XI. in mense Maii indict. VI.* anno scilicet Christi CMLXXVIII. Si enim Benedictus VII. eo Christi anno, die XXII. mensis Aprilis jam annum Pontificatus IV. inierat, profecto hoc anno ante eundem diem ad illum evectus fuerat. Ex quo liquet primo, Rubeum in Hist. Ravenn. lib. 5. valde deceptum, cum existimavit, *Benedictum* VI. usque ad annum CMLXXXIV. Ecclesiam Romanam rexisse, unumque *Benedictum* in duos a lectoribus, scilicet VI. & VII. divisum fuisse, quod in tabulis Ecclesiæ Ravennen-

NOTÆ no refertur privilegium *Benedicti* Papæ VII. *Scriptum per manum Stephani notarii regionarii & Scrinarii S. R. E. in mense Majo, indictione V. Bene Valete. Datum III. Kal. Jun. per manum Stephani Nomenclatoris Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domni nostri* Benedicti *Sanctissimi VII. Papa III. imperante Domno nostro Othone a Deo coronato magno & pacifico Imperatore anno X. in mense & indictione* (supple *suprascripta* V. An. 978. mense *Martio* annus Pontificatus *quartus*, *Ottonis XI.* notatur. An. 979. mense *Februario* annus *quartus* pontificatus designatur, mense *Majo & Augusto* annus *quintus*. *Ottonis XII.* An. 980. mense *Octobris* annus *quintus*. An. 981. mense *Februario* annus *septimus & Ottonis XIII.* Item annus *septimus* hoc anno die XII. *Januarii*. An. 985. mense *Februario & Martio* annus *octavus*, & XIV. *Ottonis*. An. 983. mense *Aprilis* annus *nonus*, *Ottonis decimusquintus*. Est autem *Benedicti VII.* Judicatum pro Monasterio Sublacensi, cujus summam ex eodem Regesto pag. 191. exhibemus quod ad res Ecclesiasticas illius temporis illustrandas pertineat. Incipit: *Anno Pontificatus Domni Benedicti summi Pontificis & universalis VII. Papa in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli anno VIIII. sive Domno Ottone magno Imperatori sua coronationis quinto decimo anno idest hujus Aprilis mense, idest Indictione XI.* Petitione *Benedicti* Abbatis Sublacensis contra Leonem Abbatem monasterii SS. Cosmæ & Damiani qui ponitur in Cave, qui res monasterii Sublacensis privilegio Romanorum Pontificum surripere tentabat, Benedictus VII. inspectis iisdem privilegiis coram Judicibus Lateranensis palatii in possessionem restituit Sublacensem Abbatem.

S U B S C R I P T I O N E S

Ego Benedictus sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Præsul.

† Ego Gerbertus sanctæ Turunensis (pro Terdonensis) Ecclesiæ Episcopus huic judicati perpetuali charta interfui & subscripsi.

† Petrus Papiensis Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Johannes indignus diac. S. R. E.

Gregorius Episcopus Sanctæ Albanensis Ecclesiæ.

Leo Ostiensis Episcopus.

Stephanus nutu Dei Narniensis Ecclesiæ Episcopus.

Stephanus Dei providentia primicerius.

Leo Domini gratia vocatus Arcario Sanctæ Apostolicæ Sedis.

Azzo Dei pietate Protoscriniarius missus & Apocrisiarius Rom. Ecclesiæ.

In chartis tabularii S. Mariæ in Via lata anni Pontificatus *Benedicti VII.* his formulis prænotantur. An. 978. mense *Martio* annus Pont. *quartus*, *Ottonis undecimus Indictione* VI. mense *Decemb. VII. a Kal. Septembris* inchoata, est annus *quintus*, *Ottonis XI.* Si igitur an. 976. mensis Januarii initio annus *secundus* Pontificatus *Benedicti VII.* decurrebat, annus primus initio saltem *Januarii* mensis an. 975. inchoatus erat; idcirco *Benedictus VII.* creatus est Pontifex non mense *Martio* an. 975. ut censet Pagius, sed mense *Januario*. GEORGIUS

[a] BEnedictus VII. in thronum ascendit diu ante mensem Martium hujus anni ut perspicue docet Diploma ejusdem Benedicti in gratiam Monasterii Martiniani Trevirensis, datum die *XV. Kal. Februarii per manus Widonis Episcopi & bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno I. Deo propitio Pontificatus Domini Benedicti SS. Papæ, imperante piissimo PP. Aug. Ottone a Deo coronato magno Imperatore* .... *Indict. tertia*. Designant hæc annum 975. cujus Januario Benedictus sacris jam præerat. Quod & confirmant alia duo Diplomata ejusdem pontificis, ejusdem anni, & mensis apud Brouverum in Annal. Trevirens. ad An. 975. Hæc omnia nos ex Bollandistis ad diem 25. Julii. pag. 576. desumpsimus. Demum Muratorius in Notis ad Donizonem in Vita Mathildis, Rer. Ital. tom. V. pag. 359. numer. 268. ex Estensi tabulario protulit hanc subscriptionem bullæ ejusdem Benedicti. *Per manum Stephani Notarii Sacri Scrinii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Ind. IV. Datu IV. Kal. Januarii per manus Guidonis Episcopi & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domini Benedicti SS. Papæ secundo, Imperii Domni Ottonis tertio*. Congruunt hæc cum anno 975. ac designant Benedictum anno præcedenti, ante diem 29. Decembris in thronum ascendisse. MANSI

II. *De SS. Martyr. hoc anno in Hispania passis sub Sarracenis.* Hoc eodem anno Hispana Ecclesia Martyrum, hoc sæculo, prole fecunda, certaminibus iteratis, rursus coronis Martyrum decoratur. Quotquot enim sub impio Sarracenorum Rege Cordubensi longo tempore carcer arctabat inclusos, vinculis & inedia maceratos, foras exhibitos gladius vindex obtruncat, nullam capientes redemptionem (quod ait (a) Apostolus) ut meliorem invenirent resurrectionem. Erant isti, qui capta & diruta ab iisdem Sarracenis civitate Septimacensi, immani civium cædi superfuere, ductique captivi Cordubam, biennali custodia sunt afflicti, quo Fidei fierent desertores. Sed qui mundum vicit, victor extitit in his Christus, cum superata impietate, minis, pœnisque contemptis, summa hilaritate fuso sanguine, de Sarracenorum perfidia triumpharunt. Quos pene oblivione sepultos ex Archivo Compostellano, Ambrosius Morales in lucem edidit, ex autographo descripto diplomate Regis Veremundi, quod confecit de restitutione bonorum unius ex illis Martyribus per Ranimirum Regem occupatis. Porro ipsum diploma ad suum Eulogium idem Ambrosius posuit appendicem, quod hic totidem verbis describendum putavimus, nobile antiquitatis monumentum, hactenus vulgatis historicis incompertum, sic enim se habet:

(a) Hebr. 11.

III. *Diploma Veremundi regis.*

Regis Veremundi Secundi diploma.

In nomine sanctæ & individuæ Trinita-

Ann. Eccl. Tom. XVI. Ff 2

PAGIUS

nensis plures tabulæ charactere Longobardico scriptæ dicantur datæ *anno Benedicti Pontificis Max. quinto, Ottonis Imp. decimo, indict. V. mensis Majo*, qui characteres annum CMLXXVII. certo indicant. Hujusmodi enim exemplaria charactere Longobardico scripta non sunt ante annum millesimum, & Exscriptores in numeris errasse certissimum; cum variæ *Benedicti* VII. Chartæ supersint, in quibus is diserte dicitur *Benedictus* VII. Unam mox memoravimus, alteramque anno CMLXXXIII. in medium adducemus. Quare in laudatis exemplis loco, anno III. Librarii perperam scripsere anno V. & Chartas a Benedicto VII. datas, *Benedicto* VI. magno errore attribuerunt.

IV. *Diuturnior Pont. Benedict. VI. & Doni II. perperam assignatur.* Liquet secundo, Papebrochium in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hist. perperam scripsisse, *Benedictum* VII. die XXV. April. vel II. Maii præsentis Christi anni verosimiliter inthronizatum fuisse; *Benedictum* vero VI. die XXII. Septemb. anni CMLXXII. ordinatum, ac *Donum* initio mensis April. anni CMLXXIV. renunciatum Pontificem, ac utrumque sedisse *annum I. menses VI.* ut passim Catalogi habent; nam inter omnes nunc convenire debet, sciri non posse, quibus diebus ac mensibus tam isti duo, quam plerique, qui hoc sæculo Romanæ Ecclesiæ præfuere Pontifices, ordinati aut renunciati fuerint, antiquis monumentis deficientibus, & Auctores Catalogorum ac alios Scriptores, qui Benedicto VI. & Dono II. annum unum & menses sex adscripsere, manifeste errasse; cum constet, *Joannem* XIII. Benedicti VI. decessorem die sexta Septemb. anni CMLXXII. vivere desiisse, & *Benedictum* VII. die vigesima quinta mensis Martii hujus Christi anni jam Ecclesiam Romanam gubernasse. Licet enim a die VII. Septemb. anni CMLXXII. ad diem XXV. mensis Martii currentis anni fluxerint anni duo, menses sex, & dies XIX. certum *Bonifacium* VII. Antipapam post Benedicti VI. mortem Sedem Romanam per mensem occupasse, quod & Papebrocius fatetur; & post *Doni* II. obitum fuisse Interpontificium duorum circiter mensium, quod idem vir doctissimus etiam asserit, quia nempe petendi fuere legati ab Ottone II. qui electioni faciendæ præsentes turbas, quæ futuræ timebantur, impedirent. Quæ cum ita sint, *Benedictus* VI. & *Donus* II. tamdiu in Pontificatu vivere non potuere. Quod fusius explicandum fuit, quia hæc Chronologiæ Pontificiæ pars hactenus valde depravata extitit.

V. *Bonifac. VII. Antipapa a Benedicto VII. excommunicatur.* *Benedictus* VII. ubi Apostolicam Sedem adeptus est, Synodum celebravit, in qua *Bonifacium* VII. Antipapam excommunicationis sententia perculit, uti discimus ex Epistola Adalberonis Remensis Archiepiscopi & Stephani Romani Diaconi ad Theobaldum Episcopum Ambianensem, quæ extat Tom. IX. Concil. pag. 722. in qua Stephanus & Adalbero in Concil. Remensi congregati VIII. Kal. Octob. eundem Theobaldum excommunicant, quod alias ab Hugone Pseudo-Archiepiscopo Remensi ordinatus fuisset, & prætenti Synodo interesse recusasset: *Et quoniam*, inquiunt, *judicio domini Benedicti VII. Papa in* SYNODO, *qua* BONIFACIUS *damnatus est, incurabilis repertus es, nec ejus filius Stephanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus mederi tibi prævalet: velut morbidum & morbosum hircum separamus te a grege dominico*, &c. Ex hac excommunicatione Bonifacio VII. inflicta Hermannus Contractus, Marianus Scotus, & Sigebertus in Chronicis ansam sumsisse videntur, eundem Antipapam immediate ante Benedictum VII. collocandi; cum tamen certum esse debeat, *Bonifacium* VII. Benedicti VI. tempore tyrannidem arripuisse, rursumque anno CMLXXXV. ad vomitum rediisse; cujus tamen ultimæ invasionis tres laudati Chronographi non meminere: adeo Historia & Chronotaxis Pontificia per hæc tempora perturbatæ. Porro hujus Synodi adversus *Bonifacium* VII. meminit etiam Gerbertus Remensis Archiepiscopatus invasor, in Actis Remensis Synodi, a se vel suo jussu scriptis: *Succedit Ronna*, inquit, *in Pontificatum horrendum monstrum* (nempe Benedicto Papæ VI.) *Malefacius* (ita Bonifacium VII. appellat), *cunctos mortales nequitia superans, & jam prioris Pontificis sanguine cruentus. Sed etiam hic fugatus, & in magna Synodo damnatus est*. Denique ejusdem Synodi mentio in Epitaphio Benedicti VII. a Baronio anno CMLXXXIV. num. I. recitato, ubi eum *Franconem* vocat.

VI. *Albaca Calipha Cordubensis Christianos vexat & moritur.* A num. II. ad VIII. Memorat Baronius ex Diplomate *Veremundi* Regis Legionensis martyrium quorundam Christianorum sub impio Saracenorum Rege Cordubensi, vinculis & inedia per biennium maceratorum, tandemque occisorum. Erat is Rex Cordubensis *Albaca*, qui anno regni decimo-sexto, Hegiræ vero trecentesimo sexagesimo sextu mortuus est, uti habet

totis. Dicendum est, quod cunctis notum manet, quomodo Domino permittente, & peccatis exigentibus, mucro hostilis & crudelitas iniquorum, saevitus scilicet Ismaelitica gens; promovit se ex Hispaniæ partibus adversus Christianos, & pergens armata venit usque ad Septimancensem civitatem, & catervatim eam circumvallans, atque in arcu & sagitta eam obsidens, diruptis muris, & aperta janua, irruit in ipsam civitatem. Et sicut scriptum est: (a) Qui conterit multos & innumerabiles, & facit stare alios pro eis, &: Nec alio modo moritur homo, præter id quod positum est: gladio vindice, & hominum scelere prævalente, quos ibi Christianos invenit, in ore gladii interemit. Et diruta civitate, pauci qui remanserunt, ad Spaniam in Cordubensium urbem ducti in captivitatem, onere catenarum onusti, atque ferro vincti, & in carcere trusi, duos annos & dimidium ibi peregerunt, laudantes & benedicentes Deum unum & trinum semper vivum & verum.

(a) Job. 34.

IV. Et quoniam Deo cura est de omnibus, maxime de eis, qui positi in tribulatione, cum spe & fiducia Deo animas suas simul & corpora in benefactis commendant: voluit pietas divina, quomodo jam prædestinatione ordinaverat, illorum ærumnis & laboribus, & etiam temporalibus malis finem imponere. Et ut ad eum, cui famulatum exhibuerant, cum palma martyrii tripudiantes venirent, permisit ipsum tyrannum, qui eos captivos duxerat, de squalore carceris ipsos eiicere, & gladio interfectos sanguine proprio laureatos ad Regna cælorum & præmia atque æterna munera a Deo illis præparata coronandos & remunerandos dirigere. Inter quos fuit vir felicissimus, nomine Sarracenus, proles Joannis, vocitatus, qui dimisit hereditatem & cortes in civitate Numantia, quæ modo Zamora nuncupatur. Cum nullum superstitem vel hæreditarium aut propinquum relinqueret, qui ipsam hæreditatem possideret, sed remanseret sine hærede & sine alicujus serie testamenti. Dum starent hæc omnia interstata, accepit ea serenissimus Princeps domnus Ranimirus indecenter, & tenuit ipsa usque ad obitum suum.

V. His expletis, ego Deo meo trino & uno humillimus Princeps Veremundus, in Regno parentum & avorum meorum nutu divino prælectus, & solio Regni collocatus, antequam ipsi Sancti & electi Dei martyrium acciperent, & adhuc trusi in carcere essent; visum mihi fuit moto pietate in redemptionem animæ meæ eos inde redimere. Et jam nuntii mei in via erant, quos pro illis miseram, quando ipsum martyrium consummatum est. Quando tale nuntium ad aures meas pervenit, quod ipsi Sancti jam in Regno cælorum essent: placuit serenitati nostræ, ut hæreditatis ipsius supradicti martyris Sarraceni, qui in baptismo Dominicus vocitatus est, Ecclesiam facere hæredem: quia inutile & inconveniens erat, ut ille esset in Regno cælorum, & hæreditatem ejus possideret rustica & laicalis conventio. Ob hoc ego jam sæpedictus Princeps Veremundus, propter bonum testimonium in amore Dei & in memoria ipsius supradicti martyris Dominici, partem aliquam donare decerno, atque in perpetuum ad habendum concedere, mihi visum & conveniens est, loco Apostolico in veneratione ipsius patroni nostri Apostoli, ubi tunc dilectus Dei Petrus Episcopus præsulatum tenebat.

VI. Dominicus martyr.

Sic do & concedo cortem intus in civitate nova, prope Ecclesiam sanctæ Leocadiæ in omni gyro, sicut eam ipse sanctus Dominicus, obtinuit, cum omnibus suis utensilibus cupis, torcularibus, & tendis in mercatello, & ventis, quæ servierunt ipsi corti, ubicumque sunt, ab integro eas concedimus. Et azeniam integram in vodo, quem dicunt, domini Garsiæ, & medietatem in alia, in Teliares, & ibi in Teliares quartam portionem in alia azenia, & omnes suos hortos, unum in Arvali, & alium in ripa fluminis Durii, & suos ferragiuales, ubicumque illos habuit. Et alium hortum in Parales, & etiam cuncta, quæ ipsi domui deservierunt, tam ex illa parte fluminis Durii terras & vineas, & omne suum debitum, quam quæ ipsi corti deserviunt. Adhuc dando & donando adjicimus, quod ipsi corti pertinuit, villam quam vocitant, Alcopam, in ripa rivuli Arosoi cum omnibus suis præstationibus, quæ intus & foris sunt, cupis & torcularibus terris, vineis per suos certissimos terminos, & omnia quæ ad ipsam villam pertinent, sicut ille eam obtinuit cum suis jugariis & porcariis quæ ibi servierunt, sive & peculiare de omnibus ubicumque sunt, quæ ipsi corti deservierunt. Omnia supra taxata, quæ resonant jam scripta, in supradicto Apostolico loco donare atque concedere curavimus in memoria & veneratione sancti illius jam dicti Dominici, ut habeant inde habitantes & Deo servientes, atque per

PAGIUS habet Rodericus in Historia Arabum cap. 30. & seq. cui Isen filius in regnum successit. Eo Caliphatum gerente datus est ei, quod adhuc puer esset, coadjutor, vir *Almanzor*, appellatus, qui toto Præfecturæ suo tempore, quæ multorum annorum fuit, Christianos graviter afflixit.

A num.

per singulos dies & annos memoriam illius facientes, & sacrificia & orationes Deo offerentes temporale subsidium, & ille cum sancto Dei Apostolo Jacobo etiam in perpetua remuneratione a Deo recipiant collatum præmium inconvulsum. Hactenus de donatione facta de rebus sancti Domioici martyris Ecclesiæ sancti Jacobi. Ad quæ roboranda ejusmodi imprecatio dira subiicitur auctoritate assistentium, & subscribentium Episcoporum, his verbis:

VII. *Si quis tamen (quod esse non potest nec oportet, & fieri minime credimus) adversus hanc testamenti seriem, ad irrumpendum vel deruendum venire tentaverit, sive ex progenie & stirpe nostra, sive etiam quilibet Comes, aut pontifex aut qualibet potestas hanc factionem infringere tentaverit, quisquis fuerit, in primis a corpore Christi sit extraneus, & amborum careat luminibus oculorum, & cum Juda Domini traditore in inferno sit damnatus. Facta a serenissimo & pio Principe domino Veremundo serie testamenti..... Idus Februarii Æra post millenam tertia scilicet, & decima.* Est annus Domini nongentesimus septuagesimusquintus. Subiicitur demum subscriptio ista:

Veremundus Rex confirmat.
Sebastianus Episcopus confirmat.
Gundisalvus Episcopus confirmat.
Armentarius Episcopus confirmat.
Pelagius Episcopus confirmat.
Petrus Episcopus confirmat.
Ferdinandus testis.
Suvaricus testis.
Gudesteus testis.
Felix testis.
Ulmara testis.
Munius testis.

Hucusque diploma de sanctis Martyribus, & bonis Dominici martyris.

Quod ad res pertinet Orientalis Imperii, hoc eodem anno, ingenti damno Reipublicæ Joannes Zemisces Imperator cum in Syriaca esset occupatus expeditione, jamque victor pervenisset Damascum usque, veneno potatus moritur Constantinopoli quarta die mensis Decembris ☞ cum imperasset annos quinque (vel si sex, ut alii volunt) in sequentem annum reiiciendus ejus est obitus: menses totidem, & dies aliquot ☜ eademque die succedunt filii Romani junioris Basilius, & Constantinus, quorum Basilius natu major vigesimum agebat annum, Constantinus vero decimumseptimum, revocata eorum matre Theophane in solium, e quo fuerat exturbata. Hæc Curopalates & alii. Horum Imperatorum cusum numisma cum imagine Salvatoris, ut a Joanne Imperatore nuper decretum fuerat extat, licet crassa Minerva & a cusore litterarum latinarum haud satis perito, ut ex eo intelligere potes. VIII. Joan. Imp. moritur, subrogantur Basilius & Constantin.





Habet Lælius Pasqualinus in suo Museo.

IX. Eodem anno cum qui tenerent Sarraceni Damascum, diffiderent omnino Christiaois qui ibi erant, ne Joannem Imperatorem admitterent: eorum Episcopum Sergium inter alios foras eiiciunt. Qui Romam veniens a Benedicto Romano Pon- Sergius Episcop. Damascenus venit Romam.

PAGIUS VII. *Victoria Tzemiscæ Imp. de Saracenis Syriæ.* A num. VIII. ad X. Joannes Tzemisces Imp. *vere cursus illucescente*, inquit Leo Diaconus, loquens de ultima expeditione ab eodem Imperatore suscepta, urbe Regia profectus, per Palæstinam iter habebat. Ibi positus castrum aggrediens, Syrorum lingua *Mempeze* nuncupatum, quo & belli vi, omnique machinarum genere in potestatem redacto, Salvatoris Christi sandalia illic reperit, inventaque quasi cœleste quoddam donum sustulit; venerandi quoque Præcursoris ac Præconis crines: ac illa quidem rursus, in celeberrimo Dei Genitricis Templo, quod in Palatio extructum est; tanquam uberrimum quemdam thesaurum deposuit; Hos vero in Salvatoris ædæ sacra quam a fundamentis ipse extruxerat. Inde profectus, *Apameam* adortus est. Est autem illa munitissimum oppidum, ac quod ægre expugnari possit; verum hæc quoque intra non multos dies capta atque eversa, *Damascum* cum exercitu, signisque infensis petit. Porro oppidani magni pretii muneribus in manus acceptis, ante Emporium Imperatori in occursum venerunt, ejus tum iram amolientes tum & donis ipsum placabilem reddentes.

VIII. *Alia ejusdem de iisdem Saracenis victoria.* Is certis illis imperatis tributis, & in fidem receptis, inde per Libanum iter aggressus properabat, ipsumque prærruptum, altumque jugum assecutus, *Borzo* munitissimam urbem assultu cepit; inde profectus in Phœnicen descen-

Pontifice benigne exceptus est. De quo Petrus Damiani ad Niculaum Papam hæc habet, ignorans tamen causam migrationis, quam credidit voluntariam, quæ fuerat necessaria: *Sergius Metropolita Damasci non inconvenienter possit annectiqui Ecclesiam suam pro Christi amore deseruit, & Romam advenit. Reperiensque Bonifacii & Alexii basilicam sacerdotalibus pene officiis destitutum, Benedictum Romanæ Sedis Antistitem adiit, atque ut se monasterialem sibi permit-*

PAGIUS scendit, ac tum *Balaneas* castrum munitum in potestatem redigit, tum *Berytum* expugnat: ubi etiam cum Salvatoris imaginem, qua cruci confixus erat, reperisset, inde sublatam ad sacram Salvatoris ædem, quam a fundamentis extruxerat, mittit. Postea *Tripolim* aggreditur: quam cum primo impetu, subitaque irruptione expugnare non posset (quippe forti murorum ambitu cinctam, qua parte continentem spectat, ac quæ in prærupto colle ac tumulo se late exporrigat, alteraque parte mari alluatur, navale protendens, sinumque placidum ac tutum a ventis, inde movens maritima oppida ac villulas, iter faciendo subigebat.

IX. *Cometes fere trium mensium.* Per hoc utique tempus ineunte Augusto, Cometes stella apparuit, *divinum certe quidpiam ac novum, eisque hujusmodi, qua omnem humanam rationem excedat, portendens. Neque enim hujusmodi aliquid per has visum erat ætates, nec unquam prius per tot dies lucere Cometem ullum contigerat. Nempe ab Oriente paulo ad Aquilonem vergens, oriebatur, ac quam maxime celso axe provectus, radios longe splendidos ac micantes vibrabat: nec terroris, horrorisque plenissima quisquis hoc tuebatur. Ab ineunte itaque Augusto exortus, totos dies octoginta, a media nocte ad statam usque diem, cunctis conspicuo jubare lucebat. Conspectoque Imperator sic inaudito portento, eos qui in astrorum scientia versati essent, rogabat, observato sydere ut edicerent, quidnam etiam stupendum istiusmodi ostentum vellet. Hi porro non quod ars conjectandum præberet, sed quod gratum Imperatori foret, Cometem portendere falso exponebant, nempe victoriam de hostibus, longosque Imperatori annos, illius quasi indicatione, felici eventu augurabantur. Erant autem pravi vates Symeones Logotheta atque Magister; necnon Stephanus Nicomediensis Præsul, viri ea ætate inter Sapientes eruditione clari. Haud enim vero Cometes ille indicabat, quæ illi interpretabantur in gratiam Imp. sed graves defectiones, gentiumque grassationes & domesticos tumultus: urbiumque ac oppidorum desolationes; nec non fames & pestes, horrendosque terræ motus, prope denique Romani imperii universale exitium; quæ nos ipsi ex eorum eventu vidimus.*

X. *Symeon Metaphraste usque ad hunc annum pervenit.* Meminit hujus Cometæ Cedrenus pag. 683. atque visum *Augusto mense, indictione tertia* hoc scilicet anno, & addit *usque ad octavum mensem indictionis quartæ*. Qua in re ex Leone Diacono emendandus. Hujus Cometæ meminere etiam Malmesburiensis, Hovedenus, & quidam alii Historici Latini. Quantum peccatum sit superiori ac præsenti sæculo a plerisque, qui de ætate, qua *Symeon Metaphrastes* floruit, scripsere, anno CMII. insinuavimus, eumque circa annum DCCCLXXXI. in lucem prodiisse statuimus, quod anno CMIV. Legatio ei concredita sit, cum annos circiter viginti quatuor natus esset, & præsenti Christi anno adhuc vixerit. Quare cum tria illa Chronologiæ capita locus Leonis Diaconi mox a nobis memoratus certo evincat, nulla amplius difficultas esse potest de tempore, quo Symeon floruit, quove in vivis esse desiit. Constat enim eum hoc anno nonagenario majorem fuisse: cumque ante legationem Cretensem nihil in lucem emiserit, manifestum est omnia Opera, quæ literarum monumentis mandavit, ante hujus sæculi finem ab eo confecta. Horum omnium notitiam uni Leoni Diacono hactenus inedito debemus, sicuti & quisnam *Michael Psellus* ejus laudator extiterit, an scilicet, qui superiori, vel qui sequenti sæculo floruit, cum de iis nonnisi incerta fere cognitio & divinatio antea esse posset. *Symeonem* varia Opera posteritati reliquisse, diserte insinuat Michael Psellus in ejus Encomio apud Allatium in Diatriba de Symeonum Scriptis, cum Psellus loquens de Vitis Sanctorum ab eo summa cura & studio elaboratis dicat: *Etiamsi nihil aliud Viro illi fuisset elaboratum, & non alia omnia, quæ nobis singula sufficiunt ad laudem conciliandam opus tamen tale incœpisse & id tam pulchre effectum reddidisse, vico cuivis ad laudem sufficiat.* Allatius ibidem pag. 530. & seqq. egregie discurrit de ejus Operibus, tam editis, quam adhuc manuscriptis, ostenditque eum composuisse Orationes in festivitates Christi, Deiparæ & aliorum Sanctorum, Orationes de moribus, Epistolas, pluresque preces quarum nonnullæ inter Rituales Græcorum libros reponantur, ac varia Carmina Jambica & Politica. Colitur *Symeon Metaphrastes* a Græcis die XXVIII. mensis Novembris, cujus Officium a Psello Juniori compositum, ejusdemque Auctoris Encomium in Metaphrastem idem Allatius in Linguam Latinam vertit. De *Michaele Psello* Symeonis laudatore sæculo sequenti sermo erit.

Redeo ad Leonem Diaconum, qui Joannis Tzimiscis Imp. mortem his verbis narrat: XI. *Venenum Tzimiscu Imp. propinatur.* *Joannes Imp. e Syria profectus, inde Byzantium petebat. Videns vero in itinere positus Longiadem, Drizemque opimas plane atque feraces regiones, multis sudoribus atque cædibus a Romano pridem exercitu receptas, jurisque pristini Romanorum ac ditionis factas, tunc vero a Basilio Præfecto ac Accubitore possessas indigne merito ferebat, atque viro insatiabilem habendi cupiditatem, avarumque animum improperabat. Is vero quid palam reponeret, habebat nihil, cum Imperatoris indignationem timeret. Clam vero illius verba subsannabat, jamque sibi durum effectum horum amoliri cogitabat. Veniens itaque Imperator ad Atroa vallem ad Olympi radices sitam, ad Romani Patricii ac Sebastophori dignitate fulgentis ædes divertit. Ibi ferunt spadonem quemdam Imperatoriæ aulæ, ejusque ministrorum, sive ipse a se infenso in eum erat animo, sive ab aliquo eorum qui bonis invident, rerumque mutatione vel maxime avent, sollicitatum, atque nummorum pollicitationibus illectum (quod plane fama vulgatius veriusque habetur) temperato veneno inter pocula propinasse Imperatori. Imperatorem vero nihil ejusmodi cogitantem velut salubrem potum venenum ebibisse. Postridie itaque membrorum torpor totiusque corporis defectio invasit. Medica omnis sagacitas ac solertia repentina vi morbi vana comproba-*

mitteret regulam constituere, precibus impetravit. Ubi nimirum congruo post tempore religiose degens vitam finivit. Hæc ipse, sed quando id factum, suo loco dicetur.

X. Antonius Studites Patriarcha Constant. Eodem anno & Indictione tertia Constantinopoli Synodus celebratur, in qua Basilius Patriarcha criminis accusatus, deponitur, & in locum ejus substituitur Antonius Studites. Hæc Curopalates,

PAGIUS *bata & inefficax, cum ejus symptomatis ratio per illius regulas haud certa dignosci potuisset,*

XII. *Tzimisces Imp. Byzantium petit.* *Porro Imperator, qui prius pollebat, gyganteum robur repente collapsum sentiens, Byzantium venire properabat. Ut item arma, quæ in Salvatoris Templo ab eo extructo illius corpusculo parabatur, quam citius perficeretur, omnem diligentiam adhibebat. Contento itaque itinere ad urbem Augustam venit, amanterque a civibus acceptus, sed qui jam fractis viribus esset ac languesceret, altumque pectore ac difficilem halitum trahens perspiraret. Jam vero in Palatium devectus, lecto decumbebat, veneni vi fatiscens, longeque attritis viribus.*

XIII. *Moritur.* *Intelligens vero fore, ut ex tali labe haud emergeret, (veneni namque vis dira intus viscera depascebatur) apertis æri privato thesauris large ex iis pauperibus erogabat, maxime leprosis, & qui corpora sacro morbo exesa circumferrent, in quos supra reliquos pauperes humaniore affectu ducebatur. Vocatoque Nicolao Adrianopolitano Episcopo, viro divino ac venerabili, suas per vitam ignorantias ei detegebat, lacrymarum rivos oculis diducens, harumque lavacro inquinamenta sua, sordesque delictorum abstergens. Nec non sanctam Deiparam propense adjutricem in die judicii inclamans, tunc nimirum cum mortalium actus coram ejus filio, Deoque justa trutina inviolabilique judicio appendentur. Tali nimirum sincera mente ac corde contrito Imperator, exhomologesi peracta, ex humanis migrat, & ad vita futura requiem transit Januarii mensis die decima, indictione quarta, anno sexies millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto* (sed loco quinto legendum quarto; est enim hic annus mundi secundum Constantinopolitanos) *sepultus in Salvatoris ad Chalcem Templo, quod is magnifice a fundamentis extraxerat. Talem vitæ finem nactus est Joannes Imp. vir scilicet brevi corporis statura, sed qui heroicam fortitudinem ac robur circumferret. Bello plane strenuus & insuperabilis, atque in periculis magni, fortisque animi. Vixit omnes vitæ suæ annos quinquaginta unum: rexit vero imperii gubernacula annos sex, dies triginta.*

XIV. *Ope Historia MS. Leonis Diaconi varii errores correcti.* Quibus verbis *Leo Diaconus* vir Asiaticus, ut ipsemet asserit, Historiam suam ab obitu Constantini Porphyrogenetæ Imp. ad mortem usque Tzimiscæ Imp. perductam absolvit, quam totam summarie in hanc Criticam inseruimus, ejusque ope varios errores correximus. Is enim Auctor coævus fuit, aliique Historici Byzantini, qui tardius scripsere, non raro peccarunt; quod vel ex laudatis verbis perspicuum fit. Hactenus *Tzemisca* Imp. obitum cum mense Decembri currentis anni Recentiores omnes auctore Cedreno copularunt, cum tamen *Tzemisces* usque ad diem decimam mensis Januarii insequentis anni vitam protraxerit. Ait Cedrenus *Basilium & Constantinum* Romani Junioris filios, *mense Decembri* Imperium iniisse quod & ex Curopalate Baronius habet; sed ex mox dictis liquet, id nonnisi anno sequenti contigisse. [1] Quot vero annos *Basilius Porphyrogennitus* cognominatus, & *Constantinus* frater tunc nati fuerint, liquet ex dictis anno CMLX. n. VIII.

XV. *Basilius Patriarchatu Constantinop. dejicitur.* Ad num. X. Basilium Patriarchatu Constantinopolitano anno superiori dejectum ostendunt Zonaras, qui ait eum *post quadriennium suæ designationis* loco motum esse, & Leo Diaconus, qui ea de re agit, cum de iis, quæ anno superiori gesta sunt, loquitur: *Tunc & Patriarcha Basilius*, inquit Leo Diaconus, *Episcoporum invidia apud Imp. calumniam passus, quasi in aliquem procerum molireture transferre imperium nec Ecclesiam regeret ex præscripto sacrorum canonum, ad Imp. tribunal vocatur. Quoniam vero renuebat, ac œcumenicam Synodum cogendam afferebat, in eaque diluenda esse crimina ajebat. Hoc enim etiam velle divina Patrum constituta cogendam universalem Synodum cum Patriarcha deponendus sit, in monasterium ad Scamandrum situm, ac quod ipse extruxerat, imperatoris jussu relegatur.* [2] *Vir scilicet nullo pene cibo utens ac carnis expers, qui a teneris jam unguibus religiosa palæstra laboribus ultra humanum modum exercitatus esset, vir uno amictu æstate hyemeque utens, nec ante exuens quam difflueret, nulliusque jam opera factus esset. Aliud ei nullus cibus aut potus,* quem

NOTÆ [1] VEra est animadversio Pagii adnotantis Basilium sequenti anno imperii sui initium sumpsisse, sed in eo errat, quod utriusque Imperatoris Basilii & Constantini unum idemque exordium constituat; nam Constantinum triennio post Basilium cœpisse ex vetustarum Chartarum adscriptione eruo. Ughellius tomo VI. col. 133. vet. edit. in Parthenione S. Marcellini Neapoli servari asserit Chartam signatam anno XXXI. Basilii, & Constantini an. XXVIII. die IX. Julii indictione IV. His characteribus exhibetur annus 1006. quo revera Basilius imperii sui annum 31. jam cœperat. Chartam aliam profert Muratorius in Antiquit. Ital. tom. I. col. 196. quæ licet in nonnullis mendosa, in eo tamen cum priori Ughelliana congruit, quod Basilium Constantino præfert triennio: *Imperante Basilio magno Imperatore, anno XXXVIII. sed Constantini magni Imperatore fratre ejus anno XXXV. die XVII. Januarii, Indictione II.* Ex hoc igitur Chartarum consensu constare arbitror, Constantinum nonnisi anno 979. vel 980. ad imperii consortium ascitum fuisse. MANSI

[2] PRo deponendo e Patriarchæ gradu Basilio Synodum, quam ille deposcebat, reipsa celebratam fuisse Constantinopoli tradit Joel Græcus scriptor Sæculi XIII. inquiens his verbis: *Basilius Scandrenus, qui nonnullorum criminum reus a Synodo convocata pellitur &c.* Chronogr. Compend. pagina 142. edit. Venet. Hujus Synodi nulla mentio in Collectionibus. MANSI

tes, ex quo & alii recentiores.

XI. Hoc eodem anno Ecclesia Anglicana, defuncto Rege Edgaro, cum regnasset a tempore monarchiæ adeptæ annos sexdecim, clericorum in monachos insurgentium factione nonnihil est perturbata. Sed primum illa de successore Regis controversia est excitata, aliis filium ejus Eduardum, aliis Ethelredum ex secunda uxore genitum expetentibus. Quomodo autem res redacta sit ad Episcopale judicium, sic narratur: (a) *Edgaro defuncto, de Rege eligendo magna inter Regni Principes dissensio orta est. Quidam enim filium Regis primogenitum Eduardum, quidam vero fratrem suum de secunda uxore generatum unanimiter elegerunt. Quam ob causam duo Archipræsules Dunstanus Cantuariensis, & Osuvaldus Eboracensis cum Episcopis, Abbatibus & Ducibus in unum convenientes, Eduardum (ut pater ejus moriens dictaverat) elegerunt, electum consecraverunt, & in Regem, quibusdam murmurantibus, inunxerunt. Nam noverca ejus Elfdritha filium Ethelredum vix septennem puerulum promovere conabatur, ut potius sub ejus nomine regnare videretur. Sicque post discessum Regis pacifici, Regni status perturbatus est, & in execrationem commutatus. Nam Principes plurimi & optimates, Abbates cum monachis de monasteriis, in quibus Rex Edgarus eos locaverat, expulerunt, & clericos, ut prius, loco eorum cum uxoribus induxerunt. Nam unus eorum Aelforius nomine omnia pene monasteria, quæ reverendissimus Ethelvoldus in provincia Merciorum construxerat, magna usus insolentia, subvertit.*

(a) Matt. Vuestmonast. in Flor. hist. hoc anno.

Clerici insurgunt adversus Monachos.

XII. Synodus Wintoniensis. *Sed super his quæstionibus ad beatum Dunstanum delatis Synodum apud Vvintoniam congregavit, & in medio partium conflicta disputationis, imago Dominica, quæ altercantibus astabat, in Ecclesia expresse locuta ita allegat* [a] .... *quod clericos omnes & eorum fautores confusos reddidit & elingues.* Hæc ipse. Eadem recitantur in historia de gestis Anglorum apud Bedam. Sed hæc paulo expressius ab Osberto narrantur in Dunstano his verbis: *Igitur ex præcepto Regis & Archiepiscopi coit Vvintoniam nobilitas totius Regni, & Rex cum sua conjuge adest ad determinandas querelas negotii hujus. Surgunt hinc inde lites, quas Dunstanus propositis rationibus destruit omnes. Rationabiliter quippe cunctis ostendit, clericos, qui forte Dei incorrigibiliter per pravitatem vitæ suæ dissiliunt, nihil per rectitudinem sibi vendicare posse ex iis quæ Ecclesiis data sunt in subsidium eorum, qui in clericali para conversatione se custodiunt. Quibus auditis, omissa omnis controversia est. Et Rex, atque ex pontificibus plerique clericorum precibus ad pietatem usque permoti, Dunstanum interpellant, quatenus hac sola vice parcat, & clericos jam quod amodo si se non correxerint, incursuri sint, re ipsa doctos de Ecclesia sua revestiat. Silet ille ad ista, quidque potissimum de negotio agendum sit, demisso capite, mente pertractat: silentium ingens occupat omnes, & suspensi ad responsum pontificis erigunt aures. Tunc subito Crucifixi Dei imago signo Crucis in edito affixa, audientibus cunctis, dixit:* NON FIET. NON FIET. JUDICASTIS BENE, MUTARETIS NON BENE. *Tremefacta in his simul universo conventu, intulit pater Dunstanus, & ait: Quid amplius vultis, fratres mei? Divina sententia audistis definitum negotium præsens. Ajunt: Audivimus vere. Resederunt ergo monachi Vvintoniæ securi, & quoad clerici ipsi vixerunt, qui eos super ista causa inquietaret, nemo*

[a] Locus depravatus.

Imago Christi locuta.

PAGIUS *quem gustaret, præterquam aquam, nucesque ac poma. Ajunt præterea nec in lecto quidem cubavisse, sed humi per omne tempus, quo religiosa palæstra certavit. Hoc unum viro vitio datum ferunt, quod longe plurimi haberet, ut hominum instituta, moresque ac actus cognosceret, atque iis cimandis, curiosiusque scrutandis, quam pro officii ratione majorem operam poneret.*

XVI. Antonius Studitæ in ejus locum subrogatur. *Basilio itaque exilio damnato, Patriarchalia gubernacula Antonius regenda suscipit; vir in Studii monasterio a juventute asceticam professus disciplinam, vitamque ducens Apostolicam; præter enim accessaria indumenta, ac quibus caro tegatur, ferebat nihil; tametsi a viris Principibus, ipsisque Imperatoribus plurimum coleretur. Neque vero id solum; sed & quos sumptus habebat, ex ea dignitate qua fulgebat, (prius enim Syncelli dignitate ornatus fuerat) omnes in pauperes erogabat; divinaque & humana scientia, si quis alius, pollebat. Vultu totaque corporis compositione, mirabilem quamdam gratiam in profundissima canitie lucentem exhibebat. Nec enim ullus eorum, qui deliciis diffluunt, altumque vanarum tabernaculorum sapiunt, ad eum divertebat, qui non statim castigatior abiret. Nec contra funestissimis malis ærumnosam quisquam trahens vitam, qui non æquo animo discederet.*

XVII. Moritur Edgarus Angliæ Rex. Ad n. XI. & seqq. *Anno nongentesimo septuagesimo quinto, Anglici orbis Basileus, flos & decus antecessorum Regum, pacificus Rex Edgarus: non minus memorabilis Anglis, quam Romulus Romanis, Cyrus Persis, Alexander Macedonibus, Arsaces Parthis, Carolus Magnus Francis, Arthurus Britannis postquam cuncta Regaliter consummavit, anno ætatis suæ trigesimo secundo, regni autem illius in Mercia & Northumbria decimo nono, ex quo vero per totam Angliam regnavit, decimo sexto, indictione tertia, octavo Idus Julii, feria quinta, ex hac vita transivit: filiumque suum Eadvvardum, & regni & morum reliquit hæredem,* inquit Hovedenus pag. 426. *Post mortem Edgari et & spes Anglorum retro sublapsa sunt,* inquit Malmesburiensis lib. 1. de Reg. cap. 8.

quia

mo fuit. Hæc Osbertus, qui tamen potius sub dicto Edgaro Rege ista referre videtur. Verum hoc ipso anno celebratum esse dictum Concilium, etiam vetustiora de rebus gestis Anglorum ad Bedam addita fidem faciunt. De Synodo autem alia quæ facta est Calnæ eadem ex causa sub Ethelredo Eduardi successore, suo loco dicemus.

Ann. Eccl. Tom. XVI. Gg Re-

PAGIUS quia scilicet duplex factio utramque Rempublicam vexavit, & æque pro corona, ac pro Ecclesia certatum, uti narrant Baronius. Susceperat *Edgarus Edoardum* ex Ethelfleda priori uxore, & *Ethelredum* ex Elfrida secunda uxore, indeque quidam post Edgari mortem filium ejus primogenitum, quidam vero fratrem ejus Regem volebant, & istis noverca Edoardi favebat. Præterea Optimates plurimi, Abbates cum monachis de Monasteriis, in quibus Rex Edgarus eos collocarat, expulerunt: & Clericos, ut prius, loco eorum, cum uxoribus induxerunt. Sed *Edgaro* mortuo longe acrius, quam antea secunda quæstio ventilata est, & auctior clericorum spes monasteria repetendi; cum Reginam a se stare, & ex Optimatibus aliquos dudum persensissent. Hinc bis terve Synodus coacta est, ut passim Auctores Anglici notarunt. *Archipræsules Dunstanus & Osvvaldus cum Coepiscopis, Abbatibus, Ducibusque quamplurimis in unum convenerunt, & Eaduvardum, ut pater suus præceperat, elegerunt, electum consecraverunt, & in Regem unxerunt*, inquit Hovedenus citatus, qui narrat etiam Optimates aliquos, congregato exercitu, Monasteria Orientalium Anglorum defendisse, & a Monachis fortiter stetisse. Plura de his Alfordus hoc anno.

Muazzus Lidinilla, qui primus fuit Calipha Ægypti, postquam regnasset annos tres & viginti, anno Hegiræ CCCLXV. obiit, eique successit *Azizus Billa* filius, ut videre est apud Elmacinum lib. 3. Hist. Sarac. cap. 4. *Muazzus* vero ante captam Ægyptum in Africa regnarat. XVIII. *Obitus primi Caliphæ Ægypti.*

Hoc tempore floruisse videtur *Suidas* arte Grammaticus; voce enim Ἀδὰμ diversas annorum summas colligens computationem suam terminat in obitu Joannis Zemiscis Imp. hoc anno morte sublati. Condidit Lexicon prolixum, in quo non pauca habet ad Historiam Ecclesiasticam spectantia, & varia Veterum fragmenta, sæpe Auctoris nomine non memorato. XIX. *Floret Suidas.*

I. Barda tyrannus

REdemptoris annus nongentesimus septuagesimusfextus Indictione quarta sequitur, quo sub Imperatoribus junioribus moderante habenas Imperii Basilio præfecto Vigilum, qui e medio Joannem Imperatorem sustulerat, eodemque Bardam, cognomento Scierum, Orientis Ducem, quem suspectum haberet, in ordinem reducere conante: ipse Bardas suorum consilio militum Imperatoris nomen usurpat, & insignia sibi vendicat, *confisus* (inquit Curopalates) *cujusdam monachi hujusmodi vaticinio, quod per quietem ita fuerat patefactum: Videbatur enim sibi videre homines igneos, qui Bardam assumptum in quamdam celsissimam speculam adducerent, ibique occurrere se mulieri humana specie insigniori quæ sibi regium flagellum traderet. Hoc flagellum Bardas symbolum existimabat Imperii, sed reorra contra Romanos erat divina ira*. Ita quidem: nam magna affecit calamitate Orientale Imperium. Quo pariter anno ob Bardæ rebellionem Antonium Studitam Patriarcham sponte se abdicasse, vacasseque sedem illam annis quatuor, idem tradit Curopalates. Non enim datus est ei successor, quonsque idem Antonius vixit. Qui numerant ejus sedis annos ad ipsius obitum, quo successor est datus, sex annos ipsius Patriarchatui tribuunt.

Antonius Patriarcha se abdicat.

II. Iidem qui habenas Imperii moderandas suscepere Basilius, & Constantinus, ad regendas oras Occidentales, Calabriæ videlicet regionem, misere Leonem Domesticum Comitem, & Nicolaum Protospatharium, de quibus est mentio in vita sanctissimi patris Nili, cujus familiaritatis usu iidem ad meliorem frugem conversi sunt. Fuit Nilus iste ab origine Græca Rossani in Calabria civitate natus doctrina atque pietate insignis, ab infantia Dei cultor eximius, & post matrimonium vitam monasticam sectatus, brevi omnes ejus instituti professores facile antecelluit, notus ubique tam in Oriente, quam in Occidente conspicuus fulgore virtutum. Cujus res gestas Græce conscriptas ab ejus discipulo Latinitas hactenus numquam vidit, qui prius ex antiquo codice monasterii Cryptæ ferratæ tradidit Latinitati fuit noster Federicus Metius Episcopus Thermularum, a quo ego primus accepi, & nonnulla ex eis pro ratione temporis nostris Annalibus opportuna occasione contexui. Et quod ad præsentem pertinet annum, qui res ab eo gestas scripsit, primum cum eis habitum congressum, magni ponderis ita narrat: *Venit Metropolita Calabriæ Theophylactus, & cum eo Domesticus Leo viri litteratissimi & doctissimi. Sed beatus pater noster Nilus fugiens populi tumultum, & dilectum sibi silentium semper complectens, exivit a civitate ad templum sancti Joannis Baptistæ eremi cultoris, cujus etiam vitam imitabatur, & ibi cum Deo conversabatur, & meditationi operam dabat. Ingressi autem sunt ad eum alloquendum Metropolita & Domesticus, & principes civitatis & multi sacerdotum, & populi magna pars. Inierunt autem consilium in via, quesnam ipsorum interrogare deberet, quodve ex arcanis Scripturæ, non tam cognoscendi causa, quam periculum faciendi cupidi.*

Nili abbatis cum Imp. Magistratibus congressus

Cum vero ex adverso parte sederet beatus Nilus, & vidisset eos ad se venien- III.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hisp. MXIV. Anno Hegiræ CCCLXVI. inchoato die 30. Aug. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6469.

☉ 5. BA. ☽ 8. P. 23. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 976.

BENEDICTI VII. PAPÆ 2.

OTTONIS II. IMP. 4. & 10.

BASIL. & CONST. IMPP. 1.

A.C. 976. I. Barda Scleri defectio repressa.

AD num. I. Leo Diaconus, postquam verba [illegible] de *Comete* anno superiori in Oriente [illegible] Occidente viso, ait illum graves defectiones variaque mala portendisse, subditque: Postquam *Joannes Imp.* humanis migraverat, *Magister Bardas* cognomento *Sclerus* imperii simul pecuniarumque amore laborans, nec non ingenti turba, plebeque facili errore seducta ac dementata, gravem adversus Imperatores molitur defectionem, *annosque quatuor* Asiam infestavit, agros succendens, urbesque everiens, nec non Romanos conserta acie, apertoque marte fundens & fugans, direque interimens, partim quidem *Petro Patricio* ac Stratopedarcha legionibus Præfecto, quando ad campum *Lyparam* (est hæc confinium Armeniorum provinciæ) pugna conserta est: quando & ipse *Petrus* jaculo vulneratus ac equo excussus, in ipso conflictu efflavit animam, plurimis stipantium ejus satellitum pari nece sublatis; partim vero *Barda Magistro Phoca* Imperatore Duce. Is nimirum ab Imperatoribus Domestici Scholarum auctus dignitate, cum adversa *Sclero* ad *Pancaliam* opposita acie (lata hæc planities & campus haud procul Amorio) obit ordines, interque medias acies fuste capiti illiso, ejusque gravi ictu, equo dejectus, ac humi prostratus est! captusque esset ab hostibus, turpique ac inglorία morte sublatus, nisi per ignorantiam inter gregarios, ac

nientre, dicit intra se: Cur nunc isti assidentes, ad vana colloquia nos convicient? Sed o Domine JESU Christe libera nos a laqueis alienis & concede nobis intelligere, & loqui quæ oportet, & facere quæ tibi sunt placita. Et cum orasset, aperit quem præ manu habebat librum, & forte fortuna invenit revelationem factam sancto Symeoni in admirabili monte. Cum igitur illi appropinquassent, & post salutationem sedissent, beatus Nilus tradit librum Domestico, ut legeret, ubi erat signum. Ille vero aperiens os suum, cœpit valde diligenter, & attente legere. Cum vero venisset ad locum illum, ubi dicit, quod ex decem millibus vix reperitur una anima his temporibus, quæ ad manum sanctorum Angelorum perveniat: cœperunt omnes quasi uno ore dicere: Absit, hoc non est verum: hæreticus est, qui hoc dicit. Nos igitur frustra baptizati sumus, & Crucem adoramus, & communicamus, & Christiani dicimur? Hæc & his similia cum omnes obiicerent: cum videret beatus Nilus quod Metropolita & Domesticus nihil illis dicunt, humaniter ipse respondit, & dicit. Si vero demonstravero vobis, magnum Basilium, & Chrysostomum, & Ephræm beatissimum, & Theodorum Studitam, sed & Apostolum ipsum, necnon sanctum Evangelium eadem sentientes, & dicentes, quid patiemini vos, qui inconsulte aperientes ora loquimini, & Spiritui sancto adversamini, & sanctorum Patrum metuenda verba hæreticis tribuitis propter vitæ vestræ iniquitatem? Dico autem vobis fratres, quod ex omnibus quæ fecistis, nulla erit vobis gratia apud Deum. Quæ enim idola, aut quam hæresim vos reliquistis, & Christo adhæsistis? audetne aliquis vestrum dicere, quod hæreticus sum, & ingressus civitatem non ab omnibus lapidibus obrutus interficietur? Intelligentes, quod nisi virtute præditi fueritis, & magna etiam virtute præditi, nullus vos liberabit a pœnis inferni. Hæc cum omnes audissent, valde perterriti cœperunt suspirare, & dicere: Væ nobis peccatoribus & miseris. Dicit autem illi Nicolaus Protospatharius: Pater, quare dicit Evangelium, quod quicumque parvum calicem

Quam pauci salventur.

aquæ frigidæ dederit, non amittet mercedem suam? Respondit illi: Propter hoc dictum est illis, qui nihil habent, ut nullus excusetur, quod nec habeo ligna, quibus calefaciam aquam. Quid vero facietis vos, qui pauperibus frigidum calicem aufertis?

Illo vero tacente, surgit alius, & ait: Scire vellem, sancte Pater, an salvus sit admirabilis ille Salomon, necne? Cum vero spiritu cognovisset Pater, adulterii vitio illum detentum, respondit ipsi: Scire ego etiam vellem de te, an salvus sis necne? Quæ enim utilitas mihi vel tibi ex salute vel damnatione Salomonis? Non enim illi, sed nobis præceptum fuit illud (a): Quicumque respexerit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est cum ea. Et illud (b): Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. De Salomone autem nihil usquam reperimus in sacra Scriptura, quod pœnitentiam egerit post peccatum, sicut de Manasse. Quis igitur de illo dicere poterit quod salvus sit? Pergit auctor dicere curiosas aliorum interrogationes, & sapientes beati Nili responsiones, quas brevitatis causa prætermittimus: illud tantum subiicientes, quod in derisorem terribile manifestatum est Dei judicium in ira sua ex prædictione ejusdem sancti senis. Ait enim: IV. Alia mota quæstio.

(a) Mat. 5.

(b) Cor. 3.

V. *Non multo post accedunt ad eum Nicolaus Protospatharius & domesticus Leo, cupientes audire utilem ejus doctrinam & admonitiones ab eo, & cum satis confabulati essent, & illos admonuisset Nilus, ingressus est ad cellulam suam, ut iterum Deo incumberet. Illi vero extra in quodam loco cum super herbam reclinassent, & parvum caputium cujusdam fratris cum invenissent, ponebant illud super capita sua Domesticus ille & Protospatharius ridentes simul & ludentes. Quod cum vidisset Nilus per fenestram, & vehementer increpasset illorum scurrilitatem, graviter illos reprehendit, dicens: Hoc quod nunc vos irridetis, ecce veniet hora, in qua cupietis vehementer illo indui, & non eritis digni. Hæc ille. Cum & una cum prophetico sermone hos rigor & capitis dolor Domesticum occupavit, qui domum suam quamprimum reversus, ad cubile se deiiciens,*

PAGIUS ac quasi unus ex illis neglectus fuisset: cui nox superveniens parandæ causa salutis fuit. Porro *Sclerus* victoriis hujuscemodi elatus, animoque tumens, importabilis quidem, nec ulla subigi posse virtute videbatur. Inde Nycæa atque Abydo ac Athalia bello potitus, Asianas copias ac legiones sibi ipse addixerat, marisque jam dominator effectus, gravi mercatores damno afficiebat, ipsamque adeo urbem Augustam, non sinens annonarias ad eam more solito, adnavigare; donec incendiariæ naves occulte Imperatorum solertia Byzantio missæ sunt. Harum *Bardas Magister Parsacutinus*, ductor derepente Abydo appulsus tyranni classem succendit, militumque agmen confodit, ac præsidium recepit: rursusque *Phocas* ingenti sibi adjuncto exercitu Sclerum aggreditur, prælioque fusum *Ecbatana* ad Agarenos fugam inire cogit.

II. Præterea *Bardas Magister Phocas* adversus Imperatores cervicem erexit, Asiaticasque sibi copias addixit. Portus omnes & ad mare sita op-

Phoca rebellio repressa.

cient, precepit vocari ad se aliquem ex religiosis sacerdotibus, qui cum venisset, & ad subito appropinquasset, ut diceret, quanam de causa ab eo vocatus esset, invenit illum jam mortuum. Qua re cognita, timor occupavit eos, qui cum ipso venerant a monasterio, & omnes admirati sunt S. Nili prædictionem.

VI. Missus est autem post eum Constantinopoli ab Imperatoribus Eupraxius præfectus, qui eamdem provinciam administraret, qui alias ante eadem perfunctus erat præfectura, quocum fuit beato Nilo haud leve certamen; sed gratia Dei summa gloria victor evasit. Fuit hujusmodi: *Cum itaque reversus esset Eupraxius cum multa elatione, & fastu, cum ab Imperatoribus constitutus ipse esset judex Italiæ & Calabriæ: omnes quidem Præpositi monasteriorum regionis illius ascedebant ad eum cum muneribus & adulationibus, orantes eum singuli, ut ipsos protegeret, & sibi opem ferret. Beatus vero pater Nilus, ne videretur vel comminationes hominum metuere, vel confidere Principibus, quos præ contumelia, filios hominum Propheta (a) vocavit, in quibus non est salus: neque accessit adulaturus, neque donis comminationes superbiæ illius & audaciæ lenire quæsivit, sed in suo manens monasterio, & quieti incumbens, Deum rogabat, pro totius mundi salute, & pro anima Eupraxii Præfecti. Quod quidem ad majorem furorem & insaniam accendit cor superbi illius: quia cum ab omnibus honoraretur & coleretur, a beato Nilo aperto contemni videbatur. Quapropter non destitit quærere iniquitatis occasionem adversus justum illum, cum non inveniret. Non enim cognosci potest vestigium colubri super petram, quemadmodum nec Principis iniquitatem in homine coronato est facile reperire. Interea dum ille animo consiliaretur, multa mala adversus Nilum meditatur. Repentina imminebat illi mors, sed beati Nili oratio illam præoccupavit.*

Eupraxius præfectus in S. Nilum commotus

(a) Psal. 145.

Morbus quidam, qui cancrena dicitur, circa glandem virilis membri cum illi ortus esset, medicorum inutilem artem esse arguebat: pœnas autem dabat luxuriæ instrumentum, propterea quod incontinentia sua naturæ legem afficiebat injuria. Ad hæc itaque conversus, & temeritatem suam, qua adversus Sanctum usus fuerat, detestatus (erat enim satis prudens vir ille, licet potestatis magnitudine satis fuerat elatus) supplex efficitur, qui antea comminationibus obstrepebat, si quo pacto fieri posset, ut ejus aspectum tantum intueri obtineret, & benedictionem & absolutionem ab eo accipere mereretur. Beatus vero Nilus in præsentia quidem procrastinabatur coram cum illo agere, cum nec eum ipse reciperet venientem ad monasterium, nec vellet illum adire, & ejus preces perficere & adimplere, hoc pacto salutem illi procurando. Sciebat enim congruo tempore gravitate & severitate uti, ut par est, adversus eos, qui sensu rationis carent. Cum igitur tribus annis morbus ille a Deo immissus paulatim absumpsisset occultas partes, accessit tandem principi membro, & mortem illi comminabatur ejus corruptione. Tunc accessit ad eum spiritualis medicus, precibus, adventu, & epistolis humanissimis. Cum igitur vidisset Eupraxius beatum Nilum, & reverendos ejus pedes amplexus esset, tantam lacrymarum abundantiam effudit, illos deosculando, ut & ipse sanctus Pater, & omnes qui aderant, collacrymarentur cum eo vehementer. Nihil enim aliud licebat videre in ipsis, vel alteri comparare, quam peccatrici illi Evangelicæ in contritione tenenti pedes Domini, & remissionem ab eo petenti delictorum suorum. Cum itaque beatus Nilus vidisset ipsum lacrymis satiatum, quasi infantem proprio ubere, extendens manum eum suscepit & sublevavit. Illo vero cum omnibus præcepisset, ut egrederentur, cœpit denudare ei morbum animæ per corporis morbos, & lacrymans di-

VII. Eupraxius morbo percussus humiliatur.

PAGIUS oppida, una Abydo excepta, cepit, subductisque compluribus triremibus atque ratibus, Hellesponti fauces tenebat, non sinens onerarias naves in Regiam urbem appellere. Ad hæc militum gravem manum, *Melisseno Magistro* Duce, & Abydi continentem, quæ & classem tutaretur, & urbem expugnaret, locavit. Rursusque validum pro ipso Byzantio ad *Chrysopolis* tumulum, vallum fixit, ingentibus eam in rem equestribus ac pedestribus submissis copiis. Exercitui præfecti duces, ejus tum germanus *Nicephorus Patricius*, tum *Calocyrus* item Patricius, cognomento *Delphinus*. Hos itidem Imperator Basilius, quanta par erat copia, superato Bosphoro, conferta pugna fudit, vivosque comprehensos. Nicephorum quidem ac Phocæ germanum vinctum in carcerem compegit. *Calocyrum* vero *Delphinum* ibidem ad Chrysopolis tumulum, quo loco fixum tentorium erat, in crucem egit. Hæc summarie ex Leone Diacono, qui *Cometem* anno superiori visum protendisse existimat.

III. Hæc bella civilia pluribus verbis Cedrenus & Zonaras referunt, & Sclerum Magistrum *Bardam Sclerum* vel *Bardam Durum*, Phocam vero *Phocam Bardam* appellant, & Cedrenus de utroque perduelli addit: *ditionem Imperatoris infestando usque ad indictionem VIII. perseverarunt*, quæ Kalendis Septemb. anni Christi CMLXXIX. auspicata est. Tum ait: *Ceterum Antonius Patriarcha, cum Sacerdotio renunciasset Duro rebellionem movente, tum temporis mortuus est: creatusque Patriarcha Nicolaus Chrysobergius, cum per annos quatuor & dimidio Ecclesia Pastore caruisset.* Zonaras ve-

Imperium Orientis per quadriennium bellis civilibus afflictum.

dicebat: Ecce venerande Pater, tribus annis, nocTu, diuque torqueor hoc morbo gravissimo, doloribus maximis, & ineffabili foetore afflictus, quem neque multis unguentis adhibitis, neque vestium frequenti mutatione (septies enim in die mutor) vitare potui. Erat enim morbus (ut beatus dicebat) *.....

* desunt aliqua.

VIII. Eupraxius fit monachus. *Iterum igitur manus beati Nili Eupraxius tenens, lacrymis illas abluendo, ajebat: Miserere mei per Dominum, o imitator Christi Domini, & dignare venerandis hisce manibus tuis me tondere licet omnibus vitiis plenum & inquinatum. Vovi enim Deo fieri monachus. Dixit autem illi beatus Nilus: Non licet tibi viro prudenti & valde perito vulgarium hominum verba sapere atque proferre: omnes enim qui sacro baptismatu sunt insigniti, & illud immaculatum ab omni peccato non custodierint, debent absque voto aliquo iterum suscipere poenitentiæ baptismum, quem pro magna sua misericordia & bonitate Deus hominibus largitus est, divitibus, pauperibus, Regibus, & Principibus, sacerdotibus & pontificibus, & omni animæ quæ voluerit in temporis momentu regenerari, sicut aquilæ juventa, & liberari ab omnibus præteritis peccatis. Quod autem dixisti ut te tonderem: humilis monachus ego sum nullum sacerdotalem gradum adeptus. Hic autem est Metropolita, (aderat enim ibi tunc temporis Metropolita sanctæ Severinæ,) sunt etiam hic Episcopi, & Archimandritæ, ipsi desiderium tuum impleant. Ego enim quid sum ut hoc mihi sumam? Ille vero iterum manus deosculando beati patris Nili orabat illum obtestando, ut hoc opus non demandaret alteri, sed per eum sanctum & Apostolicum habitum susciperet, & mediator & protector sibi esset coram Deo. Victus igitur beatus Nilus lacrymis & precibus ejus, suis manibus ipsum totondit, & induit eum vestibus venerandæ humilitati statutis, eum videlicet qui mollibus & latis vestibus paulo ante induebatur, præsente Metropolita Stephano cum Episcopo Castri, & Præpositis monasteriorum non paucis, & aliis sacerdotibus.*

Aderat & Judæus ille Domnolus medicus, cujus antea mentionem fecimus, spectator omnium quæ fiebant. Qui egressus inde, & quod gestum erat admiratus, dixit illis qui aderant: Vidi hodie mirabilia, quæ olim facta audivi. Nunc vidi prophetam Danielem cicurantem leones. Quis enim unquam potuit huic leoni manus imponere? iste vero junior Daniel & comam totondit illi, & caputium injecit. Et hæc quidem dicebat Hebræus. Eupraxius vero postquam totum angelicum officium peractum fuit in seipso, hortatus omnes ad prandium, cum seipsum composuisset, & accinxisset instar famuli, illis servire satagebat, qui ante multos dies a cubili surgere non poterat, confirmatus virtute sancti Spiritus, & gratia manuum beati Nili. Cum vero imperatum illi esset ut sederet prope ipsum: petiit iterum, ut sibi liceret instar famuli ministrare mensæ, & hoc facto, omnes stupebant præ vigore & promptitudine viri illius, & Deum glorificabant. Post hæc autem cum omnia bona sua pauperibus dedisset & Ecclesiis, & omnibus egenis & domesticis cum aliquid legasset, & servos libertate donasset: tertia die ad Dominum profectus est cum omni contritione & gratiarum actione, fide & spe secura ad illum properans, qui per Prophetam dixit: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat. Hic finis Eupraxii IX.

Obitus Eupraxii præfecti.

PAGIUS vero: *Antonius porro Patriarcha, cum Sacerdotio renunciasset, quod per sex annos tenuerat, ac paulo post obiisset, & Ecclesia annis IIII. cum dimidio vacasset, Nicolaus Chrysoberges est designatus.* Quare Antonius Studita, qui ipso initio anni CMLXXIV. Patriarcha Constantinop. constitutus fuerat, anno nongentesimo septuagesimo nono ineunte abdicavit, & paulo post medium annum nongentesimum octogesimum tertium *Nicolaus Chrysoberges* Patriarcha Constantinop. ordinatus est. Anni enim sex *Antonio* attributi non potuere non esse incompleti, si vera sint quæ Cedrenus & Zonaras de duratione Pontificatus *Nicolai* literis prodiderunt. Ex quibus liquet, perperam Baronium scripsisse *Antonium Studitam* præsenti anno abdicasse, & quoad vixit, ei successorem non datum.

IV. *In eo omnis auctoritas penes Basilium Præsidem.* Hoc itaque anno *Tzemisce* Imp. die decima mensis Januarii morte sublato, ei *Basilius* & *Constantinus* Romani Junioris filii successere, &, ut habet Zonaras, *omnis penes Basilium Præsidem erat auctoritas: idque Basilius* (nempe Imperator) *nondum sibi ipsi fidens tolerabat, &c. ut & ipse cum tempus postularet, in militaribus catalogis, & civili æquitate tuenda rationem eandem sequeretur. Erat enim alacri & excitato ingenio, non dissolutus & ignaviæ mancipatus ut frater.* Narrat postea Zonaras Magistri Bardæ Scleri & Phocæ Bardæ defectiones, de quibus mox locuti sumus.

V. *Michael Psellus Historiam Byzantinam continuat.* *Michael Psellus*, vir ob rerum humanarum & divinarum scientiam sequenti sæculo insignis, Imperatorum Byzantinorum Historiam post Leonem Diaconum usque ad inaugurationem Constantini Ducæ continuavit. Ejus Historia MS. a Combefisio in linguam Latinam versa extat in Bibliotheca Regia. Ex ea ad majorem Annalium Ecclesiasticorum illustrationem varia decerpsi. Ait Psellus Tom. I. cap. 1. *Joannes Tzemiscis excessu rerum summa in Basilium & Constantinum Romani filios plane devoluta est. Erant vero ambo jam ephebis majores, diversissimis moribus. Nam Basilius quidem qui & ætate senior erat, pervigilis erat animi, ac cogitabundus, curisque sollicitus: Constantinus vero cunctis remissus, laxiusque videbatur; quique vitam segnitie duceret, ac vita luxuriosa* ope-

xii, qui precibus Nili ex Saulo Paulus, ex spirante, minas & cædes, factus est fundens lacrymas atque preces, & ex hoste, quem habuit antea Nilum, cupiit habere pro salute suæ animæ protectorem; & ducem ad Deum, quod est feliciter consequutus.

An-

PAGIUS *operam daret. Et ipse quidem haud quaquam visum est, ut ambo simul Imperatores essent; sed quoniam Basilius major natu erat, omni ad se potestate translata, nomine tenus fratrem imperii collegam allegit. Nam neque aliter imperii gubernatio e re satis cessura erat, nisi ille qui major erat, at solertia præstaret, Reipublicæ administratio pleno jure attributa esset.* Spretos a Basilio Imp. viros Eruditos Psellus cap. XVI. affirmat: *quamobrem*, inquit, *etiam mirari subit, quod cum Imperator sic humaniores literas, omnemque in eas diligentiam flocci penderet, haud exiguus per illius tempora Philosophorum ac Oratorum extiterit proventus.* [1]

NOTÆ [1] HOc circiter anno celebrata fuit Synodus quædam Ravennatensis, de qua hæc author coævus Vitæ S. Joannis Abbatis Parmensis vulgatæ a PP. Bollandianis ad diem 22. Maii pag. 179. *Ravennam perrexit*, (S. Joannes) atque *ibi in sancta synodo subter confirmante archiepiscopo cum ceteris coepiscopis decretum in prænominato Monasterio* (S. Joannis Evangelistæ in suburbiis Parmæ) *tali ordine conscripsit, ut si quis unquam ex successoribus suis per pecuniam aut aliunde abbatem constitueret anathematis jaculo feriretur.* Hæc author de Joanne in abbatem jam consecrato a Sigefrido II. qui Parmensem episcopum non citius quam anno 973. adire potuit. Cum autem Joannes iste post administratam abbatiam septennio anno 982. obierit, ut correcto errore qui in acta irrepsit, probant Bollandiani; hinc liquet Synodum Ravennatensem non citius anno 975. nec serius anno 982. celebrari potuisse. De hac Synodo nihil apud Collectores. MANSI

I. Benedictus Papa dat Sergio Eccl. S. Bonifacii.

ANnus Redemptoris nongentesimus septnagesimusseptimus, Indictione quinta incipit, quo Benedictus Papa Sergio Damasci Episcopo, de quo superius dictum est, Ecclesiam S. Bonifacii, sive Alexii (utroque nomine appellata reperitur) tradidit colendam, in qua ipse collegit monachos, & observantia monastica restituta, ubi annis quatuor illic degisset, sancto fine quievit. Est de his testis Inscriptio ad ejus sepulcrum incisa istis versibus in dicta Ecclesia exarata, licet satis pannosa Musa:

Sergius hic recubat Metropolita sepultus,
Qui quondam fuerat Damasci tempore longo,
Numine perductus ad sacra Limina Petri,
Temporibus pii Benedicti Præsulis almi,
Martyris hoc templum cessit, monachosque vocavit,
Cœnobium sancti Benedicti condidit ipse.
Primo qui statuit nostra certamina vitæ,
Quatuor hic annis vixit sub tramite recto.

II. *Anno Incarnationis Domini nongentesimo octogesimoprimo, tertio Idus Novembris, Indict. nona, vixit annis septuagintaquatuor.* Hucusque ibi. Porro tanto auctore & institutore, factus est locus ille domicilium sanctorum virorum, illuc accedentium & proficientium: de quibus inferius acturi sumus.

III. Romualdus eremiticam vitam sectatus.

Eodem anno sanctus Romualdus, ubi triennium exegisset in Classensi cœnobio vitam æmulatus anochoreticam, Marinum virum sanctissimum idem vitæ genus magna excolentem observantia adiit: apud quem adeo profecit, ut suo exemplo viros nobilissimos ac potentissimos ad idem vitæ institutum sectandum attraxerit, & inter alios Petrum Urseolum Ducem Venetiarum, & Joannem Gradenicum æque nobilem Venetum: de quibus ista habet Petrus (a) Damiani, quæ desiderantur apud eos, qui res Venetas stylo sunt prosequuti, rem gestam sic ab exordio petens:

(a) Apud Sur. to. 3. die 19. Jun. cap. 6. 7. 8. 9.

IV. Petrus Urseolus Dux Venet. se abdicans vitam eremiticam amplectitur.

Eodem tempore Petrus cognomento Urseolus Dalmatici Ducatus gubernabat habenas. Qui videlicet ad hujus fastigium dignitatis ideirco pervenerat, quia decessoris sui, Vitalis scilicet Candiani peremptoribus fautor extiterat. Cur autem ille a suis extinctus sit, non ab re esse arbitror, si servato compendio brevitatis exponam. In conjugium germanum Hugonis, magni illius Marchionis acceperat, & æmulatione levi suadente, multos ex Longobardia & Tusciarum partibus milites, profligatis pecuniarum stipendiis acquirebat. Hoc autem Venetiarum incolæ non ferentes, clam ineunt consilium, ut repentino impetu Ducis palatium armati violenter irrumperent, eumque cum omni domo sua in ore gladii absque ulla retractatione necarent. Hujus vero conventiculi conjuratione comperta, Vitalis Dux nocturnis, diurnisque vallatus excubiis hostiles insidias ad nihilum redigebat. Illis autem hac & illa tentantibus, sed ad inceptæ factionis effectum attingere non valentibus, tandem visum est, ut domum Petri, quæ Ducis palatio adjacebat contigua, prius incenderent, sicque modo & Ducem caperent, & universa ejus domestica concremarent. Istius vero rei experiendæ consensum a Petro, qui tunc eorum consilii particeps fuerat, flagitantes, ita inter se pacti sunt, ut pro una ejus domo, quam igne consumerent, totam illius detenti Venetiam subderent, & dejecto illo, quem exosum habebant Ducem, hunc loco ejus protinus subroga-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXV. Anno giræ CCC-LXVII. inchoato die 19. Aug. fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6470.

☉ 6. G. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 977.

BENEDICTI VII. PAPÆ 3.

OTTONIS II. IMP. 5. & 11.

BASIL. & CONST. IMPP. 2.

A.C. 977. I.

ANum. III. ad X. Florebat hoc tempore *Sanctus Romualdus*, qui postea eremiticæ vitæ in Italia restitutor & propagator ac ordinis Camaldulensis fundator fuit. Ejus Vita a Petro Damiani S. R. Ecclesiæ Cardinali sanctitate vitæ conspicuo cum *tria jam fere lustra transacta essent* a morte Sancti Romualdi, scripta, ut ipsemet in Prologo testatur. Tum rursus ab Hieronymo Eremita Camaldulensi, Hieronymo Pragensi appellato, Apostolicis laboribus in fide Barbaris prædicanda clarissimo, annoque millesimo quadringentesimo quadragesimo demortuo, etiam elucubrata. Utramque refert Bollandus ad diem VII. Februarii. *Romualdus* Ravennæ ex illustrissima progenie natus, quod pater inimicum occidisset, tanti reatus pœnitentiam, quia ipse interfuisset, accepit, & monachum induit in monasterio Sancti Apollinaris. In eo triennium fere transegit; sed cum cerne-

S. Romualdus vita eremitica tyrocinium ponit.

garent. Hoc igitur modo Petrus Dalmatici Regni adeptus est principatum. Qui prosecutus est res Venetorum Sabellicus, de his agens, non Vitalem Candianum, sed Petrum id fecisse testatur: Vitalem vero ejus filium fuisse: incendiumque adeo vehemens excrevisse, ut non solum Ducis palatium, sed & sancti Marci basilicam atque Theodori Ecclesiam simul & trecentas privatas domos combusserit.

V. Gradenici pietas. Porro ipsam S. Marci basilicam fuisse ab eodem Petro Urseolo privato sumptu & majore quam antea apparatu restitutam tradit. Quibus peractis, se sponte ab ea abdicarit dignitate, atque secreto cum paucis sui consilii consciis in Gallias profectus, illic usque ad obitum magno nomine sanctitatis vitam transegerit: idem vero vitæ institutum una cum ipso arripuisse Joannem Gradenicum nobilem Venetum, Petrus Damiani æque testatur; qui eo nomine commendatur, quod corpora tyranni atque filii ejus ad macellum allata & canibus projecta, ab oculis populi furentis subtracta, sepulturæ tradendo curavit. Idem vero Petrus cœptam semel de his orationem sic prosequitur, atque de Petro Urseolo Duce creato hæc ait: *Hic postmodum ambitionis suæ voluptate potitus, respectu divinæ gratiæ demum corde compunctus est.*

VI. Guarinus Abbas institutor Romualdi & sociorum. *Quidam tunc venerabilis Abbas Guarinus nomine ex ulterioris Galliæ finibus orationis gratia per diversas mundi regiones peregrinari solitus erat. Hic igitur ad Ducem veniens, ab eo protinus, ut sibi ad evadendi tanti reatus periculum consilium præberet, rogatus est. Itaque accersitis Marino & Romualdo in illis partibus vitam eremiticam excolentibus; hoc sibi communi jubetur sententia, ut sæculum simul cum ipso, quem per nefas invaserat, Ducatum relinqueret, quia alienæ potestatis dominium subjugaverat. Ille homo, Petrus nimirum, in potestate positus, quia conversionem suam manifeste facere ausus non est, tutum putavit hoc utendum esse consilio. Imminente igitur festivitate sancti cujusdam Martyris, & cujus vocabulo basilicam in propria possessione adhuc privatus habuerat, illuc pridie uxorem suam præmisit, ipse quasi mox secuturus, hoc ei præcipiens, ut ornatam Ecclesiæ accuratissimum provideret, & secum venientibus sumptuosas epularum delicias in crastinum præpararet. Ipse autem post conjugem remanens, iis de suis thesauris, quæ videbantur, ablatis, cum quodam suo familiari, Joanne scilicet Gradenico, qui prædictæ conjurationis conscius fuerat, & cum tribus illis beatis viris, quos præmisimus, Guarino, Marino, & Romualdo navem ascendit, deinde in Galliam ad monasterium Abbatis Guarini magnus Conversus aufugit.* At cum vir potestatem non habeat (ut docet (a) Apostolus) sui corporis, donec vixerit conjux ejus; quod adeo in Ecclesia vulgatum, haud est verisimile ignorasse tres illos sanctissimos viros, qui hoc ipsi faciendum suaserunt, nec qui eorum consilio paruit Petrus Urseolus: ideo dicendum videtur ad excusationem aliquid intercessisse ex causis illis, quibus præviis, quod fecit, jure facere potuisset.

(a) 1. Cor. 7.

VII. Commemorationis in Eremo eorundem ratio. Quomodo autem profecti simul in Gallias secuti Guarinum, haud longe ab ejus monasterio vitam egerint anachoreticam quatuor isti, Petrus Urseolus, Joan. Gradenicus, Romualdus atque Marinus, victumque sibi labore manuum comparantes magna austeritate carnem domuerint, illicque peregerint plura annorum curricula; atque demum jam vita bene perfuncta Petrus Urseolus migrarit in cælum; Guarinus vero atque Joannes, Marinus & Romualdus sint reversi in Italiam eodem, a quo impulsi fuerant in defectum, monente Spiritu: fusius narrat idem Petrus Damiani in Romualdo, quem consulat, qui ista copiosius cupit. Illud vero non tacendum, quod Urseolus filio ad invisendum in Gallias venienti futura prædixit (b) ait enim: *Hunc Petrum Urseolum filius ejus sibi æquivocus, vir valde secundum sæculum prudens aliquando visitavit: cui pater, nescio utrum prophetiæ spiritu, seu*

(b) Apud Sur. to. 3. die 19. Jun. c. 9.

PAGIUS neret, nonnullos remissius vivere, & perfectionis amor in ejus animo magis ac magis in dies cresceret, venit in Venetiarum partes ad *Marinum* Eremitam magnæ sanctitatis ac simplicitatis virum. *Eodem vero tempore Petrus cognomine Urseolus, Dalmatici Ducatus gubernabat habenas. Qui videlicet ad hujus fastigium dignitatis ascendere idcirco meruerat, quia decessoris sui, Vitalis scilicet Candidiani peremptoribus fautor extiterat.* Hæc omnia Petrus Damiani, cujus reliqua verba recitat Baronius.

II. Mabillonius Sæc. V. Benedict. refert Vitam beati *Petri Urseoli* Ducis Venetiarum & Dalmatiarum, ac Monachi Sancti Michaelis de Coxano in Catalania, quæ scripta fuit ab Anonymo incertæ ætatis, ac saltem sæculo integro post Urseoli mortem. In ea nonnulla sunt, ut observat vir doctissimus, quæ a Petri Damiani sensu discrepant, multa etiam prætermissa, quæ ab illo commemorantur: ut Petri Urseoli famæ consulturum se putaverit Auctor iste Anonymus, si prava quædam ejus opera dissimularet: qua tamen in re rerum Veneticarum scriptores nonnullos sectatores habuit. Illud autem imprimis movet, quod Petri Urseoli decessorem Vitalem Candidianum vocet Petrus Damiani præter receptam alio-

B. Petrus Urseolus Dux Venetiarum fit Monachus.

seu revelatione aliqua quæcumque sibi essent eventura prædixit : Novi (inquit) fili mi, proculdubio, quia Ducem te constituent, & prosperaberis. Tu tantummodo satage, ut & Ecclesiis sua jura conserves, & erga subditos alicujus amore vel odio a justitia non declines. Hæc Petrus Damiani.

VIII. Quæ autem, dum in Galliis viri isti sanctissimi morarentur, contigerint de admiranda Olibani Comitis conversione, sic accipe ab eodem auctore (a): *Alius quidam Comes Olibanus nomine, in iis Galliarum Aquitaniæ partibus, sub cujus jure monasterium prædicti Guarini Abbatis fuerat positum, qui sublimi quidem culmine terrenæ potestatis erectus, sed multis erat peccatorum molibus aggravatus. His aliquando Romualdum gratia visitationis adiit, & cæteris extra cellulam manentibus, solus cum solo gestarum suorum seriem narrare, quasi per confessionem cœpit. Cui vir venerabilis, his quæ ab eo referebantur auditis, respondit, eum aliter salvari non posse, nisi mundum relinquens, ad monasterium convolaret. Comes autem mox mente turbatus, ait, quia sui spirituales viri, qui ejus acta cognoscerent, nequaquam ita sentirent, neque tam intolerabilem rem sibi aliquando suaderent.*

(a) *Idem cap. 13. & 26.*

Olibani comitis conversio.

IX. *Adscitis itaque Episcopis & Abbatibus qui secum venerant, cœpit in commune perquirere, si ita res, sicut Dei servus testabatur, se haberet. Illi autem beati Romualdi sententiam omnes unanimi voce confirmant; se vero Comiti hactenus non dixisse terrore constricti excusant. Tunc Comes semotis omnibus hoc cum beato Romualdo secreto valde consilio pepigit, ut ad Cassinum montem sub prætextu orationis pergeret, & in monasterio sancti Benedicti divino se servitio irrevocabiliter manciparet.* Et inferius: *Olibanus autem Comes sua relinquens filia, cum multa divitiarum copia, quindecim scilicet onustis thesaura sagmariis, comitantibus eum Guarino & Joanne atque etiam Marino, ad beati Benedicti se monasterium contulit, & vale dicens his, qui secum venerant, nihil tale de eo usque tunc suspicantes, multis gemitibus, & amaris fletibus se affligentes, ad propria remeare coegit, &c.* Hæc eadem de Olibano Comite habentur in Chronico (b) Cassinate a Leone Ostiensi Episcopo inscripto.

(b) *Leo Ost. Chr. Cass. lib. 2. cap. 19.*

X. S. Rudesindi obitus.

Hoc eodem anno, die prima Martii ex hac vita in cœlum migravit S. Rudesindus Compostellanus Episcopus, cujus res præclare gestæ ab Ordonio scriptæ extant, ex quo (c) Ambrosius Morales, pleraque de ipso, sed summatim per-

(c) *Amb. lib. 26. cap. 36.*

PAGIUS aliorum omnium sententiam, qui communi ore, non *Vitalem*, sed *Petrum Candidianum* eum appellant: Vitalem vero Petri Candidiani filium Urseolo substituunt. Qua in re, sicut & in quibusdam aliis, Anonymus a Petro Damiano dissentit, Anonymus enim asserit *Urseolum* fugam meditantem ambobus filiis, Joanni ac Petro, Venetiarum & Dalmatiæ Principatum asseruisse, quod stare minime potest. *Petro & Joanne Gradenico Monachis in Sancti Michaelis cœnobio factis, Marinus & Romualdus non longe a monasterio degentes, ad singularem vitam, cui adsueti fuerant, revertuntur,* inquit Petrus Damiani. Positum illud monasterium Sancti Michaelis, vulgo *de Coxano, seu Cuxano, & Coxanense* appellatum, in Catalaunia juxta fluvium Tethim, vulgo Le Ter. Sed, ut hic tantum de Petro Urseolo verba faciam, *eductus a cella noviciorum, monachizatur, & cucullato capite incedens, videbatur omnibus esse justitiæ speculum. Fit mortuus vivens inter vivos, fitque mortuus ad exemplum vivificator, fitque lanigeris cilicicista,* inquit idem Anonymus, qui fuse de ejus virtutibus differit, atque mortuum *IV. Idus Januarii, jam reddito fructu XIX. (annorum)*, anno nempe incerto, sed circiter anno CMXCVII. Petrus Urseolus miraculis illustris prædicatur a quibusdam, & a nonnullis Sanctus vel Beatus dicitur.

III. *Moritur S. Rudesindus Ep. Dumiensis.*

Ad num. X. & seq. Stephanus Cellæ-novæ Monachus in Vita Sancti Rudesindi Episcopi Dumiensis, de quo supra mentionem fecimus, num. XI. ait: *Quadragesimo secundo anno ab initio, quo cœnobium cœpit ædificare, septuagesimo autem post ejus sanctam in monte Corduba promissionem, ex quibus decem in Episcopatu, viginti vero in Abbatia exegit, die Kalendarum Martii, quinta videlicet feria* (ideoque hoc Christi anno, quo feria quinta in diem primum Martii cadebat) *existente Completorii hora, adstantibus omnibus de ejus absentia valde plorantibus, sed de ipsius felici gloria lætantibus, Rege Ramiro, Sancii Regis filio imperante, cum Sanctorum agmine immarcescibili trabea, & indeficienti corona a remuneratore omnium bonorum feliciter in gloria est coronatus.* Refertur ejus Vita ab Henschenio ad diem primum Martii, & a Mabillonio Sæc. V. Benedict. & ille legendum monet ex Hispanico, *Septuagesimo anno post ejus nativitatem.* Præterea pro *decem in Episcopatu*, restituit *triginta duo*. Sedes Dumiensis prope Bracaram sita erat, ubi Sanctus Martinus quondam Episcopus fuit; sed vastato Dumiensi loco alio confugere successores ejus, & *Rudesindus* in Cellam-novam ab se conditam se recepit; ubi monasticis addictus disciplinis post Franquillæ mortem Abbatis munus Episcopali conjunxit. Ejus genere nihil illustrius, patrem enim habuit a Regia stirpe progenitum, & matrem Ilduaram, vulgo *Aldaram*, non minus pietate, quam natalium splendore illustrem.

IV. *Inter Sanctos relatus.*

Baronius Ambrosium Moralem secutus, *Ordonium* Monachum Rudesindi Vitæ Auctorem appellat, & quidam viri docti librum de Vita ejus conscriptum Ordonio, alterum de Miraculis Stephano Monacho, qui sæculo XII. vixit, attribuunt. Verum Henschenius laudatus unum eundemque Auctorem Vitam, & miraculorum saltem priorem partem scripsisse existimat, idque Mabillonius ex Prologo ostendit, ubi Auctor quædam ait, se tum ex scriptis aliorum, tum ex alieno relatu accepta in literas re-

perstricta, in Chronicis habet, & ex condito ab eo pio valde ante obitum testamento pauca ista ejus principii ita reddidit, ex quibus cætera meditetis.

XI. *Suscipe quæso Domine humillimam precem tui licet indigni famuli Rudesindi, prolis Guterrei & Ilduardæ, & da in corde meo vota, quæ suscipias, & da in ore verba, quæ compleas, & da in manibus meis opera, quæ complenda approbes, atque operata justifices, &c.* Relatus est autem inter Sanctos, publicæque venerationi omnium Christianorum expositus ab Apostolicæ Sedis Legato Hyacintho S. R. E. Cardinali anno Redemptoris millesimo centesimo quinquagesimosexto sub Alexandro Papa Tertio, quæ cuncta factus ipse postea Pontifex, nominatusque Cœlestinus Tertius confirmavit, atque ea, quæ ad solemniores ritus defuissent, explevit.

An-

PAGIUS retulisse. *Rudesindum* ob vitæ innocentiam, res præclare gestas, ac miraculorum frequentiam Sanctorum Catalogo adscripsit Cælestinus Papa III. anno Christi MCXCV. In Bulla Canonizationis meminit Pontifex libri de rebus a Rudesindo gestis: quem asserit se legisse, *cum in inferioribus constitutus negotiis, Sedis Apostolicæ in Hispaniarum regnis Legati titulo fungeretur*, tunc Cardinalis Hiacynthus nomine, missus ab Alexandro III. Pontifice, anno Christi MCLXXI. ad sopiendas quasdam controversias. *Rudesindum* celebrant Martyrologia, non solum Benedictina, quia is Regulam S. Benedicti professus est; sed etiam Hispanica. De hoc Sancto Antistite plura apud Henschenium & Mabillonium laudatos.

1. Annus sequitur Redemptoris nongentesimus septuagesimusoctavus, Indictione sexta, quo Otto Imperator offensionem passus a Lothario Francorum Rege, eum persequitur usque (a) Parisios. Quid autem tum accidit insequentes hostes pari, cum S. Vuolfgangi Episcopi Ratisponensis precibus transissent sui exundans flumen illæsi, auctore accipe, qui tunc vivebat, & ejusdem Sancti intimus erat: *Cum (inquit) Otto Secundus Imperator ob illatum ipsi injuriam Francium hostili animo & manu ingressus Lutetiam usque pervenisset: in reditu, ad fluvium quemdam pervenere, cujus aquæ intumuerant, ita ut multi illic mergerentur. Ubi autem beatus Antistes cum suis eo pervenit, tum præsenti periculo commotus suspexit in cœlum, & tum sibi, tum suis bene precatus atque benedicens, jussit suos incunctanter transire flumen. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis interim a tergo acriter instantibus, ille primus in nomine Domini (quod semper in ejus versabatur ore) fluvium ingressus suos animavit. Nec quisquam eorum ullum expertus est periculum. Tunc vero omnes* in Ann. Eccl. Tom. XVI.

(a) Lamb. Chron. hoc anno. & Sigeb. eod. anno.

H h 2 id

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXVI. Anno Hegiræ CCCLXVIII. inchoatu die 8. Aug. fer. 5. A.C. 978.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6471.

☉ 7. F. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 6,

JESU CHRISTI 978.

BENEDICTI VII. PAPÆ 4.

OTTONIS II. IMP. 6. & 12.

BASIL. & CONST. IMPP. 3.

I. *Dissidium inter Ottonem II. & Lotharium Regem Franciæ occasione Lotharingiæ.*

AD num. I. Anno CMLVII. cum *Bruno* Coloniæ Archiepiscopus, & Lotharingiæ Dux, *bonis Ragenarii Comitis*, ut narrat Sigebertus in Chronico, *publicatis*, *Raginarium & Lambertum ejus filios ad Lotharium Regem fugere* compulisset, & post aliquot annos Otto Magnus, vivendi finem fecisset, Raginarius & Lambertus *paulatim resumtis viribus a Francia redeuntes cum Garnero* (Valentinianensi) *& Rainardo* (Remensi), *bello apud Peronam confligentes*, (eosdem) *peremerunt, castello Buxuda* (quod anno CMLXXIV. ab Ottone II. dirutum fuit,) *super Hagua fluvium munito, Lotharingiam infestarant*; Hadevidem Hugonis Capeti Francorum Ducis, ac exinde Regis filiam, & Gerbergam Carolo Lotharii Regis Francorum fratre natam duxerunt, annoque CMLXXVI. teste Continuatore Flodoardi *in ipso Quadragesima* (sc. tempore) *majoris hebdomada feria quarta, XIII. Kal. Maii indictione IV. circa mediam diem, adversus Godefridum & Arnulfum* (Comites) *ad montem castrum irruerunt*. Novorum turbinum metu anno CMLXXVII. teste eodem Sigeberto, *Ducatus Lotharingiæ Carolo fratri Lotharii Regis multis insuper beneficiis conducto ab Ottone secundo, ut ipse ab insolentiis desisteret & fratris sui motibus obsisteret, datus est; ipsique Raginaris filii Raginarius & Lambertus in terra patrum suorum collocati sunt*. Quod etiam Nangius ex Baldrico lib. 1. cap. 108. tradit.

II. *Bellum inter Ottonem II. & Lotharium Regem.*

Veritus *Lotharius* Rex, ne quid Francica Respublica detrimenti ex fratris cum Ottone conjuratione caperet, *Ludovicum* filium duodecennem, Regem salutari jussit; quod vel ex Gerberti Epistolis, & Chartis annum Ludovici primum, cum Lotharii patris XXIV. Christi CMLXXVIII. indictione VI. componentibus, evincitur; ac exinde injoriæ obviam ire paratus, *Lotharingiam* armatus invasit, Aquisgranum per triduum *diripuit* (Hermanno Contracto, Lamberto, Sigeberto, Nangio, Hepidanno, & Chronographo Hildensheimensi testibus), Ottonem consobrinum & sororium fuga sibi consulere coegit. Is autem *ad vindictam properans, post recessum Lotharii cum copioso exercitu per Lotharingiam Franciam ingressus, & Remensem, Laudunensem, Suessionensemque, provincias omnia devastando pertransiens, usque Parisius venit, & suburbium civitatis incendit, in Francia a Kal. Octobris usque ad Kal. Decembris fines ejus diversa clade vastavit*, inquit idem Nangius. Atque Lotharius *congregato ingenti exercitu super hostes irruens, eos fugere compulit*, (in Axone transitu) *maximo detrimento* affecit, eosdemque *tribus diebus & tribus noctibus persequens usque ad flumen quod fluit inter Ardennam* (nempe Mosam) *interfecta ex iis maxima multitudine cum triumpho reversus est in Franciam. Otto autem Imperator cum his, qui evaserant, confuse repatrians, non apposuit ultra redire in Franciam*, ait idem Nangius. Tunc autem contigit illud miraculum, quod Baronius in hac expeditione in gratiam Ottonis factum fuisse a S. Vvolfango Episc. Ratisponensi, ex Auctore ejus Vitæ narrat.

III. *Lotharingia Ottoni II. in beneficium data.*

Anno tandem CMLXXX. *Ottonem Imp. & Lotharium Regem super Carum fluvium convenientes, datis invicem sacramentis pacificatos, Lotharingiamque a Lothario abjuratam* refert Sigebertus. Nangius vero ex Hugone Floriacensi, non *super Carum*, sed *Remis pacificatum*, non *abjurasse*, sed *in beneficium Lotharingiæ Ducatum Ottoni dedisse* Lotharium, *id contra Principum regni voluntatem* factum, *magis eorum corda contristavisse* scribit.

IV. *Francorum odium in Carolum Lotharingiæ Ducem ardent.*

Porro ab hoc Christi anno Franci a Carolo Lotharingiæ Duce, ejusque posteris valde alienati sunt, eoque magis, quo pervicaci per annos decem contumacia eos fatigavit; indeque *Ludovico* Francorum Rege, hujus nominis V. demortuo, universos a se alienos sensit, & illatæ injuriæ severos judices expertus est. *Nam Franci Primates eo relicto, ad Hugonem, qui Ducatum Franciæ strenue tunc gubernabat, magni illius Hugonis filium, cujus ante mentio facta est, se conferentes, eum Noviomo civitate solio sublimant Regem*, inquit Chronographus sancti Benigni. Hoc ipso anno,

id admirantes, præ gaudio in Dei laudes eruperunt. Sed vir humillimus, ne id in publicum efferrent, obnixe eos rogavit. Hæc auctor. Porro eam partem exercitus, quæ insequebatur Ottonem, male periisse apud flumen (a) Aimoinus habet.

(a) *Aim. lib. 5. cap. 44.*

II. Eodem (b) anno, ut antiqua Anglicanæ Ecclesiæ monumenta docent, Eduardus Rex Angliæ insidiis sceleratæ novercæ occiditur, ut ejus filius Ethelredus puer annorum decem Regnum consequi posset. Porro ita innocentissimus Rex necatus, miraculis coruscans cultus est ab Angelis ut martyr. Extant (c) Acta necis & miraculorum ejus ab incerto auctore conscripta, in quibus tamen diversa afferuntur de tempore necis ejus: nam afferentibus aliis, eum hoc anno cæsum, ille ponit necatum esse anno Domini DCCCCLXXXI. Porro tragœdiam tantam, quomodo se habuerit, sic accipe brevitate restrictam: *Cum Rex Eduardus die quadam in venatione lassus, & siti nimis affectus potum solus quæreret, commilitonibus suis & ministris carens, quocumque casus duceret insequentibus, audito quod noverca ejus & frater in villa quadam, quæ Cornesgate dicitur, habitarent: concito equitatu illuc pertendit, nihil sinistrum propter innocentiam suspicans, sed aliorum corda ex sui pectoris moderamine ponderans. At noverca ejus blandis eum sermonibus advenientem alliciens, sibi fecit intendere. Et post oscula sibi porrecto poculo, Regem illud avide haurientem per lictoris manus sica transfodit. Rex vero cum se vulneratum lethaliter cognovit, equum calcaribus urgere cœpit, ut rediret ad suos, exundante jugiter cruore, unde suæ mortis indicium se quærentibus dedit, in terram cecidit. Tunc Ælfrethe mulier illa nequissima ejusque filius Ethelredus corpus sancti Eduardi Regis & martyris sine honore apud Warham sepeliri jusserunt, publicam lætitiam agentes & festivam, ac si cum corpore pariter & memoriam sepelissent. Invidebant enim mortuo Ecclesiasticam concedere sepulturam, cui viventi decus regium auferebant.*

(b) *Append. ad Bed. de gest. Ang. lib. 2. cap. 12. Flores hist. Mat. Westmonast. hoc anno.*
(c) *Apud Sur. tom. 2. die 18. Mart.*
S. Eduardus in Sidiis Novercæ necatur.

III. *Sed affuit divinæ commiserationis consensus, qui innocenter cæsum miraculorum gratia sublimavit. Nam adeo cœlestia ibidem visa sunt delapsa fuisse luminaria, ut etiam cum ipsis luminum radiis, claudis restituerentur gressus, cæcis visus, mutis loquela, & cujuscumque infirmitatis livore detenti optatæ sanitatis præmia consequerentur. Fit concursus populorum totius Regni ad Martyris sepulturam, & inter alios, interfectrix illuc iter arripuit. Jamque equum ascensum cum stimulis urgeret, qui antea ventis promptius auras ipsas præcurrerat, & dominam urgenter quasi effrænis portare assueverat: tunc Dei nutu stabat immobilis, præcipue cum ministri hinc verberibus, illinc clamoribus equum undique & stimulis agitarent. Inanis labor assumitur, dum equo mutato, casus idem subsequitur. Tunc Elfdrithe, viso Dei miraculo, mire pœnituit, adeo ut multis annis carnem suam in deliciis enutri-*

PAGIUS

no, quo Otto II. Franciam invasit, Gerbertus Diederici Metensium Episcopi nomine Epistolam ordine XXXI. adversus Carolum scripsit, in qua ait: *Cruenta manu & ad omne scelus semper promptissima, cum latronum grege & furum manipulo, dum fratri tuo nobili Francorum Regi* (Lothario nempe) *Laudunum civitatem suam, inquam suam, nunquam utique tuam, dolo malo surriperes, eumque regno fraudares, & Imperatricem sororem regnique sui consortem infamares, tuisque mendaciis commacularet?* Paulo post: *Abhinc nisi resipiscas Spiritus sancti gladio, qui mihi commissus est, cum tibi computribilibus membris rescindam, atque igni tradam inextinguibili.* Plura alia hanc in rem Blondellus in Pleniori Assertione Genealogiæ Francicæ pag. 265. & seqq. quæ ad majorem sequentibus annis dicendorum evidentiam narranda nobis fuere.

V. Ad num. II. & seq. Sanctum *Eduardum* Angliæ Regem jussu novercæ suæ hoc anno a suis injuste peremptum, non solum uterque Chronographus Saxonicus tradit; sed etiam Simeon Dunelmensis, Hovedenus, Wigorniensis, Annalista Mailrosensis, & Thomas Rudbornus in Historia Majori Wintoniæ, characteribus, ex Actis publicis, ut videtur, desumptis iisdem fere verbis confirmant. Sufficiet hic referre verba Simeonis de *Ethelredo* Eduardi fratris successore loquentis: *Indictione VI. die dominica, XVIII. Kalendas Maii, post Paschalem festivitatem a Sanctis Archipræsulibus Dunstano & Oswaldo, & decem Episcopis in Kingestune ad regni fastigium est consecratus*, ideoque hoc Christi anno, in quem notæ illæ temporariæ competunt. Subdit Annalista Mailrosensis, *XXX. & VIII. annis in multis calamitatibus regnavit, pro fratris sui nece.* Quare cum *Ethelredus* anno MXVI. perierit, regni ejus initium a præsenti anno repetendum, non vero a sequenti, in quem Alfordus Malmesburiensem errantem secutus, Sancti *Eduardi* martyrium differt. Martyrii ejus dies, nempe XV. Kal. Aprilis, in variis Martyrologiis a Bollando ad eum diem in ejus Vita laudatis legitur, sicuti in Chronico Saxonico nuper Oxoniæ edito, ac in Chronico Bromptoni pag. 874. Sanctus Eduardus vulgo *Martyr* cognominatus, inter Angliæ Reges hujus nominis secundus numeratur.

S. Eduardus Angliæ Rex occiditur.

VI. Narrat autem Malmesburiensis citatus novercam Eduardi ei insidias struxisse, & dum lassus venatione reverteretur, eam *post libata basia* poculum porrectum avide haurientem per satellitem sica transfodisse, ac sine honore sepeliri jussisse. *Sed adfuit divinæ serenitatis assensus*, subdit Malmesburiensis, *qui innocentem cæsum miraculorum sublimaret gloria.* Paulo post: *Creditumque & celebriter vulgatum, quod propter ejus in Edwardum insolentiam, multo post tempore tota patria servitutem in-* fre-

Ei succedit Ethelredus frater.

tritam apud Vourenvellam cilicio domaret, sola prostrata somnum caperet, & cruciatus quascumque potuit corpori applicaret. Aelferius quoque ille de quo supra meminimus, quod monachorum monasteria destruxisset, de culpa anxie pœnitens sacrum Regis corpus de loco ignobili transferens, apud Sceptoniam digno honore locavit; sed nec sic dignam ultionem effugiens, post unum corpus ejus totum vermibus dicitur esse consumptum. Hæc ibi. Reliqua anno sequenti.

IV. Eodem tempore Carolus Dux Lotharingiæ frater Lotharii Regis pugnans adversus Hermenfredum occupatorem rerum Ecclesiasticarum, accepit ab eo corpus sanctæ Gudilæ virginis & Bruxellas intulit: invasores autem possessionum illius & descendentes hæredes divina vindicta jugiter est prosecuta, ut omnes miserando vitam finirent interitu. Hæc ex (a) appendice ad res gestas ejusdem Sancti.

(a) *Apud Sur. die 8. Jan. to. 1.*

An-

PAGIUS *fremuisset barbaricam*, quod scilicet a *Danis*, ut infra videbimus, devastata fuerit. Porro sanctus Eduardus *Martyr* appellatur, etiamsi pro Christianæ religionis fide non obierit, sicut & Sanctus *Eduardus* Rex, ejus ex fratre Ethelredo nepos, *Confessor* dicitur, licet coram fidei hostibus fidem Christi professus non sit quod usus ita tunc ferret. Idem Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Reg. c. 10. scribit: *Ethelredus filius Edgari & Elfreda regnum adeptus, obsedit potius quam rexit annis XXXVII. Ejus vitæ cursus sævus in principio, miser in medio, turpis in exitu asseritur. Ita parricidio, cui conniventiam adhibuerat, immanis, ita fuga & mollitie infamis, ita morte miserabilis fuit.*

VII. *Miser status Angliæ per annos amplius LX.* Ingulphus juxta novissimam Historiæ ejus editionem Oxoniæ factam pag. 84. quam miserandus status Angliæ fuerit sub S. Eduardi proximis successoribus his verbis exponit: *Rex Ethelredus, filius Edgari Regis post S. Eduardum Regem & tandem Dei Martyrem, germanum suum, miserrime regnavit annis XXXVIII. Tempore cujus Danorum exercitus totam Angliam plurimum tribulabant, & Ecclesias ac cœnobia in immensum opprimebant. Perdurabatque tanta tribulatio per plures annos sequentes, scilicet per tempora quatuor Regum idest, ipsius Ethelredi, Knuti, Haroldi, & Hardekanuti*, qui mortuus anno MXLII. S. Eduardum Confessorem habuit successorem.

VIII. *Translatio S. Gudilæ.* Ad num. IV. Cum locus sepulturæ S. Gudilæ Virginis, quæ anno circiter DCCXII. in Belgio vixit & mortua est, crebris miraculis emiteret, Reliquiæ ejus Morzelam, Brabantiæ vicum, ut tradit Miræus, & Morzela vastata Bruxellam translatæ fuere, uti docet Hubertus, qui ejus Vitam post annum MXLVII. scripsit a Bollando ad diem VIII. Januarii recitatam. In ea cap. X. dicitur, Carolum *filium Lotharii* Regis Francorum, cum Auctor dicere debuisset, *Lotharii fratrem*, Bruxellam venisse, & corpus S. Gudilæ in Ecclesiam S. *Gaugerici* quæ Bruxellæ etiamnum extat intulisse. In alia Vita *hujus* Sanctæ ab Auctore Anonymo elucubrata, & a *Surio* ad eandem diem relata, quam solam vid務 Baronius, legitur, *Carolum* voluisse Ecclesiæ Morzelensi ablata restitui, sed id consequi non potuisse, impeditum ab iis, qui *Hermenfrido* favebant. Cum tamen Hermenfridus, ejusque complices retinuissent, quas invaserant terras & corpus S. Gudilæ Carolo dedissent, is illud in Ecclesiam S. Gaugerici Bruxellas deferri jussit. Quo anno hæc Translatio peracta fuerit, incompertum.

JESU CHRISTI ANNUS	BENEDICTI VII. PAP. ANNUS	OTTONIS II. BASIL. & CONST.	6. 4. IMPP.
979.	5.		

I. S. Dunstani vaticinium. ANnus Redemptoris nongentesimus septagesimusnonus, Indictione septima sequitur, cum Kalend. Maii die Dominica a sanctis Archiepiscopis Dunstano Cantuariensi & Osuvaldo Eboracensi & aliis Ecclesiæ Episcopis Ethelredus puer decennis Rex coronatur. In qua coronatione S. Dunstanus prophetiæ afflatus spiritu hæc ad Regem: *Quoniam aspirasti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua; propterea audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua, sæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de semine tuo, quousque Regnum tuum transferatur in Regem alienum, cujus ritum & linguam gens, cui præsides, non novit: nec expiabitur, nisi longa vindicta peccatum tuum & peccatum matris tuæ, & peccatum virorum illorum, qui interfuere consilio ejus nequam. Post hanc Dunstani viri Dei*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXVII. An. Heg. CCCLXIX. inchoato die 29. Julii fer. 3. A.C. 979.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6472,

☉ 8. E. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 979.

BENEDICTI VII. PAPÆ 5.

OTTONIS II. IMP. 7. & 13.

BASIL. & CONST. IMPP. 4.

I. S. Eduardus Angl. Rex anno superiori occisus. AD. num. I. & seq. S. *Eduardus* Angliæ Rex nefarie occisus est anno superiori, ut ibidem vidimus. Baronius, qui ejus Martyrium in annum præcedentem contulit, ait *Ethelredum* fratrem ejus puerum decennem *Kal. Maii die dominica* a S. Archiepiscopis Dunstano Cantuariensi & Osvvaldo Eboracensi coronatum fuisse. Verum Kal. Maii hoc anno in feriam quintam inciderunt. Simeon Dunelmensis Eduardi Martyrium cum superiori Christi anno etiam alligat, sed Ethelredum eodem anno XVIII. Kal. Maii coronatum tradit, quod melius procedit; cum is dies anno superiori dominicalis fuerit. Eundem diem Vigorniensis exhibet, ideoque numerus XVIII. ante Kal. Maii apud Westmonasteriensem a Baronio citatum a Librario omissus. [1]

II. Concilium de causa Clericorum & Monachorum Angliæ. Ante & post mortem *Edgari* Regis magna inter Proceres Anglorum contentio fuit de ejiciendis Monachis ex Ecclesiis, in quas introducti fuerant, & de reducendis in easdem Presbyteris sæcularibus, quos Clericos vocant. In Synodo Calnensi (erat Calne vicus Regius) *Dunstanus* a Monachis fortiter sterit, aliique in ejus sententiam concessere, ut narrat Baronius ex Vvestmonasteriensi: & refert etiam Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 9. qui tamen hoc Concilium, sicut & Hovedenus vivente adhuc Edgaro Rege congregatum credidit.

III. Piligrinus Archiep. Laureacensis Hungarorum conversioni incumbit. Ecclesiam Laureacensem regebat hoc tempore Pilgrinus & Piligrinus electus anno Christi CMLXXI. Is Pallium a Benedicto Papa petiit, literis a Lambecio lib. 2. Biblioth. Cæsareæ pag. 641. & seqq. recitatis, se seque excusavit a personali accessu ad SS. Petri & Pauli limina, quia, inquit, *a neophyta Ungrorum gente huc ire prohibeor, apud quam fœdere pacto, sub occasione pacis fiduciam sumsimus operam exercere prædicationis. Cujus enim terror gentis ex longo tempore etiam aliarum provinciarum prædicatoribus meæ diœcesis hactenus aditum clausit, ad quas nihilominus præsentis opportunitas temporis ire me voca-*

NOTÆ [1] ANno isto Synodus Engelenheimensis sub Ottone II. celebrata fuit, & in ea agitata causa Monachorum Malmundariensium & Stabulensium. Duo erant insignia cœnobia a S. Remaclo Tungrensi episcopo constituta, qua de re nos in Nota ad A. 651. 9. ambo vero uni eidemque abbati parebant. Cum autem hæc Monasteriorum sub uno Stabulensi abbate conjunctio incommoda esset Malmundariensibus, divisionem & duplicis abbatis electionem tentarunt, quod tamen illis negatum fuit Synodi Engelenheimensis sententia, & diplomate Ottonis, quo judicium Synodale confirmavit. Datum est illud *II. Nonas Junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXX. indictione VII.* (legendum DCCCCLXXXIX. ut patet ex Indictione & annis Imperii Ottonis) *anno vero regni secundi Ottonis XIX. imperii autem XIII.* In eo vero Imperator sequi se asserit consilium *omnium in eadem Synodo Episcoporum, maxime* Willigisi Moguntini, Deoderici Metensis, & Notgeri Leodiensis. Ejusdem sententiæ & Synodi tempore *divæ memoriæ Ottonis II.* habitæ interventu *viginti Episcoporum* meminit Fridericus Coloniensis archiepiscopus in suo Diplomate dato anno 1128. indictione VI. Extat utrumque Diploma in Collectione Veter. Mon. Marteni tom. I. col. 50. & 88. De hac Synodo nihil in Collectionibus. Denique unam eandemque Synodum censeo, ac Synodum illam Engelheimensem cujus meminit Theodericus Monachus, author coævus, in historia inventionis corporis S. Celsi Episcopi Trevirensis, quæ Treviris anno 978. peracta est. Ita enim ille Capit. II. *Non multo post* (ab inventione S. Corporis, altero nempe anno) *corrogata est imperiali edicto solemnis Synodus episcoporum, atque abbatum, patrum videlicet Belgica, necnon Germania apud regale Palatium, quod barbarico vocabulo Engilenheim vocatur, in qua nonnulla ecclesiastica militati necessaria, sacrorum canonum præviante authoritate dulciter sunt promulgata, atque successura posteritati inviolabiliter observanda indicta. Cui necessarium interfuit Treverica Ecclesia Metropolitanus benignus Ekbertus.* Addit in eo Concilio decretum fuisse solemnem S. Celsi translationem. MANSI

Dei prophetiam nubes per totam Angliam nunc sanguinea, nunc ignea visa est, &c. Hæc Matthæus Westmonasteriensis hoc anno: Eadem de S. Dunstani prophetia habet, aliis licet verbis, Osbertus in Dunstano, & qui martyrium ejus descripsit.

II. Synodus Calnensis. Porro cum adhuc idem Rex puer esset collectum est Concilium Calnæ, cum clerici adversus sanctum Dunstanum reclamarent ob pulsos ipsos, & subrogatos loco ipsorum monachos. De hoc conventu ista apud eumdem Matthæum Westmonasteriensem: *Alia Synodus Calnæ constituitur, ubi cum in cœnaculo, absente Rege propter imbecillem ætatem, considentibus totius Regni Senatoribus magno conflictu hinc inde allegantium res ageretur, & Dunstanum quasi Ecclesiæ murum multorum jacula conviciorum impeterent, nec vincerent: solarium subito totum, quo considebant, cum axi-*

PAGIUS *cavit. Quibus Deus Omnipotens, qui solita sua pietate semper dispersa congregat, aperire dignatus est januam cordis sui diu clausum, ut discisso velamine duritia sua depositaque ferina crudelitate, leni jugo Domini colla submittant. A qua ergo præfata Ungrorum gente multis precibus ipse invitabar venire, aut missos meos in opus Evangelii illuc dirigere, ad hoc dum transmitterem satis idoneos viros ex Monachis, canonicisque Presbyteros, atque de singulis Ecclesiasticis Gradibus Clericos, & vita & omni conversatione illorum sic ordinatu, quemadmodum in Gestis Anglorum didici, tantum divina gratia fuit institutionibus fructum statim ministravit, ut ex iisdem nobilioribus Ungris utriusque sexus Catholica fide imbutos, atque sacro lavacro ablutos, circiter quinque millia lucrarentur.*

IV. Hungari ad fidem Christianam suscipiendam dispositi. *Christiani autem, quorum major pars populi est, qui ex omni parte mundi illuc tracti sunt captivi, quibus nunquam soboles suas licuit nisi furtive Domino consecrare, modo certatim nullo obstante timore offerunt eas baptizare, & gratulantur omnes tanquam de peregrinatione sua in patriam reducti, quod Christiano modo Oratoria audent construere, & licentia percepta linguam ligatam in laudem Salvatoris præsumunt solvere. Ipsi enim Barbari, mitu Omnipotentis Dei operante Clementia, quorum licet adhuc Gentilitate sint quidam detente, nullum tamen ex illorum subditis vetant baptizari, nec Sacerdotibus invident quocumque libet proficisci, sed ita concordes sunt Pagani cum Christianis, tantamque adinvicem habent familiaritatem, ut illic Isaia videatur impleri Prophetia:* „Lupus & „agnus pascentur simul, leo & bos comedent „paleas. *Factum est ergo, ut pene cuncta Ungrorum natio sit prona ad percipiendam fidem sanctam. Sed & alia Sclavorum provincia ad credendum prompta, & est ibi messis quidem multa, operarii autem pauci.*

V. Petit Piligrinus ut mittantur prædicatores. *Unde quoque visum est jam necessarium esse, quatenus Sanctitas Vestra illic aliquos jubeat ordinari Episcopos, quia & quondam Romanorum, Gepidorumque tempore proprios septem Antistites eadem orientalis Pannonia habuit & Mœsia, meæ sanctæ Laureacensi, cui ego indignus ministro, Ecclesiæ subjectos, quorum etiam quatuor, usque dum Ungri regnum Bavvaricum invaserunt* (quod anno CM. contigit) *sicut præsenti cognitum est ætati, in Moravia manserunt. Quod nimium grave ac valde onerosum est mihi, ut tot Pontificii Parochias solus prædicando circumeam, quibus necessitate & adjutorii inopia coges nunquam meam subtrahere præsentiam. Ecce, dominorum amantissime, hujusmodi Ecclesiasticis mancipatus officiis detineor, &, ni fecissem moram sæpe dictæ gentis conversioni, ire & prosterni ad Vestra Sanctitatis vestigia non distulissem.* Petit postea Piligrinus, ut sibi Pallium, quod sui Prædecessores accipere soliti erant, dirigere dignetur, & confirmari sibi commissam populi gubernationem.

Benedictus VII. his literis acceptis alias dedit, inscriptas *Hrotberto S. Maguntinæ Ecclesiæ, & Diterico S. Trevirensis Ecclesiæ, atque Adalberto S. Magdaburgensis Ecclesiæ, parique modo Geroni S. Coloniensis Ecclesiæ atque Feldrico S. Juvavensis Ecclesiæ, sed & Adaldago S. Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopis, pariterque domino nostro Ottoni gloriosissimo Imperatori Augusto, atque nepoti suo Heinrico præcellentissimo Duci Bavvariorum, cæterisque omnibus Episcopis & Abbatibus, Ducibus atque Comitibus Galliæ atque Germaniæ.* In iis asserit Pontifex Piligrinum duos ad se misisse Presbyteros, & Laureacensis Ecclesiæ Privilegia, in quibus continebatur, *quod ætate Pontificatus B. Symmachi* (anno DXIV. demortui) *hujus almæ sedis Apostolici Præsulis, præfata Sancta Lauriacensis haberetur Ecclesia Metropolis: & inquantum tam exinde, quam etiam de Passionibus beatorum Martyrum, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi variis sunt tormentis mulctati, colligere possumus, ex omnibus Ecclesiarum diœcesibus Pannoniæ, hæc antiquitate & Archiepiscopii dignitate esse primitiva creditur; quæ jam multis retroactis temporibus ex vicinorum frequenti populatione Barbarorum deserta & in solitudinem redacta, nullum Christianæ professionis habitatorem meminit, usque dum invictissimus Augustus & pater patriæ, genitor quippe pii* (scil. Ottonis II.) *Imperatoris nostri* (*quem adhuc superesse & diu dominari mundus exoptat*), *bellico trophæo eorum vires retudit*, anno nempe CMLV.

VI. Literæ Benedicti VII. ad Episc. Germaniæ.

VII. Dilatatio fidei Christianæ in Hungaria. *Nunc autem, quam ob rem vocibus exultantibus in laudem Omnipotentis Dei erumpimus, non solum sancta Dei Lauriacensis Ecclesia, hostium cessante terrore cum accolis suis pace & tranquillitate potitur; verum etiam ipsi dudum inimici, illum, quem persecuti sunt more gentili, jam jam Christum baptizati profitentur, & Sacerdotes modo haberi desiderant, ac, prout scire rudes potuere, venerantur, & Ecclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio deleverunt, posteri restaurare videntur. Hac ergo suadente ratione, quod prænominati Sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopi postulatio antiqua Apostolica auctoritate commendatur, & præterea quod, cum justum esset, pariterque utile etiam visum est, ut ad fructificandas Deo gentes eo novitiis cultoribus fidei Ungrorum atque Moravorum, sive etiam aliis multis Sclavorum suæ Parochiæ finitimis, illic ordinatis Episcopis secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constitueremus Archiepiscopum. Quoniam autem Saltzburgensis Ecclesia Metropolis abusu est subjectione sancta Lau-*

axibus dissolvitur, & trabibus; omnibusque interim truculenter elisis, solus Dunstanus stans super unam, quæ superstes erat, trabem, absque læsione evasit. Cæterum omnes partis adversæ, vel exanimati sunt, vel languore perpetuo sunt detenti. Hoc miraculum contulit pacem beato Dunstano & monachis ab impetu clericorum & aliorum, gratia hæc & similia operante divina. Hæc ipse recenset anno nongentesimo septuagesimoquinto, cuncta in unum jungens. Eadem (*b*) Auctor in appendice ad Bedam. Et Osbertus in vita Dunstani, ubi non solum ipsum Dunstanum salvum factum sed & omnes, qui suarum essent partium, tradit.

(*b*) *Dunst. de gestis Angl. lib. 2. cap. 11.*

An-

PAGIUS *Lauriacensis Ecclesia Pontificii* (pro pontificatu) *obliterata & attenuata sua dignitate ex devastatione Barbarorum, quam propterea perceptis Apostolicis Privilegiis nequaquam patimur privari, cum & priora sint Saltzburgensibus, & ideo auctoritativa, quæ conditio testimonii etiam apud sæcularia judicia viget & prævalet.*

VIII. *Divisio Salisburg. & Lauriacensis Metropoleon confirmatur.* Paucis interpositis ait Benedictus VII. *Sicut modernis temporibus sanctæ memoriæ Agapitus Papa* (hujus nominis II. cujus literas suo loco retulimus) *terminos earumdem Parochiarum abinvicem distinxit; sic & ipsi disfinimus, ita quoque ut sancta Saltzburgensis Ecclesia superioris Pannoniæ Episcopos habeant Suffraganeos, quibus usque huc sui Pontifices præesse videbantur cum tanta talique Diœcesi, quali hactenus in inferiori usi sunt Pannonia. Sancta autem Lauriacensis Ecclesia in inferioris Pannoniæ atque Mysiæ regionis, quarum provincia sunt Avaria atque Maravia, in quibus septem Episcoporum Parochiæ antiquis temporibus continebantur, suique Antistites Archiepiscopalem deinceps potestatem cum tanta talique diœcesi, quali hactenus in superiori usi sunt Pannonia.* [1]

IX. *Metropolis Lauriacensis duravit usque ad annum CMXCII.* Utraque Epistola Tom. IX. Concil. pagin. 719. recitatur, sed ex editione parum correcta. Lambecius qui eas refert, ait in correctis exemplaribus legi *Lauriacum*, & *Lauriacensem Ecclesiam*, non vero Laureacum aut Laureacensem Ecclesiam, observatque has literas inter annum CMLXXV. quo Benedictus VII. creatus Pontifex, & CMLXXVII. exeuntem, scriptas esse; cum *Robertus* Moguntinus Archiep. & *Dietericus*, seu Theodericus Archiep. Trevirensis anno CMLXXVII. teste Trithemio in Chronico Hirsaugiensi, vivendi finem fecerint. Imo ex an. CMLXXVII. scriptæ; cum ibidem referat Lambecius epitomen Diplomatis ab Ottone II. emissi, quo is Metropolitanam Ecclesiæ Lauriacensis dignitatem confirmavit literis, in quibus dicitur: *Dat. III. nonas Octob. an. dom. DCCCCLXXVII. indict. VI. anno Regni Do. Ottonis Imp. Augusti XVII. Actum in civitate Ratisbona*, quod effectus fuit commendationis Benedicti VII. cui detulit Otto II. Has autem Piligrini & Benedicti VII. literas huc usque distulimus, quod memoriæ lapsu illas tunc prætermiserimus. Porro *Piligrinus* ultimus fuit Lauriacensium Archiepiscoporum, qui enim ei anno CMXCII. secundum antiquum MS. Bibliothecæ Cæsareæ, non vero CMXCI. secundum Hundium in Metropoli Salisburgensi, successit, non jam amplius *Lauriacensis* fuit *Archiepiscopus*, sed solum *Episcopus Passaviensis*, & tam ipse, quam omnes ejus successores deinceps caruerunt *Archiepiscopali Pallio*, inquit idem Lambecius. *Geisa* porro, qui hoc tempore apud *Hungaros* regnabat, mite ingenium sortitus erat, cujus filium *Stephanum* ac postea in regno successorem baptizavit *Sanctus Adalbertus* Pragensis Episcopus, de quo secundus Auctor Vitæ hujus Antistitis loquens asserit, illum, postquam in Episcopatum Pragensem restitutus fuit, quod anno CMXCIV. contigit, Hungaros a religione Christiana alienos non invenisse: *Non tacendum*, inquit, *quod juxta positis Ungaris nunc nuncios suos misit, nunc se ipsum obtulit: quibus etiam ab errore suo parum mutatis umbram Christianitatis impressit.* Sed de plena Hungarorum conversione, quorum barbaries nunc mansuescere incipiebat, suo loco sermo erit. Juvabit etiam observare hanc gentem, postquam anno CMLV. ab Ottone M. acie victa fuit, valde imminutam ac debilitatam fuisse, ideoque & innatam ferociam sensim deposuisse.

NOTÆ [1] HAs literas Piligrini archiepiscopi Laureacensis epistolæ responsivas, magno errore Benedicto VII. tribui censeo, cum revera a Benedicto VI. scriptæ fuerint, quod nullo negocio demonstro. Directæ sunt enim ad varios per Germaniam episcopos ac inter cæteros ad Geronem episcopum Coloniensem; Gero autem decessit anno 974. die III. Kal. Julii, ut asserit Annalista Saxo Eccardi ad eumdem annum. Suo igitur authori Benedicto VI. qui anno 973. & deinceps sacris præfuit tribuendæ sunt, & a Benedicto VII. cui huc usque adscriptæ fuerunt abjudicandæ. Quanquam enim Benedictum VII. anno 974. cœpisse supra in Nota ad A. 975. 3. ostendimus, ab exitu tamen anni illius exordium ejus duci oportet; Gero autem dimidio ejus anni decesserat. MANSI

I. Annus Redemptoris nongentesimus octogesimus, Ind. viii. sequitur, quo (a) Otto Imperator in Italiam venit, & eum Veronæ esset, electo sancto Adalberto Pragensi in Boemia Episcopo, per virgam pastoralem tradidit possessionem ejus, quam vocabant investituram. De tanto vero Ungarorum & Prussiorum Apostolo, martyrio insignito, hujus perditissimi sæculi decore maximo, haud perfunctorie mentio facta transeat, sed hæc ut sunt gesta, Annalibus inserantur. Atque primum illud non ignorandum, eumdem primo vocatum Voicechum, inunctum vero sacro chrismate a sancto Adalberto primo Archiepiscopo Magdeburgensi, ab ipso suo nomine vocatum Adalbertum. Hæc omnia pluribus, qui res ab eo gestas præclaro conscripsit auctor ejusdem temporis. Alia ejusdem vitæ Acta extant antiquitus scripta in codice pervetusto monasterii sanctæ Cæciliæ in Urbe, in quo plura quæ desiderantur in aliis, habentur: Ubi non Voicechus, sed Wentius in baptismate vocatus asseritur. Horum igitur geminorum Actorum subsidio, quæ de ipso dicenda erunt, omni fide promentur. In prioribus autem Actis, quæ apud Sorium extant, promotio ejus ad Episcopatum ita narratur: (b)

(a) *Lamb. & Sigeb. in Chron. hoc ann. & alii.*

S. Adalbertus creatus Episc. Pragensis.

(b) *Apud Sur. die 23. Ap. t. 2.*

II. *Moritur interea Episcopus Boemiæ provinciæ, & sic est (ut audivimus) coram astantibus desperata voce testatus, quod ab nigris spiritibus immundis ad tartaream chaos deportaretur. Præsens erat tunc Adalbertus, unus extrema videntium, & verba morientis aure audientium. Quem (ut ipse post Abbati in monasterio dixit) visionis illius magnus horror invasit, & ad primam salutem direxit, exinde emendare mores, fræna ponere animit, desideria carnis æsta devini a-*

moris excoquere cœpit. Quomodo autem post hæc, comitia pro successoris electione fuerint celebrata, & ipse ab omnibus Sanctus electus idem auctor narrare sic pergit:

III. *Conveniunt Dux terræ & major populus, & pro eligendo pastore varias sententias dicunt. Omnes tamen ad altimum manus levant: aera clamoribus impleat, non haberi meliorem, nec aliam oportere suum esse Episcopum, quam indigenam Adalbertum, cujus nobilitas, divitiæ, alta scientia, placabiles mores cum tanto honore concederent. Ergo ad hæc verba levatur terræ Episcopus, mutata veste pius Adalbertus. Hac ipsa die, ubi erat Episcopium, audientibus multis, locatum est dæmonium cum presbyteri imprecationibus urgeretur, ut exiens de homine possesso daret honorem Deo vivo. Quid molesti mihi estis, inquit. Va satis est mihi amplius hic stare non possum, quia electus est hodie populo terræ Episcopus, quem valde timeo, Christicola Adalbertus. Sic ait, & quasi citius dicto cessit dæmon impius Spiritus sancto, & ut flagello fugatus exivit, homine sano.* Et inferius: *Igitur electus Episcopus ancecomum Italiam petit, quem obsessæ Clusæ arctas vias egressum primo civitas Verona suscepit, quæ in fauce Regni pulchre levat caput. Ibi eum pastorali virga investivit Otto Secundus.* Et inferius de Archiepiscopo, qui eum consecravit: *Ergo Archimandrita Moguntinus gravis homo Vuilegisus Adalberto, cui Deus interiore gratia benedixit, venerabile caput oleo auxit, & in præsentia Imperatoris ad sacerdotii altitudinem provexit.* Quomodo autem reversus in Boemiam munus Episcopale omnibus numeris (ut decet Sanctos) absolvit, idem auctor pluribus narrat.

Ann. Eccl. Tom. XVI. Ii At

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hisp. MXVIII. Anno Hegiræ CCCLXX. inchoato die 5. Julii fer. 7. A.C. 980.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6473.

☉ 9. DC. ☽ 12. P. 15. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 980.

BENEDICTI VI. PAPÆ 6.

OTTONIS II. IMP. 8. & 14.

BASIL. & CONST. IMPP. 5.

I. Anum. I. ad V. *Sanctus Adalbertus* Episcopus Pragensis & Martyr, cujus Episcopatus initium in præsentem annum confert Baronius, eam tantum dignitatem adeptus est anno CMLXXXIII. Hujus sancti Antistitis a Leone Ostiensi Bohemorum & Prussorum Apostoli appellati Vitam primum scripsit Anonymus Cœnobii Romani Sanctorum Bonifacii atque Alexii Monachus, imperante Ottone III. ut ipsemet testatur num. XVI. Hunc Anonymum proxime secutus est alter Monachus, qui aliam ejusdem Sancti Vitam regnante Sancto Henrico, postmodum Imperatore, elucubravit, ut ipsemet indicat num. I. Utramque viderat Baronius & utramque refert Henschenius ad diem XXIII. Aprilis; priorem vero Mabillonius Sæc. V. Benedict. pag. 846. Sed antequam de ejus Episcopatu verba faciamus, aliqua nobis necessario præmittenda sunt.

S. Adalbertus post triennium Episc. Pragensis dictus.

II. *Ottonem II.* hoc anno Romam profectum esse recte scripsit Baronius, docetque Chronographus Hildensheimensis, qui ad hunc annum scribit: *Lotharius Rex* (nempe Francorum) *cum magnis muneribus ad Imperatorem veniens se se cum filio suo* (nempe Ludovico V. cum patre regnante) *subjecit voluntati Imperatoris;*

Profectio Romana Ottonis II.

IV. At hæc omnia locuplerius in Actis, quæ extant in codice sanctæ Cæciliæ superius citato, in quibus & illud inter alia habetur, consecrationem ipsius contigisse in festa die sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: nam audi & de ejus reditu Pragam: *Consecratus est festo amicorum Domini Jesu Petri & Pauli: multo equitatu equitat in dulcem patriam. Equus autem ejus, cujus terga insederat, non more frementium equorum, nec properis cursibus gradiebatur, nec auro & argento portabat fulgentia frena, sed in rusticum morem torta cannapa ore strictus, incessit ad arbitrium sedentis.* Et paulo post: *Novus ille pontifex vincula pedum solvens, nudo pede intrat in urbem, &c.* Sed & quemadmodum ob morum correctionem tam clericos quam Principes passus est adversarios & persecutores, ut inde recedere sit coactus suo loco dicturi sumus. Triennio enim apud suos in Episcopali functione mansisse, exacta ratio temporis pervestigata declaret.

Eodem anno magnus ille Nilus, de quo superius mentio facta est, prævidens venturos in Calabriam Sarracenos a Græcis adversus Latinos vocatos, eosdemque ut hostes eamdem provinciam mire vastaturos, una cum suis recedens, in Campaniam veniens, atque Cassinum a Cassinatibus honorifice exceptus, ab eisdem incolendum accepit monasterium, Vallem lucis nominatum: id Leo (a) Ostiensis, idemque fusius ejusdem Petris discipulus, qui res eb eo præclare gestas accurate atque fideliter scripsit, enarrat, aitque: *Hoc cum jam cognovisset beatus Nilus oculo suo prophetico, Sarracenos scilicet Calabriam possessuros, divinæ indignationi locum dare volens, ad Orientales partes se conferre noluit, veritus opinionem, quam de ipso habebant Orientales (ad ipsos enim etiam Imperatores Christo dilectos fama pervenit virtutis Nili) & honorem fugiens, eligit inter Latinos agere, ut ignotus apud eos. Quo vero magis ille humanam gloriam fugere studebat, tanto magis cælesti gloria ipsum exornabat, & omnes ut unum ex Apostolis illum excipiebant, & parem venerationem illi tribuebant. Cum enim Capuam venisset (ut alia omittam propter copiam) & maximo honore affectus esset tum a Principe ipso Pandulpho, tum ab aliis nobilibus civitatis, adeo ut decreverint ipsum sibi Episcopum instituere, & res jam secuta fuisset, nisi mors Principem præoccupasset. Tunc vero cum vocassent Præpositum monasterii Montis Cassini Aligernus erat iste, ille beatus) illi significarunt, ut daret beato Nilo monasterium aliquod sancti Patris nostri Benedicti, quodcumque ipse vellet.*

(a) Leo Ost. l. 2. c. 17.

Beatus itaque Nilus cum ad inclytum illud monasterium accessisset: obviam illi venit universa monachorum turba usque ad montis radices, sacerdotes & diaconi sacris vestibus, ut in die festo induti, cereos & thuribula præ manibus habentes, & ita beatum Nilum ad monasterium deduxerunt, nec aliud quidpiam videbantur audire & videre, quam si magnus Antonius Alexandria ad ipsos venisset, vel e mortuis magnus Benedictus surrexisset, divinus ille ipsorum legislator & magister. Et recte quidem judicabant, & a scopo non aberrabant. Omnes enim qui ex ipsis vel corporis vel animæ aliqua detinebantur morbo, curati sunt, & multa ab ipso sunt lucrati, & qui speculationi incumbebant, doctrinam adepti sunt, qui in bonis erant operibus, ductum; qui in peccatis correctionem; qui in virtutibus cohortationem; qui bene valebant, abstinentiam; qui male, salutem. Et unico verbo: quemadmodum olim Israelitis singulis ipsum manna, ad eorum gustum convertebatur & commodum, quapropter non erat in tribubus eorum infirmus: talem se etiam istis monachis miraculis Nilus præbuit, cum ipsos curasset præsentia sua a Deo missa, & omnes spirituali lætitia cumulasset. Valde etiam ipse gavisus est bono ordine, & eorum statu magna disciplina exornato. Et cum res ipsorum supra quam res nostras, Græcorum scilicet, esset admiratus, deducebat VI.

PAGIUS *ris; & eodem anno firmata pace Imperator Italiam penetravit.* De hac pace loquitur Sigebertus in Chronico hoc anno, referens *Ottonem Imp. & Lotharium Regem super Carum fluvium convenientes datis invicem sacramentis pacificatos Lotharingiamque a Lothario abjuratam.* Nangius vero ex Hugone Floriacensi non *super Carum*, sed *Rhemis pacificatum*, non *abjurasse*, sed *in beneficium Lotharingiæ ducatum Ottoni dedisse* Lotharium *id contra Principum regni voluntatem* factum, *magis eorum corda contristavisse* scribit: verum cum Otto usque ad mortem in Italia manserit, & per eam mortem *Adalbertus* Pragensis Episcopus dictus fuerit, non sequitur Adalbertum ante annum CMLXXXIII. ad infulas promotum fuisse.

III. Natus est hic Sanctus in Bohemia maxima tunc ex parte *infidelitatis errore praventa*, sed in illis finibus, ubi Christiana religio florebat & quidem ex nobilissimis ac piissimis parentibus. In sacri Baptismatis lavacro datum est illi nomen *Vuoytiech*, ut narrat antiquior ejus Vitæ Auctor. In Codice quo usus Baronius, num. I. dicitur *Vvontius*, sed errore, ut videtur, Librarii, pro discendis liberalibus studiis missus est a patre ad *Adalbertum* Archiepiscopum Magdeburgensem, qui ei in confirmatione sacrosancti chrismatis Adalberti nomen dedit. Postea in patriam redit, ubi mortuo Episcopo in ejus locum Adalbertus noster substitutus est, quo tempore *Boleslaus Pius*, Sævi filius, Bohemiæ Dux Principatum gerebat.

Floret S. Adalbertus postea Episc. Pragensis.

batur iterum ab ipso Abbate, & ab insignioribus ejus Fratribus ad monasterium, in quo una cum filiis suis permanere deberet. Illud autem erat S. Michaelis Archangeli Valles lucis nuncupatum.

VII. *Precati sunt autem ipsum tum Abbas, tum Fratres universi, ut ad maximum monasterium descenderet, & Græca lingua in eorum Ecclesia divinum officium peragerett, ut hoc pacto fieret, ut inquit Apostolus, Deus omnia omnibus; quod etiam (a) Propheta prænuntiavit, inquiens, quod leo & bos simul pascentur, & simul stabunt eorum filii.* Id ob eam causam, quod ob eaotta, ut vidimus, schismata a Græcis Latini se subduxerant. Pergit autem: *Beatus vero Nilus initio quidem abnuit præ humilitate dicens: Quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena; qui hodie humiles sumus & abjecti in universa terra propter peccata nostra? nihilominus ut consolemur invicem nostra fide, & magnum Christi nomen glorificetur, contentus fuit hoc facere. Et cum hymnum condidisset proprio ore, in sanctum Patrem nostrum Benedictum, qui complectebatur omnia miracula, quæ in ejus habentur vita, cumque omnes Fratres supra sexaginta suscepisset, ascendit ad Cassini monasterium, & vigilias peregerunt in hymnis & canticis, &c.* Subjicit his auctor diversas diversorum monachorum interrogationes eidem ab ipsis propositas, beatique Nili responsiones divino Spiritu plenas, inter quas illam hic intexam, quæ ab illis facta est compellatio de veteri & quam sæpissime agitata controversia de Sabbati jejunio, quam Græci contentiose Latinis exprobrare, atque etiam damnare consueverunt: ut intelligas quam dispari studio eadem controversia tractetur a piis pacisque studiosis, quam a contentiosis, zeloque inflammatis invidiæ, & stimulis æmulationis exagitatis; ait enim:

(a) Isai. 11.

VIII. *Quæsierunt etiam de jejunio Sabbati. Ille vero brevem responsionem cum dedisset, ita se explicuit dicens (b): Qui comedit, non comedentem non spernat: Et qui non comedit, comedentem non judicet: Deus enim utrosque suscepit. Tu vero, quare judicas fratrem tuum? Sive igitur comedamus nos, sive vos jejunetis: omnia ad Dei gloriam faciamus. Si vero accusatis nos, quod Sabbato non jejunemus: videte ne contraria sanctis patribus & columnis Ecclesiæ facere inveniamini, Athanasio videlicet, & Basilio, & Gregorio, & Joanne Chrysostomo & sexcentis aliis Sanctis, sanctis etiam Synodis; qui quod non fecerunt, illud ipsum neque lege sanxerunt, Ambrosio præterea doctori vestro, de quo scriptum est in ejus vita, quod per totam hebdomadam jejunabat, præter Sabbatum & Dominicum diem. Ego vero neque sanctum Silvestrum puto adversatum sanctis Patribus sanxisse hoc jejunium: neque potestis afferre rationem vel Canonis de hac re, præter auctores ejus vitæ, cui nullus ita facile credet, cum nulla ejus rei aperta appareat demonstratio. Nos nihilominus, omittentes verborum vanitatem (non enim malum est jejunium) dicamus illud (c) Apostoli, quod cibus non commendat nos Deo, & quæ sequuntur.*

(b) Rom. 14.

(c) 1. Cor. 8.

IX. *Utinam vero etiam miseri Judæi Dominum nostrum Cruci affixum adorarent, & si jejunarent vel ipsos Dominicos dies, non esset mihi cura de hoc: Tunc illi respondent: Et non est peccatum jejunare Dominico die? Respondet Nilus: Quomodo S. Benedictus jejunans Dominicis & festis diebus vel ipsum Pascha ignorabat, quando esset? Quapropter sciendum quod omnia, quæ fiunt propter Deum, bona sunt, & non contemnenda, nec ipsum homicidium, Phinees & Samuel reipsa ostenderunt. Nos igitur bene facimus non jejunantes Sabbato, ut Manichæis execrandis adversemur, qui eo die plorant, & vetus Testamentum accusant, quasi non sit a Deo traditum; non abstinemus vero ab operibus, ne similes simus impiis Judæis Dei interfectoribus. Vos vero jejunantes, exspectantes vos ipsos pro sancto resurrectionis die recte celebrando.* Hæc cum illis tunc S. Nilus disseruit de jejuniis secundum ritum diversarum Ecclesiarum diverso modo celebrandis, custodita inter eos perpetua charitate in vinculo pacis. Ac de his modo hactenus. De eodem Nilo enim rursus aliis exigentibus occasionibus inferius sermo erit. Jam vero longe positas regiones invisamus.

Eodem anno S. Haraldus Rex Danorum & martyr factione filii ipsius Chri- X.

PAGIUS bat. *Reditus interea de Saracenico bello, adiit Veronam Imperatorius apex scilicet Otto secundus, &c. Ad hunc ergo Sclavonica manus perrexit, ferens legationem de paris Ducis & obtulit electum Episcopum, &c. Consecratus ille festo amicorum domini Jesu Petri & Pauli, multo comitatu equitat in dulcem patriam.* Otto vero II. anno CMLXXXIII. *Veronæ placitum habuit*, ut diserte notat Chronographus Hildensheimensis. Quare eo Christi anno in festo Apostolorum Petri & Pauli Adalbertus consecratus est Episcopus Pragensis. Baronius num. IV. tradit, eum *triennio apud suos in Episcopali functione mansisse*. Sed ex infra dicendis constabit eum Episcopatum non reliquisse ante annum CMLXXXIX. & anno solum CMLXXXIII. eam dignitatem consecutum esse.

IV. Ad num. X. & seqq. *Haraldus* anno circiter CMXXXI. in Dania regnare cœpit, an-

stianorum hostis necatus, gloriam Martyrum est consecutus. Quod ad tempus spectat, hoc id anno accidisse, epitaphium ad ejus sepulcrum appositum his ultimis duobus versibus indicat:

Post Natale Dei, dum scripsimus, octuaginta
Nongentos meruit scandere celsa poli.

XI. (a) Adam l. 2. c. 18. Haraldi Regis Danorum martyrium.

At quomodo ista se habuerint; (a) Adam sincerus Chronographus illis temporibus proximus ita narrat. *Novissimis Archiepiscopi temporibus res nostræ inter barbaros fractæ, Christianitas in Dania turbata est, pulchrisque divinæ religionis initiis invidens inimicus homo superseminare zizania conatus est. Nam tunc Suen Otto filius Magni Haraldi Regis Danorum multas in patrem molitus insidias, quomodo eum jam longævum & minus validum Regno privaret; & consilium habuit cum his, quos pater ejus ad Christianitatem invitos coegit. Subito igitur facta conspiratione, Dani Christianitatem abdicantes Suen Regem constituunt, & Haraldo bellum indicunt. At ille ab initio Regni sui totam spem in Deo posuerat, tum vero, & maxime Christo commendans eventum rei, cum bellum execraretur, armis se tueri decrevit, & quasi alter David procedens ad bellum, filium lugebat Absalon, magis dolens illius scelus, quam sua pericula. In quo miserabili & plus quam civili bello, victa est pars Haraldi. Ipse autem vulneratus ex acie fugiens, ascensa navi elapsus est ad civitatem Slavorum, quæ Jumne dicitur: A quibus contra spem, quia pagani erant, receptus, post dies aliquot ex eodem vulnere deficiens, in confessione Christi migravit. Corpus ejus in patriam reportatum ab exercitu apud Roscbild civitatem sepultum est in Ecclesia, quam ipse primus construxit in honorem sanctæ Trinitatis. De cujus fine cum istum pronepotem suum, qui nunc in Dania regnat, Suen interrogare maluerim, velut alter Tydeus, crimen avi reticuit. Me vero parricidium exaggerante, hoc est, ait, quod posteri nos luimus, quod & ipse parricida suo gravit exilio.*

XII.

At ille noster Haraldus, qui populo Danorum primus Christianitatem indixit, qui totum Septentrionem prædicatoribus & Ecclesiis replevit, ille inquam innocens vulneratus, & pro Christo expulsus, martyrii gloria (ut spero) non carebit. Regnavit autem annos quinquaginta; obitus ejus contigit in festivitate omnium Sanctorum. Memoria ejus & uxoris Gunild apud nos perpetua manebit. Et post multa hæc de persecutione excitata in Dania post obitum Haraldi ab ejus filio (b) Sueno.

(b) Idem l. 2. c. 21.

XIII. Ultio divina insequitur persecutores Christianorum.

Quo tempore cum magnam Suen Rex persecutionem Christianorum exercuisset in Dania, fertur Archiepiscopus supplicibus Legatis & crebris muneribus laborasse, ut ferocis animum Regis Christianis redderet mansuetum. Quibus ille relictis, in sua crudelitate ac perfidia sævire cœpit. Secuta est ultio divina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum suscepisset contra Slavos, bis captus & in Slaviam ductus, toties a Danis ingenti pondere auri redemptus est; nec tamen adhuc reverti voluit ad Deum, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece Fidelium irritavit: & iratus est furore Dominus, & tradidit eum in manus inimicorum suorum, ut disceret non blasphemare. Tunc potentissimus Rex Sueonum Hericus exercitu innumerabili sicut arena maris collecto, Daniam invadit: & occurrit ei Suen derelictus a Deo, frustra sperans in idolis suis. Multa utrimque bella navalia (sic enim ea gens confligere solet) Copiæ Danorum omnes obtritæ. Hericus Rex victor obtinuit Daniam, Suen a Regno depulsus, dignam factis suis a Deo zelote recepit mercedem. Et hæc nobis Junior Suen recitavit in avo suo contigisse justo Dei judicio, quoniam illum dereliquit, quem pater ejus bonum defensorem habuit. Et inferius de eodem infelici, facto sicut vago & profugo super terram: (c)

(c) Adam l. 2. c. 25.

XIV.

Post vindictam ergo scelerum, quæ in Ecclesias Dei & Christianos commiserat, Suen Rex victus & a suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus & inops consilii venit ad Northmannos, ubi tunc filius Haconis Thrucco regnavit. Is quoniam paganus erat, nulla fu-

PAGIUS Haraldus Daniæ Rex occiditur.

noque CMXLVIII. cum filio *Suenone* fidem Christianam suscepit, quæ latius tunc per Daniam propagari cœpit, uti anno CMXLIX. num. I. & seq. narravimus. Verum post aliquot annos *Sueno* ejurata, quam suis sciebat esse exosam Christiana religione, arma adversus patrem capessiit, eaque profligata fugere compulit qui hoc anno sagitta vulneratus moritur, uti ostendit ejus epitaphium a Baronio num. X. recitatum, & ibidem Adamus lib. 2. cap. 18. pergit persecutionem exponere quæ Danorum Ecclesias læsit, & post multa *Suenonem* Daniæ Regem a Deo castigatum regno privatum, & in Angliam pulsum, indeque repulsum tradit. Quæ omnia, a Baque uno tenore Baronius recitat, & nos ad majorem claritatem in suos annos distribuemus.

V. Ex morte gravis persecutio in Christianos Dania excitata.

Fusius Haroldi mortem & cladem narrat Helmoldus lib. I. Chron. Slavorum cap. 15. atque: *Apud Danos Sveinotto, filius Christianissimi Regis Haroldi, diabolico spiritu inflammatus, multas adversus patrem molitus est insidias, cupiens eum quasi longævum & minus validum regno privare, & opus divina planta-*

super exulem misericordia motus est. Ac ille infelix & a toto orbe dejectus, in Angliam transfretavit, frustra solatium quærens ab inimicis. Quo tempore Britanniis Adulraad filius Edgari imperavit. Ir non immemor injuriarum, quas Dani ex antiquo Anglis infixerant, exulem repulit, quem tandem miseratus infortunii Rex Scotorum benigne suscepit. Ibique Suen bis septem annos exulavit usque ad mortem Herici. Hæc parricidæ avi pericula Suen Rex nobis attonitis exposuit. At quem tandem finem iste consequutus sit, unde ingentem Dei misericordiam quis annuntiet, ex eodem auctore sic accipe: (*a*)

(*a*) *Idem lib. 2. cap. 28.*

XV. *Post mortem diu optatam Herici Suen ab exilio regressus obtinuit Regnum patrum suorum, anno depulsionis suæ & peregrinationis decimoquarto, & accepit uxorem Herici relictam, matrem Olaph, sive Olavi, quæ peperit ei Chnut. Sed nihil profuit ei affinitas connubii, cui Deus iratus est. Olaph Rex Sueonum Christianissimus erat, filiamque Slavorum Estred nomine, de Obotritis accepit uxorem, ex qua genitus est ei filius Jacobus, & filia Ingred, quam Rex sanctus Gersleff de Russia duxit in conjugem. Olaph sane, qui post obitum patris Herici Regnum super Sueonas accepit, cum exercitu superveniens infelicem Suen Regno expulit, & ipse obtinuit Daniam.*

Suen Rex tandem pœnitet.

Cognovit autem Suen, quod Dominus ipse est Deus, & reversus in semetipsum peccata sua præ oculis habuit, pœnitensque oravit ad Dominum, qui exaudivit eum, & dedit illi gratiam in conspectu inimicorum. Et restituit eum Olaph in Regnum suum, eo quod matrem suam habuerit, feceruntque pactum firmissimum, ut Christianitatem in Regno suo plantatam retinerent, & in exteras effunderent nationes. Sed quomodo ubi omissam Christianitatem recepit, & peccatorum pœnituit, ei omnia dextere successere, audi adhuc ab eodem auctore (*b*) pauca ista, quæ reliqua sunt:

(*a*) *Idem lib. 2. cap. 29.*

XVI. *Audiens autem Rex Northmannorum Olaph filius Trucit de conjunctione Regum, iratus est contra Suen: ratus eum quasi derelictum a Deo, toties que depulsum, a sua etiam multitudine facile posse depelli. Collecta igitur classe innumera, bellum intulit Regi Danorum. Hoc factum est inter Scaniam, & Seland, ubi solent Reges navali bello confligere (est autem brevis trajectus Baltici maris Helsingburgh, in quo loco Seland & Scania videri potest, familiaro latibulum, piratis) ibi ergo congressi, Northmanni a Danis victi, & fusi sunt. Olaph Rex qui forte solus remansit, in mare se præcipitans, dignum vita finem invenit. Uxor ejus post mortem mariti fame inediaque miserabiliter vitam consumpsit, ut dignum fuit. Narrant eum aliqui Christianum fuisse, quidam Christianitatis desertorem, omnes autem affirmant peritum augurioum servatorem sortium, & in avium prognosticis omnem suam spem posuisse. Quare etiam cognomen accepit, ut Olaph diceretur: nam & artis magicæ (ut ajunt) studio deditus, omnes quibus illa redundat patria, maleficos habuit domesticos, eorumque deceptus errore periit. Quo interfecto, Suen duo Regna possedit. Ipse igitur, mox destructo ritu idololatriæ, Christianitatem in Norvegia per edictum suscipi jussit. Tunc etiam Gotebaldum quemdam ab Anglia venientem Episcopum in Scania posuit doctorem, qui aliquando in Suedia sæpe dicitur evangelizasse, etiam in Norvegia.* At non hic finis. Usus enim est ipso Dominus ulto-

PAGIUS *tatione, de finibus Danorum penitus exterminare. Haroldus autem primum quidem gentilis, deinde magni patris Unmi* (Archiepiscopi Hamburgensis) *doctrina ad fidem Christi conversus, tanta se erga Dominum devotione exercuit, ut non surrexerit similis ei inter omnes Reges Danorum, qui tantam Aquilonis latitudinem, ad fidem divinæ cognitionis traxerit ut omnem terram Ecclesiis & Sacerdotibus fecerit esse insignem. Hujus viri industria, in divinis quidem rebus fuit eximia, nihilominus tamen in mundana sapientia, in his videlicet quæ ad regni gubernationem pertinere videntur, adeo claruit, ut leges & jura statuerit, quæ pro auctoritate viri non solum Dani; sed & Saxones adhuc hodie servare contendunt. Contristantibus ergo his, qui Deo servire & pacem Regis detestabant Dani unanimi conspiratione Christianitatem abdicant, & flamentes impium Suein in regnum patri ejus Haroldo bellum indixunt.* Paulo post: *Ventum est ergo ad bellum in quo conflictu victa est pars Haroldi, ceciderunque vulnerati multi. Ipse vero Haroldus graviter sauciatus fugit ex acie, ascensaque navi elapsus est ad civitatem opinatissimam Slavorum, nomine Vuinneptam. Ubi præter spem, quia barbari erant, humane receptus, post aliquos dies ex eodem vulnere deficiens, in Christi confessione migravit, adscribendus non solum inter Deo dignos Reges; sed etiam inter gloriosos martyres. Regnavit autem annis quinquaginta. Quo defuncto Suein regno potitus, in sua crudelitate sævire cœpit, gravissimam in Christianos persecutionem exercens, Consurrexeruntque omnes iniqui in finibus Aquilonis, gaudentes vel tunc patere locum malitiæ suæ, bellis scilicet & perturbationibus, cœperuntque finitima regna vexare terra marique.*

VI. Auctores Anglici, uti notat Alfordus hoc anno num. IV. *Suenonis* mentionem primum faciunt anno CMXCIV. indeque sequentis sæculi initio; quando Angliam semel iterumque ingressus ea tandem potitus est, eumdem nominant. Omnes tamen incursum aliquem *Danorum* ad Ethelredi Regis exordia referunt. *Suenonem* vero cum illis fuisse, docet Adamus apud Baronium num. XIV. cum ait post an-

Sueno ejus filius in Angliam irrumpit.

tore ad puniendam sancti Eduardi martyris necem, sicut audisti haud pridem fuisse vaticinatum a sancto Dunstano Cantuariensi Episcopo: nam audi eumdem (a) auctorem multa paucis complectentem his verbis:

(a) Adam lib. 2. cap. 36.

XVII. *Suen Rex Danorum atque Northmannorum veteres injurias tam occisi fratris, quam suæ repulsionis ulturus, classe magna transfretavit in Angliam, ducens secum filium Chaut, & Olaph filium Cracabem, de quo supra dictum est. Itaque multo tempore multis prœliis adversus Anglos exactis, Suen veteranum Regem depulit Ethelredum, & insulam tenuit sua ditione, verum brevi tempore: nam tertia mense postquam victoriam adeptus est, ibidem morte præventus occubuit.* Hic tandem finis Suen Haraldi filii, quæ multis annis confecta hic in unum voluimus congessisse, quo exemplo unius hominis, quam Deus sit justus & misericors atque longanimis, intelligatur.

An-

PAGIUS annos quatuordecim, anno scilicet CMXCIV. e Scotia solvisse, ut repulsam, quam hoc anno tulit, ulcisceretur. De Suenonis itaque adventu in Angliam intelligendi sunt Wigorniensis, Florilegus, Hovedenus & alii qui ajunt: *Anno nongentesimo octogesimo Suthamtonia a Danicis piratis devastata, & ejus cives omnes ferr vel occisi, vel captivi abducti sunt: nec multo post Tenedland insulam idem devastavit exercitus. Quo etiam anno civitatis Legionum provincia, a Norwegensibus Piratis devastatur.* Tanetum igitur insula in Cantio, & urbs Legionum hoc anno a Danis devastatæ, & uti ex Adamo Bremensi citato colligitur, a Suenone expeditionis hujus Principe qui regno expulsus, sedem quærebat. Sed quia Christianorum juratus hostis, ab Anglis rejectus est. Nam ut habet Adamus Bremensis, Hericus potentissimus Rex Sueonum Daniam invasit, & Suenonem a regno depulit.

VII. Jurgium inter Ottonem II. & S. Adelhaidem ejus matrem.

Otto II. quorumdam adulatione deceptus recessit corde a matre Adelhaida, uti narrat S. Odilo in ejus Vita in Bibliotheca Cluniacensi relata. Illa *filium diligens, auctores discordiæ ferre non valens, secundum Apostoli præceptum dans ad modicum iræ locum, paternum decrevit expetere regnum. Ubi a fratre Rege scilicet Chounrado, & nobilissima Mathilde, ejus conjuge benigne & honorabiliter est suscepta. Tristabatur de absentia ejus Germania, lætabatur in adventu ejus tota Burgundia, exultabat Lugdunus Philosophia quondam matrix & nutrix urbs inclyta, nec non Vienna nobilis sedes Regia* (nempe Regum Burgundiæ) *postmodum vero Cæsar Otto ductus pœnitentia, direxit legationem Regi avunculo, & sanctæ recordationis patri Maiolo, sub celerrima festinatione obnixius deprecans, ut gratiam matris, quam suis exigentibus culpis perdiderat, eorum interventibus promereri posset, orans iterum. eos & obsecrans, ut quantocyus possent, una cum Augusta matre Papiam eis studerent occurrere. Tantorum enim virorum usa consilio, apud Papiam tempore statuto occurrit mater filio, quo cum mutuo se cernerent, flendo & lachrymando toto corpore solo prostrati, humiliter se salutare cœperunt. Affuit ex filio humilis pœnitudo, erat ia matre liberalis remissio, permansit in utrisque de cætero perpetua pacis indivisa connexio.*

VIII. A S. Majolo aufertur.

Idem narrat Syrus Monachus in Vita S. Maioli Abbatis Cluniacensis lib. 3. qui ait: *Imperator matrem zelabatur, quia apud se falso crimine deferebatur; in eamque tuur quasi Republica dilapidatricem, & sui ab ea expulsatricem, per falsos delatores tali simulabatur jurgio, ut eam versa vice propellere minaretur regno*, &c. Chronographus Magdeburgensis ad annum CMLXXVIII. scribit: *Adelheidis Imperatrix cum filia Athelheidr Abbatissa in Italiam profecta est propter quasdam discordias inter se & filium factas.* At non in Italiam, ut recte Mabillonius Tom. V. Benedict. pag. 380. sed in Provinciam, ubi Conradus cognomento Pacificus ejus frater regnabat, secessit Adelhaida; cumque reconciliatio facta sit Papiæ ad hanc Christi annum, quo Otto II. in Italiam abiit, ea revocanda est. Et quidem anno insequenti Pascha Romæ Otto celebravit *præsente matre*, ex eodem Chronographo.

I. Nicolaus Chrysoberges Patriarcha Const.

ANnus Redemptoris nongentesimus octogesimus primus, Indictione nona sequitur, quo Antonius Studites Patriarcha Constantinopolitanus, qui timore percitus Bardæ Scleri tyranni Imperium invadentis, ☞ qui sponte se abdicarat, ☜ moritur. Suffectus est itaque in locum ejus Nicolaus cognomento Chrysoberges, qui tenuit sedem annos duodecim & menses octo. Ita Curopalates, qui & posthæc recenset Bulgarorum eruptionem in Græciam sub Samuele ipsorum Rege bellicosissimo, de qua ista habet: *Samuel Bulgarorum Rex cum bellicosus esset, neque quiescere ulla ratione sciret, occupatis in prælia contra Sclerum tyrannum exercitibus Imperatorum, securitatem nactus, omnem Occidentem excurrebat, non solum Thraciam & Macedoniam & Thessalonicæ finitima loca, sed etiam Thessaliam & Græciam & Peloponnesum, atque multa oppida in suam ditionem redegit, quorum caput erat Larissa, cujus incolas in interiores Bulgariæ partes cum totis domibus colonos deduxit, quibus in numero suorum militum conscriptis contra Romanos faciis utebatur. Transtulit etiam sancti Achillei reliquias, qui Larissæ Episcopus fuerat, & in Septa, ubi Regiam habebat, reposuit.* Erat enim Samuel Rex Christianus Sanctorum maxime cultor, quorum patrociniis pluribus noscitur potitus esse victoriis.

Adsunt alia de Bulgaris Græciam invadentibus, quæ in rebus gestis sancti Niconis, de quo superius, ita leguntur: *Non longo post tempore Basilius cognomento Apocaucus, Prætoris munere nuper auctus, Corinthi versabatur, Isthmumque illum præsidia contra Bulgaricos incursus tuebatur. Graviter autem illum angebat non solum molestus ac difficilis morbus, quo tenebatur, sed multo magis urgens metus & pavor Bulgaricæ incursionis, fama glisceute, gentem illam toto Epiro grassatam, in Helladam atque in Peloponnesum copias convertere. Proinde missis Spartam nuntiis Apocaucus Niconem avocarat. Enimvero compleverant ejus aures, quæ de illa passim narrabantur, præcipue quæ de summa illius in Deum fiducia, & libertate* II. Precibus S. Niconis Bulgari propulsati.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hispan. MXIX. Anno Hegiræ CCCLXXI. inchoato die 6. Jul. fer. 4. A.C. 981.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6474.

☉ 10. B. ☽ 13. P. 27. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 981.

BENEDICTI VII. PAPÆ 7.

OTTONIS II. IMP. 9. & 15.

BASIL. & CONST. IMPP. 6.

I. *Nicolaus Chrysoberges fit Patriarcha Constant.*

AD num. I. *Antonius Studita* Patriarcha Constantinop. ineunte anno nongentesimo septuagesimo nono abdicavit; & paulo post medium anni nongentesimi octogesimi tertii *Nicolaus Chrysoberges* Patriarcha Constantinopolitan. constitutus est, uti an. CMLXXVI. num. III. ostendimus. Neque Chrysobergis initium cum præsenti anno illigari potest, etiam in Baronii anno CMXCV. mortem ejus recte narrantis sententia; cum ipsemet fateatur, eum sedem tenuisse annos XII. & menses VIII. Quantis virtutibus *Antonius* exornatus fuerit, anno CMLXXV. insinuavimus. [1]

Eruptio vero *Samuelis* Bulgarorum Regis bellicosissimi ad annum præcedentem retrahenda. Cedrenus enim pag. 695. ait: *Samuelus homo bellicosus, ac quietis impatiens, nactus licentiam Romanis exercitibus bello adversus Ducum occupatis, totum Occidentem incursionibus vexavit* & cætera a Baronio ex Curopalate hic recitata. Quare cum bellum illud civile initio imperii Basilii ortum quadriennale tantum fuerit, ut suo loco vidimus, sub finem II. *Bellum Bulgaricum.*

NOTÆ [1] CIrca hunc annum Synodum quamdam provincialem Remis celebratam fuisse discimus, non quidem ex Collectoribus Synodorum omnium, apud quos nulla de hac mentio, sed ex Monacho Grandensi coævo in historia translationis Corporis S. Landoaldi relata apud Bollandistas ad diem 29. Martii pag. 46. Narrat in ea author miracula Viri illius Sancti literis demandata fuisse ab Herigero, quod dein scriptum a Nordgerio Leodiensi episcopo approbatum suisque literis commendatum fuisse. Extant autem literæ illæ in exordio vitæ S. Landoaldi apud eosdem Bollandistas ibidem scriptæ anno 980. *Indictione octava tertio decimo Kalendas Julii imperante Domino Ottone post mortem Patris octavo episcopatus Nodgeri anno nono.* Post hæc, subdit Author translationis, scriptum illud Herigeri ad archiepiscopum Remensem allatum ob ipso auditis etiam testibus veritatem miraculorum, quæ in eo narrabantur confirmantibus *in plenissima Synodo ipso cum aliis Episcopis septem.* His narratis Author dein missos fuisse scribit monachos qui cum episcopo Noviomensi de translatione sacrarum reliquiarum in locum potiorem agerent, quod ab ipso Gandavum veniente præstitum fuit. *Idibus Junii anno ab Incarnatione Verbi nongentesimo octogesimo secundo Indict. decima.* Ex tota narrationis hujus serie intelligimus Concilium hoc Remense collocandum esse intra biennium illud quod inter diem XIII. Kal. Julii anni 980. & diem Iduum Junii anni 982. comprehenditur. MANSI

tate acceperat. Ex quo autem virtutis ejus illecebris capi cœperat, beatum ejus vultum cernere, vocemque audire, votis omnibus gestiebat. Semper enim apud omnes gentes in pretio & veneratione fuit vera philosophia. Divinus quidem vir charitate præstans, Apocauci petitionem propenso animo accipiens, antiquius nihil habuit, quam ut Corinthum celerrime contenderet. Quo appellens, non solum morbo ægrum sua præsentia liberavit, sed metu etiam & terrore Bulgarorum, illos alio cursum suum flexisse significans. Ita omni ex parte facta est jucunda Basilio Niconis oratio. Cum ergo dies septem illic posuisset, malorumque impendentium illius per eum discussa & sublata formido esset, domum revertit. Hucusque de his auctor Abbas monasterii sancti Niconis, qui & inferius, quod post sancti viri obitum idem Prætor est expertus ex unguento e corpore ejus manante miraculum, ita narrat:

III. *Prætoris munere præcipua cum laude perfunctus Basilius Apocaucus, quem supra memoravimus, priusquam rediret in patriam, Lacedæmonem venit, ut sacrum Beati thecam adoraret, suumque in illum amorem & studium testaretur. Discedens autem collectum vasculo sacrum unguentum, quod sanctificationi, maleficque & morbis omnibus depellendis proficuum esset, domum tulit. Domi ergo quemdam ex famulis, quem in intimis habebat, gravi, lethalique morbo decumbentem, ac desperata per medicum valetudine, deploratum nactus, divino quod gerebat unguento Gregorium (id enim servo nomen erat) certa fide spem fulciens inunxit. Res mira! sub mediam noctem e lecto repente desiliens æger, suisque pedibus gradiens, sonora voce, qui modo elinguis erat, uxorem vocat. Apocaucus ad vocis sonum excitus, accurrit, & sanitati, aut vitæ potius restitutum cernens, modum causasque interrogat. Tum ille: monachum sibi quemdam affuisse ait, insignem cruce, virgam manu gerentem, vultuque corporis tremitico, & lethalem morbum protinus depulisse. Astans enim mihi, ajebat, monachus ille (cujus etiam vultus lineamenta signabat, ex quibus Apocaucus Sanctum fuisse didicit) manumque prebendens: Deus inquit propter Apocauci fidem vitam tibi Metanoitæ precibus largitur, & cum hoc dicto statim abiit. Ego*

PAGIUS finem anni CMLXXIX. aut saltem insequenti extinctum est. Ad hunc annum referendum, quod ibidem de Basilii Imperatoris in Bulgariam expeditione narrat Cedrenus. *Basilius Imperator*, inquit, *ut primum Duci negotio se expedit, ulcisci Samuelis maleficia cupiens, collectis Romanis exercitibus, in Bulgariam ipse ducere statuit.* Verum hæc expeditio infelix fuit; cum Imperator ægre per fauces Philippopolim pervenerit, deceptus a Stephano Scholarum Occidentalium Domestico, *quem ob staturæ humilitatem Contostephanum appellabant*, Leoni Melisseno, quo Imperator utebatur inimicissimo.

III. *Initium belli inter Ottonem II. & Græcos gesti.* Otto II. hoc anno *Natalem Domini Romæ celebravit*, inquit Lambertus Schafnaburgensis. [1] Chronographus vero Hildesheimensis notat, eum Pascha in eadem urbe celebrasse. Denique Hermanus Contractus juxta editionem Canisianam *Otto Imperator*, inquit, *peragrata Italia, Campaniam, Calabrosque fines cum exercitu ingreditur.* [a] Sigebertus vero: *Otto Imp. Apuliam & Calabriam Italiæ provincias ad jus regni Græcorum appendentes transferre ad imperium Rom. conatur, maxime propter affinitatem, quam per uxorem suam Theophaniam cum Imperatore Græcorum habebat.*

IV. *Anglia iterum a Danis vexata.* *Anno nongentesimo octogesimo primo S. Petroci confessoris martyrium in Cornubia devastatur a pyratis, qui anno præterito Suthamtoniam vastaverant. Qui deinde in Domnania, & in ipsa Cornubia circa ripas maris frequenter prædas agebant*, inquit Hovedenus, quod & alii Historici Anglici habent. Quare Dani iterum Angliæ maritima invasere, verumque est quod scribit Huntindoniensis pag. 357. postquam S. Eduardi Regis Martyrium narravit. *Inde dominans iterum ad iram promotus, & plus solito irritatus, genti pessima malum inextricabile conferre cogitavit.* Floruit Sanctus Petrocus

NOTÆ [1.] OTto hoc anno Natalem Domini Romæ celebravit &c. Immo Ravennæ. Annalista Saxo Eccardi ad hunc annum. MANSI

[a] HOc anno Otto II. Imp. dum in Campania & Apulia esset, diploma pro monasterio Casinensi concessit. Aligerno Abbati; in cujus fine legitur: *Johannes Cancellarius ad vicem Petri Papiensis Episcopi Archicancellarii recognovi & subscripsi. Data octavo Idus Augusti anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo octogesimo primo, imperii vero Domni secundi Ottonis Imperatoris Augusti quarto decimo, indictione nona. Actum Cerico, feliciter. Amen.* Edidit illud ex autographo Erasmus Gattula in Accessionibus ad Historiam Casinensem Par. I. pag. 78. Ibid pag. 100. affertur aliud Ottonis privilegium pro monasterio S. Mariæ de Cingla, in quo hæc in fine: *Signum Domni Ottonis Serenissimi Imperatoris & invictissimi Augusti. Johannes Cancellarius ad vicem Petri Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi. Data tertio Idus Octobris anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo octuagesimo primo, imperii vero Domni secundi Ottonis XIV. Indict. IX. Actum in palatio Beneventi in Dei nomine feliciter. Amen.* Si ergo a natali Domini anni 967. primus annus imperii Ottonis, ex quo consors Augustæ potestatis a patre factus est, incipit, recte annus XIV. respondet A. D. 981. GEORGIUS

Ego vero integram valetudinem adeptus sum. Hucusque de rebus gestis cum Basilio Prætore S. Niconis Bulgarorum propulsatoris, quæ unica fax, hoc tenebroso tempore, Orientem illustrasse reperitur.

IV. Diplomata Ottonis Secundi Imp.

Extat hoc eodem anno datum diploma Ottonis Secundi Imp. idemque ab ipso impertitum monasterio S. Vincentii ad fontes Vulturni posito. Incipit: *Si Ecclesiarum Dei curam habere studuerimus proculdubio Imperium nostrum stabile erit, insuper & vitam æternam promereri credimus, &c.* In fine autem: *Joannes Cancellarius ad vicem Petri Papiensis Episcopi Archicancellarii recognovi, & subscripsi. Datum quinto Idus Aug. anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo octogesimo primo, Regni vero domini Ottonis Secundi xxi. Imperii vero viii. Indictione nona.* Inest sigillum ejusdem, aliaque diplomata ejusdem generis privilegia continentia ibidem extant, ut illud datum sexto Idus Octobris hoc eodem anno Redemptoris nongentesimo octogesimoprimo, Indictione decima inchoata, Imperii a tempore coronationis, quartodecimo per manus ejusdem Joannis Cancellarii, & alia id genus privilegiorum diplomata. Ex quibus illud saltem non levis momenti declaratum apparet, eosdem Ottones nominis Regis & Imperatoris diversam habuisse rationem, nec se inscribere solitos Imperatores, nisi postquam Romæ ab ipso Romano Pontifice fuissent coronati. Extant ipsa diplomata in codice scripto antiquitus charactere Longobardo, quo Chronicon continetur Joannis Monachi, qui scripsit temporibus Paschalis Secundi, de quo ipse in præfatione ad Benedictum Abbatem, cum venisset Capuam: *Me intuitus, cum sæpe huc respexisset: Bene, inquit, o fili, magnum opus cœpisti; sed bene cœpta, melius prosequi stude.* Accepi ipsum codicem (ut alias dictum est superius) ab Alexandrino Patriarcha Camillo Cajetano ejusdem monasterii Abbate Commendatario.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS

cus monachus sæculo sexto, quo Romam & Hierosolymam visitavit, & in Indiam ac Orientalem Oceanum penetravit, qui postquam sanctissime vixisset, mortuus est in Cornubiensi monasterio circa annum DLXIV. ut videre est apud Usserium in Indice Chronologico Historiæ Britanniæ, & apud Alfordum in suis Annalibus. Testantur autem Historici Anglici Episcopalem sedem erectam fuisse in oppido, ubi sepultus fuerat. Incensa autem hoc anno Ecclesia cathedrali S. Petroci, Episcopatus alio translatus fuit, hodieque, ut testatur Cambdenus in Cornuvallia, *Exonia* illo potitur.

Hoc anno *S. Adelbertus* primus Magdeburgensis Archiep. mortuus est, ut an. CMLXXXIII. ostendam.

I. Redemptoris annus nongentesimus octogesimussecundus, Indictione decima sequitur, quo tempore præter bella civilia, & externa aliaque mala quibus Oriens affictabatur, peste etiam laboravit, cum ad eam curandam Lacedæmonii destituti humano auxilio, ad opem divinam implorandam assurgunt, legationemque decernunt ad Niconem virum sanctissimum, de quo sæpe superius dictum est, de qua in rebus ab ipso præclare gestis ista narrantur: *Transactis in ea spelunca diebus octo, a morbo recreatus, Spartam venire abnuens, Amyclas contendit. Quod ut senssere Lacedæmonii, festine ad illum primarii cives, & alii e plebe certatim convolarunt enixe orantes, ut Spartam usque venire vellet: invaserat enim civitatem pestifera lues, & plurimos incolas absumebat: propterea venire illum cupiebant, quod se divinis ejus precibus liberandos confiderent; ille vero, & cætera misericors, & in eos maxime, qui ejus populus, & sors futuri essent, tamquam futura præsagiens, eoque in illos propensior, & legationem benigne excepit, animique petitioni, & ingruentis mali propulsionem spopondit, si modo ipsi Judaicam gentem ex urbe sua pellerent: ne execrandis eorum (ut ajebat) moribus piaculisque religionis suæ diutius eam contaminarent. In his, ait, si me audieritis, & pestis a vobis recedet, & ego quod superest vitæ, ducam vobiscum. Quibus verbis monita alia adjiciens, subinde aspergebat* (a)*: Via tua fecerunt hæc tibi, & iniquitates tuæ prævaluerunt, & duro ludo percussa es. Cumque illi ejus oratione commoti, seipsos condemnarent, atque omnia quæ jusserat, facturos promitterent: nihil amplius cunctatus, cum Legatis illis profectus est, non cantherio, aut lecticæ vectus, nec multo comitatu stipatus, sed solo virtutum choro circumseptus. Ad ejus porro adventum lues cessavit, & Judæi urbe pulsi sunt. Nec vero Lacedæmone amplius excedendum, sed in ea perpetuo manendum constituit: ita ut non facile pedem alio efferret, nisi cum necessaria res quæpiam aliquo vocaret, & tunc quoque gradum citius referebat. Videres igitur accurrentes quotidie ex universo Pelloponeso agrorum omnis generis catervas: quibus ille non minus animæ quam corporis curam impendebat: mellitis enim adhortationibus ad pietatis zelum eos accendebat, ad salutem cuique suam pœnitentiæ ope disponebat. Fortunata vero Lacedæmon quæ talem medicum civemque sortita es, cujus divinis præceptis ac disciplinis ad omnem virtutis formam multo certius rectiusque quam inanibus olim Lycurgi legibus effingebare!* Subjicit bis de structura templi, tum ejus hortatu elaborata, cui adversatus Joannes quidam cognomento Aratus, Judæorum patronus, quæ sit passus, ab eodem auctore hanc subjiciente orationem sic accipe:

Qua lege S. Nicon curare promittat pestem.

Lues a S. Nicone curatur.

II. *Hic* (inquit) *solus invidiæ stimulis concitatus, aut dæmonis potius scelere ac fraude impulsus, ira & odio adversus Niconem insaniebat, divini operis argumentum ad probrum, & injuriam suam rapiens: proclivior siquidem est malitia, ut ad pejora feratur, quam ut melioribus inhæreat. Non cessabat egregius ille Sancto in os obloqui, cœptoque operi, ne colophonem adderet, omni ope prohibebat. Prorsus enim cum reliquis Lucensibus ille non conveniebat: unde & Judæorum fugam injuria & immerito factam affirmabat: cumque civibus* Di-

De Arato Judæorum patrono.

(a) Jer. 4.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hisp. MXX. Anno Hegiræ CCC. LXXII. inchoato die 26. Junii fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6475.

☉ 11. A. ☽ 14. P. 16. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 982.

BENEDICTI VII. PAPÆ 8.

OTTONIS II. IMP. 20. & 16.

BASIL. & CONST. IMPP. 7.

A.C. 982. I. Hovedenus Part. I. Annal. pag. 427. Danos ab Anglis vexandis non destitisse, his verbis narrat: *anno nongentesimo octogesimo secundo ad provincias Dorotensium* (legendum, *Dorcestensium*, ut ex Wigorniensi & Florilego recte emendat Alfordus) *tres naves Pyratarum applicuerunt, & Portland devastaverunt. Civitas Lundonia igne cremata est.* Idem habent Annalista Mailrosensis, & quidam alii Historici Anglici.

Angliæ a Danis vexatæ.

II. Hoc anno corpus *Sancti Eduardi* Martyris quod in loco non longe ab eo in quo necatus fuit, jacuerat, crebrescentibus miraculis, alio cum pompa translatum est, uti narrat Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Pont. pag. 252. *Jacuit ergo ibi triennio invidentibus inimicis mortuo cespitem Ecclesiasticum, cui vivo inviderant decus Regium. Sed affuit divina potentia, qui insontem signorum levaret gloria. Ibi ostensa de cælo lumina, ibi claudus gressum composuit, ibi mutus organum resumpsit, ibi prorsus omnis invaletudo sanitati locum fecit.* Cum enim S. Eduardus anno CMLXXVIII. occisus fuerit, triennium illud anno superiori

Translatio S. Eduardi Martyris.

vitio vertere, atque illos hoc nomine sugillare, & traducere non verebatur.

III. Fuste S. Nicon Judæum pellit.

Cumque opificii cujusdam obtentu, quo poliri & illustrari textilia solent, Judæorum unum in urbem introduxisset; intercessit illico Nicon, bellatorque juxta Prophetam factus, consueta lenitate paulum intermissa, leoninum animum induit, & fuste qui propter jacebat, arrepto, Judæum male acceptum foras extrusit, formidabiliorque hostibus quam Hercules ille sua clava visus est. Judæorum enim gentem usque adeo aversabatur, ut nec lingua, nec auribus usurpare illorum nomen vellet, ut jure in illum Davidis verba convenirent (a): Qui oderunt te Domine, oderam & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi, propterea nomina eorum labiis meis non commemorabo.

(a) Ps. 138.

IV. Aratus in Sanctum contumeliosus.

Hæc vero cum audisset a furore nomen trahens Aratus, rabie tumens (ut semper litium amans & impudens atque ad immania praeceps est improbitas) in Sanctum anhelans irruere cœpit, conviciis onerare, proscindere, minis deterrere, quamquam inanis hæc ille strepitus erant, & pro larvæ terriculis habebantur. Qui leni ad eum voce; nec enim contendere prorsus, nec altercari norat: Abi, inquit, & ad te redi, infelix. Defle scelera tua: brevi enim senties, quis arrogantiæ fructus, & qualia nequitiæ sint præmia. His dictis & tamquam in mortuo (quod ajunt) aure effusis ad monasterium regressus est: hominis enim animum verba non penetrarant. Quare non destitit amens ab incœpto, quin adversus Sanctum de more fremeret, proscinderet illum, signisque tota urbe dignis furore & infamia sua probris & contumeliis, quin etiam minas intentabat, nesciens stupidus & vecors, quod non glorietur molitio adversus virtutem, nec proficiat inimicus contra electos Dei, ut scriptum est (b): Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Quid tum autem consecutum est? Tantum abfuit, ut ejus minis ac maledictis avocaretur; ut in his potius, Domini exemplo, tamquam laudibus triumpharet. Dominus autem de cœlo auditum fecit judicium, & malitiæ justissimas pœnas de-

(b) Psal. 88.

PAGIUS ri absolutum fuit. Subdit postea Malmesburiensis, *Elfridam* Reginam Sancti interfectricem pœnitentiæ causa duo monasteria condidisse, & jam lib. 2. de Gest. Reg. pag. 41. hæc de eadem Regina dixerat; *quoniam animus indisciplinatus ipse sibi tormentum est, patiturque suos etiam hic mens anxia manes, Elfrida de illo Regali supercilio inclinata diro pœnituit, adeo ut multis annis apud VValevvellam* (ubi monasterium fundarat) *carnem in deliciis nutritam, cilicio convolveret, noctibus solo strato sine cervicali somnum hauriret, cruciaret præterea quæcumque posset corpori comminiscens; speciosa mulier & pulchre viro fobrias sed quod tantum nefas commisit pœna digna.* Sancti Eduardi corpus in Septoniensi monasterio repositum, annoque MI. a Septentoniensi Ecclesia ad Glastoniensem translatum. [r]

Hoc anno magnum prœlium inter Ottonem II. & Græcos in Calabria habitum, ut legere est anno insequenti.

NOTÆ [r] DUm hoc anno *Otto* bellum adversus Græcos in antiqua Calabria gereret, diploma monasterio Fuldensi dedit, quod ex archetypo vulgavit Fridericus Schannatus in Traditionibus Fuldensibus pag. 243. Epochæ in fine diplomatis hæ sunt:

Signum Domni Ottonis invictissimi Imp. Augusti Hildiboldus Episcopus & Cancellarius vice VVilligisi archicancellarii recognovi. Data XV. Kal. Junii anno Dominicæ Incar. DCCCCLXXXII. Indict. X. anno vero regni secundi Ottonis XXV. Imperii vero XV. Actum foras muros Tarenti civitatis. Otto II. in Germaniæ regem adscitus est A. D. 961. Imperator vero post mortem patris A. D. 967. regnare cœpit. Ergo male in annis regni *annus* XXV. exprimitur, quum legendum sit XXII. nisi aliam *Ottonis* II. Epocham comminisci velimus.

Quod autem attinet ad bellum, ac prœlium hoc anno cum Græcis in *Calabria* initum, huc etiam facit diploma *Ottonis* II. de dono, quod *Gorziensi* monasterio fecit *Cuonradus* filius *Rodulfi Comitis*, antequam prœlium iniretur. Id patet ex Præcepto ejusdem *Ottonis*, cujus verba apud Martenium tom. I. pag. 98. novi thesauri Anecdot. hæc sunt: *Quapropter omnium fidelium nostrorum præsentium ac futurorum noverit, pia devotio, qualiter Cuonradus filius Ruodolfi quondam Comitis in die belli, quod fuit inter nos & Saracenos sub favore nostro, hoc est Imperiali vexillo, legali ritu tradendum nobis commendavit omne prædium suum quod habuit in regno Lothariensi, rogavitque in conspectu totius exercitus, ut hoc totum parvum cum magno ad monasterium S. Gorgonii martyris in loco Gorzia vocato, constructum, nostra præceptione, si ea die moreretur, sicut fecit traderemus. Ejus petitionem post belli eventum, cum fidelibus nostris colloquentes, in primis interventu dilectæ contectalis nostræ Theophaniæ, videlicet Imperatricis Augustæ, ac postea consultu fidelium nostrorum, Ottonis scilicet fratruelis nostri, Alemannorum Bajoariorumque ducis, ac Deoderici Metensis Ecclesiæ venerabilis episcopi, aliorumque &c. adimplevimus.*

Data VI. Cal. Octob. an. Dominicæ Incarn. DCCCCLXXXII. Ind. XI. *anno vero regni secundi Ottonis* XXV. *imperii autem.* XI. *Actum Capuæ in Dei nomine feliciter. Amen.* Librarii vitio in annis regni exaratum est XXV. cum scribendum fuerit XXII. Nam *Otto* factus est Germaniæ rex A. D. 961. in festo Pentecostes. Coronatus fuit Imperator in natali Domini anno 967. quare an. 982. adhuc in cursu erat *annus imperii* XV. De nonnullis aliis *Ottonis* Præceptis hoc anno datis vide Mabillonium Annal. Bened. Lib. XLIX. §. VIII. GEORGIUS

dedit. Verba in eum misera abiecerat: nam dignos amentiæ suæ fructus tristi & miserabili vitæ exitu percepit. Nec tarda fuit vindicta, qualis sæpenumera divina bonitate conversionem præstolante, contingere solet; sed e vestigio, de repente, nec opinantem, ut mox dicam, oppressit.

V. Dat pœnas Aratus.

Nocte proxima objecti sunt infelici duo senes in somnis, quos alii duo sequebantur, forma quidem eunuchi, sed longe, quam humana præstantiore. Ab his vero flagris cædi sibi videbatur, & sic verbis increpari: Quomodo tu eo es provectus audaciæ, ut servum Dei contemnere, & conviciis appetere non dubitares? deinde in obscurum post verbera carcerem detrudi. Et cum veniam multis orasset, vix tandem cædendi finem fecisse, nec tamen e custodia dimisisse. Experrectus igitur, gravem statim in febrem incidit: accitoque Nicone, ad ejus pedes advolutus, misericordiam imploravit. Cui beatus: Quæ in me perpetrasti, ait, ea tibi frater, quantum in me est, condonabuntur, sed quoniam vitæ finis tibi cœlesti decreto præstitutus est; nemo erit de cætero, quemadmodum ait (a) Propheta, qui Dei consilium dissipare possit. Et his dictis ad monasterium reversus est. Illi vero tertia post dies infelici morte vitam eripuit. Ex quo metus ingens ac trepidatio Lacedæmonios invasit: nec repertus est quisquam e minimis & maximis, qui ad Niconem non advolaret, ejusque jussis pareret. Fidem enim fecerat omnibus exemplum, qui Christi servos ludibrio habent (b): quoniam utique est fructus justo, & Deus judicans eos in terra. Hactenus de his quæ occasione pestis ingruentis a sancto viro propulsatæ dicenda fuerunt.

(a) Psal. 32.

(b) Psal. 57.

Se-

I. Ottonis expeditio in Græcos & Saracenos.

SEquitur annus Redemptoris nongentesimus octogesimustertius, Indictione undecima, quo Otto Junior Imperator expeditione parata adversus Græcos & Sarracenos pugnaturus, in Calabriam venit. Leo Ostiensis duplicem ejusdem Ottonis in Campaniam atque Calabriam ponit adventum, pacificum alterum, alterum cum exercitu pugnaturi adversus eosdem Græcos & Sarracenos. De primo adventu his verbis: *Secundus Otto ejus filius cognomento Rufus, Capuam venit, inde Tarentum, ac Metapontum adiit, deinde Calabriam.* De secundo autem sic: *Inde prospere ad suos rediens anno Domini nongentesimo octogesimotertio, magno conflato exercitu iterum in Calabriam dimicaturus cum Sarracenis advenit.* Hæc ex antiquis Chronicis Cassinatibus. Porro ad hunc secundum adventum spectare certum est, quod Petrus (a) Damiani in epistola ad Dominicum Loricatum narrat memoratu dignum, quod se accepisse testatur a Desiderio Cassinensi Abbate, qui fuit postea Romanus Pontifex, Urbanus Secundus: ait enim:

(a) Petr. Dam. ep. 5. c. 13. 24.

II. *Porro dum styli hujus exaro dictator articulum; ecce Desiderius religiosus Cassinensis monasterii Abbas accedit: qui nimirum sicut beato Danieli cognatione jungitur nominis (appellatus est enim (b) Daniel a Domino, vir desideriorum) sic eum ab illo non separat assertio veritatis. Hic itaque mihi aliquando narravit, quod ipsa ratio persuadet ut scribam: Servus, inquit, Dei Neapolitanæ regionis in prærupta rupe juxta viam publicam habitabat solitarius, qui nimirum dum nocturno tempore psalleret, & fenestram cellulæ horarum explorator aperiret; ecce vidit multos nigros homines tamquam Æthiopes iter carpere, & longo tractu fœnifortos commeare. Cumque eos inquireret, qui essent, cujusve rei gratia hæc jumentorum pabula devectarent: Maligni, inquiunt, spiritus sumus: hæc paramus non pabula pecoribus alendis, sed fomenta potius ignium hominibus comburendis.* Ita plane secundum similitudinem illam (c) Apostoli, *supra fundamentum hoc aliï ædificant fœnum & stipulam, quale cujuscumque opus sit, ignis probabit.* Per fœnum & stipulam peccata significans, quæ gehennæ accensa incendio perpetuo peccatores incendunt. Pergunt illi: *præstolamur enim in proximo Principem Capuæ Pandulphum, qui jam decumbit, & Joannem Magistrum militum Neapolitanæ civitatis qui adhuc vivit incolumis. Illico vir Dei præfatum Joannem impiger adiit: quæ viderat, quæque audierat, fideliter cuncto narravit.*

(b) Dan. 9. 10.

Visio ostensa de principibus ad inferos condemnatis.

(c) 1. Cor. 3.

III. De Pandulpho & Joanne damnatis ad Inferos.

Per idem tempus Otto Imperator Secundus adversus Sarracenos præliaturus, in Calabriam festinabat. His igitur auditis, Joannes ait: Modo necesse est nos Imperatori occurrere, & cum eo simul de hujus terræ statu provida consideratione tractare. Porro post Imperatoris abscessum spondeo, quia & sæculum deseram, & monachicum habitum sumam. Ut autem probaret, utrum verum esset, quod ille narrabat, nuntium protinus ad mœnia Capuana direxit. Qui veniens, Pandulphum jam mortuum reperit. Ipse quoque Magister militum Joannes antequam istas partes Imp. attingeret, vix diebus quindecim supervixit. Quo mortuo, mons Vesuvius, unde videlicet gehenna frequenter eructat, in flammas erupit, ut liquido probaretur, quia fœnum, quod a dæmonibus portabatur, nihil aliud

---

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXI. Anno Hegiræ CCCLXXIII. inchoato die 15. Junii fer. 6. A.C.983. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6476.

☉ 12. G. ☽ 15. P. 8. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 983.

BENEDICTI VII. PAPÆ 9.

OTTONIS III. REG. 1.

BASIL. & CONST. IMPP. 8.

ANum. I. ad XVII. Baronius num. I. ait, Leonem Ostiensem lib. 1. cap. 9. duplicem Ottonis II. in Campaniam & Calabriam adventum ponere, pacificum alterum, alterum cum exercitu. De primo advento his verbis: *Capuam venit, inde Tarentum, ac Metapontum adiit, deinde Calabriam.* De secundo: *Inde prospere ad suos rediens anno Domini CMLXXXIII. magno conflato exercitu iterum in Calabriam dimicaturus cum Sarracenis advenit.* Verum Leonem Ostiensem prælium illud male in præsentem annum distulisse, & Ottonem II. anno CMLXXXI. cum exercitu venisse in Calabriam, annoque CMLXXXII. cum hostibus dimicasse, certum esse debet. De priori ejus in Calabriam adventu a. CMLXXXI egimus. Anno vero CMLXXXII. *Ottonem II.* cum Saracenis infeliciter pugnasse, testantur Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam, Lambertus Schafnaburgensis, Sigebertus in Chronicis, & cum illis Chronographus Hildensheimensis, nec ullus ex Antiquis Leoni Ostiensi suffragatur.

Prælium inter Ottonem II. & Græcos.

II. Rem gestam his verbis narrat Hermannus: *Græci cum magnis copiis, conductis etiam pretio Saracenis, Calabriam contra Ottonem Impera-*

liud fuit, nisi ignis trucis incendii, qui pravis & reprobis hominibus debebatur. Nam quandocumque in illis partibus reprobus dives moritur, ignis erumpere de prædicto monte videtur, tanquamque sulphurea resinæ congeries ex ipso Vesuvio protinus fluit; ut torrentem faciat, atque decurrente impetu in mare descendat. Ubi videlicet corporaliter videri potest, quod in Apocalipsi (a) Joanne de reprobis dicitur, quia pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

(a) Apoc. 21.

IV. Princeps Salernitanus damnatus ad inferos.

Enim vero & Salernitanae Princepe, hujus videlicet Guaimarii æque Principes, qui ante non plures annos pro multis violentiis atque tyrannicis oppressionibus suorum gladiis peremptus est, avus, cum procul aspexisset quadam die de prædicto monte Vesuvio piceas atque sulphureas repente flammas erumpere, protinus ait: Proculdubio sceleratus aliquis dives in proximo moriturus est, atque in infernum descensurus. Sed o cæca mens reprobi hominis, immo super hoc terribile judicium Conditoris! superveniente siquidem proxima nocte, dum secure cum meretrice concumberet, expiravit, illa (ut postmodum referebat) quid contigisset, ignorans, diutius pertulit, & vix tandem a se non hominem sed cadaver enormis prostituta dejecit. Quibus cognitum est, non reprobos tantum divites, sed carnis putredine inquinatos, ac denique peccantes omnes quovis genere mortalium peccatorum, ac sine pœnitentia morientes, gehennæ subituros fore supplicium. Nam quomodo eamdem pœnam passus sit presbyter arrogans, ejusmodi idem Petrus mox historiam subjicit, dicens:

V. Presbyter explorat. abiorbetur.

Quidam præterea in Neapolitanis partibus presbyter, volens certius quam non licebat, addiscere, illuc ubi gehennale barathrum ferventius eructabat, præsumptoria decrevit audacia propinquare. Missarum igitur solemnia celebravit, sicque infulatus, velut armatus iter arripuit: sed dum ultra quam solebant homines, temerarius scrutator accessit: redire non valens, postmodum non apparuit. Alius vero presbyter matrem suam Beneventi reliquerat ægrotantem. Cumque per Neapolitanos fines domino suo comitatum præberet, exundantibus flammis intendens, clamorem lugentis audivit, quem suæ matris esse, proculdubio cognovit. Notavit horam, & tunc evidentissime comperit matrem fuisse defunctam. Hucusque Petrus Damiani vocatus, ut Eusebius Pamphili.

VI. Licet autem poetice magis quam Theologice credita sint ejusmodi ora terræ evomentia jugiter flammarum globos esse inferni portas, & quod idem ignis sit ille inferni peccantibus præparatus, atque id scripsisse reperiantur antiqui Theologi non vulgares, ut alias superius meminisse recolimus; tamen certum, ista potius similitudinem gerere illius gehennæ, mortalibusque in exemplum vel indicium posita gehennalis ignis illius, qui sine luce ardens animas simul comburit, & corpora, cui tantum peccata fomenta ministrent. Cæterum externis signis his ob oculos positis, Deum per visum quam sæpissime damnationem peccantium & impœnitentium ostendere consuevisse, non ista tantum, quæ recitavimus, sed alia innumera exempla declarant.

VII. Ottonis bellum infaustum adversus Græcos.

Sed jam prosequamur Ottonem cum exercitu in Calabriam adversus Sarracenos junctos Græcis proficiscentem, quem quidem præcesserunt vaticinia satis infausta, cum ostensum est offenso numine in Sanctis ejus, ingentem ejus exercitui parari cladem. Deplorarunt scriptores ejus temporis ejusdem Ottonis mores, utpote nonnihil degeneres a parentis vita, cui successerat, Ottonis Magni. Inter alios auctor ejus temporis, qui res gestas S. Adalberti fideli prosecutus est stylo, de ipso Ottone valde conquestus, hæc habet: (b) *In tantis adversis illum circumfluentibus non resipiscit: quid contrarium ministro æterni Imperatoris egerit, quid pro Lauren-*

(b) Apud Sur. die 23. April. to. 2.

PAGIUS Ottoni II. infaustissimum fuit.

peratorem. Defendere aggressi, magnis utrimque viribus conferta (legendum, conserta pugna) *primo vicit, & deinde nova manu succurrentibus Agarenis exercitum nostrum privant vel rapiunt. Ipseque Imperator in mari natando fugiens, ab hostibus captus, cum non agnosceretur ab eis, ad quoddam castrum maritimum pro pretio, ut rogabat, adductus, a suis redemptus est. In eo conflictu nostris infaustissimo, inter alios innumeros Heinricus etiam Augustensis interfectus disparuit, eique Etich in Episcopatu successit.* Mortis hujus Heinrici Sancti Udalrici in Episcopatum Augustensem Successoris mentio est in hujus Sancti Vita a Gerardo Presbytero ejus familiari scripta, cujus verba Baronius num. XIII. recitat, animum tamen non advertens ad errorem, vel Gerardi, vel Librarii. Ait enim Gerardus: *Anno Incarn. Domini nostri J. C. CMLXXXIII. Imperator cum exercitu Calabriam provinciam adiit, &c.* loco *anno Incarnat. Domini nostri J. C. CMLXXXII.* Mabillonio etiam Sæc. V. Benedict. pag. 460. fucum fecit locus iste, notanti ex eo corrigendum esse Hermannum Contractum. Præterea Baronius ibidem ait, Sigebertum anno sequenti consignare mortem *Theodori* Metensium Episcopi, cum tamen Sigebertus prælium istud cum superiori Christi anno conjunxerit, annoque CMLXXXIV. *Theoderici*, seu *Diederici* Episc. Metensis obitum narrarit.

III. Nullus melius Hepidanno S. Galli Monacho hanc expeditionem exposuit, qui tamen in anno, ut passim in aliis hoc tempore peccavit,

rentio peccaverit, non recognoscit. Episcopatum, quem pater in sacrum honorem pretiosissimo Martyri erexit, ambitione suorum, in peccatum ductus filius destruxit non faciens ordinem: quasi qui aquam in mare fundit, Episcopatum dejecit, ut plenum deliciis Archiepiscopatum ditaret. Tulit Episcopum optimo Laurentio, posuit Parthenopolis Archipræsulem nostro Mauritio. Factum est contra jus in Ecclesia Dei, donec adveniens novus Rex & religiosissimus veterem errorem correxit. Post tres Ottones Henricus Christianissimus ecce venit, qui malefacta correxit. Sed antequam ulterius progrediatur oratio, hic quæ obscura ab auctore ponuntur, & in Ottonem adeo exaggerantur, quorum causa talia passum affirmat, hic primum pervestiganda putamus.

VIII. Per sanctum Laurentium martyrem scias intelligi Ecclesiam Mersburgensem, in qua S. Laurentius patronus colitur. Per Parthenopolim autem intelligit Madeburgum, quam in Metropolim ingentem satis (ut suo loco dictum est) Otto Magnus hujus pater erexerat sub titulo sancti Mauritii præcipui ejus patroni. Quid accidit? Defuncto hoc ipso anno sancto Adalberto primo ejus Archiepiscopo, cum sedisset (ut dictum est) annis duodecim, in locum ejus subrogatus est Othricus vir valde insignis, quo post electionem hoc pariter anno dum Romam iret, jam mortuo, idem Otto Imperator alienæ sedis Episcopum, nempe Giselerum Mersburgensem, Magdeburgensi præficit, virum valde insignem. Qui adversus hujusmodi negotium declamatum fuisse, scandalumque illatum esse scivit Adam Chronographus, putavit in eo esse peccatum, quod qui translatus est ad Mardeburgensem Ecclesiam, idem retineret priorem Episcopatum, sicque duarum Ecclesiarum unus esset Episcopus, duarum conjugum unus sponsus. Verum quæ dicta sunt ex gestis S. Adalberti, rem aliter se habuisse significarunt, nimirum extinctum & transfusum Episcopatum S. Laurentii in Archiepiscopatum Magdeburgensem, cujus rei gratia idem Otto Imperator sanctum Laurensium sit passus ultorem. Cæterum Adalberti Margdeburgensis Episcopi obitum, & successionem Giseleri Lambertus refert anno superiori. Qui etiam quod dictum est de Episcopatu Mersburgensi comprobat, dum anno superiori ista ait: (a) *Destructus est Episcopatus in Mersburg, miræ magnitudinis ædificium cecidit, sive cessit in Magdeburg.* Sed & Ditmarus testatur sedem Meresburgensem fuisse his diebus expoliatam Episcopatu, penitusque destructam. Pergit vero auctor:

(a) Crant. in Metrop. Sax. lib. 2. c. 28.

IX. Otto peccans in S. Laurent. punitur.

Propter hoc peccatum (veluti patet) pugnante Laurentio, victoriam Otto perdidit, & diebus suis omnem confusionem recepit. Avertente faciem Deo, quæ sit virtus tua, o homo, specta nunc in homine uno. Quid prodest bellicus ardor? Quid valet virtus sine suo loco? Age tunc cuncta cum consilio. Quorsum venit sapiens invito Deo? sicut scriptum est (b): *Non est consilium, non est ratio contra Deum. Quapropter audiamus bonum consilium, quo dicitur:* (c) *Omnes curas & cogitatum tuum jacta in Dominum, & ipse te nutriet:* (d) *Spera in Domino, & ipse faciet, Inspiciamus magnæ indolis virum, ex multo merito Imperatorem Augustum: ecce dum peccat, flagellatur, plenus adversis medio vita moritur, jacet nunc inglorius, o utinam & non reprobus, pulchræ virtutis alumnus. Prius vero quam moreretur, ut ad pœnitentiam hominem stimularet, sicut est solus semper clemens Deus, talem visionem cuidam sapienti ostendit, quam ut auditam recolimus, infra annotare non absurdum putamus.*

(b) Prov. 21.
(c) Psal. 54.
(d) Psal. 36.

X. Visio de ventura clade Ottonis.

Nocte intempesta, quando altus sopor solet occupare homines, vidit visum de quo agimus, Regem Ottonem auro solio sedentem, sub pedibus ejus argenteum scabellum, Episcoporum & astantium procerum circa ipsum prospexit seriem longam. Intravit autem decora facie, instar ignis, juvenis, quem nivea vestis vestivit, & purpurea stola in pectore cinxit. Nec stat. Via vadit, argenteum scabellam sub pedibus Cæsaris cum indeguavit.

PAGIUS Accurata ejus narratio.

vit, Ait is: *CMLXXXVIII.* (scribere debuit CMLXXXII.) *Otto Imperator non contentus finibus patris sui, dum esset Romæ, egressus est occupare Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam & omnes alteriores partes Italiæ, usque ad mare Siculum & portum Traspidem. Qua causa Imperator Constantinopolitanus, sub cujus hoc erat omnis terra imperio, primo per nuncios nequicquam eum tentat revocare ab incepto. Dein Sarracenos ex Sicilia, & aliis insulis maris, & finibus Africæ vel Ægypti, adversus eum conduxit in prœlium, cum quibus ille infeliciter dimicavit. Nam ad prandendum eos venire æstimans, dum paucos in littore mavis quasi latrunculos conspexit, parva manu aggressus est eos opprimere, & circumfusus infinita multitudine, qua se nollu in montibus occulait, omnibus, in exercitu suo fugatis, vel occisis vel captis ipse navigio vix ad castellum quoddam suorum evasit. Ex captivis autem multos postea reversos vidimus tam Clericos quam Laicos, quorum unus erat Vercellensis Episcopus carcere diu maceratus apud Alexandriam.*

IV. Tum narrans quæ pertinent ad annum CMLXXXIII. ait: *CMLXXXIV. Hoc anno Imperator cogitans se vindicare in eos, qui in Sicilia habitant, Saracenos, voluit arte Darii quon-*

gnatione subtrahit, & averso vultu januam petit. Quod ægre ferens, post illum cucurrit tale somnium cernere qui meruit: Quæso, inquit, domine mi, dedecus ne facias, suppedaneum reddas, quisquis qui tanta audes, obsecro, Regem coram populo ne confundas, (hac magno potentes Laurentii vera persona erat, sicut illi Episcopo post agnoscere Deus concesserat). Immo, inquit, si meum dedecus non emendat, majora faciam, subtracto scabello, ipso solum deponam.

XI. *Hujus visionis terrores, minusque exitiales eum cognovisset Rex puer, facinus non correxit, sive amor hominis suasit, sive ira Dei ita jussit. Huic in parvo corpore melior virtus, magnus amor, & fides suis, larga manus sine querela cunctis, sapientia major annis, pia humanitas erga Dei servos, confessio & oratio bona Regnum tenuerunt; sed hæc pecunia de statuendis Episcopis (ut est humanum peccare, in plurimis periculose excecuit jocum juventutis, cum esset in pulcro usu super doctrina librorum. Sola infelicitas bellorum victoriam tulit. In medio cursu, cum dulcissima vita & gratissima lux juvenibus hæc est (non adjuvat honor Regis) fit victima mortis, pulvis in pulverem redit. Videte quantum gloria Cæsar reliquit.* Hæc auctor de amissa victoria, & morte Ottonis Imperat. ulciscente martyre Laurentio illatam Ecclesiæ suæ per ipsum Principem ignominiam: verum parum fuisset, amisisse victoriam, nisi & totum suum perdidisset exercitum. Unde perpendant Reges quam periculose, quanta cum jactura, corporis, rerum, animæque dispendio Ecclesiasticis se rebus immisceant, etiam cum quid recte, Deoque gratum facere se existimant.

XII. Ottonis exercitus cæditur. At vero de clade accepta hæc breviter Marianus Scotus temporis ejus scriptor: *Otto Imperator apud Calabriam victo a Græcis exercitu ejus, de navi exiliens natando fugit.* Sed apud Sigebertum hæc paulo prolixius verbis istis: *Græci infensi, quod Imperator Otto provincias Græcorum invaderet, conducto sibi Sarracenorum auxilio, Imperatori in Calabria bello congrediuntur. In quo bello omnes Romanorum copia usque ad internecionem pene deleta sunt. Imperator natando nitens evadere, a nautis ignorantibus eum, capitur, & a quodam eorum qui negotiator Sclavorum erat, agnitur nec proditus per illum re delata ad Imperatricem, & ad Theodericum Metensium Episcopum, qui in civitate Rhosanu rei eventum præstolabantur, difficulter per Sclavum & Episcopum liberatur: nautis quippe ad pecuniam pro eo redimendo allatas inhiantibus, Imperator ascenso equo, vix evasit. Omnibus pro infortunio Reipublicæ animo consternatis, sola Imperatrix fœminea & Græca levitate insultabat eis, quod ab exercitu suæ nationis victi essent Romani. Ac per hoc cœpit primatibus exosa haberi.* Hæc ipse. Porro accessit ad culpam, quod præter jus fasque Episcopi Germaniæ in eodem prælio militarunt, quorum aliqui sunt interfecti: de quibus & aliis in eodem prœlio desideratis proceribus Lambertus hæc ait: *In quo prælio occisus est Henricus Augustensis Ecclesiæ Episcopus, In quo etiam prælio Idib. Julii occisi sunt milites fortissimi, hi scilicet, Udo, Gebehardus, Guntherus, Bertholdus cum aliis multis, & Otto Dux, atque Vverinher Abbas Fuldensis.* Hæc Lambertus.

Verum quod pertinet ad Henricum Episcopum Augustanum, in rebus gestis sancti Udalrici manifesta est assertio, ipsum ad eum Episcopatum per ostium non intrasse, sed aliunde, & de ejus obitu hæc ait: *Anno itaque Incarnationis Domini nostri JESU Christi nongentesimo octogesimo tertio, Imperator cum exercitu Calabriam provinciam adiit: illuc etiam Episcopus Henricus cum eo pervenit; cumque ibi pugna cum Sarracenis ageretur, plurimis ibi ex utraque parte occisis: heu dolor! sive captus, si-* XIII. Qui cæsi in bello calabro.

PAGIUS Otto II. se ad novam parat expeditionem. *quendam Regis Persarum, ponte navibus juncto, quemadmodum ille Græciam, ita & ille Siciliam intrare. Sed immatura morte præventus est, & Romæ sepultus.* Huc referendum quod prior Auctor Anonymus Vitæ Sancti Adalberti Episcopi Pragensis cap. 2. in eandem rem tradit: *Rediens de Saracenico bello, adiit Veronam Imperatorius apex, scilicet Otto II. cui fuit manus in prælio fortis. Idem tunc victor, & victus, pro recolligendo milite huc venerat, volens ultum ire damna victoriæ; sed nesciens, quia mors cum proxima pulsat.* Ubi obiter notabis, certum esse Adalbertum anno CMLXXXIII. renunciatum esse Episcopum Pragensem, cum electionem *Adalberti* Otto II. confirmavit, quando Veronæ esset. Sed hac de re postea. Porro anno superiori magnum illud prælium ut prodit Lambertus Schafnaburgensis *Idus Julii* commissum, de quo Historici Byzantini mentionem non fecere, forte quod Græci Saracenorum auxilio usi sint. Sed suspicor librarium in mense Julio exprimendo ternarium numerum omisisse. Ditmarus enim lib. 3. pag. 33. illud cum *III. Idus Julii* connectit.

V. Moritur Otto II. Anno autem CMLXXXIII. Hermannus Contractus habet: *Otto Imp. Romæ infirmatus VI. Idus Decemb. moritur, ibique honorifice in porticu Sancti Petri tumulatur.* Idem scribit Marianus Scotus, sed Ditmarus habet *VII. Idus Decemb.* Chronographus Hildensheimensis *post VIII. Idus Decemb.* Ita ut Otto nocte inter VI. & VII. Idus Decembris obierit, dieque VIII. Idus ejusdem mensis sepulcro mandatus fuerit. Sic enim explicandos Auctores, qui in alicujus Principis aut viri illustris morte narranda uno tantum die inter se dissentiunt, sæpius insinuavi. Ot-

sive occisus etiam ibi remansit, &c. Deplorat auctor exitum ejus, quo cum corpore pariter anima periclitata est. Leo Ostiensis eadem nota annorum numeri consignans hanc cladem, de aliis ibi necatis hæc addit (*a*): *In eo prælio Landulphus Princeps Capuanus Pandulphi filius cum fratre Arenulpho & aliis plurimis corruit.* Addit vero Sigebertus anno sequenti: *Theodoricus Metensium Episcopus obiit, & secundum prophetiam viri Dei vix aliquis Principum, qui in bello Calabrico evasit, diu supervixit.* Porro de bello isto, & adepta primum victoria, & a victis quomodo sint superati, & Otto quonam modo hostium navigio subtractus sit a periculo, & quemadmodum ab his se eripuerit: hæc omnia sigillatim describit Ditmarus (*b*), cujus avunculus Udo (ut ipse testatur) in eodem bello peremptus est.

(*a*) Leo Ost. lib. 2. cap. 9.

(*b*) Ditmar. lib. 3. Chro.

XIV.

Rediens Romam Otto, mœrore confectus moritur, atque ut Leo Ostiensis (*c*) testatur, *in labro porphyretico sepultus in atrio Ecclesiæ B. Petri Apostoli, introeuntibus in Ecclesiæ ipsius Paradisum ad lævam.* Contigisse obitum ejus circa finem anni hujus, possumus intelligere, quem superstitem fuisse adhuc mense Novembris, datum ab eo diploma pridie Idus Novembris, de quo inferius, aperte significat: septimo autem Idus Decembris esse defunctum, Ditmarus (*d*) docet, qui ista de morte Ottonis Imp. locupletius sicut & sincerius prosecutus est, aitque post cladem acceptam, Ottonem de eligendo filio suo Ottone Tertio successore comitia habuisse Veronæ, inde vero Romam venisse, ubi & mortuus est. Sed quæ præcesserunt, sic narrat: *Imperator cum Romam veniret, relicta matre sua venerabili in Papia civitate, graviter infirmatus est, & ut extrema persensit adesse, omnem suam pecuniam partes divisit in quatuor, unam Ecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectæ sorori Mathildæ, quartam suis ministris ac militibus. Factaque latialiter confessione coram Apostolico, atque presbyteris, accepta ab eis optata remissione, septimo Idus Decembris ex hac luce subtractus est, terraque commendatur, ad introitum Orientalis Paradisi domus S. Petri, cunctis patet Fidelibus. Et imago Dominica honorabiliter formata venientes quosque stans benedicit.*

(*c*) Leo Ost. lib. 2. cap. 9.

(*d*) Ditm. Chron. lib. 3.

Ita quidem cernitur adhuc labrum porphyreticum, in quo requiescit corpus ejusdem Ottonis, perseverat adhuc imago illa veneranda Salvatoris stantis, & introeuntes benedicentis, habens a dextro latere imaginem sancti Pauli, a sinistris imaginem sancti Petri, omnes ex musivo antiquitus efformatas. Perseverat adhuc usus ille antiquus, ut qui ingreditur dictum atrium, quod (ut audisti) Paradisus antea vocabatur, genuflectens Orientem versus oret, non ut solem adoret orientem, sed ut ab eo qui repræsentatur in imagine benedicente, ab ipso, inquam, Salvatore benedictionem accipiat. XV.

XV. De Imagine Salvatoris benedicentis super Ottonis Sepulcrum.

Ubi autem Ditmarus hæc de Ottonis obitu est locutus, quod ipse ab eo in suo Episcopato Merespurgensi maximum accepisset detrimentum, eadem Ecclesia de Episcopatu privata, (ut superius audisti) has ad postremum pro ipso offert ad Deum preces: *Equidem fortis memor humanæ, multumque indigens indulgentiæ, cœli, terræque Deum & Dominum supplex efflagito; ut quidquid hic umquam in mea peccavit Ecclesia, clemens remittat, pro beneficiis autem centuplum largiatur, potestateque immerito mihi concessa indulgeo, te obnixe successorem postulans, ut huic veniam nemini in ultimis denegandam, semper ex corde tribuas.* Hæc Ditmarus, qui de filio hoc anno electo Rege Veronæ, & coronato itidem ante obitum patris Aquisgrani die Natalis, subiicit ista: XVI.

Otto III. coronatus Moguntiæ.

PAGIUS V.

Otto III. ei succedit.

Ottonem II. demortuum VII. Idus Decemb. etiam habet Chronographus Magdebugensis editus. Eum excepit filius Otto III. in Regno Germaniæ, non vero in Imperio, quod nonnisi post aliquot annos adeptus est, quando scilicet a Gregorio V. Papa coronatus fuit. Eum autem die natali Christi Regem acclamatum, testatur Chronographus Hildensheimensis. DCCCCLXXXIV. *filiolus Imperatoris*, inquit Chronographus, *tertius videlicet Otto per unctionem Joannis Ravennatis Archiepiscopi in die natalis Domini unctus est in Regem. Sed postea comperta nece Imperatoris Heinricus quondam Dux* (nempe Bojoariæ) *de exilio regressus, cum sibi faventibus Agrippinam civitatem intravit, ac Regem retinuit; regnumque ejus invadendo, plurimos sibi de Saxonibus associavit, qui eum in proximo Pascha* (die XXIII. Martii anno sequenti celebrato) *Quadelingaburg ad Regem elegerunt. Unde quidam de Optimatibus huic electioni non consentientes, sed Regis vicem magis dolentes, e contra haud modicum decertaverunt, & Regem in regnum suum restituerunt & Henricum Ducem Bajowariorum denuo effecerunt.* Ubi Chronographus Hildensheimensis annum CMLXXXIV. a die Natali Christi currentis anni exorditur. Hoc enim anno Ottonem III. Regem Germaniæ dictum, ejus Diplomata evincunt. Adhæc Ditmarus lib. 3. narrata Ottonis III. electione, de Ottone II. ejus patre ait: *VII. Idus Decemb. ex hac luce subtractus est: in die proximo Natalis Domini filius ab Joanne Archiepiscopo Ravennate, & a VVillegiso Moguntinense in Regem Aquisgrani consecratus est, & completo officio, mox Legatus tristi* (paternæ scilicet mortis) *nuncio tanta perturbans gaudia advenit.* Ubi Ditmarus, sicuti Chrono-

Otto Tertius die Natalis Domini a Voilegiso Mogoatino Archiepiscopo, & Joaane Archiepiscopo Ravennate coronatur in Regem, eodem anno nongentesimo octogesimotertio. Quo officio completo, venit nuntiam de obitu patris Ottonis Imp. Imperavit autem post obitum patris annis decem. Hucusque Ditmarus.

XVII. Conc. Romæ causa Giseleri. Hoc eodem anno a Benedicto Papa celebratum est Romæ Concilium, in quo inter alia, agitata est causa Giseleri Magdeburgensis Episcopi: defuncto enim S. Adalberto primo ejus sedis Episcopo, ipse eamdem Ecclesiam ab Ottone Imp. obtinuit. Rem gestam scri-

(a) Ditmar. Chro. lib. 3. bit (a) Ditmarus. De his dicturi, quæ ad rationem temporis spectant, primum elucidemus. Hoc namque anno defunctum esse Adalbertum primum Magde-

(b) Ad. lib. 2. cap. 7. burgensem Episcopum, ex Adami (b) sæpe citato antiquo Chronico satis perspectum habetur, dum testatur, eum sedis suæ anno duodecimo, qui præsens est, diem obiisse, eique successisse tradit Geshilarium. Porro hunc Geshilarium, sive Giselerum, malis artibus ab Imperatore eam sedem obtinuisse, Ditmarus tradit, qui & de judicio synodali ita subjungit: *Corruptis* (inquit) *deinde pecunia cunctis primatibus, maximeque Romanis (quibus cuncta sunt semper venalia) judicibus, qualiter ad Archiepiscopatum aliqua ratione veniret, primum secreto revolvit: moxque palam domini Papæ Benedicti Septimi (qui sic vocatur ex numero præcedentium æquivocorum) obnixe petit auxilium. Quod cum totius consilio Senatus si posset impendi, ex sua parte sibi paratum fore & hic promisit. Positum est Romæ Concilium generale, sapientissime convenerunt. Impletaque illa Jeremiæ prophetia (c): Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, &c. Nam cum judices ab Apostolico interrogarentur, si liceret Giseleram jam Episcopum Merseburgensem promoveri ad Archiepiscopatum, qui certam non haberet tunc sedem, sed ab Episcopo injuste (at semper sit quæstor) absorptum, Hildebrando commissum hactenus possideret. Hi hoc auctoritate canonica præcipue, jure, meritoque affirmabant, exemplis Davidica transgredientes monita (d):* (c) Thre. 4.

Recte judicate filii hominum. Et illud: Corruptus judex nequit discernere verum. Lector mihi crede, quod piget atque pudet me hic longe inferiorem hoc verbis exponere, &c. Subiicit autem in eumdem Giselerum plura, ipsum nimi- (d) Psal. 57.

rum

PAGIUS

nographus Hildesheimensis citatus & Lambertus Schafnaburgensis annum Christi CMLXXXIV. ab illo die Natalis Christi exordiuntur, ut Hildesheimensis & Lambertus diserte asserunt, & de Ditmaro demonstrabimus anno CMXCI. Vidimus alibi Sigebertum, Hermannum Contractum & Marianum Scotum in Chron. Principium anni a Nativitate Christi etiam repetere, & passim Recentiorum, qui hoc non animadverterunt, errores confutavimus. *Otto* itaque initia regni turbulenta nactus est, ut anno sequenti magis videbitur, tuncque *quartum ætatis annum* agebat, ut prodit Hepidannus in Annal. ad ann. CMLXXXVIII.

VII. Obitus S. Adalberti Archiep. Magdeburgi. Ad num. XVII. *S. Adalbertus* Magdeburgensis Archiepiscopus, primus non hoc anno, ut perperam tradidit Adamus Bremensis, quem Baronius secutus est, sed an. CMLXXXI. ad Deum migravit. Chronographus enim Magdeburgensis MS. in Biblioth. Regia asservatus hæc scribit: *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLXXXI. *Athelbertus Magdeburgensis primus Archiepiscopus, Imperatore Romæ commorante, XIII. suæ ordinationis anno* (non XII. ut habet Adamus a Baronio citatus) *suos dotando & confirmando & Gisleri Presulis* (nempe Merseburgensis ab anno CMLXX. quo consecratus est a S. Adalberto, ut eo anno idem Chronographus habet) *quia tunc cum Cæsare fuit, diœcesim perlustrans, XIII. Kal. Julii in Messeburh missam celebravit, &c. Is vero tapeto superpositus, completisque omnibus, quæ a Clericis dicenda erant, fideliter migravit ad Christum XII. Kal. Julii, &c. quanta sollicitudine idem Archiepiscopus sibi commissis invigilaverit gregibus, lector attende. Sæpenumero ad ovile S. Joannis Baptistæ* (monasterium erat Monachorum in suburbio urbis positum) *Sanctisque Mauritii noctis silentio venit, duobus tantum comitantibus, qualiterque confratres ad matutinas convenirent, vel qui in Dormitorio remanerent, ex improvisa prospexit: & si bene fiat, Deo gratias egit: sin autem culpabiles, digna castigatione redarguit.* Nomen inclyti hujus Præsulis a Baronio *Sancti* appellati Fastis SS. non inscriptum. Pergit Chronographus:

Sed Clerus & populus tanti Patris funere turbatus, Ochtricum confratrem & tunc Imperatori fideliter servientem, communiter elegerunt in Dominum & Archipræsulem. quamvis hoc nullo modo posse fieri, dum adhuc viveret, bene que valeret, multis ex eorum numero publica prædixerat, scilicet Adalbertus. Aliquibus interpositis subdit Chronographus: *Universus autem Clerus & populus, ut supra memoravi, completa electione miserunt Ekkihardum qui dicebatur Rufus, cum consilio aliorum fratrum & militum, qui hanc Imperatori nunciarent, & de promissis admonerent, qui cum Italiæ partes, ubi tunc Imperator erat* (anno nempe CMLXXXI.) *itinere attingerent, Giliseri Merseburgensis Episcopi suffragium, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, implorantes, legationis suæ secretum ei aperiunt. Promissum est his ab eo fidelis intercessio, completurque proxima sibi in omnibus benivolentia. Namque ut audita Cæsaris auribus instillavit, pedibus supplex advolvitur, promissa & diu expectata longi laboris præmia postulans, Deo hoc consentiente protinus impetrat. Egressus autem interrogatur a nunciis & Maxime ab Ochtrico, qui se fidei ejus firmiter commendaverat, si quid in sibi creditis profeceret: respondet quod vix suis necessitatibus in hoc subveniret.* VIII. Giselerus ei in Archiepiscopatum succedit.

Corruptis pecunia cunctis Optimatibus, maximeque Romanis judicibus quibus omnia venalia sunt, qualiter ad Archiepiscopatum aliqua ratione veni- IX.

ni-

rum sæpe citatum ad Synodum, sæpe diversis occasionibus synodalia judicia clusisse. Verum longe ab his diversa de Giselero a Ditmaro tradit Adam probatæ fidei vetus Chronographus; de eo enim sic ait (a): *Apud Magdeburgum quoque defuncto Pontifice Adalberto, Gerbslarus (quod est idem quod Giselerus) successit in cathedram, vir sanctus, qui novellos Vocnulorum populos doctrina & virtutibus illustravit.* Hæc ipse.

(a) Adam l. 2. c. 14.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Ll 2 Eo-

PAGIUS *Venit ad Concil. Romanum.*

niret, primum secreto revolvit; deindeque palam domni Papa Benedicti VII. qui sit vocabatur ex numero præcedentium aquivocorum, obnixe petit auxilium: quod cum totius Concilio Senatus, si posset impendi, paratum se fore & bis promisit. Positum est Roma Consilium Generale; sapiatissimi conveniunt, impleturque illa Jeremia Prophetia. Quomodo obscuratum est aurum &c. *Nam cum judices ab Apostolico interrogarentur, si liceret Gisilerum promoveri ad Archiepiscopatum, qui certam non haberet tunc sedem, sed ab Episcopo Hildivardo injuste, ut semper quæstus sit, ablata caruisset baculum quam possederat; tunc auctoritate Canonica jure meritoque hoc persipere verbis affirmabant & exemplis Davidicæ transgredientes promissa,* Recte judicate filii hominum: & *illud.*

„Corruptus judex nescit discernere verum. *Piget atque padet hoc verbis exponere, quod hi ad præsentem futurumque pudorem noluerunt amittere. Mersburch, qua usque huc libera dominabatur, Episcopali sede destructa Halberstadensi Ecclesia subditur, & Gisilerus ejus non Pastor, sed mercenarius, ad majora semper tendens, desiderata IV. Idus Aprilis percepit.* Ditmarus, qui in lib. 3. eadem iisdem verbis commemorat habet *Septembris*. [1] Paulo post Chronographus subdit: *Gisilerus autem accepta ab Imperatore licentia Magadaburb II. Kal. Decembris Theoderico Metensi Eccl. Epis. comitante venit.* Ochtricus Monachus erat ac Scholasticus Magdeburgensis. Chronographus vero Magdeburgensis a Meibomio publicatus asserit, *Gisilerum* hoc anno, *suscepto a Benedicto Papa Pallio*, Archiepiscopatum Magdeburgensem ab Ottone Imp. *III. Idus Septembris, ut mox exegit* accepisse, & *I. Kal. Decemb.* solemni ritu Magdeburgi a Clero ac populo susceptum fuisse.

X. *In eo lecti Canones adversus Simoniacos conditi.*

Verum falsum de *Gisilero* rumorem fuisse insinuant non tantum quæ de eo Baronius ex Adamo Bremensi hoc anno habet; sed etiam Epistola Benedicti VII. in laudato Concilio Romano data, & Tom. IX. Conc. pag. 1244. ex Baluzio recitata. Ea enim adversus ordinationes Simoniacas, præsente Ottone II. qui eidem interfuit, emissa demonstratque tantum abesse, ut Synodus Romana, ad quam Gisilerus venit, Simoniacis faverit, ut in ea lecta fuerint Capitula de sacris Canonibus adversus Simoniacos edita: *Notum esse volumus omnibus,* inquit Benedictus VII. *catholicis & orthodoxis Archiepiscopis, &c. qualiter Synodum aggregatam est in Ecclesia B. Petri Apostolorum Principis, ante sacratissimum ejus corpus una cum Domno Ottone serenissimo Imperatore Augusto, spirituali filio nostro, &c. & ibidem perlecta sunt capitula de sacris Canonibus qualiter liceret Episcopo de sacris ordinibus aliquod sumere præmium, &c.* Paulo post: *Unde nos charissimi fratres & dilectissimi filii, sollicite vigilare oportet, qui Pastoralem curam in nostris ovibus exercendam suscepimus, ne eas lupinis dentibus laverandas tradamus, &c. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus aut petitus, post acceptas chartas & Pallium, offerre aliquid cuilibet ex clero gratia tantummodo causa voluerit, hoc accipi, nullo modo prohibemus; quia ejus oblatio nullam culpa maculam ingerit, qua ex accipientis ambitu non processit.* Quod ex Divo Gregorio lib. 4. Epist. 44. desumtum. Porro Concilium istud Romanum, non anno CMLXXXIII. ut in citato Tomo Consil. habetur, sed anno CMLXXXI. proculdubio congregatum, ad quem ideo in alia Conciliorum editione omnino referendum erit cum iis, quæ de eodem memorantur in Chronico Magdeburgensi a Meibomio Tom. II. Collect. publicato, in quo eadem prorsus de morte Adalberti & de successione Otrici narrantur.

XI. *Mors Adalberti & Concilium Rom. anno CMLXXXI. contigere.*

Sed quia annus emortualis *Adalberti*, quo Synodus illa Romana habita, in controversiam vertitur, valde hic confirmandus, eo magis quo *Ditmarus* Merseburgensis Episcopus Archiepiscopi Magdeburgensis Suffraganeus, qui hoc tempore vivebat, exordium Archiepiscopatur Adalberti cum die XVIII. mensis Octob. *anni CMLXX.* ejusque mortem cum die XX. Junii, & cum *tertio decimo* ejus *ordinationis anno* alligare videatur lib. 3. cap. 30. Ex eo enim sequeretur, *Adalbertum* die XX. Junii anni CMLXXXIII. Spiritum Deo reddidisse. Verum licet error ille antiquus, non dubito tamen, qui in librarios refundi debeat, qui ubi *Ditmarus* scripserat, Adalbertum *ordinatum*, idest, Pallio donatum *anno CMLXVIII.* scripsere *anno CMLXX.* Hoc nostræ conjecturæ fundamentum; quia Ditmarus Adalberti morte, iisque quæ eodem anno contigere, narratis, refert expeditionem *Ottonis* II. adversus Græcos Calabriam obtinentes, & prœlium initio mensis Julii anni CMLXXXII. ab eo infeliciter commissum, quare soppono *Adalbertum*, non die XX. mensis Junii anni CMLXXXIII. sed die XX. Junii anni CMLXXXI. vita functum, ideoque anno CMLXVIII. non vero anno CMLXX. *ordinatum*, seu Pallio fuisse donatum. Verbum enim *ordinari*, & vox, *ordinatio* non semper significant *sacram ordinationem*, sed sæpe electionem, renuncia-

tio-

NOTÆ [1] SYnodum hanc Romanam ad annum 982. pertinere vix dubito. Licet enim Adelbertus Moguntinus obiit anno 985. die XIII. Kal. Julii ut præter laudatos a Pagio Scriptores, Annalista Saxo Eccardi consentit; Romana tamen Synodus in qua ei successor datur fuit nonnisi ad sequentem annum pertinet, cum habita fuerit die III. Idus Aprilis, juxta ac tradit Chronographus Magdeburgensis apud Pagium hic, & Annalista Saxo Eccardi, qui ambo cum Ditmarum ad literam exscribant, perspicue demonstrant hanc pariter fuisse genuinam Ditmari Electionem, nec nisi corrupte in ejus textum pro *Aprili*, irrepsisse *Septembrem*. MANSI

XVIII. S. Adalbertus Boemos deserens Romam venit.

Eodem anno sanctus Adalbertus Pragensis Episcopus, cum adversos admodum, & sibi contrarios expertus esset Boemos suos, quibus Episcopali præfectura præerat: eos deserens, secundum Evangelicam sententiam (a): *Si vos non acceperint, excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium contra illos*, Romam venit, inde Hierosolymam profecturus. Sed audiamus ista ab ejus æquali ita narrata (b): *Populus duræ cervicis, fervore libidinum factus miscebatur cum cognatis, & sine lege cum uxoribus multis: mancipia Christiana perfidis Judæis vendebant, & dies festos eorum confusa religione observabant, dies vero jejuniorum voluptatibus vocantes omnino non curant: ipsi clerici palam uxores ducunt. Contradicentem Episcopum odio iniquo oderunt, & sub quorum tutela, quique fuerunt contra ipsum majores terræ concitaverunt. Erat autem labor plurimus, contradictio crescens. Et cum emergentia mala emendare non posset, ubi piscatio sua nihil cepit, sanctus Episcopus locum dare accessorium duxit. Itaque ad sanctam civitatem, ubi memoriale sanctum, ubi sepulcrum Domini est, pedester venire affectans, matrem Martyrum, Apostolorum domicilium, auream Romam intravit. Ibi tum pulcrum lutum, Græca Imperatrix Augusta, qua jam longos dies flevit sepulti conjugis memoriam,* * *reperit, dulcem Ottonem eleemosynis & orationibus cælo commendat.* Et inferius enarrata, quæ ejus mortem præcessit, Ottonis culpa, hæc de eadem Augusta:

(a) Matt. 10.

(b) Apud Sur. die 23. April. t. 2.

* al. reparat.

XIX. *Sed peccatum, quod vivens Otto neglexit, mortuo marito, emendare uxor superstes tastabat, Legatos mittit & eleemosynas, orationes multorum quærens, per quos propitium Redemptorem appellaret, peccatorem Regem ab incendio liberaret. Hæc tum ubi sanctum virum adesse cognovit Adalbertum nominatissimum Episcopum, & Hierosolymam properare audivit: clam ad se vocat, oransque ut pro anima Senioris rogaret, massam argenteam obtulit ingentem. Ubi accepit vir Dei onus argenti, suo itineri aut necessitati parum providens, omnia sequenti nocte pauperibus expendit.*

Porro dum esset Romæ, a Romano Pontifice licentiam dimittendi Episcopatum obtinuisse, & peregrinandi ad loca sancta, habent etiam alia Adalberti Acta citata superius. Hæc ipsa item testatur Leo (c) Ostiensis, qui consentientia scribit auctoribus res ab eo gestas fideliter enarrantibus; qui & cœpta recensere sic pergit: *Nec mora, magnam Romam egressus, ad sanctam civitatem Hierusalem, præter spem imperfectum iter suscepit. Nam ea via ductus ad montem Cassinum usque pervenit, ubi beatus Benedictus postremo charam sedem posuit. Ibi Abbatis & fratrum piis monitis castigatus, ut inutili vagatione vitam expenderet, sed loco staret. Ita melius virtutum fructus congregaret: Deum vero propitium bene vivens in omni loco inveniret, ut dicitur in Psalmo (d): In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino. Et rursus S. Hieronymi sententia (e): Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est.* XX.

(c) Leo Ost. l. 2. cap. 17.

S. Adalbertus Cassinum venit.

(d) Psal. 102.

(e) Hier. ad Paulin. ep. 13.

Animadvertit devium animal (f) habeat oculos ante & retro, ita esse ut dicunt, nec stetit in suis distinctionibus, dans locum salubribus consiliis: legerat enim in hoc periculosum esse homini, si non majorum spiritualium acquiesceret consiliis. Nec mora, montem festinus descendit, & quem in philosophia Christi perfectiorem discipulum invenit patrem Nilum, calida spe petiit, sub quo parvulus factus, jugum Christi ferre, & obedientiæ aureas litteras parare satagebat. Amplexusque genua Senis, in hac firmus hærebat. Non negat pater Nilus: Ast (inquit) homo ego sum Græcus, melius conveniunt, cum quibus hoc agas, monachi Latini. Redeas Romam nutricem sanctorum filiorum. Quære nobilem Abbatem amicum nostrum Leonem. Dic me misisse te rudem discipulum ad talem magistrum. Hoc duce itinere, ad prælia

(f) Ezech. 1.

Dei

PAGIUS

tionem, destinationem, aut quid simile ut sæculo VII. de Sancti *Vuilfridi* Episcopi Eboracensis *ordinatione* verba faciens variis exemplis demonstravi; quod animadvertissem, ex hujus vocis, quæ non exponitur, in Glossario Ducangii, perversa explicatione, varios errores exortos esse.

XII. Hoc magis probatur.

Adalbertus itaque anno CMLXXXI. vivendi finem fecit, uti præter utrumque Chronographum Magdeburgensem diserte habet Lambertus Schafnaburgensis in Chron. Licet memoriæ lapsu Baronius num. VIII. asserat, Lambertum *Adalberti* obitum consignare *anno* CMLXXXII. Idem tradit Langius in Chron. Citizensi. Nec contrarius est *Ditmarus*, sed locus, in quo dicitur Adalbertus ordinatus anno CMLXX. depravatus, ut ex iis quæ mox dixi manifeste deducitur. Corruptus est & locus Chronici Magdeburgensis a Meibomio publicati, in quo pag. 274. legitur: *Adalbertus primus Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus præfuit* (id est præfuit) *annis tredecim, menses octo.* Loco enim, *annis tredecim*, legendum, *annis duodecim*; cum ipsemet postea pag. 277. testetur, eum demortuum *XIII. Pontificatus sui anno, XII. Kalend. Julii*, & tumulatum *Dominica Incarnat. anno* CMLXXXI. De ejus illustribus virtutibus plura habet idem Chronographus, sicuti & Mabillonius Sæc. V. Benedict.

A num. XVIII. ad XXV. Alter *Adalbertus* mortuo hoc anno *Ditmaro* vel *Diethmaro* primo XIII.

mo

Dei securus accede, sub hoc patrono contra adversantia cuncta animæ ad Deum progrediens, salvus evades, & majori flamma, qui nunc in te ardet accensus, excrescit quotidie in te Deus suus & Dei focus. Fecit ut homo Dei bonus dixit.

XXII. S. Adalberti monastica institutio. *Ad S. Bonifacium monachalem vestem accepit, sub Abbate, regula duce, militavit, pedem junxit obedientiæ imperio, & tamquam ad epulas, ita ad complenda jussa festinat. Et si quis quid præcipit, adeo lætus quo plus vile erat servitium omne libens facit. Cuncta humilia diligenti studio in se format, ut ad Dei similitudinem prorsus scandat. Obliviscitur seipsum, factus parvulus in medio fratrum. Coquinas purgat, hebdomadas mitidissime procurat, scutellas lavat, & ad coquorum necessaria cuncta cursu pervolat, manibus fratrum aquam de puteo ministrat. Mane ad claustra, vespere & meridie ad mensam aquam humero portat. Ut enim vespere, mane & meridie integre congregationi serviret, talem obedientiam de Abbate, rogans, accepit. Cogitationem tacitam in se regnare numquam permisit, quidquid accedens ad animum, diabolus dixit, statim senioribus palam fecit. Acutissime autem interrogavit de Scripturis sanctis, sedulo percontatus de vitiorum vel virtutum naturis. Sed ad hoc quod ante nescivit, quærenti illi Abbas respondit, ut ipse non semel ad nos dixit: Unde luce clarius constat, quod inspiratio Dei erat, & gratia discipuli hæc erat.* Hæc & alia plura de monasticis institutis ab eo quam diligentissime omnibus numeris absolutis. Quæ pluribus narrantur etiam in alio ejus vitæ codice sanctæ Cæciliæ superius citato, & inter alia, non prius acceptatum a Leone Abbate Adelbertum & indutum monastico habitu, quam consultus Joannes Papa, hoc faciendum, respondisset. Ac nec ipsum Adelbertum solum, sed ejus germanum Gaudentium idem vitæ institutum cum eo esse in eodem monasterio consectatum habet.

Ita plane dicebat granum frumenti humilibus exercitationibus mortificari, quo Hungarici serendi ab eo agri fructum redderent centuplum. Ita, inquam, Apostolum suum Deus tanta voluit schola virtutum perfici, & excoli Martyrem designatum Christianæ vitæ summa perfectione. Ubi cum totum quinquennium degisse idem auctor affirmet, plane constat, non ante annum nongentesimum octogesimumnonum ab Urbe discessisse, in eodemque sancto monasterio, tamquam in palæstra, Christi pugilem se exercuisse. At de ipso quæ postea contigerunt tanto Apostolo digna, pro temporum ratione, inferius suis locis dicturi sumus. Quæ vero hic sunt recitata ex auctore, qui (ut intellexisti) tunc vivebat, confirmantur etiam auctoritate antiqui Chronici (a) Cassinatis, quo tantum hospitem perbrevi licet tempore permanentem, perpetuo in chartis suis Patres retinuere notatum. Verum causam cur non remansit cum monachis Cassinatibus, eam intercessisse, Leo Ostiensis affirmat, quod scilicet illic non tamquam monachus, sed tamquam Episcopus se a monachis loci illius coli videret. Ait enim: XXIII. Consilium Dei in Adalberto.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 17.

XXIV. Cur Cassini non steterit S. Adalbertus. *Eodem tempore beatus Adalbertus Slavorum Episcopus relicto Episcopatu ex sententia Romani Pontificis, ad hoc monasterium venit, cupiens Hierosolymam pergere. Verum ab Abbate monasterii, & a senioribus quibusdam ne id ageret, hortatus: quasi divinitus datum consilium amplexus, hic vitam degere instituit, neque usquam ulterius progredi. Sed cum die quodam seniores illi monasterii dicerent: Bonum est pater, ut hic nobiscum maneas, hic monasticam suscepisti vestem, hic Deo placitam exigas vitam; quoniam cum sis Episcopus, & Ecclesias nostras dedicare, & nostros clericos ad sacros promovere ordines decentissime poteris: moleste hoc tulit.*

PAGIUS S. Adalbertus fit Episc. Pragensis. mo Pragensi Episcopo, in eius locum subrogatus est, uti anno CMLXXX. num. I. diximus, & mox indicavimus. Post annos septem, ubi vidit subditos *obdurato corde in Deum grandia quæque & nova scelera adimplere, cogitat melius esse relinquere, quam in cassum & sponte pereunte populo operam deperdere, quod maxime de tribus causis esse dicunt, cujus rei ordinem ipso narrante comperetunt. Prima & velut principalis causa, propter plures uxores unius viri; secunda propter detestanda conjugia clericorum; tertia propter captivos & mancipia Christianorum, quos mercator Judæus infelici auro emeret, emptosque tot Episcopus redimere non potuit*, inquit primus Auctor Vitæ ejus, eidem coævus.

XIV. Relicto itaque Episcopatu Romam venit. *Erat ipsis diebus Romæ Imperatrix Augusta Theophania, mater ejus, qui modo regnat, tertius, & Deo juvante maximus Otto*, subdit idem Anonymus. Quare cum Theophania an. CMXC Romæ fuerit, ut infra ostendemus, Chronographus Magdeburgensis adhuc ineditus recte scripsit: *Anno CMXC. Sanctus Adalbertus Romæ ad sanctum Alexium, inscio Abbate quis esset, factus est Monachus. Nam videns quod grex sibi commissus semper in præcipitium iret, nec eum ad rectam viam convertere quiret, timens ne & ipse cum pereunte plebe periret, non ausus est cum eis amplius stare, nec passus est suam ulterius incassum prædicationis operam perdere. Sed cum jam Romam iter arripere vellet, forte ipso tempore Zirabquaz (qui* monachus erat) *filius Boleslai, qui sanctum Vuenczlaum (seu* Wencestaum) *fratrem suum interemerat, atque ad placandum hunc, de quo lo-* Deserit Episcopatum.

lit. Descendensque ad virum sanctissimum Nilum quem tunc ad Vallemlucis cum Græcis aliquibus fratribus religiosissime conversari didicerat, devote se contulit. A quo dum ejus provolutus genibus opportuna consilia quæreret, seque illic recipi non posse cognovisset (quia enim sic de monasterio nostro discesserat, asserebat prædictus pater, non audere illum retinere ne ideo ipse cum suis inde pelleretur) consilio tamen ipsius Romam revertitur, atque in sancti Bonifacii martyris monasterio aliquandiu commoratus, a Romano Pontifice ad Episcopatum denuo directus est. Sed id postea, ut dictum est.

XXV. Eodem anno perturbante Ethelredo Rege Anglorum Roffensem Ecclesiam, suo maximo damno pro redemptione pacis ab ejus Episcopo argentum accepit, comminante illi & prædicente S. Dunstano ventura mala. Quomodo res se habet, ita ex antiquis Chronographis descripta legitur: (a) *Anno gratiæ nongentesimo octogesimotertio surrexit inter Regem Ethelredum, & Roffensem Episcopum contentio, sed qua causa, habetur incertum. Quocirca contra Roffensium civitatem obsidionem componens, eam debellare disposuit. Mandavit Regi beatus Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, ut desisteret ab inceptis, ne S. Andream illius civitatis patronum irritaret. Sed nec propter beati viri admonitionem Rex discedere voluit, priusquam ab Episcopo centum libras accepit. Miratus S. Dunstanus Regis cupiditatem, hæc per suos Regi nuntiavit: Quia prætulisti argentum Deo, pecuniam Apostolo, cupiditatem mihi, violenter venient super te mala, quæ locutus est Dominus, sed hæc me vivente non fient. Jam vero post beati viri obitum, ut ipse prædixerat, Danis omnes portus Regni infestantibus, dum nesciretur ubi ei occurri deberet, decretum est a viris prudentibus, ut vincerentur argento, qui non poterant ferro. Itaque decem millia librarum soluta Danorum avaritiam expleverunt, ut beati Dunstani vaticinium impleretur.* Reliqua postmodum.

Damno suo Reges Eccl. bona capiunt.

(a) Matt. Vvestm. a. in Flor. hist. hoc anno.

PAGIUS *loquimur, Abbati Sancti Emmerammi martyris Ratisponæ imbuendum voverat & contradiderat, qui veniebat cum sui Abbatis licentia de Ratispona post multos annos visere patriam, & cognatos, & fratrem suum Bohemiæ Ducem. Cum quo vir Dei Præsul Adelbertus secretum petiit, & multa conquestus est de infidelitate & nequitia populi, de incesta copula & illicito dissidio inconstantis conjugii, de inobedientia & negligentia cleri, de arrogantia & intolerabili potentia Comitum. Ad ultimum intentionem sui cordis aperit, quod vellet Romanum Apostolicum consultum ire, & ad gentem apostaticam nunquam redire. Inter hæc & ad hæc addidit: Et bene est, inquit, quod tu frater nescieris esse Ducis. Te plebe ista mavult dominari, & tibi magis obedire, quam mihi. Tu consilio & auxilio fratris superbos comprimere, negligentes arguere, infideles increpare, inobedientes corripere poteris. Tua dignitas & scientia, tui habitus sanctimonia multum concordant ad hæc regimina. Quod ut fiat, ego tibi cum Dei voluntate & mea potestate concedo, & ut liceat me vivente ut sis Episcopus, apud Apostolicum votis omnibus intercedam. Et quem manu forte tenebat, Episcopalem baculum ponit ei in sinum. Quem ille quasi furibundus in terram projecit, & hæc insuper verba adjecit: Nolo dignitatem in mundo, Episcopatu me indignum judico: Pastorali curæ non sufficio. Monachus sum, mortuus sum, mortuos sepelire non possum. Abbas Præsul respondit: Scias frater, scias, quod modo non facis cum bono, facies postea, sed cum malo tuo. Post hæc Præsul, ut proposuerat, Romam iter arripuit, & gentem suis præceptis inobedientem reliquit.* Idem de Stratiquate, ut eum vocant, habent Æneas Sylvius in Hist. Bohem. cap. 16. & Dubravius lib. 6.

XV. Post relictum Episcopatum *Adalbertus* cum Cassini aliquamdiu vixisset, Romæ consedit ad monasterium Sancti Bonifacii & Sancti Alexii, ibique saltem integro quinquennio Monachum professus est, ut asserit Auctor posterioris ejus Vitæ in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIII. Aprilis numer. XIV. *Quinquennio pleno miles in monasterio erat*, ab anno scilicet Christi CMXC. ad an. CMXCIV. quo in Episcopatum suum rediit. Ex quo etiam liquet, verum esse quod mox affirmavimus, *Adalbertum* scilicet anno tantum CMXC. Episcopatum deseruisse, & Monachum induisse. Mabillonius Sæcul. V. Benedict. pag. 847. *Adalbertum* in Bonifaciano Cœnobio, ubi Latinis permixti *erant* Græci *ritus*, monachi Benedictinæ Regulæ nomen dedisse, colligit ex posteriori Auctore ejus Vitæ ubi n. XIII. dicitur: *Melius conveniunt tibi cum quibus agas, Monachi Latini. Rodeae Romano* &c. *Fecit ut homo Dei* (nempe Sanctus Nilus Junior magni nominis Hegumenus): *ad sanctum Bonifacium monachalem vestem accepit sub Abbate* (nempe Leone), *Regula Duce, militavit; pedem junxit obedientiæ imperio*, & cætera a Baronio num. XXII. recitata. Porro in illo SS. Bonifacii & Alexii Monasterio Romano *Sergius* Metropolita Damascenus Sedem habuit ex concessione Benedicti VII. in eoque monachos collegit, ut legitur in ipsius Epitaphio apud Baronium anno CMLXXVII. n. 1. sed quod mirere, non Græcos homo Græcus sed Latinos ibidem instituit Monachos, aut certe quicumque illi fuerint, Regulæ Benedictinæ servantes, ut eruitur ex eodem Epitaphio. Non mirum proinde, inquit Mabillonius, si *Adalbertus* Latinus idem ibidem institutum sectatus est. Et hoc quidem antequam ad Episcopatum redire cogeretur.

Fit Monachus Benedictinus.

I. ANnus sequitur Redemptoris nongentesimus octogesimusquartus, Indictione duodecima, quo Benedictus Papa ubi sedisset annos novem, die decima Julii ex hac vita migravit, ut docet sepulcralis inscriptio, quæ extat in basilica S. Crucis in Hierusalem dicta; quam hic describendam curavimus, licet vitio ejus, qui eam incidit in marmore, multa desint, & duo versus prætermissi. Utcumque sit accipe libenter, qui es cultor venerandæ antiquitatis:

Versus asterisco notati ob illorum temporum Latinæ linguæ inopiam partim ex Stephani VII. partim vero Benedicti IV. epitaphio corrasi videntur.

* *Hoc Benedicti Papæ quiescunt membra sepulcro,*
Septimus existens ordine quippe Patrum.
* *Hic primus repulit Franconi spurca superbi*
Culmina, qui invasit Sedis Apostolicæ.
Qui dominumque suum captum in castro habebat.
. . . .
* *Carceris interea vinculis constrictus in imo.*
Strangulatus ubi exuerat hominem.
* *Cumque pater multum certaret dogmate sancto,*
Expulit a Sede iniquus namque invasor.
Hic quoque prædones sanctorum falce subegit
Romanæ Ecclesiæ, judiciisque Patrum.
. . . .
Gaudet Pastor amans agmina cuncta simul.
Hicce monasterium statuit, monachosque locavit,
Qui laudes Domino nocte dieque canunt.
* *Confovens viduas, necnon inopesque pupillos,*

* f. Consolans.

Ut natos proprios assidue refoveas.
* *Inspector tumuli compuncto dicito corde,*
Cum Christo regnes, o Benedicte Deo.

D. X. M. Jul. in Apostol. Sede residens ix. an. abiit ad Christum Indict. xii. Hæc ibi.

II. Sub eodem Pontifice, tradit (a) Leo Ostiensis, S. Bartholomæi Apostoli corpus translatum ab Oriente Beneventum, inde tempore Ottonis Tertii delatum in Urbem, sed de his suo loco dicturi sumus. Idemque Leo Ostiensis de eodem Benedicto Papa ait: (b) *ab ipso donatos quasdam suas possessiones, quas habebat in Comitatu Aprutii, monasterio Cassinensi, eidemque privilegium concessum, quando (subjicit) Hildebrandus Comes Soranus una cum fratribus obtulit S. Benedicto medietatem locorum Taurini, & Juliani, cum omnibus, quæ ad eamdem medietatem attinebant.* Quam donationem confirmatam tradit a Paodulpho, & Landulpho Principibus Capuanis. Porro inopia scriptorum complura de hoc Benedicto remansisse obscura, possumus existimare.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 5. in fin.

(b) Ibid. c. 6.

III. Joannes Pap. XIV. Eo autem defuncto, in locum ipsius subrogatus est Petrus Episcopus Papiensis, qui nominatus est Joannes ejus nominis Decimusquartus. Erat hic Archicancellarius Ottonis Imperatoris, ut ex diplomate dato anno superiori ab Ottone Imperatore concedente privilegium monasterio sancti Vincentii ad fontes Vulturni posito constat, in cujus fine ista leguntur:

IV. *Adalbertus Cancellarius ad vicem Petri Episcopi Papiensis Archicancellarii, recognovi & subscripsi. Datum pridie Idus Novembris anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo octogesimotertio, Indictione * XI. anno Regni domni Ot-*

* XII.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hispan. MXXII. Anno Hegiræ CCCLXXIV. inchoato die 4. Jun. fer. 4. A.C. 984. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6477.

☉ 13. FE. ☽ 16. P. 23. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 984.

JOANNIS XIV. PAPÆ 1.

OTTONIS III. Regis 2.

BASIL. & CONST. IMPP. 9.

ANum. I. ad VI. *Benedicti VII.* Papæ Epitaphium a Baronio ex lapide corroso repræsentatum, annum ejus emortualem, Sedisque durationem his verbis designat: *D. X. M. Jul.* (idest die X. mensis Julii) *in Apost. Sede residens IX. an. abiit ad Christum indict. XII.* ideoque hoc Christi anno indictione XII. insignito. Novem etiam annos ei adscribunt Catalogi, nisi quod Catalogus VIII. & Marianus addunt *menses sex*, Catalogus vero VII. *menses V.* Neque dubium esse potest, quin præter annos IX. menses vel V. vel VI. Ecclesiam Romanam rexerit; cum ex dictis constet die XXV. Martii an. CMLXXV. eum jam Pontificem fuisse, & die decima Julii hujus anni vivendi finem fecerit. Addit Marianus cessasse sedem *dies XX.* octavus vero Catalogus *dies quinque.* Verum cum neuter numerus ad Dominicam ducat, dies mendose descriptos esse oportet. Illud certum, breve fuisse Interpontificium; cum

Moritur Benedict. VII PP.

Ottonis Secundi xxiii. Imperii xvi. Actum Capuæ feliciter. Hæc ibi. Atque satis ad rationem temporis declarandam. In quibus observandum, quod non numerantur anni ejus Imperii ab obitu patris, sed a tempore, quo Romæ est coronatus Imperator, anno nongentesimo sexagesimoseptimo.

V. Hoc eodem anno Romæ contractum est sodalitium plurimorum sacerdotum, inter quos & Episcopi nonnulli sunt adscripti ad hoc, ut post obitum singuli consodalium sacrificiis juvarentur. Cujus instituti adhuc extat in Diaconia SS. martyrum Cosmæ & Damiani ejusmodi monumentum in tabula marmorea incisum.

Sodalitium Romæ institutum pro defunct. anim.

De sodalitio inito constitutio.

CONSTAT NIMIRVM DILECTISSIMI FRATRES DE PROMISSIONE QVAM EX CORDE FECIMVS CORAM DEO ET SANCTIS EIVS VT VNVSQVISQVE NOSTRVM FRATRES SACERDOTES ET EPISCOPI ET POSTERI NOSTRI SACERDOTES IN PERPETVVM QVALISCVMQVE EX HAC LVCE MIGRAVERIT XL. MISSAS PRO EIVS ANIMA PER VNVMQVEMQVE SACERDOTVM QVI SVPERSTITES SVNT CANERE PROMISIMVS. SI TAMEN INFIRMITATE FVERIT OCCVPATVS NON REPVTETVR EI IN PECCATVM ET SI RECEPTVS FVERIT IN PRISTINAM SANITATEM HOC OMNE QVOD SVPRA DICTVM EST ADIMPLEAT. QVI VERO CVSTOS ET OBSERVATOR FVERIT HABEAT BENEDICTIONEM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI ET COELESTE REGNVM POSSIDEAT CVM OMNIBVS SANCTIS. ET QVI HOC NON OBSERVAVERIT SIT ANATHEMATIS VINCVLO INNODATVS ET A REGNO DEI SEPARATVS.

ISTA VERO PROMISSIO FACTA FVIT ANTE SACR. SANCTVM DOMINICVM ALTARE HVIVS AVLAE TEMP. DOM. IOAN. XIIII. PAP. MENSE FEBR. DIE XXII. INDICT. XII. ANNO DOM. INCARN. DCCCLXXXIV. BENED. SACR. EXARAV. ORT. PRO ME PECCAT.

Hæc ibi; sed mendose nonnihil, ☞ ut manifeste appareat loco anni octogesimiquarti, legendum octogesimiquinti, & loco Indictionis duodecimæ, legendum decimætertiæ, ut convenire Joannis Papæ sedis tempori possit ☜.

VI. Eodem anno, Otto Imp. simulac (ut dictum est in fine anni superioris) Imperii habenas moderandas suscepit, sponsu piæ matris, corrigendum curavit quod pater deliquerat, ob quod divinam expertus fuerat ultionem, de sublato ab Ecclesia Marsepurgensi dedicata S. Laurentio Episcopatu. Ditmarus (a) enim dum de his agit, ejus matrem Augustam Theophanem Græcam mulierem plurimum commendat, quodque tres filias pie valde educatas, contemptrices carnalium nuptiarum effecerit, cœlestium vero cupidas, earumque duas, alteram Adelsidem nomine, Sophiam vero alteram nominatam, in duobus monasteriis monasticam vitam professas.

(a) Ditm. Chron. l. 4.

Hoc

PAGIUS cum vacante hoc tempore Imperio expectandi non fuerint Legati, qui novi Pontificis consecrationi assisterent, quia Imperium vacabat. *Benedicto* VII. successit *Petrus Episc. Papiensis* Ottonis II. Archicancellarius, ut ostendit Baronius, qui in Pontificatu vocatus est Joannes hujus nominis XIV. (a)

II. Ad num VI. Mortuo anno superiori Ottone II. licet Otto III. ejus filius Rex Germaniæ die Natali Christi coronatus fuerit, orta tamen inter Primates de Rege substituendo dissensio, *aliis filio ipsius Ottonis imperium deberi certantibus, aliis odio Imperatricis* (sc. Theophaniæ) *a filio ejus imperium transferre volentibus ad Henricum Ducem* (nempe Bavariæ) *filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis. Hic Henricus ipsum Ottonem puerum fallaciter captum in custodiam tenet, sed Principes puerum de manu Henrici extorquentes, in regno sublimant*, inquit Sigebertus in Chron. cui adstipulantur Chronographus Hildensheimensis, cujus verba anno superiori num. VI. exhibuimus, & fusius Ditmarus lib. 4. qui addit, *Miseum* Poloniæ Principem, & Bolislaum Bohemiæ Ducem, & complures alios *Henrico* favisse, sed hunc *futuri timore belli* coactum fuisse puerum reddere matri ejus *III. Kalend. Julii*.

Tumultus adversus Ottonem III. excitati.

III. Subdit Sigebertus: *Lotharius Rex Francorum ad invadendum Lotharingiam rursum laborans Urbem Virdunum & Godefridum ipsius urbis Comitem cupit*. Tum anno CMLXXXV. *Lotharius, Rex videns Ottonem Imperatorem virtute militum suorum proficere, urbem Virdunum & Godefridum Comitem reddit*. Verum hæc a Sigeberto contra veritatem scripta & post eum a Nangio, ut demonstrat Blondellus in Pleniori Assertione Genealogiæ Franciæ pag. 266.

Franci stant a partibus Ottonis III.

NOTÆ (a) CAtalogus Romanorum Pontificum Vat. num. 3340. de *Benedicto* VII. hæc habet: *Benedictus annos IX. post hunc fuit electus quidam Petrus super Bonefacio, qui Bonefacius reversus CPoli, dans pecuniam interfecit prædictum Petrum, & ipse Paulo post vitam finivit.* GEORGIUS

VII. *Obitus SS. Vvinton. & Roffensis Episcoporum.*

(a) Apud Sur. die 1. Aug. Floc. hist. Matt. Vvestmon. hoc anno.

(b) Osbert. in vit. S. Dunstan. apud Sur. die 19 Maii t. 3.

Hoc eodem pariter anno, Ipsis Kalendis Augusti (ut testatur qui res ab eo sancte pieque gestas conscripsit (a) Wolstanus ejus discipulus) ex hac vita migrat in cœlum S. Ethelvoldus Wintoniensis Ecclesiæ Episcopus necnon Roffensis Episcopus æque pietate insignis, quorum prævidens exitum S. Dunstanus, doluit in tot discriminibus laborantem Angliam his viris orbari, quod & lacrymis testatus est; de his enim Osbertus ista (b): *Quodam tempere venit Cantuariam supra memoratus Ethelvvoldus Vventanus Episcopus, & aliquot diebus ibi detentus est. Detentus est etiam Roffensis Episcopus, qui illo simul venerat, detinente utrumque Patre Dunstano charitativa affectione, dulciflua vitæ perennis contemplatione divinæ verbi collatione, & sacrorum morum exhortatione, & instructione. Cum autem ipse pontificum pater comitatus ipsos duos Episcopos Cantuaria decederet, & pariter longius remotos quemque ab altero destinati hospitii via dirimeret, ambo pontifices a Dunstano benedici petentes, ab eo divertere & suum iter cupiebant accelerare. Verum ipso manum extendente ad benedicendum, subito in lacrymas acerbas erupit, coeptaque benedictionis verba singultus subsequens interrupit. Illis vero grandi ad rem stupore perterritis, quidnam haberet, quod tam anxie fleret, sciscitati sunt. Respondit: Fleo, quia vos, quos modo sanos & alacres video, in hac vita non am-*

PAGIUS 266. *Lotharius* enim Henrici molitionibus obsistendi Ottonis III. pueri patrocinium suscipiendi, summamque ejus potestatem asserendi animo Virdunum & Godefridum Comitem cepit. Sic enim Epistola XXII. ad *Imixam* data Gerbertus: *Reges Francorum filio* (Theophaniæ Ottoni III.) *favere dicite, nihilque eos aliud conari, nisi tyrannidem Henrici, Regem se facere volentis, sub nomine advocationis velle destruere.* Epistola XXXII. Caroli Ducis Lotharingiæ nomine ad Diedericum Metensium Episcopum scripta: *Non solus nec in angulo fidem integerrimam filio nostri Cæsaris astruo, ut tu nocturno meo ceculas; adsunt mecum Galliæ Principes, Reges Francorum (velis nolis) praeclarissimi* (nempe Lotharius cum Ludovici filio jam in consortium regni adscito): *Lotharienses fide devoti, his est enea filius Cæsaris, hi nec regnum quærunt eripere, ut tu, nec conregnantem instituere.* Idem eruitur ex Epistolis XXXV. & LVIII. ejusdem Gerberti. Quæ ex mox dicendis magis confirmabuntur.

IV. *Ottoni III. Virdunum restituitur.*

Extorto de manu *Henrici* Ottone puero, & Germanici Regni pace anno sequenti firmata, Virdunum sponte reddidit *Lotharius*, tractatumque concordiæ, ut inquit Nangius, cum Ottone II. jam pactum, cum filio stabilivit, & Virdunensem civitatem restituit, teste Gerberto Epist. C. ad Ecbertum Trevirorum Archiep. data; sed Godefridum Virduni Comitem nec reddidit, nec liberavit unquam, quidquid dicat Sigebertus; cum Epistola LXXII. anno CMLXXXVI. *sexto Non. Martias*, quo animam efflavit Lotharius, ad *Stephanum* Romanæ Ecclesiæ *Diaconum* data hæc Gerbertus habeat: *Exequiis domini Lotharii Regis occupati, multa tibi quærenti pauca rescripsimus; Lotharienses dudum capti omnes elapsi sunt, præter Comitem Godefridum, de quo meliora sperantur.* Tum Epistola CX. Adalberonis Archiep. nomine ad Theophaniam Imp. scripta, Maii die XVII. Godefridum libertati restitutum fuisse docet.

V. *Lotharingiam Otto III. acquirit.*

Post pacem sancitam universa Lotharingici Regni possessio penes *Ottonem III.* illibata mansit; nec *Hugoni Capeto*, posterisque Regibus de ea litem armis dirimere vacavit. Imperatores vero (nequando ad Francos Occidentales Lotharingorum animus inclinaret) Ecclesiarum Præsulibus *Regalia* sua per Diœceses transcripserunt, unde factum, ut in hanc usque diem *imperii Principes* abusive dicantur, qui regni illius (cujus præcipua membra sunt & fuerunt) *Principes* proprie dici debuerant. Non tamen existimandum, *Ottonem III. Lotharingiam* tunc abdicasse; is enim ac successores tot sibi jura Privilegiaque in urbes Ecclesiasticis datas retinuere, ut eadem fere qua antea auctoritate in iis potiti fuerint. Porro post Lotharingorum rebellionem, sub Sancto *Brunone* Ottonis M. fratre ac Coloniensi Archiepiscopo, eodem procurante, & *Archiducalem* titulum retinente, creati duo *Duces*, qui *Lothariense* Regnum æquali potestate regerent se. *Mosellanicum* & inferioris Lotharingiæ Ducem, priorisque sedes *Metæ*, posterioris vero *Aquisgranum*. Cum enim *Lotharingia* universa ab anno DCCCLXXXVIII. quo Burgundiæ Transjuranæ Regnum institutum, eique Regni Lothariensis portio adjuncta, decem Diœceses complexa esset, quinque a Sancto *Brunone* superiori Lotharingiæ, quæ *Mosellanica*, a Mosella intersecante dicta est, Trevirensis nimirum, Argentinensis, Metensis, Virdunensis, Tullensis, assignatæ sunt; reliquas Coloniensem, Ultrajectinam, Leodiensem, Cameracensem, Tornacensem trans Scaldis Orientalem ripam sitam, *inferiori* ejusdem *Duci* assignari placuit. Sed procedente tempore accisis Ducum rebus, translataque maxima ex parte in Episcopos Comitum in urbibus constitutorum potestate, Mosellanici Ducatus ne nomen quidem mansit, ut observat Blondellus laudatus pag. 170. Quando Ducatus Lotharingiæ hodiernus constitutus fuerit, ibidem legendum.

VI. *Moritur S. Ethelvvoldus Ep. Wintoniensis.*

Ad num. VII. & seq. Mabillonius Sæc. V. Benedict. Vitam *Sancti Ethelvvoldi* Episcopi Wintoniensis a Worstano Monacho, ejus discipulo, ut videtur, scriptam publicavit, in qua cap. 41. mors ejus his verbis narratur: *Sacrati olei liquore perunctus, Dominici Corporis & Sanguinis perceptione exitum suum munivit. Sicque valefaciens, & dans pacem filiis suis inter verba orationis spiritum cælo reddidit in Kalendis Augusti, anno Dominicæ Incarnat. CMLXXXIV. Episcopatus autem sui XXII. regni moderamina gubernante Ædelredo Rege Anglorum. Testati vero nobis sunt, qui ibi præsentes aderant, examine corpus sancti viri subita immutatione fuisse renovatum, lacteo candore perfusum roseoque rubore venustum*, &c. Ecclesia Anglicana Ethelvvoldo, Osvvaldo, & Dunstano Episcopis pietate, cæterisque virtutibus illustribus debet Ecclesiasticæ ac Monasticæ rei re-

amplias me visarum doleo: num in proximo estis morituri, & ad gaudia Regni cœlestis transeuntes me in istius vitæ miseriis relicturi. Cui cum ipsi dicerent: Ne Pater (oramus) de nostra morte ita loquaris: Fixum (ait) quod dixi, tenete, quoniam sic est, & non est mutabile. In his dato alterutrum osculo pacis, ab invicem divisi sunt.

VIII. *Igitur Antistes Roffensis, mox ubi sui Pontificatus civitatem ingressus est, elanguit, & volutus in infirmitate diebus paucis, defunctus est. Vuintoniensis vero priusquam ad sedem suam venire posset, languore corripitur, & juxta verbum viri Dei, non longa mora interveniente, fiatur. Ex cujus viri obitu gravis mœrore Dunstanum corripuit, tum quia tanti viri ingens solatium amiserat, tum quia cui potissimum teneræ adhuc statum Ecclesiæ gerendum committeret dubius fluctuabat. Quos fluctus ingerebant animo ejus hinc monachi nuper intromissi: hinc clerici ab Ecclesia illa ejecti. Monachi quidem suæ professionis virum habere Episcopum peroptabant, clerici vero sui ordinis hominem sibi præfici desiderabant. Illi videlicet per monachum in Ecclesia sibi collata cupientes solidari: isti per clericum Ecclesiæ sibi ablatæ sperantes reformari. Sed hæc providens sapientia, & sapiens providentia Dei citius determinavit. Nam per beatum Andream Apostolum, cui speciali quodam devotionis affectu Dunstanum inhærere, Deus concesserat; Dunstano mandavit, quatenus nihil hæsitans, Elphegum Abbatem Bathoniensem constitueret Vuentanæ Ecclesiæ summum sacerdotem. Lætatus est Dunstanus jussis, & reddita Deo gratiarum actione pro suis beneficiis, in Elphego perfecit, quod ei per Apostolum suum Deus ipse præcepit.* Hucusque Osbertus. Sic igitur Deus bene consuluit Ecclesiæ Anglicanæ, ut duobus luminibus subductis, penitus non remaneret obscura, sanctissimum Episcopum martyrii candidatum subrogans Antistitem in Ecclesia Wintoniensi. S. Elphegus creatus Vvinton. Eccl. Episc.

Eodem quoque anno decimo sexto Kalen. Octobris pariter in cœlum ex hac vita abiit sanctissima virgo Edita soror sancti Eduardi Regis, quam & S. Dun- IX. S. Editæ Reginæ virginis obitus.

PAGIUS restitutionem, cooperante imprimis Eadgaro Rege, teste Malmesburiensi lib. 2. de Reg. cap. 8. qui de Ethelvvoldo subdit: *Tot & tanta monasteria fecit, quot vix modo credibile videatur, ut talia fecerit Episcopus urbis unius, qualia vix posset Rex Angliæ totius. Fallor, & præcipiti sententia pecco, si non palam sit quod dico.*

VII. *Obitus S. Editha Sanctimonialis.* Ad num IX. *Eadgitha* seu *Editha* Eadgari Anglorum Regis filiæ & Sanctimonialis Wiltoniensis Vitam auctore, ut videtur Gotselino Monacho Cantuariensi, in lucem edidit Surius ad diem XVI. Septemb. sed cum stylum nonnihil immutasset, Mabillonius Sæc. V. Benedict. prout ab Auctore scripta fuerat, eamdem vulgavit. *Eadgitha* Monacharum habitum apud Wiltoniam e manibus Sancti Ethelvvoldi Episcopi accepit, & inter multa, Sanctorum hominum exempla, cognatorum præsertim & propinquorum suorum vehementius accensa est *virgineæ integritatis palma sanctissima amica sua Editha quæ Eadgari Regis & patris ejus germana soror erat*, & in alio monasterio clarebat. Abbatissæ dignitatem recusavit, *& anno XXIII. ætatis suæ. XVI. Kalend. Octobris, migravit ad Christum circa annum Domini nongentesimum octogesimum quartum: sepelivitque eam beatus Dunstanus in Ecclesia Sancti Dionysii, quam ipsa extruxerat.* Hæc Gotselinus. Eodem ævo tres aliæ *Editha* Regiæ Virgines in Anglia vixisse dicuntur præter Editham Ottonis M. uxorem, ut ibidem observat Mabillonius. Una Ethelvvlfi Regis filia, Alfredi Regis soror, quæ Sanctæ Motvvennæ Abbatissæ tradita est: altera Editha, Eduardi Senioris filia, Aethelstani soror: tertia Edmundi Regis filia Eadgari soror; omnes sanctæ, & Sanctimoniales, de quibus ibidem Mabillonius.

Theodericus Metensium Episcopus obiit, & secundum prophetiam viri Dei vix aliquis Principum, qui in bello Calabrico [1] *evasit, diu supervixit, Episcopatum Metensem suscepit Adelbero vir Sanctus & nobilis, filius Friderici Ducis*, inquit Sigebertus in Chron. ad hunc Christi annum. San-Marthani quidem & Meurissius in Episcopis Metensibus Theodorici seu Diederici obitum in annum præcedentem retrahunt; verum Auctor Anonymus & coævus, qui se ab eodem beato Adalberone Abbatem benedictum asserit, in Vita ejusdem Præsulis Tom. I. Biblioth. Labbeanæ recitata, ostendit eos hallucinatos, & annum *Deoderici* emortualem a Sigeberto recte consignatum fuisse. *Adelbero* inquit, patre Friderico Galliæ Medianæ Duce & Beatrice, quæ magni Hugonis filia fuit, progenitus est, & mortuo Ottone II. *defuncto etiam memoranda vita viro Deoderico Pontifice*, procurante matre Beatrice, & favente Adelheide Augusta *Meti Præsul elevatur & constituitur die XVII. Kal. Novemb. anno Dominicæ Incarnat. CMLXXXIV. indictione XII.* VIII. *Moritur Deodericus Episc. Metensis.*

Mira vero Dei, subjungit Anonymus, *& Domini nostri gratia & potentia antiqua virtute, quod est dictu mirabile, Principum illa discordia* (de qua hoc anno locuti sumus), *quam putabant non sine magnis periculis, nec sine sanguinis multa effusione unquam evadendam, sic sedata, sic ad nihil redacta est, ut res* IX. *Beatricis opera pax in Germania conciliata.*

NOTÆ [1] *QUi in bello Calabrico.* Lege ex Annalista Saxone ad hunc annum: *Qui in bello Gallico.* Id enim prædixit Vir Sanctus Reclusus, cernens vastationem Ecclesiarum factam ab exercitu Ottonis II. in expeditione Gallicana pro Lotharingia. Vide eumdem ad An. 977. MANSI

S. Donstanus sepelivit in Ecclesia sancti Dionysii. Alumna ista fuit, & exculta institutione ejusdem sancti Ethelvvoldi Wintoniensis Episcopi, ut in ejus vita (a) legitur. Claruit haec insignibus post obitum miraculis.

(a) Apud Sur. die 16. Sept. tom. 5.

PAGIUS *res jam in annis constituta ad unitatem electi Principis & ad diuturnitatem vera pacis, qua quandiu vixit Princeps idem duravit, perfectissima redeit, dum votis fidelium Adelbero in hunc dignitatis Pontificalis gradum felix ascendit. Acta sunt hac felicibus auspiciis VVormatia quondam VVangio dicta, quo exercitus Galliarum, Germaniaeque pars ad favendum puero principi, pars ut resisteret, convenerat. Sed Adelberone baculo Pastoralis donato honore, Regi quem Deus elegerat* (nempe Ottoni III.) *ut erat videre, qui paulo ante restiterant, magis hujus beati meritis post plus pronos ad serviendum se se impingere festinabant, & fideles fore abhinc imperarum devovebant. Quid amplius? Pacatis rebus Regiis, & tranquillatis omnibus Regis novi negotiis, Beatrix, qua hujus pacis propagatrix Deo annuente extiterat, & cujus industria tam subita militum & Principum in Regem confaederatio facta fuerat, cum sua felicissima prole felix, & ipsa, & cum nobili illo Metensium exercitu ad urbem filio dotam ire properat.*

X. B. Adalbero fit Ep. Metensis. Paucis interpositis: *Interim benedictio Sacerdotalis usque in Christi Domini Natalem differtur: & quia Dominicus dies ad hoc sacramentum peragendum a Patribus est institutus, V. Kalend. Januar. quo Natalis Innocentum celebris veneratur, Dominicalis* (hoc enim anno in illum diem Dominica incidit) *Resurrectione Domini sacratus ac sanctus dies affuit, & ecce Antistites vicinarum civitatum Trevirim, qua est Metropolis antiqua, confluentes, qui domnus Ecbertus venerabilis Archiep. praerat, paribus votis, parique assensu Domnum Adelberonem in sedem Metensis urbis praesulem consecrant atque benedicunt.* Ex quibus multa nobis innotescunt, primo, cum juxta Necrologium Metense a Meurissio laudatum *Deodericus* septima die mensis Septembris obierit, mortem ejus ab hoc anno removeri non posse. II. *Deodericum* pissimum Antistitem fuisse; cum teste eodem Meurissio annis ab ejus morte trecentis corpus ejus vestibus Pontificalibus indutum, ac terra coopertum detectum fuerit, eademque indumenta integra inventa, cujus casula adhuc Metis asservata, eamque singulis annis Presbyter, qui ejus anniversarium die VII. Septemb. celebrat, inducere solet. III. sequenti saeculo, quo ea Vita scripta, Episcopos diebus Dominicalibus consecrari solitos fuisse. IV. Ducatum Mosellanicum, cui certum est, praefuisse Fridericum patrem Adalberonis, *Galliam Mediannam* appellatum fuisse. V. tumultus in Germania *Ottonis* II. mortis occasione exortos sedatos non fuisse ante diem XVI. mensis Octobris, quo *Adelbero* Episcopus Metensis dictus. Denique verum esse quod supra diximus, *Lotharium* Francorum Regem Ottonis III. jura defendisse, & Sigebertum ac Willelmum Nangium citatos male contrarium scripsisse; cum *Beatrix* Hugonis Capeti post triennium Galliarum Regis futuri soror pacis conciliatrix fuerit, & Gallicus exercitus in armis pro Ottone III. extiterit.

JESU CHRISTI ANNUS 985.	JOANNIS XV. PAP. ANNUS 1.	OTTONIS III. REG. 2. BASIL. & CONST. IMPP. 10.

I. Bonifac. iterum Sedem invadit.

Redemptoris annus nongentesimus octogesimusquintus, Indictione decima tertia incipit, quo nefandus Bonifacius Apostolicæ Sedis invasor, qui (ut dictum est) necato Pontifice, & expilata basilica Vaticana fugerat Constantinopolim: ubi res innovatas accepisset, decessisse nimirum Benedictum Septimum, qui eum Sede expulerat, & Ottonem Imp. esse defunctum, cujus patrocinio fovebatur, qui Benedicto successerat Joannes Papa, Romam, Sedem iterum invasurus rediit suorum studiis roboratus, ut quam reliquerat Petri cathedram

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXIII. Anno Hegiræ CCCLXXV. inchoato die 24. Maii fer. 2.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6478.

☉ 24. D. ☽ 27. P. 12. April. Indict. 13.

Jesu Christi 985.

Joannis XV. Papæ 2.

Ottonis III. Reg. 3.

Basil. & Const. Impp. 10.

A.C.985. I. *Mortuo Joanne XIV. Bonifacius VII. Sedem invadit.*

Anum. I. ad V. *Joannes XIV.* cui Marianus Scotus, Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam, Martinus Polonus, passim Catalogi menses octo attribuunt, usque ad finem circiter mensis Febr. currentis anni Ecclesiæ Romanæ præfuit. Baronius enim anno superiori num. V. Monumentum exhibet scriptum tempore Joannis XIV. *mensis Febr. die XXII. Indict. XII.* ubi recte monet, legendum esse *Indict. XIII.* quæ mense Februario hujus anni obtinuit. Hermanous laudatus ad annum CMLXXXIV. ait, *sedis mensibus VIII. eamque Bonifacius, Ferrucii filius prius* (anno nempe CMLXXIV.) *relegato Benedicto, male ordinatus, de Constantinopoli quo fugerat reversus* (hoc scilicet anno exeunte Februario) *comprehendit, & in castellum S. Angeli relegatum, fame, & ut perhibent, veneno enecuit ejusque sedem CXL. Papa invasit.* [1] Factum id fuisse exeunte Februario, vel ineunte Martio non tantum laudatum Monumentum; sed etiam Chartæ quarum mentionem facit Rubeus lib. 5. Hist. Ravenn. pag. 269. demonstrant. Ait enim Rubeus in Archivio Eccl. Ravennens. reperiri multas tabulas datas *anno nongentesimo octogesimo quinto a partu Virginis, qui annus ibi primus Bonifacii Pontificis Max. Indict. XIII. scribitur Idibus Martii.* Quare non admittendæ Papebrocii conjecturæ in Conatu Chronico-Hist. & in Paralipomenis ad idem Opus, existimantis Joannem XIV. mense Novembri superioris Christi anni, vel hujus initio in castro Sancti Angeli inclusum fuisse, [2] & *Bonifacium* VII. die XIX. Martii sacrilege ordinatum.

In MS. Codice a Baronio num. III. citato legitur, *Joannem XV. Bonifacio VII.* successisse, & Hermanus Contractus, qui eidem *Bonifacio* menses XI. perperam attribuit, eumdem illi successorem assignat. Verum *Joannem filium* II.

Ro-

NOTÆ [1] Ex quo Bonifacius VII. in Apostolicam Sedem iterum irrepsit, duæ a notariis Urbis Pontificatus ejus Ephocæ sunt usurpatæ, altera a primordiis Pontificatus invasi A. D. 974. altera ab hoc anno 985. quo, *Johanne* XIV. fame, & veneno perempto, Romanam sedem iterum invasit; & quidem ante mensem Martium; nam in tabulario S. Mariæ in via lata habetur stipulatio confecta a Petro tabellione urbis Romæ, cujus exordium. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Bonifatii summi Pontificis & universalis septimi Papæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli anno undecimo Indictione tertia decima mense Januario die nona.* Ex Indictione XIII. est A. D. 985. Anni Pontificatus hic numerantur a prima invasione Pontificatus, quæ initium habet ante diem IX. Januarii mensis an. 974. Alia stipulatio ibidem pro monasterio monialium S. Ciriaci a Theophilacto Scriniario S. R. E. & tabellione urbis Romæ scripta initio habet: *Anno Deo propitio Domni Bonifacii summi Pontificis & universalis septimi Papæ in sacratissima sede Beati Petri Apostoli Indict. tertia decima mense Madio die tertia.* Est hic etiam A. D. 985. & annus *primus* Pontificatus *Bonifatii* indicatur; quandoque enim a notariis annus generice sine ulla adiectione numerali, quia annus primus in cursu erat, prænotatus, annum *primum* Pontificatus designabat. Ex prima stipulatione apparet, mense *Januario* anni 985. Apostolicæ sedis cathedram jam occupatam fuisse. His adde chartas in Regesto Sublacensi pag. 268. col. 2. quæ incipit: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Bonifatii* VII. PP. X. *mensis Maii Indict.* XIII. Alia ibidem pag. 259. col. 2. *Anno Deo propitio Pontificatus. Domni Bonifatii summi Pontif. & universali* VII. PP. *in sacratissima Sede B. Petri Apostoli* XII. *mense Junii Indictione* XIII. In notis numeralibus annorum Pontificatus mendi aliquid subesse suspicor. *Indictio* XIII. annum 985. designat; itaque quum ea utroque loco sit, fieri non potest, ut mense *Majo, annus* X. & mense *Junio, annus* XII. enumeraretur. Illud vero elicimus, *Bonifacium* VII. occupasse Apostolicam Sedem, etiam mense *Junio* hujus anni. In Catalogo Romanorum Pontificum Cod. Vat. 2340. post intrusionem *Bonifatii* VII. tres Pontifices *Johannis* nomine recensentur, hoc modo: *Johannes menses* VIII. *Johannes menses* XIIII. *Johannes menses sedit annos* X. *menses* VI. *dies* X. Utrobique non sine mendis. GEORGIUS

[2] Si quid valet authoritas vetustissimi illius catalogi Romanorum Pontificum vulgati ab Eccardo in Corpor. Scriptor. med. qui tom. 2. col. 1640. confecti, quantum arbitror, circa annum 1048. Joannes iste a Bonifacio in arce S. Angeli inclusus, quatuor mensium carcerem ibidem toleravit; dein ejus opera enectus fuit. Hinc vides Papebrochium non inaniter suspicatum, eam carcerationem accidisse mense Novembri superioris Christi anni. MANSI

dram occuparet. Venit sceleratus atque sacrilegus, suorumque factione potens, quem sedentem in Pontificio throno Joannem invenit, inde violentus exturbavit, vinculisque alligatum detrusit in S. Angeli munitionem, quæ detinebatur a suis: ubi quatuor detentum mensibus fame perire miserum tandem truculentus prædo coegit, duorum Pontificum crudelissimus interfector, invasamque iterum Petri cathedram, proh nefas! tenuit tyrannus, mensibus quatuor, qui nec pilum habuisse dici potest Romani pontificis, sive spectes ingressum, sive progressum, resque ab eo gestas consideres. Unde parum consuluit veritati, minusque pietati, & S. R. E. dignitati, qui hunc inter Romanos Pontifices refertur, annumerandum potius inter famosos latrones, & potentissimos grassatores, atque patriæ perditores Syllas & Catilinas, horumque similes, quos omnes superavit sacrilegus iste turpissima nece duorum Pontificum.

Jo. Pap. fame necatus.

II. Joannes igitur necatus proditur, ne quid sperarent amplius qui erant partium Imperatoris; exponiturque extinctus spectandus omnibus pro foribus munitionis. Mirandum plane, lugendumque omnibus spectaculum tunc exhibitum intuentibus Romanis civibus, cadaveris ipsa macie conclamante fame extinctum ipsum Joannem Pontificem. Hæc ex veteri codice Romanorum Pontificum accepta, quibus consentiunt scriptores omnes. Porro Joannis venerandum corpus delatum in basilicam S. Petri, ubi sepultum est juxta Joannem Octavum, cujus sepulcro sequens est inditum epitaphium:

Præsulis eximii hic requiescunt membra Joannis,
Extiterat dictus qui antea quippa Petrus,
Sedem Papiæ blando moderamine rexit;
* *Imperatori Ottoni dulcis fuit atque praclarus.*

Com.

PAGIUS *Roberti* ante Joannem decimum quintum Romanum Pontificatum gessisse, nos dubitare non sinunt Marianus Scotus, Gotfridus Viterbiensis, & varii antiqui Catalogi, qui inter Benedictum VII. & Joannem XV. duos alios Pontifices nomine Joannis appellatos exhibent, & *Joanni Roberti filio*, sicuti & Marianus Scotus *menses quatuor* assignant. Adhæc in Chronico Malleacensi, seu S. Maxentii ad annum usque MCXXXIV. perducto, & a Labbeo Tom. II. Biblioth. ex Codice MS. descripto, postquam actum de iis, quæ an. CMLXXXIII. contingere, subdit Chronographus: *Sequenti anno tres Apostolici apud Romam mortui sunt.* Et deinde agit de *illis*, quæ ad annum CMLXXXV. pertinent. Quare tanquam rem notatu dignam mortem trium Pontificum Rom. quæ eodem anno acciderit, in medium adducit. Fallitur quidem in anno; cum certum sit, superiori Christi anno alium Pontificem non obiisse, quam Benedictum VII. Sed *Joannem XIV. Bonifacium VII.* & *Joannem* filium *Roberti* hoc anno de mortuos ambigi non debet; [1] cum certum sit, Joannem XV. hoc anno Pontificatum iniisse, & quidem, ut mox videbimus, ante finem mensis Decembris.

Joannes filius Roberti Bonifacio VII. succedit.

III. Sed antequam ad *Joannis XV.* Pontificatum veniam, observandum Epitaphium Joannis XIV. quod Baronius ait extare in Basilica S. Petri, & in cujus fine legitur: *Subiectis placidus, pauperibusque pius. Defunctus est Joannes Papa mense Augusti die XX.* positum fuisse vel saltem e terra effossum, postquam Romanus Canonicus Opus suum scripsit, si enim ejus tempore extitisset, illud ab eo prætermissum non esset. Quod si illud Monumentum genuinum sit, Joannes XIV. per menses quinque & amplius, *squallore carceris affectus* peremptus est a Bonifacio, ut verbis utar Gerberti Sedis Remensis invasoris in sua Synodo Remensi; aut, ut loquitur Hermannus a Bonifacio *fame, aut ut perhibent veneno* necatus est. Præterea *Bonifacius* VII. non menses quatuor, ut habet Codex MS. a Baronio citatus, sed menses sex inchoatos sedit, idque ut in eodem Codice legitur, non post mortem Joannis, sed eo in carcere detento; quo pacto Gotfridus Viterbiensis, Joannes Stella, & quidam alii menses sex ei recte tribuerunt, magno vero errore Hermannus Contractus menses XI. [2] adeo Historia Pontificia hujus temporis confusa.

Duratio Sedis Bonifacii VII.

IV. Quoad *Joannem Roberti filium*, ab Hermanno Contracto, Joanne Stella, Baronio, aliisque quibusdam prætermissum, ita appellatus est ab Onuphrio in Chronico Ecclesiast. & ab aliis, qui post eum scripsere, & in variis Catalogis vocatur *Joannes XV.* Verum cum ex pluribus Chartis alterius *Joannis*, qui ei successit, constet hunc se se in iis *Joannem XV.* appellasse, apparet, *Joannem Roberti* filium non solum verum Pontificem non fuisse, sed etiam *Joan-*

Joannes filius Roberti non dicendus Joannes XV.

NOTÆ [1] MEnse *Augusto* hujus anni jam in Apostolica Sede considebat *Johannes* XIV. Charta in Regesto Sublacen. pag. 174. col. 2. *Anno primo Deo propitio Pontificatus Domni Johannis* XIIII. PP. *in sede B. Petri Apostoli mense Augusto Indictione* XIII. Partes jurant per *Johannem* XIIII. *Papam*. Quin mense *Februario* an. 986. adhuc idem Pontifex sedebat. Charta ibidem pag. 176. *Anno primo Deo propitio Pontif. Domni Johannis* XIIII. PP. *in Sede B. Petri Apostoli mense Februarii indict.* XIIII. Item partes jurant per *Johannem* XIIII. *Papam*. Vide dicenda insequenti Nota. GEORGIUS

[2] SEd & Hermannus Contractus in assignandis Bonifacio mensibus XI. suos habet patronos; vetustissimum nempe catalogum Eccardianum, de quo nos in Nota superiori. Adeo verum est sæculo illo infelici omnia densissimis tenebris obvoluta esse. MANSI

Commissum populum Romanum moribus ornans

. . . .

Eloquio cunctis præsertim dulcis amicis

Subjectis placidus pauperibusque pius.

Defunctus est Joannes Papa mense Augusti die xx. Hactenus ibi.

III. Bonifacius Antip. dat pœnas. At quid post hæc accidit? Idem nefandus parricida, cum vix menses quatuor tenuisset violentus quam occuparat Apostolicam Sedem, dimittere cogitur invitus ac nolens: siquidem Deo ultore punitus, morte repentina percussus est, de quo ista in veteri Pontificum Vaticano codice: *Bonifacius post mortem Joannis sedit menses quatuor, repentina morte interiit, & in tantum eum odio habuerunt sui, ut post mortem cæderent eum, & lanceis vulnerarent, atque per pedes traherent, nudato corpore, usque ad campum, qui est ante caballum Constantini (ita tempore illo antiquitatum Romanarum rudes, equestrem statuam æneam Marci Aurelii Antonini* Joannes XV. Pap. creatur. *Imp. Constantini esse vulgo dicebant) ibi projecere eum atque dimiserunt. Tunc mane venientes clerici, & videntes eum ita turpiter & cum dedecore jacentem cæsum & lanceatum, collegerunt & sepelierunt.* Quo tyranno sublato de medio, licuit legitimum creare Pontificem, electusque est Joannes ejus nominis XV. natione Romanus, ex patre Leone postea presbytero ex regione dicta, *Ad gallinas albas*; quem non nisi ad finem anni hujus creatum putamus.

IV. Quomodo Ro. Eccl. pax reddita. Quo tempore etsi sectatores Bonifacii quieverunt, novus tyrannus exurgit in Urbe, quæ hactenus fuerat Albericorum violentia conculcata atque depressa. Fuit hic Crescentius Numantanus, qui titulo Consulatus, munitionem sancti Angeli possidere aggressus est, quam adeptus, inde infestare nonnihil cœpit ipsum Joannem Pontificem, qui timore perterritus eorum, quæ passum viderat prædecessorem, secedit in Tusciam: unde cum legationes ad Ottonem mittere frequentarat: memores Romani, quæ ea de causa, ob injurias nimirum illatas Pontificibus passi arant majores ipsorum, tum ab Ottone Primo, tum etiam a Secundo: e vestigio honorifica legatione eumdem Joannem accersunt, redire rogant, omnique securitate adhibita, revocant tandem in Urbe, cui venienti occurrunt omnes, & piis officiis & obsequiis Christi Vicarium Petri successorem honorant, seque illi subjiciunt. Sicque aliquandiu Romana Ecclesia tranquilla pace potita est.

V. Hoc (a) anno, secundum exactam temporis pervestigatam rationem, Ramirum Regem Leginnensem, ejus nominis Tertium esse defunctum, Ambrosius Mo- (a) Ambr. Moral. Chronic. Hist. lib. 16. c. 46.

PAGIUS *Joannem XV.* ne turbetur Chronologia, non appellandum, quod recte vidit Papebrocius in Conatu Chronico-Historico, cui tamen in eo assentiri non possum quod scribit, ideo non appellatum *Joannem XV.* quod electus tantum, sed non ordinatus fuerit. Incredibile enim eum per menses quatuor Sedem Romanam occupasse, se seque nunquam consecrandum curasse. Auctores itaque, aut qui nomen ejus prætermisere, aut qui illud sine numerali nota extulere ad id moti videntur, quod Joannes ejus successor *Joannis XV.* nomen sibi sumserit.

V. Joannes XV. hoc anno Pontificatum iniit. Hunc vero *mense Decembri* hujus Christi anni, quod jam indicavimus, Pontificatum adeptum esse demonstrat ejus Epistola de confirmatione bonorum & possessionum monasterii Cuxanensis in Catalaunia siti, quam ex Chartulario ejusdem monasterii eruit Baluzius in Appendice Marcæ Hispanicæ pag. 934. quæ his verbis desinit: *Scriptum per manum Stephani Notarii Regionarii & Scrinarii sanctæ Sedis Apostolicæ in mense Decembrio, Indictione XIV.* a Kalendis Septemb. inchoata. Insuper Rubeus in Hist. Ravenn. lib. 5. pag. 269. Joannem Archiepiscopum Ravennensem *anno secundo Pontificatus Joannis quinti decimi, mense Decembri, Indict. XV.* quædam prædia jure emphyteutico locasse asserit, anno sc. Christi CMLXXXVI. quod si mense Decembri illius Christi anni secundum Pontificatus annum Joannes XV. exorsus fuerat, anno currenti eodem mense jam eum susceperat. Ex quibus patet, Papebrocium laudatum perperam scripsisse *Bonifacium VII.* Sedem Romanam menses XI. occupasse, & *Joannem XV.* die XXV. Aprilis anni CMLXXXVI. Pontificem coronatum esse. Neutrum enim ex dictis subsistere potest, & præter laudatas Joannis chartas infra alias referemus, ex quibus liquebit, *Joannem XV.* saltem mense Februario sequentis Christi anni Ecclesiam Romanam administrasse. Sed cum mense Decembri hujus anni jam Pontificatum consecutum, in dubium revocari non potest. [1]

VI. Obitus Ranimiri III. Legionis Regis. Ad num. V. & seq. *Ranimirus* Legionensis Rex hujus nominis III. hoc anno ante mensem Majum Legione vivendi finem fecit juxta accuratum Ambrosii Moralis calculum lib. 16. pag. 263. non vero anno CMLXXXII. ut ha-

NOTÆ [1] ANni Pontificatus *Johannis* XV. ex Actis illius temporis in tabulario S. Mariæ in via lata, & in Regesto Sublacensi ita digeruntur. An. 987. mense *Februario* adhuc in cursu erat annus *secundus* Pontificatus. Charta in Regesto Sublacensi pag. 178. quæ incipit: *Anno II. Deo propitio Pontificat. Domni Johannis* XV. PP. *mense Februario Indict.* XV. Ibid. pag. 177. *Anno II. Deo propitio Pontificat. Domni Johannis* XV. PP. *in sede B. Petri Apostoli mense Julio Indict.* XV. Ex indictione XV. est annus 987. Mense *Octobris* & *Novembris* hujus anni nu-

Ecclesia S. Jacobi divinitus servata. Morales affirmat; cujus ea ex parte memoria condemnatur, quod iniens fœdus cum Arabum Rege, totius belli vis conversa est adversus Castellæ Comites, & Veremundum in Gallia regnantem; sicque plura loca munita ab infidelibus capta sunt, quorum Ecclesiæ desolatæ, cæsique Christiani. Sed & inter alia funestissimum illud accidit, ut a Ruderico Comite vocati Arabes Compostellam, usquequaque omnia cæde miscentes, eamdem civitatem captam diruerint, mœnibusque nudaverint, abstinentes, magno miraculo, ab Apostoli Jacobi sepulcro, ipsomet Apostolo non alio ipsum illæsum servante, sed & hostes gravi morbo

PAGIUS habet Mariana lib. 2. cap. 8. Annus enim Æræ MXX. qui cum eo Christi anno concurrit, infartus fuit in Chronicon Sampiri, cum in correcto exemplari, de quo mox, ab Emendatore rejiciatur. Eo regnante, *Normanni Rege Gunderedo Gallaciam ingressi, strages multas fecerunt & in gyro Sancti Jacobi Apostoli Episcopum loci ipsius gladio peremerunt, nomine Sisnandum*, inquit laudatus Sampirus, loquens de *Sisnando* Episcopo Compostellano, de quo verba fecimus de Sancto Rudelindo Episcopo Dumiensi loquentes. *Veremundus* hujus nominis II. filius Ordonii III. post *Ranimirum* Gallæciæ Regno præfuit. Porro *Sampirus* Asturicensis Episcopus Chronicon suum in morte Ranimiri III. absolvit quod *Pelagius* Episcopus Ovetensis usque ad mortem Adephonsi VI. annumque MCIX. continuavit; quibus ex Chronographis fere coætaneis Rerum Hispanicarum narratio petenda; sed quia eorum Opera variis interpolationibus corrupta fuere, usi sumus exemplari, quod dedif-

NOTÆ numerabatur annus *tertius* Pontificatus. Charta in tabulario S. Mariæ in via lata: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis summi Pontificis & universalis quinti decimi Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli tertio Indictione prima mense Octobrio die quinta*. Alia charta in Regesto Sublacensi pag. 175. *Anno* III. *Deo propitius Pontificatus Domni Johannis* XV. PP. *in Sede B. Petri Apostoli mense Nobenbrio Indictione prima*. Utrobique *Indictio prima a Kal. Septemb.* an. 987. inchoatur. Mense *Aprilis* an. 988. adhuc *tertius* annus *Johannis* XV. signabatur. Charta in Regesto Sublacensi pag. 186. *Anno Deo propitio Pontificat. Domno Johanne summo Pontif.* XV. PP. *in Sede B. Petri Apostoli* III. *Indict. prima mense Aprilis die* XXIIII. Hoc eodem anno mense *Octobris*, annus *quartus* in cursu erat. Tabularium S. Mariæ in via lata: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis summi Pontificis & universalis quintidecimi Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli quarto Indictione secunda mense October die nonadecima*. Indictio *secunda* hic incipit ex more a *Kal. Septembris*. An. 989. mense *Januario* & *Februario* annus *quartus* designabatur. Regestum Sublacense pag. 176. col. 2. *Anno quarto Deo propitio Pontificatus Domni Johannis* XV. PP. *in Sede B. Petri Apostoli in mense Januario die prima Indict.* II. Ibid. pag. 170. *Anno quarto Pontificat. Domni Joannis summi Pontif. & universali* XV. PP. *in mense Februario* die XXVIII. *Indict.* II. Alia charta in tabulario S. Mariæ in via lata: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis summi Pontificis & universalis quinto decimo Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli quarto indictione secunda mense Februario die sexta*. Mense *Junio* anno 990. decurrebat annus *quintus*. Ibidem: *Tempore Domni Ioannis Sanctissimi* XV. *Papa anno quinto mense Junius Indictione tertia*. Mense *Januario* & *Martio* an. 991. erat annus *sextus*. Ibidem. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis summi Pontificis & universalis quintidecimi Papa in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli sexto Indictione quarta mense Januario die vigesima secunda*. Eodem modo in alia, die XXVII. *Martii* hujus anni mense *Februario*, & *Majo* an. 992. annus *septimus* decurrebat. Charta in Regesto Sublacensi pag. 92. *Anno Deo propitius Pontific. Domni Johannis summi Pontificis & universalis* XV. PP. *in sacratissima sede B. Petri Apostoli septimo Indict.* V. *mense Februario die tertia*. Tabularium S. Mariæ in via lata: *Tempore Domni Joannis Sanctissimi quinto decimo Papa anno septimo mense Madius Indictione quinta*. Anno 993. mense *Junio Julio* & *Septembri* notabatur annus *Octavus*. Regestum Sublacense pag. 509. col. 2. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontifici & universali* XV. PP. *in sacratissima Sede B. Petri Apostoli* VIII. *Indict.* VI. *mense Julio die* VIII. Ibidem pag. 031. col. 0. alia ejusmodi die XV. *Junii*. Tabularium S. Mariæ in via lata: *Tempore Domni Joannis quinto decimo Papa in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli anno octavo mense Septembre Indictione sexta*. Mense *Martio* an. 994. annus *nonus* Pontificatus dicebatur. Regestum Sublacense pag. 579. col. 2. *Anno* VIIII. *Deo propitio Pontificatus Domni Johannis* XV. PP. *in sede B. Petri Apostoli mense Martio die* XII. *Indict.* VII. Si mense *Februario*, & *Julio* anni 987. annus *secundus Johannis XV.* in cursu erat, si mense *Octobris* & *Novembris tertius* jam erat inchoatus, mense *Aprilis* an. 988. adhuc *tertius* numerabatur, si die, *prima Januarii*, an. 989. *quartus*, si mense *Junio* an. 990. *quintus*, mense *Januario* an. 991. *sextus* sequitur, non eodem modo a notariis hujusmodi annos enumeratos fuisse, quod forte *Johannem* XIV. nonnulli notarii præterierint. Si enim *Johannes* XIV. mense *Februarii* an. 986. ut vidimus, adhuc vivebat, post eundem mensem annus *primus Johannis* XV. figendus esset. Quum vero mense *Octobris* an. 987. annus *tertius*, & mense *Februario Julio secundus* esset; hæ epochæ nullo pacto inter se conciliari possent. A Februario mense anni 986. ad *Februarium* 987. annus *primus* completur, & incipit *secundus* qui non completur nisi ad Februarium anni 988. Cur ergo mense *Octobris* an. 987. *tertius* dicitur: Item, si die *prima Januarii* an. 989. *quartus* enumeratur, si in alia charta ejusdem anni, mense *Martis* annus *tertius* designatur, varie a notariis hujusmodi annos fuisse recensitos apparet, nisi librariorum mendo, quod verosimilius est, numeri sint corrupti. Qui ergo habent, mense *Julio* an. 987. adhuc in cursu fuisse annum *secundum* Pontificatus, exordium anni *primi* ab an. 986. ducunt; qui mense *Januario* an. 991. sextum Pontificatus annum referunt, initium *anni primi* ante Kalendas *Januarias* an. 986. auspicantur, idcirco *Johannem* XIV. prætereunt. GEORGIUS

bo puniente, quo omnes inter iisse, Samphyrus Episcopus sui temporis res gestas prosequutus, tradit, & alii omnes post eum.

VI. *Veremundus Rex Legionen.* Ramiro autem Rege e medio hoc ipso annu sublato, Veremundus in Legionense Regnum succedit hujus nominis Secundus, filius Ordonii Tertii, cujus primurdia fuerunt laude dignissima, ut qui leges pristinas pene usu contrario abolitas in observantiam revocavit, nec civiles tantum, sed Ecclesiasticas, atque Romanorum Pontificum decreta ut custodirentur omnino, lege cavit, præter hæc; suis privilegiis Ecclesias munivit; primumque omnium Compostellanam Ecclesiam, cujus privilegii diploma (*a*) extat, Catholico Rege dignum.

(*a*) *Idem lib. 57. cap. 5. 2.*

Postea vero ob persecutionem illatam Athaulpho Compostellano Episcopo, infamatus inter malos Principes a majoribus numeratur. Siquidem accusationi servorum contra dominum præter jus fasque fidem adhibens, in Episcopum dolo accitum taurum immisit, qui mox redditus mansuetus in Episcopi manibus arma deposuit a natura concessa, cornua scilicet, Rex plane admiranda a tribus antiquioribus historicis enarratur, a Pelagio Episcopo Ovetensi, Luca Tudensi item Episcopo, & Roderico Archiepiscopo Toletano. Sed quomodo tam falsi accusatores, quam Rex persecutor a Deo diram vindictam perpessi justissime fuerint, iidem pluribus narrant.

Se-

PAGIUS ctissimus Anonymus cum variis MSS. contulit, e Bibliotheca Mazarina in Regiam translato.

VII. *Barcino a Saracenis capta.* Anno superiori, ut docet Zurita lib. I. cum *Borrellus* Barcinonensis Comes Saracenos Hispaniæ, insultantes coercere conaretur, coacto exercitu in Vallensi regione, in parenti *Matbabevio* campo prœlio decertavit, magnaque accepta clade fusus est. Cum vero *Barcinonem* Comes ex prœlio se se reciperet eamdem Saraceni obsidione cinxere. Tum hoc anno *Almansor*, cui summam rerum *Isem* Hispaniarum Calipha commiserat eandem Urbem obsedit *Kalendis Julii, feria IV. Indict. XIII.* eamque die sexta Julii cepit ac depopulatus est, ut habent rerum Hispanicarum Scriptores, qui hia notis chronicis præsentem annum certo designant. Tum omnes Ecclesiarum, privatorumque Chartæ, aut consumptæ a Barbaris, aut in Hispaniam asportatæ, quæ res immensum eam urbem afflixit. Porro civitatem paulo post *Borrellus* Comes recuperavit. Dubium autem non est, inquit Baluzius lib. 4. Marcæ Hisp. ad hunc Christi annum, quin tum Comes imploraverit auxilium Francorum, quibus a Caroli Magni temporibus civitas illa parebat. Inde *Almansor*, ad *Legionem* Urbem transiit, quam post fere annuam obsidionem expugnavit. Urbs direpta, eversaque mœnia, eodemque belli impetu quædam alia oppida, qua incensa, qua vi capta atque direpta, ut narrat Mariana lib. 8. de Reb. Hisp. Legendus Diagus in Hist. Comit. Barcinon. lib. 2. cap. 22. & seqq.

I. [margin: ...otharii ...egis ...ranco- ...m obi- ...s & Lu- ...ovici ...lio.] SEquitur Christi annus nongentesimus octuagesimus sextus, decimaquarta Indictione, quo obiit Lotharius Rex Francorum, cum regnasset annos triginta & unum, relinquens Regni hæredem Lodovicum filium, quem commendavit Hugoni Duci. Hæc Odoranous, qui hoc tempore vixit. Lotharii vero conjux Emma filia Ottonis senioris & Adelaidis Augustæ, hæc tunc ad matrem scripsit:

II. *Domnæ Adelaidi Imperatrici semper Augustæ Emma quondam Regina nunc lumine Francorum orbata.*

Elapsa sunt tempora deliciarum mearum, tempora decoris mei, o mi domina, o dulcissima mater: dum is quo florente florebam, quo regnante regnabam, me hactenus conjugem, in perpetuum viduam fecit. O amara dies VI. Non. Martius, quæ mihi virum eripuit, quæ me in has miserias præcipitavit! Intelligat pia mater gemitum & angustias filiæ doloribus plenæ. Non esse me penitus præoptarem, nisi divinitas solatio reliquisset mihi matrem. O quando videbo? quando alloquar? Nostri quidem vestræ præsentiæ me ac filium meum occurrere volunt xo. Kalend. Junii. Sed hæc mora mille annorum mihi est. Noveritis interim, Francorum Principes mihi ac filio meo sacramento firmasse. In hoc & in reliquis, quæ sunt sequenda, quæ vitanda sunt, vestro judicio utemur, ut non solum Emma Reginæ, sed omnium dicamini mater Regnorum. Recordamini præterea verborum vestrorum, quod virum meum propter me dilexeritis, quodque ipse propter me vos amaverit. Prosint hi dulces affectus, & quod temporaliter non valetis, spiritualiter exhibeatis per Episcopos, Abbates & monachos. Hactenus Emmæ Reginæ ad Adelaidem Imperatricem viduatæ marito epistola, quam integram inter epistolas Gerberti edidit Papirius Maso. At majores angustiæ presserunt Reginam, cum anno sequenti orbata est filio, atque penitus excisum vidit ex Carolinis Francorum Regnum, ut dicemus anno sequenti.

III. (a) *Leo Ost. lib. 2. cap. 1. & 2.* Hoc eodem anno (a) Aligernus vigesimusseptimus Abbas Cassinensis monasterii, ubi eidem præfuisset annis trigintaseptem, præclarus meritis ex rebus probe gestis migravit ad Dominum. Lau-

Ann. Eccl. Tom XVI. N n da-

[margin: ...GIUS C. X. ...o Eræ ...an. XIV. ...o He- ... ...XVI. ...ato 3. fer.] ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6479.

☉ 15. C. ☽ 18. P. 4. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 986.

JOANNIS XV. PAPÆ 2.

OTTONIS III. REG. 4.

BASIL. & CONST. IMPP. 11.

986. AD num I. & seq. *Anno CMLXXXVI. obiit Lotharius senex plenus dierum*, inquit Continuator Aimoini lib. 5. cap. 45. Verum cum ex Chronico Flodoardi Viri docti collegerint *Lotharium* Francorum Regem anno CMXLI. in lucem prodiisse, adeoque anno ætatis suæ XLV. extinctum, necesse est existimare, inquit Baluzius nuper citatus, illum senem & plenum dierum ab isto Auctore dictum, non propter multos ætatis annos; sed propter diuturnum Imperium. Regnavit enim annos duos supra triginta. Obiit autem *Lotharius* VI. Nonas Martii, ut habetur in Epistola LXXII. Gerberti ad Adelhaidem Imperatricem nomine Emmæ data, & a Baronio recitata. Erat *Emma* seu *Hemma* Lotharii Regis uxor, filia, non Ottonis Senioris, ut perperam habet Baronius, sed Lotharii Italiæ Regis & Adelhaidis, ut prodit S. Odilo in Vita S. Adelhaidis Imperatricis, quæ primum Lothario Italiæ Regi & postea Ottoni Seniori nupsit. Moriens Lotharius *Ludovicum* filium jam secum conregnantem, quem ex *Emma* conjuge susceperat, *Hugoni Capeto* commendavit. Reliquit & filium naturalem nomine *Arnulphum*, postea Archiepiscopum Remensem de quo infra.

II. *Ludovicus Rex ejus filius Emmam matrem male habet.* Mortuo Lothario *Emma* Regina a Carolo Lotharingiæ Duce, & ab aliis quibusdam apud Ludovicum Regem filium rea fit adulterii cum *Ascelino*, seu *Adalberone* Episcopo Laudunensi, cujus ipsa etiam vivente Lothario insimulata fuerat. Unde illa omnino se a filio male haberi scribit ad Adelhaidem matrem opera Gerberti, qui in Epistola XCVII. ait: *Aggravatus est dolor meus, o mi domina, o dulce Matris nomen, dum conjugem perdidi: spes in filio fuit, is hostis factus est. A me recesserunt dulcissimi quondam mei amici ad ignominiam meam ac totius generis mei. Nefandissima in Laudunensem confinxerunt Episcopum: persequuntur eum, proprioque contendunt spoliare honore, ut inuratur mihi ignominia sempiterna*, &c. Epistola vero CXIX. ad Theophaniam Ottonis III. matrem: *Nunc quasi sine genere, sine dignitate, omnibus afficior contumeliis, ancilla captiva crudelissimorum hostium facta. Et quomodo ille impius Carolus* (Lotharingiæ Dux & Ludovici Regis patruus) *vocem meam audiret, qui vestram audire contempsit?* Erat *Adalbero* natione Lotharingus, Lotharii favore creatus Episcopus Laudunensis anno CMLXXVII. valde adhuc juvenis, vir doctus, eloquentiæ & arti Poeticæ deditus. Sed de eo, ejusque Carmine ad Robertum Francorum Regem, nuper ab Hadriano Valesio e tenebris eruto, infra sermo erit. Porro *Ludovicus* Francorum Rex hujus nominis V. vulgo dicitur, *qui nihil fecit*, seu Ludovicus *Iners*, de cujus morte anno sequenti.

III. Ad num. III. Inter Viros illustres, qui hoc sæculo in Italia floruere, jure merito connumerandus *Aligernus* Casinensis Abbas, qui post mo-

Aligerni Abb. obitus & sanctitas. datus hic inter alia summopere reperitur in vita S. Nili ab illius temporis auctore conscripta. Cui successit Manso longe dispar, homo voluptuosissimus, quem ut indignum tanto honore, ut S. Benedicti diceretur esse successor, expunxerunt posteri ex Abbatum catalogo, quem Leo Ostiensis ordine temporum texuit, subducto ex Chronicis Cassinatibus libro secundo, capite duodecimo, in quo de ejus ingressu agebatur, cujus nec nomen quidem sciretur, nisi obiter ab eodem Leone (a) alibi inferius mentio haberetur. Ita quidem in cusu codice, in antiquitus autem scripto Cassinensis monasterii, ista leguntur eodem libro secundo, capite duodecimo: *Manso vigesimusoctavus Abbas sedit annos undecim. Iste fuit consobrinus Pandulphi principis, qui cum eo tempore, quo Aligernus Abbas defunctus est, monasterio sancti Magni juxta fundanam civitatem posito praeesset, propinquorum Principum fretus auxilio, Abbas Cassinensis a pluribus Fratribus subrogatur: non enim omnium hujus loci monachorum consensu eunobis hujus Abbatiam adeptus est. Unde factum est, ut nonnulli de prioribus hujus monasterii Fratribus potius hinc egredi, quam manere sub illo eligerent. E quibus Joannes Beneventanus, qui postmodum Abbas exiftit, unus fuit, alter vero Theobaldus nihilominus postea Abbas effectus. Dominus etiam Lutius de religiosis hujus loci monachis ac prioribus unus; necnon & quinque alii, quorum nomina non recoluntur. Ex quibus omnibus tres priores Hierosolymam, quinque vero alii in Lombardiam profecti sunt. Quos cum ob maximam hujus loci reverentiam Hugo Marchio nimis honorifice suscepisset; ex cujus largitione & concessione quinque monasteria in illis partibus construxerunt; ibique juxta traditionem hujus monachicum ordinem instituerunt. Ex cujus etiam Marchionis, dono duae, hic argenteae coronae habentur.* Porro de Hugone isto inferius ejus obitus tempore plura dicturi sumus. Mansu autem quas dederit poenas suae nequitiae, suo loco inferius dicemus ☞. Tenuit iste annis decem eam praefecturam indignus, numerandusque Abbas ordine non meritis vigesimus octavus.

(a) Ibid. cap. 25. & 30.

Manso Abbas Casinensis indignus.

Hugo Marchio in Monachos Casinenses munificus.

IV. Quod pertinet ad res Orientis, *hoc anno mense Octobris, inchoata Indictione decimaquinta, ingens terraemotus concussit civitatem Constantinopolitanam, ex quo plura templa corruerunt, & magni templi pars globi.* Ista Curopalates habet. Ejusdem terraemotus mentio habetur in rebus gestis S. Niconis, quo non Constantinopolitana tantum civitas, sed Graecia mirum in modum quassata est. Obiter enim haec de his ibi, dum agitur de ipsius sanctissimi viri imagine saxo divinitus impressa: *De Sancti vero imagine non hominis arte vel manufacta, quae olim quidem lapideae tabulae impressa medio in templo visebatur; postea autem in templi vestibulo juxta sacrarium defixa est, in qua crucigerae etiam virgae species ad vivum reddita cernitur, longum esset commemorare, cum miraculum id omnium linguis ad hanc diem celebretur, & tabula ipsa fulgentem sine coloribus effigiem gerens omni voce clarius rem exprimat. Quemadmodum scilicet in ea stante Sancto, Deumque precibus placante, quo tempore Lacedaemoniorum regio universa terraemotu propemodum deleta est, Deo civium intemperantia, flagitiisque irato, ut piis quibusdam viris tunc temporis significatum est, relicta in saxo orantis imago*

PAGIUS

Moritur Aligernus Abbas Casinensis. monasterii sui devastationem a Saracenis factam ejus bona vindicavit, aedeique resarcivit. Pluribus de eo agit Leo Ostiensis, ex quo Baronius aliqua in Annales transtulit. *Aligerno* monasterio Casinensi praesidente Sanctus *Nilus* Junior eximiae sanctitatis Hegumenus, quamquam Graecanicis addictus ritibus, *Casinum* venit; ubi perhumaniter acceptus & vicino Vallis-lucii donatus monasterio, ibi quindecim exegit annos, ut testantur ejus *Acta* a contubernali ejus discipulo Graece scripta, quae Joannes Matthaeus Caryophilus Archiepiscopus Iconiensis Latinitate donavit, & Baronius magna ex parte in Annales inseruit. *Depositus est autem praedictus Abbas nono Kal. Decemb.* inquit Leo Ostiensis, idque currenti anno, ut probat Camillus Peregrinius. Aligerno successit *Manso* Abbas longe dissimilis animi, ut infra videbimus.

IV. *Origo belli civilis in Imperio Orientis.* Ad num. IV. *Indictione XV. anno mundi* 6494. (legendum, 6495. est enim annus mundi Erae Constantinop. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatus) *mense Octobri terra vehementer concussa, multa domus atque templa corruerunt*, inquit Cedrenus, qui multo post subdit, Imperii Proceres Imperatori succensuisse, Phocam Bardam, & quosdam cum ipso, *quod Bulgaricam instituens expeditionem ipsos sprevisset, nulloque numero habuisset*, alios ob alias contumelias. De seditione inde secuta anno sequenti verba faciemus, ut initium conversionis Russorum ad fidem Christianam melius innotescat.

V. *Angli censum solvunt Danis.* Hovedenus part. I. Annal. pag. 427. de Ethelredo Angliae Rege hoc anno scribit: *Anno CMLXXXVI. Rex Anglorum Egelredus propter quasdam dissensiones Civitatem Hrofi* (id est, Roffi, hodie Rochester) *obsedit, & visa capiendi illam difficultate iratus discessit, & terras sancti Andreae Apostoli devastavit.* Verum avari Principis cupiditas justissime expiata fuit. Florilegus enim ait: *Anno gratiae CMLXXXVI. Rex Anglorum Aethelredus, qui prohibente B. Dunstano centum libras ab Episcopo Roffensi extorserat, pro pace brevissima* (cum Danis ineunda) *pensionem sedecim millium librarum persolvere compulsus est.* Primus is census Danis datus, qui postea in-

im-

go fuerit, qua argumento esset summa illius erga Deum fiducia & gratia; & quid sperare per eam possint, qui tatus afflicti, tanti patroni opem advocarint. Ita veluti voce sublimi clamante lapide egregiam viri sanctitatem, ut non ipsi tribueretur si non fuerit exauditus, sed peccatis populi Dei vindictam absque remissione aliqua promerentis.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS immensum crevit, ut infra dicetur.

VI. *Calabria a Saracenis vastata.* Lupus Protospata in Chronico scribit: *Anno CMLXXXVI. comprehenderunt Sarraceni sanctam Chiriachi civitatem, & dissipaverunt Calabriam totam.* Porphyrogennetus vero lib. 2. de Them. cap. 10. de Calabria verba faciens ait: *In qua Regium est, & oppidulum Sancta Cyriaca, & sancta Severina, & Croto.* Quare de Sanctæ Cyriacæ oppidulo Protospata loquitur.

I. Ludovicus ultimus Regum ſtirpis Caroli moritur.

ANnus ſeqnitur Redemptoris nongenteſimus octogeſimusſeptimus Indictione decimaquinta, quo Ludovicus Francorum Rea noviſſimus Carolinorum moritur, anno via uno Regno potitus. Cumque ſine liberis deceſſiſſet, Regnum Francorum non collatum eſt Carolo Lotharii Regis defuncti fratri, ſed magis eo contempto, ad extraneos eſt delatum, nempe ad Hugonem Ducem Pariſienſem. De tempore obitus Ludovici hæc Odorannus ejus temporis ſcriptor: *Anno nongenteſimo octogeſimoſeptimo obiit Ludoviens Rex juvenis, qui nihil fecit. Donato Regno Hugoni Duci, qui eodem anno Rex eſt factus a Francis, & eodem anno Rotbertus ejus filius Regum ptiſſimus Rex eſt ordinatus.* Hæc ipſe. Eadem & Glaber monachus Cluniacenſis ejuſdem quoque temporis ſcriptor. Cur autem a Francorum proceribus repudiatus Carolus fuerit Lotharii frater, ea potiſſimum ratio affertur, quod ipſe nimis eſſet Principibus Germanorum addictus; Francos autem haud facile paſſos eateris eſſe ſubjectos. Cæterum ipſum Carolum male audiſſe apud Francos, litteræ, quas eatare ad ipſum apud Gerbertum tradit Maſo, ſatis ſignificant.

II. Hugo Capetus ex genere Caroli M. fuiſſe probatur.

De genere Hugonis cognomento Capeti ſive Cuputii, ea ejus temporis ſcriptoribus Odorauno, & Glabro & aliis recentioribus patet, ipſum nimirum ex patre natum Hugone Magno, avo Roberto, Principibus; ex materno vero ſtemmate, ea ſorore Ottonis ſenioris genitum tradunt: adeo ut vanitati poeticæ nullus ſit locus fingendi, eum viliſſimo patre natum. Cæterum progeniem Carolinam non defeciſſe in Ludovico, nec in Caroli fratris Lotharii filio, ſed Hugonem hunc ipſum Magni Hugonis filium ea eadem eſſe progenie, demonſtrat Chronicon Wilelmi Mangii monachi ſancti Dionyſii, quod in lucem Pithœus edidit; quin & auctor qui texuit genealogiam S. Arnulphi, ea quo Carolinum manavit genus, idipſum affirmat, atque demonſtrat. Habet & hunc ipſum auctorem idem volumen editum a Pithæo, profitetur hoc etiam Innocentius Papa in epiſtola ad Ludovicum Regem ejus nominis Sextum: qua afferit genus ſuum, quod derivatur ab Hugone Capeto, proceſſiſſe ea progenie Caroli Magni.

Addit etiam Mangius ea repromiſſione Sanctorum accepiſſe Francorum Regnum Hugonem hunc, citatque Acta tranſlationis ſanctorum Ricarii & Valerici, aitque: *Hugo Magnus Comes Pariſienſis pater iſtius Hugonis ipſorum Sanctorum corpora, quæ tranſlata ab Eccleſiis ſuis in Flandriam fuerant, & repoſita in Eccleſia ſancti Bertini apud ſanctum Audomarum, terrore Northmannorum, qui tunc Franciam devaſtabant, per viſionem admonitus ad ſuas fecit Eccleſias reportari. Ipſi vero Hugoni Magno poſt hoc factum per viſionem a S. Valerico dictum fuit: Propter hoc quod feceras, ejus generatio poſt ipſum in Regno Francorum uſque in ſeptimam generationem, & in perpetuum regnaret. Sic Hugo iſte Rex Francorum factus videtur per Domini voluntatem.* Hæc ipſe. Porro ea Chronicis Bertinenſis monaſterii reductionem eorumdem Sanctorum corporum factam eſſe ab hoc ipſo Hugo- III. Ex promiſſione Sanctor. Regnum in Hugonem tranſlatum.

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hiſp. MXXV.

Anno Hegiræ CCC. LXXVII. inchoato die 3. Maii fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6480.

☉ 16. B. ☽ 19. P. 24. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 987.

JOANNIS XV. PAPÆ 3.

OTTONIS III. REG. 5.

BASIL. & CONST. IMPP. 12.

A.C. 987. I. *Moritur Ludovicus V. Rex Franc.*

ANnum. I. ad IV. *Ludovicum* V. Francorum Regem hoc anno demortuum eſſe, Sigebertus in Chronico, aliique Antiqui apud Blondellum in Pleniori Aſſert. Geneal. Franc. pag. 283. produnt. Ibidem Vitæ Sancti Genulfi Auctor Anonymus ejuſdem fere ætatis, & Auctor fragmenti Hiſtoriæ Aquitaniæ Tom. II. Ducheſnii ajunt, eum patri *uno tantum* ſupervixiſſe *anno*. Auctor vero Vitæ Garnerii Præpoſiti Sancti Stephani Divionenſis circa annum ML. mortuum *biennio fere tranſacto*, a morte patris, quod unum & idem eſt, licet in loquendi modo alter Hiſtoricus ab altero differat. Eum vero annis IX. regnaſſe, tradit Aimoini Continuator lib. 5. cap. 45. ex quo ſcilicet cum Lothario patre Regnum regere cœpit. Ejus coronationem aliqui conjiciunt in annum CMLXXVIII. aliqui cum Chronographo Floriacenſi apud Ducheſnium Tom. III. in annum inſequentem differunt; quod chartæ ejus & *Lotharii* patris annis notatæ de utroque Chriſti anno explicari poſſint. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. pag. 202. obſervat, in multis Necrologiis, puta in Sangermanenſi, in Antiſiodorenſi S. Stephani, & in Remigiano, obitum ejus reponi *XI. Kal. Junii*; in Pſalterio vero Hemmæ Reginæ aureis literis conſignari *XII. Kal. Junii*, additque, hanc ultimam auctoritatem præferendam eſſe. Verum juxta Regulam noſtram innumeris exemplis confirmatam, dicendum *Ludovicum* V. die XXI. Maii denatum, dieque

gone Capeto, traditur a Molano in natalibus Sanctorum Belgii vigesimasexta mensis Aprilis. Ubi autem Hugo est unctus in Regem, ad evertenda quæ exoriri potuissent bella civilia, Carolum Lotharii fratrem conjecit in carcerem Aurelianis, sed id post annum, tertium bellorum civilium. Porro filium Caroli Ludovicum patri successisse, idem tradit, in Ducatum Lotharingiæ; alii vero affirmant Ottoni ejusdem Caroli filio eumdem Ducatum esse traditum.

IV. Quod ad res pertinet Orientis, invalescente bello civili, Sclerus Bardas cognomento Phocas tyrannus, Impe-

GIUS que insequenti, seu *XI. Kal. Junii* exequias ejus peractas. „ Eo mortuo, subjungit Mabillonius, Fulchramnus Lutevensis Episcopus testamentum suum condidit sub hac Chronica nota: *Factum Breve eleemosynarum illud & completum prid. Nonas Februarii, Christo imperante, ac Regem sperante.* Quod si eo tempore necdum Rex erat *Hugo*, dicendum est, *Ludovicum* anno CMLXXXVI. decessisse, *Hugonem* vero ei suffectum mense Julio anni insequentis. Hæc ille. At subscriptio illa ostendit tantum Hugonem in ea urbe nondum Regem anni insequentis initio agnitum, & verum esse quod in Chronico Ademari, narrata Hugonis Capeti inauguratione, legitur: *Sane Dux Aquitanorum Willelmus reprobans nequitiam Francorum, Ugoni subditus esse noluit, unde factum est, ut Ugo exercitu Francorum admoto, urbem Pictavie obsidione fatigaret*, &c. Nec denique Ludovici V. obitus a præsenti anno removeri potest, quin mors Lotharii patris ab anno CMLXXXVI. removeatur, & in antecedentem rejiciatur contra Antiquorum & Chartarum fidem. Ipsemet Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Sancti Majoli Abbatis Cluniacensis num. XXIX. mentionem facit cujusdam instrumenti, quo Canonicus quidam Aniciensis ædes suas donat Majolo & Cluniacensibus, *anno quo Ludovicus Rex in adolescentia vitam finivit. Datum V. feria, III. Id. Augusti*, ideoque hoc Christi anno, quo feria V. in diem undecimum mensis Augusti cadit. Annus emortualis Ludovici V. valide confirmandus fuit, quia is postremus Rex est Francorum stirpis Carlovingicæ, quæ per annos tantum CCXXXV. propagata est.

Ca- sis ane. Cum enim Ludovicus improlis obierit, regnique Primates a Carolo Lotharingiæ Duce ejus patruo, præsertim quod Teutonicas partes secutus esset, aversum gererent animum, *Hugo Capetus*, qui tunc Ducatum Franciæ gubernabat, post decem dies a morte Ludovici Regis in Regnum evectus est: *Eodem anno*, inquit vetus Charta Floriacensis, *quo Ludovicus adolescens obiit, & unctus est Hugo Remis V. Nonas Julii*, qui dies in Dominicam hoc anno incidebat, postquam *Noviomo* sublimatus fuisset *Regio solio*, ut ibidem legitur. Gerbertus in epistola CVII. ex persona Regis *Hugonis*, *Siguino Archiepiscopo Senonensi* data, scribit: *Honeste ac benigno affectu vos monemus, uti ante Kalendas Novembris, eam fidem, quam ceteri nobis firmaverunt, confirmetis, ob pacem & concordiam Sanctæ Domini Ecclesiæ, totiusque populi Christiani; ne si forte (quod non optamus) persuasione quorumdam pravorum diligenter vobis exequenda minus audiatis, sententiam Domini Papæ & Comprovincialium Episcoporum duriorem perferatis.*

Divino oraculo prænunciatum fuisse Hugoni Capeto Regnum Francicum testantur duo Scriptores Anonymi, qui sæculo sequenti vixere. Prior in Historia Relationis Sancti Walarici Abbatis Leucanoensis primi in pago Picardiæ Wimacensi, qui ait, *anno nongentesimo octogesimo primo Incarnationis filii Dei* corpus Sancti Walarici, quod occasione bellorum delatum fuerat ad monasterium Sancti Bertini, ab Hugone Capeto Francorum duce revectum esse ad proprium monasterium, postquam ad id faciendum a Walarico apparente admonitus fuisset Hugo: *Accelera petitionem nostram*, inquit Walaricus, *per nostras enim orationes Rex efficieris Galliæ, & postea haeredes tui, usque ad septimam generationem, possidebunt gubernacula totius regni.* Secundus est Poeta Anonymus apud quem hæc verba sunt Walarici ad Hugonem Ducem:

Et nihil intricere, nos nostras denique sedes
Cum susceperimus per nostros scito precatione
Suscipies regnum, Rex dictus Francigenarum,
Haredesque tui, simul unus, bis quoque terni.

Idem fusius refert Baronius ex Guillelmo Nangio ibidem errore typographi *Mangio* appellato, sed is serius quam duo isti vixit. De Sancto Walarico sæculo septimo egimus, & hujus Relationis Historia legenda in Actis SS. Bollandianis ad diem primam Aprilis, vel Sæc. V. Benedict. pag. 556. & seqq.

IV. *Originem ducit a Childebrando Caroli Martelli fratre.* Baronius num. II. eorum opinioni adhæret, qui *Hugonem Capetum* fuisse de genere Caroli Magni literis mandarunt; sed hæc opinio, quomodocumque explicetur, invictis argumentis confutata fuit a Blondello *in genealogia Francica Pleniori assertione*, & a quibusdam aliis viris Eruditissimis, qui ostendunt, eum ex linea collaterali ejusdem Gentis, & ex Childebrando Caroli Martelli fratre originem ducere. *Childebrandum* enim Caroli Martelli fratrem fuisse ac Nibelungi Comitis patrem, hunc vero Theodeberti Comitis patrem extitisse, certis rationibus constat. Sed Francici Genealogistæ inter se non conveniunt de Theodeberti Comitis filio, nec de Roberti cognomento *Fortis* Francorum Regis patre, & tam Dubouchetus & Spernonius Dux quam alii chartas referunt, aut falsas, aut corruptas, aut falsam male lectas, aut non bene applicatas.

V. *Basilius Imp. Russorum auxilio adversus rebelles utitur.* Ad num. IV. & seqq. Hoc anno *Bardas Phocas* perduellis Imperator a perduellibus renunciatus est *die Augusti XV. indictione XV.* inquit Cedrenus, qui pag. 606. & seqq. fuse de hac rebellione agit, refertque Phocam partem exercitus Calocyro Delphinæ Patricio tradidisse ac ad Chrysopolin, quæ ab altera freti parte contra Constantinopolim sita est, misisse. *Imperator multis frustra hortatus Delphinam, ut a Chrysopoli discederet: nocte navibus adornatis Rossos imponit, (nam ab iis suppetias impetraverat, quod sororem suam Annam Bladimero eorum Principi matrimonio conjunxisset), eumque his non sentiente, hoste freto trajecto eos adhortus nullo negotio opprimit; Delphinam*

in

Bellum civile in Oriente ingravescit.

peratot acclamatur, ac coronatur. De his autem civilibus bellis, quibus diutius afflictatum fuit Romanum Imperium in Oriente, pluribus Curopalates & alii, qui ab ipso accepere, quæ scripserunt. Nos autem ea prætermittimus enarrare, quæ magis politici sint status, quam historiæ Ecclesiasticæ. Siquis autem ea cupit, habet quem consulat citatum auper auctorem. Cum tamen ea minime prætermittamus, quæ ad pietatem spectare noscuntur, atque instituto congrua esse videntur, ut quæ narrantur in rebus gestis sanctissimi viri Niconis, qui hæc omnia licet longe absens, novit, & quæ essent ventura prædixit Gregorio Prætori: in vita enim ipsius ista leguntur: *Huic ipsi Gregorio Prætori & de Sclero Bardæ rebus, & post ejus e Babylone reditum, audire cupienti (nec enim abdita intuendi gratia expertem illum esse Prætor arbitrabatur) narravit Nicon, Sclerum quidem ad Imperatorem reconciliatum festinaße; ejus vero cognominem alterum ipsius audaciæ ac rebellioni successisse. Attamen nec illi profuturam tyrannidem, nec Imperatoribus superiorem fore. His ergo prædictionibus consentaneus fuit eventus, & eum qui prædixerat, admirabilem declaravit. At prætoris quidem Gregorii Sanctique res hoc modo se habent.* Hæc Abbas monasterii sancti Niconis. Porro Gregorius iste, quo Sanctus familiarissime usus est, & ipse Sanctum reverentissime coluit, haud pridem idem Nicoa senserat adversantem ac plane inimicum; sed Dei vindicta eruditus, conversus, eumdem, ut par erat, plurimum dilexit & observavit. Illa vero quomodo se habuerint, ab eodem auctore sic accipe memoria dignam historiam:

V. *Greg. prætor in S. Niconem audax.*

Peragebantur (inquit) *aliquando vespertina laudes; prima autem hebdomadis dies erat, cum Sphæristarum aperto gymnasio, juvenum frequens manus infra sacram ædem consisteret, atque inter alios Prætor Gregorius, pars ipse certaminis, cum indigenis ludens: Ludi enim amans erat, ludicrisque supra modum capiebatur. Et quoniam inconditæ clamantium voces, tam ludentium, quam spectantium exaudiebantur, adeoque perstrepebant, ut a sacris hymnis avocarent, & mentem in illis figere non sinerent: zelo Dei percitus Nicon celeriter approperat, belluinamque hominum barbariem libera voce, qua justos decet, libertate castigat. At Prætor vir amari alias ingenii, & tum maxime ludo intentus, atque a paribus se vinci doleret: impotenti adversus Sanctum actus rabie, præscindere maledictis, manusque ad vindictam ausus attollere, urbe denique expelli jussit. Jamque ducebatur hilari, pacatoque vultu, Domini sui exemplo, leviusque injuriam, quam cæteri maximos honores, ferebat.*

VI. *Cæterum nec sera, nec pedibus (ut* Poe-

PAGIUS *in pulo suffigit eo ipso loco, ubi tabernaculum is defixerat: fratrem Phocæ Nicephorum cæcum in custodiam dat, & reliquis captivis suo arbitratu punitis Constantinopolim redit.* Bardas Phoca incerto mortis genere interiit. *Phoca Aprili mense mortuo, indictione secunda, anno ab origine rerum 6497. hujusque rebellione compressa; Durus libertatem consecutus se ipsum recollegit, & pristinum conatum persequi capit.* Subiungit Cedrenus *Durum* cum Imperatore in gratiam rediisse, postquam Curopalatæ dignitatem ab eo accepit.

VI. *Russi anno sequenti primum Christiani facti.*

Fuse hoc bellum civile narravit Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 6. ex cujus collatione cum Cedreno & Sigismundo Herbesteino in rerum Moscovit. Commentariis pag. 33. annus, quo Russi seu Moscovitæ hodierni, fidem Christianam suscepere, eruemus. *Bardas Phocas rebellionem suam prodidit, seque Imperatorem nuncupavit in Giumada posteriori, anno CCCLXXVII.* (Hegiræ sc. tertio die mensis Maii currentis anni inchoato): *& possedit omnes eas regiones quæ sunt ad littus maris. Cumque negotia ejus feliciter succederent, timere sibi vehementer ab eo cæpit Imperator Basilius, quem & pecunia jam deficiebat. Unde coactus fuit mittere ad Regem Russorum, qui inimici ejus erant auxilium ab eo implorans. Is autem id ei promisit, petita ab eo affinitate: duxitque Rex Russorum sororem Basilii Imperatoris Romanorum, postquam hic ab eo obtinuit, ut religionem Christianam amplecteretur. Misitque ad eum Basilius Episcopos qui religione Christiana imbuerent tum ipsum, tum omnem populum ejus. Atque ante illud tempus nulla eis fuerat religio, nec professi erant quidquam. Sunt autem populus magnus, & ab eo tempore ad hoc usque omnes sunt Christiani. Hinc contendit Russorum Rex cum omnibus copiis suis ad Imperatorem Basilium: cumque eum jam convenisset, constituerant occurrere Bardæ Phocæ, & terra marique ad eum contenderunt: & in fugam eum verterunt: potitusque est Basilius toto suo regno, & vicit Phocam, eumque occidit tertio Muharrami, anno CCCLXXIX. & portatum fuit caput ejus Constantinopolim, atque ibidem affixum. Rebellaverat autem annum unum, & menses septem.* Paucis interpositis: *Sclerus imperio suo renunciavit, initio mensis Regiebi anni CCCLXXIX. &c. Et compositum fuit totum negotium, idque eo modo ut Sclerus esset Cyropalates.* Ita Elmacinus qui licet in aliquibus a Cedreno discrepet, egregie tamen confirmat quod Herbesteinus Ferdinandi Archiducis Austriæ ad Principem Muscovitarum Legatus, loco citato ex Annalibus gentis tradit, *Vvolodemirum* scilicet Russorum Regem mysteriis vivifici lavacri, *anno 6496.* (Kalend. Septemb. hujus Christi anni incœpto) initiatum. Cumque fœdus inter utramque gentem & *Vvolodomiri* conjugium cum *Anna* Basilii & Constantini Imperatorum sorore ante sequentis anni initium sortiri effectum non potuerint, apparet, Russorum conversio-nem

ltionem ... tam ex... ritur.

Porta dixit) tarda fuit altio : qoin velocios junctisque vestigeis contumeliosum sicota est. Nam cum primum ad excipiendam sphæram manum sustulit : paralysi repente icta est. Idem porro membris omnibus statim solutus & enervatus, ad Catholicam Ecclesiam aliorum manibus delatus est. Ubi acutissimis & gravissimis doloribus excruciatus, mortem præ illis in lucro ponens, lamentabiles questus edebat. Cumque magna medicorum sedulitate curaretur, & remedia omnia infra malum essent, ita ut inanis & vana omnis ab illorum arte spes esset : causam exquirit Episcopus, cur eum repentinus morbus invasisset : erat enim & ipse medicæ artis peritissimus. At ille, quæ in Niconem admiserat, vel invitus exposuit : hunc mali sui fontem & caput esse non dissimulans. Quo cognito Episcopus objurgavit ille quidem hominis temeritatem non leviter. Tum opportuno consilio auctor fuit, ut fastum poneret, & a Nicone supplex illatæ injuriæ veniam peteret. Norat enim, unde certa medicinæ spes esset.

VII. Greg. Prætor pœnitens curatur.

Paruit ille, abjectoque fastu, ac prætoriæ potestatis supercilio, Niconem multis precibus per nuncios accersit. Qui quidem acceptæ injuriæ oblitus, dicto citius affuit : didicerat enim ut contumelias pati, sic easdem ultro remittere, aut potius beneficiis & officiis compensare. Prætor autem ut illum videt, ad ejus pedes se abjicit, & qui modo turgidus, animisque ferox iras tantum & injurias spirare videbatur : supplex factus, erroris veniam lugubri voce rogat, ejusque preces, unicum salutis suæ pharmacum implorat. Semper nimirum imbecilla res est vitium, fortis autem & stabilis virtus. Quid ergo ad hæc divinus ? An exprobravit homini amentiam, effrenatamque audaciam ? aut aspernarè orantem, & tantisper abnuere visus est ? minime gratium. Qui enim faceret, qui discipulus ans acerrimus potius mitis illius & pacifici imitator erat ad benefaciendum magis, quam ad plectendum natura comparati ? Itaque non solum veniam de-

GIUS nem ad eum Christi annum pertinere. Porro cum annus Hegiræ CCCLXXIX. die decima mensis Aprilis anni Christi CMLXXXIX. exordiatur, & *Bardas Phocas* occisus fuerit *tertio Muharrami, anni Hegira CCCLXXIX.* die nempe duodecima Aprilis nostri anni Christi CMLXXXIX. ac denique bellum seu rebellio *annum unum & menses septem* duravit, apparet, *Bardam Phocam* currenti anno, tam juxta Elmacinum, quam juxta Cedrenum rebellasse.

II. *Vvolodimerus*, ut jam pag. 5. asseruerat Herbesteinus, *cum sine impedimento totius Russiæ esset Monarcha factus, venerant ad eum ex diversis locis Oratores, hortantes, ut se eorum sectæ adjungeret. Varias autem cum videret sectas, misit & ipse Oratores suos, qui perquirerent conditiones & ritus singularum sectarum. Tandem cum aliis omnibus fidem Christianam Græco ritu prætulisset, elegissetque, missis Oratoribus Constantinopolim ad Basilium & Constantinum Reges, Annam sororem, uxorem sibi si darent, se fidem Christi, cum omnibus subditis suis suscepturum, & restiturum illis Corsun, & alia omnia, quæ in Græcia possideret, pollicetur. Re impetrata constituitur tempus, eligiturque locus Corsun : quo cum venissent Reges baptizatus est Vvolodimerus, commutatoque nomine Vvolodimeri, Basilii illi nomen imponitur. Nuptiis celebratis, Corsun una cum aliis, sicuti promiserat, restituit. Hæc acta sunt anno mundi 6469.* (legendum 6496. juxta laudatum ejusdem Auctoris locum) *a quo tempore Russia in fide Christi permansit. Anna moritur XXIII. an. post nuptias. Vvolodimerus vero anno post obitum uxoris quarto decessit. Is civitatem inter Vvolham & Occam fluvios sitam condidit, quam a suo nomine Vvolodimerium nominavit, eamque Russiæ Metropolim constituit. Inter Sanctos tanquam Apostolus solemni die videlicet XV. Julii quotannis veneratur.*

II. Baronius in Monumento de *Ruthenis ad communionem Sedis Apostolicæ receptis*, ad calcem Tomi VII. Annal. subjuncto num. VIII. ait, Matthiam Michovium, aliosque qui tradunt, Ruthenos, seu Russos Christianam religionem amplexos esse anno domini DCCCXC. vel CMLXXX. sub Basilio atque Constantino Impp. errasse, & *Russos* sub Seniore Basilio Macedone dicto sacro baptismate tinctos. Verum ut suo loco ostendimus, Russi qui Imperante Basilio Macedone idola abjecere, paulo post ad vomitum rediere, uti suo loco monstravi ubi & insinuavi *Russorum* nomen variis Septentrionis populis attributum fuisse. Papebrocius Tomo I. SS. mensis Maii præfixis Ephemerides Græcorum & Moscorum, in quibus ad diem XV. mensis Julii legitur nomen *Bladimeri*, alias *Vvlodomiri*, & ad diem XXIV. ejusdem mensis habetur : *Boryssus Glebus, Principes martyres.* Sunt vero hi filii Wlodomiri, Christianis nominibus *Romanus* & *David* appellati, a *Jaroslao* fratre post victum fratricidam *Svatopoleum*, contumulari Wissogradi. Eorum Princeps Ruthenica lingua *Czar* vocatus, quod nomen Regem significat, *Vvlodomiria* primum sedem habuit, & postea *Kiovia* donec ea urbs sæculo XIII. a Tartaris penitus eversa fuit, & a duobus tantum sæculis sedes Principis *Mosquam* translata, a quo tempore *Moscovitarum* nomen celebre fuit. Metropolita autem Russiæ seu Moscoviæ sedem cum Principe mutavit.

Cum duobus filiis a Moscis ut Sanctus colitur.

IX. *Russi fidem Christi a Græcis tunc Catholicis accepere.*

Antonius Possevinus in primo suo de Rebus Moschoviticis ad religionem spectantibus Commentario, cum pluribus aliis existimavit, *Russos* a Schismaticis, & quidem Hereticis, fidem Christianam accepisse, & *Rutheni* in Lithuania Catholici verentur eorum sanctorum memoriam facere, quos Græcorum Kalend. inscriptos non inveniunt, ne forte in aliquos non Sanctos sed Schismaticos impingant. Sed recte Papebrocius in Præfatione ad præfatas Ephemerides num. XI. opinionem illam refellit, ostenditque hunc *Ruthenorum* metum ex opinione pro majori saltem parte erronea procedere. Græci enim, a quibus *Russi* fidem Christi acce-

dedit, sed sanitatem etiam precibus suis, admota manu restituit. Ita ut statim cibum sumeret, incolumis, & libere atque expedite loqueretur, miraculo vel oculis ipsis qui spectabant, fidem vix faciente.

Hucusque de his auctor, subiiciens quæ dicta sunt de intima inter utrumque conciliata ob ea quæ acciderant amoris necessitudine. Atque de his satis.

Re-

PAGIUS cepere, tunc vere Catholici erant, & ex libris de Rebus Moscoviticis scriptis apparet, extra schismatis, hæreseosque suspicionem haberi posse, quos gens illa primis quatuor a sua conversione sæculis habuit *Sanctos*; non solum quia eorum sanctitas divinis miraculis fuisse probata, creditur; sed etiam probatur multitudine & antiquitate Templorum, sub alicujus nomine erectorum. *S. Alexius* Metropolita Russorum, qui circa annum MCCCXXX. floruit, *Kiovia* sedit, contra quem cum missus fuisset in Russiam a Patriarcha Constantinopolitano schismatico *Dionysius Græcus*, is intra non multos captus conjectusque in carcerem schisma quod invexerat, plene stabilire non potuit. Idem deinde facere conatus *Photiey*, homo similiter Græcus, a Synodo Novogradensi depositus est anno MCDXV. & in ejus locum suffectus *Gregorius Bulgarus*, qui sicuti ejus successor *Isidorus* Concilio Florentino, interfuit Constantiensi. Quamvis autem contra hunc Schismatici nova enacta Synodo prævaluerint. Albertus tamen Cojalovvicz in Miscellaneis Historiæ Lithuaniæ asserit, Isidori successores fuisse Catholicos usque ad an. MDXX. quo excisum pene schisma resuscitavit *Jonas Moscus*, tantumque non stabilivit; uti probat Epistola cujusdam Joannis Metropolitæ, ad Romanæ Sedis Episcopum apud Herbesteinum. Et licet Metropolitæ Moscorum usque ad medium sæculum XVI. a Patriarcha Constantinopolitano confirmati fuerint, non inde tamen sequitur, eos fidem semper cum Græcis mutasse ut fusius ibidem Papebrocius. [1]

NOTÆ [1] HOc anno *Landenolfus* Beneventanus Dux *Mansoni* Abbati Casinensi privilegium concessit; *Datum V. Kal. Augusti anno V. Principatus indictione quintadecima*. Ex tabulario Casinensi illud eruit & vulgavit Erasmus Gattula in Accessionibus ad Historiam Casinensem P. I. pag. 86. Ibidem exhibet aliud privilegium *Aloara*, & *Landenolfi* Principis ejus filii: *Datum decimo Kal. Julii anno sexto Principatus Domni Landenolfi gloriosi Principis, indictione prima*. Item pag. 89. aliud privilegium *Laidulfi* Mansoni Abbati; *Datum quarto Idus Decembris anno secundo Principatus indictione octava*. Est annus Christi 995. ergo ante mensem Decembris A. D. 994. Laidulfus imperare Beneventi cœperat. GEORGIUS

REdemptoris annus nongentesimosoctogesimusoctavus sequitur, Indictione prima inchoatus, quo reliquis rebus gestis in obscuro latentibus, illud onum (quod ad res Ecclesiasticas pertinet) tantum innotuit, hoc scilicet anno a Joanne Romano Pontifice; præcipua, qua universæ Catholicæ Ecclesiæ præsidet auctoritate, pallium datum Libentio Archiepiscopo Hamburgensi, qui eodem ipso anno successit Adaldago, qui ubi ei sedi præfuisset annis quinquaginta tribus, hoc anno, quarto Kal. Maii moritur ab omnibus collaudatus. De successore autem Libentio hæc (a) Adam ejus Ecclesiæ exactam texens Chronologiam: *Vir litteratissimus, & omni morum probitate decoratus ab Italia quondam pontificem sequutus est Adaldagum, cujus vitam æmulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti Patris dignus inventus est, cui Hamburgensis cura parochiæ crederetur. Dicunt aliqui Vicedominum Ottonem, licet avunculo gloriatus sit pontifice Adaldago, cessisse tamen hujus electioni Libentium, in quo nihil reprehensibile vel inimicus possit obiicere. Dicunt eum tanta castitatis, ut raro se mulieribus videndum præbuerit, tanta abstinentia, ut pallida jejuniis ora portaverit, tantæque humilitatis & charitatis, ut in claustro sicut unus fratrum vixerit. Multæ virtutes ejus, quippe contentus acquisitis, raro curiam adiit pro acquirendis: domi sedens quietus, parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumque studium vertens ad lucra animorum, districtissima (ut ajunt) regula custodivit omnes congregationes suas. Archiepiscopus etiam per se curam hospitalis egit, fratribus infirmis quotidiano ministrans obsequio, ipse quoque vice sua xenodochium nepoti commendavit Libentio. Dum adhuc pax esset in Slavia, Transalbianos populos frequenter visitavit, & matrem Hamburgh, Ecclesiam videlicet, paterno fovit amore, legationem suam adgeater magno, ut decessores ejus, studio executus, licet obstaret dierum malitia.* Sic auctor. Idemque de eo eidem Ecclesiæ præfuisse annis viginti quinque tradit, sedisse nimirum usque ad annum Redemptoris millesimum decimumtertium.

(a) Adam lib. 2. cap. 2.

II. Porro ne error in nomine oboriri possit) *ex eodem (a) auctore sciendum, claruisse sub Libentio alium Adaldagum virtutibus clarum, sed Ripensem Episcopum. Is enim nepos Odincar senioris, qui in Soedia, Seland, Scane, & Fiona prædicans, multos ad Christum convertit, cumque nomine ipsius diceretur Odincar Junior, baptizatus ab Adaldago, ejus nomine placuit nuncupari: qui ex suo patrimonio fundans Episcopatum Ripensem eidem ab eodem Libentio est præfectus Antistes, qui illustri vi-*

(a) Idem lib. 2. cap. 26.

Adaldagus junior Episcopus Ripensis.

O o ta

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6481.

☉ 17. AG. ☽ 5. P. 8. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 988.

JOANNIS XV. PAPÆ 4.

OTTONIS III. REG. 6.

BASIL. & CONST. IMPP. 13.

AD num. I. & II. *Adaldagus* Hamburgensis Episcopus hoc anno vitam cum morte commutavit, cui successit *Libentius*, natione Italus, qui ipsum ex Italia redeuntem comitatus erat, sicuti scribit Adamus Bremensis lib. 2. cap. 19. & seq. *Adaldagi*, uti habet Lambecius lib. 1. Rerum Hamburgensium pag. 31. & sequentibus temporibus nimia Imperatorum liberalitate Archiepiscopi Hamburgenses urbes & arces atque adeo integros Comitatus & regiones pleni Dominii jure possidere cœperunt. Quæ res ita demum potentes illos reddidit, ut nonnunquam maximos etiam Principes armis lacessere ausi fuerint. Ad quod Archiepiscopalis potentiæ incrementum digitum intendit Adamus lib. 2. cap. 1. dum Adaldagi vitam his verbis inchoat: *Iste est, qui nobis Rempublicam restituit.* Et aliquanto post, *Adaldagus primo ut ingressus est Episcopatum Bremam longe prius tempore potestate ac judiciaria manu oppressam, præcepto Regis absolvi, & instar reliquarum urbium immunitate, simulque libertate fecit donari*: Idest jurisdictio civilis oppidi *Bremæ*, quam antea Legati & Comites vice Imperatoris obtinuerant, *Adaldago* Archiepiscopo ab Ottone M. concessa fuit, una cum omni proventu monetæ, telonei, banni aliarumque fisci Imperatorii rerum & jurium, ut liquet ex ipsis tabulis donationis, quæ extant in Syntagmate Rerum German. Septentrion. Sic idem Imperator ut patet ex Witichindo lib. 1. & Auctore Chron. Belgici Magni, *Brunoni* fratri suo Coloniensi Archiepiscopo *Coloniam*, *Vuillelmo* filio Moguntino Archiepiscopo *Moguntiam*, Episcopo Spirensi *Spiram*, Mindensi *Mindam* cum mero & mixto imperio & omnibus fisci Imperatori juribus concessit. Primum ostendit Diploma Ottonis III. quo illam donationem confirmavit, & secundum continetur in Diplomate Ottonis M. donationis hujus mentionem facien-

te.

ta sanctæ conversationis Deo & hominibus acceptus erat, & Christianitatem fortissime in Dauta defendit. Hæc ipse.

III. Moritur hoc pariter anno mirificus ille Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, quem egregia vitæ sanctitas, sacerdotalis immota constantia, claritudo miraculorum, & omnia Spiritus sancti charismata illustrarunt, ut hac ex parte Anglia non haberit, quod inivideret aliis nobilissimis civitatibus. Res ab eo præclare gestæ, ex quibus nonnullæ ad Annales spectantes diversis locis superius pro ratione temporum collo-

PAGIUS

te. Extat illud in Chronico Mindensi. Atque ideo Adamus ait, Bremam *instar reliquarum urbium*, scilicet *Episcopalium*, & *Archiepiscopalium*, *libertate donatam fuisse*.

II. *Jurisdictio civilis Antistitib. concessa limites suos habebat.* Libertas autem tunc vocabatur, Episcoporum subjectum esse imperio; nempe quia Comites & Legati urbibus & provinciis ab Imperatore præfecti, nimis plerumque avare & insolenter populum tractare consueverant. Qua de re in antiquis monumentis passim multæ extant querelæ. Quamvis autem *Brema*, aliarumve aliquot urbium jurisdictio civilis Episcopis & Archiepiscopis cesserit, non tamen fas erat, civibus ipsos præsidere judiciis, sed ad hæc nomine suo exercenda, *Advocatos* habebant, homines profanos, vel ut vulgo ajunt, *Laicos*: qui quidem etsi ad Imp. Friderici II. tempora ut plurimum ab Imperatoribus ipsis constituti fuerint, nonnullis tamen Episcopis & Archiepiscopis speciali quodam permissu libera eos eligendi potestas concessa est, & in his *Adaldago*: ut constat ex supradictis fragmentis Diplomatum Ottonis M. *Hamburgum* non itidem ac *Brema* in Archiepiscopi potestatem venit, sed sub Imperatorum eorumve, qui Saxoniam deinceps administrarunt, remansit imperio, ut videre est apud Adamum lib. 2. cap. 4. & seq. Goldastus Tom. III. Constitut. Imper. pag. 311. refert Diploma Ottonis III. Adaldago Archiep. Bremensis Ecclesiæ concessum, quo quidquid proprietatis *in regno Danorum* ad Ecclesias *Slevicensem*, *Ripensem*, *Arusensem* & *Ottenesvvingensem* pertinebit, ab omni censu juris sui absolvit. Datum illud *VVildeshusen XV. Kal. April. anno Dom. Incarnat. CMLXXXVIII. indict. I. anno autem regni nostri V.* Qua subscriptione perspicuum fit, Ottonem III. in die Natali Christi anni CMLXXXIII. non vero insequentis Christi anni, Germaniæ Regem coronatum fuisse. Goldastus quidem loco citato duas alias ejusdem Regis Chartas eodem anno datas profert, in quibus licet Otto sese Regem diserte appellet, non vero Imperatorem, Goldastus tamen in titulo, quem eis præfigit, Ottonem III. *mirabilem Imperatorem Augustum* vocat, reclamantibus, quæ ipsemet producit ejusdem Ottonis Diplomatis, in quibus Otto III. se tantum Regem dicit.

III. *Moritur S. Dunstanus Archiep. Cantuariæ.* Ad num. III. *Sanctum Dunstanum* Cantuariensem Archiepiscopum hoc anno ad Deum migrasse, disertis verbis asserit Osbernus Cantuariensis Monachus in ejus Vita num. XLI. Sæc. V. Benedict. recitata, qui addit: *dies ergo Ascensione Christi festivus diem clarificationis beati Dunstani præcessit tertius.* Hoc autem anno Festum illud in diem XVII. mensis Maii incidit. & in legibus Ecclesiasticis Canuti Regis anno MXXXII. editis, *Dunstani* festum XIV. Kal. Junii celebrari Sapientes præcepisse dicitur. Accurate itaque Simeon Dunelmensis ad hunc Christi annum scripsit: *B. Dunstanus Archiep. indict. prima XIV. Kal. Junii sabbato ex hac vita transivit.* Ante biennium prædixerat Vir Sanctus mala super *Ethelredum* Regem ventura, quod iram Dei provocaret in exigenda pecunia ab Ecclesia Sancti Andreæ Apostoli. *Jam vero post obitum sancti viri*, inquit Ingulphus in sua Historia, *dicta prophetia in dies adimpleri, & mala innumera totam terram tribulare, Scilicet Danici pyrata primo nostra littora in omni terra latere crebris assultibus infestare; postmodum magna classe advecti, exercitus eorum invicti, urbes, & castella licenter expugnare; eodem etiam tempore fames valida indigenas maxime vexare & vastare; morbus deinde, qui dysenteria dicitur, tam in jumenta, quam homines desævire; pestilentia cum his multa millia tam divitum, quam pauperum percutere; ac omnes hostes in capite super Anglos semper vincere, & in omni certamine semper prævalere.*

IV. *Synodus Landavense.* Interim inter antiquos *Britannos*, licet ad summas miserias adactos Ecclesiastica disciplina vigebat. Cum enim inter eos Rex quidam *Guentia* cum fratre inimicitias fovens eum occidisset Britannorum Ecclesia hoc facinus detestata, illum a fidelium communione tandiu separavit, donec reus de facto pœnitens, crimen expiaret. Factum id in Synodo, cui *Landavensis* Episcopus præfuit, & in qua res gesta plenius narratur. Spelmannus pagin. 500. hanc Synodum *Landavensem* cum hoc anno illigavit, eaque nunc legitur Tom. IX. Conc.

V. *Robertus in consortium Regni Francici assumtus.* *Hugo Capetus*, qui anno superiori Francorum Rex renunciatus fuit, currenti *Robertum* filium in Regni societatem adscivit. Labbeus Tom. I. Biblioth. pag. 272. mentionem facit chartæ quæ dicitur *data die XVIII. Kal. Apr. anno MIV. regni Roberti XVII.* sed loco *XVIII. Kal. April.* legendum, *XVII. Kal. April.* tot enim dies ante Kalendas mensis Aprilis non habet. Quare ea inauguratio hoc anno ante diem XVI. mensis Martii acta. Immo in Fragmento Hist. Franciæ *a Roberto ad mortem Philippi I. Regis* apud Duchesnium Tom. II. pag. 631. de Hugone Capeto dicitur: *Is Robertum filium suum sibi consortem legit regni, & benedici fecit Remis Kal. Jan.* Idem habetur in Charta Lemovicensi, sed ea a me non visa. Cum vero *Robertus* dicatur a Glabro, Auctore æquali, in lib. 2. cap. 5. *Rex tunc juvenis prudens, atque eruditus, dulcisque eloquio ac pietate insignis*, cum patrem anno CMXCVIII. amisit, in adolescentia nunc versabatur. Interim cum hoc anno *Adalbero* Remensis Archiep. mortuus fuisset, suffectus ei ab Hugone & Roberto Regibus *Arnulfus* Lotharii Regis filius spurius, quem *Adalbero* Laudunensis Episcopus cum illis reconciliaverat. Verum *Arnulfus*, sacramenti Regi dicti immemor, *sexto* post ordinationem *mense* (Remos ejus jussu prodente *Adalgero* Presbytero) *Laudunum* se perducendum permisit: ibidemque *Remensis urbis prædatores*, qui nihil nisi eo conscio & probante, aggressi fuerant, *excommunicavit*; & Synodus *Silvanectensis* anathema illud confirmavit. De ea Synodo anno CMXC. verba faciemus, quia Baronius eam in

locavimus, ab Osberto monacho diligenter fuere conscriptæ. Plane accidit, quod & vaticinatus est, ut post mortem ejus multa mala Angliam occuparent.

…IUS in illum Christi annum distulit. Sexto vero mense post suam ordinationem *Arnulphum* in- crimen illud lapsum esse, an. CMXCI. num. 3. ostendam.

I. Synodus Rom. in causa Adalberti

SEquitur annus Redemptoris nongentesimus octogesimusnonus, Indictione secunda, quo Romæ Synodus celebratur in causa Adalberti Pragensis in Boemia Episcopi. Hic enim (ut superius suo loco dictum est) ubi licentia summi Pontificis reliquisset Episcopatum, & monasticum Romæ esset institutum amplexus in monasterio sancti Bonifacii, ibique quinquennium transegisset, requisitus a suis, ut ad derelictam reverteretur Ecclesiam, interpellataque ea in re Romani Pontificis auctoritate: ipse Pontifex ad hæc decernenda synodalem conventum collegit. Quomodo autem ista se habuerint & quid decretum in Synodo fuerit, qui tunc temporis res ejusdem Adalberti collegit sic (a) narrat: *Quinquennio pleno miles Christi in monasterio erat, dulcedine morum cunctis placens, altitudine virtutum longe antecellens: Et cui forte venit invidia suæ sanctitatis, hunc humilitate cito placabat. Proficiebat de die in diem, de virtute, in virtutem. In hospitio suo hospes Christi tamquam in gradibus eburneis Rex coronatus procedens processit, & usque ad perfectum diem crescere fecit. Postea populus terræ Episcopum suum revocat, Sancti viri pappatem, radium sapientem, & qui fratre charior domino terræ fuit: Christianum monachum, virum eloquentem in hoc opus eligunt. Hi duo cum litteris Metropolitani Romam veniunt, ac de reditu pastoris Papam appellant, populo pœnitenti matrem suam requirunt: promittunt ex ore populi errata corrigere, quæ deliquerunt solvere, desinere a malis, studium dare bonis. Abscessus viri contrarius erat domino Papæ, talem margaritam a suo corpore avellere, durum erat magnæ Romæ. Sed facta Synodo, ratio obtinuit, quia gens sua plenam satisfactionem pollicens vocat, dimissum gregem contra voluntatem repetat.*

(a) Apud Sur. die 23. Apr. to. 2.

Porro decretum Pontificis extat in Actis aliis sancti Adalberti conscriptis in codice sanctæ Cæciliæ, his verbis in eadem Synodo promulgatum: *Tunc Apostolicus non tam voluntate, quam jure Dei permotus talia respondit: Reddimus quod juste quærunt male merentes filii. Sed dabitur eis hac lege: Si audierint eum, teneant cum benedictione Dei, & faciant sub eo fructum centuplum. Si autem a consueta iniquitate recedere nolunt, hoc est, si ad voluptates suas & desideria luxuriante malitia redierint, absque periculo sui capitis malorum consortia declinet. Hæc ubi dicta dedit, finita est Synodus, &c.* Duos autem Episcopos missos ab Archiepiscopo Moguntino Romam ad sanctum Adalbertum repetendum, eadem Acta significant. Pergunt priora Acta recitari cœpta: II. Decretum Pontif. de reditu S. Adalberti.

Amborum Papæ & Abbatis imperio, fracto suo habitu, sicut Episcopus ad Episcopatum rediit, pro cujus regimine virgam, pro pignore annulum, dante Apostolico, accepit. Dominica die veniens venit domum ad unam civitatem, ubi ipsa die mercatus erat magnus: Quæ visio non parum adduxit tristitiæ sancto viro. Ad eos vero, qui se reduxerant, increpando sic ait: Ecce vestra promissio bona; pœnitentes vestri nec feriantur hac die sacra. Stetit tamen in Episcopio suo pascens macrum populum divino pabulo, & si mallent, potans salutari poculo. Primo novo adventu pastorem verentur, quasi vivi fideles Matrem III. S. Adalbertus in Boemiam redit.

PAGIUS SÆC. X.

Anno Æræ Hispan. MXXVII

An. Hegiræ CCCLXXIX. inchoato die 20. Aprilis fer. 4.

A.C. 989.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6482.

☉ 18. F. ☽ 2. P. 31. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 989.

JOANNIS XV. PAPÆ 5.

OTTONIS III. REG. 7.

BASIL. & CONST. IMPP. 14.

I. *S. Adalbert. jussu Papæ Pragam anno CMXCIV. redit.*

ANum. I. ad VIII. Baronius, qui quinquennium Monachatus *Sancti Adalberti* Pragensis Episcopi ab anno CMLXXXIII. auspicatus est, licet illud anno CMXC. inchoetur, uti supra monstravimus, ideoque & in annum CMXCIV. desinat, refert hoc anno quæ anno CMXCIV. narranda fuerant. Anno itaque nongentesimo nonagesimo quarto contigere quæ primus Auctor Vitæ hujus Sancti cap. 15. his verbis memorat: *Archiepiscopus Moguntinus* (qui eo Christi anno Willigisus erat) *beati Præsulis gregem sine Pastore ire conspiciens, misit Legatos cum literis, per quos dominum Apostolicum de Sancti viri reditu interpellat. Facta est Romæ Synodus* (anno CMXCIV. ut habet Chronographus Magdeburgensis) *pro hac causa, & oritur utrimque litigium grande, ex una parte eorum, qui monachum perdere timuerunt; ex alia eorum, qui Pastorem suum cum auctoritate quæsierunt. Cumque invicem diu pugnantibus sententiis utraque pars diu decertarent, tandem dubium nunciorum Primas* (qui in alia Vita appellatur *Radla* ac frater Ducis Boleslai) *vix promeruit victoriam. Hic ipse Primas frater erat Ducis* (nempe Bohemiæ), *cujus terra, qui exigebatur Episc. præfuit. Tum Apostolicus* (nempe Joan. XV.) *non tam voluntate, quam jure Dei permotus, talia respondit: Reddimus, quod juste quærunt; quamvis de bono patre jam degenerassent filii, & da-*

trem Ecclesiam petunt, & Patrem, repressa mala consuetudine, quasi cum Christianis actibus Christum adorant. Verum nova religio cito deorsum venit, antiqua consuetudo superiorem manum tenuit. Specto Deo carnalem populum caro traxit, delecta iniquitas desideriorum vias currere præcepit, voluptas pro lege erat. Verum Dominum, cui servire regnare est, nolunt, ad ignominiam suam, ut multis dominis servitia agant. Nectunt sibi funes peccatorum, quibus trahi valeant ad æternum exitium: quia discere nolunt, ubi (a) Baruc. *sit sapientia, ubi sit vita, lumen oculorum & pax.* Sed quoniam postea recenti perculsus eorum facinore, rursum ipsos reliquerit, sic auctor fideliter narrare pergit:

V. *Accidit, ut solet humanis erroribus, ut quædam matrona ingenitam nobilitatem oblita, scortum se faceret, & palam peccato facta, maritus vitam mulieris quæreret. Ipsa vero ad Episcopum concita ala pedum confugit, quam ille in Oratorio S. Gregorii retro altare abscondit, ut satisfactionem suaderet, & vitam servaret. Ecce adest ex improviso armata manus, & si non redderet mœcham, ambobus, & Episcopo & feminæ minantur gladium. Audiunt sonitus armorum, & minas verborum procaces audivit Episcopus lætus; & si forte martyrium semper optatum, nunc miserante Deo, inveniat, tacita cogitatione ruminat, dubia gladio exultat. Ab mala mens, & pejor vox: index venit, secretum prodidit; ubi lateret mulier, digito monstravit. Quid prodest refugium ad sancta Sanctorum? Quis curat, regnante barbarismo, fas Christianum? Frangunt templum: mulierem tremulam prehensis adductam crinibus, capite truncant. Unde cogitans Episcopus, quod nec illis, nec sibi cassus labor prodesset, animæ vero suæ talis statio obesset, pappati suo ait: Sciat certum, aut ubi ego sum venias, aut amplius me numquam videbis. Interim tamen ipsi erat labor magnus, non prætermittere, quo minus admoneret Clerum & populum, secundum quod ætas, discretio gradus, & qualitas criminis postulavit; nec dabat somnum oculis suis, qua arte, qua virtute compescere posset nascentes errores, inquirens.*

V. S. Adalbertus Ungarorum Apostolus. *Non tacendum, quod juxta positis Ungaris nunc nuntios suos misit, nunc seipsum obtulit. Quibus & ab errore parum mutatis, umbram Christianitatis impressit.* Hæc autem de Apostolatu ejus ad Ungaros auctor, intentus magis ejusdem Sancti monasticos recensere progressus, cum ad suos quos reliquerat monachos Romam rediens, est iterum restiturus. At quantum S. Adalbertus suo Apostolatu profuerit Ungaris, & illa Umbra Christianitatis, quam ibi (ut auctor ait) impressit, in immensum creverit, translata jam in veritatem, aliunde petamus, nempe a Cartuitio Episcopo ad Colonanum Regem, qui cunabula Ungaricæ Ecclesiæ stylo fidelissimo prosequutus, hæc ait: (b) *Ea quidem tempestate, qua Ungarorum gens Dei Ecclesiam populabatur, fuit in ea Princeps quidam, quartus ab eo qui Ungaris in Pannoniam ingressuris ducem se præbuit. Is Geisca dicebatur, severus sane & crudelis homo in suos, potenter eis imperans, erga alios vero, præsertim Christianos, humanus, misericors & liberalis. Etsi autem paganismi sui erroribus esset implicitus, attamen cœlestis gratiæ luce spirituali appropinquante, cum omnibus vicinis circumquaque provinciis de pace cœpit accurate tractare, ut jam in illa liceret animadverti, cujus optaret esse filius, dicente in Evangelio Domino Salvatore:* (c) *Beati pacifici, quorum filii Dei vocabuntur. Edicto namque proposita, jussit Christianis omnibus in ipsius ditionem sive Ducatum ingredi volentibus, hospitalitatis & publicæ fidei studium & curam impendi. Porro clericis & monachis fecit potestatem in ipsius quoque conspectum veniendi, eosque propenso animo audivit. Atque ita factum est, ut Orthodoxæ Fidei semen in pectoris ejus horto satum, in fruges erumpere gestiret.*

(b) Cartuit. in vita Steph. Ungar. Regis l. 2. 3. apud Sur. die 25. Aug. tom. 4.

(c) Mat. 5.

VI. Geisca primus Princeps Ungarorum Christianus. *Quid multa? Adest tempus cœlitus dispositum. Credidit ipse cum familiaribus suis. Undis salutaribus expiatus, omnes ditionis suæ homines pollicetur se ad* * *Christianissimum perducturum. Cum autem multum esset sollicitus de edomandis rebellibus, ritibus sacrilegis abolendis, ad sanctæ Ecclesiæ profectum pro sua æstimatione statuendis Episcopatibus; mira quadam prævisione, nocte eum Dominus consolatus est. Misit autem ad eum ju-*

* f. Christianismum.

& dabimus eum hac lege: Si audierint eum, teneant eum Dei benedictione, faciantque sub ipso fructu centuplum. Si autem a consueta iniquitate sua recedere nolunt, hic noster absque periculo sui capitis malorum consortia declinet. Subdit postea Anonymus, *Adalbertum* Pragam venisse, & omnem ætatem ac sexum ei obviam processisse. Sed cum Pragenses in carnalem partem relaberentur, Adalbertus, *dulcis Romæ mœnia revisit, & novi monasterii mutat Pastoralia frena.* Est hic secundus reditus Adalberti in Urbem Romanam, quem Baronius juxta sua principia in annum CMXC. confert, cum tamen ad annum CMXCV. pertineat, ut ibidem videbimus. Porro quæ hic narrat Baronius de baptismo *S. Stephani* postea

juvenem speciosissimum, qui diceret ei: Pax tibi, Christi electe, facessat cura hæc & sollicitudo. Non fiat per te id quod meditaris. Habes enim manus humano sanguine pollutas. Nascetur autem tibi filius, qui divinæ providentia consilio id efficiet, quod tu anima concepisti. Erit is Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dominus elegit, coronam Regni temporarii in æternam commutaturus. Tu vero hominem spiritali legatione apud te functurum, honorifice excipito, exceptum reverenter habeto, ejus cohortationibus sincerum pii pectoris affectum adhibeto. Expergefactus Princeps, stupens ad visionem, prius secum, deinde cum Christianis & suis hominibus pertractans, humi totus prostratus, expansis manibus, humiliter gratias egit Deo; seque, principatumque suum cum filio nascituro, curæ illius qui non dormit, neque dormitat, lacrymabundus commendat.

VII. S. Adelb. benigne suscipitur a Geisca. *Admirante autem eo de vira divinitus ipsi prædicto: nuntiatur illi, beatum Adalbertum Boemensis Ecclesiæ Antistitem ad ipsum venire, ad Christianam religionem, Fidemque non fictam eum traducerem, & ob Fidei profectum Domino laudis hostiam immolare cupientem. Is nuntius novis Christi tyronibus ineffabilem attulit lætitiam. Dux procedit obviam servo Christi cum Fidelibus quibusque honorifice eum excipit, & ut in visione erat admonitus, modis omnibus se obedientem filium fore demonstrat. Deinde jubente ipso, fit ubique congregatio indomitæ gentis. Per sanctum Episcopum fiunt conciones, & ejus exhortationibus mox illi convertuntur & baptizantur, multis in locis Ecclesiæ conduntur. Lux enim illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, profligatis tenebris, cœpit Ungariam emicare. Et completum est in ea, quod (a) ait: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Lux lucis invisibilis Christus est, quem tunc Gentiles videre meruerunt, quando e tenebris revocati, illum esse & veram Deum & hominem verum, perfecte crediderunt.* (r) Isai. 9.

VIII. S. Adalbertus baptizat Stephanum Reg. Ungar. *Non est autem silentio prætereundum, ut omnis ambiguitas tolleretur de medio, & ne parum fidei habere videretur visio Duci oblata, etiam uxorem ejus jam partus propinquam ejusmodi divinitus consolatione affectam. Apparuit illi beatus Levita & protomartyr Stephanus, Leviticis habitus insignibus ornatus, ita eam compellans: Confide mulier in Domino, & certa esto, te filium parituram, cui primo hujus gentis & Regnum & corona debetur. Tu vero illi nomen imponas meum. Cum autem femina non sine admiratione sciscitaretur ab eo, qui-*

PAGIUS ea Hungariæ Regis, & quæ supersunt de gestis S. Adalberti, ad suos annos remittimus, confusionis vitandæ causa.

II. Floret S. Gebehardus Episc. Constantiensis. Ad num. VIII. Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam ad annum CMLXXIX. scribit: *Constantia Gamenolfus Episcopus obiit, cuique Gebehard. nobilis & venerabilis Præsul succedens, XVI. annis Eccl. rexit: qui Basil. S. Greg. in Ripa Rheni, Abbatiamque suis ex prædiis construxit. Jam dicitur Petri-domus.* In S. Gebehardi Vita in Chronico Constantiensi a Joanne Pistorio excusa, inter alia de eo dicitur: *Decimo vero Ecclesiam in honore S. Gregorii dedicavit, eamque multiplicibus & magnificis Sanctorum Reliquiis cumulavit.* [1] Monasterium illud Petershusense, vulgo *Petershausen*, dicitur possidere Caput S. Gregorii Papæ a Joanne Papa XV. S. Gebehardo concessum. Verum Clarius in Chronico S. Petri Vivi refert Caput illud uno ante sæculo *Ansegisum* Archiepiscopum Senonensem a Joanne VIII. accepisse. *Obiit S. Gebehardus*, inquit Chronographus Constantiensis, *VI. Kal. Septembres anno CMXCVI. sepultus in Basilica S. Gregorii a se*

NOTÆ [1] IN Continuatione III. Spicilegii Ecclesiastici a Lunig. vulgati pag. 154. prodiit in lucem bulla Joannis XV. quam S. Gebehardus Romam ad visitanda SS. Apostolorum limina profectus, ut in eadem bulla asseritur, hoc anno obtinuit, eademque conditi a se S. Georgii templo & Monasterio apostolicum patrocinium obtinuit. Scripta est bulla *in mense Aprili indictione secunda; data vero septimo Kal. Majas* per manus *Gregorii Episcopi sacræ Portuensis ecclesiæ anno pontificatus domini nostri Joannis sanctissimi Papæ quarto.* Congruunt hæc omnia cum præsenti anno, ac chronologiam S. Gebehardi mire confirmant. Si enim anno episcopatus sui decimo, ut author vitæ ejusdem Sancti apud Pagium hic notat, templum illud construxit, post majum mensem anni 979. renunciatum fuisse episcopum oportet. Nihil vero in ea bulla Pontifex habet de capite S. Georgii a se concesso Viro sancto, ut in eodem Templo reconderetur; quod alterum est argumentum ad eam traditionem everrendam.

Hæc scripseram cum ejusdem Lunigii Spicilegium sedulo perlustrans offendi Chartam S. Gebehardi signatam anno 983. Indictione XI. anno Ottonis II. Imperatoris X. in qua annus idem ceu primus annus ejusdem Monasterii adnotatur: *Hic est primus annus ejusdem monasterii* S. Gregorii Petrishusensis. Si additamentum illud admittatur tota S. Gebehardi chronologia evertitur. Cum enim anno episcopatus sui decimo Monasterium illud construxerit; qua de re vetustus Vitæ ejusdem Sancti author ambigere nos minime permittit; ejus episcopatus exordia ad annum 973. vel 74. anticipemus oportet. Nisi forte reputaverimus annum decimum episcopatus non quidem ad conditum Monasterium, sed ad ejus confirmationem per Pontificem referendum esse, hanc enim confirmationem anno 989. Vir sanctus obtinuit. MANSI

quisuam esset, aut quomodo vocaretur; sic respondit: Ego sum Stephanus protomartyr, qui primus pro Christi nomine martyrium obivi. His dictis disparuit. Nascitur itaque (ut prædictum erat) filius Principi, votus Domino, secundum (a) Prophetam, priusquam in utero conciperetur, & per Stephanum protomartyrem a Domino appellatus antequam natus. Eum vero beatus, & Deo dilectus Episcopus Adalbertus baptizavit, & nomen Stephani ei impositum est, & non sine nutu & consilio Dei, ut nos quidem persuasum habemus. Hucusque ibi de rebus gestis, quæ pertinent ad Adalbertum Ungarorum Apostolum. At ipse sciens Apostolatus munus non sponte sua a quoquam, sed Dei nutu ab eo, qui primatum in Ecclesia Catholica retinet a Deo concessam auctoritatem, suscipiendum, Romam rursus statuit proficisci, ubi si Deus id vellet (ut fecit) a Romano Pontifice acciperet ipsum ad Gentes Apostolatum. Quando autem id contigerit, suo loco dicemus. Porro istu omolu hoc anno cœpta de reditu Roma in Boemiam, & de Boemia in Ungariam profectione, haud unius anni spacio perfici potuisse putamus.

☞ Hoc item anno, quo quartus absolvitur, & quintus inchoatur annus Joannis Papæ, Indictione secunda, (b) contigit S. Gebehardum Constantiensem venisse Romam ad ipsum Pontificem, cujus adventus ea causa fuit, ut cum ædificasset monasterium celebre satis ad ripam Rheni fluminis in honorem S. Gregorii Papæ, ejusdem sancti Pontificis reliquias in eo collocandas acciperet a Pontifice, a quo & privilegium pro eodem monasterio impetraret. Accideraot sancto viro cuncta ex sententia, & inter alia, ut privilegium pro eodem monasterio obtineret, quod hactenus integrum extat cusum in vita ipsius, in cujus fine ista leguntur, de tempore, quo datum fuit, videlicet. *Scriptum per manus Joannis Notarii Regionarii, & Scrinarii sacri Lateronensis palatii, in mense Aprilis, & indictione secunda. Datum vero septimo Kal. Majas per manum Gregorii Episcopi sacræ Portuensis Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domini nostri Joannis sanctissimi Papæ VI.* Pergit auctor: *Inter cæteras vero, quas idem Pontifex beato viro Sanctorum dederat reliquias: caput quoque sanctissimi Papæ ipsi condonavit Gregorii, &c.* Quomodo autem persequentibus eum Romanis pro sublato ab Urbe sancti Gregorii capite: Deus eumdem sanctum Episcopum miraculo liberavit, idem auctor narrare pergit, quem tu consulas. Pervenit autem ætate idem Sanctus usque ad annum Salutis nongentesimum nonagesimumsextum. Porro sciendum, hunc Gebehardum dici debere seniorem, respectu alterius Gebehardi ejusdem civitatis Episcopi, qui claruit sub Gregorio Papa Septimo, cujus partes contra Henricum est secutus summa cum laude. ☜

Hoc anno Theophane Imperatrix Ottonis Regis mater Romam venit, ut Italiæ Principes in officio contineret, filioque fideles perseverarent, rebellesque comprimeret, mansitque ibi triennio, usque ad annum Redemptoris nongentesimum nonagesimumprimum, quo ex hac vita migravit. Illa Lambertus in Chronico: cujus tempore res Urbanæ tranquillo statu quieverunt. Ditmarus eam obiisse tradit, anno septimo Ottonis Regni, decimoseptimo Kal. Julii. IX. Theophane Imperatr. Romam venit.

Se-

(b) *a se constructa*: quod & Hermannus Contractus laudatus etiam habet. Plura de hoc Sancto Antistite in Sæculo V. Benedict.

Ad num. IX. In Chronico Hildensheimensi hoc anno legitur: *Theophanu* (ita etiam Theophania appellabatur) *Imperatrix, mater Regis* (nempe Ottonis III.) *Romam pervexit, ibique Natalem Domini celebravit, & omnem regionem Regi subdidit.* Tum anno CMXCI. *Theophanu Imperatrix obiit*, quod & Lambertus Schafnaburgensis & Hermannus Contractus ex editione Canisiana habent. Diem notavit Ditmarus, nempe *XVII. Kal. Julii*, qui dies erat decimus quintus mensis Junii. Ejus erga pauperes liberalitatem laudibus effert secundus Auctor Vitæ S. Adalberti Episcopi Pragensis. De ea S. Odilo Abbas Cluniacensis in Vita S. Adelhaidæ Imperatricis scribit: *Licet illa Imperatrix Græca sibi, & aliis fuisset satis utilis & optima, socrui tamen Augusta* (nempe Adelhaidæ) *fuit ex parte contraria. Ad postremum vero cujusdam Græci, aliorumque adulantium consilio fruens, minabatur ei quasi manu designando dicens. Si integrum annum supervixero, non dominabitur Adelhaida in toto mundo, quod non possit circumdari palmo uno. Quam sententiam inconsulte prolatam, divina censura fecit esse veracem. Ante quatuor hebdomadas Græca Imperatrix ab hac luce discessit, Augusta Adalhaida superstes, felixque remansit.* Porro error irrepsit in numeros apud Ditmarum, in quo legitur: *An. Dom Incarnat. CMLXXXIX.* (legendum, CMXC. ut ostendunt verba sequentia) *Sol defecit X. Kal. Novemb. V. diei hora.* Hanc enim Eclypsim die XXI. mensis Octob. anni CMXC. contigisse demonstrat Calvisius in Opere Chronol. & Chronologus Abbatiæ Quidlindburgensis in Saxonia, qui Ditmarum exscripsit, legit, *anno* CMXC. additque verba hæc, quæ in eodem Ditmaro habentur: *Insequenti anno* (id est, anno CMXCI.) *in Numagen Theophano Imperatrix infirmatur, atque ab hac vita XII. Kal. Julii discedit*, &c.

JESU CHRISTI ANNUS 990.	JOANNIS XV. PAP. ANNUS 6.	OTTONIS III. REG. 7. BASIL. & CONST. IMPP. 15.

I. Legatio Joannis Pap. in Angliam.

SEquitur Redemptoris annus nongentesimus nonagesimus, Indictione tertia, quo a Joanne Romano Pontifice decernitur legatio ad Angliæ Regem atque Ducem Northmannorum inter se invicem dissidentes. Eo functus est munere Leo Viceepiscopus Trevirensis, qui eos in concordiam revocavit (a).

(a) *Mat. Vvestmonast. in flor. hist. hoc anno.*

De legatione hac Leonis a Joanne Papa in Angliam missi, & de concordia inter Principes inita, extat diploma ejusdem Pontificis apud (b) Wilelmum Malmesburiensem datum anno sequenti, hoc titulo:

(b) *Vvilel. de gestis Reg. Ang. lib. 2. cap. 10.*

Epistola Joannis Papæ Decimiquinti.

Joannes Quintusdecimae sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa omnibus Fidelibus salutem.

II. *Noverint omnes sanctæ Matris Ecclesiæ Fideles, & nostri utriusque ordinis per climata saeculi dilatati, qualiter nobis relatum est a compluribus de inimicitia Ethelredi Saxonum Occidentalium Regis, necnon & Richardi Marchionis: Unde nimium tristes effecti, utpote de filiis nostris spiritualibus, tamdem inito salubri consilio, accersivi quemdam Apocrisarium nostrum Leonem, Viceepiscopum sanctæ Trevirensis Ecclesiæ, & misi eum illuc cum litteris nostris exhortatoriis, ut resipiscerent ab hac * superstitione. Qui transiens vastas intercapedines terrarum, tamdem marinos transmeavit fines, & in die Nativitatis Domini pervenit ante conspectum Regis præfati; moxque ex parte nostra salutato obtulit litteras, quae illi miseramus. Qui accersitis cunctis sui Regni fidelibus utriusque ordinis sapientioribus, ob amorem & timorem Dei omnipotentis, nec-*

De pace litteræ Apostolicæ.

* dissensione.

PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hispan. MXXVIII. An. Hegiræ CCCLXXX. inchoatn die 31. Martii fer. 4. A.C. 990.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6483.

☉ 19. E. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 990.

JOANNIS XV. PAPÆ 6.

OTTONIS III. REG. 8.

BASIL. & CONST. IMPP. 15.

I. ANnum. I. ad IV. Inclyta erat per hæc tempora virtus *Leonis Episcopi*, qui Egberti Archiepiscopi Trevirensis Vicarius, Apostolicæ Sedis Apocrisarius creatus est. Quippe *Joannes Papa*, oborta inter Angliæ Regem *Ethelredum*, & Richardum Normannorum Ducem controversia, *Leonem* in Insulam Britanniæ Legatum de pace misit, ejusque solertia optatæ pacis fructum retulit. Refert Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 10. Epistolæ Joannis exemplar, cui *Leonis* inscripta memoria, quem ipsemet Malmesburiensis Episcopum Trevirensem perperam nuncupat; ipse enim Pontifex profitetur, accersitum a se Apocrisarium suum *Leonem*, *vice Episcopum Sanctæ Trevirensis Ecclesiæ*, eumque cum exhortatoriis ex Urbe magnis viarum intervallis missum ad oram maritimam, *in die Nativitatis Domini* pervenisse *ante conspectum Regis præfati*, consilioque cum Rege habito de pace, Legatos ex Anglia datos, trajecisse in Galliam, & pervenisse Rotomagum *usque ad Richardum Marchionem*, ita Normanniæ Ducem Pontifex appellat ac denique Rotomagi Ethelredum inter & Richardum pacem sanxisse, *Kalend. Martii anno ab Incarnat. Domini CMXCI. indict. IV.* [1]

Opera Joannis XV. pax inter Regem Angliæ & Ducem Normanniæ facta.

Ad

NOTÆ [1] IN Conciliorum Collectione Veneto-Labbeana to. XI. col. 987. hoc anno collocatur concilium quoddam in oppido Ansa, quod leucis quatuor Lugduno distat, celebratum assidentibus Burchardo Lugdunensi & Teobaldo Viennensi, archiepiscopis episcopis comprovincialibus novem. In eo vero canones IX. ad ecclesiasticam disciplinam reformandam sanciri sunt; sicut & Cluniacensibus possessiones suæ asseruntur. Item ad an. 994. concilium aliud Ansanum profertur ex iisdem omnino patribus constans, in quo canonici in ecclesia S. Romani oppidi Ansa instituuntur vel restituuntur. Sed duo hæc Concilia unum idemque censeri debere nec nisi ab uno eodemque Concilio 994. hæc omnia sancita fuisse multiplici argumento demonstro. Primo inscriptio concilii an. 990. perspicue mendosa est, cum anno illi affigoet Indict. II. quæ superioris an. 989. erat. Secundo Patres illi gravius se accepisse significant nuncium de *transitu* S. Majoli. Obiit autem S. Majolus anno 994. ut Pagius ad annum 993. 8. egregie demonstrat. Martenius quidem, qui concilium istud primus vulgavit Anecdot. to. IV. col. 74. censet *transitus* nomine designari hic spontaneam illam demissionem dignitatis, qua S. Majolus aliquot ante obitum annis sese abdicavit. Sed vix persuaderemur muneris pastoralis dimissionem a patribus illis designari nomine *transitus*. Quin & abdicationem illam non citius quam anno 992. contigisse Pagius ad annum 1048. 3. demonstrat. Non ergo sermo de illa haberi potuit in concilio anni 990. Denique Concilio huic Ansano assedit Leubaldus Matiscensis qui sedem illam post Milonem tenuit. Milo vero Matiscæ recensetur inter Patres conciliabuli Remensis anno 991. celebrati; & Leubaldus unus fuit ex Patribus concilii secundi (ut creditur) Ansani anno 994. habiti. Absurdum erit igitur concilium Ansanum an. 990. comminisci, cui Leubaldus quidam Matiscensis interfuerit. Ideoque pronum est reputemus Ansanum concilium fuisse unicum an. 994. coactum, in quo & canones illi conditi sunt & firmata Cluniacensium privilegia illa quæ Concilium anni 990. autoritate sua roborasse creditum fuit; ac demum in eo pariter Concilio de Ecclesiæ Romanensis administratione deliberatum fuit; quod huc usque ad idem Ansanum Concilium anni 994. optime relatum est. MANSI

necnon & sancti Petri Apostolorum Principis, & per nostram admonitionem paternam, firmissimam concessit pacem cum omnibus filiis & filiabus suis, præsentibus & futuris, & cum omnibus fidelibus suis sine dolo.

I. *Qua de re misit Edelsinum sanctæ Sebireburnensis Ecclesiæ præsulem, necnon Leolfstanum filium Alsuvoldi, & Vulstani filium Ederelnothum, qui transierunt marinos fines, & pervenerunt usque ad Richardum præfatum Marchionem. Qui & monita nostra pacifice suscipiens, simulque audiens decretum supradicti Regis, libenti animo pacem firmavit tandem cum filiis suis & filiabus præsentibus & futuris, & cum omnibus fidelibus suis eo rationis tenore, ut si aliquis eorum, vel ipsi injuste aliquid contra alium perpetraverint, digna emendatione purgentur; paxque maneat perpetualiter & inconvulsa, sacramentorum utrinsque partis stigmate stipulata. Ex parte scilicet Regis Ethelredi Edelsinus præsul sanctæ Schireburnensis Ecclesiæ, Leolfstanus Alsuvoldi filius, & Ederelnothus Vulstani filius. Ex parte Richardi Rogerius Episcopus, Rodulphus Hugonis filius, Thrutheno filius Thurgis. Actum Rothomagi, Kalendis Martii, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimoprimo, Indictione quarta.* Additum: *Et de hominibus Regis, vel de inimicis suis nullum Richardus recipiat, nec Rex de suis sine sigillo eorum.*

Hoc ipso anno S. Adalbertus Pragensis Episcopus Romam veniens sancti Bonifacii monasterium, obi quinquennio manserat, iterum adiit; ibique totidem annos explevit. Erat plane in Urbe locus illa Sanctorum colonia, ubi qui his temporibus floruere sanctitate viri celebres habitarunt. Ut non mirum, si adhuc iterum ad locum hunc beatorum, quasi in terrestre cœlum, Adalbertus posthabitis, tot, tantisque aliis in Germania & Gallia & in Italia monasteriis, tantummodo convolaverit, quod peravide requisierit. Sed audiamus eum, qui ista ob oculos habuit, hujus temporis auctorem, qui rerum inspector exacte cuncta conscripsit (a); ait enim: *Ergo divinus heros ascendit equos, dulcem Romam revisit, & quasi post pericula maris quassa navis occupat optatum portum. Sic secretos monasterii sinus, charam requiem intrat, amplexus pulcram Rachel, obliviscitur laboriosam Liam.* Et paulo post de præstantibus sanctitate viris, qui illic erant, hæc subiicit: *Usus vero illi maximus erat, colloquia quærere spiritualium & seniorum, qui porro illuc pro claritate Abbatis plures confluxerunt. Græci inquam optimi venerunt, Latini similes militaverunt. Superioribus quatuor prius Basilius, inferioribus quatuor magnus Benedictus dux, sive rex erat. Inter quos medius incedens, Dum sitiens Adalbertus, verba vitæ sumit & glutit, raptus in altum, cum fratribus dulcius contemplatur Deum. O quoties obortis lacrymis memini dicentem, cum causa ædificationis accessissem ad Joannem Abbatem. Ubi sunt, inquit, margaritæ meæ? Ubi sunt dulces cibi animæ meæ? Ubi convenerunt sancti viri, plurbant sibi sermones Dei, accensæ sententiæ mutuo cursant: arsit ignis super terram cordis: testatur præsentem Deum unda compunctionis.* Quinam fuerint octo insignes Abbates, quatuor Græci, & totidem Latini sanctitate celebres, istis idem aperit verbis:

(a) Vit. S. Adalber. apud Sur. die 23. Apr. to. 2.

V. *Hoc*, inquit, *faciebat scilicet Gregorius Abbas, hoc Nilus pater, hoc Joannes bonus & infirmus, hoc simplex Stratus, & super terram Angelus unus.* Erant isti Abbates Græci, qui perturbatum statum Orientalis Ecclesiæ relinquentes, tamquam columba Noe, olivam

Viri insignes in monasterio S. Bonifacii.

Ad num. IV. *Sanctus Adalbertus*, relicto Episcopatu Pragensi, hoc anno Romam venit, ibique Monachum induit in Monasterio SS. Bonifacii & Alexii, ubi *quinquennio* mansit, nempe usque ad annum CMXCIV. ut anno superiori ostendimus. Verum Baronius, qui quinquennium hoc ab anno CMLXXXIII. auspicatur, & illud anno superiori absolvit, hoc anno scribit: *Monasterium, ubi quinquennio manserat, iterum adiit: ibique totidem annos explevit*, licet secundus Auctor Vitæ Sancti Adalberti, qui solus de quinquennio Monachatus Sancti hujus Antistitis verba facit, unici quinquennii mentionem faciat, ideoque ostendat, *Adalbertum* nonnisi præsenti anno ad Monasterium SS. Bonifacii & Alexii venisse, & Monachum induisse. Quæ narrat itaque hoc anno Baronius gesta fuisse Romæ ab Adalberto jam Monacho, ad hunc annum reapse pertinent. Præterea ad hunc etiam annum revocanda quæ ipse existimavit contigisse priori quinquennio; cum illud fictitium sit, & hujus Sancti Antistitis Actis adversetur, ex quibus constat, eum usque ad præsentem annum Ecclesiam Pragensem rexisse, & primum Romam venisse.

III. Ad num. V. & seq. Florebant hoc tempore Romæ in Monasterio Sanctorum Bonifacii & Alexii, in quo Sanctus *Adalbertus* Monachus factus est, *Leo* Abbas ejusdem Monasterii, qui anno CMXCV. tanquam Legatus Joannis Papæ XV. præfuit Conciliis Mosomensi & Remensi adversus Gerbertum celebratis, & alter Leo, qui post peregrinationem Hierosolymitanam Nonantulani Monasterii Abbatiam abdicarat, *& deinde apud Sanctum Bonifacium intra Romana mœnia perseverans, ex omni quod sibi vita hujus residuum, fuit nihil aliud, quam æternæ vitæ sibi stipendia procuravit*, inquit Petrus Damiani in Epistola ad Ni-

Leo Ex abbas Nonantulanus cum Leone Abbate Bonifaciano non confundendus.

vam uberem & speciosam ubi consisterent, quæsivere. Latini autem qui fuerint, docens mox subdit: *Hoc ex ratione majori Dei sapiens Joannes, hoc similis Theodorus, hoc Joannes innocens, hoc simplex Leo Psalmorum amicus & semper prædicare paratus.* Hæc de illis, qui videbantur esse columnæ, de quorum novissimo nempe Leone quæ scribat (a) Petrus Damiani in medium afferemus, ut ex uno, eodemque novissimo reliquos perdiscamus, ait enim:

(a) Petr. Dam. ep. ad Nicol. Pap. de dimittendo Episc.

VI. Leo Abbas Nonantulanus.

*Leo quoque Nonantulanus Abbas ad memoriam redit, qui dum clericalem adhuc speciem gereret, tandem devotione peracta, cum Hierosolymis remeasset, sic vitam suam instituit, ut nihil aliud præter unum dumtaxat asinum possideret. Et hoc quotidie saltus & pascua circumquaque perlustrans, materias congregabat, quibus ad requisita naturæ necessaria fratribus * acutergia ministraret; peractoque glorioso hujusmodi opere manuum, psalterioque cum ipsa simul exercitatione decurso; protinus ad offerenda Domino sacra mysteria non sine multis lacrymis sanctus presbyter accedebat. Postmodum vero ad monasterii regimen violenter attractus ajebat (quod infelix frequenter & ipse deploro) JESUM, inquiens, per pedes tenui, & nunc miser & cæcus, ut Sampson, sæculi moles volvo. Vixque peracto biennio, in manu Ottonis, qui tunc Imperii sceptra regebat, pastoralem baculum reddidit, deinde apud S. Bonifacium intra Romana mœnia perseverans, ex omni quod sibi vitæ hujus residuum fuit, nihil aliud quam æternæ vitæ sibi compendia procuravit. Ad cujus postmodum sepulturam cæcus veniens, luci pristinæ asseritur restitutus.* Hæc Petrus de Leone. Porro hic iste Leo, qui jam Abbas ejusdem monasterii S. Bonifacii scriptus postea reperitur in synodalibus Actis cum legatione functus est, in Gallias missus ab eodem Joanne Pontifice, ut inferius suo loco patebit.

VII. Rhemensis civitas capta.

Eodem anno celebratur in Gallia Concilium Silvanectense. Quanam autem occasione celebrari contigerit, & quid in eo gestum, ex Actis Rhemensis Synodi post annum sequentem celebratæ, de qua suo loco dicendum, hic reddemus historiam. Arnulphus Rhemensis Archiepiscopus Hugonis Regis Francorum favore promotus ad eam dignitatem fuit, ita visum Hugoni, ut hunc licet non legitimum, regio tamen stemmate ortum, utpote Lotharii Regis filium, & Caroli adhuc regnantis nepotem, ætate juniorem his beneficiis in suas partes adduceret & contineret. Accidit autem, ut cum vix sex menses ea sede potitus esset, proditione cujusdam ☛ Adalgerii ☚ Rhemensis presbyteri ea civitate Carolus potiretur, cum & ipse Arnulphus captivus deductus est. Quod vero suspicio non levis de ipso esset Arnulpho, quod ejus jussu civitas Carolo patruo prodita esset: ipse adversus omnes, qui tam nefaria perpetrassent, excommunicationis sententiam in hunc modum intorsit (b):

(b) Gerb. in Conc. Rhemens. c. 19.

VIII. Excommunicatio in eos, qui Rhem. civit. invaserunt.

Arnulphus gratia Dei Archiepiscopus Commonitorium prædonibus Rhemorum.

Quid tibi vis prædonum Rhemensium scelerata manus? Nihil ne te movent pupilli & viduæ lacrymæ, nec advocatus eorum? Velis, nolis, ipse Dominus tuus, ipse testis est & judex, & gravis ultor, cujus judicium non effugies. Vide quid ante oculos ipsius operis: sanctam pudicitiam virginum non erubuisti, matronas etiam barbaris verendas, nudas reliquisti, orphanum & pupillum non respexisti. Parum tibi hoc: Accessisti ad templum Matris Dei cunctis mortalibus reverendum, ejus atrium perfregisti, polluisti, violasti: quod oculi tui viderunt, concupivisti: Quod manus attrectare potuerunt, rapuisti. Et nos quidem contra divinum & humanum jus misericordia abutentes, quod cibi & potus abstulisti non indulgemus, sed propter impia tempora non exigimus; exigimus autem reliqua omnia

PAGIUS Nicolaum Papam II. cap. XI. cujus locum integrum recitat Baronius, qui tamen, ut recte observavit Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Leonis Abbatis Nonantulani, utrumque Leonem in unum confundit; quæ enim Petrus Damiani narrat, nonnisi de *Leone Exabbate* intelligi possunt, cum *Leonem* ob abdicatum munus Abbatis & initam privatæ vitæ rationem laudibus efferat, quod de Leone Abbate Monasterii Bonifaciani, & postea Summi Pontificis Legato Petrus Damiani non dixisset. Præterea Auctor Anonymus posterioris Vitæ Sancti Adalberti Episcopi Pragensis eos enumerans, qui in Monasterio Bonifaciano Leonis Abbatis congressum expetebant, ait: *Hoc Gregorius Abbas, hoc erat Pater Nilus, hoc Joannes bonus infirmus, &c. hoc simplex Leo, Psalmorum amicus & semper prædicare paratus.* Hunc vero ultimum Leonem pro loci Abbate male etiam usurpat Baronius, ut advertit Mabillonius, quia iste Anonymus non ipsum, sed convenientes ad Abbatem enumerat, & inter eos nonnisi Gregorio *Abbatis* nomen tribuit; quod etiam Leoni ultimo loco memorato non negasset, si tum quoque hac dignitate præditus fuisset. Est itaque simplex ille Leo *Psalmorum amicus*. Leo Ex abbas Nonantulanus, non vero Leo Abbas Monasterii Bonifaciani, qui longe alia, quam *simplicitatis* & Psalmorum amoris opinione inclaruit.

IV. Ad num. VII. & seqq. Cum *Arnulfus* Lotharii quondam Francorum Regis filius spurius & Caroli Lotharingi nepos evectus fuisset ad Archiepiscopatum Remensem anno CMLXXXVIII ita volente & annitente *Hugone* Rege, ut eum

omnia, quæ pollutis manibus pervasisti, ac retines. Redde ergo, aut sententiam damnationis in pervasores rerum Ecclesiasticarum a sacris Canonibus promulgatam, eam in te latam, multotiesque ferendam accipe.

Anathema in prædones.

X. *Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus sancti, intervenientc & adjuvante beata Maria semper Virgine, auctoritate quoque & potestate Apostolis tradita, nobisque relicta, excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, damnamus, & a liminibus sanctæ Matris Ecclesiæ separamus vos Rhemensium prædonum auctores, factores, cooperatores, fautores, & a propriis dominis rerum suarum sub nomine emptionis abalienatores. Obtenebrescant oculi qui concupierunt, arescant manus quæ rapuerunt, debilitentur omnia membra quæ adjuverunt. Semper laboretis, nec requiem inveniatis, fructuque laboris vestri privemini: formidetis, & paveatis a facie persequentis & non persequentis hostis, ut tabescendo deficiatis. Sit portio vestra cum Juda traditore Domini in terra mortis & tenebrarum, donec corda vestra ad plenam satisfactionem convertantur. Hic autem sit modus plenæ satisfactionis, ut omnia injuste ablata præter cibum & potum propriis dominis ex integro restituatis, coramque Rhemensi Ecclesia pœnitendo humiliemini, qui sanctam Rhemensem Ecclesiam reveriti non estis. Ne cessent a vobis maledictiones scelerum vestrorum persecutrices, quamdiu permanebitis in peccato pervasionis. Amen. Fiat, fiat.* Hucusque sententia anathematis per Arnulphum illata, de qua (a) Gerbertus: *Post hæc Arnulphus suos prædones sub anathemate posuit, atque ut idem facerent, Galliarum Episcopis imperavit:* quod & egregie præstiterunt collecti in unum in Synodo Silvanectensi.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Collectis igitur in unum Episcopis, expositaque ob oculos omnium lugubri tragœdia Remensis cladis, paribus animis, zelo offensi numinis æstuantibus adversus eos, qui adeo nefaria perpetrasse ausi fuissent, oratione primum invectiva acriter agentes, eos demum sententia anathematis damnavere. Recitata sunt ista omnia postea in Rhemensi Concilio, atque inde in suum commentarium a (b) Gerberto translata in hunc scilicet modum: — X. Concil. Sylvanect.

(a) Idem de Conc. Rhem. c. 14.

Oratio invectiva Episcoporum Remensis diœceseos vice decreti habita Silvanectis.

Quousque se extendet effrænata licentia vestra, alterius proditoris, Judæ satellites? Ad quem finem progreditur incepta audacia vestri ducis, ducis dicimus Adalgeri presbyteri, qui nomen sacerdotalis dignitatis suo nomine polluit? Te igitur interpellamus, funeste presbyter. Quid tibi visum est, post illa cruenta arma, quibus te Laudani exercuisti, ut iterum vilis apostata factus, Arnulphum Rhemorum Archiepiscopum traderes, cum ante, velut fidissimus custos, cubares, conviva assiduus esses, consilia disponeres, sacrasancta administrares? Num rigorem Ecclesiasticæ severitatis, vel judicium omnipotentis Dei effugere te putasti? Urbis portas aperuisti, hostes introduxisti, venerabile templum Matris Dei, atque ipsis barbaris reverendum, velut hostium castra oppugnasti. Nunc etiam vos prædonum maxima portio, qui Ecclesiæ ingentibus beneficiis eratis obligati, qui dixitis: Hæreditate possideamus sanctuarium Dei: qui signa militaria loricati, galeati, cum scutis & lanceis ante aram beatæ Dei Genitricis intulistis: qui pollutis manibus pastorem cum Clero & populo inter sancta Sanctorum comprehendistis, custodiæ distribuistis, carceri mancipastis, & adhuc retinetis. Nam inquam, vos divina jura effugie- — XI. Invectiva in invasores Rhemensis civitatis. — Nova hæresis pullulans.

IUS ... um sibi demereretur, & a *Carolo* averteret, postquam *menses sex* Archiepiscopatum illum rexit *Carolus* civitate Remensi & pluribus oppidis potitus est, ipseque Arnulphus cum *Carolo* anno superiori arma sociavit. Quare hoc Christi anno *Hugo* Rex & Remensis Diœceseos Suffraganei ad Joannem Papam contra *Arnulfum* Legatos misere, eumque infidelitatis & insignis proditionis reum fecere, postulantes, ut sibi liceret ei Archiepiscopatum abrogare: Non tantum quia *Carolo* urbem tradiderat contra fidei sacramentum; sed etiam quod contra jus gentium & captivitatis, in qua ipse videri volebat detineri, sub signis Caroli milites collegisset, & vocatus ab Episcopis venire contempsisset, ut patet ex literis ipsius Hugonis Regis & Episcoporum ad Joannem XV. quas Baronius anno CMXCI. a num. II. ad V. loco scilicet non suo, recitat; ad annum enim superiorem exeuntem revocandæ: Gerbertus quippe in Oratione quam habuit in Concilio Mosomensi anno CMXCV. ait: *Certe nihil actum vel agendum fuit, quod Apostolicæ Sedi relatum non fuerit: ejusdem per decem & octo menses expectata sententia*, nempe usque ad diem XVII. Junii anni CMXCI. quo Arnulphus in Concilio Remensi depositus est, a quo die si per decem & octo menses retrocedas, pervenies ad medium circiter Decembrem anni CMLXXXIX. quo ideo literæ Hugonis Regis & Episcoporum datæ sunt.

V. Synodus Sylvanectensis.

Episcopi jam anno CMLXXXVIII. ut ibidem retulimus, Synodum *Sylvanecti* habuerant, *Adalgerum* Presbyterum proditorem citaverant, atque eum, & alios proditionis reos anathema dixerant, simulque in pervasores Remensis & Laudunensis Diœcesis. Ad eam quoque videtur citatus fuisse *Arnulfus*: sed, seu quia se captivum fingebat, seu quia judicium Episcoporum reformidabat, Conven-

tis? Vos quoque, quorum dolo & fraude, consilio & auxilio tantum scelus factum est, cum hie, qui principes tanti facinoris fuerunt, consociandi estis, ut poenam peccati simul feratis, qui causa peccati simul conspirastis, bonoque civium Remensium prædones impiissimi, velut sub hasta distruxistis. Nec etiam vos abesse debetis, qui in Adalberonem Laudunensem Episcopum non minus levia perfecistis. Et ut pullulantem hæresim rescindamus, quæ dictitat, omnia licere Carolo, etiam in locis sacris: Rhemensem simul & Laudunensem Ecclesiam, utramque sacrilegio, quamvis dissimili, pollutam a sacris removemus officiis, donec legitime reconcilietur utraque. Et ne quis vos talibus monstris hominum favere, talibus negotiis assensum præbituros putet; sed pro fide qua vivimus, omnibus expositos periculis, sententiam nostram ita confirmamus, stabilimus corroboramus. Anathema in eos.

XII. Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus sancti, interveniente & adjuvante beata Maria semper Virgine cum omnibus Sanctis; auctoritate quoque & potestate Apostolis tradita, nobisque relicta, excommunicamus, anathematizamus, damnamus, & a liminibus sanctæ Matris Ecclesiæ separamus Adalgerum presbyterum, diabuli membrum, Episcopi, Cleri & totius populi Rhemensis traditorem. Eos quoque qui hujus traditionis extiterunt inventores, auctores, factores, cooperatores, fautores, civiumque depopulatores, & a propriis dominis rerum suarum sub nomine emptionis abalienatores. Hic adjungimus Laudunensis Episcopi pervasores, ac ipsius Episcopi gravissimos tortores. Fiat sicut (a) Scriptura dicit: Qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit silvam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos: Imple facies eorum ignominia, & quærant, nomen tuum Domine, erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant: Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra. Et quia pupillum & viduam non miserati sunt, neque templum Dei reveriti, dominiumque Ecclesiarum sibi usurparunt; fiant filii eorum orphani & uxores viduæ. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eorum, & diripiant alieni labores illorum: nutantes transferantur filii eorum & mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis. Fiant dies eorum pauci, & * Episcopatum eorum accipiat alius: & duplici contritione contere eos Domine Deus noster, nisi resipiscant, & Ecclesiæ Catholicæ fructuosa pœnitentia satisfaciant. Amen. Fiat, Fiat.

(a) Psal. 82.

* al. Principatum.

XIII. Cur a Carolinis defecerit Regnum Francorum.

Et plane factum est, quod diro anathemate imprecati sunt Patres. Siquidem anno sequenti captus est ab Hugone Carolus, & penitus ex stemmatis ejus ramo cessavit Regnum Francorum, tunc penitus excisum, cum (ut audisti nuper a Patribus) hæresis pullulare cœpit; qua dicerent Caroli studiosi, omnia licere Carolo etiam in Ecclesiis. Sicque

PAGIUS ventui non adfuit. Synodum quidem Silvanectensem Baronius hoc anno recitat, sed ex antecedentibus & consequentibus apparet, eam ad annum nongentesimum octogesimum octavum ut ibidem insinuavimus, retrahendam esse.

VI. Carolus Lotharingus in potestatem Hugonis Regis venit.

Hoc vero anno *Arnulfus post menses XVIII.* ut anno sequenti num. I. videbitur, Hugoni Regi reconciliatus, imo *Regia mensa particeps factus*, fidem fefellit, & *Gwidonem* Suessionum Episcopum, qui cum medio inter Suessiones & Laudunum intervallo *apud Cavinionem convenerat* ludificatus, eumdem Hugonem Regem & provinciæ Remensis Episcopos ad *causam* Romam Julio mense per Legatos *perferendam* compulit; quod tamen contra facientibus Heriberti Comitis ac patris Agnetis Caroli Ducis uxoris Legatis, frustra fuit. Præterea, ut habet Nangius hoc anno in Continuatione Flodoardi, *Hugo Rex Francorum collecto exercitu valde copioso, Laudunum urbem, ubi manebat Carolus Dux Lotharingiæ cum uxore sua filia Herberti Comitis Trecorum, obsidere decrevit. Sed cernens quod civitas vi assultuum inexpugnabilis esset, consilium habuit cum Anselmo* (Adalberone etiam appellato) *traditore vetulo Laudunensium Episcopo, qui erat Consiliarius Caroli principalis. Is enim Anselmus Episcopus nocte quadam cunctis quiescentibus, Hugoni Regi portas aperuit: & tunc captus & vinctus Carolus cum uxore sua positus fuit a Rege Hugone Aurelianis in carcere, ubi & tandem mortuus est.* Ademarus in Chron. ait, *hebdomada ante Pascha* Carolum ab Ascelino Episc. proditum, sed annum non determinat. Verum Carolus anno tantum sequenti captus, & urbs Laudunensis expugnata ab Hugone Rege, ut infra videbimus. Quare Nangius hæc ano tenore narravit, vel forte hallucinatus est. Sed redeo ad Ademarum.

VII. Moritur in carcere, & liberos relinquit.

Ademarus Monachus S. Eparchii Engolismensis, Auctor coætaneus, in suo Chronico Tom. II. Biblioth. Labbei relato, qui magnam fidem hac in re meretur, subdit: *Carolus in carcere usque ad mortem retentus est Aurelianis, ubi genuit filios Carolum & Ludovicum & expulsi sunt filii ejus a Francis, profectique ad Imp. Romanorum habitaverunt cum eo. Sane Dux Aquitanorum Vuillelmus reprobans nequitiam Francorum Ugoni subditus esse noluit, unde factum est ut Ugo, exercitu Francorum admoto urbem Pictavis obsidione fatigaret*, &c. *pacem postmodum Vuillelmus cum Ugone & Roberto filio ejus fecit, & Rex Ugo cogitans erga se Dei gratiam, quasi vicem rependens, defensor clementissimus Ecclesiæ Dei extitit.* Nam ob

que eo usque sunt a Deo tolerata peccata Regum illius stemmatis, quamdiu ea peccata non sunt defensa ut jure facta; uti vero cœperunt obstinate defendi, ut error sit reputata justitia, & inde hæresis oriri cœperit: tunc ira Dei effusa est super Principes, & præcisum est Regnum ab eo, & datum ipsius æmulo, & de Saul translatum in David. Videant ergo quam male consulant Principibus Novatores nostri temporis, hæretici, inquam dicti Politici, eadem quæ hoc tempore sunt cœpta doceri, penitus profitentes. Quæ autem hæc sint sequuta, dicemus anno sequenti.

Se-

PAGIUS *ob hanc causam creditur progenies Caroli reprobata, quia jamdiu negligens Dei gratiam, & Ecclesiarum potius neglectrix, quam auctrix videbatur.* Filios tamen Caroli Ducis, non simul ac abdicatus est pater, sed post annos circiter XX. cum infelicium partium Guillelmum Ducem tædere, cœpisset, Heribertusque Trecensium Comes maternus avus, qui Arnulfi Archiepiscopi Remensis patrocinium palam susceperat, vivere desiisset, expulsos fateri necesse est, inquit Blondellus in Pleniori Assertione Genealogiæ Franciciæ pag. 37. Cum enim ex Sancti Petri Uzarchiensis in Lemovicibus ad Guillelmi Hugonis Regis rebellis ditionem pertinentibus Chartulario, Ludovicum & Carolum anno MVIII. quo jam *Otto* Dux eorum frater natu major decesserat, Regium nomen affectasse constet, utrumque ad illa usque tempora sub Guillelmi auspiciis de Regno cum Roberto Rege contendisse oportet. Hac enim nota Charta consignata reperitur: *Actum anno Incarnat. Domini MVIII. regnante Roberto, & Ludovico & Carolino.* Duravit illa stirps Carolina usque ad annum MCCXLVIII. in posteris Ludovici, qui Ottonis ex alia matre frater fuit, & Thuringiæ Landgraviorum parens.

I. Legationes in causa Arnulf. ad Rom. Pontif.

SEquitur annus Redemptoris nongentesimus nonagesimusprimus, Indictione quarta, quo increbrescente adversus Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum sparso rumore de proditione Rhemensis civitatis: Hugo Rex eum subiicere synodali judicio cogitavit. Reluctabatur ipse audiri ab aliis quam a Romano Pontifice, quem solum sciret habere superiorem, apud ipsum vero experiri paratum. Quod autem id quod justissimum esset negari non posset, adversus eum scribuntur litteræ ad Joannem Romanum Pontificem tum ab Hugone Rege, tum ab Episcopis Rhemensis provinciæ; ab iisdemque duæ ad eumdem legationes decernuntur; ita tamen, ut specietenus rem agerent, cum omnibus illis in proposito esset, camdem causam tractari inter Episcopos Rhemensis provinciæ, & aliarum Ecclesiarum Galliæ sacerdotes: quod exitus declaravit, ut inferius dicturi sumus. Præcessit autem pro Arnulphp Heribertus Comes ad eumdem Joannem Pontificem Legatus. Hæc autem omnia hujus anni exordio facta esse (*a*), Gerbertus qui interfuit, docet, dum decem & octo menses tradit intercessisse ab eo tempore usque ad Synodum Rhemensem habitam anno sequenti, mense Junii. Porro Regis ad Joannem Papam epistola sic se habet (*b*):

(*a*) *Gerb. de Conc. Rhem. & epist. ad Vvilderadum.*

(*b*) *Ibid. cap. 25.*

Beatissimo Papæ Joanni Hugo gratia Dei Francorum Rex.

II. *Novis atque insolitis rebus summo studio summaque cura vestra consilia expetenda decrevimus. Quippe cum sciamus, vos omni tempore in humanis ac divinis studiis exegisse. Considerata ergo quæ sunt facta, & facienda præscribite, ut & sacris legibus suus honor reddatur, & regalis potestas non annulletur. Arnulphus Regis Lotharii (ut dicunt) filius post graves inimicitias ac scelera, quæ in Regnum nostrum exercuit, loco parentis adoptatus est a nobis, ac metropoli Rhemorum gratis donatus: jusjurandum præbuit, quod contra præterita & futura valeret sacramenta; libellum fidelitatis sub nomine chirographi conscripsit, recitavit, corroboravit, corroborarique fecit: milites ac omnes cives jurare coegit, ut in nostra persisterent fide, si ipse aliquando in potestatem hostium deveniret. Contra hæc omnia (ut certissimi testes sunt) ipse portas hostibus patefecit; Clerum ac populum suæ fidei creditum captivitati, & prædæ distribuit. Sed esto, eum esse additum alienæ potestati (ut ipse videri vult) cur cives & milites pejerare coegit? Cur arma contra nos comparat? Cur urbem & castra contra nos munit? Si captus est, cur non patitur liberari? Si vi hostium oppressus, quare non vult sibi subvenire; & si liberatus est, cur ad nos non redit? Vocatur ad palatium, & venire contemnit. Invitatur ab Archiepiscopis: nihil se eis debere respondit. Ergo qui vices Apostolorum tenetis: statuite, quid de altero Juda fieri debeat; ne nomen Dei per nos blasphemetur; & ne forte justo dolore permoti, ac vestra taciturnitate urbis Rhemensis scilicet excidium, totiusque provinciæ moliamur incendium; nec Judici Deo excusationem prætendetis, si nobis quærentibus, atque rogantibus* for-

Hugonis Reg. Ep. ad Joan. Roman. Pontif.

PAGIUS SÆC. X. | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6484.

Anno Eræ Hispan. MXXIX. Anno Hegiræ CCCLXXXI. inchoato die 20. Martii fer. 6.

☉ 20. D. ☽ 4. P. 5. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 992.

JOANNIS XV. PAPÆ 7.

OTTONIS III. REG. 9.

BASIL. & CONST. IMPP. 26.

A.C. 992. I. *Litera Hugonis Regis & Episcopor. adversus Arnulfum Archiep. anno superiori data.*

ANnum. I. ad XII. Non hoc anno, sed mense Decembri anni nongentesimi octogesimi noni *Hugo* Francorum Rex & Episcopi Diœceseos Remensis ad *Joannem* XV. Summum Pontificem adversus *Arnulfum* Regis Lotharii filium spurium ac Remensem Archiepiscopum literas dedere, ut ibidem diximus. Nunc Baronii fundamentum evertendum. Ait „ Cardinalis Doctissimus; Hæc omnia hu„ jus anni exordio facta esse, Gerbertus qui „ interfuit, docet, dum decem & octo „ menses tradit intercessisse ab eo tempore „ usque ad Synodum Remensem habitam an„ no sequenti mense Junii. Ita Baronius. Verum *Gerbertus* in fragmento Epistolæ ad *Vilderodum* Argentinensem Episcopum, quæ continet apologiam ejusdem Synodi Remensis, quam Epistolam ipsemet Baronius an. CMXCII. n. XXXIX. & seq. recitat, non refert menses illos XVIII. ad Synodum Remensem, sed ad Arnulfi cum Hugone Rege reconciliationem. Hæc Gerberti verba: *Conjuratorum manum contra suum Regem ejusque exercitum in aciem sub signis Caroli* (Lotharingiæ Ducis) *produxit. Interea Legatis & literis Synodicis Romanus Pontifex, ut Ecclesiæ turbatæ subveniat, ammonetur. Sed neque Legatis neque literis consulentibus consulit. Itaque gravium Episcoporum facto consultu Legatis & literis Synodicis ac mili ammonitione Arnulfus conventus*, DECEM ET OCTO CONTINUIS MENSIBUS, *ut a cæpto furore desisteret, seque a scelere proditionis & rebellionis, quo impetebatur, regulariter purgaret, noluit. Sed cum a se fautores maximos nequitiæ suæ discedere sensit, territus Regem adiit, novisque sacramentis ac no*vis

formam judicii dare volueritis. Hæc ad Joannem Romanum Pontificem Hugo Rex Francorum, qui & commovit adversus eumdem Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum, omnes comprovinciales Episcopos, ut contra eum litteras scriberent ad eumdem Joannem Papam, quem rogarent, ut ipsum Arnulphum Episcopatu privaret, & alium in locum ipsius subrogaret. Ipsæ autem litteræ sic se habent (a):

(a) Ibid. cap. 10.

III. Epist. Epis. Rheme. diœc. ad Joan. Pap.

Domino ac Reverendissimo Papæ Joanni, Episcopi Rhemorum diœcesos.

Non sumus nescii, beatissime Pater, jamdudum oportuisse nos expetere consulta S. R. E. pro ruina atque occasu sacerdotalis ordinis; sed multitudine tyrannorum pressi, longitudine terrarum semoti, desideria nostra hactenus implere nequivimus. Nunc itaque vestro examini non sine magno dolore perferimus novum atque inusitatum crimen Arnulphi Remorum Archiepiscopi, qui famosus apostata factus locum Judæ traditoris olim in Ecclesia tenet. Qui filius quondam Ecclesiæ Laudunensis, cum Episcopum suum dolo & fraude ceperit, Ecclesiam ejus pervaserit; ad cumulum suæ damnationis Rhemensem sibi creditam cum Clero & populo captivavit. Nec movet eum nostra vocatio, vel potius saluberrima exhortatio, non Archiepiscoporum comprovincialium multoties repetita canonice facta coram Deo & Angelis ejus professio, non chirographi in conspectu Ecclesiæ recitata descriptio, non numerosa sacramenta morte excogitata consilii. Stant sua vitio quamplures Ecclesiæ pastoribus viduatæ. Pereunt innumerabiles populi sine sacerdotali benedictione & confirmatione. Ipse factione tyrannica, divina humanaque jura contemnens, tyrannidem exercet, Regibus nostris, Hugoni videlicet & Roberto ejus filio, a quibus tantam gloriam gratis consecutus est, interitum meditatur.

IV. *Ergo tandem ad monstra perditissimi hominis expergefacti, venimus in sententiam Domini dicentis: (b) Si peccaverit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit; adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore testium duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Adesto, pater, ruenti Ecclesiæ, & sententiam ex sacris Canonibus promulgatam, vel potius ab ipsa veritate prolatam profer in reum. Sentiamus in vobis alterum Petrum defensorem & corroboratorem Christianæ Fidei. Ferat sancta Romana Ecclesia sententiam damnationis in reum, quem universalis damnat Ecclesia. Suffragetur nobis vestra auctoritas, & in hujus apostatæ dejectione, & in ejus qui domui Dei præesse possit Archiepiscopi nova ordinatione, simulque invocatis Episcopis nostris fratribus, necessaria promotione: ut sciamus & intelligamus, cur inter cæteros Apostolatum vestrum præferre debeamus.* Hucusque ad Joannem Pontificem Episcopi Rhemensis provinciæ. Sicque duæ legationes, a Rege una, altera vero ab Episcopis tunc simul eadem ex causa missæ sunt Romam.

(b) Matt. 18.

V. At sicut adversus Arnulphum ab Hugone Rege & Episcopis (ut vidisti) missæ sunt Romam litteræ: ita e contra pro Arnolpho ab Heriberto Comite (hic erat socer (c) Caroli Regis Francorum) missi sunt Legati ad eumdem Pontificem. Si in causa propria credendum est Gerberto de Actis, quæ scripsit Rhemensis Concilii, cum ait (d) de his duabus legationibus Romam ad Joannem Pontificem missis, tradit pervenisse Legatos Heriberti Comitis, eosdemque muneribus præoccupasse Joannem Romanum Pontificem. Ita quidem ipse, qui ejusdem Pontificis auctoritate jussus ab occupata a se Rhemensi sede ignominiose deponi, in eumdem commotus, nihil remisit injuriarum; & non ob aliam causam post suam degradationem ejusdem argumenti diversa scriptorum genera elaboravit, atque edidit, quam ut in eumdem Romanum Pontificem, ipsamque

(c) Aim. l. 5. cap. 44. in fin.

(d) Gerb. de Conc. Rhemens. cap. 27.

PAGIUS

vit verum conditionibus REGIÆ MENSÆ PARTICEPS FACTUS EST; *atque ita ira Regis sedato omni crimine se exutum credidit.* Quare menses illi XVIII. ad ea quæ anno anteriori gesta fuerant, non vero ad ea quæ post eam Epistolam ad Episcopum Argentinensem datam contigere, omnino pertinent. Arnulphus itaque anno CMLXXXVIII. Archiepiscopus Remensis creatus est. *Necdum a sua ordinatione sextus mensis elapsus erat, & ecce quasi tempestas urbem ab eo proditam hostis invasit, Sanctuarium Dei polluit, spolia diripuit, Clerum & populum captivavit. Post hæc vero Arnulphus suos prædones sub anathemate posuit atque ut idem facerent, Galliarum Episc. imperavit,* uti scripserat antea Gerbertus in eadem ad Episcopum Argentinensem Epist. respiciens ad Synodum Silvanectensem. Quare *Arnulphi* proditio, & Silvanectensis Synodi celebratio anno CMLXXXVIII. sexto nempe mense ab ordinatione Arnulphi, acciderant; ac menses præfati XVIII. ab eodem Christi anno inchoati, anoque CMXC. prioribus mensibus absoluti fuere.

II. Arnulfus iterum adversus Hugonem Regem rebellis.

Præterea Baronius num. I. in margine citat Gerbertum de Concilio Remensi loquentem, & querelam Romani Pontificis commemorantem: *Sed neque*, inquit Gerbertus, *Primati Romano injuriam illatam, eum per octodecim menses litteris & Legatis commonitus respondere noluerit. Non enim ejus silentium aut dissimulatio, vel nova constitutio jam constitutis præjudicat legibus.* At hi menses XVIII. referun-

que Apostolicam Sedem coutumeliarum plaustra componeret.

VI. Ita qui monachus quondam Auriacensis cœnobii, liberalibus artibus potius, quam theologicis litteris excultus, sub specie instituendi filium Hugonis Regis Robertum, cum monasterio, monasticam quoque verecundiam missam fecit, curialis inter curiales (secundum illud propheticum: (a) Conversati sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum) sic profiteri cœpit, ut garrulitate, dicacitate, oblocutione, detractione, adulatione, animi duplicitate ad simulandum atque fallendum summa dexteritate compositus omnes facile antecelleret, prout quæ inferius non aliunde, quam ex ejus scriptis intelliges, fidem sicut apertissimam, ita & certissimam faciunt: cum alioqui ab hujus temporis scriptoribus non ab his diversis coloribus repræsentetur, cum hominem ingenio acerrimum, in suis ad altiora progressibus valde providum (ut docuerunt eventa) fuisse demonstrent, dum homo ignobilis, ut (b) Glaber testatur, primo ad regiam aulam, inde ad Rhemensem Archiepiscopatum sibi aditum præparavit, postea ad Ravennatis Ecclesiæ præsulatum aperuit viam: atque demum ut Imperatoria manu ad Apostolicam Sedem, cæteris eminentiorem Petri thronum extolleretur, præparavit tamquam summus summæ gloriæ suæ artifex & architectus idonea ad id perficiendum instrumenta, composita inventione Dedalica, quamvis plerique dixerint, diabolica, nempe vetita magia, quæ per dæmonum invocationem perfici consuevit.

(a) Psal. 105.

(b) Glab. l. 1. c. 4.

VII. Verum non sic comparati sumus, ut quæcumque de malo homine scripta feruntur absque disquisitione diligenter exhibita admittamus, sed illa dumtaxat, quæ veris certisque testificationibus proferantur. Immo (quod tu mireris) cum de isto agemus Romanæ Ecclesiæ perduelle, non alterius cujusque magis quam sui ipsius ad significandum qualis fuerit, scriptis utemur; ut ipsius calamus sit penicillus; quo ejus naturalis effigies efformata, qualis ipse fuerit tamquam in tabula expressus picturæ vultus omnibus innotescat.

VIII. Extant siquidem ejusdem Gerberti eadem scriptorum monumenta, ab ipso in hac causa Arnulphi, multiplici genere edita, sed uno argumento, non tam historico more, quem ut ipse profitetur rhetorico, dum versatur totus in acerrimis invectivis, tuncque temporis ab eo concinnata, cum exæstuaret vehementi iræ calore, quod ipso ab adepta malis artibus sede rejecto, in eam a Joanne summo Pontifice Arnulphus fuerat restitutus. Porro istiusmodi scripta Gerberti, tamquam ingens thesaurus inventus, a Novatoribus in odium Romanæ Ecclesiæ sunt in lucem prodita, duplicique editione vulgata, altera (c) cum aliis intextis blasphemiis & annexis mendaciis, altera seorsum anno superiori millesimo sexcentesimo Francofurti apud hæredes Andreæ Wechelii hoc titulo cusa:

(c) Cent. 10. cap. 9. col. 457.

IX. De pseudosynodo habita pro Gerberto.

Synodus Ecclesiæ Gallicanæ habita Durocortori Rhemorum sub Hugone A. & Roberto Francorum Rege cum Apologia ejusdem Synodi scripta a Gerberto tum quidem Archiepiscopo Rhemensi, postea Romano Pontifice, ex vetusto codice Miracensis quondam monasterii. At si a titulo incipias controversiam, plane consenties in eo magnopere erratum esse, cum non Synodus, sed pseudosynodus dicenda fuisset. Quomodo enim nominanda Synod. illa, quam in posteriori Concilio legitime congregato, cui cum Gallicanis Episcopis legatio interfuit Apostolica, abrogatam fuisse constat, nemine discrepante, nisi misero Gerberto, qui in ea depositus fuit, consentientibus cum Episcopis ipsis etiam Francorum Regibus Hugone atque Roberto, recipientibus iisdem restitutum Arnulphum? Sed de his fusius suo loco agendum erit inferius: modo autem rerum gestarum incboatam historiam prosequamur, quæ prodantur ab eodem ipso Gerberto in Romanam Ecclesiam, a qua sede privatus fuerat, tunc infensissimo, cui nonnisi eadem quæ hosti fides debeat adhiberi. Cum enim de legationibus bis hoc anno Romam contra Arnulpum missis agit, hæc ait: (d) *Legatos tantum scripta porrexisse Romano Pontifici, primoque se blande acceptos esse. Postea vero quam Herberti Comitis Legati equum* cor-

(d) Gerb. de Synod. Rhe. cap. 27.

PAGIUS feruntur quidem ad Synodum Remensem, quæ Arnulfum ab Archiepiscopatu Remensi deposuit, sed ea non anno CMXCII. ut arbitratus est Baronius, sed anno CMXCI. congregata. Quare cum die XVII. mensis Junii illius anni habita fuerit, hi menses XVIII. eo die absoluti, & circa medium mensis Decembris anni nongentesimi octogesimi noni incœpti. ideoque & eo tempore *Arnulphus* cum Hugone Rege reconciliatus, vel saltem sub initium anni CMXC. an enim Gerbertus menses illos integros vel incompletos numeret, divinare non possumus. Intra hos ultimos menses XVIII. contigere quæ ipsemet Gerbertus in Epistola ad Wilderodum post laudata superiori numero verba statim subjungit: *Atque ita ira Regis sedata omni crimine se exutum credidit. Indeque mox rediens fidem sacramentorum rupit* (nempe circa initium anni CMXC.) *conditionibus non servatis. At ii quorum intererat, totiens se decipi, totiens bonis suis privari non ferentes, Lauduni arcem occupant* (anno nempe CMXCI.) *Arnulphus inter hostes Regis invenitur, Synodo* (Remis eodem

Res cum legatis Romæ, transactæ.

corpore præstantem, niveo colore insignem cum aliis muneribus Pontifici obtulerunt, sed per triduum ante januas palatii defatigatos, nec admissos, infecto negotio rediisse. O longanimes Legatos, qui expectatione trium dierum fessi, ulterius expectare noluerunt in tanta undique ex toto Christiano orbe cum multiplicibus negotiis adventantium, velut imbre, frequentia! Pergit Gerbertus, alio ex capite notam inurere Eccl. Romanæ laborans:

X. *Adstipulantur*, inquit, *etiam huic rationi, de causa scilicet, cur re infecta Legati inauditi recesserint, Brunonis Episcopi præsentes clerici; qui se pro ejus captione Romanum Pontificem adiisse dicebant, a quo maledicta in reos, nempe anathema, ex auctoritate Apostolica expeterent: cujus ministri summam solidorum decem dari censebant. Quibus derisit, eo quod si pecunia redimi posset, nec mille talenta moras inferrent: hoc tandem in responsis ab ipso Pontifice acceperunt, ut ipse pro quo captus esset, bene illi prospiceret.* Hæc Gerbertus, plane significans, pecuniam a ministris petitam, non a Pontifice acceptam, qui alia via captivo Episcopo consulendum esse respondit, non excommunicatione quam venerant accepturi. Inferius vero ipsius etiam Gerberti testificatione probatur, ejusmodi exactionem fieri solitam a Crescentio tyranno ipsam Urbem, atque eum ea Pontificem occupante.

XI. Vafrum Regis consil.

XI. Sed antequam ulterius progrediamur, detegam opus est, adversariorum in depositione Arnulphi Rhemensis Archiepiscopi vafrum consilium, quod ex iisdem Actis accurate pervestigatis deregitur, illud nimirum; quod cum Rex ipse Hugo nihil magis optaret, quam eumdem Arnulphum e throno deponere, in ordinemque redigere, & ad hoc plurium sibi faventium induxisset Episcopos: cum id perficere ipsis nullo modo daretur, Sede Apostolica inconsulta, penes quam essent judicia Episcoporum & Archiepiscoporum deferenda, omnesque majores causas spectare scirent ad ipsum Romanum Pontificem, eumque vererentur ob iniquam quam agerent, causam, ipsum Rom. Pontificem adversantem se fore pas-surus: illud quod audisti sunt meditati perficere, nempe cum quod juberent leges Ecclesiasticæ de adeundo Romanum Pontificem, ipsi videri volebant explesse; quod tamen minus perfici vellent, pro excusatione tantummodo ipsis esse deberet; sicque ipsis Legatis dederint in mandatis, ut redditis litteris Apostolico, post triduum ab Urbe, re infecta recederent, unde ipsi ansam arriperent, ut Arnulphi causam tractarent, & judicarent, eo quod Apostolica Sedes duplici legatione conventa, inauditos sivisset abire Legatos; satis sufficere existimantes, eo modo Sedem Apostolicam pro Arnulphi causa interpellasse. Id autem illis fuisse in consilio, hocque meditatos esse, declararunt eventa, cum in ipsis Actis nihil frequentius inculcarint, & vehementius exaggerarint, quam quod jure agerent in Arnulphum, cum de ipso consultus Romanus Pontifex, rem silentio præterire voluisset, nec refragatus vel in minimo esset, sicque ex eo silentio intelligi debere, judicandi facultatem in Francorum Episcopos devolutam. Qui eo modo judicium inchoantes, eumdem Arnulphum vocarunt ad Synodum, ubi reus assisteret judicandus. Cum vero ipse Arnulphus existeret apud Carolum, excusaretque se ab illo haberi captivum, nec alio proficiscendi posse impetrare licentiam: tunc Hugo Rex Francorum illud omni studio agere cœpit, ut Arnulphum vi captum constitueret in Synodo condemnandum, quod ex sententia evenit; factumque id anno sequenti, ut suo loco dicturi sumus. Hæc satis de ejusmodi controversia in his, quæ ad anni hujus res gestas spectare noscuntur, reliqua suo loco anno sequenti dicturi sumus.

XII. Meisconis Ducis Poloniæ primi Christiani obitus.

Hoc ipso anno, qui numeratur Ottonis Regni octavus, moritur Miseco alias dictus Meisco primus Dux Polonorum Christianus. Ditmarus enim hujus temporis auctor id testatur, & quomodo per conjugem ad Fidem Christi sit perductus describit; primumque narrat ipsum uxorem accepisse sororem Boleslai Ducis Bohemiæ, feminam Christianam *, Dabravam nomine dictam. (quæ vox Sclavonica interpretatur La-

* Dobberam.

PAGIUS dem anno coactæ) *repræsentantur, pro tot tantisque flagitiis rationem reddere deposcitur*, &c. Utraque itaque Arnulfi rebellio per menses XVIII. duravit, & in universum annos tres, ab anno CMLXXXVIII. sexto Archiepiscopatus ejus mense inchoandos.

III. Ad num. XII. & seq. *Miesco* seu *Misitho* vel *Michovio* vel *Mieczulaus* seu *Miecislaus* primus Polonorum Dux, qui Christianam religionem in eam gentem intulit, anno tantum sequenti e vivis excessit, ut diserte docet Chronographus Hildensheimensis ad annum CMXCII. ubi ait: *Mifaco obiit, successitque ei filius illius Boleslavo*, seu Boleslaus cognomento *Chrobry*. Baronius ex Ditmaro lib. 4. pag. 46. *Misiconis* Ducis mortem in præsentem annum confert. At Ditmarus contrarium asserit, ait enim: *Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCXCII. regni autem tertii Ottonis octavo, hic præfatus Dux jam senex & febricitans ab exilio hoc ad patriam transit.* Ubi loco, *regni autem tertii Ottonis, octavo* legendum, *regni autem tertii Ottonis nono*, cum is die Natali Christi anni CMLXXXIII. Ottoni II. patri successerit.

Moritur Miesco Dux primus Polonus Christianus.

Se-

tine Bona) quomodo autem per mulierem fidelem conversus est vir infidelis, ita describit (a): *Hac* (inquit) *Christo fidelis dum conjugem suum gentilitatis errore detentum sedula revolvit angusta mentis deliberatione, qualiter hunc sibi sociaret in Fide, ei omnimode placere studuit, non propter triformem mundi hujus nocivi appetitum, quin potius propter futuræ mercedis laudabilem, ac universitati Fidelium nimis desiderabilem fructum, qui conjunctionem prædictam proxime sequebatur.*

(a) Ditm. lib. 4. Chron.

XIII. *Hæc sponte sua fecit ad tempus male, ut postea diu operari valuisset bene. Nam in Quadragesima cum eu se abstinentia carnis & afflictione corporis sui decimationem Domino acceptam offerre conaretur, dulci promissione a viro suimet propositum frangere rogatur. Illa autem ea ratione consentit, ut alia vice ab eodem exaudiri facilius potuisset. Quidam dicunt eam in una carnem manducasse Quadragesima, alii vero tres. Audisti Lector delictum ejus, modo considera fructum elegantem piæ voluntatis illius: laboravit enim pro conversione conjugis sui, ac exaudita est a benignitate Conditoris sui, cujus infinita bonitate persecutor suimet studiosius resipuit, cum crebro dilectæ uxoris hortatu innatæ infidelitatis toxicum evomuit, & in sacro baptismate nævum originale detersit. Et protinus caput suum & Seniorem dilectum membra populi hactenus debilia subsequuntur, & nuptiali veste recepta, inter cæteros Christianos adoptivos numerantur. Jordan primus eorum Antistes multum cum eis sudavit, dum eos ad superna cultum vineæ sedulo, vel verbo vel opere invitavit. Tunc gratulabantur legitime conjuncti, prædictus vir & nobilis femina, illisque subdita omnis familia gaudebat se in Christo nupsisse. Post hæc peperit bona mater longe sibi degenerem filium, multarumque perniciem genitricum, quem nomine fratris sui Bolislaum appellavit.* Hæc omnia Ditmarus, subditque de ejusdem obitu piæ feminæ; post quam idem Dux junxit sibi monialem, Odam nomine, ex qua tres filios generasse tradit, ita rudis in fide, æque opere incultus adhuc permanens inconcessa tentavit, quem defunctum hoc anno (ut dictum est) tradit octavo Tertii Ottonis regnantis.

Jordan vir Apostolic.

XIV. Hoc anno defuncta * Aloara Pandulphi Capuani Principis relicta vidua uxore, defecit ex ea stirpe Capuæ Principatus, Deo justum sanguinem ulciscente; sicut sanctus Nilus illi prædixerat. Hæc autem memoriæ digna ut exacte noscantur, sciendum est ex Leonis (a) Ostiensis testificatione, ipsum Pandulphum Principem occisum esse in clade illa postrema Ottonis Secundi Imperatoris, cujus munificentia datus est Principatus tam uxori Aloaræ, quam duobus ejus filiis. Tenuit vero ipsa annos octo, quem accepit Principatum anno Redemptoris nongentesimo octuagesimo-tertio. Quomodo vero crudelis femina propagare satagens Principatum in filios, & ipsum perdidit Principatum atque filios in vita sanctissimi Nili ab ejus conscripta discipulo enarratur his verbis:

* Aruara Capuæ Principatus Aloaræ datus.

(a) Leo Ost. lib. 2. cap. 9. & 15.

XV. *Mortuo prædicto Pandulpho, qui erat Princeps Capuæ, ejus uxor Aloara dicta non secus ac si maritus viveret, universæ illi regioni præerat & dominabatur. Hæc dominii zelo, vel potius satanica invidia occupata instigat duos filios suos qui remanserant, ut interficerent unum ex Comitibus nepotem illius existentem quasi potentia præstantem, & ab omnibus honoratum. Quod illi effecerunt: ipsa enim illius consanguinea cum illum allocutura ad se vocasset, & ipse absque malitia ad eam intrasset, occasionem opportunam ejus rei nacti ejus filii prosilierunt in ipsum, & gladio interfecerunt. Horum mater pœnitentiam simulando, accersit supplex B. Nilum ad se tamquam acceptura ab eo peccati dignam pœnitentiam. Beatus vero Nilus ejus precibus annuens, cum ad civitatem venisset, currebant omnes ad vias publicas, ut viderent reverendum ejus aspectum, & obtinerent ejus benedictionem. In quibus diaconissa quædam monasterii præposita cum suo sacerdote juvene existente & ætate florente ac robu-*

S. Nilus redarguit Diaconissam.

PAGIUS Sequendus itaque Ditmarus non in anno Regis Ottonis, sed in anno Incarnationis. Suscepit paternum Principatum *Boleslaus* primus, quem Ditmarus crudelitatis insimulat. Chromerus vero laudat.

IV. Hic Princeps, inquit Chromerus lib. 3. de Boleslao loquens, Polonorum nomen Regia di-
„ gnitate externorum Principum necessitudini-
„ bus & clarissimis rebus gestis vehementer
„ illustravit. militarem disciplinam auxit,
„ Regni fines longe lateque propagavit: re-
„ ligionem stabilivit, & augustiorem reddidit:
„ denique feros ac agrestes homines ad civi-
„ liorem aliquanto vitæ cultum redegit. Sed quoad *Misichonem*, de eo dicitur in libro de Miraculis Sancti Udalrici Augustensis Episcopi, Vitæ ejus a Gerardo Presbytero Sancti Antistitis familiari scriptæ, subjuncto, capit. 29. quod cum *sagitta toxicata* in brachio vulneratus fuisset, votum vovisse, ut brachium argenteum cum manu ad *Sanctum Udalricum* mitteret, & continuo per merita Sancti Episcopi de mortis periculo illum liberatum fuisse. *Misichonem* hic Auctor, qui hoc sæculo vixit *Vvandalorum* Ducem appellat, & Cosmographus Hildenheimensis *Sclavorum* Ducem. Hi loquendi modi observandi, ut hujus temporis Auctores melius intelligantur. *Misicho* itaque Princeps fuit pietate insignis. Da-

Miesco Dux pietate insignis.

busta, cum collegisset etiam alias virgines suas, quibus ipsa præerat, exiit ut obviam iret beato Nilo. Ille vero cum prophetico spiritu conspexisset eorum gesta, occursum ipsarum non curavit, sed potius ut gladius igneus austera voce & terribili vultu se ipsis objecit, inquiens: Quid vobis & juveni isti, ut vos quæ videmini virgines, cum ipsi simul habitetis? An ignoratis, quod hic est vir, & ipse ignorat quod vos estis mulieres? Si Deum non timetis, homines cur non reveremini? Revera in vobis non video justitiæ fructum. His illæ auditis, cum oporteret vereri & horrere beati Nili ingenuitatem, recesserunt dicentes: Non est hic servus Dei, sed diabolus. Et statim sequenti die inventus fuit presbyter ille cubans cum diaconissa illa sua consanguinea, & hoc auditum est per universam civitatem illam.

XVI. Quæ S. Nilus ad Aloas.

Venit itaque beatus Nilus ad palatium Aloaræ. Quæ cum illum vidisset, tremens facta, procedit ad pedes ejus, errorem suum confitendo, ut veniam obtineret. Ille vero cum ipsam sublevasset: Ne facias hoc, dixit, quoniam ego etiam homo sum peccator, nec habeo facultatem ligandi & solvendi: Vade ad Episcopos, qui hæc judicare possint, & quodcumque tibi dixerint illi, facito. Illa vero respondit: Episcopis peccatum meum confessa sum, & illi præceperunt mihi, ut psalterium legerem ter in hebdomada, & eleemosynas facerem indigentibus. Precor etiam sanctitatem tuam, serve Dei, ut a te audiam, quod utile est, & veniam obtineam peccati mei. Beatus Nilus respondit: Psalterium percurrere, & dare eleemosynam, tibi & indigentibus utilitatem affert; illi vero, qui occisus est, salutem non confert, neque mærorem eorum, qui plorant interitum ejus, solvet: quid enim tantum das, quantum offendisti? Si vero omnino volueris etiam a me humili consilium accipere, & facere voluntatem Dei: ecce dico tibi: Trade unum ex filiis tuis, propinquis defuncti, ut de eo faciant quodcumque voluerint: & ita a peccatis eris absoluta. Dixit enim Deus, quod ex manu hominis fratris ejus requiram animam, ipsius videlicet hominis. Et (a) (a) Num. 35. *Quicumque fuderit sanguinem hominis, pro illius sanguine sanguis ipsius fundetur. Et iterum (b):* (b) Mat. 26. *Quicumque gladium apprehenderit, gladio morietur. Non enim tu es impotentior Saul Rege, nec Judice Jephte, qui propria voluntate filios suos morti tradiderunt.* Hæc Sanctus ille prophetico afflatus spiritu (ut patefecit eventus) bene consuluit feminæ illi, præstare nimirum alterum filiorum adversariorum manu necari, quam fratris, ut accidit. Ad quæ illa respondit: *Non possum hoc facere, verear enim ne aliqua pacto ipsum occidant. Tunc beatus Nilus zelo divino plenus respondit: Hoc dicit Spiritus sanctus: Sanguis filii tui effundetur pro illo sanguine, quem tu injuste effudisti, & peccatum hoc non delebitur e domo tua in sæculum: nec ullus amplius ex semine tuo imperabit huic civitati. Sed evertetur, & conculcabitur ab hostibus suis, eo quod confisa es potentiæ tuæ, & non didicisti, quod Dominus pauperes facit & ditat, humiliat & sublevat.*

XVII.

Quibus illa auditis cœpit flere, & lamentari, & cum implesset manus suas auro, offerebat illud beato Nilo, putans se illum ita placaturam. Ille vero ab omni affectu alienus, revera neque lacrymis mulieris fractus, neque captus auri copia, neque potentiam ejus veritus, cum disrupisset cubiculi velum, ut cervus prosiliens, abiit, hoc secum cogitans (ut ipse dixit) quod diabolus ita affirmavit: Iste monachus pulvis est, irrigabo illum aqua lacrymarum mulieris, & jam efficiam ipsum lutum, ut eum effingere & formare possim ut volo. Et hoc pacto Nilus opere perficiebat illud: (c) Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. (c) Mat. 10. *Similiter implens Apostolicum præceptum, quod ait: (d) Ne communices pec-* (d) 1. Tim. 5.

PAGIUS V. *Anglia Danis vectigalis redditur.*

Danis littora Angliæ infestantibus, eodemque tempore, ut Anglorum vires distraherent, varias urbes oppugnantibus & barbara crudelitate deprædantibus, *Ethelredus* Rex, uti narrat Hovedenus part. I. Annal. pag. 428. malo remedium quæsiturus Senatum vocat; ubi pauci erant, qui vim viribus opponere censerent, plures vero quibus nota Regis ignavia, & inter hos Princeps ponitur *Sivicius* Cantuariensis Archiep. ducebant Danorum animos pecunia, non ferro placandos; horum *consilio*, inquit Hovedenus, *Danis tributum, quod erat decem librarum* (legendum, *decem millium librarum*, ut Huntindoniensis pag. 357. & novus Chronographus Saxo habent) *primitus datum est: ut a crebris rapinis, incendiis, & hominum occisionibus, quas circa maris ripas frequenter agebant, desisterent; pacemque firmam cum eis tenerent.* Nunc ergo primum in singula civium capita decretus census, de quo in Eduardi Confessoris legibus, apud Hovedenum pag. 603. legitur: *Danegildi* (ita census iste vocabatur) *redditio, propter pyratas primitus statuta est. Patriam enim infestantes, vastationi ejus pro posse, insistebant. Ad eorum insolentiam reprimendam statutum est Danegeldum annuatim reddi: scilicet duodecim denarios de unaquaque hida* (quæ erat certa terræ portio) *totius patriæ, ad conducendos eos, qui Pyratarum irruptioni resistendo obviarent.* Duravit hæc servitus ad decimum Eduardi Regis annum, seu ad annum MLI. & aliquando hoc servitutis genus auctum fuit, ut hoc anno apud Alfordum videre est. Quoad Ecclesiam, ita lex cavebat: *De Danegeldo omnis Ecclesia libera est, & quieta, & omnis*

peccatis alienis. Et tunc beatus Nilus secessit in monasterium suum. Nec multum temporis intercessit, & ejus prædictio effectum est consecuta: filius enim junior prædictæ Aloaræ Principatus zelo majorem fratrem in Ecclesia orantem gladio interfecit. Ille vero e contra a Rege Francorum hac de causa vinctus agebatur. Et tandem brevi tempore tota illorum superbia defecit, & coram potentia periit. Hæc de his verax auctor: consentientia his etiam habet (a) Leo Ostiensis, addens, quod his deficientibus, Principatus Capuæ datus est tunc ab Ottone tertio Imperatore cuidam Adèmario Balsami clerici filio secum a puero educato, quem unice diligebat. Sed de his hactenus.

(a) Leo Ost. lib. 2. cap. 10. 15.

An.

PAGIUS *mnis terra, qua in proprio dominio Ecclesia erat; ubicumque jacebat; nihil prorsus in tali redemptione persolvens: quia magis in Ecclesia confidebant orationibus, quam in armorum defensionibus, usque ad tempora Guillelmi Junioris, qui Rufus vocabatur.* Hæc in legibus Eduardi Regis num. XI.

VI. *Taius, Lilla* Calipha Babyloniensis depositus fuit anno Hegiræ CCCLXXXI. die XIX. Schabani, qui respondet diei trigesimo mensis nostri Octobris. Ei eadem die succedit *Cadirus Billa* Calipha XLVI. Bagadensis, quæ fuse Elmacinus lib. 3. narrat.

Deponitur Calipha Bagadensis.

I. De Rhem. pseudo Synod. tempore.

ANnus Christi nongentesimus nonagesimussecundus sequitur, quinta indictione inchoatus, quo apud Rhemos in Galliis celebrata est pseudosynodus adversus Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum, in qua ipse est exauctoratus Arnulphus, & in ejus locum subrogatus Gerbertus, de quo anno superiori. De ipsa acturi, primum omnium de tempore elucidanda obscuritas, quæ vitio scriptorum irrepsisse videtur, cum uno eodemque contextu diversa ponantur, nimirum cum primum ponitur hoc ipso anno Redemptoris nongentesimo nonagesimosecundo celebrata, sed tamen quarta ponitur habita Indictione, quæ potius quinta ponenda fuisset. Verum cum statuta dictæ Chronologiæ annorum Christi alia cohæreant, dicendum omnino in numerum Indictionis mendum irrepsisse, ut loco quartæ, quinta restituenda sit. Nam dum in priori (a) editione id factum ponitur anno Ottonis Imp. nono, præsentem quidem annum demonstrat; dumque etiam in posteriori editione id pariter gestum scribitur anno quinto Hugonis Regis Francorum, idipsum firmius astruit, cum hic ipse annus ejusdem Regis numeretur. Ita enim in priori editione: *Anno ab Incarnatione Domini nostri JESU Christi nongentesimo nonagesimosecundo, Indictione *quarta, anno Regni domni Ottonis Augusti nono, & excellentissimi Regis Hugonis quarto, congregata est Synodus in territorio Rhemensi*, &c. Et in posteriori editione sic: *Anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimoprimo Indictione quarta, anno quinto Hugonis*, &c. Hæc de his, quæ ad tempus spectant. Jam vero reliqua videamus quæ congessit Gerbertus in Romanum Pontificem.

(a) Cent. 10. cap 9. col. 460.

* quinta

II. Acta Synodi a Gerberto qualiter edita.

Quod autem ad ipsius conciliabuli acta pertinet: ipsa quidem (quod optandum fuisset) pura, simplicia, sincera, sicut ab exceptoribus notariis, vel aliis scripta fuere, absque aliquo additamento, vel interpretatione paraphrastice addita, mutationeve aliqua facta minime extant, sed ea tantum, quæ ab adversario in sui defensionem contra Romanum Pontificem scripta sunt ad ejusdem conciliabuli roborandam auctoritatem, ex quo ipse exauctorato Arnulpho, consecratus est Rhemensis Ecclesiæ Archiepiscopatum. Ita plane esse reddita a Gerberto eadem Acta Rhemensia, ejusdem testificatione scriptis prodita, proxime auditurus eris. His igitur quanta sit fides adhibenda, quæ adversarius exæstuans furore ob ademptam sibi a Romano Pontifice cathedram tam sublimis Ecclesiæ scripsit, pro qua obtinenda sæpe certasse Principes constat, quisque animo liber, nulla privata præpeditus affectione consideret. Par erat, si qua apud ipsum de justa causa fuisset parta fiducia, ipsa synodalia Acta, ut se habuerint, sincerissime absque vel unius apicis mutatione descripta, recognita, obsignataque testificatione Patrum, omni fidem unita edere, ut docuere majores, præcipue Augostinus de Gestis cum Donatistis.

III. De mala fide Gerberti.

At nec ita quidem ab eo in omnibus, quibus jure tenebatur astrictus, plene, omninoque satisfactum fuisset, ea tantum edendo, quæ contra adversarium in sui favorem transacta esse scirentur, relinquendo obvoluta, immo penitus sepulta silentio, quæ duabus sequentibus Synodis contra se scirentur synodali judicio actitata, quibus fuit e sede ignominiose dejectus, & qui fuerat inde depositos, restitutus. Hæc exiguntur ab ho-

---

PAGIUS SÆC. X.

	ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6485.
Anno Eræ Hisp. MXXX.	☉ 22. CB. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 5.
	JESU CHRISTI 992.
Anno Hegiræ CCC-LXXXII.	JOANNIS XV. PAPÆ 8.
inchoato die 9. Martii	OTTONIS III. REG. 10.
fer. 4.	BASIL. & CONST. IMPP. 17.

A.C. 992.

I. Epocha Synodi Remensis.

ANnum. II. ad XIII. Diem congregatæ Synodi Remensis, in qua *Arnulfus* Archiep. Remensis depositus, & *Gerbertus* in ejus locum *substitutus, recte notat Baronius num. XII. ex ipsomet Gerberto, nempe XV. Kalend. Julii*, seu diem XVII. mensis Junii, non item annum. Eam enim anno superiori habitam fuisse, docet accurata editio Actorum, quæ Duchesnius Tom. IV. pag. 101. recitat, & quorum initium est: *Anno ab Incarnat. Domini nostri Jesu Christi DCCCCXCI. indictione IV. anno V. Regni domni Hugonis Augusti & Excellentissime Regis Roberti congregata est Synodus in Remensi territorio*, ubi Hugo pro Rege *Augustus* dicitur; ut etiam in quibusdam Diplomatis Lotharius Rex ejus decessor *Augustus* & Angliæ Reges *Basilei* appellantur. Ex hac epocha, quæ certa est, liquet *Arnulfi* Archiep. Remensis Historiam, quæ non parvis tenebris obducta, recte a nobis in suos annos digestam fuisse.

II.

Legati *Hugonis* Regis, qui Romam ad Joannem XV. missi fuerant, ut in dejectione *Arnulfi*, & novi Archiepiscopi ordinatione, ei & Episcopis Galliarum suffragarentur, re infecta, Roma rediere, tum quia moræ impatien-

homine libero, justæ causæ fidente, veritate pollente, ut ob oculos omnium cuncta penitus quæ sunt gesta, intuenda proponat, consideranda relinquat, securus conscientia, justitia tutus, secundum illud Proverbiorum: (a) *Justus ut leo confidens absque terrore erit.* Contra vero quærat diverticula, recessus, anfractus, latibula capiet, cui ex conscientia nulla fiducia, ex veritate nulla securitas, & ex justitia munimen abest, prout plane fecisse Gerbertus videtur, sese uti serpens spiris involvens, & abdens; sed tunc capite prodiens, cum linguis micans ore trisulcis, blasphemat. At liberaliter donemus ei cuncta, quæ de hac Synodo gesta refert, vere tunc inter ejus Synodi Episcopos esse transacta: nihil est tamen quod de his lucrum capiant Novatores, qui ea cuncta ad sugillandam Romanam Ecclesiam e latebris eruentes tamquam e sepulcro cadaver grave olens, iterum edidere: utpote quod ea esse constet abolita tamquam iniqua atque blasphema a posteriori Synodo Rhemensi, de qua inferius suo loco erit agendum.

(a) Prov. 28.

IV. Ex posteriori priori Synodo derogatur.

Sed etsi ista ad eludendum omnes Gerberti & recentium Novatorum conatus satis superque esse cuique prudenti videri possint, cum nemo posteriori eidem Synodo, nisi unus Gerbertus fuerit refragatus, qui ejus sententia a Rhemensi sede male occupata exulare sit jussus, reliqui vero Episcopi, & ipsi Francorum Reges Hugo atque Robertus, nullo resistente, nemine discrepante, in Apostolicæ Sedis Legati sententiam sponte omnes abierint: tamen ad cuncta, quæ idem Gerbertus in Ecclesiam Romanam oblatrat, suis ipsius scriptis sive invectivis sive apologeticis, respondeamus, & quam in cunctis amens, & furens insanierit ac deliraverit, aperiemus. Jam vero rei gestæ seriem aggrediamur.

V. Arnulph. captivus ad Synod. ductus.

Ubi, sicut audisti, reversi sunt missi Legati ad Romanum Pontificem, atque se ab eo non fuisse auditos retulerunt, tam Rex, quam Episcopi ipsi morem gerentes, celebrandæ adversus Arnulphum Synodi consilium inierunt. Cum vero sæpe vocatus Arnulphus non affuerit, excusans, quod a Carolo Rege (ut asserebat) Lauduni detineretur in vinculis: factum ut proditione ejusdem Laudunensis civitatis Episcopi, ab Hugone Rege eadem civitas, & qui in ea erat Arnulphus pariter caperetur, quem ita captivum deduci jussit ad hanc tunc collectam Synodum judicandum. Cujus si ingressum scire cupis atque progressum, & totam usque ad finem summatim comprehensam historiam, feliciter ex legitimis Actis id præstitit Eginaldus, cujus est adjectum ad Aimoinum Auctarium, in quo ista ipsa leguntur: (b)

(b) Aim. lib. 5. c. 45.

VI.

*In illis diebus in Rhemensium civitate erat Archiepiscopus vir bonus & modestus * frater Lotharii Regis ex concubina, nomine Arnulphus. Hugo autem Rex invidebat ei, volens exterminare progeniem Lotharii Regis. Congregansque in urbe Rhemensi Synodum, in eum locum idem Hugo Rex invitavit Archiepiscopum Senonicæ urbis nomine Seguinum cum Suffraganeis suis, In quo Concilio fecit degradari dominum Arnulphum Archiepiscopum Rhemorum dolo nepotis sui, quem tenebat in carcere, dicens, non debere esse Episcopum natum ex concubina; in loco autem ejus consecrare fecit dominum Gerbertum monachum philosophum, qui Gerbertus magister fuit Roberti Regis filii istius Hugonis & domini Leutherici Archiepiscopi successoris venerabilis Seguini: Arnulphum autem mancipari custodiæ in Aurelianensi civitate.*

* filius

Summa rerum gest. in causa Arnulph.

VII. Seguini Archiep. spectata virtus.

Venerabilis autem Seguinus Archiepiscopus non consensit in degradationem Arnulphi, neque in ordinationem Gerberti: jussu autem Regis urgebat. Alii vero Episcopi licet inviti, tamen propter timorem Regis degradaverunt Arnulphum, & ordinaverunt Gerbertum. Seguinus autem plus timens Deum, quam terrenum Regem, noluit consentire nequitiæ Regis, sed magis quantum potuit redarguit ipsum Regem; propter quam causam ira Regis contra eum efferbuit.

VIII.

Cum magno itaque dedecore expelli jussit Arnulphum de Ecclesia beatæ Genitri-

PAGIUS *Arnulfo deposito Gerbertus fit Archiep. Remensis.*

tientes; tum quia Romæ causam audiri ac finiri nolebant. Verosimile enim est, Regem eis in mandatis dedisse, ut traditis Pontifici literis, statim reverterentur, nec audientiam pleniorem spectarent. Sic enim reverentiæ Sedi Apostolicæ debitæ Rex & Episcopi non videbantur defuisse. & Romæ *Arnulfi* causa, quam in Regno judicari malebant, non judicabatur. Reversis itaque anno CMXCI. Legatis, Synodum Remensem Rex convocavit, ad eamque captivus ductus est *Arnulfus*, quia *Laudunum* eodem anno majori hebdomada ab *Asceline*, Adalberone etiam appellato, Episcopo Laudunensi traditum est *Hugoni* Regi, & *Arnulfus*, qui ibi cum Carolo Lotharingiæ Duce agebat captus, ut ex dictis liquet. Bidui spatio, duabus, Sessionibus Concilium peractum. Priori consessu in utramque partem causa Arnulfi discussa, & posteriori, cui *Hugo & Robertus* Galliarum Reges interfuere, extortus est ab *Arnulfo* libellus abdicationis, juxta exemplar abdicationis *Ebbonis* quondam sub Ludovico Pio Archiep. Remensis, de ejus conjuratione in Ludovicum Pium suo loco egimus. Post latam in *Arnulfum* sententiam, successorem illi substitui *Gerbertum* Hugo postulavit, quod ejus opera multis in rebus utiliter usus fuisset, ipseque *Roberti* filii Præceptor extitisset. Ger-

Arnulph. damnatus detrusus in carcerem.

tritis Mariæ Rhemensis, & sic alligatum retrudi in carcerem. Alligatus autem in carcere Aurelianæ civitatis, ubi detinebatur nepos ejus Carolus, mansit ibi annis tribus. Nuntiantur hæc omnia Præsuli Romano, qui valde indignatus super hoc facto, interdixit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulphum dejecerant, & Gerbertum ordinaverant. Misit quoque Leonem Abbatem a Sede Apostolica ad dominum Seguinum Archiepiscopum urbis Senonicæ, qui vice sua in urbem Rhemensem Synodum congregaret, mandans illi, ut sine dilatione revocaret de carcere Arnulphum, & degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio iterum in urbe Rhemensi, ex jussione Apostolica revocatus est Arnulphus de custodia, & cum honore magno receptus est in propria sede. Gerbertus autem intelligens quod injuste pontificalem suscepisset dignitatem, pœnitentia ductus est. Altercationem autem Gerberti pontificis & Leonis Abbatis valde utilem plenius invenies in Gestis pontificum Rhemorum. Hucusque de his auctor ea scriptis quæ citat, iisdemque publicis publice conservatis, in compendiumque a se redactis, quibus longe major sit fides adhibenda, quam illis Actis Synodi hoc anno habitæ a Gerberto descriptis, & in sui defensionem tunc editis.

IX. Quæ quidem sola, omissis cæteris, cum edita esse reperiantur a Fidei Catholicæ (*a*) perduellibus, ad infamandum Romanum Pontificem, in quem multa falsissima congesserunt: provocandi iidem essent ad scriptam postea altercationem illam habitam inter Gerbertum ipsum & Leonem Apostolicæ Sedis Legatum, si extaret, ex qua causa victa, ipse Gerbertus condemnatus turpiter loco cedere jussus est, atque restitutus Arnulpus; vel si non extat, ex certa tamen ejus definitione & lata sententia contra Gerbertum, cui omnes Episcopi & ipse Hugo Rex acquieverunt, omnis illa Gerberti concarcinatio penitus evanescet. De qua nobis agendum proponimus, ne causæ justæ diffisi eam hac tergiversatione eludere potius, quam confutare videri possimus versipellis hominis totam consertam mendaciis scriptionem. In qua dum ipse præfatur, sui affert rationem instituti: eamdem præfationem tibi legendam proponimus, ut quæ multos annos fatigavit Episcopos Regem, atque Romanum Pontificem, causam magni momenti, satis notam atque perspectam habeas, quo cuncta, quæ ab Apostolicæ Sedis adversariis ingeruntur, noscas quam facillime confutata. Ipsa autem Gerberti præfatio sic se habet:

(*a*) Cent. 10. cap. 4. de Synod. col. 457.

X. Præfatio Gerberti in acta Concil. Rhem.

Licet æmuli mei dentes in me exacuant, dictaque & facta proscindere parent: plus tamen amicorum obsequio, quam invidorum odio permoveor. Ita ipse, quod Hugonem Regem, & omnes, qui ab ipso dependerent, & cum ipso agerent, haberet obsequentes. Præstabat dicere fiduciam sibi partam ea juxta causa, patrocinante veritate, cui Deus assistere teneatur. Sed non est in animo singula ab ipso dicta perperam factave refellere, prolixiore enim opus esset tractatione; satis obiter aliqua annotare, ex quibus cuncta, tu prudens Lector, poteris judicare. Pergit ipse:

XI. *Non enim ubi non erat timor, timere didici, nec amicorum infecta relinquere negotia. Accingar igitur, & summorum quidem genera causarum in Rhemensi Concilio exposita, brevi attingam, ut & gestorum veritas innotescat, & quæ a summis viris retracta sunt agnoscantur. Peto autem ab hujus sacri conventus Prælatis, si quid minus grave vel parum comptum expressero: non suæ injuriæ, sed meæ adscribi ignorantiæ, ab auditoribus quoque, ne me aliena, vel parum dixisse dentent. Siquidem triplici genere interpretationis utendum fore censeo, scilicet: Ut quædam ad verbum ex alia in aliam transferantur linguam: In quibusdam autem sententiarum gravitas, & eloquii dignitas dicendi genere confirmetur. Porro in aliis ut dictio occasionem faciat, & abdita investigare, & in lucem istos affectus manifeste proferre. Quæ si ad plenum assequi non potuero, his tamen modis doctissimorum hominum sententias conabor interpretari. Sed curam amplificationes, digressiones, & si quæ ejusmodi sunt quædam studio refringam, ne odio quarumdam personarum, potissimumque Arnulphi proditoris moveri videar, quasi ex ejus legitima depositione Rhemensem Episcopium legitime sortitus videri appetam. Alterius hoc erit operis, alterisque implicitam quæstionibus, cum de propriis, communibus & differentiis Episcoporum, Archiepiscoporum, vel Metropolitanorum, Patriarcharum, sive primatum, vel etiam Romani Episcopi potestate (ut animo concepi) prolixius disputabo.* Hucusque Gerberti præfatio ea qua (ut profitetur) apparet, non ab ipso edi Acta illa Rhemensis Synodi pura atque sincera absque aliquo (ut

Quæ Gerbertus præstiterit.

par

PAGIUS *bertus* itaque in Archiepiscopum Remensem inauguratus est reclamante *Seguino* Senonensi Archiepiscopo, quem aliqui in ejus depositionem consensisse perperam scripsere; cum Seguinum eidem restitisse, optime Baronius probarit.

A num.

pat erat) additamento vel unius apicis, sed ab ipso pro arbitrio, ut audisti, diversimode posita & exposita, interpretata atque paraphrastice recitata, vel in aliquibus mutilata. Ut nequaquam ea sint dicenda synodalia Acta Rhemensia, sed potius opus Gerberti in Acta ipsa Rhemensia. In quo quid præstiterit, quanta possum, brevitate perstringam.

XII. Primum omnium ubi celebratæ Synodi certus descriptus est annus, etiam dies notatur, qua ipsa Synodus est inchoata, & locus pariter, ubi convocati convenerunt Episcopi. Nam ita ibi: (a) *Igitur xv. Kalendas Julii collecti sunt in basilica domni Basoli Confessoris Rhemorum quidam diœcesani, &c.* Nominantur diœcesani Episcopi sex, præter Archiepiscopos aliarum provinciarum at Lugdunensis, Aquitaniæ, & Senonensis, Episcoporum omnium qui interfuerunt, certus numerus non describitur, decem vero Episcopi delecti ad judicandum leguntur, professi omnes se voluntate Hugonis Francorum Regis esse collectos, de consensu Sedis Apostolicæ verbum nullum, cum absque voluntate ipsius nec debuit, vel potuit ea Synodus congregari, nec de Metropolitano Episcopo ullatenus judicium terminari, eam præsertim inter privilegia Rhemensis Ecclesiæ Archiepiscopis concessa, speciatim illud præstitam sciat, ne ab alio aliquo, quam ab Apostolica Sede judicari possent, licet communi jure id deberetur. Porro sicut certi ad causam terminanda delecti sunt judices; ita admissi sunt, qui Arnulphi causam defenderent, ne reus indefensus existeret. Defensores autem ipsius hi nominati apud Gerbertum inveniuntur (b); Joannes Scolasticus Antisiodorensis, Rhanulphus Abbas Senonensis, atque Ebbo rector cœnobii Floriacensis.

(a) Gerb. de Concil. Rhemens. cap. 2. Judicii apparatus

(b) Gerb. Act. Rhem. cap. 29.

XIII. Defensores Arnolphi. Porro ex defensoribus licet interdum causæ merita æstimare, cum viris optimis dedecori adscribatur, si turpissimam quemdam defendendum, susceperint: certe quidem qui ultimo loco hic nominatur Ebbo, sive Abo ab aliis dictus, Abbas Floriacensis, vir plane sanctissimus ab omnibus prædicatur, qui etiam (quod ad summam laudem accedit) meruit postremo martyrio coronari, ut testatur hujus temporis scriptor Glaber Rodulphus, nec non Sigebertus, qui & eum in utraque scientia tam profana, quam sacra doctissimum prædicat. De collegis autem defensoribus aliis duobus haud ita clara est memoria scriptorum inopia. Qui omnes non tam pro Arnulpho astitisse noscuntur, quam etiam pro Apostolica Sede, sine cujus auctoritate tantum sibi sumpsissent judicium Episcopi Gallicani. De his enim ita Gerbertus in epistola ad Widerodam Episcopum Argentinæ: *Defensorum studia bifariam se scindunt; alii quippe Regem sacerdoti Arnulpho omnium peccatorum veniam tribuisse dicunt, alii Romano Pontifici injuriam facta videri volunt, quia sine ejus auctoritate, & sine suis juribus resumptis deponi non debuerit.* Hæc ipse, qui de iisdem agens hæc ait: *Aderant*, inquit, *acerrimi defensores, scientia & eloquentia insignes, superius nominati.*

XIV. Porro iidem ipsi ad Arnulphi defensionem eo potissimum nisi sunt argumento, quod scilicet Episcoporum & aliæ majores causæ Ecclesiasticorum negotiorum deferendæ essent ad Romanam Pontificem, idque comprobarent pluribus auctoritatibus in iisdem Actis recitatis, quæ brevitatis causa omittimus recensere, illa tantum hic reddituri, quæ ab ipso vel aliis in Romanam Ecclesiam dicta esse noscuntur. Cum autem hoc agerent, ut ejus causa cognosci deberet ab eodem Romano Pontifice: hæc adversus ista ab Arnulpho alio Aurelianensi Episcopo dicta fuisse, Gerbertus prodens in medium, primum ait (c): *Multa super his pater Arnulphus publice locutus est, multa cum tantum sibi assidentibus contulit, quæ ne forte minus suavitatis habeant ita sparsim posita, ut sunt ab eo prolata, ea in unum colligere maluimus, ut continuata oratio plus utilitatis studioso Lectori conferat.*

(c) Ead. Act. c. 28.

Nos

PAGIUS III. *Gerberti illegitime ordinati dotes.*

A num. XII. ad LXII. *Arnulfi* depositionem absque auctoritate Sedis Apostolicæ decretam nullam fuisse pluribus probat Baronius, ideoque actum non agam. Ad supplendos vero Annales hic tantum quomodo se eo in munere gesserit *Gerbertus* tempore quo in illo fuit narrabo. Imprimis bonorum Ecclesiasticorum pervasores, collecta Suffraganeorum Synodo fulminibus Ecclesiasticis terruit, & ad satisfaciendum Ecclesiæ compulit. Recitatur Synodus illa Tom. IX. Concil. pag. 740. *Fulconem* quoque Ambianensem Episcopum admonuit, increpavitque, quod bona Ecclesiastica pervaderet, monuitque errata corrigere, sibique satisfacere: *ut horum excessuum recognitio, multorum peccatorum possit esse abolitio*, ut inquit in Epistola ad eum data, & ibidem recitata. Neque a docendo saltem privatim destitit, ut patet ex Epistola ejus XLI. ad Hervæum Bellovacensem Episcopum data. Quos vero præsens docere non poterat, literis suis docere satagebat, inprimis autem Ottonem III. Imperatorem discipulum olim suum, a quo nonnunquam de certis quæstionibus consulebatur. Extat ipsius Epistola sub hoc titulo: *Gerberto Philosophorum peritissimo atque tribus Philosophiæ partibus laureato.* De Gerberto plura infra.

XV. Arnulp. Aurel. contra Arnulph. Rhem. oratio. *Nos vero, inquit reverendissimi Patres, Romanam Ecclesiam propter beati Petri memoriam semper honorandam decrevimus, nec decretis Romanorum Pontificum obviare contendemus, salva tamen auctoritate Nicani Concilii quod eadem Romana Ecclesia semper venerata est; statuta etiam sacrorum Canonum diversis locis, diversis temporibus sub eodem Dei Spiritu conditorum in aeternum valere pracipimus, ab omnibus servanda censemus. Duo autem sunt, qua magnopere a nobis praviders debent, id est, si Romani Pontificis silentium, aut nova constitutio promulgatis legibus Canonum prajudicare potest. Si enim silentium prajudicat omnes leges, omnia priorum decreta eo silente, silere necesse est. Si autem nova constitutio, quid pro sunt leges condita, cum ad unius arbitrium omnia dirigantur? Videtis quia his duabus causis admissis, Ecclesiarum Dei status periclitatur.*

XVI. Supra canones Roman. Pontif. Quod silentium dicit Romani Pont. ad illud spectat, quod eorum legatione Pontifex interpellatus nihil responderit, ut suo loco anno superiori demonstratam est. Porro ea cuncta ista tendunt ut nolint Romanum Pontificem posse aliquid supra Canones, sed illis sit ipse subiectus. Sed quomodo ista, si ejus decreto ind'cuntur Synodi, & sanciti in iis Canones confirmantur, ut robur in Ecclesia consequantur; alioqui nullus stat Canon, nisi vim subsistendi ab eodem Romano Pontifice accipiat? supra Canones ergo ille censeri debet, qui vim & auctoritatem Canonibus impartitur. Sed pergit ille his deteriora & absurdiora subjungens:

XVII. Quæ in Rom. Eccl. dicta referuntur. *Quid ergo,* inquit, *num privilegio Romani Pontificis derogavimus, minime. Sed si Romanus Episcopus est quem scientia & vita meritum commendet, nec silentium, nec nova Constitutio metuenda fuat. Quod si vel ignorantia, vel metu, vel cupiditate abalienatur, vel conditio invidiam facit (quod fere sub hoc tempore videmus Roma tyrannide pravaleate) tunc multo minus idem silentium & nova Constitutio formidunda sunt. Non enim is qui quolibet modo contra leges est, legibus prajudicare potest.* O fatua, ac deridenda prorsus, quam confutanda inanis assertio, dum vult in vitæ moribus & in scientia inesse auctoritatem *Pontificis*, quibus si *careat*, pariter cadat ab omni pontificia auctoritate! Et ubi illud Domini (*a*): *Facite qua vobis dicunt, & non qua faciunt?* quasi potestas sit ab homine & non a Deo. Et ubi illud Apostoli (*b*): *Non qui plantat, non qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus?* Perstans vero in eadem falsissima opinione eo deducit orationem, ut velit auctoritatem Apostolicæ Sedis, ob pravos qui in ea sederunt Pontifices, defecisse, ista subjungens:

(*a*) *Mat.* 23.

(*b*) 1. *Cor.* 3.

Sed o lugenda Roma! qua nostris majoribus clara Patrum lumina prabuisti, nostris temporibus monstruosas tenebras futuro saculo famosas offudisti. Olim accepimus claros Leones, magnos Gregorios, qui dicam de Gelasio & Innocentio, qui omnem mundanam philosophiam sua sapientia & eloquentia superant? Longa series eorum est, qui sua doctrina mundam repleverant. Eorum itaque dispositioni, qua vita merito, & scientia cunctos mortales anteirent, recte universalis Ecclesia credita est, quamvis & in hac ipsa felicitate hoc privilegium tibi ab Africanis Episcopis contradictum sit, has credo quas potimur miserias magis quam typum dominationis formidantibus. Nam quid sub hac tempora non videmus? XVIII.

Tu de his quæ spectant ad Africanos Episcopos, quos in exemplum ingerit, consule, quæ suo loco sub Bonifacio Pontifice dicta sunt, & invenies ex sancti Augustini testificatione quid sentias. Subjicit Gerbertus, sive Arnulphus Aurelianensis, quos hoc sæculo passa est Romana Ecclesia pontifices tanto fastigio prorsus indignos, aitque:

Vidimus Joannem cognomento Octavianum in volutabro libidinum, etiam contra cum Ottonem, quem Augustum creaverat, conjurasse. Quo fugato, Leo neophytus in Pontificem creatur, sed Ottone Casare Roma discedente, Octavianus Romam redit, Leonem fugat, Joannem diaconum, naso, dextrisque digitis, ac lingua mutilat, multaque cade primorum in Urbe debacchatus, in brevi moritur. Cui Benedictum diaconum, cognomento Grammaticum Romani substituunt. Eum quoque Leo neophytus cum suo Casare non longe post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit. XIX.

*Succedit Ottoni Casari Casar Otto, natura, atate, cunctos Principes armis, consilio, & scientia superans. Succedit Roma in Pontificatu horrendum monstrum * Malefacius, cunctos mortales nequitia superans, etiam prioris Pontificis sanguine cruentus. Sed hic etiam fugatus, & in magna Synodo damnatus est. Post obitum divi Ottonis Romam redit, insigne virum Apostolicum Petrum Papiensis Ecclesia prius Antistitem data sacramentorum fide, ab arce Urbis deiicit, deponit, squalore carceris affectum perimit. Num talibus monstris hominum ignominia plenis, scientia humanarum & divinarum rerum vacuis, innumeros sacerdotes Dei per orbem terrarum scientia & vita merito conspicuos subiici decre-* XX.

* ita pro Bonifacio quem nec numerandum inter Pontifices diximus.

cretum est? atique. Nam si pravos dixeris, Apostolus hoc indixit, dicens: (a) *Obedite præpositis vestris*, etiam discolis. Addit Petrus (b): *Eo quod omnis potestas a Domino Deo est*, & ut doctas subiiciatur indoctis, Ille qui dixit (c): *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*, exemplo monstravit, quippe qui cum esset ipsa Sapientia increata & æterna, subditus fabro erat, atque Virgini matri, qui ut restatur: (d) Evangelista paulo ante: *Non intellexerunt ejus verbum quod locatus est ad eos*. De his breviter velut transiens ago, cum possem ipsum innumeris obruere sanctorum Patrum sententiis hæc ipsa testantium. Sed his furore ebrius funestiora conjungit Gerbertus, dum miserandum Romanæ Ecclesiæ statum deplurans, mox hanc addit apostrophen, Arnulphi ore ita deprompram, dicens:

(a) Heb. 13. (b) Pet. 2. Rom. 13. (c) Matt. 11. (d) Luc. 2.

XXI. *Quid est hoc, reverendissimi Patres, vel quonam vitio fieri credendum est, ut caput Ecclesiarum Dei, quod ita sublime erectum, gloria, & honore coronatum est, ita in infima dejectum, ignominia & dedecore deturpatum sit? nostrum, nostrum hoc est peccatum, nostra impietas qui quærimus quæ nostra sunt, non quæ JESU Christi.* Sapere hic cœpisti, utpote memor, quod sæpe pro meritis subditorum a Deo præsules dentur, qui propter (e) peccata ipsorum regnare permittit hypocritas, & populo devio comminatur, dicens (f): *Dabo vobis Regem in furore meo*. Subiicit vero ista: *Si enim in quovis ad Episcopatum electo, morum gravitas, vitæ meritum, divinarum ac humanarum rerum scientia subtiliter investigatur: quid in ea qui omnium Episcoporum magister videri appetit, investigandum non est? Cur ergo in summa Sede sic infimus constituitur, ut etiam in Clero nullum habere locum dignus inveniatur?* At quid insultas in miseram? perinde ac si ipsa esse velit, quod invita interdum patitur, omni ex parte lugubris, & non potius ipsa reluctante sit coacta ferre tyrannos, principes sæculi hujus, qui eadem quæ tu dicis, monstra in Romanam ipsam Ecclesiam intruserunt; laude tamen etiam hac ex parte ipsa dignissima, quæ ejusmodi conjuncta monstris, cum amatoribus non sit fornicata, nihil impium ex hæreticorum doctrina suscipiens, *sed uni viro*, secundum (g) Apostolum, *virgo castissima desponsata Christo, semper remanserit incorrupta*. Sed quæ monstruosa subiiciat, tu Lector attende, cum ait:

(e) Job. 34. (f) Osee 13. (g) 2. Cor. 11.

XXII. *Quid hunc, reverendi Patres, in sublimi solio residentem, veste purpurea & auro radiantem; quid hunc, inquam, esse censetis? Nimirum si charitate destituitur, solaque scientia inflatur & extollitur, Antichristus est in templo Dei (h) sedens & se ostendens tamquam sit Deus; si autem nec charitate fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tamquam statua, tamquam idolum est: a quo responsa petere, marmora consulere est.* Quid facis ista ita definiens, ut dicendus non sit Episcopus, sed Antichristus, si destituitur charitate, & non pastor, sed idolum, cum & scientia caret? plane ista definiendo, tu definiris esse schismaticus & hæreticus, teque ipsum in Donatistarum classem coniiciens, atque intra Pelagianorum ergastula claudens, Orthodoxos omnes tam Orientales, quam Occidentales scriptores Ecclesiasticos tibi constituis adversarios, Concilia omnia, cunctaque decreta Pontificum; ipsam traditionem, usum Ecclesiæ, ac denique (ut una sententia perstringam) omnia quæ sunt, aut fuerunt umquam Ecclesiæ Catholicæ membra in te concitas, quæ necesse est patiaris infesta, in omnibusque contraria, dum tam absurda proponis, ut defectu charitatis legitime ordinatus Episcopus mox transformetur in Antichristum, & scientia vacuus, fit idolum; cum plane tu ipse ex his scientia vacuus dum appares, tua sententia esse convincaris idolum, ex satana responsa depromens, ipsissimus Antichristus sentiens & prædicans contra Christum, qui detestabiles (i) Pharisæos & Scribas, quorum prava essent opera, vitare admonens, utpote mortifera, eorum tamen præceptis parere jussit; qui & suos elegit discipulos piscatores humanis plane litteris destitutos. Sed reliqua prosequamur:

Gerberti sive Arnulphi horrenda blasphemia. (h) 2. Thes. 2. (i) Mat. 23.

XXIII. *Quo ergo (inquit), consultum ibimus? Evangelium docet (k), quemdam in ficulnea ter fructum quæsisse, & quia non reperit, succidere voluisse; sed admonitum expectasse. Expectemus ergo primates nostros, quoad possumus: atque interim divini verbi pabula, ubinam reperiri valeant, investigemus. Certe in Belgia & Germania, quæ vicinæ nobis sunt, summos sacerdotes Dei in religione admodum præstantes inveniri, in hoc sacro conventu testes quidam sunt. Proinde si Regum dissidentium animositas non prohibeat; inde magis Episcoporum judicium petendum fore videtur, quam ab ea Urbe, quæ nunc temporis venalis exposita ad nummorum quantitatem judicia tratinat.* Unde tibi tanta facultas, homo inanis, ut pro arbitrio, quos velis, Archiepiscoporum judices deligas; & quis te docuit, pro ratione scientiæ judicandi potestatem in Ecclesia esse collatam, ut (secundum tuam sententiam) ille sit super omnes judex habendus,

(k) Luc. 13.

qui

qui scientia cæteros antecellit? O stoliditas, quæ omnem stultitiam & amentiam superet, sui deformitate monstra omnia vincat, quæ umquam portæ inferi parturierint?

XXIV. De urbe venali querela. Quod autem subiicit de Urbe venali, antiqua ista querela est, & magis tunc temporis frequentata, cum Paulus viveret, qui non ob id refugit judicium Urbis, sed illud appellans, magis (a) expetiit. Sed illud tu cautius, dum de venalitate agens, non ipsum Pontificem nominatim in crimen adducis, quod scires venalitatem istam ea ipso summo sanctissimoque Pontifice non prodire, sed a tyranno Urbem tunc occupante Crescentio, testantibus id vestris Episcopis in plena Synodo (de quo suo loco dicetur inferius) ita locutis: *Regii ac nostri Legati Romam profecti, & epistolas Pontifici porrexerunt, & ab eo indigne suscepti sunt. Sed (ut credimus) quia Crescentio nulla munuscula obtulerunt, per triduum a palatio seclusi, nullo accepto responso redierunt. Quod peccatis nostris exigentibus provenire, non dubium est, ut Romana Ecclesia, quæ Mater & caput Ecclesiarum omnium est, per tyrannidem oppressa debilitetur.* Querela igitur de venalitate hic inculcat, & inferius repetita vestra sententia non in Pontificem ipsum, sed in Crescentium tyrannum redundare manifeste cognoscitur ☞. Ita ut quidquid in Joannem Pontificem labis simoniacæ irrogatur, in ipsum in Urbe Papæ dominantem Crescentium tyrannum sit convertendum. Querela enim ista pariter fuisse legitur hæc nescientis Abbonis Abbatis Floriacensis, de quo ista in vita ipsius: *Interea eximius Abbo condigno apparatu Romam proficiscitur, privilegia ecclesiæ sibi commissæ corroboraturus, immo renovaturus. Sane non qualem voluit, aut qualem debuit Sedis Apostolicæ Pontificem nomine Joannem invenit, nempe turpis lucri cupidum, atque in omnibus suis actibus venalem reperit. Quem execratus, perlustratis orationis gratia Sanctorum locis, ad sua redit, emptis optimæ speciei aliquantis holosericis palliis, ornatui ecclesiastico congruis.* Hæc Aimoinus in vita Abbonis, quam tunc ejus discipulus (b) scripsit. Crescentius igitur ista curans, ut ex omnibus Pontificiis actibus pecuniam corraderet, fecit nomen Joannis Pontificis apud omnes ad Urbem accedentes peregrinos istiusmodi infamia laborare. ☞ Sed quid post ista Gerbertus accipe:

XXV. *Sed cum hoc tempore Romæ nullus pene sit (ut fama est) qui litteras didicerit, sine quibus (ut scriptum est) vix ostiarius efficitur: qua fronte aliquis docere audebit, quod minime didicit? Ad comparationem quippe Romani Pontificis in aliis sacerdotibus ignorantia utcumque tolerabilis est, in Romano autem, cui de Fide, vita, moribus disciplina sacerdotum, deque universali Ecclesia Catholica judicandum est, intolerabilis videri potest. Is enim est (ut quibusdam placet) qui secundum Ezechielem (c) prophetam, moratur in gazophylacio, quod respicit viam meridianam, & excubat in custodiis templi. Cur autem loco prior, scientia inferior, non æquo animo ferat judicium loco inferioris, scientia prioris? Certe ipse Apostolorum princeps non abnuit judicium, quamvis loco minoris Pauli scientia prioris in faciem sibi resistentis, quoniam non sana videbatur doctrina magistri.* Sed id quam sit perperam dictum, consulat quæ superius a nobis suo loco sunt disputata.

At quod indoctus Pontifex consulere doctos debeat, non eo se fastu erigere Romani Pontifices soliti sunt, ut minores audire spreverint, immo sic comparati esse consuevere, ut quamvis doctissimi, consulere tamen non recusaverint doctos viros absentes, & præsentes secum adhibere in consultationibus, quæ ex toto orbe illuc influerent Ecclesiasticis: ut fecisse scitur sanctus Damasus de sancto Hieronymo, sanctus Leo Magnus de sancto Prospero, quos scientia eminentissimos Pontifices in exemplum adduxisse sit satis, cum cæteroqui omnes reperiantur æque in rebus arduis adhibuisse consultores, non solum ejus lateri inhærentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sed & Episcopos quos a munere nominare consuevere Assistentes vel Suffraganeos. XXVI.

Sed & quod blaterans addit, nullum ferme hoc tempore Romæ fuisse qui didicerit litteras: de hoc te ipsum appello Gerberte, quod velis, nolis, fateri conaberis id quod publica habita disputatione in Synodo posteriore Rhemensi transactum est, ubi Leo Apostolicæ Sedis Legatus Abbas Monasterii sancti Bonifacii in Urbe tecum differens, quantumlibet propriam causam agente Archiepiscopatus Rhemensis, quem possidebas injuste, ferventissimus disputator existens, te reddidit prorsus elinguem, & vinculis fortissimorum enthymematum vinctum, etiam te sacerdotalibus vestibus, quas male indueras, spoliavit. Tuo didicisti tunc damno, si, qui sunt Romæ, litteras scirent. Quanta illum oportuit imbutum fuisse scientia, cum non adversus te solum dimicans, sed adversum omnes Episcopos, qui huic priori Rhemensi Synodo interfuerunt, & Canonum plaustra in eamdem Synodum invexerunt, disputans, ut omnes po- XXVII.

(a) Act. 25.

(b) Edidit nuper Jo. a Bosco Calest. in Floriac. vet. Bibl. cap. 11. pag. 317.

(c) Ezec. 40

potentissime confutaret? qua dicendi eum oportuit esse prædirum arte, qui tot Episcopos polinodiam cogeret recantare, a sententia Regis divelleret, & in suam volentes atque consentientes adduceret? Sane quidem haud erat viri non doctissimi tanta præstare. Sed quid post hæc ingeris, alio te convertens, videamus:

XXVIII. *Sed esto (inquit) ponamus nunc Romæ esse Damasum, quid contra ejus decretum actum est? nempe si bene recordor, primum capitulum fuit quod Episcoporum & summorum negotiorum Ecclesiasticorum causæ semper ad Sedem Apostolicam sint referendæ. Utique relatæ non solum ab Episcopis, sed etiam a Principe nostro serenissimo, Hugone scilicet Rege, liberaque potestas Sedi data est Apostolicæ, & vera investigandi & cognoscendi, & diiudicandi per temporum intervalla nimis prolixa. Nec prius ad causam accessimus, quam desperatione judicii ejus protraheremur: Consultus est ergo Romanus Episcopus, ut oportuit, & de hujus Arnulphi depositione, & de ejus qui domui Dei digne præesse posset, substitutione. Sed cur nihil responderit, quorum interest, ipsi viderint.*

XXIX. Sed quid inani tergiversatione causaris, & in crimen adducis silentium Romani Pontificis? nonne tua sunt verba recensita superius, non amplius quam triduo responsionem expectare voluisse Legatos, cum in causa tam ardua, tanti Archiepiscopi, tantæ civitatis, ex regio stemmate nati, perbrevis videri debuisset mensium trium expectatio. Sed apparuit, nihil magis Legatos timuisse, quam ab eodem Pontifice responsum accipere, quo haud dubium, inchoatum judicium de tanto Episcopo suspenderetur, & in Urbem causa evocaretur, vel Legatus aliquis (ut postea factum est) ad judicandam causam e latere mitteretur, ob idque iidem quam citissime ab Urbe discedere prævenerunt. Verum ea celeritate abeuntes, ac si non venissent, habendi, cum prudentum responsis liqueat, quod non dicitur venisse, qui non steterit. Ac post nonnulla de Episcopis damnatis, sed tyrannice, absque scientia Apostolicæ Sedis, hanc infert instantiam:

XXX. *Quid ergo, si barbarorum gladiis circum sævientibus licentia commeandi Romam intercludatur, vel si Roma barbaro cuilibet serviens, motu libidinis ejus in aliquod Regnum auferatur: num interim aut nulla Concilia erunt, aut orbis terrarum Episcopi ad suorum Regum damna vel interitus, ab hostibus disperdendarum rerum consilia & Concilia expectabunt?* Fuerunt ista semper in mundo, prœlia, hostes, tumultus, & Pontifices interdum exilio relegati, male mulctati, carceribus mancipati; sed numquam legitur, siluisse, penitus ipsos, quod verbum Dei non est alligatum, nec ad longum temporis spacium ejusdem Sedis Apostolicæ judicia intercepta. Regnabat in Urbe Theodoricus Rex Arianus & post ipsum successores ejus omnes itidem Ariani Principes, sed numquam apparuit Ecclesiæ Romanæ tribunal vacuum sine Pontifice judicante, ad consultationes etiam transmarinas respondente, & reliqua velut in summa libertate tractante. Tenebatur obsessa Urbs tempore S. Gregorii a Longobardis, sed ipse liber ad quatuor orbis partes decretales scribebat epistolas. Vidimus hoc ipso sæculo & superiori obsessas a Sarracenis custodiri Alpium fores, sed nihilominus e remotissimis orbis partibus cum maximo vitæ discrimine ad Limina sanctorum Apostolorum accurrere peregrinos, ut non possis tot fingere casus, & majores ipsis, quos non superaverit fervens in cordibus Fidelium pietas Christiana, cui insitum sit a Spiritu sancto, sinum matris quærere, & vocem patris audire. Sed inspiciamus quid ad postremum ipse declamans adiiciat:

Sed o, inquit, *infelicia tempora, quibus patrocinio tanto frustrantur Ecclesiæ! Ad quam deinceps urbium fugiemus, cum omnium gentium dominam humanis & divinis destitutam subsidiis videamus? Ut enim planius dicamus, palamque fateamur, post Imperii occasum hæc Urbs Alexandrinam Ecclesiam perdidit, Antiochenam amisit, & ut de Africa taceamus & Asia, ipsa jam Europa discedit. Nam Constantinopolitana Ecclesia se subduxit. Interiora Hispaniæ ejus judicia nesciunt. Fit ergo discessio, secundum (a) Apostolum, non solummodo gentium, sed etiam Ecclesiarum. Quoniam * cujus ministri Gallias occuparunt, nos quoque totis viribus premunt, Antichristus instare videtur, & ut idem Apostolus ait (b): Jam mysterium operatur tantum, ut qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat, ut ille perditionis filius reveletur, qui adversatur & extollitur supra Dei nomen Deique culturam. Quod jam in aperta sit, ut Romana potentia conquassata, religione profligata, nomen Dei frequentibus perjuriis impune humilietur, ipsius divinæ religionis cultus etiam a summis sacerdotibus contemnatur. Ipsa insuper Roma jam pene sola a seipsa descedit, dum neque sibi, neque aliis consulit.* Ita ipse his prætextibus subterfugiens Ecclesiæ Romanæ judicium persuadere conatur quod maxime cupit, nullum jam in ea judicantis esse tribunal. XXXI.

(a) 2. Thess. 2.

* ejus

(b) Ibid.

Quid

XXXII. Quid si etiam (quod impossibile est) vel ad tempus defecissent ab ipsa illi omnes? audi quid dicat Apostolus (*a*): *Quid enim si quidam illorum non crediderunt: nunquid incredulitas illorum Fidem Dei evacuabit? absit.* Numquid inanis evanescet promissio Dei, qua suam in Petro Ecclesiam stabilivit, dicens (*b*): *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam?* Qui pereunt, sibi pereunt, qui deficiunt, sibi deficiunt. Ipsa namque semper permanens, eadem subsistet Ecclesia, sicut luna non ita deliquium patitur, ut deficiat, quæ eadem semper manet suo orbe perfecta.

(*a*) Rom. 3.

(*b*) Mat. 16.

XXXIII. Refelluntur Gerberti inanes objectiones.

Sed quod in primis ait, ipsam Romanam Ecclesiam jam penitus destitutam, nihil esse, ut ad ipsam confugere quis possit! ignorasseue valuit ipse, quæ ante biennium (ut res tantum sub eodem Pontifice proxime gestas attingamus) facta sunt? potuit, inquam nescisse relationem ante biennium ex Anglia toto (ut dicebant) orbe divisa, ad eumdem Pontificem perlatam, de bellis civilibus inter Principes componendis, quibus insula illa flagrabat; quorum sopiendorum causa ab eodem Pontifice legatio missa est, & ex sententia re bene gesta, subistis tanti Pontificis opera civilibus bellis tranquilla pax reddita est, de qua recitata sunt ejusdem Pontificis tunc data diplomata? sed Gerbertus etiam sui oblitus, rem tantam ubique publicis litteris decantatam cum ignorasse non potuerit, silentio obvolutam reliquit.

XXXIV. Sed in eo gravius deliquit, cum turpiter mentitus est, dicens attenuando Apostolicæ Sedis vires. *Interiora Hispaniæ ejus judicia nesciunt.* An non superius, anno primo scilicet ejusdem Joan. Pontificis, regium edictum de legibus Ecclesiasticis, ipsisque speciatim Decretis Romanorum Pontificum custodiendis promulgatum fuisse in Gallecia demonstravimus? qua igitur fronte ita mentiri potuit? Sed quas pene dicit extinctas Sedis Apostolicæ vires tempore isto Joannis Pontificis: quam vigerent illæ, etiam si ipsa esset domestica depressa tyrannide Crescentii pro libito Romæ cuncta miscentis, expertus est suo damno ipse Gerbertus, senseruntque illi faventes Episcopi Gallicani, & ipse Rex potentissimus Hugo, cum quæ ejus jussu gesta essent Rhemis, cuncta Acta Synodalia adversus Arnulphum sunt jussa deleri, abrogarique pontificatum male collatum ipsi Gerberto Rhemensis Ecclesiæ, in eumque ipsis invitis & contradicentibus restitutum Arnulphum. Cumque non solum Episcopi sunt coacti silere, atque parere Decreto Pontificis, sed ipse Rex eidem consensit laudabiliter obedire; ex quo non dedecus quod cesserit tantæ Sedis auctoritati, sed summam fuit, gloriam consecutus, quod cum omnibus se sciret armorum potentia magna præesse, uni se subditum esse noverit Romano Pontifici, cujus jussa capesseret. Sed de his inferius? O si non in tanta obscuritate temporum versaremur, quot quantaque his similis essent tibi de eodem Pontifice ostendenda? Sed ex paucis his disce reliqua, & ex ungue cognosce leonem.

XXXV. Quod autem calamitatem hanc Ecclesiæ Romanæ quam describis, & tot mendaciis ornas, discessionem appellas, & ubique illam ab (*c*) Apostolo descriptam, quæ Antichristi adventum præcedat: præter id quod falsus inventus sis vates, non ex Deo, sed a teipso futura prænuntians, parum est quod tibi debeant qui hæc tua ostentant recentiores hæretici, qui rabido ore latrantes, ipsos Romanos Pontifices (proh scelus!) esse prædicant Antichristum, quem post discessionem quam ponis, venturum affirmas, & nondum venisse dicas, quem illi jam venisse in singulis Pontificibus fabulantur. Sed quam proprius, si illos, per quos fit discessio, esse dixeris Antichristos, impios inquam hæreticos atque schismaticos, de quibus illa viget sententia Salvatoris (*d*): Qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est; at contra Christum esse, hoc est fieri Antichristum.

(*c*) 2. Ther. 2.

(*d*) Luc. 11.

XXXVI. Cæterum sive Gerbertum, sive recentiores hæreticos dicas, insaniisse prorsus intelliges ex eventis. Nam quomodo discessionem illam postremam per Paulum descriptam jam adesse Gerbertus ipse & Novatores cum eo delirant, si hoc ipso tempore (ut jam vidisti, & proxime visurus es) Danos, Slavos, Northmannos in Galliis degentes, Boemos, Polonos, Hungaros, constat ad Christum esse conversos, & Romanæ Ecclesiæ compagine sacramenti esse conjunctos? sed & hoc ipso sæculo nostro, non provinciatum tantum, sed novi orbis ad Romanam Ecclesiam accessionem esse factam quis nescit? Unde non ab illo, neque ab istis ignominiosa discessio fuerat exprobranda, sed accessio numerosa pariter & gloriosa potius prædicanda. ☞ Audisti Arnulphum Aurelianensem, tot blasphemias eructantem, sive Gerbertum easdem evomentem: scito adversus eumdem Arnulphum, cujus titulo quæ audisti, sunt recitata, tunc scriptum fuisse librum ab Abbone Abbate Floriacensi. Testatur id Tritbemius, qui si extaret, hoc nos puto labore levasset. ☜

His

XXXVII. Hic ita in detestationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ a Gerberto turpiter inculcatis: ea tamdem sententia, atque conclusione universæ (*a*) argumentationi finem imponit, qui primus fuerat in intentione, nimirum quod eum ipsorum Romam Legati missi non fuerint auditi, liceret ipsis Arnulphi causam tractare, atque prolata sententia definire. Quibus pro arbitrio comprobatis, ait, Arnulphum in Synodum reum inductum, ipsumque negantem, redargutum testimonio presbyteri jam confessi se civitatis portas aperuisse hostibus, sed Arnulphi mandato. Demum Gerbertus Acta synodalia prosequutus, numquam ex eis probare potuit, Arnulphum aperiendi portas mandatum Adalgero presbytero dedisse confessum esse, sed seorsum a Synodo petiisse audiri se a tunc nominatis quatuor Episcopis, quibus secreto (ait) multa crimina confessum esse, eumdemque petiisse, alium in sui locum Episcopum subrogari. Porro ejus confessionem fuisse ab his qui audierunt juramento exceptam, ne penitus confessa crimina revelarent. Revocatum autem ad Synodum coram Regibus Hugone ac Roberto filio ipsius, nihil publice confessum, nisi tantum ista dixisse: *Palam dico & profiteor me errasse, a fidelitate regia deviasse: reliqua autem & generalitate ipsum involvisse, & secreto confessum esse, atque damnationis sententiam accepisse.* Hucusque Gerbertus, qui reliqua mala fide silentio obsignata reliquit, nempe de sui facta in Arnulphi locum subrogatione, & reclamatione interposita a primario judice Seguino Archiepiscopo Senonensi, quam superius recitatam audisti, hic autem opportunius repetendam, quæ sic se habet (*b*):

(*a*) *Acta Rhe. Syn. c. 31. 41. usque ad fin.*

XXXVIII. Reclamatio Seguini Episc. *Venerabilis autem Seguinus Archiepiscopus non consensit in degradationem Arnulphi, neque in ordinationem Gerberti, jussio autem Regis urgebat. Alii vero Episcopi, licet inviti, tamen propter timorem Regis degradaverunt Arnulphum, & ordinaverunt Gerbertum. Seguinus tamen plus timens Deum, quam terrenum Regem, noluit consentire nequitiæ Regis, sed magis, quantum potuit, redarguit ipsum Regem: propter quam causam ira Regis contra eum efferbuit. Cum magno itaque dedecore jussit expelli Arnulphum de Ecclesia beatæ Dei Genitricis Mariæ Rhemensis, & sic alligatum detrudi in carcerem. Alligatus autem in carcere Aurelianæ civitatis, ubi detinebatur nepos ejus Carolus, mansit ibi annis tribus:* donec scilicet per eumdem Joannem Romanum Pontificem in Gallias Legato misso, omnis ista textura Rhemensis Synodi contra Arnulphum est ejus auctoritate penitus dissipata, ut suo loco inferius dicturi sumus.

(*b*) *Aim. lib. 5. c. 45.*

Scripsit præterea de his omnibus idem Gerbertus epistolam ad Ottonem Imperatorem, qua damnationem Arnulphi proclamans, eam omnibus voluit prius suis litteris innotescere quam aliorum, auresque præoccupare Imperatoris, antequam his diversa ab aliquo alio forsitan perciperet. Ex qua quidem epistula recitat ista Papirius (*c*) Maso:

(*c*) *Maso Annal. Franc. lib. 3.*

XXXIX. Quæ Gerbert. ad Otton. *Arnulphus Regis Lotharii (ut fama est) filius, propterea, quod suum Episcopum dolo & fraude circumventum cum propria urbe Laudunensi scilicet, captivavit, post multum cruorem humani sanguinis a se effusi, post prædas & incendia, in conventu Episcoporum totius Galliæ damnatus est: ut deinde post obitum beatæ memoriæ Adalberonis a solo Adalberone Episcopo Laudunensi reconciliatus, spe obtinendæ pacis, Metropoli Rhemorum donatus est, acceptis ab eo terribilibus sacramentis, & libellari professione pro fide suis Regibus conservanda, quam & viva voce in conventu Ecclesiæ recitavit, propria manu subscribendo corroboravit: necdum a sua ordinatione sextus mensis elapsus erat, & ecce quasi tempestas urbem ab eo proditam hostis invasit, sanctuarium Dei polluit, spolia diripuit, Clerum & populum captivavit.*

XL. *Post hæc vero Arnulphus suos prædones sub anathemate posuit, atque ut idem facerent Galliarum Episcopi, imperavit. Prædia Ecclesiæ, quæ per sacramentum suis militibus dederat, abstulit, hostibus contulit. Conjuratorum manum contra suum Regem ejusque exercitum in aciem sub signis Caroli produxit. Interea Legatis & litteris synodicis Romanus Pontifex, ut Ecclesiæ turbatæ subveniat, admonetur; sed neque Legatis, atque litteris consulentibus consulit. Itaque gravium Episcoporum facto consulto, litteris synodicis, aut mitis admonitione Arnulphus convenitur, decem & octo continuis mensibus, ut a cœpto furore desisteret, seque a sceleribus proditionis, & rebellionis, quibus impetebatur, regulariter purgaret, noluit. Sed cum a se maximos fautores nequitiæ suæ discedere sensit, territus Regem adiit, novisque sacramentis ac novis rerum conditionibus regiæ mensæ particeps factus est, atque ita Regis ira sedata, omni se crimine exutum credidit; indeque mox rediens, fidem sacramento rupit conditionibus non servatis, atque ii quorum intererat toties se decipi, toties bonis suis privari non ferentes Lauduni arcem occupant. Arnulphus inter hostes Regis invenitur, Synodo præsentatur, pro tot tantisque flagitiis rationem reddere deposcitur. Qui diu secum atque cum suis familiaribus multum deliberans, sua sponte in confessionem suorum peccato-*

rum

rum erupit, suisque confessoribus alios testes adhibuit, crimina sua in libellum retulit, eique a se viva voce coram Ecclesia recitata subscripsit, insignia sacerdotii deposuit, eoque se abdicavit, confessoribus atque testibus attestantibus & respondentibus: Secundum professionem tuam cessa ab officio. Hucusque ex dicta epistola Maso. Porro libellus ille Arnulphi (ne quid desideres) sic repetitur ab eodem Gerberto recitatus in Actis iisdem Rhemensis Synodi (a):

(a) Act. Syn. Rhem. c. 54.

XLI. Libellus Arnulphi oblatus Synodo.

Ego Arnulphus quondam Rhemorum Archiepiscopus recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum: testes confessores meos Seguinum Archiepiscopum, Daibertum Archiepiscopum, Arnulphum Episcopum, Gotbesmannum Episcopum, Gualterum Episcopum, Brunonem Episcopum, Milonem Episcopum, Adalbertum Episcopum, Odonem Episcopum, Guidonem Episcopum, Heribertum Episcopum constitui mihi judices delictorum meorum, & puram ipsis confessionem dedi, quærens remedium pœnitendi & salutem animæ meæ, ut recederem ab officio, & ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, & alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse me secreto ipsis confessus sum, & de quibus publice arguebar, eo scilicet modo ut illi sint testes alii succedendo & consecrandi in loco meo, qui digne præesse & prodesse possit Ecclesiæ, cui hactenus indignus præfui. Et ut inde ultra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria mea subscribens firmavi. Quo perlecto ita subscripsi. Ego Arnulphus Archiepiscopus quondam subscripsi, &c.

XLII. Joan. Pap. damnat Acta Rhem. Synodi.

Sed quid post judicium absolutum, & sententiam promulgatam? apud Aimoinum ita: *Nuntiantur hæc omnia Præsuli Romano, qui valde indignatus super hoc facto, interdixit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulphum dejecerant, & Gerbertum ordinaverant.* Hæc ibi. Sic igitur tantum abfuit, ut Joannes Romanus Pontifex quæ gesta sunt in Arnulphum probaret, ut ea omnia penitus abolenda conscripserit: interdixerit vero sacris (ut audisti) & excommunicaverit omnes illos Episcopos, qui in eadem Synodo adversus Arnulphum sententiam tulissent. Apostolicis autem bisce litteris exacerbatus valde Gerbertus, in ipsum Romanum Pontificem ad Seguinum Archiepiscopum Senonensem literas dedit, equidem virulentas ex animo exacerbato admodum proditas, Catholico homine prorsus indignas. Nam totus in eo versatur, ut excommunicationem latam adversus omnes Episcopos, qui judicaverunt causam Arnulphi, ab ipso Joanne Romano Pontifice, contemnendam esse demonstret. Epistola autem ipsa sic se habet:

Gerbertus Seguino Senonensi Archiepiscopo.

XLIII. *Oportuerat quidem prudentiam vestram callidorum hominum versutias evitasse, & vocem Domini audire, dicentis (b): Si dixerint vobis, ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite sectari. Romæ dicitur esse, qui, ea quæ damnatis, justificet; & quæ justa putatis, damnet. Et nos dicimus, quia Dei tantum, & non hominis est, ea quæ videntur justa, damnare: & quæ mala putantur, justificare.* Quid insanit Gerbertus, ut dicat Dei esse damnare justa, & justificare mala? Numquid injustus est Deus, & ut illa faciat, peccatis obnoxius? putavi codicem depravatum, sed in utraque editione hæc eodem syllabatim plane leguntur. Pergit ipse:

(b) Matt. 24.

Gerberti epist. contra Rom. Pont.

XLIV. *Deus* (inquit (c) Apostolus) *est qui justificat: quis est qui condemnet? consequitur ergo: Si Deus condemnet, ut non sit qui justificet. Deus dicit (d): Si peccaverit in te frater tuus: vade & corripe eum, &c. Quomodo igitur vestri æmuli dicunt, quia in Arnulphi dejectione Romani Episcopi judicium expectandum fuit? Poteruntne docere, Romani Episcopi judicium Dei judicio majus esse? sed primus Romanorum Episcoporum, immo ipsorum Apostolorum Princeps clamat: (e) Oportet obedire Deo magis, quam hominibus. Clamat & ipse orbis terrarum magister Paulus: (f) Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, etiam si Angelus de cælo, anathema sit. Num quia Marcellinus Papa Jovi thura incendit, ideo cunctis Episcopis thurificandum fuit? Constanter dico: quod si ipse Romanus Episcopus in fratrem peccaverit, sæpiusque admonitus, Ecclesiam non audierit: hic inquam Romanus Episcopus præcepto Dei est habendus sicut ethnicus & publicanus: quanto enim gradus altior, tanto ruina gravior.*

(c) Rom. 8.

(d) Matt. 18.

(e) Act. 5.

(f) Gal. 1.

XLV. Audisti hominis constantiam profitentis, summam inconstantiam, ingentem procaciam atque temeritatem? Sed & (si tamen verba furentis digna sunt ut examinentur, & non potius contemnantur) attende audaciam & arrogantiam, & obstupesce superbiam: qui lapsum Marcellini in exemplum adducit ad exprobrandum, ipsum synodalia Acta Marcellini redarguunt. Professa est enim tunc Synodus, super Romanum Pontificem maximi criminis accusatum, legitimo testium numero convictum, atque propria confessione reum criminis comprobatum, nullum se eum damnandi jus habere, illud proferens, atque sæpius iterans & incul-

Redargutio objectorum a Gerberto.

culcans: *Prima sedes a nemine judicatur. Et: ex ore tuo te judica, tuaque sententia damna, vel convictum absolve atque justifica, quod scilicet prima Sedes a nemine judicari debeat.* Et illud: *Nemo enim unquam judicavit Pontificem, neque præsul sacerdotem suum, quoniam prima Sedes non judicabitur a quoquam.* Cum igitur universa Synodus sanctorum Episcoporum eorumdemque tempore persecutionis acerbissimæ Confessorum, super unum legitime convictum sponte confessum Romanum Pontificum ferre sententiam recusavit: unus Gerbertus intrusus Episcopus non in unum Joannem tantum, sed in omnes generatim Romanos Pontifices peccantes, & ab Ecclesia tantum admonitos, nec convictos neque damnatos, sententiam audacissime profert, dicens: *Constanter dico: quia si ipse Romanus Pontifex in fratrem peccaverit, sæpiusque admonitus Ecclesiam non audierit: is Romanus Episcopus præcepto Dei habendus est ethnicus & publicanus.* O sententiam homine tantum sive magno aliquo hæretico, sive impudenti valde schismatico dignam, qua facta simul Concilia abrogantur, Canones jugulantur, traditiones suffocantur, & cuncta denique jura Ecclesiastica pessundantur! ut impossibile videatur, a Catholico homine somniari ista, nedum adeo procaciter effutiri. Sed amor privans seipsum nimis amantis hominis furore prorsus ebrii fecit talia delirare. At prosequamur reliqua, pergit enim eadem percitus phrenesi:

XLVI. Alia Gerberti deliramenta. *Quod si propterea sua communione nos indignos ducit, quia contra Evangelium sentienti nullus nostrum consensit, non ideo a communione Christi nos separare poterit. Cum etiam presbyter nisi confessus aut convictus ab officio removeri non debeat; præsertim cum Apostolus dicat* (a): *Quis nos separabit a charitate Christi? Et iterum: Certus sum, quia neque mors neque vita, &c. Et quænam major separatio, quam a Filii Dei corpore & sanguine, qui quotidie pro nostra immolatur salute, quemlibet Fidelium removere? Quod si hic qui vitam adimit corporalem, vel sibi, vel alteri homicida est: hic qui sibi vel alteri vitam adimit sempiternam, quo nomine appellandus est? Neque vero Gregorii sententia in populum relata in Episcopos referri potest: Sive, inquit, juste sive injuste obliget pastor, sententia pastoris gregi timenda est: non enim Episcopi grex dicitur, sed populus dicitur.*

(a) Rom. 8.

XLVII. At contra te, Gerberte, omnes ferme sacræ legis interpretes provocas, qui locum Joannis de Christo dicente Petro: (b) Pasce agnos meos, pasce oves meas, pascendo, datos Petro Episcopos omnes cum populo intelligunt: neque S. Gregorium aliud sensisse constat, quem patet plures excommunicasse peccantes Episcopos. Quod ergo Seguinus Archiepiscopus paruisset Pontificis excommunicationi: mox indignans, eos omnes redarguens, ista subiicit: *Non igitur a sacra communione, quasi criminosi confessi, vel convicti suspendi debuistis: neque vero veluti rebelles & refugæ, qui sacrosancta Concilia nunquam devitastis, maxime cum actus & conscientia sit pura nec legalis sententia damnationis in vos adhuc sit lata, nec legibus inferri possit. Legalis ideo notata est, quia Gregorius dicit: Sententia sine scripto perlata, nec nomen sententiæ habere meretur.* At scriptis Apostolicis inserta ex more sententia, quomodo sine scriptis lata asseri potest? Pergit vero: Redargutio obiectorum.

(b) Joan. 21.

Non est ergo danda occasio nostris æmulis, ut sacerdotium, quod ubicumque unum est, sicut Ecclesia Catholica una est, ita uni subiici videatur, ut & pecunia, gratia, metu, vel ignorantia corrupto, nemo sacerdos esse possit, nisi quem sibi hæ virtutes commendaverint. Sit lex communis Ecclesiæ Catholicæ, Evangelium, Apostoli, Prophetæ, Canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia observati, decreta Sedis Apostolicæ ab his non discordantia. Et qui per contemptum ab his deciderit, per hæc judicetur, per hæc abiiciatur. Porro hæc servanti, & pro viribus exequenti sit pax continua & continuo sempiterna. Vos bene valere optamus. Subiicitur statim ista numeri nota, sed depravate XXCCV. atque mox ista: *Iterum valete, & a sacrosanctis, & mysticis suspendere vos nolite. Qui enim accusatus ante judicem tacet, confitetur. Et qui judice judicante pœnæ se addicit, confitetur. Confessio autem fit, aut salutis, aut proditionis causa: salutis, cum quis confitetur de se vera, proditionis, cum falsa de se confingit, vel in se patitur confingi. Tacere ergo ante judicem, confiteri est confiteri porro falsa & mortalia crimina, homicida est: Quia omnis qui sibi causa mortis fuerit, major homicida est, & Dominus dicit:* (c) *Ex ore tuo te judico. Repellenda igitur est falsa accusatio, & contemnenda illegalis judicatio: nedum volumus videri innocentes, coram Ecclesia efficiamur nocentes.* Huc usqua Gerbertus convincendus plane ex epistola ista schismaticus, nisi tandem in sequenti, quod celebratum est Rhemensi Concilio, longa disputatione convictus a Leone Abbate Sedis Apostolicæ Legato, eidem licet invitus acquievisset, ut inferius suo loco dicetur. XLVIII. Rursus Gerbert. insaniens.

(c) Luc. 19.

Vi-

Vidisti Lector, quænam isti, qui talia ediderunt, Attalica suspendant aulæa ad ornandam impietatem, tot miseri Novatores, hostes implacabiles Romanæ Ecclesiæ, quæ tantum abest, ut horum perfidia obscuretur, quod potius illustretur, dum summa veritatis potentia de omnibus istis triumphet, sicut de aliis, qui ad hanc usque diem Catholicam Ecclesiam infestarunt, hæreticis trophæa semper erexit.

L. At satis ista adversus Gerbertum insanientem, licet per transitum, obiter dicta nobis sunt visa; verum ubi nacti sumus posteriorem quam diximus ejusdem operis editionem, eamque auctam epistola apologetica ab eodem Gerberto tunc scriptam ad Wilderodum Argentinæ civitatis Episcopum: additum oneri, ut quæ potissimum in ea adversum Romanum Pontificem ipsamque Romanam Ecclesiam dicta reperiuntur, diligenter examinemus. Non enim ista ab instituto sunt aliena, sed maxime congrua, utpote his quæ accedunt ad historiam Ecclesiasticam controversiis quam utilissima disquisitio, atque prorsus necessaria disceptatio, cum non sine magno præjudicio veritatis falsa atque calumniosa pro veris a Novatoribus venditentur, & de Gerberti nugis nundinationem, ad miseros decipiendos exerceant. Nugatum quidem se litteris illis, idem ipse Gerbertus profitetur in fine, dum ait: *Hæc sunt, dulcissime frater, quæ Rhetorum nugis complexus sum, amicitiarum pariendæ societatis, retinendæ benevolentiæ causa. Insuper vobis & vestris, me meque impensurus. Proinde vestrum diligens expecto judicium, cum in his, tum in Rhemensi Concilio a me utcumque interpretato. In quo opere res, genusque dicendis doctis auribus si placuerit erit mihi tutissima merces id effecisse, quod summis viris potuerit placuisse.* Hæc ibi ipse. Quibus intelligas vanissimi hominis scopum, & in re tam seria ludum. Prolixa satis epistola est & plane opus illud, de quo ad finem præfationis in Synodum Rhemensem est pollicitus ista, dum ait: *Alterius erit hoc operis, aliisque implicitum quæstionibus, cum de propriis, communibus, & differentiis Episcoporum, Archiepiscoporum, vel Metropolitanorum, Patriarcharum, seu primatum, vel etiam Romani Episcopi potestate, ut animo concepi prolixius disputabo.* Hæc ipse de totius epistolæ argumento.

LI. Nos vero, omissis quæ diffuse satis de Arnulphi causa disputat jam superius in tractatione de Rhemensi Concilio propalata, aliisque ad ipsius judicium pertinentibus, ea tantummodo prosequemur, quæ spectant ad Romanum Pontificem. Et quod in primis ipso ferme inculcat exordio, cum adversus pontificiam potestatem disputationem instituit, multus in eo est, ut decretalium epistolarum Romanorum Pontificum auctoritatem minuat. Sed quibus verbis, quove argumento sic accipe: *Et ne*, inquit, *fortasse ad placitum loqui videar, injuriamque decretis Pontificum Romanæ inferre Ecclesiæ: Gelasium Romanæ Sedis Pontificem sententiæ meæ primum afferam testem. Hic quippe in catalogo divinorum librorum, authenticis præmissis scripturis, &c.* a Conciliis Oecumenicis incipiens: *deinde* (subiicit ipse) *qualiter ipsius Sedis decreta accipienda sint, hoc modo distinguit: Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ, diversis temporibus ab Urbe Roma pro diversorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.* At quid excogitari potest Gerberto impudentius, cum hæc ipsa quæ a sanctissimo pariterque doctissimo Papa Gelasio in auctoritatem ac munimentum decretalium epistolarum Romanorum Pontificum adeo clare atque expressa, pontificia potestate voluit reliquisse: ipse sit ausus convertere in destructionem earumdem epistolarum? At quibusnam rationibus, ab ipso sic accipe, cum mox ista subjungit: *Et sic nominatim quædam specialia determinans legenda, solertissime ac discretissime tam de epistolis, quam de specialibus opusculis quid foret sentiendum expressit: Sed cum hæc*, inquit, *in manus Catholicorum devenerint, Pauli Apostoli præcedat sententia:* (a) *Omnia probate, quod bonum est, tenete.* (a) 1. Thess. 5.
Et inferius ex Hincmaro quem citat: *Suscipiendas igitur illas epistolas venerabiliter cum beato Gelasio dico, ut cum leguntur (sicut ipse præcepit Gelasius) Apostolica illa præcedat sententia, quæ dicit: Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Hic tu attende fraudem, considera dolum, & obstupesce versutiam horum hominum adversantium Romanorum Pontificum Epistolis decretalibus, & imposturam exclama, atque in ipsos impostores declama, cum primum Gelasii textum sumens, ac perlegens diligenter videris, quæ qualia, quanta interposita maneant a recitata illa ipsius sententia de epistolarum decretalium firmata solida auctoritate usque ad citatam ac recitatam illam Pauli sententiam: *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Post enim illa de epistolis decretalibus dicta, subinsertur de Gestis sanctorum Martyrum in genere quid sentiendum, speciatim vero de Quirici, & Juditæ atque Georgii Martyrum Actis, quæ LII. Fraus Gerberti, & Hincmari.

quæ ab hæreticis esse scripta scirentur, ob idque in Ecclesia Romana minime legerentur. His subiicitur tractatio de Vitis sanctorum Patrum, & eis quæ essent scripta a S. Hieronymo. Quibus adiicit mentionem de actibus S. Silvestri Romani Pontificis probanda ipsa sint necne. Mox de Crucis inventione historiam, necnon aliam illi similem de inventione capitis Joannis Baptistæ, haud adeo certam: Et tunc de his ista Gelasius ita perorat: *Sed cum hæc ad Catholicorum manus advenerint: beati Pauli Apostoli præcedat sententia: Omnia probate, quod bonum est, tenete.*

LIII. Vidisti, Lector, de quibus sit dicta illa a Gelasio sententia Pauli, & ad quæ referant illam mali consarcinatores commissuram alterius panni male consuentes cum altero, doli fabricatores linientes (ut (a) Propheta ait) parietem absque temperamento, fraudum opifices, quæque obvia pro arbitrio adulterantes? Cum si bona fide rem egissent, utique considerare debuissent singula, quæque scriptorum genera ab eodem Gelasio sua quaque speciali sententia definita concludi, & consignata relinqui; ut plane pro monstro habendum sit, si quod privatim de aliquo est statutum, alteri tribuatur, non secus ac si quod Apostolus ibi tradit de (b) novis prophetiis dicens: Prophetias nolite spernere, omnia probate, quod bonum est tenete, quis referendum esse velit etiam ad Evangelium Christi, de quo ipse Apostolus eadem epistola ante meminit, iisdem Thessalonicensibus scribens, ut sub arbitrio cujuscumque recipiendum, vel non recipiendum constituat Evangelium:

(a) Ezech. 13.
(b) 1. Thes. 5.

LIV. Instantia digna proposita. *Quod & si volunt isti, ut ea Pauli sententia ad ea etiam, quæ superius dicta sunt referatur, cur non etiam Concilia Oecumenica superius recensita ipsi subiiciat, vel proxime junctam Leonis Papæ Catholicam epistolam contra Eutychen promulgatam? dicens quod scilicet eamdem absque ambiguitate ulla esse recipiendam, idem Gelasius declaravit. Bene quidem, sed quæso te, quæ ambiguitas est relicta, cum decretales epistolas venerabiliter esse recipiendas, sanctissime definivit, ut opus sit ad illam Apostoli revocare sententiam, Omnia probate, quod bonum est, tenete?* Facessant ista deliria non solum quolibet viro Catholico indignissima, sed a quovis homine rationis compote alienissima. Sic igitur ejusmodi adulterino commento humiliate, atque prorsus humi pedibus omnium transeuntium conculcanda prosternere conatus est Gerbertus post Hincmarum ipsa sacrosancta Decreta Romanorum Pontificum, dum quemque, ea adhibita sententia Pauli, velit posse pro arbitrio probare & non probare, quæ ab illis hactenus reperirentur fuisse decreta, quam tantam blasphemiam ab ullo ne umquam hæreticorum, vel schismaticorum in hanc diem prolatam fuisse, memoria non tenemus: adeo ut auctores erroris Hincmarus atque Gerbertus summo dedecore diei debeant, sive potius Hincmarus auctor, Gerbertus autem propagator sit appellandus; siquidem super fundamenta, quæ posuit Hincmarus, Gerbertus superædificavit qui eumdem citans auctorem in hac eadem epistola, nonnulla in eamdem suam sententiam recitat, ex illa prolixa Hincmari epistola, quam scripsisse vidimus contra nepotem suum æque Hincmarum dictum Laudunensem Episcopum, dum iste adversus ipsum pro epistolis decretalibus defendendis insurrexisset; aitque de dicta a se prolata, & male interpretata Gelasii de epistolis decretalibus ejus sententia: *Hunc locum differentiarum etiam Hincmarus Rhemorum venerabilis Antistes nepoti suo æquivoca scribens interpretatus est, &c.*

LV. Idem vero cum ex eo recitet alia plura, quibus Hincmarus eo stultitiæ venit, ut eatenus dicat esse recipiendas decretales epistolas, sive decreta Romanorum Pontificum, quousque Concilia ab eis diversos Canones non statuerint: plane demonstrat quod eis longe præferat Canones Conciliorum, utpote quod velit eos esse perpetuos, decreta autem Romanorum Pontificum temporaria, ita male accipiens illa verba Gelasii, quibus dixit: *Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab Urbe Roma pro diversorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.* Nam ad hæc Hincmarus, quem recitat, habet ista: *Quantum enim distet inter illa scilicet Concilia, quæ custodienda & recipienda decrevit, & inconvulsa, firmaque deinceps Patres Catholici manere voluerant: & illas epistolas, quæ diversis temporibus pro diversorum consolatione datæ fuerunt, quas venerabiliter suscipiendas dicunt: nemo dogmatibus exercitatus ignorat. Si enim quædam ex his, quæ in quibusdam illis epistolis continentur, tenere, & custodire velle inceperimus: adversus ea, quæ ante servare voluimus, faciemus; & a Conciliis sacris, quæ perpetuo nobis recipienda, tenenda, custodienda, atque sequenda sunt, deviabimus: nam & beatus Gelasius easdem epistolas non solum sacris Canonibus in quibusdam adversas, sed etiam sibi ipsi diversas ostendit, cum dicit, illas diversis temporibus pro diversorum* con-

Quæ Hincmarus in decretales epistolas.

consolatione datas. Et hinc forte adversum me dices: ergo calumniaris Apostolicam Sedem in functis ejus Pontificibus eo quod male senserint, & non tenenda decreverint. Inde tibi respondebo, quod de lege non Judaice servanda, contradicentibus sibi atque dicentibus: Lex ergo adversus promissa Dei, respondens Apostolus (a) Rom. 7. *(a) ait, Absit, lex quidem sancta & mandatum sanctum & justum & bonum, sed personis & temporibus congrua, quæ propter transgressiones posita est.* Et paulo post: *Decretales epistolas cum Gelasio Apostolico viro venerabiliter suscipiendas dico, quæ suis temporibus congruentes fuerunt, donec per sacra Concilia Patres nostri in unum convenientes (sicut ejusdem Apostolicæ Sedis Pontifices protestantur suggerente sibimet sancto Spiritu, quoniam aliter credendum non est) mansuras usque ad finem sæculi leges condiderunt. Et sicut* (b) Gal. 3. *dicit de lege Apostolus: (b) Si enim esset, quæ posset vivificare, vere ex lege esset justitia. Ita salva reverentia Sedis Apostolicæ dico, quia illa, quæ in eisdem epistolis continentur, & suis temporibus congrua fuerunt, subsequentibus temporibus, ita ut in iis temporibus continentur, omnia & simul custodiri valerent & servari & teneri congruerent: Patres nostri Catholici, doctique Pontifices in Conciliis sacras leges mansuras usque in sæculi finem non conderent. Suscipiendas igitur illas epistolas venerabiliter cum beato Gelasio dico, & cum leguntur, sicut ipse præcepit Gelasius,* (c) 1. Thess. 5. *(c) Apostolica illa præcedat sententia, quæ dicit: Omnia probate, quod bonum est tenete. Et hæc dico, non ut tacite dicam quædam non esse bona, sed non per omnia sacris Canonibus Patrumque Conciliis consona. Sicut & Apostolus dicit:* (d) Rom. 7. *(d) Lex quidem bona & sancta, & mandatum sanctum, justum & bonum, sed temporibus suis.* Hucusque ibi Gerbertus ex Hincmaro.

LVI. Hincmarus confutatur. At quantum hallucinatus sit Hincmarus ista delirans, jam paucis ostendamus. Ex his omnibus recitatis a Gerberto ex Hincmaro tres haud leves numerantur errores, atque primus ille, ex quo reliqui; dum videlicet subjicit Decreta Romanorum Pontificum quibuscumque Canonibus Conciliorum; dum enim illa temporaria, perpetui isti ab eodem asseruntur, & illa per istos abrogari tradit: plane significat majoris esse auctoritatis in Ecclesia Dei Canones Conciliorum decretis Pontificum. Hæc quam sint absurda, & ab omni ratione penitus aliena; quæ sæpe superius sunt allata, demonstrant, hic breviter repetenda. Si enim (quod sæpe pariter est demonstratum) quidquid virium Canones habent, hoc totum ab eis est, id scilicet concedente Romano Pontifice suis litteris decretalibus; quomodo non majoris auctoritatis sunt illæ Canonibus? Sine illis quippe nec Synodum congregare (quod plurimis exemplis & auctoritatibus superius contigit demonstrari) nec sancita licet promulgare, nec robur habere Canones, vel edi possunt, vel recipi, & in auctoritatem assumi. Si igitur non nisi suo interposito decreto per scriptas ad Synodos epistolas decretales, condi Canones & conditi probari, edique possunt: quomodo non majoris auctoritatis decretales epistolæ censeri debeant, a quibus, ut sint, nominentur, citentur, vim omnem accipiunt? Quam ista sint vera (ut taceamus de reliquis) exemplum de Oecumenicis Synodis afferamus, earumque omnium ex Episcoporum numero maxima, nempe Chalcedonensi, deque ea non quid reliqui, sed Gelasius ipse scriptum reliquerit, cujus assertam sententiam adeo Hincmarus cavillatur, ut plane contrarium ab eo, quod sensit ac scripsit, ipsum sensisse atque scripsisse testetur: Ipse inquam Gelasius quomodo Romani Pontifices suis decretalibus litteris vim & auctoritatem dent vel adimant Synodis Oecumenicis, dum agit de Concilio Chalcedonensi sic ait: (e) *Ita quod firmavit in Synodo Sedes Apostolica, hoc robur obtinuit, quod refutavit, hoc habere non potuit firmitatem: & sola rescidit, quod præter ordinem congregatio synodica putaverat usurpandum.* (e) Gelas. de vincul. Anathem. At quomodo factum istud, nisi sancti Leonis magni litteris decretalibus, quæ extant adhuc ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum datæ & alios?

At ne tu putes Oecumenicas tantum Synodos a Romano Pontifice confirmari, cæteras, ut minores negligi, rursum eumdem audi Gelasium, cujus & sententiam quoque Gerbertus ex Hincmaro in dicta sua recitavit epistola: sunt hæc Gelasii verba: *Confidimus, quod nullus jam Christianus veraciter ignoret, uniuscujusque Synodi institutum, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem, quam primam, quæ unamquamque Synodum & sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet Principatu, quem B. Petrus Apostolus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper & retinet.* LVII. Litteris suis igitur decretalibus Pontifices sicut confirmant, ita etiam custodiunt Canonum observantiam, nec contra has ipsi Canones quidquam virium habent; sed veluti quodam gratitudinis jure totum Sedi Apostolicæ rependerunt, quod se ab ea accepisse, ut essent, intellexe-

Dicta SS. Patrum male usurpata ab Hincmaro.

multa Gerbertus ingerit, sanctorum Patrum abutente auctoritate, nempe Augustini primum, dum ille agit de litterarum Episcoporum auctoritate, cum non de Romani Pontificis litteris decretalibus ipse tunc agat; sive cum citat Hieronymi sententiam, in excusationem ad postremum hæc dicens: *Et ne quis nos in invidiam adducat, quasi privilegiis Romanæ Ecclesiæ derogantes, audiat, Hieronymum dicentem: si auctoritas quæritur; orbis major est Urbe.* At nihil improprius. Non enim ipse sanctus Hieronymus (*a*) ea epistola ad Evagrium agit de alio decreto Romani Pontificis abrogando, sed de abusu, qui irrepserat cum diaconi adversus totius Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem in presbyteros plus juris sibi vendicarent, quam par esset. At quis neget in Urbe Roma in tanta omnium Gentium confluentium multitudine semper posse pravi aliquid in moribus latenter irrepere, quod sit falce Apostolica succidendum? Cæterum cum casus accidit, ut quid de sacris dogmatibus a Romano Pontifice fuerit statuendum, illudque ipsum decretalibus suis litteris promulgandum: tunc plane tantæ Sedis auctoritate, toto orbe Urbem esse majorem inventam. Cujus rei tanti momenti exempla si quæras, consule, quæ dicta sunt superius tomo secundo Annalium in Stephano Papa & martyre in famosissima controversia illa de baptismate hæreticorum.

(*a*) *Hier. ep.* 85.

LXI. De Gerberti Apostrophe.

Postbæc Gerbertus ad causam Arnulphi recurrit, quem vult juste in Synodo Rhemensi esse depositum, injuste vero per Romanam Ecclesiam restitutum, adversus quam latrans, hac apostrophe claudit epistolam: *Sed una salus homi*-*nis, o Christe, tu es: ipsa Roma omnium Ecclesiarum hactenus habita mater, bonis maledicere, malis benedicere fertur, & quibus nec Ave dicendum est, communicare; tuumque legem zelantes damnare, abutens ligandi & solvendi potestate a te accepta, cum apud te non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæratur, nec possit hominis esse impium justificare, justumque damnare.* Ista Gerbertus, cui satis obiicere non unius tantum Joannis Papæ sententiam, sed omnium illorum Francorum Episcoporum, qui duabus Synodis posthæc celebratis interfuerunt, quibus & Reges pariter consenserunt. Sed & ipsa relata in publica monumenta disputatio illa, quam cum ipso Gerberto in ultimo Rhemensi Concilio Leo Abbas ab Apostolica Sede Legatus missus habuit, quam ipsum redarguerit, & penitus confutarit, qui ad Aimoinum Auctarium adjecit, ostendit. Quæ si extaret, & a Novatoribus ista cariosa prodentibus bona fide edita esset, non adeo nobis in his laborandum fuisset. Sed quæ sunt anni hujus jam reliqua prosequamur.

LXII. S. Osvvaldus Episc. Wigorniensis migrat in Cœlum.

Hoc eodem anno magnus ille Osvvaldus Wigorniensis in Anglia Episcopus ex hac vita migravit in cœlum, ubi sedisset annis triginta; quippe qui creatus fuit Episcopus anno Christi nongentesimo sexagesimo secundo: cujus cum vita fuerit admiranda, obitus quoque talis extitit, qui digne Annalibus intexatur, ejusmodi enim fuit: *Die quadam* (ait fidelissimus scriptor (*b*) vitæ illius) *egressus cum suis ex Oratorio, sub divo stans, in cœlum intentissime oculorum aciem defixit, Christum, quem suspirabat, pio corde & ore attentius orans. Nec vero oculos, ut fit,* *cito*

(*b*) *Extat apud Sur. die* 15. *Octob. c.* 15. *tom.* 5.

PAGIUS IV. *Moritur Osvvaldus Archiep. Eborac.*

Ad num. LXII. Ex tribus Antistitibus, qui hoc sæculo tanquam Sydera per Angliam micuere, Dunstano scilicet, Ethelvvoldo, & Osvvaldo, duobus prioribus superstes fuit *Osvvaldus*, qui, ut loquit Malmesburiensis lib. 3. de Pont. solus eos exhibuisse videtur, *auctoritate illum, efficacia istum, ambos sanctimonia.* Ejus Vita ab Auctore Anonymo, qui incerta ætate vixit scripta, & a Bollando ad diem XXIX. Februarii, a Mabillonio vero Sæc. V. nativo stylo repræsentata; Surius enim, dum eam expolire voluit, aliquibus in locis corrupit. Wartonus in parte II. Angliæ sacræ aliam *Sancti Osvvaldi* Vitam ab Eadmero Monacho Cantuariensi elucubratam pag. 191. & seqq. publicavit. Wigorniensis & passim Scriptores Anglici mortem ejus in præsentem annum conferunt, & in priori ejus Vita diserte dicitur: *Obiit S. Osvvaldus anno gratiæ nongentesimo nonagesimo secundo, & Episcopatus sui trigesimo, pridie Kal. Martii.* Ex verbis illis Baronius infert, Osvvaldum anno CMLXII. Episcopum Wigorniensem nuncupatum fuisse: Bollandus vero binarium numerum a Librario omissum, quod ab anno CMLX. ad currentem anni XXXII. intercurrant, & Historici Anglici Osvvaldum anno CMLX. creatum Episcopum referant. Denique Mabillonius Dunstanum, cui Osvvaldus in Episcopatum illum successit, arbitratur anno tantum CMLXII. ad Archiepiscopatum Cantuariensem evectum esse, tuncque Episcopatum Wigorniensem dimisisse, & ideo locum purum esse. Verum hanc ultimam sententiam loco suo confutavimus, & ex dictis anno CMLX. liquet, *Dunstanum* exeunte Septembri Romæ a Joanne Papa XII. Pallium suscepisse; *paucis exinde mensibus interjectis*, postquam Roma rediit, ad Edgarum Regem profectum esse, & ab eo obtinuisse, ut Osvvaldus ad Sedem Wigorniensem promoveretur, quod post annum CMLXI. contingere non potuit. Quo pacto recte Scriptor ejus Vitæ tradit, cum *annos triginta* Sedem illam gubernasse, neglectis scilicet mensibus, quod passim etiam ab aliis Scriptoribus præstitum. Baronius ejus Archiepiscopatus Eboracensis non meminit, quo cum exornatus fuerit anno CMLXXI. ut eo anno ostendimus,

cito retraxit; sed perinde ac sui novi quidpiam cum summa animi voluptate contemplaretur, diutissime in eo quod intuebatur, defixus fuit: rogatus ecquidnam videret, ita respondit: Contemplor *id quo tendo, idque crastino die, etiam me tacente, res ipsa vobis declarabit. Æterna namque beatitudo, cujus causa in terris hucusque laboravi, nunc instat. Nec ante crastinam occumbet lux, quam me in eam Dominus meus, sicuti est pollicitus, introducat. Reversusque in Oratorium, convocatis fratribus, hortatur eos, ut impendant ipsi ministerium sacræ unctionis cum viatico Dominici corporis. Nocte sequente oblitus adversæ valetudinis suæ in templum se contulit, officium divinum explevit, & reliqua noctis spatia in Dei laudibus expendit. Mane solito more linteo præcinctus, pedes pauperum lavit, atque extergens, quindecim Psalmis, quos in illa ministerio dicere solebat, persolutis, subjunxit* GLORIA PATRI ET FILIO. *Cumque pauperes pro more gratias agentes surgerent; ille autem diceret* SPIRITUI SANCTO, *ante illorum pedes in manus Christi spiritum reddidit. Cum autem corpus ejus ad Ecclesiam, quam construxerat, deferretur, nivea columba e cœlo descendens, expansis alis, lento volatu illud protegere visa est. Ignea quoque sphæra cælitus lapsa, super feretrum apparuit, depositoque ante altare sacro corpore, visa illa tamquam locum sepulturæ ejus designatura ad australem Ecclesiæ plagam juxta altare divertit, sicque ab oculis intuentium subducta est, &c.* Secuta sunt ista admiranda signa, quibusque virum sanctissimum cum Christo in cœlo regnare, quam certissime docuere. At hæc ad institutum satis.

Se-

PAGIUS

mus, manifestum est, per annos XXI. *Oswaldum* Archiepiscopatum illud administrasse.

V. *Floret B. Adalbero Metensis Episcop.*

Florebat hoc tempore in Galliis *Beatus Adalbero* Metensis Episcopus, qui omnia monasteria olim a suis decessoribus constructa & postea, vel eversa, vel derelicta reædificavit, monachos qui ea habitarent collegit, & maxima bona in eadem contulit. Meurissius in lib. 3. de Episcopis Metensibus refert chartam Ottonis III. qua ad petitionem Adelhaidis Augustæ aviæ suæ Monasterio S. Symphoriani extra muros civitatis sito bona eidem tam a suis decessoribus quam ab Adalberone Episcopo concessa confirmat. Data illa *Octavo Kal. Februarii anno dominicæ Incarnationis* CMXCII. *Indict. V. Anno autem tertii Ottonis regnantis nono.* Auctor Anonymus & coævus qui ejus Vitam scripsit, de hoc Monasterio ait: *Primordia ac primitias actuum ipsius ad divinos usus, & ad exercendos animos, in his quæ pietatis sunt, S. Symphoriani locus extitit, &c. Postquam vero locum hunc Deo stabilitum reddiderat, & Monachorum copia pulcherrima, quos undecumque collegerat, honestissimum fecerat id deliberans, ut semper sancti non solum spiritu sed & anima & corpore Deo & Christo ejus servientes nulla sui parte vel ad momentum quidem a divino pietatis opere otiosa consisterent, &c. Romanum iter aggreditur limina Apostolorum adit, & suos subditorumque excessus fletibus, quibus sæpe mortales abundabat, deplorans deponit. Papa Joannes sanctæ Sedi præsidebat, & vices B. Petri dignissime administrabat, qui dominum Adelberonem tanto honore suscepit, tantaque reverentia habuit, ut hominem hujusmodi generis & nobilitatis decebat, & quod magis est, tanta familiaritatis, & pietatis viro competere novit, ac Sanctorum Reliquiis honestissime muneravit.* Subdit Adalberonem Xenodochium tunc pauperrimum ædificiis pulcherrimis exornasse, plurimis divitiis ditasse, ac constituisse *ibidem ancillas Dei ad laudes perpetuo Creatori omnium celebrandas.* De monasterio Spinalensi ab eodem constructo pro Sanctimonialibus, alteroque pro Clericis, anno DCXLII. verba fecimus.

I. Synodus Romana in canonizatione S. Udalrici.

SEquitur Redemptoris annus nongentesimus nonagesimus tertius, Indictione sexta, quo a Joanne Papa relatus est in numerum Sanctorum Udalricus Augustanus Episcopus, de quo plura superius dicta sunt. Extant ipsa Acta in diplomate ejusdem Pontificis ea in re confecto Romæ in synodali conventu, a nostro Velsero in lucem vendicata, quæ sic se habent:

Joannes Episcopus servus servorum Dei, omnibus Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus in Gallia & Germania commorantibus salutem in Domino, ac Apostolicam benedictionem. Ita Inscriptio Actis imposita quæ sequuntur:

II. *Cum convocatus esset sanctus in palatio Lateranensi pridie Kalendas Februarias, residente Joanne sanctissimo Papa cum Episcopis & presbyteris, astantibus diaconibus, & cuncto Clero, surgens reverendissimus Luitolphus Augustæ Episcopus inquit: Domine sanctissime Præsul, si vobis placet, & omnibus Episcopis & presbyteris hic residentibus, libellus quem præ manibus habeo, coram vobis legatur de vita & miraculis venerabilis Udalrici sanctæ Augustanæ Ecclesiæ dudum Episcopi, & quid libitum vobis fuerit decernatur. Quia Spiritus sancti testatur præsentia & congregatio sacerdotum, certum esse quod legimus, quia nec potest Veritas nostra mentiri, cujus in Evangelio ista est sententia: (a) Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod cum ita sit, nec huic tam brevi numero Spiritus Sanctus deest: quanto magis eum nunc interesse credamus, quando in unum convenit turba sanctorum: sanctum namque est pro debita veneratione collegium.*

(a) Mat. 18.

III. Decretum Joan. Pap.

Cumque perlecta esset vita prædicti sanctissimi Episcopi: ventum est ad miracula, quæ sive in corpore, sive extra corpus gesta sunt, videlicet, cæcos illuminasse, dæmones ab obsessis corporibus effugasse, paralyticos curasse, & quam plurima alia signa gessisse, quæ nequaquam calamo & atramento illustrata sunt.

IV. *Quæ omnia lepida satis urbanitate exposita recepimus: & communi consilio decrevimus memoriam illius, id est sancti Udalrici Episcopi, affectu piissimo & devotione fidelissima venerandam: quoniam sic adoramus & colimus reliquias Martyrum & Confessorum, ut eum, cujus Martyres & Confessores, sunt, adoremus: honoramus servos, ut honos redundet in Dominum, qui dixit: (b) Qui vos recipit, me recipit. Ac proinde nos, qui fiduciam nostræ justitiæ non habemus, illorum precibus & meritis apud clementissimum Deum jugiter adjuvemur, quia divina saluberrima præcepta, & sanctorum Canonum ac venerabilium Patrum castabant efficaciter documenta omnium Ecclesiarum pio considerationis intuitu, immo Apostolici moderaminis nutu, utilitatum commoditatem, atque firmitatis perficere integritatem, quatenus memoria Udalrici jam præfati venerabilis Episcopi, divino cultui dicata existat, & in laudibus Dei devotissime persolvendis semper valeat proficere. Si quis interea (quod non credimus) temerario ausu contra ea, quæ hac nostra auctoritate pro ac-*

(b) Mat. 10.

PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hisp. MXXI. Anno Hegiræ CCCLXXXIII. inchoato die 26. Febr. fer. 2. A.C.992.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6486.

☉ 22. A. ☽ 6. P. 16. April. Indict. 6.

Jesu Christi 993.

Joannis XV. Papæ 9.

Ottonis III. Reg. 11.

Basil. & Const. Impp. 18.

I. *S. Udalricus a Joanne XV. canonizatur.*

ANum. I. ad X. Joannes XV. *S. Udalricum* Episcopum Augustensem hoc anno canonizavit, ut patet ex *ejus* diplomate a Baronio recitato, in cujus fine habetur: *Data tertio Kal. Februarias* (legendum, tertio Nonas Februar.) *per manum Joannis Episcopi sanctæ Nephesinæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ anno Pontificatus domini nostri Joannis Sanctissimi XV. Papæ octavo, mense dicto, & indictione sexta*, quæ hoc anno usque ad Kal. Septemb. Romæ in cursu fuit. Ratio cur *III. Nonas* legendum sit, ex ipsomet Rescripto Apostolico deducitur, in quo habetur *pridie Kal. Februarias* Pontificem Synodum Romæ congregasse, ut libellus de Vita & Miraculis Udalrici recitaretur. Si enim Synodus mensis Januarii die ultima congregata fuit, die antecedenti canonizatio fieri non potuit. Ex hac subscriptione intelligimus primo, hunc Pontificem semetipsum *Joannem* ordine XV. appellasse, ideoque *Joannem Roberti* filium qui eum præcessit, pro vero Pontifice non agnovisse. Secundo, eum an. CMLXXXV. ante finem mensis Januarii Pontificatum adeptum esse, & annum illum Pontificatus octavum ab anno antecedenti, juxta ea, quæ ibidem in medium adduximus, proficisci.

II. *Forma Canonizationis.*

Existimavit Baronius jam tempore *Leonis Papæ III.* solemnes Sanctorum Canonizationes in usu fuisse, quam opinionem vulgarem nostra tandem ætate Viri Eruditi sustinere non posse ostenderunt, ut suo loco vidimus. Primum itaque exemplum, de quo controversia esse non possit, hoc anno tantum nobis occurrit; cumque Mabillonius in Præfatione Sæc. V. Be-

ac firmiter per hoc privilegium constituta sunt, contraire tentaverit, vel hac, qua a nobis in laudem Dei, & pro reverentia jam dicti Episcopi statuta sunt, refringere, aut in quoquam transgredi: sciat se auctoritate beati Petri principis Apostolorum, cujus vel immeriti vices agimus, anathematis vincula innodatum. At vero qui pio intuitu observator extiterit, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro multipliciter consequatur, & aeterna vita particeps efficiatur. Scriptum est per manum Stephani Notarii Regionarii & Scriniarii sancta Romana Ecclesia in mense Februario, Indictione sexta, anno nongentesimo nonagesimotertio.

V. *Ego Joannes sancta Romana Catholica & Apostolica Ecclesia Episcopus huic decreto a nobis promulgato consensi & subscripsi.*

Joannes Episcopus sancta Anagaina Ecclesia consensi.
Benedictus Episcopus sancta Pipernensis Ecclesia consensi.
Dominicus Episcopus sancta Forentina Ecclesia consensi.
Crescentius Episcopus sancta Silvacandida Ecclesia consensi.
Amiso Episcopus sancta Cerensis Ecclesia consensi.
Bonizo Archipresbyter & Cardinalis sancta Lucia consensi.
Benedictus presbyter & Cardinalis S. Stephani consensi.
Leo presbyter & Cardinalis sancti Nerei consensi.
Joannes presbyter & Cardinalis sancti Damasi consensi.
Leo presbyter & Cardinalis sancti Sixti consensi.
Joannes presbyter & Cardinalis sanctorum Apostolorum consensi.
Joannes presbyter & Cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum consensi.
Joannes presbyter & Cardinalis sancti Clementis consensi.
Crescentius presbyter & Cardinalis S. Callisti consensi.
Benedictus Archidiaconus.
Joannes diaconus & oblationarius.
Benedictus diaconus.
Joannes diaconus.
Hi omnes consenserunt & subscripserunt.

*Data tertio * Kalendas Februarii per manum Joannis Episcopi sancta Nepesina Ecclesia & Bibliothecarii sancta Sedis Apostolica, anno Pontificatus domini nostri Joannis Sanctissimi XV. Papa octava, mense dicta & Indictione sexta.* VI. Ita plane hoc anno octavus annus Joannis Papæ absolvitur, & nonus inchoatur. Sic igitur solemni ritu relato in Album Sanctorum sancto Udalrico, ejus dies natalis publice cœpta coli, quod non nisi Dei voluntate peractum evidens illud miraculum comprobavit, quod inter alia multa post vitam ipsius, descripta, sic legitur: (a)

* Nonas

(a) *Mirac. S. Udalrici c. 27.*

VII. *Quidam vero homo juxta Danubium, cum cunctus populus sua sponte natalitiam S. Udalrici solemniter celebraret, fœnum cum rastellis congregavit in cumulos, diem sanctum spernendo: qui cum altera die cum plaustris veniret, ut hoc in fœnariam suum duceret, exterius formosum invenit, cum autem bidenti ligno interius tangeret, totum in favillas immutatum invenit, & diem sanctam quem antea celebrare non voluit, postea prae timore contemnere non audebat.* Hæc ibi, & alia multa sanctitatem viri sanctissimi declarantia miracula subiicit, quæ brevitatis causa omittimus.

VIII. Non est autem prætermittendum, canonizationis Sanctorum usum hoc tempore in Ecclesia frequentem reperiri. Nam Petrus Damiani in epistola ad Henricum Ravennatem Episcopum hæc (b) habet de pluribus, quibus qui tunc floruere sanctis Episcopis: *Nostra quippe aetate*, inquit, *beati viri videlicet Romualdus Camerinensis, Amicus Ramiboneasis, Guido Pompesianus, Firmanus Firmensis & quam plures alii sancta conversationis studio floruerunt, super quorum videlicet veneranda cadavera ex sa-*

(b) *Pet. Dam. ep. 16. c. 19.*

PAGIUS Benedict. num. XCIX. & seqq. quæstionem hanc enodaverit, quæ de ea in medium adduxit, hic referam: „ Primum, inquit, in„dubitatæ fidei monumentum de solemni per „ Romanum Pontificem canonizatione inveni„mus Diploma Joannis XV. qui in frequenti „ Episcoporum Conventu, ad preces *Litulfi* „ Episcopi Augustani, *Udalricum* ejusdem Ec„clesiæ Episcopum in Sanctorum album „ retulit anno DCCCCXCV. legendum, „ XCIII. isque error Typographo attribuen„dus, cum ipsemet Mabillonius Bullam in„tegram Joannis XV. in eo Sæculo exhi„buerit). Joannis literas damus integras in „ fine Vitæ Sancti Udalrici: sed fragmentum „ huc adducere juvat ad probandam canoni„zationis formam: *Cum Conventus esset fa-*

ctus in Palatio Lateranensi pridie Kalendas Februarias, residente Joanne Sanctissimo Papa cum Episcopis Presbyteris, & adstantibus Diaconibus & cuncto clero, surgens Reverentissimus Liutolfus Augusta Episcopus inquit. Domine sanctissime Prasul, si vobis placet, & omnibus Episcopis & Presbyteris hic residentibus, libellus, quem pra manibus habeo, coram vobis legatur de Vita & Miraculis Venerabilis Udalrici, Sancta Augustana Ecclesia dudum Episcopi, & quid libitum fuerit vobis, decernatur. Iis perlectis sanxit Pontifex, *quatenus memoria Udalrici jam prafati venerabilis Episcopi, divino cultui dicata existat, & in laudibus Dei devotissime persolvendis semper valeat proficere.* „ Id vero a Liutolfo ea ratione fa„ctum existimamus, ut S. Udalrici cultus, „ quem

sacerdotalis Concilii auctoritate sacra sunt altaria erecta, ubi nimirum divina mysteria, miraculis exigentibus offerantur. Et paulo post meminit de beato Arduino presbytero his temporibus miraculis claro. Concedere autem licentiam ex Synodali decreto, ut supra corpus defuncti erigeretur, altare, hoc ipsum erat inter Sanctos annumerare, ut anniversaria memoria de eis agi posset, quod idem narrat de sancto Romualdo Ravennate in fine vitæ ipsius. Quod rursum ad sanctum Udalricum in Album Sanctorum pontificia auctoritate relatum pertinet, hic ad postremum perbrevem subiiciemus epistolam Gregorii (a) Papæ Septimi, qua humili voto petenti Patriarchæ Aquilejensi concedit, ut in die natalis sancti Udalrici & sanctæ Afræ ejusdem Augustanæ Ecclesiæ patronæ pallio uti posset, ut innotescat quam celebris esset cultus ejusdem Sancti. Sic enim se habet: (b) Greg. l. 6. ep. 38.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei Henrico charissimo in Christo fratri, & Coepiscopo Aquilejensi salutem & Apostolicam

Ann. Eccl. Tom. XVI. Tt

PAGIUS „ quem ipse in sola Augustensi Ecclesia instituere poterat, latius propagaretur auctoritate Romani Pontificis: quod alii postea in religionem verterunt.

III. *Canonizationes insigniores ante Alexandrum III. factæ.* „ In Gallia quidem Richardus Corbeiæ Abbas, *missis ad Joannem XX. Legatis*, ut scribit Gerardus, Adalbardi Abbatis elevationem fieri impetravit anno MXX. quod etiam de Paschasio Radberto concessum est anno MLXXIII. in Alamannis vero Norpertus Abbas ad Sanctum Gallum, *adminiculante Henrico Imp. & conjuge ejus Agnete, hoc obtinuit apud Dominum Apostolicum, Clementem secundum, recitata vita Beata VViborada ejusque miraculis, de tandiu neglecta ro ab ipso Papa redarguitur, quatenus ipsam, promote Theodorico Constantiensi Episcopo canonizaret, & pro sancta haberi praeciperet, & anniversarium ipsius diei solemnizandum instituerit*, ut scribit Burchardus Monachus in cap. VI. „ Sub hæc Leo IX. anno MLIII. Gerardum Tulli Leucorum Episcopum, Sanctis adnumerari præcepit, *annuente ac laudante Synodo Lateranensi*, decernens ut ex hoc Sanctus haberetur, colereturque IX. Kal. Majas tam Tulli Leucorum, quam ubique terrarum, sicut cæteri Sancti. Literas Pontificias habes ad calcem hujus libri. *VVolfgangum* item Ratisponensem Antistitem eodem honore decoravit idem Pontifex, cujus item permissu elevatum est corpus Sancti Bertini; tametsi inter Sanctos jam honorati, ut in Sæculo III. Benedictino legitur. [1]

„ Successit canonizatio *Petri Anagninensis Episcopi* per Paschalem II. qui compertis ejus pie factis atque miraculis per Brunonem Signiensem Episcopum, ejusdem Natalem tertio nonas Augusti Sanctorum catalogo congrue celebrem recoli mandavit anno MCV. (Baronius ad illum annum). Post quindecim annos *Udalricus* Constantiensis Episcopus Vitam cum miraculis Sancti Conradi ejusdem Sedis Episcopi literis mandavit, præmissa Epistola ad Callistum II. in qua dicit se *pro ejusdem Conradi gloria, ut moris est Ecclesiarum, canonizanda*, Sedem Apostolicam crebris interpellasse literis, idque tan- IV. *Alia Canonizationes.*

NOTÆ [1] INter canonizationes Sanctorum antiquissimas merito referenda est consecratio Simeonis cujusdam viri sancti & reclusi, qui e Jerosolyma Treverim migraverat, qua de re Author Gestorum Archiepiscoporum Trevirensium vulgatus a P. Martene Vet. monum. t. 4. col. 165. &c. Exhibet ille literas Popponis archiepiscopi Trevirensis, scriptas altero anno ab obitu Joannis XIX. ad Benedictum IX. nempe anno 1034. quibus subditorum suorum nomine rogat Pontificem, ut dato *sui Apostolatus decreto* nomen Simeonis liceat cum Sanctorum nominibus conscribat, cujus rei gratia mittit ad illum *Sancti Viri vitam, & miracula*. Rescripsit statim Pontifex se *auctoritate Apostolica, & complurium fratrum suorum* assensu decrevisse, ut Simeon ille *posthac semper & ubique Sanctus deberet* nominari, ejusque natalem diem singulis annis celebrari.

Sed & hoc de adscriptis in Ecclesiæ albo per hæc tempora argumentum maxime illustrat historia solemnis translationis corporis S. Adalberti primi Pragensium Episcopi e Gnesna Pragam cujus & Pagius ad A. 1036. 4. ex Cosma Pragensi memorat. Porro solemnes Sanctorum lypsanum translationem unicum esse ritum, quo Sancti per hæc tempora canonizabantur, ex Mabillonio & Pagio certum est. Igitur Cosmas Pragensis qui cum ad annum usque 1125. vitam produxerit, qua de re in Nota ad A. 1036. 4. agemus; res ab ætate sua non plane remotas compertas habere poterat, narrat solemnem illam translationem habitam fuisse vel Kal. Septembris ut habent Codices editi vel VIII. Kal. Septembris ut legit MS. Codex, cujus varias lectiones dedit Menkenius Rer. German. Script. to. III. col. 1790. Hujus vero rei fama, ait Cosmas, cum ad Pontificem Romanum (Benedictum scilicet) pervenisset, tulit moleste, pessimum id exemplum præberi ratus *jura Apostolica sedis violandi*. Quod cur timuerit Benedictus nulla alia succurrit ratio, nisi quod solemni illa translatione cultus publicus, qualis Sanctis exhibetur, S. Adalberto decretus videretur; id vero nulli Episcopo injussu Romani Pontificis licuit. Ideo ait Cosmas Concilium a Pontifice indictum fuit, in quo de pœna censurarum episcopo & duci infligenda deliberatum fuisset, nisi missi a Bohemis legati intercessissent. Cum enim illi factum excusarent, ignorantiam & doli minime consciam voluntatem prætendentes; culpam, si quæ fuisset agnoscentes se deprecantes, Pontifex salubri quadam pœnitentia injuncta absolvendos censuit. Concilium istud Romanum, quod in Collectionibus adhuc desideratur, celebratum credo anno 1040. cum enim circa Septembrim anni 1039. S. Alberti lypsana Pragam translata fuerint, ejus rei fama & ex ea Concilium nonnisi eo anno exeunte vel sequenti ineunte Romæ haberi potuit. MANSI

stolicam benedictionem.

IX. Palli usus in die S. Udalrici. *Tua dilectio fraternitatis per Legatum suum humiliter exoravit, quatenus sibi præter sui solemnitates, quæ in privilegio Ecclesiæ vestræ continentur, in boni Udalrici Confessoris Christi atque pontificis, sed & in beatæ Afræ martyris festivitatibus usum pallii concederemus. Cujus Ecclesiastici honoris excellentia, sicut pravis & inobedientibus juste denegatur; ita bonis & honestate præditis Apostolica moderatione pro meritis quandoque supererogando fore videtur. Proinde quia te sinceræ dilectionis erga nos affectum habere confidimus, quia Legatos nostros, Albanensem videlicet Episcopum, & Paduensem benigne tractasse, & fideliter (sicut oportuit) adjuvisse dignosceris; postremo quia pro componenda pace multum desudasse probaris, petitionem tuam libenter accepimus. Hujus igitur tibi præcepti auctoritate concedimus, ut in solemniis beati Udalrici Confessoris atque pontificis, & beatæ Afræ martyris in Missarum celebritate pallio utendi licentiam habeas; quod*

PAGIUS „ tandem responsi accepisse: *Vitam ejus in Concilio generali recitandam & comprobandam: testes insuper signorum, quæ per eum fiebant seu facta sunt, adhibendos*: quod ipse hoc libro præstiterit. Ubi observandum quod dicit, de more jam recepto consulendi Sedem Apostolicam super Sanctorum canonizatione; & de examine quod hac de re in Conciliis Generalibus fieri deberet: quod totidem verbis repetit Eugenius III. infra. Postea Innocentius II. an. MCXXXIV. Hugonem Gratianopolitanum *cognita vita ejus & auditis quæ per eum fiebant miraculis, Archiepiscoporum, Episcoporum & Cardinalium, atque aliorum communicato consilio ipsum inter Sanctos & Electos honorari præcepit, & diem assumtionis ejus solemniter celebrari* (Bollandus Tom. I. April. pag. 37.) Idem Pontifex *audita vita laudabili Beati Sturmii Abbatis Fuldensis, cognitis etiam ex parte miraculis* ejus *attestatione Episcoporum, qui de partibus Teutonicis advenerant, in plenaria Synodo apud Lateranum congregata, communicato consilio Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, atque Abbatum, eundem beatum virum inter Sanctos & Electos honorari præcepit, & diem depositionis ejus cum gaudia solemniter celebrari* (Sæc. III. Benedict. part. II. pag. 285.) de Henrico I. Imperatore extant apud Gretzerum (de divis Bamberg. pag. 63.) Eugenii III. Literæ, qui Canonicorum Bambergensium petitionibus (*tametsi hujusmodi petitio, nisi in GENERALIBUS CONCILIIS admitti non soleret*) *auctoritate tamen S. R. E. acquiescens, Archiepiscoporum & Episcoporum, qui præsentes aderant, communicato consilio*, Henrici *memoriam inter Sanctos de cætero fieri, & anniversarium ipsius diem solemniter celebrari constituit an. MCLII.* Hæ sunt insigniores Canonizationes a Romanis Pontificibus factæ ante Alexandrum III. qui earum potestatem sibi, suisque successoribus reservavit primus, & post eum Innocentius III. quo ex tempore ab Episcopis nulla celebrata legitur.

V. *Antiquus mos a Metropolitanis retentus usque ad Alexandrum III.* „ Per illud autem intervallum temporis, nempe a sæculo X. quo Pontifices Romani suam in Sanctis canonizandis auctoritatem interposuere, ad *Alexandrum III.* nihilo minus Metropolitani antiquum morem quodam modo retinuerunt, tum annuendo simul cum Papa Sanctorum elevationi & canonizationi, tum etiam sola sua auctoritate utramque pro sua Ecclesia præstando. Unde invento corpore Sancti Bertini (Sæc. III. Benedict. part. I. pag. 154.) cum *Bovo* Abbas Sithiensis, consulto proprio Episcopo, de hac inventione & de scribendo super ea libello certiorem fecisset *Widonem* Remensem Antistitem, is mandavit, ut cum hæc descripta essent, sibi referrentur; iisque relatis præcepit, ut *Sancti Bertini* corpus levaretur, uti Leo IX. annuerat (ibidem pag. 163.) Idem contigisse puto erga Sanctum *Angilbertum*, cujus Vita & miracula ab Anschero Abbate ad Radulfum Remorum Antistitem directa sunt (Sæc. IV. Benedict. Part. I. pag. 123. & 130.) quid actum sit in elevatione corporis *S. Guiberti* fundatoris Gemblacensis, docet relatio a nobis edita suo loco (Sæc. V. Benedict. p. 311.) nempe anno MXCIX. Sigebertus Monachus, obtenta Abbatis sui facultate, rem ad Otbertum Leodicensem Episcopum refert Deinde *ab Henrico Archidiacono causa defertur Frederico Coloniensium Archiepiscopo qui in Synodo Generali* negotio discusso, tandem postulatis annuit: ubi *Synodi Generalis* nomine intelligitur Conventus præcipuorum Ecclesiæ Coloniensis Sacerdotum aut ejus suffraganeorum. Insignes vero præ cæteris sunt literæ *Hugonis* Archiepiscopi Rotomagensis de elevatione *S. Gualterii* Abbatis Pontisarensis anno MCLIII. datæ, in quibus Archiepiscopus commemorat, *invitantibus, immo & cogentibus miraculis, missa, super hoc legatione & assensu magnifici Remorum Archiepiscopi Samsonis, & aliquorum Galliæ Pontificum*, Theobaldo Parisiensi ejusque æquivoco Silvanectensi præsentibus, S. Gualterii Reliquias a se levatas & translatas fuisse, concessis insuper indulgentiis in eorum gratiam, qui ipsius S. Gualterii beneficia implorarent. Apposite ad hunc locum Gerardus Episcopus Cameracensis in Synodo Attrebatensi ad annum MXXV. cap. II. ubi relato Sancti Martini facto in falsum martyrem hæc subdit: *in talibus igitur locis, si quid huic simile evenerit, de quo majorum memoria nihil certum ferat, interdicant sanctificationes, ne ritu* (sic legendus hic locus mendosus in editis) *Gentilium fana idolorum antiquitus constructa pro sacris venerentur; neve sepultis te*[...] *divinus solvantur, nisi per provincialem* [...]*piscopum vita sepulti examinetur, si secundum Evangelium fuit.*

VI. *Alexander III. Canonizationes SS. Sedi Apostolicæ reservavit.* „ Itaque a Sæculo X. inquisitio de piorum meritis & miraculis facta est tum per Romanos Pontifices, tum per Episcopos & Archiepiscopos; & visis scriptis datum Diploma Pontificium ad eorum sanctitatem solemni modo declarandam. Jam vero *Alexander III.* id tanquam unam ex majoribus causis ad Romanum Pontificem pertinere edixit. Is pios complures vita functos hoc honoris titulo affecit, *Eduardum* Angliæ Regem anno MCLXI. itemque *Theobaldum* Eremi-

quod tamen tibi in tua vita, non loco tuo concessum esse cognoscas. Datum Romæ decimo sexto Kal. Julii, Indictione secunda.

X. Hoc eodem anno (ut Glaber Rodulphus est auctor) cum admirandæ flammarum eruptiones e monte Vesuvio contigissent: crebra quoque per diversas provincias civitatum incendia prodigiosaque contigere: cum & Romana conflagrante Urbe; basilica Vaticana incendi cœpta divinitus est liberata. Sed audi Glabrum ipsum hujus temporis scriptorem: *Contigit*, inquit, *interea pene universas Italiæ & Galliæ civitates ignium incendiis devastari, ipsamque Urbem Romanam ex parte maxima igne cremari: quod dum fieret, B. Petri Ecclesiæ tigna idem ignis arripuit; cœpitque sub æreo tabulatu consumendo lambere ligna: quod cernens universa hominum multitudo quæ aderat, nullam omnino compescendæ cladis artem reperiens, conversi unanimi voce clamantes terribili, ad ipsius Apostolorum Principis cucurrere Confessionem, eum imprecantes, si non pervigil propria foret ad præsens defensor Ecclesiæ, multos in orbe terrarum a sua Fidei profes-*

sione decedere. Statim vero vorax flamma abiegnas deserens trabes disparuit. Hæc Glaber septimo ante millesimum anno.

Quo etiam anno (ut mox subjicit) sanctus Majolus Abbas Cluniacensis admirandæ sanctitatis vir ex hac vita migravit. XI. Testatur hoc ipsum Sigebertus in Chronico & alii plerique; contigit autem tunc, cum idem sanctus (*a*) Majolus vocatus esset ab Hugone Rege Francorum Parisios; qua autem occasione (*b*) Odilo ejus successor sic narrat: *Hugo quoque Gallorum Rex, quoties illum vidit, humiliter ac devote suscepit eum, & valde honorifice tractavit, idemque quodam tempore rogavit eum, ut ad ipsum veniret, idque eo animo ut sancti Dionysii monasterium ejus consilio & ope rectius posset constitui, non recusavit vir sanctus, iterque lætus suscepit, regiæ obsecundans voluntati; sed cum Silviniacum pervenisset, Deo vocante, plenus dierum & sanctitatis ex hac vita migravit quinto Idus Maii, sexta feria, illucescente post sacratissimam solemnitatem, qua Christus ascendit in cœlum, & fideli servo suo Majolo post se scandendi viam ostendit.* Hæc ipse, qui

(*a*) Sigeb. in Chron.

(*b*) Extat apud Sur. die 2. Maii t. 3.

Obitus Majoli Abbatis Cluniacensis.

PAGIUS "mitam Vicentinum, *Thomam* Cantuariensem Archiepiscopum anno MCLXXII. & post biennium *Bernardum* Abbatem Claravallensem, qui primus Cisterciensium solemni hoc more in Sanctorum album relatus est.

VII. *In ea adhibiti certi ritus.* "Ab eo tempore certi ritus ad eam celebritatem adhibiti sunt: quorum specimen in canonizatione *Bernvvardi* Episcopi Hildenshemensis legere licet (Brouverus Sydera German. pag. 57. & seqq.) Alia formula recentior extat apud Spelmannum in Tomo II. Angliæ Conciliorum (pag. 714. & apud Jacob de Graffiis Decis. aur. part. 2. l. 2. cap. 13.) Varias varii postea tradiderunt Auctores, Jacobus Castellanus, Angelus Rocca, & alii, quos omnes uno volumine majori Carolus Felix de Matta suo modo complexus est anno MDCLXXVIII. Gravissime Gregorius IX. in Bulla pro canonizatione sancti Antonii de Padua: *Ad hoc ut sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum, merita videlicet & miracula, ut hæc & illa sibi invicem contestentur: cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis.* Hæc Mabillonius. Legenda etiam Dissertatio XX. Papebrocii in Conatu Chronico-Historico *de solemnium Canonizationum initiis atque progressibus.*

VIII. *Moritur S. Majolus Abbas Cluniaci.* Ad num. X. & seq. Glaber. lib. 2. cap. 7. refert, *septimo de millesimo anno* Vesuvium montem evomuisse *igne permixtam sulphureo, grandium saxorum multitudinem*, & contigisse *interea pene universas Italiæ & Galliæ civitates ignium incendiis devastari, ipsamque urbem Romam ex parte maxima igne cremari.* Per idem tempus obiisse in Italia & in Galliis præcipuos Pontifices & Duces, inter quos numerat *Joannem Papam & Sanctum Majolum* Cluniacensem Abbatem. Verum cum Joannes XV. Papa anno tantum CMXCVI. vivere desierit, præter id quod habet de Vesuvio Glaber, cætera circa hæc tempora contigere. Majolum vero anno tantum sequenti spiritum Deo reddidisse, certis temporum notis demonstrat Sanctus Odilo in ejus Vita: *Plenus dierum & sanctitatis ex hac vita obiit V. Idus Maii, illucescente feria sexta, post celebrationem ipsius sacratissimæ solemnitatis, qua Christus Jesus dominus noster subacto mortis principe, ad dexteram Patris ascendit*, ideoque anno CMXCIV. quo feria sexta post Ascensionem Domini in diem XI. Maii incidit, qui sancto Majolo sacer est. Hunc diem & annum Nalgodus Monachus, qui etiam Sancti Majoli Vitam scripsit, diserte exprimit, eique annos XLI. adscribit ab anno suæ ordinationis. Majolus cum senectute jam grandævus obitum suum præsentisceret, *Odilonem* sibi substituendum curavit. Electionis instrumentum editum Tom. VI. Spicilegii, eaque anno nongentesimo nonagesimo secundo aut tertio peracta, non vero anno CMXCI. ut perperam Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Historico Sancti Majoli num. LI. quod ex dicendis in morte S. Odilonis manifestum fiet. Recte autem notat Vir eruditissimus, ideo Cluniacenses Abbates sibi successorem eligere solitos fuisse, ut hoc pacto extraneis intrudendi Abbatis via præcluderetur. Præcipui *Majoli* discipuli fuere *Odilo* ejus successor, & *VVillelmus* Abbas Divionensis, qui multa monasteria ad meliorem frugem revocavit. Priores Vitæ ejus Scriptores Syrus & Aldebaldus, qui conjunctis studiis eam condidere, eique coævi fuere; tum *Sanctus Odilo*; & postremus omnium *Nalgodus* Cluniacensis Monachus, ut

plurima narrat, quibus egregia viri sanctitas innotescit; sed & crebra miracula ad sepulcrum ejus fieri solita, re vera in cœlum scandisse monstrarunt. In locum autem ejus communi consensu Cluniacensium monachorum subrogatus est idem qui supra S. Odilo ejus discipulus, quem idem Sanctus vivens successorem sibi delegerat. Tenuit ejus regimen annos quinquaginta sex, ut Petrus Damiani testatur, qui vitam ejus conscripsit. Sed de Odilone alias.

Se-

PAGIUS

videre est apud Mabillonium laudatum. De his etiam & *Sancti Majoli* Vita legenda Acta SS. Bollandiana ad diem XI. mensis Maii.

IX. *Moritur Conradus Rex Burgundiæ.*

Hermannus Contractus ex editione Canisiana ad annum CMXCIV. ait: *Conrado Rege Burgundiæ mortuo & apud Sanctum Mauritium sepulto, Rodolfus filius licet ignavus, Regium ibi nomen per annos circiter XXXVIII. occupavit: sub quo cessante jure, violentia & rapina in illo regno, ut non facile propelli possint, adolevere, ibique, ut hodie apparet, cum suis complicibus regnum obtinuere*, scilicet illarum rapinarum auctores. Verum Conradum Burgundiæ Transjuranæ Regem hoc anno obiisse, & *Rodulfum* III. ejus filium eodem anno illi successisse, demonstrat Charta a Chiffletio in Probationibus Historiæ Trenorciensis pag. 297. relata. Ea enim hac subscriptione munita: *Ego Rotholdus monachus scripsi, datavi die sabbati, VIII. Kalendas Decembris, anno II. regnante Rodulfo Rege.* Quare hoc anno Conradus Rodulfi pater obierat; cum Charta illa anno sequenti, quo Sabbatum incidit in diem XXIV. mensis Novembris data sit, ut optime Chiffletius explicat. Guichenonus in Bibliotheca Sebusiana cap. 3. refert donationem factam monasterio Agaunensi a Rodolfo Burgundiæ Rege, scriptam *anno Incarnat. Domini DCCCCXCIII. regni vero domini Regis I. prid. Kal. April.* Quare Rodulfus III. jam mense Aprili currentis anni patri successerat.

Dani, qui superioribus annis maritima *Angliæ* loca tantum deprædati fuerant, & festini discesserant; nunc *Northumbrium* ingressi Angliæ mediterranea ferro & flamma vastarunt: *contra quos*, inquit Hovedenus ad hunc Christi annum, *Provinciales quamplures conglobati, properanter ascenderunt; sed cum prælium essent commissuri, duces exercitus Frana videlicet, Fitegislus, & Godevinus; quia ex paterno genere Dani fuerunt, suis insidiantes auctores fugæ primitus extiterunt.* Hæc certissima, ait Alfordus ad hunc Christi annum, captivitatis Anglicæ & Danicæ dominationis causa; nimia Anglici sanguinis cum Danico mixtio: unde mixtos mores, dubiamque in publicam rem, fidem nasci necessum fuit Danorum incursu territi fideles de Sanctorum Reliquiis ubique solliciti fuere, liquetque ex Ingulpho pag. 890. corpus *Sancti Neoti* alio tunc fuisse translatum. X. *Dani Angliam deprædantur.*

I. Legatio Hugonis Regis Franc. ad Joan. Pap.

SEquitur annus nongentesimus nonagesimusquartus, Indictione septima, quo Hugo Rex Francorum legationem iterum misit ad Joannem Pontificem: quem cum alia ad eum antea missa minime placare valuisset, præsenti iterata, invitat eum in Gallias ad componendas discordias Rhemensis Ecclesiæ. Cum enim audisset idem Hugo ipsum Pontificem vehementer esse commotum ob ejectionem & carcerem Arnulphi Rhemensis Episcopi, quod legatione & litteris synodalibus, ut dictum est, significaverat, eum ut placaret, legationem hanc adiecit; atque ad ipsum has litteras dedit:

(a) apud Mason. l. 3. Annal. Franc.

Hugo Rex Papa (a) Joanni.

II. Hugonis Regis Franc. litteræ ad Joan. Pap.

Beatitudini vestræ ego & Episcopi mei per Joannem Archidiaconum Rhemensis Ecclesiæ scripta direximus, in quibus Arnulphi rationes vobis explanavimus. Sed nunc obsecrando superaddimus, ut mihi meisque justa decernatis, nec dubia pro certis recipiatis. Nihil nos contra Apostolatum vestrum gessisse scimus: Quod si absentibus non satis creditis, præsentes de præsentibus vera cognoscite. Gratianopolis civitas in confinio Italiæ & Galliæ sita est, ad quam Romani Pontifices Francorum Regibus occurrere soliti fuerant. Hoc si vobis placet iterare, possibile est. At si nos & nostra invisere libet, summo cum honore descendentem de Alpibus excipiemus, morantem ac redeuntem debitis obsequiis prosequemur. Hoc ex integro effectu dicimus, ut intelligatis & cognoscatis, nos & nostros vestra nolle declinare judicia. Petimus itaque ut Joannis Archidiaconi legationem benigne suscipiatis; & dum quod petit, obtinuerit nos in suo adventu efficiat lætos, & in vestro obsequio ferventissimos. Hactenus novi Regis Francorum ad Pontificem Romanum epistola, qua erga Apostolicam Sedem consuetam Francorum Regum propensionem significat, cujus se suosque judicio subiicit, quod non solum verbis, sed rebus præstitit, passus quæcumque in causa Arnulphi fuissent synodalia decreta definita, irrita ab eo reddi atque penitus aboleri, ut ea quæ anno sequenti dicentur, ostendent. His

---

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXXII Anno Hegiræ CCCLXXXIV. inchoato die 25. Febr. fer. 5. A.C. 994.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6487.

☉ 23. G. ☽ 7. P. 10. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 994.

JOANNIS XV. PAPÆ 10.

OTTONIS III. REG. 11.

BASIL. & CONST. IMPP. 19.

I. *Legatus ad Joan. XV. missus in favorem Gerberti.*

AD num. I. & II. Cum Episcopos qui anno CMXCI. in *Arnulfi* Archiep. Remensis causa judices sederant, Joannes Papa XV. a sacris abstinendos jussisset, Remensis Ecclesiæ Archidiaconus *Hugonis* Regis & Episcoporum nomine missus est, qui scripta Apologetica pro Synodo & Hugonis Regis Pontificem ad colloquium Gratianopoli habendum invitantia Epistolam secum detulit. Regis Epistolam sine temporis charactere datam recitat Baronius, & Pontifex anno sequenti Legatum in Gallias misit, ut ibi videbimus. Inter Epistolas Gerberti a Duchesnio ex exemplari Sirmondi editas, trigesima octava ad Joannem Papam data, cujus tenor est: *Sanctissimo vestro Apostolatui potuisse subripi me cujuspiam pervasionis reum videri, dolore vehementi afficior, & totis visceribus ingemisco. Eo quippe animo in Ecclesia Dei hactenus versatus sum, ut multis profuerim, neminem læserim. Non ergo Arnulfi peccata prodidi, sed publice peccantem reliqui; non spe ut mei æmuli dicunt, capescendi ejus honoris, testis est Deus, & qui me noverunt, sed ne communicarem peccatis alienis.*

II. *Moritur S. VVolfgangus Episc. Ratisponensis.*

Sanctus VVolfgangus, vulgo *VVolfangus* appellatus, Episcopus Ratisponensis die tricesima prima mensis Octobris currentis Christi anni in pace quievit. Diem notavit Auctor Anonymus, qui ei familiaris fuit, ejusque Vitam Sæc. V. Benedict. recitatam elucubravit. Annum vero Lambertus Schafnaburgensis, & Auctor brevium Annalium Einsidlensium a Mabillonio Tom. IV. Analect. publicatus. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XXXI. Octob. usque in annum CMXCIX. ejus mortem perperam distulit. Fuit in ordine Pontificum Ratisponensium duodecimus, ut in eadem Vita cap. 39. legitur, ideoque Hundius male eum tertium decimum facit. Ex eo vero quod hic Auctor coætaneus testetur, *VVolfgangum* Ratisponensis Ecclesiæ Episcopum ordine duodecimum fuisse, perspicuum fit, incertum Poetam, qui versus composuit *de Ordine Comprovincialium Pontificum*, Archiepiscopo Saltzburgensi subditorum, a Mabillonio Tom. 4. Analect. pag. 325. editos recte *VVicterpum* nominasse primum Episcopum Ratisponensem, & in successione Episcoporum enarranda accuratissimum fuisse. *Sanctus Otmarus* Wolfango per visum apparens ei Episcopatum prædixit, ut in ejus Vita cap. 12. legitur, atque Otmarus: *Cujus in administratione, si fidelem te exhibueris, exple-*

His acceptis Joannes Papa a Rege Francorum litteris, quid rescripserit, ignoratur: certum tamen est ipsum in Gallias non esse profectum, misisse autem anno sequenti Legatum delectum ad munus virum sanctissimum Abbatem monaste-

PAGIUS

plotis viginti duobus annis, vitam transitoriam eris exiturus, & æternam ingressurus. Quare ejus Episcopatus initium cum an. CMLXXII. exacte a nobis copulatum. *Per multa tempora consuetudo fuit in Ratisponensi Ecclesia, ut qui Antistites, iidem essent & Abbates.* Quo pacto monasterii bona distrahebantur, nec monachis necessaria providebantur. Quæ Sanctus Præsul emendare volens, *quemdam in regulari disciplina strenuum, nomine Romualdum* advocavit, & Abbatem in Sancti Emmerammi cœnobio ordinavit, inquit Auctor Vitæ ejus, apud quem plura de ejus laboribus ac virtutibus.

III. *Moritur S. Gerardus Episc. Tullensis.* Mortuus est hoc anno *Sanctus Gerardus* Episcopus Tullensis ad Mosellam, *die nono Kalendas Majas*, paulo ante sanctum Majolum Abbatem Cluniacensem, postquam *annos triginta & unum, hebdomadas tres & dies tres*, Ecclesiam illam gloriose rexisset, ut tradit Vindricus Abbas monasterii sancti Apri, qui medio sæculo sequenti vixit, in ejus Vita ab Henschenio ad diem XXIII. Aprilis primum edita. Ecclesia Tullensi Pastore orbata Sanctus *Bruno* Coloniensis Archiepiscopus, *qui in tota Germania, sibique finitimis partibus Imperiales agebat vices, utpote magni Ottonis Augusti germanus frater*, eum invitum ad Episcopatum Tullensem assumsit, ideoque *dum annus Incarnat. dominicæ nongentesimus sexagesimus sextus curreret*, præsulari Sedi inthronizatus est. Summum ei fuit studium in sanctarum reparatione Ecclesiarum & sacrarum Reliquiarum indagatione. Præcipue pauperum curam gessit, aisque semper large subvenit; cumque duo ex potentioribus in plebe multa perpetrare cœpissent gravia ac pessima, rapinas scilicet, injustitiasque in pauperes exercendo, postquam eos diutissime patienti sustinuit animo, tandem more legali terribilis anathematis coarctavit vinculo. Hi armata manu eum invasere, sed *non modo a beato Præsule denuo excommunicantur, imo a cunctis Gallicanis Pontificibus, ab ipso quoque domno Apostolico de forte Ecclesia eliminantur*, inquit Auctor Vitæ ejus. Leo IX. anno ML. eum in numerum Sanctorum retulit, ut ibidem dicemus.

IV. *Sveno Daniæ Rex vastata Anglia redit in Daniam.* Est hic annus decimus quartus a primo *Svenonis* Danorum Principis in Angliam adventu, ab anno CMLXXX. deductus, quo is Scotiam relinquens, quo secesserat, ut eo Christi anno docuimus, in Angliam rediit, postquam in Scotia annos quatuordecim exul mansisset. Intellecto enim *Ericum*, qui Daniam occuparat, obiisse, in eam regressus est, ulta tamen antea hoc an. injuria, quam an. CMLXXX. ab Anglis se accepisse credebat: *Anno gratiæ*, inquit Frorilegus, *nongentesimo nonagesimo quarto Suvanus Rex Danorum, & Aulafus Rex Norwegensium, in die Nativitatis Beatæ Mariæ cum cogonibus* (navigii genus sunt) *nonaginta quatuor, Londonias advehuntur: quam mox acriter invadentes, eam subjugare disponunt. Sed a civibus cum magno suorum detrimento repulsi ad East-Sexia, Cantia Suthsexia, Sathamtonia provincias, furorem suum convertentes, eas spoliaverunt, & easi populis graviter contriverunt.* Cum inermes provincias *Aulafus* seu *Anlafus*, vel *Analafus* & *Sveno* misere vexarent, Ethelredus Angliæ Rex civium saluti consulturus, pacem iterum a Danis emere coactus est, & inter pacis fœdera Aulafus Christianam fidem suscepit: *Tunc Rex*, inquit Hovedenus ad hunc Christi annum, *Procerum suorum consilio, ad eos, Legatos, misit, promittens tributum & stipendium, ea conditione illis se daturum, ut a crudelitate omnino desisterent. Qui petitioni Regis acquiescentes, ad suas reversi sunt naves: & sic ad Suthamtun totus congregatus exercitus, ibidem hyemarunt. Quibus de tota West-Saxonia stipendium dabatur; de tota vero Anglia tributum, quod erat sexdecim librarum* (melius Annalista Mailrosensis XVIM. librarum) *dependebatur. Interea jussu Regis Egelredi, Wintoniensis Episcopus Elfegus, nobilisque Dux Ethelwoldus, Regem Alafum adierunt: obsidibusque datis, illum ad Regiam villam Andea-foran, ubi Rex manebat, cum honore deduxerunt. Quem Rex honorifice suscepit & confirmari ab Episcopo fecit, sibique in filium adoptavit, & Regio munere donavit. Ille vero, se non amplius ad Angliam, cum exercitu venturum, Regi Egelredo promisit. Et post hac ad naves rediit. Æstate quoque imminente ad patriam devectus sua promissa bene custodivit.*

Interim *Sveno* præda onustus & provinciarum spoliis in patriam reversus mortuo *Erico* Daniæ Regnum hoc anno, qui exilii ejus decimus quartus numerat, accepit: *post mortem diu optatam Herici*, inquit Adamus lib. 2. cap. 28. *Sven ab exilio regressus, obtinuit regnum patrum suorum: anno depulsionis suæ & peregrinationis decimo quarto: & accepit uxorem Herici relictam, matrem Olaph sive Olavi* (qui erat Rex Sueonum Christianissimus) *quæ peperit ei Chnut* (est is Canutus, qui postea Rex Angliæ fuit). *Sed nihil profuit ei affinitas connubii, cui Deus iratus est. Olaph Rex Sueonum Christianissimus erat, filiamque Slavorum Estred accepit uxorem. Hic qui post obitum patris Herici regnum super Sueos accepit; cum exercitu superveniens; infelicem Sven regno expulit, & ipse obtinuit Daniam. Cognovit autem Sven, quod Dominus ipse est Deus: & reversus in semetipsum peccata sua præ oculis habuit; pœnitensque oravit ad dominum, qui exaudivit eum, & dedit illi gratiam in conspectu inimicorum: & restituit eum Olaph in regnum suum. feceruntque pactum firmissimum, ut Christianitatem in regno suo plantatam retinerent, & in exteras spanderent nationes.* Quæ Baronius anno CMLXXX. num. XV. recitat, & *Svenoni* omnia prospere postea successisse ostendit. — V. *Relicta idololatria fit Christianus.*

VI. *Synodus Romana.* *Sanctus Adalbertus* Pragensis Episcopus relicta Roma hoc anno iterum Pragam rediit, uti anno CMLXXX/X. Baronii ordinem sequentes ostendimus. Quare quæ ibidem de hoc reditu & de Synodo Romæ celebrata diximus, huc revocanda. Tom. IX. Concil. pagin. 732. idem Concilium Romanum mala cum anno CMLXXXIX. etiam copulatur, qui error in altera Conciliorum editione emendandus erit.

VII. Lupus Protospata in Chronico habet: *Anno CMXCIV. obsessa est Matera a Saracenis tribus* men-

sterii sancti Bonifacii in Urbe, Leonem nomine. Quæ autem per eum gesta sint, anno sequenti suo loco dicentur.

An-

PAGIUS *mensibus, & quarta capta ab eis.* Matera S. Polyeucto Patriarchatum Constantinop. administrante facta fuerat Episcopalis, eandemque Acheruntiæ Sedi Archiepiscopali unita fuit. Utraque autem deficit in dies, priorque nunc in provincia Hidruntina continetur, posterior in Basilicata.

JESU CHRISTI ANNUS 995.	JOANNIS XV. PAP. ANNUS 11.	OTTONIS III. REG. 12. BASIL. & CONST. IMPP. 20.

1. ANnus ſequitur Redemptoris nongenteſimus nonageſimusquintus, Indictione octava, quo a Joanne Papa miſſo Legato Leone Abbate in Gallias, duabus habitis Synodis reſtituit Arnolphum Rhemenſem Epiſcopum in ſedem ſuam. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex auctoribus illius temporis, quo exploratior veritas habeatur, petendæ ſunt, atque primum ex ſcriptis Gerberti, qui eam ex ipſis hiſtoriam texuit (a) Papirius Maſo, ipſique immerito favet, hæc ait: *Joannes Papa in Galliam non venit, ac illi ſatis fuit Legatum mittere Leonem Romæ in monaſterio ſancti Bonifacii Abbatem, a quo Synodus Moſomi habita eſt, anno nongenteſimo nonageſimoquinto, Indictione octava, quarto nonas Junii. Moſomum eſt oppidum Belgicæ Rhemenſi Metropoli ſubjectum, hodieque priſcum nomen retinens. Gerbertus, qui exauctorato Arnulpho ſuffectus in ejus locum fuerat, patientiſſime auditus eſt. Inter cætera dixit, Arnulphum conventum & commonitum litteris a Legatis Epiſcoporum Galliæ, ut a cœpto furore deſiſteret: & ſi valeret, quoquo modo ſe a proditionis ſcelere purgaret: dum monita ſalubria contempſit, habitum eſſe tamquam publicanum, excluſumque a Rhemenſi Eccleſia, ſibi vero reluctanti onus ſacerdotii ſub divini nominis obteſtatione impoſitum. Cum orationem ſuam Leoni ſcriptam porrexiſſet, ipſe Leo alium Synodum Kal. Julii Rhemis habendam denuntiat. Interim monachum ſuum idem Legatus ad Regis Francorum duci jubet, & per Epiſcopos Gerberto mandat, ut a divino officio uſque ad denuntiatam Synodum abſtineat.* Hucuſque ipſe. Extat autem ipſa oratio apologetica in hac Synodo a Gerberto habita, quæ ſic ſe habet:

(a) *Maſo Annal. Franc. l. 3.*

Synodus Moſomi habita.

Oratio Gerberti Archiepiſcopi habita in Concilio Moſomenſi.

Semper quidem, reverendiſſimi Patres, hunc diem præ oculis habui, ſpe ac voto ad eum intrandi, ex quo a fratribus meis admonitus onus hoc ſacerdotii non ſine periculo capitis mei ſubii. Tanta erat apud me pereuntis populi ſalus, tanta veſtra auctoritas, qua me tutum fore exiſtimabam. Recordabar præteritorum beneficiorum, dulcis atque ..... affabilitatis veſtræ, qua præſtantium ſæpenumero cum multa laude uſus fueram. Cum ecce ſubito contrarius rumor vos offenſos inſinuat, vitioque dare, quod magna pacatum virtute inter alios conſtabat. Horrui, fateor, & quos antea formidabam gladios, præ indignatione veſtra poſthabui. Nunc quia propitia divinitas coram tulit, quibus ſalutem meam ſemper commiſi, pauca ſuper innocentia mea referam, & quonam conſilio urbi Rhemorum prælatus ſim, ediſſeram. II.

Gerberti oratio ſynodalis.

Ego quidem poſt obitum divi Ottonis Aug. cum ſtatuiſſem non diſcedere a clientela patris mei Adalberonis: ab eodem ignorans ad ſacerdotium prælectus ſum. Atque in ejus diſceſſu ad dominum, coram illuſtribus viris futurus ſum paſtor Eccleſiæ deſignatus, ſed ſimoniaca hæreſis in petræ ſoliditate me ſtantem inveniens, repulit, Arnulphum prætulit. Cui autem pluſquam oportuit, fidele obſequium exhibui, donec eum per multos & per me apoſtatare palam intelligens, dato repudii libello, cum omnibus ſuis apoſtaticis dereliqui, non ſpe, non pactione capeſſendi ejus honoris, ut mei æmuli dicunt, ſed monſtruoſis operibus diaboli utentes in effigie hominis latitantes; non idem unquam illum dereliqui, ſed ne illud propheticum incurrerem: (b) Impio præ- III.

(b) 2. Par. 19.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. MXXXIII An. Hegiræ CCCLXXXV. inchoato die 5. Febr. fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6488.

☉ 24. F. ☽ 8. P. 2. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 995.

JOANNIS XV. PAPÆ 11.

OTTONIS III. REG. 13.

BASIL. & CONST. IMPP. 20.

A.C. 995. 1. A Numer. I. ad XIII. Dum *Gerbertus* in ſpem metumque poſitus Archiepiſcopi Remenſis munera obit, & Cleri ac populi mutantur animi, iis *Gibuino*, qui Archiepiſcopatum Remenſem ambiebat, aliis *Arnulfo* faventibus, multas injurias patitur, Sedem relinquit. Ea de re ab *Adelhaide* Imperatrice vehementer increpitus eſt, quia hujus mens erat, ut quamdiu res integra eſſet, Sedem teneret aut derelictam repeteret. At Gebertus, quam illud difficile eſſet, demonſtrat Epiſtola ad eam & ad ſuffraganeos data inſcriptaque *Adelhaidi Reginæ ſemper Auguſtæ & omnibus ſuis confratribus & Coepiſcopis Remorum diœceſeos*. Recitat eam Baronius num. XII. exiſtimatque ſcriptam, poſtquam *Leo* Apoſtolicæ Sedis Legatus Remenſem ſedem Arnulpho adjudicavit. Verum eam ante *Gerberti* deſtitutionem, & veroſimiliter anno ſuperiori datam, ejus lectio manifeſto declarat. Ait enim Gebertus: *Quid ergo, ſi Arnulfus abſolvendus eſt, vel ſi Gibuinus, vel alius quilibet in ſede mea intronizandus eſt, reditum meum ſine capitis mei periculo intelligere non eſt?* Paulo poſt: *Peto ergo a domina mea Auguſta, item a fratribus meis Coepiſcopis, qui pro cauſa Traditoris Arnulfi ſive juſte ſive injuſte ſub anathemate poſiti ſunt, ut me judicium Eccleſiæ expectantem patienter ferant*

Gerbertus ſcribit ad Adelhaidem Aug. & ad Epiſcopos Galliæ.

præbes auxilium, & his qui oderunt me amicitia jungeris, & idcirco quidem iram Domini mereberis. Deinde sanctionibus Ecclesiasticis per longa temporum spacia in eum peractis, legeque peremptoriam consummata, cum nihil aliud restaret, judiciaria potestate Principis coerceatur, & tamquam seditiosus, sed & rebellis a principali cathedra removetur lege Africani Concilii.

IV. *Iterum a fratribus meis & Regni primoribus conventus & commonitus sum, ut exclusa apostata, curam desetti & dilaniati susciperem populi. Quod quidem diu distuli, & postea non satis sponte acquievi, quoniam quæ tormentorum genera me comitarentur, omnimodis intellexi. Hæc est viarum mearum simplicitas, hæc innocentiæ puritas, & coram Domino & vobis sacerdotibus in his omnibus munda conscientia. Sed ecce ex adverso calumniator vocum novitatibus, ut major fiat invidia, delectus obloquitur: Dominum tuum tradidisti, carceri mancipasti, sponsam ejus rapuisti, sedem pervasisti. Itane ego dominum tradidi, cujus numquam fueram servus, cui etiam nullum sacramenti genus umquam præstitissem? Sed si illi ad tempus famulatus sum, fecit hoc imperium patris mei Adalberonis, qui me in Rhemensi Ecclesia commorari præcepit, quoad usque pontificis mei sacrati mores actusque dignoscerem. Quod dum operior, hostium præda factus sum; & quæ vestra munificentia, magnorumque Ducum largitas clara, & præcipua contulerat, violenta prædonum manus abstulit, meque nudum pene gladios evasisse doluit. Denique postquam illum apostatam dereliqui, vias & itinera illius non observavi, nec qualibet modo ei communicavi: quomodo ergo eum tradidi, qui ubi tunc temporis fuit, nescivi? Sed neque eum carceri mancipavi, qui nec super præsentia [a] filiorum testium conveni, ut propter me aut admonitum ulla detineretur custodia.*

[a] fidelium

V. *Si enim auctoritas vestra pro me staret, tantum Arnulphus vilesceret, ut mihi obesse minimum valeret. Quod si contraria (quod absit) sententia vestra decerneret; quid mea interesset, utrum Arnulphus an alius Rhemorum constitueretur Episcopus? Jam de rapta sponsa, sedeque pervasa, quod dicitur, ridiculum est. Dico enim primum numquam illius fuisse sponsam, quam pro legitima donatione spirituales dotes, collatis ante beneficiis expoliavit, proscidit, dilaniavit. Hæc dum sacerdotali insignitus erat ... & jam omnia quæ notatæ sponsæ fuisse videbantur, satellites Simonis vastaverant. Dico etiam si concedatur, quolibet modo illius sponsam fuisse: utique esse desiit, postquam eam pollutam & violatam & (ut ita dicam) adulteratam suis prædonibus prostituit. Non igitur eam aut quam non habuit, vel quam suo scelere perdidit, illius sponsam rapui. Sedem autem multitudini populorum refertam advena & peregrinus, nullius fretus opibus, pervadere qui potui? Sed forte Apostolica Sedis nobis opponitur, tamquam ea inconsulta, summum hoc negotium discussum sit, vel ignorantia, vel contumacia. Certe nihil actum est, vel agendum fuit, quod Apostolicæ Sedi relatum non fuerit, ejusque per xviii. menses expectata sententia. Sed dum ab hominibus consilium non capitur, ad Filii Dei supereminens eloquium recurritur: (a) Si oculus, inquit, tuus scandalizat te, erue eum, & projice illum abs te. Et fratrem peccantem coram testibus, coram Ecclesia commonitum & non obtemperantem decernit (b) habendum tamquam ethnicum & publicanum. Conventus ergo Arnulphus & commonitus litteris & Legatis Episcoporum Galliæ, ut a cœpto furore desisteret, & si valeret, se quodammodo addictionis scelere purgaret; dum monita salubria contemnit, habitus est tamquam ethnicus & publicanus. Nec tamen idcirco diiudicatur, ut ethnicus & publicanus ob Sedis Apostolicæ reverentiam, sacrique sacerdotii privilegia, sed a seipso in seipsum sententia damnationis prolata, hoc solum in omni vita sua prædicare egisse, judicatum est; quia nimirum si eum ipso damnante, Episcopi absolverent, pœnam sceleris ejus incurrerent. Si, inquit, magnus Leo Papa, omnes sacerdotes & mundus assentiat damnandis, dam-*

(a) Mat. 5.

(b) Mat. 18.

PAGIUS *ferant*, &c. *quæ judicia dum expecto, exilium quod a multis felix putatur, non sine multo dolore tolero.* Arbitratur Cossartius Tom. IX. Concil. pag. 747. eam Epistolam, cum jam jam Remensis Synodus cogenda esset, eo scilicet tempore, quo abstinere a divinis Officiis jussus est in Mosomensi Concilio Gerbertus, scriptam fuisse. Verum hic in ea Epistola diserte asserit se ob vilitatem & contemptum, gravissimasque injurias sæpe sibi a pluribus illatas Sedem dereliquisse, & jam Adelhaidem, quam Episcopos, se ut rediret provocare, minis etiam superadditis. Denique Hugo Flaviniacensis in Chronico, postquam retulit, *Gerbertum* dejecto Arnulfo creatum fuisse Archiep. Remensem, subdit: *Verum aliquanto tempore exacto, ubi sensit quod Arnulfus Sedem Episcopii sibi praripere, & populum ad se reducere nitebatur, nocte fugiens ad Ottonem ivit.* Quare Cossartii conjectura non admittenda.

II. *Synodus Mosomensis.* Missus a *Joanne* XV. in Gallias Legatus *Leo*, monasterii Sanctorum Alexii & Bonifacii Abbas, *IV. Nonas Junii* Mosomi, Urbs est ad Mosam in Campania sita vulgo *Mouson*, Concilium habuit, in quo lectis Joannis XV. literis, Gerbertus audiius causam suam magno ani-

*natio consentientes involvit, non pravaricationem consensus absolvit. Hoc enim Deus omnium judicavit, qui peccantem mundum generali diluvio interemit. Et Papa Gelasius: Ergo, inquit, qui semel est cum suo auctore damnatus, * impartita quolibet prava communionis effectu execrationem sui gestat & pœnam.*

VI. *Excluso itaque illo ab Rhemensi Ecclesia, mihi reluctanti, multumque ea qua passus sum & patior formidanti a fratribus meis Galliarum Episcopis hoc onus sacerdotii sub divini nominis obtestatione impositum est. Quod si forte quidpiam a suis legibus deviatum est: non id malitia, sed tempores importavit necessitas: alioquin tempore hostili, omne jus, omneque licitum cavere, quid est aliud quam patriam perdere, & necem inferre? Silent equidem leges inter arma, quibus illo* * Odo *Otto feralis bestia ita hoc tempore abusus est, ut reverendissimos sacerdotes Dei quasi vilia mancipia manciparet, nec ab ipsis sacris altaribus temperaret, commeatus publicos intercluderet.*

VII. *Redeo ad me, reverendissimi fratres, cui specialiter ob salutem pereuntes populi, totiusque Reipublicæ curam, mors furibunda cum suis incubuit copiis. Hinc dira egestas, horrea, & apothecas armata manus sibi vendicat, illic foris gladius, intus pavor dies ac noctes reddiderunt insomnes. Sola vestra auctoritas, ut tantorum malorum levamen fieret, expectata est, quæ tantam vim habere creditur, ut non solum Rhemensi, sed etiam omni Ecclesia Gallorum desolata, & pene ad nihilum redactæ subsidio esse valeat, quam divinitate propitia expectamus, & ut fiat, omnes in commune oramus.* Ita Gerbertus peroravit, appellans Gallorum Episcopos, ut non obscure apparet, adversus sibi adversantem & per Leonem Legatum urgentem Apostolicam Sedem. At quam mala fide gestum est, ut omnia quæ scripserit atque dixerit pro se Gerbertus, sint reddita a Novatoribus, quæ autem contra ipsum objecta sint sepulta silentio. Cur non edita pariter, quæ contra ipsum in eadem Synodo Leo Apostolicæ Sedis Legatus copiosissime disputavit, quæ inter Acta Rhemensium Episcoporum fuisse recondita, idem qui supra apud (a) Aimoinum Auctor affirmat. Nos vero eadem ipsa verbatim, quæ contra Apostolicam Sedem fuere per Gerbertum illata, & per Novatores adversus eadem edita, hic descripsisse voluimus, ne quid Lectorem prætereat; sed intelligat rem nos agere sincere absque dolo & fallacia, utpote qui certo scimus veritatis luce filios lucis gaudere fideles; tenebras vero, noctem, & latibula filios tenebrarum amare.

(a) Aim. l. 5. c. 45.

Quæ autem sint ista sequuta, etsi ipsa synodalia deficiant Acta, satis tamen expressa, dilucidaque ex ejus temporis scriptoribus remansere: nempe (ut audisti) Gerbertum patientissime auditum esse, ipsumque eamdem orationem quam dixit, scriptam Leoni Legato Sedis Apostolicæ porrexisse, a quo plenior fuit Synodus Rhemis indicta, ut ubi male Arnulphus fuisset ab Episcopatus gradu depositus, & pessime in eum elevatus Gerbertus, ibidem jam in suam auctoritatem sacris legibus vindicatis, suo vigore pollentes discernerent, quem magis regia potentia quam Ecclesiastica jura in cathedram invexissent, & retinuerent quem præter jus fasque, urgente Rege & Episcopis illi faventibus, se abdicare coegissent. VIII.

Sic igitur hoc eodem anno, eum summa diligentia vocati Episcopi ad proximæ celebrandam Rhemis Synodum se contulissent, ibidem Kalend. Juliis, Episcopi, qui Arnulphum sede sua dejecerunt, Rhemis sunt a Leone auditi. Dicebant in totius Regni discrimine nihil melius & utilius fieri potuisse, quam ut tyranno excluso, utilis populo & Regno pastor constitueretur. IX. Synodus Rhemensis posterior.

Quod vero arguebant, sine Sedis Apostolicæ auctoritate id factum, respondebant his verbis: *Regis ac nostri Legati Romam profecti, & epistolas Pontifici porrexerunt, & ab eo indigne suscepti sunt. Sed, ut credimus* (Gerbertus ista insinuat) *quia Crescentio nulla munuscula obtulerunt, per triduum a Palatio seclusi, nullo accepto responso, redierunt. Quod peccatis nostris exigentibus provenire non dubium est, ut Roma-* X.

PAGIUS animo prosecutus est, sed is a sacris abstinere jussus usque ad Synodum Remensem, ut videre est in Actis ejusdem Concilii Tom. IX. Concil. recitati. Gerbertus in sua Oratione inter alia dixit: *Certe nihil actum vel agendum fuit, quod Apostolicæ sedi relatum non fuerit: ejusdem per decem & octo menses expectata sententia.* Cum tamen, ut ait Baronius anno CMXCII. num. XXIX. ipsemet Gerbertus alibi fateatur, non amplius quam triduo responsionem Legatos Regis, & Episcoporum expectare voluisse, & in causa tam ardua perbrevis videri debuisset mensium trium expectatio. Interim ex illis Gerberti verbis evidenter apparet, literas *Hugonis* Regis & Episcoporum ad Joannem XV. adversus Arnulfum scriptas, & a Baronio anno CMXCI. num. II. & seqq. relatas pertinere ad mensem Decembrem anni nongentesimi octogesimi noni; cum *Arnulfus* die decima septima mensis Junii anni CMXCI. dignitate motus fuerit, & a fine Decembris anni CMLXXXIX. ad medium mensem Junium anni CMXCI. menses octodecim intercurrant.

Qua-

mana Ecclesia, quæ Mater & caput omnium Ecclesiarum est, per tyrannidem oppressa, omnia membra debilitentur. Deinde nihil sine præsentia Legati Apostolicæ Sedis in causa Arnulphi factum esse, docuerunt his verbis: *Certe Seguinus venerabilis vitæ Senonensium Archiepiscopus domini Papæ Joannis vices per Gallias sibi creditas Romæ innovavit, & ita a latere Apostolici cum decreto privilegii veniens, ejus vices usque ad præsens, omnium Episcoporum Galliæ consensu prosecutus est. In hujus ergo præsentia Arnulphus seipsum sacerdotio exuit, atque juxta decreta Apostolicorum virorum Zosimi, Leonis, atque Gregorii petitorio, & confessionis, seu ita placet dici, abdicationis accepto libello, sacerdotalia deposuit signa. Pro qua re ad judicium advocamur, quasi innocentem oppresserimus. Nos vero illum non solum non oppressimus, sed etiam per decem & octo menses, bella, seditiones, Regni dissidia molientem toleravimus.* Hæc ex Gerberto, sed causam propriam agente. Verum aliter rem se habuisse de Seguino Archiepiscopo Senonensi, quæ superius sunt dicta, declarant, nempe ipsum numquam consensisse adversariis depositionem Arnulphi machinantibus.

XI. (a) Aimon l. 5. c. 45. Sed videamus, quæ ex appendice ad (a) Aimoinum addita, superius cœpta recitari sunt reliqua: *Nuntiavit*, (inquit auctor) *hæc omnia Præsuli Romano, qui valde indignatus super hoc facto, interdixit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulphum dejecerant, & Gerbertum ordinaverant. Misit quoque Leonem Abbatem a Sede Apostolica ad dominum Seguinum Archiepiscopum urbis Senonicæ, qui vice sua in urbe Rhemensi Synodum congregaret: mandans illi, ut sine dilatione revocaret de carcere Arnulphum, & degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio iterum in urbe Rhemensi, ex jussione Apostolica revocatus est Arnulphus de custodia, & cum honore magno receptus in propria sede. Gerbertus autem intelligens, quod injuste pontificalem suscepisset dignitatem, pœnitentia ductus est. Altercationem vero Gerberti pontificis & Leonis Abbatis valde utilem plenius invenies in Gestis pontificum Rhemorum.* Hucusque de his ibi. Quæ ex legitimis Actis quæ citat sum-

Restituitur Arnulphus deponitur Gerbertus.

pta videntur, & magis vera, quam quæ ex epistolis Gerberti suam ipsius causam agentis, sunt prodita.

Hic spectare licet, quanta coluerit observantia Hugo Rex Francorum Joannem Pontificem, ut nulla habita ratione eorum, quæ in Arnulphum Synodus decrevisset, neque (quod plurimum apud Reges etiam Christianos valere solet) juris regnandi, ut obsequatur ipsi Romano Pontifici, in Ecclesiam Rhemensem restitui Arnulphum eductum de carcere patitur, quem semper ut germen Carolinæ regnantis hactenus stirpis sibi adversantem expertus esset. Est plane in hoc & illud amplius mirandum, quod hoc præsertim tempore tanti fecerit Hugo Romanum Pontificem, quando esset contemptui apud suos, & a Crescentio veluti vinctus, vel saltem obsessus (ut audisti) detineretur in palatio, ut nonnisi quem Crescentius vellet, aditum ad illum habere posset, & qui Romæ contemnitur a tyranno, in Gallia adeo colatur a Rege. Porro Gerbertus e throno Rhemensi depositus, ex hoc ipso furore percitus, relicto Hugone Francorum Rege, se totum addixit Ottoni, eumdemque comitatus est in Italiam venientem: sed id anno sequenti, ut proximo dicturi sumus. At hic recitanda est ejusdem Gerberti epistola, quæ hoc ipso tempore esse scripta cognoscitur, nempe post adjudicatam a Leone Apostolicæ Sedis Legato Rhemensem sedem Arnulpho. Accepimus eam Parisiis missam a nostri amantissimo Nicolao Fabro; ex qua etiam colligitur ejus testificatione, eumdem Gerbertum post Leonis sententiam, ad Synodum provocasse, cujus adhuc judicium sibi expectandum esset. Ex eadem quoque intelliges, quibus se artibus insinuaret Ottoni Imp. & Adelaidi Aug. soceris Roberti Regis Francorum, cujus magister ipse fuisset. Scripta est epistola ad Adelaidem Imperatricem, his verbis: *Domina & gloriosæ Adelaidi Reginæ semper Augustæ, Gerbertus Dei gratia Rhemensis Episcopus * & omnibus suis Coepiscopis Rhemorum diœceseos, bene valere in Christo.*

XII.

Gerbertus depositus se contulit ad Ottonem.

* cum omnibus

Epistola vestri nominis læta principia prætulit, monita salubria habuit; sed tristi fine conclusa: suavem quippe ani-

 mi

PAGIUS Quare ex literæ anno suo a nobis supra certo redditæ.

III. Synodus Remensis. Episcopi in Synodo Mosomensi congregati, *Kalendis Juliis Remis habendam Synodum denunciant*, ut in Actis ejusdem Concilii legitur. *Collecto igitur Concilio*, inquit Continuator Aimoini cap. 46. *iterum in urbe Remensi, ex jussione Apostolici, revocatus est Arnulfus de custodia, & cum magno honore receptus in propria sede*, ubi Aimoinus uno tenore refert quæ ad diversos annos pertinent; quod Baronio errandi causa fuit. Inde enim deduxit, Arnulfum currenti anno in Sedem Remensem restitutum fuisse; cum tamen nonnisi annis post Leonis legationem ac Synodum Remensem tribus, jam demortuo Hugone Rege, Roberto ejus filio solo regnante, & Gregorio V. Ecclesiam Romanam regente *Arnulfus* e custodia liberatus & absolutus fuerit, uti anno CMLXXXXVIII. videbimus.

A num.

Gerberti Rhem. Episc. ad Adelaid. Reginam epist.

mi vestri affectum circa me ostendit; ut ad proprium sedem reditum maturarem, admonuit. Sed quid sibi voluit tam acerba conclusio? Ita enim se habet: Cognoscite, quia si modo hujusce monita parvipendimus: utemur nostrorum & rebus & consiliis absque crimine nostri. Me urbi Rhemorum præsidente, quando non licuit, licet, & licebit uti & consiliis & rebus mihi commissis? An melius licuit Arnulpho eam obtinente? Sed ille eam nobis dolo & fraude abstulit: ego contra multorum dolos & fraudes vobis eam multis vigiliis, multoque labore conservavi. Mirum nimis est, vos vestrorum hostium non sentire insidias. Qui enim Arnulphum ad regni vestri confusionem restituere quærunt, nec sibi hoc tutum fore putant, nisi prius me quolibet occasione perdant. Quod multum verisimile esse, duplici capimus argumento: & quia & me Rhemis nuper posito, eum absolvere decrevistis, & quia Leo Romanus Abbas, ut absolvatur, obtinuit, ad confirmandum Senioris mei Roberti Regis conjugium, ut mihi a Rhemensibus per litteras significatum est. Accedit ad hoc discrimen sedes a præsentibus, certe a Gebuino pervasa. Infinitus credo villorum numerus erat, nec ad possidendum sufficere poterant Rhemenses, nisi ad colonias obtinendas invitarentur Catalonenses. Quid ergo, si Arnulphus absolvendus est, vel si G. aut alius quilibet in mea sede inthronizandus est, reditum sine capitis mei periculo non est intelligere. Quod ita esse, si vos minus, advertere non debeo? Novi enim studia vestra omnibus mortalibus prædicanda. Novi animi vestri dulcissimos affectus circa me, quibus si respondere nequeo meritis, respondebo votis. Quocirca ut mea vobis minus ingeram, deque me omnino taceam, quem divina gratia periculorum immensitate liberat, & in quantum ad me solum attinet, omni felicitate disponit, & conservat: pro terribile nomen omnipotentie Dei oro & deprecor, ut Rhemensi Ecclesiæ desolatæ & attritæ, si quolibet modo voltis, subveniatis. Quæ quoniam regni Francorum est caput, si deperierit, ut membra sequantur, necesse est. At quomodo non deperierit, quæ sub nomine duorum quasi inter malleum & incudem disposita, dum eorum neutrum rectorem approbat, velut inter undas maris sine remige fluctuat? Quid porro fieri putatis, si tertius sine judicio Ecclesiæ ad numerum accesserit? Neque vero hæc loquor quasi augur, aut divinus. Memini etiam meos conspirasse non solum milites, sed etiam clericos, ut nemo mecum comederet, neque sacris interesset. Taceo de vilitate, atque contemptu: nihil dico de gravissimis injuriis sæpe mihi a pluribus illatis: ad hæc ut redeam, provocatis, & ut graviora patiar, minas superaddit epistola. Quid divina majestas, adeo me infatuatum, & a te abalienatum putant, ut gladios minitantes non videam, & Ecclesiam tuam schismate confundam? Ego vero improborum versutias acute conspicio, & contra omnia schismata unitatem Ecclesiæ, si sic decretum est, morte mea defendo. Peto ergo o domina semper Augusta, item a fratribus meis, qui pro causa traditoris Arnulphi sive juste, sive injuste sub anathemate positi sunt, ut me judicium Ecclesiæ expectantem patienter ferant. Neque enim Ecclesiam, quam Episcoporum judicio regendam accepi, sine Episcoporum judicio relinquere volo. Nec rursus contra Episcoporum judicium, ubi major auctoritas adsit, eam quasi per vim retinere dispono. Quæ judicia dum expecto, exilium, quod a multis felix putatur, non sine multo dolore tolero. Occurrit enim Senioris mei Regis Roberti clara facies, lætus aspectus, usitata colloquia, sermones vestri sapientia, & gravitate pleni; tum Principum & Episcoporum grata affabilitas: quæ dum mihi eripiuntur, ipsa quodammodo vita onerosa. Sola mihi solatio est clarissimi Cæsaris Ottonis pietas, benevolentia, liberalitas, qui tanto amore vos vestroque diligit, ut dies noctesque mecum sermonem conserat, ubi & quando vos familiariter videre possit, coævum sibi & studiis consimilem Seniorem meum Regem Robertum alloqui, & amplexari. Si ergo Romanum iter, quod causa plurium Synodi me detinet, hoc tempore ibi lapsum fuerit, circa Novembris Kalendas me expectabitis, & harum rerum interpretem fidissimum, & per omnia vobis obedientem. Hucusque Gerberti epistola, in Italiam cum Ottone iter meditantis, ille quidem, ut a Joanne Papa imperii coronam acciperet. Porro ex ipsis synodalibus Actis, & scriptis epistolis ab hujus temporis scriptoribus liquido constat Joannem Pontificem ejus nominis Decimumquintum, hoc anno adhuc fuisse superstitem: ex quibus redarguas eos, qui ante biennium decessisse tradunt. Sed reliquas anni hujus res gestas videamus.

Qui autem in hoc mundo ulciscens Do- XIII.

PAGIUS IV. A num. XIII. ad XVII. *Aligerno* Abbate Casinensi demortuo, in ejus locum subrogatus est *Manso*, quem Nili Junioris encomiastes non parum carpit, ut ex eo refert Baronius. Quæ tamen Nilus profert, inquit Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Aligerni Abbatis, nonnullis acriori calamo perstricta videbuntur, imo deteriorem in partem detor-

Moritur Manso Abbas Casinensis.

(a) Psal. 77. Dominus: fecit (a) semitam iræ suæ, relinquens divinæ vindictæ ubique impressa vestigia mortalibus intuenda, quo iidem caveant, ne peccando in se provocent iram ejus, qua cogatur ultorem Dominum experiri; idem in fine anni hujus memorandum exercuit judicium contra quemdam voluptuosum Cassinensem Abbatem Mansonem nomine, atque adversus eum, qui ipsum, ut invaderet sancti Benedicti hæreditatem, excæcandum curavit. Quod igitur ad ipsum Mansonem, quem successorem Aligerni vigesimum octavum ordine Abbatem diximus, pertinet, hæc hebentur in vita viri sanctissimi Nili Abbatis ab auctore hujus temporis Græce scripta: *Cum igitur mortuus esset æternæ memoriæ Aligernus, qui recte & religiose monasterium sancti Benedicti administravit, ejus loco præfectus fuit quidam, qui ignorabat beatum Nilum qualis esset, vel ut verius dicam, nec ipsum Deum cognoscebat, quod declarabit id quod breviter dicam: Cum aliquando ad ipsum beatus Nilus accessisset, invenit casu ipsum in monasterio inferiori, in quo est pulcherrimum sacellum S. Germani, aquarum pulchritudine circumdatum. Invenit autem Præpositum ipsum cum insigutoribus monachis magni monasterii locum, & in cœnaculo comedentem. Cum itaque expectaret ipsum beatus Nilus in Ecclesia, cum suis fratribus, audit quod citharœdus quidam ingressus erat in cœnaculum citharam pulsans. Tunc beatus Nilus dixit ad eos, qui secum erant: Memoria tenete, fratres, verbum hoc, quod brevi tempore veniet ira Dei super homines istos. Surgite, & hinc discedamus. Et hoc cum dixisset, recessit. Nec annus transivit, & Præpositus ipse captus defectionis sive seditionis causa, eruti sunt oculi, & monachi gravi morbo oppressi, alii quidem usque ad mortem afflicti sunt, alii perierunt. Citharœdus ille profectus ne raperet, & captus est, & post multa tormenta eruti sunt illi oculi. Et sic omnes biberunt calicem iræ Domini, juxta S. Patris Nili prædictionem. Beatus itaque Nilus cum in monasterio, quod dicitur Valles lucis, stetisset quindecim annos, recessit inde, &c.* Hæc ejus discipulus. Sed audiamus Leonem (b) Ostiensem quæ de ipso Mansone scribat:

In Mansonem Abb. divin. vindicta.

(b) Leo Ost. l. 2. c. 16.

XIV. *Præter alia multa*, inquit, *illius strenue (& ut pressius de tanti loci Patre loquar) sæculariter gesta, cum sibi equites plurimos, & plurimos serico indutos famulos parasset, & Ultramontani Imperatoris curiam haud segniter frequentaret; ob memoratæ maxime arcis constructionem ingentis odii fomitem in toto Principatu contra se accendit; adeo ut non multo post a Capuanis captus, cæcatusque sit; quod non modo Abbatiam, sed & principatum omnem sibi vendicare velle videretur. Inflammavit tam invidiam Alberici nequitia Marsorum Episcopi, qui dum filio suo ex meretrice procreato Episcopatum tradidisset, ad hujus monasterii dominatum adipiscendi, si quo posset pacto, animum exacuebat. Comperto igitur, Abbatem memoratum Capuanis infensum esse; alloquitur primo quosdam nequissimos monachos, ac postmodum aliquot Deum ignorantes Capuanos, pecuniam se daturum spondens, si cæcato prius Abbate monasterium sibi Cassinense contraderent, quod deinceps tali fultus auxilio, absque ullius contradictionis obstaculo possideret; ita videlicet, ut dimidium pecuniæ ad præsens illis per suos necessarios mitteret, dimidium reliquum tum eis traderet, cum Abbatis oculos teneret in manibus. Quod cum inter eos firmatum esset, utrique pollicitationem suam implere satagebant.*

XV. *Congesta igitur pseudoepiscopus ille undecumque pecunia, misit quod pollicitus fuerat. Ea namque illi suscepta, eos quidem qui detulerant, in Abbatis * quibusdam abscondunt. Abbatem vero adeuntes, in dolo erant, ut Capuam proficiscatur, ubi si quam adversus aliquem habet querelam, possit exponere, & legitimam inde justitiam sumeret. Abbas quoniam illorum invidiam, jamdudum compertam habebat, negat se illuc ulla ratione venturum. Tunc illi Dei timore contempto, minimeque vitato perjurio, mox adhibitis Evangeliis jurant, se illum & incolumem Capuam ducturos, atque inde nihilominus incolumem ad sanctum Benedictum reducturos: hoc in mente sua statuentes, ut Capuam deductum ad sancti Benedicti monasterium, quod intra Capuam est conditum, ducerent. Seductus hujusmodi promissionibus Abbas, egreditur, & bona cum illis fide Capuam usque contendit. Illi qui jamdudum (c) dolorem conceperant, iniquitatem tandem peperere. Mox enim ut illum in-* mo-

* f. ædibus

Immane facinus in Abb. Casinensem patratum.

(c) Psal. 7.

PAGIUS torta, quatenus *Mansonis* orbationem afficiunt, quæ ex invidorum ejus non proprio scelere patrata est, ut in Chronico Leonis Ostiensis lib. 2. cap. 16. videre est, ubi facinus illud describit. Cum autem cap. 12. tradat Leo Mansonem *annis undecim* sedisse, & Aligernus ejus decessor die XXXIII. mensis Novembris anni CMLXXXVI. obierit, manifestum est Mansonem, qui, ut scribit Leo cap. 19. *depositus est VIII. Idus Martii*, pervenisse saltem ad annum nongentesimum nonagesimum septimum, etiamsi anni illi undecim incompleti fuerint.

monafterium Capuanum induxerunt, vincientes, oculos illi eruerunt, involatofque linteo clam Epifcopo deferendos, his qui pecunias tulerant avaris, tradunt. His illi fufceptis, hilares effecti, ad dominum fuum, a quo miffi fuerant, protinus remeant.

XVI. Digna vindicta in facrilegum Epifc. Marf. *Sed (o divina juftitia nunquam dormiens oculus, femperque pavenda fententia!) jam illi prope Marfiam in campo Mezzo pervenerant, ibique fecari fubfidentes, labore itineris fatigati, cibos fumpfere. Cum ecce fubito peregrinus quidam fuperveniens, requifitus ab eis (ut viantibus mos eft) an quidpiam haberet novi: Epifcopus, ait, civitatis defunctus eft. Hunc illi voce vehementer attoniti, fallacem eum & impoftorem morduci cum irrifione dicentes, credere omnino renuebant. Sed cum ille majore conftantia id afseveraret, diemque & horam illius obitus diligenter exponeret: illi continuo ibidem defoffis oculis, quos jam fruftra ferebant, ad domum Epifcopi, quæ non longius aberat, confcenfis equis perniciter advolant; & eadem hora vita privatum Epifcopum difcunt, qua prædictus Abbas lumine fuerat orbatus oculorum: die videlicet xviii. Kal. Decembris. Ex iis autem nuntiis, quos ad tantum fcelus jam dictus Epifcopus deftinaverat, unum ego, Andream nomine, presbyterum adhuc parvulus vidi, vix fe in lecto movere valentem, qui centenarium fupergreffus ætatem, hæc omnia avunculo meo fanctæ memoriæ Joanni Sorano Epifcopo quoties rogatus effet, cum lacrymis referre folebat.* Porro hunc ita cæcatum fupervixiffe ad octavum Idus Martii idem teftatur; eique fubftitutum tradit Joannem vigefimumnonum ordinis Caffinenfis Abbatem, qui uno tantum tenuit anno, atque poftea anno fequenti, qui eft Domini nongentefimus nonagefimusfeptimus, alter Joannes eft creatus Abbas, ut ex eodem Leone apparet.

Quod fpectat ad res Orientalis Ecclefiæ, *hoc anno Indictione octava* (ut affirmat Curopalates) *Nicolaus Chryfoberges* XVII.

PAGIUS V. *Obitus Nicolai Chryfobergii Patriarchæ Conftantinop.* Ad ann. XVII. & feq. Cedrenus pag. 702. *Chryfobergii* Patriarchæ Conftantinop. mortem & *Sifinnii* [r] ejus fucceffioris initium his verbis narrat: *Nicolao Chryfobergio poft adminiftratum per annos duodecim cum menfibus VIII. Patriarchatum vita functo, fubftituitur Sifinnius magifter, vir infignis & medicæ artis peritiffimus, anno mundi fupra fexies millefimum DIII. Indict. octava. Is diffidium propter quartas nuptias dudum ortum fuftulit, concordia facta.* Incipit is annus mundi fecundum Conftantinopolitanos Kalendis Septemb. fuperioris Chrifti anni, quo pacto Chryfobergius hoc anno ante Kalendas Septembres mortuus fuerit. At is poft medium annum nongentefimum octogefimum tertium fedem iniit, ut anno CMLXXXI. oftendi, & poft Bafilii depofitionem, quam Leo Diaconus Auctor coævus anno CMLXXIV. factam fuiffe teftatur. Cedrenus, Zonaras, & Auctor Series Epifcoporum Byzantii, qui lib. 4. Juris Græco-Romani legitur, inter fe conveniunt de annis & menfibus, quibus quilibet Patriarcha poft Bafilium fedit. Quare non dubito, quin Cedrenus in anno emortuali *Chryfobergii* memorando erraverit, & Chryfobergius ufque ad annum fequentem in vivis fuerit; cum iidem Auctores unanimi confenfu ei annos XII. & menfes VIII. adfcribant. Præterea ipfemet Cedrenus annos tres *Sifinnio*, annos vero XX. *Sergio* ejus fucceffori attribuit, huncque *indictione fecunda, menfe Julio*, anno fcilicet Chrifti MXIX. vita functum afferit. Quare *Sifinnius* ante annum fequentem *Chryfobergio* non fucceffit, & Cedrenus ex ipfomet Cedreno corrigendus, vel potius Curopalates, ex quo fua Cedrenus depromere folet.

Cedrenus *Chryfobergii* morte narrata, ait, *Bafilium* Imp. *Samuelis* Bulgarorum Regis excurfiones coercendas effe cenfuiffe, ac Nicephorum Uranum miffiffe, qui Samuelem jam Theffalica Tempe & Peneum amnem tranfgreffum, per Ifthmum Corinthiacum in Peloponnefum graffantem, ad Sperchium fluvium incautum oppreffit, profligato omni ejus exercitu. VI. *Bulgari a Bafilio Imp. coerciti.*

Hermannus Contractus ex editione Canifiana hoc anno fcribit: *Heinricus Dux Bajoariæ obiit, & filius ejus ex Gifela Conradi Regis Burgundiæ filia, itidem Heinricus, Imperator poftea futurus, Ducatum interim obtinuit: hujus foror Gifela Stephano Regi Ungarorum, cum fe ad fidem Chrifti converteret, quafi vere juxta nomen fuum fidei obfes, in conjugium data, eleemofynis, cæterifque bonis operibus inibi intenta confenuit.* Chronographus Hildenfheimenfis ait, cum magno omnium dolore Heinricum obiiffe *V. Kalend. Septemb.* Henricus III. ejus filius, poftea Romanorum Imperator, cognomento *Sanctus* ob vitæ innocentiam, & res bello & pace præclare geftas, eas VII. *S. Henricus poftea Imp. fit Dux Bajoariæ.*

NOTÆ [r] SIfinnius hic anno 6505. Chrifti 997. Ind. X. tomum Synodicum edidit, adeoque & Synodum celebravit, e quo decretum quod ad matrimonium fpectat (idem forte quo diffidium de quartis nuptiis tollitur) fupereft in Codice XXXIV. Coifliniano Montfanc. in Bibliot. Coiflin. p. 87. Ejufdem Sifinnii decretum de cohabitatione five de nuptiis fuppeditat Codex alter ejufdem Bibliothecæ ibid. p. 114.

Alia pariter Synodus hoc ipfo anno ab Aquilejenfis provinciæ patribus habita fuit, in qua jus affertum fuit Veronenfi epifcopo in clericos nonnullos qui privilegiis fuis plus nimio abutebantur. Id legitur in fynodali fententia quam ex Veronenfi codice vulgavit Muratorius Antiquit. Ital. to. V. col. 1003. Signatur anno 995. indictione VIII. (in feptembri non mutata) die XXIII. novembris, cui præter Joannem Aquilejenfem alii quinque comprovinciales epifcopi fubfcribunt. Ambo hæc concilia apud Collectores fruftra quæres. MANSI

Sisinnius Patriarcha Constantinop. *ges Patriarcha Constantinopolitanus cum sedisset annos duodecim & menses octo, moritur: in cujus locum substituitur Sisinnius, qui tenuit annos tres, qui* (idem inquit Curopalates) *dissentiones ob quartum matrimonium in concordiam redegit*. At non Sisinnio, sed ejus prædecessori Nicolao tribuuntur ista in synodalibus Actis tunc confectis; ut de his nulla dubitatio esse possit. Cujus initæ concordiæ monumentum extat post edictum de unione ante annos octoginta promulgatum, in codice Juris Græcorum his verbis: (*a*)

(*a*) *Juris Græc. l. 2.*

XVIII. *Nunc vero ex Patris & Filii & Spiritus sancti benevolentia & gratia sacerdotes, atque monachos jam ante nonaginta annos ob prædictam causam & occasionem a se invicem divulsos, serenissima majestas Imperatorum nostrorum a Deo coronatorum Basilii & Constantini conjunxit & univit, unamque generalem & Apostolicam Ecclesiam effecit. Quamobrem prædicandi, magnique faciendi veniunt, qui opus tam gratum Deo, tamque magni momenti ad exitum perduxere*. Hæc ex Actis synodalibus, quæ mox istæ sunt sequutæ acclamationes.

XIX. Acclamationes. *Multi anni Imperatorum Basilii & Constantini. Orthodoxorum imperatorum nostrorum multi sint anni. Religiosissimæ Augustæ Theophanonis multi anni. Nicolai sanctissimi & universalis Patriarchæ multi anni. Basilii & Constantini & Romani, Christophori, Romani, Nicephori, & Joannis, qui Regnum cæleste cum terreno commutarunt, æterna sit memoria. Eudoxiæ & Theophanonis, Theodoræ & Helenæ piissimarum Augustarum, æterna sit memoria. Germani, Tarasii, Nicephori, & Metodii celebrium beatorumque Patriarcharum, æterna sit memoria. Ignatii, Photii, Stephani & Antonii, Nicolai & Euthymii, Stephani, Tryphonis, Theophylacti, Polyeucti, & Antonii orthodoxorum Patriarcharum æterna sit memoria.*

Universa quæ contra sanctos Patriarchas Germanum, Tarasium, Nicephorum, & Methodium scripta vel dicta sunt, anathema. Addit Marcus Ephesius in Concilio Florentino (quod & superius dictum est) pari anathemate proscripta fuisse scripta omnia, quæ adversus Ignatium vel Photium promulgata fuissent. Posthæc autem ista: *universa quæ præter Ecclesiasticam traditionem & doctrinam & dispositionem sanctorum Patrum innovata, gestaque sunt, vel in posterum agentur, anathema*. Item: XX. Anathematismi.

Calumniantibus sanctam Ecclesiam, quod quartas nuptias admiserit ob dispensationem Dei benignitate factam, atque propter assumptionem, unionemque fratrum nostrorum, quos præcedentium scandalorum causa sejunxerat, anathema. Itemque: XXI.

Audentibus dicere, quod Ecclesia illibatam puritatem sanctimoniæ suæ non retineat, sed inquinamento quodam affecta sit propter eam filiorum ipsius junctionem, quæ per Dei gratiam facta est, divisorum quidem a se invicem per scandalum jam olim admissum, at per abolitionem & abdicationem ejusdem denuo copulatorum, anathema. Atque demum ista:

Contemptui sacros, divinosque Canones sanctorum Patrum nostrorum habentibus, qui & sacrosanctam Ecclesiam fulciunt, & universam Rempublicam Christianam ornantes, ad divinam pietatem redigunt, anathema. Hucusque ibi. Hic plane videre est versutum satanæ consilium in his controversiis detinentis Orientales, ne quod longe majoris momenti erat, attenderent, nempe se manere disceissos a communione Ca- XXII.

PAGIUS eas virtutes tenero adhuc animo imbibit, quæ ejus nomen immortalitati consecrarunt, ut infra videbimus. Porro *Henricus* hoc anno mortuus nepos erat Ottonis Magni ex fratre.

VIII. *Sanctus Adalbertus*, qui anno superiori Pragam redierat, *in morbido grege signa salutis nulla esse prospexit. Hinc pro spectandis sequentibus malis oculos claudere volens, dulcis Romæ mœnia revisit*, inquit prior Auctor Anonymus, qui ejus Vitam scripsit, capit. 4. Addit secundus Anonymus, qui ejus etiam Vitam edidit, post discessum ejus quatuor fratres ejus nefarie occisos fuisse; quæ cædes cum currenti anno patrata fuerit, ut fidem facit Chronographus Magdeburgensis Sæcul. V. Benedict. pag. 870. apparet, Sanctum Adalbertum currenti etiam anno iterum Romam rediisse. Hæc Chronographi Magdeburgensis verba: *Anno CMXCV. post discessum Beati Adalberti a Bohemia, quia Dux Bohemiæ non erat sua potestati, Ducis comites versi in Dei odium, patrum iniquorum pessimi filii, valde iniquum facinus operabantur. Nam quodam die festivo irrumpunt urbem Lubic, in qua fratres sancti Adalberti & milites urbis universi, velut oves innocentes, adsistebant sacris Missarum solemniis. Et veluti lupi immanes masculum & feminam usque ad unum interficientes, quatuor fratribus sancti Adalberti ante ipsum Altare decollatis, urbem incendunt, plateas sanguine perfundunt, & præda onerati hilares recedunt. Interfecti sunt autem quinque fratres sancti Adalberti, quorum nomina sunt hæc: Sobebor, Spitimur, Dobraizlau, Poreikaslau*. Dubravius lib. 6. quintum nominat *Gzaslaum*. In posteriori Vita Sancti Adalberti cap. 5. dicitur, Sanctos viros *in Vigilia pretiosi Martyris Venceslai* peremptos, ideoque die vicesima septima mensis Septembris, in quam Vigilia illa cadit. Henschenius in Notis ad illum locum ait: *MS. Pragense addit*, feria VI. *Surius*, sexta die; *neutrum recte*, quia scilicet existimat hæc an. CMXCVI. contigisse. Verum cum hoc martyrium ad præsen-

S. Adalbertus iterum abdicat Episcopatum Pragensem.

Catholicæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis, quod tanti fecere majores ipsorum, & universi qui Catholici dici voluerunt filii Dei & sanctæ Matris Ecclesiæ: ut ita diuturnitate temporis oblivioni tradęrent, quod esse deberent, Pharisæis persimilis redditi, (a) qui decimantes mentham, anethum, & cyminum, quæ præcipua legis divinæ essent, omitterent. (a) Matt. 23.

Non-

PAGIUS

sentem annum pertineat, apparet utrumque Interpolatorem feriam illam & diem ex aliquo probo monumento accepisse; cum hoc anno littera Dominic. F. notato. dies XXVII. Septemb. & feria sexta concurrant. Pergit Chronographus Magdeburgensis.

IX. *Eius prædictio adimpletur.*

His ita peractis, Dux (nempe Bohemiæ) *Borislaus inito consilio cum Clericis, Moguntinum Archiepiscopum his sollicitat verbis: aut nostrum Pastorem Adalbertum ad nos revoces, quod magis volumus; aut alium nobis ordina. Tunc Archiepiscopus sollicitus, ne populus nuper Christo adquisitus, in antiquum relaberetur ritum, mandat Apostolico, ut aut Pragensi Ecclesia suum Antistitem remitteret, aut alium ordinari juberet. Et quia in Cœnobio Sancti Alexii vir Sanctus manebat* (positum illud Monasterium Romæ & cædes fratrum Adalberti patrata die XXVII. Septemb. in Vigilia Sancti Venceslai Poloniæ Ducis, ideoque jam ante mensem Septembrem Adalbertus Romam pervenerat), *hunc Dominus Papa & suus Abbas sic alloquuntur. Frater amantissime, per caritatem Dei te deprecamur, ut ovium tuarum regimen dignanter recipias. Si te audierint, Deo gratias: si non fugientes te fugias, ne cum pereuntibus pereas, & ad exteras nationes prædicandi licentiam habeas. Exhilaratus Præsul de data sibi docendi exteras gentes licentia, non sine magna fratrum mœstitia discessit; & cum viro summa discretionis, nomine Nothario* (Præsule) *adiens Archiepiscopum in palatio, rogat experiri si suum eum grex recipere vellet. Quo facto quid ille grex responderit, aut quam ob causam eum non receperit, vel ad quas gentes inde transierit, quanta frugalitatis omnibus diebus Episcopii sui fuerit, quanta morum honestate nituerit, scire poterit, qui ejus Vitam legerit. Tunc Zteabquaz frater Ducis, de quo supra meminimus* (Boleslai nempe cognomento Sævi, qui S. Wenceslaum occidit), *videns hunc quasi regulariter repudiari, tumido fastu exarsit in Episcopatum: quem populus nequam statim in Episcopalem levat cathedram, mente tumidum, veste compositum, oculis vagum, verbis vanum, moribus hypocritam, totius erroris mandritam, atque in operibus malis iniquorum archigerontam. Ventum erat ad Moguntinum Archiepiscopum: ubi peractis omnibus quæ agenda erant, dum choro melodiam modulante Archipræsul infulatus procumbit ante Altare, & post hunc inter duos suffraganeos Zteabquaz prosternitur in medio, atroci arripitur dæmonio, & quod illi vir sanctus olim prædixerat, palam fit coram Clero & omni populo.* Idem habent Æneas Sylvius in Hist. Bohemiæ cap. 16. qui Strahquaz *Stratiquatem*, & Dubravius lib. 6. qui cum *Stratiquatum* appellat, & quintum S. Adalberti fratrem occisum nomine suo appellat.

JESU CHRISTI ANNUS 996.	GREGORII V. PAP. ANNUS 1.	OTTONIS III. IMP. 1. BASIL. & CONST. IMPP. 21.

I. Obitus Joannis Pap. XV. Nongentesimus nonagesimussextus annus, Indictione nona incipit, quo defunctus est Joannes Papa Decimusquintus Nonis Maii, ubi sedisset annos decem, menses . . . . dies duodecim. Sepultus est autem in basilica sancti Petri in Oratorio Sanctæ Mariæ, ad cujus sepulcrum hoc fuisse exaratum epitaphium, Manlius qui descripsit affirmat:

Clauditur hoc tumulo venerabilis ille Joannes,
Qui legis sacræ diffundere noverat amnes.
Egregius doctor verbo quæcumque docebat,
Moribus & vita tribuens exempla gerebat.
Hunc a canonici destricto jure rigoris,
Non timor, aut lucrum, non gratia flexit amoris.
Det Deus æternus cælorum lumine pasci,
Cui dat Roma mori, dederat bene gaudia nasci.
Quando vir iste obiit, si vis cognoscere verum:
Septima lux Maii fuit illi meta dierum.

II. Gregor. V. Papa. Ab ejus autem obitu post mensem unum & dies sex in locum ipsius mense Junii subrogatur Gregorius Quintus. Quomodo autem ista se habuerint, ut intelligamus, quæ præcesserunt, sunt in medium adducenda prius. Cum Crescentii tyrannis, de qua superius mentio facta est, magis magisque invalesceret, & omnino intolerabilis esset, ad tantam propulsandam calamitatem Otto Rex Germaniæ Romam venire rogatur. Quod quidem naviter præstitit, descendensque in Italiam cum exercitu, Ravennæ aliquantisper constitit.

Ubi inventum ejus civitatis Archiepiscopum ex hac vita migrasse, in locum ejus subrogandum curavit Gerbertum, quem diximus anno superiore coactum fuisse a Joanne *Papa* deserere Rhemensem cathedram, quam contra Canones contradicente ipso Rom. Pontif. possedisset. Ut autem Gerbertus (ut audisti sæpe superius) de Romana Ecclesia pessime quidem meritus, & sententia Apostolicæ Sedis Legati Rhemensi privatus Episcopatu, Ravennæ ordinaretur Episcopus: dicere opus est, eum pœnitentem recantasse palinodiam, & ad meliorem frugem conversum, talem extitisse, qui non ab Ottone Imperatore solum, sed a populo in Ravennatis Ecclesiæ Episcopum peteretur, ut hujus temporis auctor apud (*a*) Aimoinum tradit, & sic ab ipso Gregorio Romano Pontifice ordinaretur. Cæterum non abrogasse Gregorium quæ a prædecessore Joanne XV. Romano Pontifice constituta essent, sed ipsius institisse vestigiis, inde certum deducitur argumentum, quod Arnulpho Archiepiscopo Rhemensi per eumdem Joannem Papam deposito Gerberto, jam restituto pallium misit: quod inquit Maso (*b*) qui vidit: *Ex epistola Abbonis Floriacensis decimae ad Gregorium scripta, quæ est prima totius operis epistolarum ejus, quod nondum in lucem prodiit.* Hæc ipse. Sic igitur qui restitutionem Arnulphi ratam habuit, & pallii ornamento firmavit, idem electionem Gerberti judicio contra se lato a Sede Apostolica acquiescentis pariter comprobavit. Sed reliquas Ravennæ res gestas prosequamur. III. Gerbert. creatus Episc. Raven.

(a) Aim. lib. 5. cap. 45.

(b) Papa Maso Annal. Francor. lib. 3.

IV. Tunc cum ibi esset adhuc Otto Imp. ac-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXXIV. Anno Hegiræ CCCLXXXVI. inchoato die 24. Januar. fer. 7. A. C. 996.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6489.

☉ 25. ED. ☽ 9. P. 12. April. Indict. 9.

Jesu Christi 996.

Gregorii V. Papæ 1.

Ottonis III. Reg. 14. Imp. 1.

Basil. & Const. Impp. 21.

I. *Joannes XV. PP. moritur.* Anno. I. ad XIII. Chronographus Hildesheimensis, seu potius alter Anonymus, qui a præcedenti anno ad MCXXXVII. Opus ejus continuavit, hoc anno scribit: *Indict. IX. Joannes Papa obiit. Unde Imperator in Italia positus, rumore incitatus, præmissis quibusdam Principibus, publico consensu & electione fecit in Apostolicam sedem ordinari suum nepotem Dominum Brunonem Ottonis filium, qui Marcham Veronensem servabat, imposito nomine Gregorii, a quo & ipse proximo solemni Pentecostes Imperator & Patricius consecratur. Habitoque cum Romanis Placito, quemdam Crescentium, quia priorem Papam injuriis sæpe laceravit, exilio statuit deportari. Sed ad preces novi Apostolici Imperator omnino remisit: sed non multo post Imperatore Urbe excedente, idem Crescentius dominum Apostolicum nudum omnium Romana urbe expulit. Imperator in Francia hyemavit*, in Francia nempe Orientali. Hæc distinctius explicanda.

II. *Dies ejus emortualis incompertus.* Marianus Scotus, Martinus Polonus & Auctores Catalogorum unanimi fere consensu docent, *Joannem* XV. Papam undecimum Sedis annum inchoasse, sed cum dies ejus emortualis incompertus sit, quot menses ac dies supra an-

S. Romualdus Classensis monast. Abbas.

(a) Petr. Dam. in Romual. cap. 22. apud Sur. tom. 3. die 19. Junii.

accidit, quod Petrus Damiani scriptis prodidit, nimirum præfectum ab eodem Ottone Rege sanctum Romualdum Classensi cœnobio; sic enim ab eo res gesta narratur (a): *Eodem tempore Otto junior Imp. Classensem Abbatiam ordinare desiderans, optionem fratribus dedit, ut quem ipsi vellent, indubitanter eligerent. At illi continuo unanimiter expetunt Romualdum, qui tunc habitabat insulam Peretum dictam, duodecim milliaribus Ravennæ distantem. Imperator autem diffidens, beatum virum ad Regiam evocadum, re posse per nuntium, ire ad eum per semetipsum voluit, & ad cellam ejus, sole jam occidente, pervenit. Cui Romualdus, quia magnum hospitem in parva domo susceperat, lectulum suum ad requiescendum dare dignatus est. Coopertorium autem Rex noluit, quia asperrimum judicavit. Mane autem facto Rex eum secum ad palatium duxit, tandemque & instare, ut Abbatiam susciperet, multis precibus cœpit. Qui cum reluctaretur, & regiæ petitioni assensum penitus denegaret, Rex autem e contrario excommunicationem & anathema ab omnibus Episcopis, & Archiepiscopis & tota Synodo minaretur: tandem imminenti necessitate succubuit, & animarum regimen coactus accepit. Referebat tamen hoc sibi non videri novum, sed ante quinquennium ei fuisse revelatum.*

V. His peractis Romam se contulit Otto ad expugnandum tyrannum Urbem occupantem, Crescentium: qui audito Ottonis adventu, in S. Angeli munitione inexpugnabili se cum suis clausit. Adveniens autem Otto potitur Urbe; munitionem autem, in qua ille se continebat, nequaquam valuit expugnare. Tunc autem dum ista agerentur in Urbe, contigit mori Joannem Decimumquintum Romanum Pontificem (ut dictum est) & ubi mense & sex tantum diebus Sedes vacasset, pridie idus Junii in locum ejus ope Imperatoris suffectus est vir Germanus, Bruno appellatus, & Gregorius Quintus dictus: de quo Ditmarus (b): *Otto*, inquit, *Romam veniens, gloriose nepotem suum Brunonem Ottonis filium Ducis in loco Joannis Papæ nuper defuncti, cum omnium laude præsentium constituit.* Hæc ipse.

(b) Ditm. lib. 4.

VI. Commendatur Bruno iste a Ruperto (c) Abbate Tuitiensi in vita quam scripsit Hereberti Archiepiscopi Coloniensis hujus Brunonis æqualis, quod vix vi adduci potuit, ut presbyter ordinaretur. Hæc autem de creatione Gregorii V. quod scilicet ubi Otto Romam venerit, creatus fuerit Pontifex, quamvis Ditmari, sed depravata lectione, fulciantur auctoritate, tamen assertione plurium impugnantur, qui tradunt, antequam Romam se Otto conferret, jam creatum fuisse Brunonem, vocatum Gregorium Quintum Papam, & post hæc contra eum fuisse elevatum in Sedem Joannem alium Episcopum Placentinum, natione Calabrum per Crescentium, appellatum Joannem Decimumsextum, sicque duobus simul creatis Pontificibus, esse schisma conflatum. Quid autem de his scriptum reliquerit Glaber (d) Rodulphus monachus Cluniacensis his temporibus proximus, utpote qui sub Henrico Primo Francorum Rege claruit, & horum temporum historiam scripsit, videamus. Hæc enim habet:

(c) Rupert. Abbas in Heribert. cap. 5. apud Sur. tom. 2. die 26. Mart.

(d) Glaber. lib. 2. cap. 4.

Con-

PAGIUS nos decem Pontificatum gesserit, divinare potis non est. [1] Baronius quidem refert ex Manlio Epitaphium, in quo dicitur *Joannem* septima Maii die demortuum. Sed fidelior atque antiquior *Manlio*, inquit Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. *testis Romanus Canonicus* „ in illius Oratorii (nempe S. Mariæ, quod „ extat in Ecclesia S. Petri) descriptione nos „ docet, in Oratorio isto sepulrum jacere non „ *Joannem Pontificem*, sed *Joannem Cardinalem* „ Presbyterum Tit. S. Anastasiæ: qui integro „ post hunc Pontificem sæculo floruit. Hoc, „ ut cætera tacerem, probaret stylus Epitaphii rithmicus, hoc sæculo necdum ad talia „ usurpari cœptus, paulo ante post secutis temporibus fere ordinarius. Idem ibi expressa probaret *Burgundia* patria, quæ Joanni Pontifici Roma fuit. Sed Manlius pro „ *Burgundia* legit *bene gaudia*, absque ullo „ sensu: quod, ut Baronium decepit, ita „ nos docet, Manlio isti, in iis ubi a Canonico Romano differt, nihil aut parum „ credere, utpote conjecturis suis nimium indulgenti cum Antiquitatis injuria. „ Ita scite Papebrocius. Cum tamen stylus rithmicus jam medio sæculo nono in usu esset, ut liquet ex libro 2. de Miraculis S. Germani, ab Aimoino Monacho Pratensi an. DCCCLXIII. aut paulo post composito, & Sæc. III. Benedict. part. II. ad annum DCCLIV. recitato, ubi Versus rithmicos in laudem hujus Sancti Episcopi Parisiensis tunc editos, exhibet, valde suspicor, id Epitaphii genus longe ante hæc tempora usurpatum fuisse. Sed Joannem XV. die septima Maii demortuum, qui error vulgaris hactenus fuit, post hæc dici non potest.

III. Post *Joannis* XV. mortem Sedem diebus VI. cessasse tradit Marianus Scotus: ex diuturnius In-

NOTÆ [1] QUamqnam hucusque non licuit me esse tam felicem, ut quot menses supra annos XI. regnaverit Joannes XV. certo definiam; tamen judico inhærendum esse fidei catalogi Eccardiani, de quo nos in Nota ad A. 985. I. In eo autem sedisse Joannes iste annis X. & mensibus VII. aperitur. MANSI

VII. *Otto Romæ creatus Imp.*

Schisma inter Gregor. V. & Joan. Placentin.

Contigit, inquit, initio Imperii Ottonis (hoc namque anno quo Romæ creatus est Imperator, a quo sunt anni ejus Imperii numerandi legitime, & nona parentis obitu) *ut Sedes Apostolica Urbis Romæ propria orduaretur Pontifice. Ipse vero illico Imperialis usus præcepto, quemdam suum consanguineum cujusdam Ducis filium delegit, atque ex more in Sede Apostolica sublimari mandavit. Quod utique dum sine mora peractum esset, prægrandis calamitatis occasio extitit. Erat enim quidam Crescentius Romanorum civis præpotens, qui ut illorum mos est quantum onerosior pecunia, tantum pronius servit avaritiæ. Hic autem non plane partes favebat Ottonis: nam ipsum Pontificem, quem, ut diximus, ordinari Otto jusserat, idem Crescentius destitutum honore a Sede expulit, alterumque procaciter in ejus locum subrogavit. Sed mox ut Otto hoc factum comperit, ira accensus cum permaximo exercitu, Romam properavit. Quod cum cognovisset Crescentius, illum scilicet appropinquare Urbi, conscendens cum suis turrim, quæ est extra civitatem, trans Tyberim, ob altitudinem sui, inter talos, vocatam, valluvit, eam defensurus pro vita. Tandem cum pervenisset Imperator ad Urbem, primitus jussit comprehendere illum male sacratum Pontificem, videlicet Crescentii arrogantia constitutum: comprehensumque præcepit ejus manus quasi sacrilegus amputari, deinde aures abscindi, atque oculos evelli.*

VIII. *Post hæc comperiens Crescentium turre vallatum, quæ scilicet post, illum crudeli erat redditura neci: præcipit eamdem circumdari densa obsidione sui exercitus, ne videlicet Crescentio quoquo modo locus daretur confugii. Interea jubente Imperatore, construuntur in gyro machinæ ex lignis celsarum abietum, nimirum artificiose compositæ. Cernens quoque Crescentius nullum se posse evadendi viam aperire, licet tardius pœnitudinis advenerit consilium, non tamen ei præstitit miserandi aditum. Quadam igitur die, quibusdam de Imperatoris exercitu consentientibus, egrediens latenter Crescentius de turre, scilicet birro indutus, & operto capite, veniensque improvisus; corruit ad Imperatoris pedes, orans, se ab Imperatoris pietate vitæ servari. Quem cum respexisset Imperator, conversus ad suos, ut erat, amaro animo dixit: Cur, inquiens, Romanorum Principem, Imperatorum decretorem, datoremque legum, ordinatorem Pontificum, intrare sivistis mapalia Saxonum? Nunc quoque reducite eum ad thronum suæ sublimitatis, donec ejus honori condignam videlicet præparemus susceptionem. Qui suscipientes illum scilicet, ut jussum fuerat, illæsum reduxerunt ad turris introitum. Ingressusque nuntiavit secum pariter reclusis, quoniam solummodo tantum contingeret illis vivere, quamdiu ipsa turris tueri valeret ab hostium captione, nec ullam prorsus salutem ultra sperare debere.*

Crescent. ad pedes venit Imperatoris supplex.

IX. *At Imperatoris exercitus a foris urgendo impulit machinas, paulatimque euntes applicita sunt turri, sicque pugnæ inito certamine, dumque alii desuper contendentes intrare, alii prorumpere ad ostium turris, illudque concidentes evellunt, sursumque certatim gradientes ad turris superiora pervenerunt. Respiciens quoque Crescentius, cernit se teneri ab his quos putabat pugnando longius arcere se posse. Capto namque ipso ac graviter vulnerato, cæteris qui cum eo inventi sunt, trucidatis: miserunt ad Imperatorem, quid de eo præciperet. Qui ait: Per superiora propugnacula illum deiicite, ne dicant Romani, suum Principem vos furatos fuisse. Quem ut*

PAGIUS *Joanni XV. succedit Gregorius V.*

Interpontificium fuisse indicat prime Auctor Anonymus Vitæ Sancti Adalberti Pragensis Episcopi, qui hoc tempore vivebat: *Hoc ipso tempore*, inquit num. 30. *iter agit Romam Rex Francorum* (ita Germaniæ Reges sæpe vocati) *Otto tertius*, &c. *Summus ipsis diebus Pontifex acerrima febre correptus, corpus terræ, animam cælo, utraque in sua dimisit exordia. Rex autem Otto Alpium nives multo milite transmeans, juxta sacram urbem Ravennam Regalia castra metatus est. Ibi in ejus occursum veniunt Epistola cum nunciis, quas mittunt Romani Proceres, & Senatorius ordo; primo illius adventum, velut toto tempore paternæ mortis non visum, totis visceribus desiderare, ac debita fidelitate pollicitantur expectare. Deinde in morte domni Apostolici, tam sibi quam illis non minimam invectam esse partem incommodorum, annunciant, & quem pro eo ponerent, Regalem exquirunt sententiam. Erat tunc in capella Regis quidam Clericus Bruno, scholaribus literis egregie eruditus, & ipse Regio sanguine genus ferens, magnæ indolis; sed (quod minus bonum) multum fervidæ juventutis. Hunc quia Regi placuit, a majoribus electum, Maguntinus Archipræsul VVilligisus & suus collega Adelbaldus Episcopus adduxerunt Romam. Proinde a Romanis honorifice acceptum, ad hoc ordinati Episcopi Apostolico honore promulgarunt. Supervenit etiam Rex Romano more egregie accipitur. Deinde magno gaudio omnium Imperatorium attigit apicem. Lætantur cum Primoribus minores civitatis, cum afflicto pauperes, exultant agmina viduarum, quia novus Imperator dat jura populis, dat jura novus Papa.*

IV. *Post diem XXVIII. mensis Aprilis.*

Ex quibus patet primo, *Brunonem*, qui in Pontificatu *Gregorius V.* dictus est, Romæ Pontificem ordinatum, antequam illuc Otto Imp. perveniret. Secundo, cum Otto III. die XXXI. mensis Maii Imperator acclamatus fuerit, *Gregorium V.* ineunte circiter mense Majo Pontifi-

*jussum fuerat, proiicientes, deinde post tergu boum religatum, per paludes * ma-rum plurimum devolventes, ad ultimum in conspectu civitatis in trabe excelsa pendere dimisserunt.* Hæc de fine Crescentii Glaber. Quibus tamen vehementer repugnant quæ scripta sunt u Petro Damiani temporis hujus & ipso scriptore, nimirum Crescentium in munitione inexpugnabili se continentem, inde nonnisi dolo & juramento firmata promissione deduci potuisse ab Ottone Imperatore, & ita deceptum de ipso capitis obtruncatione fuisse captum supplicium: quod & testatur: (a) Leo Ostiensis.

(a) Leo Ostien. Chron. Cass. lib. 2. cap. 18.

X. Porro sublatum Crescentii corpus clandestino funere est sepultum extra Urbem juxta portam Aureliam in cœmeterio Calepodii, ubi antiquitus erecta permanet Ecclesia S. Pancratii, in cujus pavimento hodie legitur sequens inscriptio:

Vermis humo, putredo, cinis, laquearia quaris,
His uptandus eris sed brevibus gyaris.
Qui tenuit totam feliciter ordine Romam,
His latebris tegitur pauper & exiguus.
*Pulcher in aspectu dominus Crescentius * & Dux,*
Inclyta progenies quem peperit sobolem.
Tempore sub cujus valuit, Tyberinaque tellus
Jus ad Apostolici valde quieta stetit.
Nam fortuna suos convertit lusibus annos,
Et dedit extremum finis habere terum.
Sorte sub hac quisquis vita spiramina carpit,
Da vel huic gemitum, te recolens socium.

XI. At hujus occasione Crescentii, alterius ejus nominis Ducis, qui hoc pariter sæculo in Urbe claruit, & honesto, sanctoque fine diem clausit extremum, hic describendum putavimus epitaphium, quod in Ecclesia sancti Bonifacii in Aventino monte posita, dicta alio nomine S. Alexii ex Abbatia conversa in titulum Cardinalium, ita in pavimento descriptum legitur, jam pene attritum vestigiis & vetustate consumptum:

Corpore hic recubat Crescentius inclytus ecce,
Eximius civis Romanus, Dux quoque magnus.
Ex magnis magna proles generatur & alta,
Joanne patre, Theodora matre nitescens.
Quem Christus animorum amans, medicusque peritus,
Corripuit langore pio, longavo, ut ab omni
Spe mundi lapsus, prostratus limina sancti.
Martyris invicti Bonifaci amplexus, & illic
Se domino tradidit, habitum monachorum adeptus.
Quod templum donis amplis ditavit, & agris.
Hinc omnis, quicumque legis, rogitare memento,
Ut tandem scelerum veniam mereatur habere.

Et obiit DIE VII. MENS. IVL. ANNO DOMINIC. INCARN. DCCCCLXXXIIII. C.R.M. Jam ante annos duodecim. XII.

Quod autem iste Joannis & Theodoræ asseritur filius, in mentem veniunt Joannes & Theodora illi, de quibus Luitprandus (b) agit, & nos suo loco scripsimus: nomina consentiunt atque tempora, necnon potentia, qua in Urbe pollebant.

(b) Luitp. lib. 2. cap. 13.

Sed & tertium his adiicimus de alio Crescentio, qui hoc etiam vixit tempore epitaphium, quod scriptum extat in diaconia sanctorum Cosmæ & Damiani his versibus:

Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu,
Axe vel a gelido, sive calente polo.
Flecte precor geminos tandem lecturus ocellos,
Sortis & humana flebilis esto memor.
Et quod amice fuit tumulo qui clauditur isto,

Nunc

PAGIUS cem renunciatum. Certe eum post diem XXVIII mensis Aprilis ordinatum, demonstrat Diploma, quo ipsemet Privilegium Abbatiæ S. Ambrosii an. Christi CMXCVIII. confirmavit, quod Tom. IX. Concil. pag. 755. refertur. Hæc ejus subscriptio: *Datum IV. Kal. Majas per manus Joannis Episcopi S. Albanensis Ecclesia & Bibliothecarii S. Apostolica sedis, anno Deo propitio, Pontificatus domni Gregorii summi Pontificis & universalis quinti Papa, in sacratissima sede Beati Petri Apostoli secundo: imperante domno Ottone tertio, a Deo coronato, magno, & pacifico Imperatore, anno II. in mense & Indict. supra scripta XI. Scriptum per manus Petri Notarii & Scriniarii S. R. E. in mense Aprili, & Indictione undecima.* Si enim eo Christi anno die XXVIII. mensis Aprilis, adhuc annum II. Pontificatus sui numeravit, hoc anno post eundem diem exorsus est primum. Gregorium autem V. non ab Ottone M. sed a Liud.

Nunc cinis & pulvis, quodque futurus eris.
* Hi *Ei mihi non vero Crescentius omine dictus.*
Stamina cum nesset sors breviora sibi,
Ungue sed a tenero pietatis vomere sulcos
Excoluit mentis semina grata serens.
Hospitibus tectum, nudis largitus amictum,
Esuriem dapibus expulit, amne sitim.
Sed cum ter denis subiit sex qui alter aristis,
Quod terra est liquit sumere certus idem.
Sic tibi sit cuncti post mortem talia reddant,

Car-

PAGIUS a *Liudgarda* ejus filia, Conrado Lotharingiæ & Wormatiæ Duci nupta, recta linea originem ducere, anno MXXIV. cum de Conrado Salico Imp. Gregorii V. ex fratre nepote sermo erit, demonstrabimus, & nodum istum difficilem, uti spero solvemus. [1] [2] [3]

V. Baronius interitum *Crescentii & Gerberti* promotionem ad Archiepiscopatum Ravennensem hic recitat; sed cum ille anno tantum CMXCVIII. morti traditus sit; & *Gerbertus* eodem anno sede Ravennensi decoratus, ad majorem claritatem hæc ad suos annos remittimus. Sigonius lib. VII. Hist. de Reg. Ital. existimavit, *Crescentem Nomentanum* anno CMXCIII. ingenti favore populi Consulatum adeptum, Urbem turbare cœpisse, & de- *Crescentius jam a multis annis Romæ tyrannus.*

Im-

NOTÆ [1] MUratorius in erudito opere Antichità Estensi part. I. cap. XX. pag. 287. edidit autographum quoddam instrumentum, e quo nonnulla ad Annalium illustrationem eruere licet. Primo igitur in eo legitur Ottonem III resedisse ad judicium *foras porta Sancti Laurentii, infra Palatium Domini nostri Regis Ravenna*, die *prima Maii*, *Indictione nona*, *anno Regni pietatis ejus in Italia secundo*. Ex quo intelligimus hoc anno, indictione nona signato, Ottonem eo die Ravennæ fuisse, ac recte scripsisse Chronographum Hildesheimensem, qua die electio Gregorii V. fiebat, Ottonem Romæ non fuisse; nam circa eos dies accidit. Secundo notanda est in instrumento illo *nova* epocha regni Italici Ottonis, cujus huc usque nullibi mentio mihi occurrit, nisi forte huc spectare arbitremur diploma quoddam ejusdem Ottonis apud Puccinellium in Chronico Abbatiæ Florentinæ, pag. 214. quod sic enunciatur. *Otto Dei gratia III. Imperator Augustus, anno Imperii ejus I. mensis Januarii Indict. IX.* Cum enim constet Ottonem coronatum Imperatorem non fuisse, nisi anno quidem 996. Indict. nona signato, sed mense majo exeunte; certe quidem ejusdem anni initio annum imperii primum agere non potuit; adeoque epocha in eo diplomate signata exordium facile ducebat ab incepto anno præcedenti ante Majum regno Italico. Qua statuta supputatione Otto in exordio anni 996. annum primum agebat, ut in diplomate Puccinellii; & in exordio Maii annum secundum inceperat, ut in Muratorii instrumento. Nec suspicio ulla in diploma Puccinellii ingerere debet nomen Imperatoris, quod Otto nondum coronatus Imperator sibi vindicat, nam id interdum ab eo factum constat ex aliis ejus diplomatibus apud Ughellium. Denique in eodem Muratorii instrumento Episcopi quam plures Imperatori adsistentes referuntur, inter quos cum Willigisus, & Adelbaldus qui Imperatorem in ea Italica profectione comitati fuerunt, non recenseantur; hinc non futili conjectura deducimus, electionem Gregorii jam tunc Romæ peractam fuisse, electumque ambos illos Episcopos Romam jam deduxisse. MANSI

[2] IN tabulario S. Mariæ in via lata habetur *Breve recordationis*, seu judicatum litis inter *Theodoram* Abbatissam monasterii S. Blasii civitatis Nepesinæ, quod quidem monasterium subjectum erat monasterio monialium S. Cirisci in Urbe, & alios collitigatores, cui ipsemet *Gregorius* Pontifex subscribit, sed præ vetustate membrana corrupta est, & vitiose a librario descripta. Initium habet: *Anno Deo propitio Pontificatus Gregorii summi Pontificis & universalis quinti Papa in sacratissima sede Beati Petri Apostoli septimo & Imperii piissimo & perpetuo Augusto Domno Oddone a Deo coronato magno pacifico Imperatore anno primo mense Julio Indict.* . . . . Mendose exscriptum est *anno Pontificatus septimo* pro *primo*, recte vero anno *primo* Imperii *Ottonis* III. ut hic habet Pagius. Audacter porro Pagius nunc iterum ingerit de supremo dominio Urbis per *Ottonem* Imp. qua de re nos sæpe superius. Mendose item in Regesto Sublacensi pag. 31. diploma ejusdem *Gregorii* V. pro monasterio Sublacensi descriptum est, hoc modo: *Dat. IIII. Kal. Julii per manus Johannis Episcopi sanctæ Albanensis Ecclesiæ & Bibliothecarii summæ & Apostolicæ sedis anno Deo propitio Pontificatus Domno Gregorio* (manu recenti scriptum est 4.) *summo Pontifice & universali Papa in sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno primo, Indictione suprascripta decima.* Indictio X. congruit A. D. 997. quo mense Junio annus *secundus* Pontificatus decurrebat; itaque legendum est: *anno secundo*. Alia charta ibidem pag. 162. incipit: *Anno II. Pontific. Domni Gregorii summi Pontif. & universalis V. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli. Imperii Domni Ottoni anno II. Indict. XI. mense Decembris die II.* Indictio XI. a *Kalendis* Septembris A. D. 997. inchoatur, quare est annus 997. GEORGIUS

[3] GRegorium V. die 3. maii hujus anni consecratum pontificem fuisse, penes me certum est. Cum enim ex iis, quæ Pagius hic affert, die 28. Aprilis hujus anni Pontificatum nondum adiisset; illudque vicissim die 9. Maii jam incœpisset, ut ex documento a nobis allato in Nota ad A. 998. 1. constat; superest ut unica, quæ intra hoc spatium incidit Dominica, die 3. maii ordinatus fuerit. MANSI

Carmen in hoc tumulo quisquis amice legis.
Dic rogo dic lacrymis pietatis clausula, JESU.
*Parce tuo famulo * Typfuremeta pie.*
OBIIT M. APRIL. D. XXVI. INDICT. VIII. AN. DOMIN. INCARN. MIL. X.

* Id est Altitonans.

XIII. Quatuordecim post annos. Hæc de Crescentiis viris clarissimis hujus temporis. Factum vero creditur, ut nomina Crescentiorum transierint in eam nobilem Familiam, quæ dicitur Crescentiorum, & hactenus Romæ viget. Sed ad reliquas anni hujus res gestas convertamus orationem, nempe ad schisma, quo functa Romana Ecclesia laboravit.

Schisma inter Joan. & Greg. Pap.

Hoc siquidem anno dirum schisma inter Gregorium Quintum & Joannem ex Placentino Episcopo electum a Crescentio Papam ingentis collatione pecuniæ, conflatum est. Petrus Damiani in secunda epistola ad Cadaloum pseudopapam hæc de his habet, in exemplum ponens illi, quæ Joannes Placentinus supplicia pati meruit ab Ottone Imperatore. Ait enim:

XIV. *Sed ut noveris quia molimen hoc nequaquam faustum concedat in exitum: de propria tibi atque contigua regione præbemus exemplum. Convicanea autem tibi regio Placentia est, cujus Episcopus non diu ante nostram ætatem subdulæ calliditatis artifex extitit, & ad instar tui, subtilitatis, & gloriæ satis superque ambitione flagravit. Adeo ut prius ante se gestandum, sicut & tu nunc agere diceris, Crucem argenteam imperarit. Quin etiam cum Imperatrice, quæ tunc erat, obscœni negotii dicebatur habere mysterium. Deinde sensim ad majora prosiliens, ut tandem Apostolicam Sedem familiaris sibi pecuniæ patrocinio violenter invaderet. Ejecto itaque Gregorio Imperatoris Ottonis utique consanguineo, Romanæ Ecclesiæ cathedram non ut sacerdos magnus, sed ut fur & tyrannus obtinuit. Sed paulo post, resipiscente Quiritum populo, atque in zelum dignæ ultionis unanimiter exardescente, irruentes in eum manus injiciunt, oculos eruunt, aures, naresque præcidunt. Expertus est itaque quod & tunc sibi, sed & nunc tibi per (a) Ezechielem prophetam Deus comminatur, dicens: Venient super te instructi currus, & rota multitudo populorum, lorica & clypeo, & galea armabuntur contra te undique, & dabo coram eis judicium, & judicabunt te in judiciis suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercebunt tecum in furore: nasum tuum, & nares tuas præcident, & quæ remanserunt gladio concedent. Et ut attentione tua condignam usque ad finem prosequamur historiam: Postquam Romani (ut dictum) * respondissent Pontifici: mox ante retro conversum in asello gloriosum equitem posuerunt, tenentemque sui vectoris caudam in manibus, per publicam totius Urbis viam, hæc ut caneret impulerunt: TALE SUPPLICIUM PATITUR QUI ROMANUM PAPAM DE SUA SEDE PELLERE NITITUR:* Hactenus de his Petrus.

Quam male habitus schismaticus Papa.

(a) Ezec. 23.

* repen-dissent.

XV. Hic vero monendum putamus esse Lectorem, Joannem hunc appellatum Decimum sextum Romanum Pontificem, natione Calabrum, patria Rossanensem, proprio nomine ante acceptum Pontificatum nominatum fuisse Philagathum, reperiri in Actis sancti Nili Abbatis ejus concivis ab auctore hujus temporis exacte conscriptis, omnia ista ob oculos habente, cujus de his narratio hic est intexenda, quæ incipit ab eo tempore, cum eum futura prænoscens vir sanctissimus admonuit, ut quam male occupaverat Sedem, dimitteret. Ait enim:

XVI. *Ita etiam fecit cum concive suo Philagatho Archiepiscopo, scribendo scilicet ad eum litteras, quando prædictus Philagathus Romanam Sedem occupavit insatiabili quodam desiderio, non contentus mundi gloria, qua Deus ipsum mirabiliter exaltavit: in utroque enim Imperio gloriam fuerat assequutus. Beatus vero Nilus futura prænoscens, scripsit illi, eum orans, ut vale diceret mundi gloriæ, cum jam hac ad satietatem potitus fuisset, & in quiete ad monasticam vitam declinaret. Ille vero non destitit ab instituto suo, quousque egressus est Imperator cum priore Præsule jam ejecto, & eorum indignationis opus factus est Philagathus; orbatus enim ab ipsis membris suis maxime necessariis, oculis inquam & lingua, & naso, in carcerem conjectus est, miserabilis factus, & omni ope destitutus. Hæc cum audisset B. Nilus, corde afflictus, coactus*

PAGIUS Imperii titulo sibi asciscendo cogitasse. Verum exeunte anno CMLXXXIX. aut sequentis initio, quo Legati Hugonis Regis & Galliarum Episcoporum adversus Arnulfum ad Joannem XV. missi Romam pervenerunt, jam Crescentius tyrannidem exercebat, uti dixerunt Episcopi in Synodo Remensi anno CMXCI. adversus Gerbertum congregatæ: *Regii ac nostri Legati Romam profecti, & Epistolas Pontifici porrexerunt, & ab eo indigne suscepti sunt. Sed (ut credimus) quia Crescentio nulla munuscula obtulerunt, per triduum a Palatio seclusi, nullo accepto responso redierunt, quod peccatis nostris exigentibus provenire, non est dubium, ut Romana Ecclesia, quæ mater & caput Ecclesiarum omnium est, per tyrannidem oppressa debilitetur.* De Crescentii cæde infra.

A num. XIII. ad XXVII. Narrat hic Baronius schisma inter Gregorium V. & Joannem ex Placentino Episcopo Antipapam electum, VI.

quod

ctus fuit, senio & morbo confectus licet (nonagenariam enim, ut alibi idem auctor testatur, excedebat ætatem) & non satis tempore congruo, Quadragesima enim erat, Romam venire, & imperatorem adire, pro gratia impetranda.

XVII. *Imperator igitur, & summus Pontifex cum ejus adventum intellexissent, iverunt illi obviam, magna si quidem erat ejus ubique spectata tam Orientalibus, quam Occidentalibus fama, & cum illum tenuissent hinc inde a manibus, duxerunt illum ad Patriarchium, & cum illum medium collocassent, & salutassent, alter a dextris, alter a sinistris ejus manus deosculabantur. Sed B. Nilus, licet hæc omnia obsequia ægre ferebat, & moleste, tolerabat tamen omnia, si quo pacto obtinere posset quod petebat. Et inquit illis: Ignoscite mihi peccatori (per Dominum) super omnes homines, & semimortuo seni: indignus enim sum tanto honore, quin potius meum est adorare venerandos pedes vestros, & venerari dignitates vestras. Veni tamen ad gloriam vestram, non honorem cupiens, vel munera, vel proventus magnos, sed gratiam pro eo, qui vobis multum inservivit, & male a vobis tractatus fuit: qui utrumque vestrum ex fonte baptismatis suscepit, & a vobis oculi illi sunt eruti. Precor pietatem vestram, ut illum mihi dono detis, ut mecum in posterum sedens, ambo peccata nostra deploremus.*

XVIII. *Tunc Imperator modicum lacrymatus (neque enim revera tota res ejus consilio peracta est) respondit beato Nilo: Præsto sumus, ut omnia, quæ videntur sanctitati tuæ, perficiamus, si etiam tu exaudies petitionem nostram, & dignaberis accipere monasterium in hac civitate, quodcumque volueris, & esse nobiscum sempiterno tempore. Cum vero B. Nilus renuerit in Urbe morari, proposuerunt illi S. Anastasium extra turbas existentem, & semper nostro generi, Græcis scilicet, attinentem. Et jam accepisset B. Nilus conditionem, studens, ut quam petebat gratiam, obtineret. Sed durus ille Papa non contentus malis, quæ adversus prædictum Philagatum patraverat: cum illum adduxisset, & sacerdotales vestes ei dilaniasset, per totam Urbem circumduxit.* Et alia omnia, quæ dicta sunt superius pati coegit; *quod cum sanctus senex audisset, & magnopere tristatus esset, non amplius petiit ab Imperatore Archiepiscopum Philagathum. Quod cum animadvertisset Imperator, misit unum ex suis Archiepiscopis valde loquacem, ut senem Nilum placaret. Cui dixit beatus Nilus: Vade & dic Imperatori & Papæ: Hæc dicit senex ille .... Dimisistis mihi cæcum istum non mei timore, nec magna mei potentia, sed tantum Dei amore. Nunc igitur quæcumque insuper fecistis, non illi, sed mihi fecistis, vel potius Deum ipsum contumeliis affecistis. Scitote igitur, quod quemadmodum vos non pepercistis illi, neque misericordiam ostendistis erga illum, qui a Deo manibus vestris traditus est; ita neque Pater vester cœlestis parcet peccatis vestris. Sed Archiepiscopus ille loquax non desinebat excusare Imperatorem & Papam. Tum B. Nilus, inclinato capite, dormitare simulabat. Ubi vero ille vidit B. Nilum suis verbis mentem non adhibere, surgens abiit. Beatus autem Nilus quamprimum cum fratribus, quos secum habebat, conscensis equis, tota illa nocte ad suum pervenit monasterium, juxta Cajetam in loco ardua constructum, orationi & sibi incumbens, & Deum indesinenter placans precibus. Non multos post dies, Papa quasi tyrannus quidam inde vi ejectus fuit (ut a quibusdam audivi, qui hæc dicebant) & oculis orbatus, sepulturæ traditus fuit. Imperator vero pœnitentiam pollicitus, pedes ab Urbe ad Garganum montem ivit ad sanctum Michaelem Archangelum, &c.* Sed de peregrinatione ista agemus postea.

Quod autem de successore Philagathi dictum est, eum scilicet paucos post dies vi pulsum, & excæcatum, mortuumque etiam ac sepulturæ mandatum: cum ista quidem de Gregorio V. dici aliquo modo non possint; necesse est, ut dicamus, vel duos successive ista tunc passos esse Pontifices, vel quod haud adeo secure aliorum testificatione auditum, ut asserit, liberans fidem suam, minime verum fuerit; cum nullus alius auctor inveniatur, qui de alio aliquo ista testetur. Sed jam reliqua prosequamur. XIX.

Ad hunc ipsum Joannem pseudopontificem spectat, dum Romæ adversus Gregorium in schismate sedit, quod Glaber Rodulphus scribit de legatione ab ipso in Gallias missa. Cum enim Fulco Comes Andegavensis egregiam erexisset XX. Legatio Petri Car. ad dedic. Ecclesiam.

Ec-

PAGIUS *Schisma inter Gregorium V. & Joannem.* quod & hoc anno compressum credidit. Sed cum illud tantum anno sequenti exortum sit, annoque CMXCVIII. exstinctum, hanc Historiam in suos annos distribuemus. Refert præterea quæ occasione monasterii Bellilocensis Joannis Papæ tempore, contigere, quia sc. *Joannem* illum Joannem Pseudo-Pontificem interpretatur. Verum cum Glaber, quem laudat, de Joanne Papa hujus nominis XVIII. verba faciat, quæ hic a num. XX. ad num. XXVII. habentur, ad annum MIX. remittenda duximus, eo magis, quo *Sergius* IV. Joannis XVIII. successor, quod hic cœpit, absolverit.

Ecclesiam, nec inducere potuisset Archiepiscopum Turonensem, in cujus diœcesi erat erecta, ut eam consecraret, Romam ad Joannem Romanum Pontificem se contulit, a quo & impetravit, ut aliquem mitteret, qui eam ipsius Pontificis nomine consecraret. Qui autem a summo Pontifice missus fuit, Petrus Cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ extitit. Rem gestam observatione dignam idem qui supra Rodulphus hujus temporis scriptor ita (a) narrat:

(a) Glab. hist. lib. 2. cap. 4.

XXI. *Expleto denique quantocyus basilicæ opere, protinus misit ad Hugonem Turonensem Archipræsulem, in cujus scilicet constituta erat diœcesi, ut illam sacraturus, quemadmodum decreverat, adveniret. Qui venire distulit, dicens, se minime posse illius votum, dicando Domino, committere, qui videlicet Matri Ecclesiæ sedis sibi commissæ prædia & mancipia subripuerat non pauca. Hocque potius illi videbatur competere, ut primitus, si quid injuste deripuerat alicui, restitueret; sicque deinceps justo Judici Deo propria, quæ voverat, offerre deberet. Cumque igitur ista Fulconi a suis perlata fuissent, diutina feritate resumpta, nimiumindigne ferens Episcopi responsa, insuper comminatus illum valde, ac sublimius inde quod valuit adegit consilium. Mox denique copiosa auri & argenti assumpta pecunia, Romam pergens, Joanni Papæ causam suæ profectionis exposuit. Ac deinde poscens quod ab illo optaverat, plura ei munerum dona obtulit.*

XXII. *Qui protinus misit cum eodem Fulcone ad prædictum basilicam sacrandam unum ex illis, quos in beati Petri Apostolorum principis Ecclesia, Cardinales vocant, nomine Petrum. Cui etiam præcepit, velut Romani Pontificis auctoritate assumpta, quidquid agendum Fulconi videbatur, intrepidus expleret. Quod utique audientes Galliarum quique præsules, præsumptionem sacrilegam cognoverant ex cæca cupiditate, processisse, dum videlicet unus rapiens, alter capium suscipiens, recens in Romana Ecclesia schisma creavissent. Universi etiam pariter detestantes, quoniam nimium indecens videbatur, ut is qui Apostolicam regebat Sedem, Apostolicum primitus ac canonicam transgrediebatur tenorem. Cum insuper multiplici sit antiquitus auctoritate roboratum, ut non quisquam Episcoporum in alterius diœcesi id præsumat exercere, nisi præsule cujus fuerit, compellente seu permittente.*

XXIII. *Igitur die quodam mensis Maii congregata est innumerabilis populi multitudo ad dedicationem scilicet prædictæ Ecclesiæ. Ex quibus multo etiam plures illuc Fulconis terror, ob suæ elationis pompam convenire compulit. Episcopi tantum qui ejus ditione premebantur, coacti interfuere. Cœpta igitur die constituto satis pompatice hujusmodi dedicatione, atque peracta, Missarumque ex more solemniis celebratis, postmodum quique ad propria rediere. Denique imminente ipsius diei hora nona, cum flabris lenibus serenum undique consisteret cælum: repente supervenit a plaga australi vehementissimus turbo; ipsam repellens Ecclesiam, ac replens eam turbida aere, diu multumque concutiens, deinde vero solutis laquearibus, universæ ejusdem Ecclesiæ trabes, simulque totus teges per pignam templi ejusdem occidentalem in terram corruentes, eversum ierant.*

Quod cum multi per regionem factum comperissent: nulli venit in dubium, quoniam insolens præsumptionis audacia irritum constituisset votum, simulque præsentibus ac futuris quibusque, ne huic simile agerent, evidens indicium fuit. Licet namque Pontifex Romanæ Ecclesiæ ob dignitatem Apostolicæ Sedis cæteris in orbe constitutis reverentior habeatur, non tamen ei licet transgredi in aliquo canonici moderaminis tenorem. Sicut enim unusquisque orthodoxæ Ecclesiæ pontifex ac sponsus propriæ sedis uniformiter speciem gerit Salvatoris: ita generaliter nulli convenit quidpiam in alterius procaciter patrare Episcopi diœcesi. XXIV.
Hæc Glaber.

Sed sicut in recensenda historia fidelis, ita in pervestiganda atque definienda causa ruinæ templi valde hallucinatus erravit: dum nihil vult in aliena diœcesi posse præsumere Romanum Pontificem plusquam cæteros Episcopos, quibus certis limitibus est definita diœcesis, & extra ipsam nihil penitus agere posse, vane existimavit, contra omnes Ecclesiasticas leges, usumque ipsum, atque antiquam traditionem. An non jure, sancte, pieque Joannes Papa & martyr consecravit Constantinopoli Ecclesias, quæ erant Arianorum in usum Catholicorum? An non verior illa causa, quod ostenderit eo signo Deus, oblationes impiorum sibi non esse gratas, ut demonstratum olim fuit in Ecclesia ædificari cœpta ab impio Juliano Apostata cognominato? Nam scriptum est in Ecclesiastico: (b) *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.* Et: *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium ante conspectum patris sui.* Quanto magis execrabilis Deo sacrilegus, qui ex bonis Ecclesiarum sublatis aliquid Deo offerat? Tunc plane iratus Deus fecit quod mi-

XXV. Juste reprehenditur Glaber.

(b) Eccl. 34.

(a) Mala. 2. minatur in Malachia (a): *Maledicam benedictionibus vestris.*

XXVI. Quis igitur aliam quærat causam de diruto, divino miraculo, templo, quam exprobrata antea per Antistitem illi homini sacrilegia, quorum causa, se illud consecrare templum sanctus Episcopus juste, religioseque renuit? cum præsertim etsi ista cuncta ex Fulconis parte cessassent, satis ad culpam, quod non per legitimum, sed schismaticum Pontificem, Sedis invasorem ista mandata fuissent. Quod autem idem qui supra Glaber hæc accidisse demonstret in Joanne, qui adversus alium sedit in schismate, plane non ad prædecessorem Joannem Decimumquintum aptari possunt, qui pacifice absque aliquo adversante schismatico Papa sedit, sed ad hunc referas opus est, qui contra Gregorium sedit. At de bis satis.

XXVII. Coronatio Ottonis Imp. Conciliata Ecclesiæ pace post male mulctatum Joannem, hoc ipso anno, Otto Imperator coronatur ab eodem Gregorio Papa. Hoc quidem anno ejus coronationem referunt Lambertus, Odorannus, & alii veteres Chronographi. Nec enim temporis ratio patitur, ut ante præsentem facta fuerit annum, cum omnium testificatione constet, eam a Gregorio Quinto factam esse. De qua eaque ab auctore qui interfuit, vel interesse potuit, in Gestis sancti Adalberti Pragensis Episcopi scripta sunt, hic sunt in lucem in tanta obscuritate promenda, sic enim ait: *In purpura natus Otto Rex Tertius, causa scandendi Imperii culmen (ut mos est a Carolo Magno Regum Francorum) multo comitatu Romam venit, aptatum diu caput Latinæ terræ. Ostendit se quasi post Deum altera justitia venisse: iniqui omnes tremunt, boni magno gaudio gaudent. Fecit propter quod venit. Quem ipse in sacellum suum tractum posuit Papa Gregorius Cæsarem, benedixitque: & populus Kyrie eleison celsa voce cantavit. Ascendit ille unctus cum corona Imperii Imperator Augustus, gerens sidereos vultus, & bona voluntate plena præcordia ferens.* Hæc ipse de coronatione Ottonis Imperatoris. Subjicit de Synodo tunc ab eodem Papa Romæ collecta, sed de ipsa inferius dicturi sumus. Modo autem reliqua Ottonis Imp. anni hujus gesta prosequamur, qui ut pacificum Urbis statum Pontifici relinqueret, discessurus ex Urbe, laboravit ut omnes, qui favissent Crescentio tyranno, comprimeret, inter quos fuit populus Tiburtinus, cui, ne penitus deleretur, præsto fuit S. Romualdus, quem opportune Deus hoc tempore misit ad eumdem Imperatorem, occasione dimittendi Classense monasterium ab eodem receptum, ut ad meliorem frugem monachos illos reduceret. Sed hæc quomodo se habuerint, sic accipe ex Petro Damiani in Romualdo:

Regebat itaque monachos sub districta regula disciplinæ, neque alicui ab ea declinare licebat, nemo ex illis per actus illicitos in dextram lævamque partem deflectere, aut rectæ conversationis audebat rectitudine deviare. Vir namque sanctus cordis oculos in cælum figens, ut Deo in omnibus obtemperaret, non timebat hominibus displicere. Hoc autem fratres sero considerantes semetipsos primo accusant, quia hunc sibi præesse poposcerant. Deinde multis eum detractionum susurrationibus lacerant, & duris scandalorum equuleis vexant. Romualdus itaque videns, & suam perfectionem aliquatenus minui, & illorum mores proclivius ad deteriora converti, Regem impiger adiit, & eo non leviter reluctante, una cum Archiepiscopo Ravennate in utriusque conspectu virgam, projicit monasterium dimisit. XXVIII.

Porro autem Rex Tiburtinam tunc civitatem obsidebat: Cives enim inclytum ejus Ducem, Mazolinum nomine, interfeceraat, ipsum quoque Regem correptis armis, a suis mœnibus exturbaverant. Unde non dubium est, beatum Romualdum illuc ex divina providentia missum, qui imminens tot animarum periculum sequestra pace delevit. Hoc etenim inter eos pactum est ut Tiburtes in honorem Regis partem murorum diruerent, ac obsidem XXIX. Romuald. intercedit pro Tiburtinis.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS VII. Otto III. Imperator dictus. A num. XXVII. ad XXXVI. *Ottonem III.* solemni Pentecostes die a Gregorio V. coronatum fuisse Imperatorem, jam num. I. ex Chronographo Hildensheimensi post Baronii mortem publicato diximus. Papebrocius quidem in Paralypomenis ad Conatum Chronico-Historicum, dum de Gregorio V. verba facit, ait, in Chronologo Saxone MS. legi Ottonem III. *XII. Kalend. Junii, in ipsa Ascensionis Christi festivitate* a Gregorio V. Imperatorem consecratum. Sed major fides hac in re Chronographo Hildensheimensi adhibenda; præsertim cum Chronographus Magdeburgensis referat, *Ottonem* Romæ fuisse, quando *Gregorius V.* dictus est Pontifex, & Chronographus Hildensheimensis, qui eum absentem fuisse tradit, Auctorem Anonymum Vitæ S. Adalberti consectem habeat. Dubium hoc ex Diplomatis ab Ottone inter diem XXI. mensis Maii & XXXI. ejusdem mensis datis certo solvi potest; sed nulla hactenus eo temporis intervallo data mihi occurrerunt. Hic obiter observandum, duo extare Chronica Magdeburgensia, alterum a Meibomio Tom. II. suæ Collectionis editum, alterum cujus Mabillonius Sæc. V. Benedict. & Papebrocius citatus aliqua fragmenta referunt. Istud nondum typis editum & a Germanis neglectum, quod ejus Auctor Anonymus, in non paucia erraverit. Unum ejus exemplar in bibliotheca Regia reperitur. Porro laudata verba Scriptoris Anonymi Vitæ S. Adalberti manifeste ostendunt,

Ot-

fidem darent, Duces vero interfectorem ad ejus matrem catenatum dirigerent. Quæ sancti viri fusis ad eam precibus mitigata crudeli homicidæ crimen indulsit, & incolumem ad propria redire permisit. Et inferius post narrationem de Venerio viro sancto ista subiicit:

XXX. *Apud prædictam quoque civitatem convertit beatissimus vir Thammum quemdam Teutonicum, qui (sicut dicitur) in tantum Regi familiaris & charus extiterat, ut utrinsque vestes utrumque protegerent, & amborum manus una paropsis communis sæpe convivio satiaret. Crescentius namque Senator Romanus indignationem Regis incurrens, in montem qui dicitur sancti Angeli, confugium petiit. Et quia munitio inexpugnabilis est, obsidente Rege, ad defendendum se fiducialiter præparavit. Et vero Thammus ex præcepto Regis jusjurandum securitatis præstitit. Et ita ille deceptus, annitente Papa, qui sibi inimicus erat, quasi reus majestatis capitalem sententiam subiit. Cujus uxorem postea Imperator in concubinam accepit. Quia igitur Thammus & fraudis conscius, & perjurio tenebatur obnoxius: idcirco a beato Romualdo jussus est relinquere sæculum. Qui mox a Rege licentiam expetens, non modo facilem reperit, sed animi etiam alacrem fecit. Erat autem prædictus Imperator monastico ordini valde benevolus, & nimia circa Dei famulos affectione devotus. Ipse quoque Imperator ex eodem crimine beato viro confessus, pœnitentiæ causa nudis pedibus de Romana Urbe egrediens, sic usque in Garganum montem, ad S. Michaelis pervenit Ecclesiam.* Sed id postea, ut suo loco dicetur. Pergit autem:

XXXI. Otton. Imp. de perjurio pœnit. *Per totam vero Quadragesimam in Classensi monasterio B. Apollinaris, paucis sibi adhærentibus mansit, ubi jejunio & psalmodiæ prout valebat intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata desuper purpura tegebatur. Lecto insuper fulgentibus palliis strato ipse in storea de papyris confecta, tenera delicati corporis membra tenebat. Promisit denique B. Romualdo, quod Imperium relinquens, monachicum susciperet habitum. Et cui innumeri mortales erant obnoxii, jam ipse pauperculo fratri cœpit esse subjectus.* Ita plane Dei Imperium exigit ab imperantibus, ut sint subditi sanctis viris, a quo nec obstinatus Pharao, nec scelestus Herodes exortes fuere: De illo dictum ad Moysen: (a) *Faciam te Deum Pharaonis*. (a) Exod. 7.
De isto ab Evangelista narratum (b), *Metuebat autem Herodes Joannem, & audito eo multa faciebat*. Ut non adeo mirum sit, si Romualdo viro sanctissimo Otto pareret Imperator maxime pius. (b) Marc. 6.
Porro de accessu ejusdem Imp. ad montem Garganum pœnitentiæ causa, quam S. Romualdus indixerat, testis est etiam Leo (c) Ostiensis in Chronico Cassinate. (c) Leo Ost. lib. 2. cap. 24.

XXXII. Sed videamus quæ de eodem Romualdo idem subiicit Petrus Damiani, cum ex Urbe cum suis, quos abripuerat e sæculari palatina militia, profectus est in nobile monasterium Cassinense; pergit enim: *Romualdus autem cum eo, de quo jam diximus, Thammo & cum Bonifacio viro clarissimo, quem nunc felicissimum martyrem se habere Russiana gloriatur Ecclesia, & cum aliis conversis Teutonibus a Tiburis oppido ad monasterium S. Benedicti, quod in Cassino constitutum est monte, devenit. Ibi vero graviter infirmatus est, sed cito ex divina misericordia convaluit. Habebat autem equum satis egregium, quem sibi Buselavinus Sclavonici Regis filius dono dederat, factus ab eo monachus. Hunc vir sanctus humilitatis studio permutavit, & pro eo asinum laudabilis negotiator accepit. Nimio quippe Redemptoris nostri desiderio, qui asella tergo insederat, vir venerabilis hoc ipsum animal libentius equitabat. Cum his igitur omnibus superius nominatis Romualdus ad* Pereum, ubi diu habitaverat, redeit. Ibique his & aliis multis Fratribus aggregatis, & per cellulas singulas constitutis, tanto fervore Dominicæ conversationis rigorem in se & in aliis tenuit, ut illorum vita omnibus, ad quos fama eorumdem pervenire poterat, mirabilis haberetur, &c.* De hujusmodi autem Romualdi cum suis accessu ad Cassinense monasterium (d) Annales hujus cœnobii memoriam conservarunt. * al. Pitetum. (d) Idem c. 18.

XXXIII. S. Bonifacii Ottonis intimi conversio. Sed quonam modo idem, de quo supra mentio facta est, Bonifacius vir illustris ad Christum conversus sit, Petrus Damiani ibidem mox subiicit ista: *Hic Regis fuerat consanguineus, & ita charus, ut Rex illum non alio vocaret nomine, nisi Anima mea. Erat autem apprime liberalium artium doctrinis instructus, maximeque in modulationis musicæ studiis approbatus. Is itaque cum in Capella regia moraretur, videns Ecle-*

PAGIUS Ottonem III. sicuti & decessores, supremum Dominium in Urbe exercuisse, quod usque ad nostra tempora obscurum fuit. Denique Otto III. nondum hoc anno adversus Crescentium bellum movit, ideoque obsidio Tiburtina civitatis ab eodem Imperatore facta, & a Baronio hic recitata, ad secundam vel tertiam profectionem Romanam Ottonis III. referenda.

Ad

ecclesiam antiqui martyris Bonifacii, quæ est Romæ in Aventino, mox exemplo sui æquivoci ad martyrii desiderium provocatus, ait: Cur ergo etiam ipse martyr esse non debeo? Post hæc igitur monachus factus, tanta se abstinentem frugalitate constrinxit, ut sæpe Dominicis diebus tantum & Feria quinta per hebdomadam manducaret. Nonnumquam autem, ubi urticarum vel etiam veprium cerneret densitatem, illuc se projiciens volutabat, &c. Quando autem accepta licentia a Sede Apostolica ad prædicandum Evangelium Russis profectus est, suo loco dicturi sumus.

XXXIV. Sciendum præterea petiisse eumdem Ottonem Imp. monasterium Cassinense, eidemque privilegium contulisse, & oblationes. Testatus id Leo (*a*) Ostiensis in Chronico Cassinate. At hoc anno primo, vel secundo adventu Ottonis in Italiam factum sit, ignoratur, sicut & alia nonnulla, quæ anni hujus periodo sunt collocata.

(*a*) *Idem c. 22. in fin.*

XXXV. Quid autem acciderit Ottoni Romæ dum moraretur cogitanti expellere monachos, & introducere canonicos in basilicam S. Pauli, sic accipe a (*b*) Glabro Rodulpho: *Contigit igitur ipso in tempore, ut idem Imperator, suggerente tam ipso Pontifice, quam aliis quibuscumque,* cælum profectus religionis domus Dei gerentibus, quosque in beati Pauli Ecclesia nomine tenus monachos, cæterum prave degentes, inde expellere deberet, ac alterius instituti (quos videlicet canonicos dicimus) in eodem loco servituros, ut ei suggestum fuerat, substiturus esset. Cumque hoc appeteret implere decretum; apparuit ei noctu per visum beatissimus Apostolus Paulus, atque eumdem Imperatorem hujusmodi monere curavit: Si vere (inquiens) zelus divinæ servitutis, optimi operis te adurit: vide ne hujus propositi institutum præsumas in monachis immutare expellendis. Non enim omnino expedit, cujusque Ecclesiastici ordinis, quamvis ex parte depravati, propositum unquam abjici, seu immutari. In eo namque unusquisque judicandus est ordine, in quo se primitus vovit Deo servire: ac emendari tantum licet corrupto cuique in eadem propriæ vocationis sorte. Taliter quippe monitus Imperator retulit suis quæ audierat ab Apostolo, curamque agens, qualiter eorum institutum scilicet monachorum quivisset in melius reformare, non expellere a loco, licet immutare.* Hucusque Glaber.

(*b*) *Glabr. hist. l. 1.*

* f. zelum perfectum

XXXVI. Concil. Romana. Porro hoc ipso anno compositis rebus, redditaque pace Ecclesiæ, Gregorius Papa consilio Ottonis ad stabiliendum statum Ecclesiæ adiiciens animum, necnon ad electionem Imperatorum pacifice absque tumultu in posterum faciendam, Concilium Romæ collegit Episcoporum. Quod licet ipsum exciderit, ejusque Acta omnino perierint, fragmenta tamen, quæ in hoc usque tempus

PAGIUS VIII. Synodus Romana. Ad num. XXXVI. & seqq. Narrat Baronius ex secundo Scriptore Vitæ S. Adalberti Pragensis Episcopi, Synodum Romæ coactam, qua huic Sancto injunctum, ut ad Episcopatum suum rediret, sed cum vix adduci posset, ut locum peteret, ubi *animarum fructum* non faciebat, obtinuit a Gregorio V. ut ad exteras & incultas gentes se se conferret. *Igitur cum puero Imperatore Alpium nubila transiens, causa orationis Turoniam pedester petit*, inquit idem Anonymus, qui subdit, eum inde Parisios & Floriacum venisse, indeque ad Aulam Imperatoris rediisse, ubi visione in somnis facta, se martyrem futurum intellexit. Postea Polonis, Bohemis & Hungaris fidem annunciavit, & intra brevissimum tempus multa peregit. In Hungaria *Geisam* Hungarorum Regem quartum a tempore sc. quo in Pannoniam ingressi sunt, baptizavit, & postea ejus filium, cui *Stephani* nomen imposuit, quique post eum in Hungaria regnavit, & religionem Christianam mirifice propagavit, ut refert Baronius anno CMLXXXIX. num. V. & seqq. ex Cartuitio Episcopo, qui hujus S. Stephani Hungarorum Regis Vitam scripsit; & Colomano octavo Hungarorum Regi dicavit. Quare quæ ibi habet Baronius, ad præsentem annum pertinent.

IX. Referenda & ad Concilium Romanum hoc anno habitum Epistola Gregorii V. *Herluino* Cameracensi Antistiti & ejus successoribus, data, in qua narrat Pontifex se Herluinum Episcopum consecrasse. *Quoniam vero*, inquit, *sicut omnibus pene notum est, interveniente hac re qua inter Arnulfum Remensis Ecclesiæ Archipræsulem, & Gerbertum invasorem ejus excrevit, idem prædictus Herluinus Præsul, illorum odiis, Remis canonico more consecrari nequivit: ejus consecratio ad Apostolicam sedem usque ad nos haud injuste pervenit.* Subjungit Gregorius V. se sancire, ut nullus, *prænominatæ Ecclesiæ locum invadere seu deprædare præsumat, neve amplius obeunte Episcopo vel cæteris Sacerdotibus* eorum bona diripere ac devastare audeat. *Scriptum per manus Petri Regionis Notarii & Scriptoris S. R. E. in mense Maio, & indict. nona. Anno I. Pontificatus domni Gregorii Summi Pontificis, & universalis Ecclesiæ Papæ, imperii vero domni Ottonis tertii Imperatoris anno undecimo.* Legitur Epistola illa Tom. IX. Concil. pag. 245. Verum subscriptio illa mendose descripta. Cum enim Otto III. die XXXI. mensis Maii currentis anni Imperator dictus fuerit, eodem die Synodus Romana congregari non potuit. Eam vero in Synodo datam, ac præsente Imperatore, docet Baldrici Episcopi Noviomensis Chronicon lib. 1. cap. 3. quod si Otto III. die Ascensionis Augustus renunciatus sit, quod non existimo, in ea subscriptione non solum ejus Imperii annus male assignatus; sed etiam annus Regni omissus fuit. Ex tamen literæ, dum *Arnulfus* in urbe Aurelianensi adhuc detinebatur, ideoque ante annum CMXCVIII. scriptæ.

Querela ad eum Herluini Episc. Camerac.

Ba-

pus sunt conservata, prodemus: sic per pauca quæ supersunt, ea quæ perierunt, & obscura penitus remanserant, revocabuntur in lucem, ut liceat saltem per transennam aspicere quæ antea celabantur. Mentio in primis hujus Concilii Romæ habiti sub Gregorio Quinto Romano pontifice extat in rebus Gestis sancti Adalberti a scriptore hujus temporis (ut sæpe dictum est) scriptis, quibus significatur, in hac Synodo etiam agitatam esse causam S. Adalberti Pragensis Episcopi judicio postulati ab Archiepiscopo Moguntino de facienda in sua Ecclesia, quam reliquerat, residentia. Qui enim ea tunc temporis scriptis mandavit, sic narrat:

XXXVII Ex concilio S. Adalbertus in Boemiam redire jubetur. *Post hæc facta est Synodus, & zelo juris ductus Moguntinus Archiepiscopus antiquam cantilenam cantat, & Episcopum sanctum a quiete monasterii ad relictos greges revocare instituit. Assensit Papa Gregorius, & semel susceptum gregem non posse impune eum dimittere, Scriptura sententiis affirmat. Velit, nolit vir Dei, erat inquiunt Episcopi sedentes: aliter vinculis afflatur anathematis. At ille secretum petens, ad Papam ait: Hostis quieti meæ invidet, qui vos suo stimulo castigat, ut eo me redire compellatis, ubi animarum fructum non faciam, detrimenta autem capiam animæ meæ immania: mitiga ærumnam meam, defectui meo remedium oppone, tristi recessui meo da vel unum solatium: Si audiant oves meæ quam clamo vocem, vivens moriar cum eis: sin minus, pietas tua mihi succurrat, ut verba vitæ eis sperantibus, cum licentia tua vadam ad exteras & incultas gentes, quæ nesciunt nomen Domini. Acquievit libens voluntati hominis Dei Papa Gregorius, ut erat satis bonus, quantum permisit vaga juventas. Reliquit sanctus Adalbertus monasterium non sine magno planctu suo & fratrum, molestia forsan rupiam quietem, sed habens de illo martyrio spem vivam, cujus in suo pectore ardebat longum desiderium, &c.* Ista tunc in Synodo. At hujus quoque Concilii mentio habetur in vita sancti Burchardi Wormatiensis Episcopi, ubi pariter dicitur interfuisse eidem Concilio Franco tunc Episcopus Wormatiensis, accepisseque ab eo tunc Abbatiam, cujus investituram in eadem Synodo recitatam tradit, eumque hoc anno esse defunctum.

Quod autem majoris momenti est, ad hoc ipsum Concilium a Gregorio Quinto celebratum referri debere videtur, quod de Imperatoris Electoribus ab eodem Pontifice multorum assertione traditur constitutum: Siquidem res magni momenti, nonnisi consultis Patribus, collectis Episcopis, in Synodo fieri consueverunt. XXXVIII. De electoribus Imperii. At quod nos sciamus rem tantam magna esse controversia agitatam refragantibus Novatoribus, ac negantibus jus eligendi accepisse Electores a Romano Pontifice, sed ab Ottone Imp. III. illud eis esse concessum; aliis vero asserentibus, id non eos accepisse a Gregorio Quinto, sed Decimo ejus nominis Romano Pontifice; de his accuratissime nobis agendum erit. Novatores assertores veræ originis electorum. Quod pertinet ad Novatores cuncta hæc tribuentes Imperatori, nihil concedentes Romano Pontifici, cum liberioris essent affectus, & non hominum gratia docerentur, his verbis veritatem libera sunt professi: (a) *Gregorius suam patriam fastigat aliqua dignitate ornaturus, sanxit, ut penes solos Germanos esset jus eligendi Regem, qui post diadema a Romano Pontifice acceptum Imperator & Augustus appellaretur.* Hæc tota illa schola Novantium communi consensu, pari sententia, perpetua memoria reliquere testata, suisque chirographis consignata, palamque edita eadem legenda cunctis tradita; sicque veritatem aliquando profitentes, in eamdemque perstationem ad Gregorium V. referunt; ideoque hæc fabula eodem quo Joanna Papissa tempore exorta, nec ea antiquior.

(a) Cent. 10. ca. 10. pag. 548. 3.

PAGIUS X. *In eo non instituti Electores VII.* Baronius, Conciliorum Collectores, & multi Viri doctissimi *Electoralis Collegii*, seu Septem Virorum, penes quos solos esset Imperatoris eligendi potestas, institutionem ad Gregorium V. & ad hanc Synodum Romanam retulere. Verum veterum Scriptorum, qui de Rebus Germaniæ hoc & duobus sequentibus sæculis scripsere, silentium demonstrat, audiendos non esse, qui sæculo XIII. & sequentibus illud nullo antiquo monumento fulti literis mandarunt. Citatur quidem hanc in rem Sanctus *Thomas* lib. 3. de Regimine Principum, sed ei perperam Opus illud attribuitur. Augustinus Triumphus Ordinis S. Augustini, qui adhuc junior anno MCCLXXIV. Lugdunensi Concilio interfuit, Ptolemæus Lucensis ei coævus, a Platina in Gregorio V. & a Joanne Villani anni MCCCXLVIII. lib. 4. Hist. cap. 3. laudatos, & Lupoldus Episcopus Bambergensis, qui initio sæculi XIV. floruit, hanc institutionem ad Gregorium V. referunt; ideoque hæc fabula eodem quo Joanna Papissa tempore exorta, nec ea antiquior.

XI. *Electorum jus a Pontifice Rom. emanat.* Certum tamen esse debet, jus eligendi Imperatores a Romanis Pontificibus Imperii institutoribus, ut de Carolo Magno loquentes vidimus, emanasse. Diserte illud scribit Innocentius III. in Epistola ad Bertholdum Zaringiæ ducem post Ottonis IV. Imperatoris electionem initio sæculi XIII. peractam. Ibi enim cap. *Venerabilem de electione*, Innocentius ait: *Illis Principibus jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure & antiqua consuetudine noscitur pertinere; præsertim cum ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolica sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in persona Magnifici Caroli a Græcis transtulit in Germanos. Sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt*

stantes, ad calcem ejusdem tomi, ut tamdem quæ disserueraat de edita per Romanos Pontifices sanctione de Electoribus, stabilireat, auctoritate nitentes Blondi verbatim quæ ab eo de ea rescripta esset, recitant: Blondi verba (inquiunt) hic inseremus (a): *Paulo enim post quam redierat, Gregorius Papa scilicet, eam fecit de Imperatoris electione sanctionem, quam hucusque super annos quadringentos servatam videmus, solis licere Germanis, qui inde Electores dicti sunt, Principem deligere, qui Cæsar tunc & Romanorum Rex dicitur, si a Romano Pontifice coronabitur, Imperator Augustus appelletur. Suntque hi Electores, &c.* Quibus recensitis subiicitur: *Annum, in qua hæc sanctio a Pontifice Gregorio facta est, secundum supra millesimum Christianæ salutis fuisse invenimus.* Hucusque ex Blondo ipsi in rebus gestis Ottonis Tertii, ibique asseruat istud ipsum de Electoribus deligendis ex Germanis fuisse primum consilium ejusdem Imperatoris, generali sententia & auctoritate ejusdem Gregorii Romani Pontificis confirmatum ac promulgatum. Alios præterea recitantes auctores studuerunt idipsum plurimorum assertione relinquere bene tastatum, roboratum, atque penitus stabilitum.

(a) Cent. 10. ca. 26. pag. 720. 47.

XXXIX. De Novatore prævaricatore.

At illorum antesignanus primus desertor factus, ab asserta & professa multoties veritate recedens, de translatione Imperii seorsum edidit commentarium, in quo inter alia, impugnat impudenter eam, quam una cum cæteris Collegis defenderat, & sartam tectam bene confirmatam statuerat veritatem, nec nisi affectatis, pudendisque mendaciis: quæ foris spectanda aperta luce exposuit, ac potenter valideque confutavit fortis Ecclesiæ Catholicæ Antagonista doctissimus Bellarminus eodem titulo scripto contradictorio Commentario, in cujus tertio libro eumdem de Electoribus multipliciter mentientem sic redarguit, ut fortissimorum enthymematum laqueis misarum strangulet, ut non modo, ipso intercepto spirito, respondendi amiserit facultatem, sed nec ex sectariis ejus quis luvantus, qui singulis respondere sit ausus, & cum plurimos reliquerit impii dogmatis sectatores, nullum tamen habuerit, qui singula singulis redargueret responsionibus, defensorem. Adversos quos omnes (licet videri posset esse superfluum, pro ratione tamen tenemur instituti cum historicæ id esse facultatis, omnes aoruat) adeo liberaliter in hac concertatione nobis agendum proposuimus, ut omissis innumeris testibus historiarum scriptoribus, quorum aliquibus & ipsi in eadem veritate astruenda sunt usi, nonnisi sanctissimorum Romanorum Pontificum publicis asserta litteris testimonia affectamus. Et ne dicatur, domesticis nos uti testibus, eorumdem ipsorum Electorum testificatione ab ipsismet scriptis proditas, atque subscriptas & obsignatas in medium adducemus: quin & addemus litteras Imperatoris, quas præ dignitatis excellentia sacras, nuncupare consuevit antiquitas, ut nec invenire possit, qui flagrat contradicendi libidine, quæ respondeat, nisi qui multa febre phrenetici linguæ vertigine tantum usi absque ulla mentis ratione ad quæque insana promenda veloces existunt, ac se superatos atque convictos humili confessione fateri cogantur. Rem vero aggrediamur.

Est

PAGIUS *gnoscunt, (sicut iidem in nostra recognovere præsentia) quod jus & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio persona pertineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim si Principes non solum in discordia; sed etiam in concordia, sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum, tyrannum, fatuum, vel hæreticum eligerent, aut Paganum nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omnino.* Germaniæ itaque Reges electi jus habent, ut *Imperatores* appellentur, utque primum inter Principes Christianos locum obtineant idque a Romanis Pontificibus, qui se ad eos Imperatores confirmandos & coronandos obstrinxere, modo nullus occurreret in electione defectus, quod examinandum ad eosdem Pontifices spectat, ut ait Innocentius III.

XII. Porro Germaniæ Regnum successivum fuit, sed non absolute hæreditarium; populi enim Regem eligendi quem mallent ex Regis familia jus habebant, & de more defuncti Regis filium natu majorem cæteris anteponebant. In hac electione Principes, Primates seu Primores omnia poterant, & populorum consensum secum trahebant. Id diserte docent Scriptores Germanici, cum de *Henrico Aucupe* & tribus Ottonibus loquuntur; ut suis locis insinuavimus. Quare in Germanis Regnum quidem hæreditarium erat in eadem familia, sed Procerum populique consensus necessarius quod in singulis fere Germaniæ Regibus indicavimus; præsertim in electione *Conradi Salici* egregie a Wippone Auctore coævo descripta. Duravit hæc consuetudo usque ad Gregorium VII. Papam, quo Ecclesiam Romanam regente in Regni Comitiis decretum, ut Regis Germaniæ electio intra Regiam familiam non restringeretur, sed quilibet in Regem eligi posset, ideoque tunc, anno sc. millesimo septuagesimo septimo, quo *Rodulphus* Germaniæ Rex creatus, successio in Regnum antiquata fuit, ut ibi videbimus.

Regnum Germaniæ successivum simul & hæreditarium.

Sed, ut ad institutionem Septem Electorum veniamus, Fredericus II. in publicis Comitiis XIII.

tiis

XL. Electores Imperii a Rom. Pontificibus Jus eligendi habuisse.

Est firma & in omnibus constans assertio, sicut Imperium auctoritate Romani Pontificis ex Oriente in Occidentem translatum est, ita jus eligendi Imperatorem Germanis concessum, vel dixerimus, Regem in Imperatorem promovendum ab eorumdem Romanorum Pontificum auctoritate & concessione manasse. Accipe quæ de his Innocentius (a) Tertius Papa scripserit ad Ducem Caringiæ sive Thuringiæ: *Illis Principibus jus & potestatem eligendi Regem in Imperatorem postmodum, promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure antiqua consuetudine noscitur pertinere: præsertim cum ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli a Græcis transtulit in Germanos.* Hæc Innocentius. In Concilio Viennensi eadem (b) Clemens Quintus his verbis: *Romani Principes Orthodoxæ Fidei professores sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus caput est Christus Redemptor noster, ad Romanum Pontificem ejusdem Redemptoris Vicarium fervore Fidei & claræ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, a quo approbationem personæ ad Imperialis promptitudinis apicem assumendæ, nec non unctionem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, ut sua submitterent capita non reputarunt indignum, seque illi & eidem Ecclesiæ, quæ a Græcis Imperium transtulit in Germanos, & a qua ad certos eorum Principes jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem promovendum pervenit, astringere vinculo juramenti*, &c. Id quidem adeo sine contradictione a majoribus receptum est, ut semper ipsi Electores & Imperatores ab eis electi ingenue hoc ipsum professi sint, intellexerintque pariter, ejus esse facultatis qui dedit, & auferre pariter, cum viderit expediens esse Reipublicæ Christianæ: quod & cætera exempla demonstrant.

(a) Ext. de elect. c. venerabilem 34.

(b) Clement. de jurejur. cap. 1.

XLI. Cum vero ante ipsam collatam a Romano Pontifice concessionem eligendi Imperatorem Electoribus ipsis, eo jure carerent etiam Imperatores, ut successorem sibi deligerent: Magno Ottoni id primum a Romano Pontifice reperitur esse concessum. Extat de his Leonis Papæ Octavi decretum ad Ottonem Primum Imperatorem datum, quod & recitant ipsi Novatores, (c) cum inter alia ipse Pontifex, quo pertrahat ipsum Imperatorem ad liberandam Romanam Ecclesiam a tyrannis oppressam, concedit ipsi facultatem eligendi sibi successorem. Sunt hæc verba ab iisdem pariter recitata: *Nos quoque Leo servus servorum Dei, Episcopi similiter cum cuncto Clero, & universo populo Romano, omnibus ordinibus hujus almæ Urbis (sicut in ipsis conscriptis apparet) constituimus, confirmamus, corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domino Ottoni Primo Teutonico Regi dilectissimo spirituali in Christo nostro filio, ejusque successoribus hujus Regni Italici in perpetuum tam sibi facultatem successorem eligendi*, &c. Idque factum, ut auctoritate diplomatis hujus ipse sibi filium elegerit successorem in Regnum primo, inde in Imperium promovendum. Ex præscripto igitur Romani Pontificis factum videmus, ut non Rex eligeretur ab Electoribus, sed ipsi Imperatores Primus & Secundus Otto successores Regni in Imperium promovendos filios nominaverint. Octo autem Tertius, quod prole caruerit, per Pontificem Gregorium aliter Imperio consulendum putavit, nempe ut Electoribus Principibus id concederetur ab ipso.

(c) Cent. 10. ca. 16. pag. 7. 20. vers. 9.

Ipsi Imperatores primo constituti a Rom. Pontific. Electores.

XLII. Audisti Romanorum Pontificum facultate Imperatoribus primo concessum jus eligendi Regem promovendum in Imperatorem. Audisti insuper & testificatione Romanorum Pontificum idipsum concessum certis Principibus Electoribus: reliquum est modo (quod polliciti sumus) ut & ipsorum Electorum testificatione, nec non Imperatorum assertione idipsum firmemus.

XLIII. Non unius ex eis est ista assertio, sed omnium id suis litteris ad Romanum Pon-

PAGIUS Septem Electores imperante Friderico II. instituti.

tiis anno MCCX. electus fuit, ut ad eum Christi annum his verbis docet Abbas Urspergensis: *Tunc Principes Alemanniæ, Rex videlicet Bohemiæ, Dux Austriæ, Dux Bavariæ, & Landgravius Thuringiæ, & alii quam plures convenientes Fridericum Regem Siciliæ elegerunt in Imperatorem coronandum.* Principes tamen illi & Officiales valde diversi erant ab Electoribus & Officialibus hodiernis, ut videre est apud Leibnitzium in Præfatione Codicis Diplomatici, ubi fuse de Electorum origine agit, asseritque ante Fridericum II. nullum exhiberi posse antiquum ac sincerum monumentum, in quo de certo Electorum numero sermo fit, de quo etiam nec in Decretali Innocentii III. *Venerabilem* aliquod verbum habetur. „ Quæ omnia consideranti, subdit Vir „ eruditissimus, apparet sub *Friderico II.* for- „ mam aliquam accepisse Electorale munus; „ forte studio ipsius Imperatoris, filiorum „ electionem semel atque iterum procurantis; „ facilius utique per pauciores. Sed tamen jam „ ante lineamenta aliqua imperfecta fuisse du- „ cta crediderim; alioquin novitati manife- „ stæ utique Pontifices & Principes reclamas- „ sent. Hoc partim Friderici artibus tribue- „ rim, cum *Henricum VI.* filium Cæsarem fe- „ cit, aut Henrici ipsius, cum filium infan- „ tem successorem designari obtinuit. Obser- „ vat ibidem Leibnitzius primam verorum Ele-

Quid Electores Imperii sint professi suis scriptis.

Pontificem datis significantium, publicis atque patentibus monumentis testantium, quæ licet diversis locis sicut & diebus datæ reperiantur, non solum unum idemque earum argumentum est, sed eadem quoque sunt verba, ut appareat certam quandam præscriptam formam ab eis, qua idipsum universo Christiano orbi voluerint innotescere, & relinquere posteris bene testatum. Extant inquam litteræ Marchionis Brandeburgensis unius ex Electoribus, quarum hic est titulus. *Otto Marchio Brandeburgensis universis præsentem paginam inspecturis.*

XLIV. *Datæ autem*, ut in fine habetur, *anno millesimo ducentesimo septuagesimonono, pridie Id. Septem. anno sexto Rodulphi Imperatoris.* Aliæ Joannis & Adalberti Ducum Saxoniæ, eodem titulo, datæque eodem anno, die vero & mense diverso, nempe decimoquarto Kalendas Aprilis. Aliæ Ludovici Comitis Palatini Rheni, eadem die datæ & anno, juxta quam præscriptam ab ipsis formam & reliqui Electores scripsere. Quibus omnes pariter confirmant donationes factas, vel innovatas a Rodulpho Romanorum Rege & aliis prædecessoribus Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ. Extant ipsæ in scripto codice eodem tempore una cum aliis monumentis de donationibus & privilegiis a diversis Eccl. Romanæ collatis, quæ asservantur seorsum a Vaticana bibliotheca Romæ in Castello S. Angeli loco tutiori, ubi selecta majoris momenti monumenta recondita habentur, ne pereant. Porro satis erit ex omnibus recitare unas, cum (ut diximus) unum idemque sit argumentum omnium, atque totidem verba. Comitis Palatini sunt istæ.

Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, universis præsentem paginam inspecturis salutem in Auctore salutis.

XLV. *Electorum confirmatio donationum Ro. Ecclesiæ.*

Complectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia, quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terrenæ dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum præsidentium super terram, plantans in ea Principes tamquam arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari: illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, ut ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum qui fræna Romani Imperii teneret, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ per luminare majus Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum exerit & convertit, ut ejus præsidio pastorum pastor adjutus, oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet, & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium & bonorum. Ut igitur omnis materia dissensionis & scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam Ecclesiam & Imperium auferantur, & duo gladii in domo Domini constituti debito fœdere copulati sese ipsos exerceant: in utilem reformationem regiminis universi, & nos in actu voluntatis & operis inveniamur filii devotionis & pacis, qui tam Ecclesiam, quam Imperium confovere tenemur: quidquid per Dominum nostrum Rodulphum Dei gratia Romanorum semper Augustum sanctissimo patri & domino nostro Nicolao Papæ Tertio, ejusdemque successoribus, & ipsi Romanæ Ecclesiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, denuo donatum, declaratum sive concessum, juratum, & actum, seu factum est per privilegia, vel quæcumque alia scripta quorumcumque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus, & factis seu gestis tam aliorum Imperatorum & Regum Romanorum prædecessorum Regis ejusdem, quam ipsius Regis super fidelitate, obedientia, honorificentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus & ipsi Ecclesiæ impendendis, ac possessionibus, honoribus & juribus ejusdem Ecclesiæ, & nominatim super totam terram, quæ est a Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, terra Comitissæ Mathildis, Civitate Raven-

PAGIUS lectorum disertam mentionem legi in Brevi Alexandri IV. Gerardo Moguntino directo, ut prohibeat electionem Conradi junioris. In eo quidem Septem Electorum numerus non notatur, sed expressis verbis legitur in litteris Urbani IV. *Richardo electo Regi Romanorum*, datis *apud urbem veterem II. Kal. Septemb.* sine ulla alia Chronologica nota. Refertur hoc rescriptum in Prodromo novi Codicis Diplomatici Sect. IV. & in eo hæc verba habentur: *Proponere curaverunt quasdam consuetudines circa electionem novi Regis Romanorum in Imperatorem postea promovendi, apud Principes vocem in hujusmodi electione habentes, qui sunt septem numero, pro jure servari: & fuisse hactenus observata a tempore cujus memoria non existit,*

Quæ verba de numero Septem Electorum non intelligenda, sed de Electoribus generatim, cum eo tempore numerus ille difficultatem adhuc pateretur, ut liquet ex Alberto Stadensi & Erkone de Repkavio in Speculo Saxonico, qui uterque Scriptor circa annum MCCLX. floruit. Eo in rescripto nihil inter Alphonsum, & Richardum de Regno contendentes, dirimit, sed judicium in aliud tempus differens, refert processum verbalem eorum, quæ utrimque hactenus acta essent, & XIV. *Sed non sine contradictione.*

venna, & Æmilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Forolivii, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atque Gabello, Arimino, Urbino, Monteferetro, Territorio Balnensi, Comitatu Brectonoris, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Massa trabaria cum adjacentibus terris suis, & omnibus aliis ad prædictam Ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique provinciis, civitatibus, territoriis ad loca prædicta quoquo modo spectantibus, necnon super civitate Romana, & Regno Siciliæ cum omnibus ad eam spectantibus tam citra Pharum, quam ultra, Corsica quoque atque Sardinia, & cæteris terris ac juribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, nos nostri nomine Principatus in omnibus & per omnia approbamus & ratificamus, ac iisdem omnibus & singulis & quibuscumque aliis super iisdem per eumdem Regem quoquo modo factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum unanimiter atque concorditer exhibemus, & promittimus, quod contra promissa vel aliquod promissorum nulla unquam tempore veniemus. Sed ea omnia & singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hæc nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio a nobis eisdem Romanis Pontificibus & Ecclesiæ in perpetuum observentur, hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorumque sigillorum munimine roboratum. Actum & datum anno Domini M.CC.LXXIX. decimoquarto Kal. Aprilis, Indictione septima, regnante prædicto domino nostro Rodulpho Romanorum Rege glorioso, Regni ejus anno sexto. Hæc ipse. Eadem seorsum reliqui litteris singulis. Ex quibus omnibus Novatores suggilles, qui non ab Apostolica Sede id eos consecutos Electores affirmant, sed ab ipso Ottone Imperatore, cum Electores iidem profiteantur suo dicto recitato diplomate, se ab Apostolica Sede tanto honore nobilitatos. At quomodo id præstitisse jus eligendi Otto Imper. potuit, qui nec id ipsum habuit, & cum voluit, a Romano Pontifice (ut vidisti) illud expetiit & impetravit?

XLVI. Sed & eadem hæc ipsa adeo perspicua & solida firmitate constantia adhuc roborentur litteris Imperatoris, quæ eodem scripto codice continentur. Sunt istæ post annos vigintiquatuor datæ ab Alberto Imperatore; quibus describitur juramentum fidelitatis ab eo exhibitum Bonifacio Octavo Romano Pontifici, & continetur confirmatio & ratificatio privilegiorum omnium per alios prædecessores Imperatores Ecclesiæ Romanæ concessorum. Quod cum sit valde prolixum, hic sit satis summatim describere; atque ea quæ ad rem de qua agimus spectant, totidem verbis & syllabis reddere.

XLVII. Recognoscit in primis, ut gratus, Romanum Imperium per Sedem Apostolicam e Græcis in Germanos translatum, ac ab eadem jus eligendi Electoribus esse concessum. His subiicit juramentum fidelitatis solitis formulis exhiberi consuetum. Addit his confirmationem juramenti pariter fidelitatis exhibiti a patre suo Rodulpho, & alia omnia ab aliis omnibus Imperatoribus præstita. Confirmat itidem privilegia ab eodem Rodulpho & aliis Imperatoribus eidem Ecclesiæ Romanæ concessa. Ratificat quæ statuta & jurata fuerant per Ludovicum Imp. Paschali Papæ, & per Ottonem Joanni Pontifici. Et post reverentiam patri exhibitam, & filialem amorem insinuatum, Ecclesiæ jura defendit, primatum, & libertatem ejusdem Ecclesiæ profitetur defensorum adversus quoscumque ejusdem perturbatores, adversus quos bella movere si opus sit pollicetur, spondens suum cum exercitu in Italiam adventum, si placeat. Datum vero habetur apud Noremberg anno Domini M. CCC. III. Indictione prima, decimo sexto Kal. Augusti, Regni vero anno quinto; sed quæ ad rem spectant (ut promisimus) sic verbatim accipe ab ejus exordio, cum isto titulo præfixo diplomati:

XLVIII. *Sanctissimo in Christo patri, & domino nostro, domino Bonifacio, divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifice, Albertus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, devota pedum oscula beatorum.*

Pro-

PAGIUS sect. VIII. *Electores* diserte dicuntur Archiepiscopus *Treverensis*, Archiep. *Coloniensis*, *Bohemiæ Rex*, *Comes Palatinus*, *Saxoniæ Dux*, *& Marchio Brandeburgicus*, narraturque Archiepiscopum Coloniensem procuratorio nomine agere pro Archiepiscopo Moguntino, ad quem pertinet electionis diem præfigere, & ejus defectu ad Comitem Palatinum. Egregium hoc monumentum ostendit electioni Alphonsi & Richardi Septem Principes Electores interfuisse; sed Matthæi Paris Auctoris coævi testimonium demonstrat numerum Septem Electorum rem tunc novam fuisse, & sine contradictione non admissam. Hæc ejus verba ad annum MCCLVIII. *Hi sunt maximi Principes in Alamannia ad quorum nutum pendet electio ipsius regni quod est quasi arrha imperii Romanorum. Archiepisc. Coloniensis, Archiep. Magunt. Archiep. Trevirensis, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno, Dux Austriæ Dux Sueviæ, Dux Poloniæ, Marchisius Brendeberg* (hæc prima mentio Marchionis Brandeburgensis in

ele-

Profiteor beatissime pater me bonorum omnium largitori, ac vobis & sanctæ Ecclesiæ tuæ fore, pro innumeris misericordiis & immensis beneficiis obligatum. Profiteor, quod desiderii mei recepi desideratum effectum, & diffiteri non audeo quod & plus quam desiderasse sciverim adinveni: mirans sic in præteritis esse provisum, quod de iis, quæ circa talia in futuro peti poterant, spes miserationis habetur. Assurgens itaque Deo & sanctitati vestræ, ac eidem Ecclesiæ Matri meæ ad gratiarum devotissimas & humillimas actiones, totum me devoveo, totum me offero & expono ad gratificationis debitum per omnia, inquantum humanæ imbecillitatis conditio patitur, exolvendum. Ad hæc, licet pridem, antequam circa negotium electionis de me ad Romanum Regnum & Imperium celebratæ, ac alia, quæ in hac parte incumbebant, esset per sanctitatis vestræ beneficentiam mei status effectus solidata, fecerim infrascripta, & super his meas beatitudini vestræ litteras duxerim destinandas, ac in soliditate hujusmodi procuratores mei ad hoc specialiter constituti, & in vestra præsentia renovaverint: Ecce nunc tamen, ut gratus reddar, & ipsa in majori firmitate procedant, illa duxi præsentibus innovanda.

XLIX. *Recognoscens igitur, quod Romanum Imperium per Sedem Apostolicam de Græcis translatum est in persona magnifici Caroli in Germanos, & quod jus eligendi Romanorum Regem in Imperatorem postmodum promovendum, certis Principibus Ecclesiasticis & sæcularibus est ab eadem Sede concessum, a qua Reges & Imperatores qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: pia devotione & sincero corde profiteor, quod Romanorum Reges in Imperatores postmodum promovendi per Sedem eamdem, ad hoc potissime & specialiter assumuntur, ut sint S. R. E. advocati, Catholicæ Fidei, ac ejusdem Ecclesiæ præcipui defensores, &c.* Habes igitur, Lector, rem tantam publicis monumentis Romanorum Pontificum, ipsorum Principum Electorum atque Imperatoris adeo egregie testatam & patefactam, ut rubore suffundi necesse esset, qui contraria his scripsit, si viveret etiam, quod perfricta fronte, & mendaciorum obducto calle didicisset non erubescere, profligato indito a natura ipsa pudore virtutum custode. Quod si de his quis dubitet, ostendi locum, ubi asservantur autographa, petant ipsa, & ego curabo, quo bene consultum sit veritati, ut liberaliter ostendantur.

L. De concessa a Greg. V. facultate Electoribus eligendi.

His inspectis atque perspecte cognitis, quæ spectant ad auctoritatem concessam a Romanis Pontificibus Electoribus eligendi in Regem, qui esset in Imperium assumendus, jam agamus de concessa ab ipso Gregorio Quinto Electoralibus facultate id ipsum præstandi. Sane quidem dum Otto Romæ fuit, tractasse inter alia, quæ ad Regni jura pertinent (a) Sigebertus affirmat. Si Concilii Romani, de quo agimus, monumenta extarent, nobis haud laborandum esset in perquirendo qualis fuerit ista ab ipso Pontifice iisdem Electoribus tributa concessio: num scilicet ipsa fuerit omnibus Germaniæ Principibus generatim collata, an tantum sex, vel septem certis nominatisque expressis Principibus (ut nunc sunt) Ecclesiasticis atque laicis exhibita. Certe quidem revocandum non est in dubitationem, generalem saltem concessam Germaniæ Principibus omnibus eamdem facultatem eligendi Regem in Imperium promovendum. Etenim id omnino asserere, etiam si alia quæque testimonia deessent, facta ipsa non modo suadent, sed cogunt. Cum enim (ut audisti) concessum fuerit a Leone Octavo Ottoni Primo ejusque successoribus successores eligere Reges in imperium promovendos, & ab eis factum usque ad Tertium Ottonem constat, & post ipsum numquam id tentatum ab ipsis fuisse inveniatur: plane dicendum est, eam facultatem demptam fuisse Imperatoribus ipsis penitus, & Germaniæ collatam Principibus, nec ab alio, quam a Ro-

(a) *Sigeb. an. 1000.*

PAGIUS electione Regis Germanici futuri Imperatoris, *Dux de Meran, Dux Brabantiæ qui & Lovanii, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ.* Quare anno MCCLVIII. Septem Electorum possessio nondum plene stabilita erat; cum alii Principes adhuc electionis jure potirentur.

XV. *Numerus ille septenarius circa medium sæculum XIII. prævaluit.*

Certe aliorum Principum ad hanc electionem jus invicte probatur auctoritate Arnoldi Lubecensis in Chronico ad annum MCCVIII. ubi de Ottonis electione loquens ait: *Indicta est Curia in Halberstad, ubi convenerat maxima pars prælatorum & Principum Saxoniæ & Thuringiæ, nec defuit Herbipolensis Chunradus. Omnes igitur Principes, qui convenerant unanimi consensu Ottonem Romanum Principem & semper Augustum elegerunt. Archiepiscopo, qui primam vocem habere videbatur, incboante, prosequente vero Bernhardo Duce cum Marchione Misnensi, & Landgravio Thuringiæ ad quos electio Regis pertinere videbatur.* Arnoldus autem anno MCCIX. Chronico suo finem imposuit. Ex quibus omnibus liquet primo, institutionem Septemvirorum, seu septem Imperii Electorum Gregorio V. Papæ male adscriptam fuisse. Secundo, medio circiter sæculo decimo tertio, & non antea, illum Electorum numerum post varia quæ præcesserant bella & dissidia, in electione Regis Germaniæ prævaluisse, deceptumque Blondellum in Pleniori Assert. Genealogiæ Francicæ pag. 246. qui

Romano Pontifice, cujus dumtaxat id esset auctoritatis, quod (ut nuper audisti) electores & electi Imperatores publicis scriptis ingenue sunt professi.

LI. Ut autem non ab alio, quam ab ipso Gregorio id factum sit, multa sunt, quæ nos id affirmare cogunt. Atque in primis quem diximus, ipse rei usus, cum post ipsum Gregorium Ottone Imp. defuncto, non amplius per Imperatores, sed per Electores Principes constet fuisse successores electos, quod scriptores omnes affirmant, & quævis vetera monumenta testantur, speciatim vero complures Auctores, qui suorum temporum res scripserunt, id absque controversia aliqua asserunt, quod & ipsi etiam refractarii Novatores (ut dictum est) profitentur.

LII. Ista autem decernendi Gregorio ipse Otto Imp. fuisse auctor videri potest. Cum enim absque liberis esset, & spes omnis dempta, ut in filium (quod fecerunt prædecessores) transferret Imperium: ne post ejus obitum inter omnes sibi consanguinitate & affinitate conjunctos & alios æmulos ejusdem honoris Principes exoriri possent bella civilia, quibus idem conflagrans perderetur Imperium, in Electores eam refundendam potestatem auctoritate pontificia, consultius existimavit. Et quod videret æmulos gloriæ Germanorum Francos, explosis Carolinis, ignominiæ nomine sugillatos, novos, eosdemque pugnacissimos habere cœpisse ex alia linea Reges, ac illis Imperium pariter affectandi, & ad Francos, e quibus in Germanos fluxerat, revocandi aliqua quærentibus pateret occasio: bene consultum de rebus Germanorum putavit, si Apostolica auctoritate firmaret, ut iidem tantum essent Germani, quibus facultas esset creandi Regem, quem idem Romanus Pontifex promoveret in Imperatorem: ita tamen quod si causa aliqua esset id negandi, libera facere, posset nec aliquo necessitatis nexu, quem ipsi elegissent in Regem, compelleretur probare atque ungere Imperatorem. Nam audi (a) Innocentium Tertium, idipsum Electoribus his verbis insinuantem: *Sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt (sicut iidem in nostra recognovere præsentia) quod jus & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel fatuum hæreticum eligerent, aut paganum: nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omnino.* Hæc Innocentius. Porro quis non intelligat, quod si personam electam in Imperatorem assumendam ex causa ipse potest rejicere Pontifex; multo magis ipsos Electores ab electione repellere potest ex causa, præsertim vero si inquinatus sit hæresi, in qua nec recipiendus, sed spernendus ab eo esset Imperator electus?

(a) Extat de Elect. c. venerabilem.

Porro non sic jus eligendi in alios transtulit Romanus Pontifex, ut illud apud se noluerit remansisse, & cum opus fuerit, & necessitas exegerit, eo pro arbitrio uti posset, hunc recipiendo, abjiciendo autem illum, prout opportunitas postularet. Nam audi quid dicat (b) Glaber Rodulphus horum temporum probatus scriptor, ut qui ab hoc tempore usque ad millesimum quadragesimumquintum historiam scripserit ad S. Odilonem Abbatem suum: *Illud* (inquit) *nihilominus nimium condecens & perhonestum videtur, atque ad pacis tutelam optimum decretum scilicet, ut ne quisquam audacter Romani Imperii sceptrum præproperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici, aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Reipublicæ, eique commiserit insigne Imperiale.* Hæc ipse, haud ignorans, quæ assidue ante ejus oculos versabantur, per Principes Imperii feudatarios eligi, qui esset in Imperium promovendus, probe noscens, summam rerum penes Pontificem esse, ut probaret, vel non probaret, quem legissent, qui jus habuerant eligendi. LIII.

(b) Glab. hist. l. 1. c. 5.

Hæc igitur, & alia, quæ superius de Electoribus auctoritate pontificia munus obeuntibus dicta sunt, cum a nemine jure revocari possint in dubium; illud reperitur magnopere controversum, & prolixa disceptatione agitatum, num septem tantum Electorum selectio & electio, qui Romanorum Regem crearent, fuerit ejusdem Gregorii Papæ V. institutio, vel alterius Rom. pontificum. Hujus rei occasione, scimus Panvinum commentarium de Comitiis Imperatoriis elaborasse, quo nihil aliud probare nititur, quam septem Electores non a Gregorio V. institutos fuisse, sed a Grego- LIV. De septem Electorum origine & institutione.

PAGIUS qui ait, vix a trecentis annis, qui nunc inter Germanos obtinet ordo, invaluisse. Tertio parvum hunc Electorum numerum potentiorum usurpationi attribuendum videri; cum antea omnes Proceres jus in electione Germanorum Regis habuerint, eoque usque ad medium circiter sæculum XIII. potiti fuerint, nec eos ei renunciasse Antiqui prodant. Denique

gorio ejuſdem nominia X. nullom alium habens ſuæ ſententiæ quem ſequatur auctorem, niſi inſectam hæreſis ſcabie beſtiam, (*a*) quem indigne nimis ipſe homo Catholicus pectine ſcalpat eburneo, dum eum prædicat virum eſſe diſertum, quem ſi cominus inſpeaiſſet lucerna Cieantia, eum potius, ſicut pietate, ita & doctrioa intellexiſſet omnino deſertum, nullo autem modo diſertum, ut cum ex multis aliis, tum ex ipſo, in quo ſequirur eum quem laudat, & io qoo laudat errantem, intelliges, quos ambos turpiter erraures egregie corrigit, quem jure laudavimus, (*b*) Beliarminus vere doctiſſimua, oſtendena (quod ipſoa latuit) compiures eoſdemque fide integros ſcripſiſſe ante Gregorium X. auctores de ſeptem Electoribua jam antea conſtitutis, adeo ut nequaquam vel fingi potuerit, eoſdem ab ipſo Gregorio X. originem ducere, quorum ante ejus Pontificatum fieret mentio a diverſia ejuſdem temporis clatis auctoribua.

(a) Aventinum auctor intelligit qui libro 5. An. Boior. id aſſerit.

(b) Bellarm. de tranſlat. Rom. Imp. l. 3.

LV. De numero Electorum.

Exploſia igitur Novarorum falſis opinationibus, repudiatiſque novitatibus eorumdem, nec ſic definita remanet quæſtio; ut factum a Gregorio Quinto affirmare poſſimus, quod a Gregorio Decimo inſtitui potuiſſe negatur. Siquidem etſi in controverſiam revocari noo poteſt (ut dictum eſt) id quod tributum fuerat a Rom. Pontifice Ottonibus Imperatoribua eligere ſucceſſores, per Gregorium V. transfuſum ad Germaniæ Principes: haud tamen adeo liquet, per ipſum fuiſſe Electores ipſos numero ſenario, vel ſeptenario definitos; ſed & ſi factum fuerit, cooſtare tameo nequaquam id fuiſſe uſu receptum. De hia ergo modo nobia agendum, ac demum a quo potiſſimum Romano Pontifice id primum invenerimua inſtitutum, in medium adducendum.

LVI. Sane quidem nemo jure inficias ire poterit, poſt Tertii Ottonis Imp. obitum, ducentis & amplius annis, quot electi fuerunt Romanorum Reges, Imperatores deſignati, eoſdem noo ſeptem dumtaxat Electorum, ſed omoium Priocipum Germanorum, qui ad Comitia conveoiſſent, ſuffragiis fuiſſe ad regium culmen electos: quod præterquam ſingulorum promotiones, perſpicue ſatia edocent, ut dubitationi nullus poſſit locua eſſe relictus, quæ adhuc extant de ipſis promovendis litteræ diverſorum Pontificum Romanorum ad Germaniæ Principes datæ: & inter alias, quaa (*c*) Gregoriua ſcribit ad omnes Epiſcopos, Duces atque Comites Teutonicos de novi Regia electione facienda, ſi Henricua in Synodo excommunicatus non reſipiſceret, oſtendens illorum omnium jus eſſe par in eligendo Rege in Imperium promovendo. Ita etiam perſeveraſſe tempore Innocentii Papæ Tertii, anno Redemptoris milleſimo ducenteſimo, cum mortuo Henrico Sexto Imperatore, Principes Germaniæ ſciſſi ſunt inter ſe, eligentibus aliis Ottonem Quartum, alii vero Philippum, litteræ ambarum partium ad Innocentium Papam datæ ſignificant, quibua manifeſte apparet, uoo penes ſeptem tantum fuiſſe jus eligendi, ſed penes omnes tam Eccleſ. quam laicos feudatarios Imp. in utraque Germania Priocipes. Extat ſcriptus tunc codex omnium illarum epiſtolarum, quæ in ea cauſa ultro citroque datæ fuere, aſſervaturque io Archivo Apoſtolicæ Sedis in Caſtello ſancti Angeli io Urbe, nimirum litteræ (*d*) Balduini Comitis Flandriæ, unius ea Electoribus (*e*) aliæ Comitis Daborgenſia & Metenſia eodem munere perfungentis, (*f*) Adolphi Archiepiſcopi Coloniensia, & (*g*) aliorum qui elegerunt Ottonem; quæ cum non ſint adeo proliaæ, hic exempli cauſa recitandas eſſe haud duximua otioſum. Sic ſe habent:

Feudatarii Imper. iidem Electores.

(c) Greg. 7. l. 4. ep. 3.

(d) Eod. Cod. ep. Innocentii Pap. ep. 7.
(e) Eod. Cod. ep. 8.
(f) Eod. Cod. ep. 9.
(g) Eod. Cod. ep. 10.

LVII. *Sanctiſſimo Patri ac domino Innocentio ſacroſanctæ Romanæ Sedis ſummo Ponti-*

PAGIUS nique certum eſſe, tam ante quam poſt Septenarium illum Electorum numerum in uſum vocatum, Pontifices Romanos, a quibus renovatum Imperium Occidentale jus ſuum illæſum conſervaſſe, & electiones aut approbaſſe aut reprobaſſe.

XVI. In Concilio Lugdunenſi nulla VII. Electorum mentio.

Baronius num. LV. ait conſtare jus eligendi Imperatorem per *Gregorium* V. ad Germaniæ Principes transfuſum eſſe; haud tamen adeo liquere, per ipſum fuiſſe Electores ipſos numero ſeptenario vel ſenario definitos, ſed certam fidem de tempore, quo Septem Electores creati, haberi ex Actis Concilii Lugdunenſis Innocentio IV. ſedente celebrati, quod num. LXIII. & ſeqq. probat ex Matthæo Pariſienſi, in cujus Hiſtoria ait legi Acta Concilii Lugdunenſis Oecumenici, in quibus diſerta mentio Septem Imperii Electorum. Verum Matthæi Pariſienſis digreſſionem pro Concilii Actis Cardinalis doctiſſimus laudat; certumque eum communem illam de antiquitate Septem Imperii Electorum ſententiam improbaturum fuiſſe, ſi quæ poſt ejus mortem adverſus eandem ſcripta vidiſſet.

XVII. Moritur Richardus I. Normanniæ Dux.

Richardus hujus nominis primus Normannorum Dux *obiit apud Fiſcannum nongenteſimo nonageſimo ſexto anno ab Incarnatione Domini*, inquit Gemmeticenſis Monachus lib. 4. Hiſt. Normann. cap. ult. qui antea cap. 17. ſcripſerat: *Paganorum plurimos ad fidem Chriſti ſacris monitis convertit, alios in Paganiſmo permanere diſponentes ad Hiſpanias tranſmiſit, ubi plurima bella perpetrantes; decem & octo diruerunt urbes.* Tum cap. 19. Apud *Fiſcannum* (locus ad mare, ubi eſt monaſterium & oppidum) *miræ magnitudinis & pulchritudinis in honore Deificæ Trinitatis Templum conſtruxit, mirificiſque ornatibus multimode adornavit:*

tifici Principes & Barones Alemanniæ, clerici & laici debitam in Christo reverentiam & sinceritatem obsequii.

Cum placuisset ei qui aufert spiritum Principum, & magnus & terribilis est super Reges terræ, dominum Henricum Imp. de medio auferre: necessarium nobis fuit visum, de substituendo Rege tractatum, & colloquium habere. Convenimus ergo sæpius, & miserias & oppressiones, quas hactenus sustinueramus, recensentes, per universos Regni . . . animos nostros erreximus, & quid honori Ecclesiæ Dei, & paci ac quieti subjectorum expediret, deliberantes, nunc unum, nunc alium quasi finaliter eligere putabamus. Verum quia non est prudentia, non est potentia, non est consilium, nisi per Deum: placuit ei qui Abrahæ filium immolare volenti victimam providit, & David fratribus juniorem de post fœtantes accepit, atque Matthiam ex discipulorum numero ad sortem Apostolatus elegit: serenissimum dominum nostrum Ottonem quondam Henrici Ducis Saxoniæ filium ad regimen Romani Imperii de terra peregrinationis suæ ex inopinato offerre nobis. Invocata itaque sancti Spiritus gratia, prædictum dominum Ottonem, Christianæ Fidei cultorem devotissimum, atque sanctæ Romanæ Ecclesiæ advocatum & defensorem fidelissimum, & judiciariæ potestatis observatorem justissimum de longa & antiqua Regum prosapia ex utraque linea specialiter editum ad Romani Regni fastigium juste & rationabiliter elegimus; & sicut debuimus, ipsius electioni consensimus, ipsumque in Augustorum sede a Carolo Magno apud Aquisgranum huic dignitati deputata locavimus, & corona, & Regni diademate per manum domini Adolphi Coloniensis Archiepiscopi, ea, qua decuit, solemnitate, feliciter coronavimus.

LVIII. *Nos autem Principes, qui jam dictum dominum in Regem elegimus, feuda nostra, quæ ab Imperio tenemus, a manu ipsius recipientes, Hominium sibi fecimus, & fidelitatem juravimus. Tanta igitur dignitatis munus excellentissimus Princeps divina potius gratia, quam suis meritis adsecutus, primitias hujus honoris afferens Domino, propria voluntate juramento firmavit in primis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, deinde omnia Ecclesiarum jura bona fide servare & manutenere, & subjectos Imperii, subsidiatos maxime & a suis possessionibus violenter ejectos, in sua justitia, pro posse, juvare & conservare. Pravam illam consuetudinem insuper, quam Imperatores antecessores sui in occupandis rebus mobilibus vel se moventibus decedentium Episcoporum, vel Abbatum Principum hucusque servaverunt penitus exstirpans, nos Ecclesiasticos Principes ex hac indebita venatione regali benevolentia liberos dimisit, & decedentium bona suis successoribus servanda liberaliter statuit.*

Paternitati ergo vestræ dignum supplicare duximus, quatenus fidem & devotionem domini nostri Regis attendentes, merita quoque illustrissimi patris sui Henrici Ducis Saxoniæ, qui ab obsequio sanctæ Romanæ Ecclesiæ numquam recessit, memoriter tenentes, paci & quieti nostræ & vestræ, intuitu Dei ac nostri obsequii providentes, ipsius electionem & consecrationem auctoritate vestra confirmare, & Imperiali coronatione armare, paterna pietate dignemini. Sanctitatem insuper vestram obnixe rogamus, quatenus Principes & Barones a tam rationabili electione discordes Ecclesiastica censura ad concordiam revocetis, & ab illicita fidelitate partis adversæ clave sancti Petri resolutos, ad præstandam Regi domino nostro fidelitatem & subjectionem, auctoritate vestra compellatis. Ut autem a domino Rege nostro jura Romanæ Ecclesiæ (ut prædictum est) integra & illibata serventur, nos in bona fide spondemus, & pro domino Rege nostro fide jubemus. LIX.

✠ *Ego Adolphus Coloniensis Archiepiscopus elegi & subscripsi.*

✠ *Ego Bernardus Paderbornensis Episcopus elegi & subscripsi.*

✠ *Ego Tietmarus Mindensis Episcopus elegi & subscripsi.*

✠ *Ego*

PAGIUS vit: *Abbatias quoque quasdam restauravit.* Ei successit *Richardus* filius hujus nominis II. de quo idem Historicus initio libri sequentis: *Intra sui Ducatus limites plurimis bonorum operum incrementis Normannicam pene patriam unam Christi insignivit Ecclesiam. Hic in armis admodum strenuus, ubique armatas militum legiones nobiliter vicit; de inimicis victoriam semper capere assuetus. Et quamvis sæculari actui foret deditus, totus tamen fuit fide catholicus, & erga Dei cultores benivolus ac devotus. Sub cujus moderamine plurima Monachorum abolevere ovilia, qui velut apes ex multis sanctorum actuum caulibus erumpentes, lucidissima in cælestes thesauros intulerunt mella.* Hæc mutatio dexteræ Excelsi, ut Normanni, qui adeo in monachos sævierant, & tot monasteria everterant, nunc eorum patrocinium suscipiant, novaque cœnobis ædificent.

XVIII. *Obitus Sanctii II. Abarca dicti Regis Navarræ.* Hoc anno jam mortuus erat *Sanctius II. Abarca* dictus, Navarræ Rex, illustribus victoriis de Saracenis reportatis, & arcibus adversus eos ædificatis celebris, ut videre est apud Garibajum lib. 22. cap. 15. & seqq. ubi ostendit, eum anno CMXCII. adhuc in vivis fuisse, & currenti *Garsiam Sanctianis*, hujus nominis III. jam regnasse. Doctissimus hic Historicus Navarreorum Regum seriem antea val-

✠ *Ego Voidtebmdus Condejensis Abbas elegi & subscripsi.*

✠ *Ego Gerardus Tudensis Abbas elegi & subscripsi.*

✠ *Ego Eribertus Vverdensis, Abbas elegi & subsceipsi.*

✠ *Ego Henricus Dux Lotharingia, qui & Brubantia, Marchio Romani Imperii elegi & subscripsi.*

LX. ✠ *Egu Henricus Comes de Kuko consensi & subscripsi.* Porro hos omnes legitimos fuisse Electores, ipse Innocentius Papa suis est sæpe lirreris testatus, ad Germaniæ Episcopos & Principes datis, eodem codice comprehensis. Sed neque adversatii ipsi negarunt, hos legitimos fuisse Imperii Electores, sed tantum fuisse numero panciores obiecere, eosdemque auro corruptos ab Anglorum Rege eidem nepoti suo Ottoni favente.

Sed ut scias reliquos Electores Philippo Sueviæ Duci studuisse, quem in Regem elegerunt; ex titulo litterarum earumdem ad Innocentium Papam tunc scriptarum sic accipe:

LXI. *Reverendu in Christo patri dumino Innocentio sancta Romana Ecclsia Puntifici, Germaniarum Principes & Magnates in Christo filii, Magdeburgensis Archiepiscupus, Trevirensis Archiepiscopus, Bisuntina sedes Archeepiscopus, Ratispunensis Episcupus, Frisingensis Episcopus, Augustanus Episcopus, Cunstantiensis Episcopus, Eichstetensis Episcopus, Vvoematiensis Episcopus, Spirensis Episcupus, Brixinensis Electus Hildesheymensis Episcopus Imperialis aula Cancellarius, Abbas Fuldensis, Abbas Hesuvoldensis, Abbas de Teegente, Abbas Ebuvacensis: Item Rex Boemia, Dux Suxonia, Dux Bavuria, Dux Austria, Dux Muruvia, Marchio de Ruvesperg, aliique Alemannia nobiles.* Et infra:

LII. *Magnitudini vestra duximus declarandum, quod mortuo inclyto dumino nostro Henrico Romano Imperatore Augusto, collecta multitudine Principum, illustrem dominum nostrum Philippum in Imperatorem Romani sulsi rite & solemniter elegimus, &c.* In fine autem numerantur & alii Principes absentes, qui per litteras consensum præstiterunt. Incipit epistola: *Existimare non valet ratio, &c.* Et ista ust, ad quam respondet Innocentius illa, quæ habentur descripta in capitulo Venerabilem. Ex quibus redarguas Ostiensem, dum interpretans (a) decratalem illam, hos, quos ipse Papa redarguit, existimavit fuisse illos septem vulgatos ore omnium Electores: nam ex his perspicue intelligimus, quam procul absit, ut temporibus Innocentii Papæ III. septem tantummodo fuerint Electores, cum liqueat ex dictis epistolis omnes imperii feudatarios Ecclesiasticos, Archiepiscopos, Episcopos & Abbates & sæculares Principes, Duces Marchiones, Comites & Barones legitimos esse habitos Electores Romanorum Regis designati Imperatoris, sed neque id mutatum reperitur, cum anno millesimo ducentesimo duovigesimo post Ottonem Fridericus Secundus creatus est Cæsar, ut apparet ex comitiis tunc ea de causa habitis. Hæc cum ita luce meridiana perspicua habeantur: attamen non usque ad Gregorium Decimum fuit septem Electorum dilata creatio; quæ a quonam Romano Pontifice fuerit primitus decreta, & ubi locorum, & qui electi fuerint, certo certius ex synodalibus Actis in promptu est demonstrare, ut ea tuto affirmare possimus. Et ne de impostura vel levis suspicio possit oriri, ipsos etiam S. Ecclesiæ Romanæ hostes acerrimos & implacabiles, suis libris asserentes, & in medium afferentes, & aliud licet agentes, id tamen ingenue profitentes, adhibebimus testes, quorum alter suis temporibus res gestas conscripsit, & ex epistolis Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, necnon ex Conciliorum Actis, aliisque publicis monumentis ex integro recitatis historiam texuit, alter vero ex recentioribus hujus temporis Novatoribus, qui in odium quo flagraret adversus Romanam Ecclesiam, illum a latebris erutum edidit Commentarium. Hæc autem ut exacte percipias, attende.

(a) cap. Venerabilem ext. de elet.

Certa fides de tempore quo creati sunt septem Electores.

LXIII. Vixit temporibus illis Mathæus Parisiensis, monachus S. Albani in Anglia, qui Anglicanam historiam aggressus est scribere ab anno Redemptoris millesimo sexagesimosexto, perduxitque eam usque ad annum millesimum ducentesimum quinquagesimum, ut in fine ipse testatur his verbis: *Hic terminantur fratres Matthæi Parisiensis, monachi S. Albani Chronica, qua pro utilitate poste-*

PAGIUS valde perturbatam accurate digessit; sed in eo valde peccavit, quod *Sancio Garseani* hujus nominis primo *Abarca* nomen attribuerit; cum illud nepoti ejus ex filio tantum pertineat, ut Moretus ostendit in Investigationibus Regni Navarræ, præsertim ex donatione pagi Alastruci monasterio Sancti Joannis Pennatensis facta: *proinde ego Sancius Rex cognomento Abarca & Urraca Regina, æra MXXV.* Christi scilicet CMLXXXVII. In alia donatione Era MXXXVII. Kalend. April. facta: *Ego Sancius Rex Abarca gratia Dei Aragonensium Rex sive Pampilonensium cum conjuge mea Urraca Regina.* Garibaius laudatus cap. 18. recitat integram donationem a Garzia hujus nominis III. factam Ferruccio Abbati sancti Æmiliani, scriptam *era millesima tricesima quarta, regnante me Rege Garsea, sub imperio Dei in Pampi-*

sterilitatis subsecuturæ, Dei pro amore, & B. Albani Anglorum protomartyris honore, ut memoriam eventuum modernorum vetustas aut oblivio deleat, litteris commendavit. His vero mox subjicit versus istos:

Virginis a partu jam millu voluminu Phubus
Cum bis centenis & quinquagiuta peregit
Annua: sed visum non est sub tempore tauto,
Aprilis sexto fuerit quod Pascha Kalendas
Dum quinquagenus orbem percurreret annus.
Hoc tameu venit anno, cui terminus hic est.

Addit vero: *Fluxerunt utique ab Incarnatione Domini viginti & quinque annorum quinquagena*, &c. Hæc ad tempora auctoris cognoscenda, quibus vixit, & scripsit, dicta sunto. Qui suis scriptis quam fuerit animo infensissimo in Apostolicam Sedem (juxta illud: (a) Loquela tua manifestum te facit) quivis facile poterit intelligere (nisi probra illa fuerint additamenta potius ejus, qui edidit, Novatoris, hæretici hominis, cum peculiare sit illis, libros quos potuerint, depravare) dum nulla in eo libro prætermittitur occasio carpendi Romanos Pontifices, immo & sine occasione, omnia ipsorum facta in deteriorem accipiens partem, cordis secreta rimans, & in malum sensum semper interpretans, in eos, eorumque ministros acerbissime invehitur semper, nec parcit umquam: ut plane de illo sit jure meritoque dicendum: *Malus homo de thesauro suo profert mala*. Cum & secundum illud dictum Salvatoris acciderit ipsi (b); *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit*. Dum etiam quæque sancta, quæque justa ac pia in pravum sensum accipiens, sugillat pariter & infamat. Sed quid accidit? cum liber iste indignus luce a majoribus judicatus, occultatus lateret in angulo: his ipsis temporibus nostris, magno præconio tamquam prævia face, emersit in lucem, Novatoris opera editus Londini in Anglia anno Redemptoris millesimo quingentesimo septuagesimoprimo. A quo libro si quis demat calumnias, invectivas, dicacitates, & blasphemias in Apostolicam Sedem frequenter iteratas, aureum sane diaerit Commentarium, utpote quod ex publicis monumentis, totidem verbis redditis (ut dictum est) egregie contextum & coagmentatum inveniatur.

(a) Mat. 26.
(b) Mat. 22.

LXIV. De Concilio œcumenico sub Innocentio Papa IV.

In quo quidem inter alia nobilia monumenta habentur Acta Concilii Lugdanensis Oecumenici, cui interfuerunt in primis ipse qui indixit, Innocentius Papa IV. anno Redemptoris millesimoducentesimo quadragesimoquinto, simulque duo Patriarchæ Orientales, Constantinopolitanus videlicet, & Antiochenus, suamque præsentiam eidem exhibuit Imper. Constantinopolitanus, præter alios Principes, Regumque Legatos, post præsides diversarum Ecclesiarum. In eo antem post excommunicationis sententiam promulgatam ab ipso Pontifice in Fridericum Imper. post tractationem eorum, quæ spectant ad expeditionem in subsidium Terræ sanctæ, complura alia ad statum Ecclesiæ bene disponendum constituta sunt, & inter alia titulus est additus de Electionibus, ob litium decisionem, in eoque simul septem definiti ab eodem Pontifice Electores Imperatorum leguntur his verbis:

ELECTORES IMPERATORUM.

LAICI.

Dux Austriæ.
Dux Bavariæ.
Dux Saxonum.
Dux Brabantiæ qui & Lovaniæ.

LXV. Septem primitus instituti Electores.

PRÆLATI. Principales.

Archiepiscopus Coloniensis.
Archiepiscopus Moguntinus.
Salsburgensis.

Sequuntur hæc.

LXVI.

Isti ducentur in insulam quamdum Rheni, & dimittentur soli in ea, & amovebuntur omnes naviculæ, & ibi tractabunt de Electione Imperatoris. Nec adveniat aliquis ad eos, donec sint concordes. Huic negotio præerit Archiepiscopus Coloniensis, secundus Moguntinus, tertius Salsburgensis. Hæc de Electoribus septenario numero definitis. Stetit numerus conscriptus perseveravitque in futurum; personæ autem quatuor mutatæ, nempe ut

PAGIUS

pilona, una cum conjuge mea Eximina Regina, & regnantibus matre mea Urraca Regina, & fratre meo Gundisalvo in Aragone. Quæ Charta præsenti anno data.

XIX. *Garsias III.* jam mortuus erat anno millesimo primo, quo *Sancius* ejus filius hujus nominis III. regnabat, ut demonstrat Charta e libro censuali monasterii Sancti Æmiliani descripta, in qua legitur: *Ego Sancius Rex simul cum matre mea Eximina Regina, & uxore mea Domna Regina &c. Facta scriptura sub era M. XXXIX. sexta feria, quarta nonas Ju-*

Initium Regni Sancii III. Navarræ Regis.

ut pro Salsburgensi positus fuerit Archiepiscopus Trevirensis, proque tribus illis Ducibus, Austriæ, Bavariæ, atque Brabantiæ fuerint subrogati, Comes Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgensis, Rex Boemiæ, qui potius locum teneret Definitoris, si discrepent Electores, quam unius ex Electoribus ipsis.

XLVII. A quonam autem, retento Electorum septenario numero, facta fuerit ista mutatio, num ab eodem Innocentio, vel alio aliquo ex successoribus ejus: hoc (fatemur) nos latere. Ex conventione autem Germaniæ Principum id esse sancitum, qui sui temporis Chronicon scripsit, perduxitque usque ad annum ducentesimum quinquagesimum sextum, post dictum sub Innocentio IV. Concilium Lugdunense annos undecim, Albertus Abbas Stadensis, quod haud pridem Helmistadii cusum est, anno Domini MDLXXXVII. hæc habet: *Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem, Trevirensis, Moguntinus, & Coloniensis*. Et de sæcularibus: *Palatinus eligit* (inquit) *quia Dapifer est, Dux Saxoniæ, quia Marescalcus; & Margravius de Brandeburg, quia Camerarius; Rex Boemiæ, qui pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus*. Hæc ipse. Ex quibus illud in primis intelligere possumus, id ipsis exposcentibus Principibus simul consentientibus (nam hoc est illud, quod ait ex prætaxatione Principum & consensu) vel ab ipso Innocentio IV. post Lugdunense Concilium factum esse, vel sub ejus successore Alexandro IV. cujus annus secundus incidit in ann. Redemptoris MCCLVI. ad quem dictus auctor suum perduxit Chronicon, & non ab ipsis Principibus sua sponte: nam cujus fuit de septem Electoribus legem condere, non alterius, quam ipsius esse potuit eam aliquo modo mutare, vel quomodolibet moderari.

LXVIII. Elicitur etiam ex dicta Alberti assertione, ipsum Regem Boemiæ nondum in Electorem vel definitorem inter Electores ad numerum septennarium cooptatum fuisse, ante scilicet dictum annum quinquagesimum sextum post millesimum ducentesimum quo ea ipse scribebat. Quod vero qui ab Innocentio electi Principes Electores Dux Austriæ, Dux Bavariæ, & Dux Brabantiæ cesserint aliis: inde provenisse videri potest, quod magis cuperent eligi, quam eligere Imperatores, sicque inter eligendos potius, quam inter Electores locum habere maluerint.

Porro ante hæc tempora nullum historicorum invenire est, qui vel nominetenus septem Electorum meminerit. Qui primus horum meminisse reperitur Martinus Polonus qui claruit sub eodem Innocentio Papa IV. In Ottone Tertio de istis agit his verbis: LXIX.

Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, tamen postea fuit institutum, ut per Officiales Imperii Imperator eligeretur, qui sunt septem, videlicet primi tres Cancellarii, Moguntinus Germaniæ, Trevirensis Galliæ, Coloniensis Italiæ, Marchio Brandeburgensis Camerarius est, Palatinus Dapifer, Dux Saxoniæ ensem portat, Rex Boemus pincernam agit. Unde versus.

Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum,
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis.
Marchio præpositus Cameræ, pincerna Boemus.
Hi statuunt dominum cunctis per sæcula summum.

Hæc Martinus primus omnium auctor, qui septem meminit Electorum, in Ottone III. referens, quæ postea suo tempore facta essent. Unde irrepsit error, ut sub Ottone III. sub quo id ab eo scriptum invenerunt, & multi putaverint septem fuisse creatos Electores, scripserintque a Gregorio factum, quod scriptum repererunt sub eodem Gregorio Papa V. nimirum ab ipso eosdem septem constitutos fuisse Electores. Cum tamen illud quod Martinus ait: *Tamen postea fuit constitutum, ut per officiales Imperii, &c.* ad sua ipsius Martini tempora (ut audisti) sit referendum. Et cum non alius, quam Martinus (ut dictum est,) primus auctor hujus assertionis habeatur (nullus enim, quod repetendum est, ante eum repertus est auctor, qui vel nominetenus septem Electorum meminerit) ad ipsum allusisse oportuit sanctum (a) Thomam, dum de regimine Principum scribens hæc obiter ait: *Otto Imperium tenuit usque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus est Otto. Ex tunc (ut historici tradunt) per Gregorium V. genere similiter Teutonicum provisa est electio, ut videlicet per septem Principes Alemanniæ fiat, quæ usque ad ista tempora perseverat, quod est spatium ducentorum septuaginta* LXX.

(a) *Thom. de reg. princ. l. 3. c. 19.*

PAGIUS *Julias*. Charta hæc, aliaque eodem anno data, anno nempe Christi MI. a Moreto in suis Investigationibus recitata. Porro Garsia III. Abarcæ filius *Tremulus* appellatus fuit, & ejus filius ac successor *Sanctius* hujus nominis III. *Major* dictus, ob res ab eo præclare gestas

ta annorum vel circiter, & tantum durabit, quantum Romana Ecclesia, quæ supremum gradum in Principatu tenet, Christi Fidelibus expediens judicaverit. Hæc sanctus Thomas, qui cum numeret ducentos septuaginta vel circiter annos a Gregorio V. utique ad ultima tempora ejusdem sancti Doctoris ea est scriptio referenda, cum ipse obiisse dicatur anno septuagesimoquinto post millesimum atque ducentesimum annum.

LXXI. Cæterum etsi Martini historia hæc excedat tempora, ut quæ perveniat usque ad annos Redemptoris mille ducentos septuagintasex, eam prius editam, annuis accessionibus, dum vixit, auctam possumus existimare. Cum igitur sanctus Doctor his, quæ asserit de septem Electoribus citet historias, nec aliæ usquam sint inventæ, quæ septem Electorum meminerint, nisi Martini in Ottone III. ipse eum sequutus, quod ipsum sensisse putavit, bona fide conscripsit, sicut & cæteri postea eadem scribentes fecisse noscuntur. Verum non dixit Martinus, post Ottonem id fuit observatum, sed sic: *Postea fuit institutum, ut per officiales Imperii, &c.* Quando autem acciderit illud, *Post ea*, certe non ante Innocentium IV. ut est demonstratum. Verum amphibologia Martini, scriptores illos omnes fecit errare, qui constitutionem septem Electorum Gregorio V. tribuerunt, qui tantum auctor reperitur fuisse, ut electio Regis in Imperatorem promovendi (ut superius dictum est) ad omnes Germaniæ Principes & prælatus Imperii feudatarios pertineret. At hæc his satis, qui putant diligunt veritatem.

LXXII. His peractis, absoluta Synodo, Otto Imp. in Germaniam revertitur, & cum eo S. Adalbertus Pragensis Episcopus, qui antequam rediret in Boemiam, perrexit in Gallias ad visitandum corpus S. Martini, inde vero Floriacum veniens, S. Benedicti venerandas reliquias coluit, ut testatur auctor, qui tunc præsens adesse poterat in ejusdem Adalberti vita.

LXXIII. Hic vero quod ad reditum Ottonis in Germaniam spectat, opportune admonendum Lectorem putamus, confundere & invertere omnia eos, qui unum tantum adventum Ottonis in Italiam fuisse putarunt, cum bis saltem ex Ruperto Tuitiensi Abbate eum venisse, sit exploratum in vita quam scripsit Heriberti Coloniensis Episcopi. Immo antiquiores Chronographi, ter in Italiam venisse ipsum Ottonem III. tradunt, ut (a) Adam in Chronico, cui Ditmarus etiam consentire videtur. Nos autem pro virili tres ab invicem diversos adventus in Italiam Ottonis distinguentes, quæ in unoquoque gessit, hic describenda curavimus. Ditmarus temporis hujus historicus, ubi agit de hoc primo adventu Ottonis in Italiam, & ejus reditu in Germaniam, ista tunc accidisse tradit: *Reversus* (inquit) *Aquisgranum, Caroli Cæsaris ossa, ubi requiescerent cum dubitaret: rupto clam pavimento, ubi ea esse putavit, fodere, quousque hæc in solio inventa regio jussit. Crucem auream quæ in collo ejus pependit cum vestimentorum adhuc imputribilium parte sumens, cætera cum magna veneratione reposuit.* Hæc Ditmarus.

(a) *Adam. l. 2. c. 29. 30.*

De Caroli Magni sepulcro refosso.

☞ Hoc eodem anno migravit ex hac vita in cœlum S. Gebehardus Constantiensis Episcopus, miraculis a Deo mirifice illustratus, de quo superius mentio facta est: in cujus vitæ fine ista leguntur: *Sedit autem in Episcopatu annis sexdecim, sextodecimo defunctus die sexto Kal. Sept. anno ab Incar. Dom. nongentesimo nonagesimosexto &c.* Legitur & ibidem ejusmodi Epitaphium tunc scriptum in templo quod condidit:

S. Gebehardi Epi. Constantien. obitus.

Debita pars terræ fallentia tempora sperne,
Et memorare viæ, quam testatur eiais iste.
Gentis honor nostræ jacet hic, gentis dolor atque
Præfuit huic urbi, cuncto sed profuit orbi,
Hancque Deo sedem templi fundavit & ædem,
Parti terrenæ Deus ignoscens miserere,
Redde vicem juste, quia te dilexerat iste.

Ejusdem epitaph.

Se-

PAGIUS XX. stas, ut Garibaius, & alii habent.

Anno trecentesimo octuagesimo sexto (nempe Hegiræ) *obiit Azizus Billa dominus Ægypti*, inquit Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 6. qui addit, eum imperasse annos XXI. & aliquot menses; ac eo præmortuo imperium Ægypti cessisse filio ejus *Hakemo Biamrilla*.

Mors Calipha Ægypti.

JESU CHRISTI ANNUS 997. | GREGORII V. PAP. ANNUS 2. | OTTONIS III. IMP. 2. BASIL. & CONST. IMPP. 22.

I. Adalbertus repudiatus a suis abit in Prussiam. Sequitur Christi annus nongentesimus nonagesimus septimus Indict. X. quo S. Adalbertus Pragensis Episc. dum accepti muneris Apostolatus numeros explet, martyrium est in prœmium consecutus. Quod ad tempus spectat, testatur id Cartuitius Episcopus in vita Sancti Stephani Regis Ungariæ, nec non Lambertus io Chronico, & alii his recentiores. Quomodo (a) ista se habuerint, qui res ab eo præclare gestas est prosecutus, auctor ejus temporis exacte describit; nempe primum de futuro, hoc anno, martyrio suo, & suorum fratrum cæde per Bolesiaum Regem Boemiæ facta præcognita per eam quam Deus ostendit antea visionem; inde vero de probibitione, quam accepit ab eodem Rege ne penitus ad suam rediret Ecclesiam: cum ipse compedibus, quibus tenebatur residendi in Ecclesia Pragensi solutus, ad Prussios profectionem instituit. Prima autem statio in ea peregrinatione fuit Gnesna civitas, io qua Missam celebrasse Sanctum, & quam plurimos baptizasse testatur. In Prussiam vero venientem derisione & verberibus exceptum, & abire jussum cum suis, idem auctor enarrat. Ubi repulsi, cum ad vicinos Luiticos populos profectionem arriperent, reversuri rursum opportunius ad Prussios: ab iisdem vinculis vinciuntur, atque ducuntur ad supercilium montis, ubi sanctissimus Adalbertus septem confossus lanceis, martyr migravit in cœlum. Martyrium S. Adalberti.

(a) *Apud Sur. die 23. Apr. t. 2.*

II. Martyrium S. Adalberti Romæ cognitum. Porro ejusdem S. Adalberti martyrium tamquam præsentes per visum spectarunt Romæ monachi monasterii S. Bonifacii, magnus ille Nilus Abbas, de quo superius, & Joannes Abbas, & alius presbyter, qui ut idem auctor ait, *dum Missam faceret, & sacram hostiam juxta ritum religionis offerret, revelans spiritus ad aures dixit, ut beati Adalberti martyris suffragia laboranti mundo imploraret. Paret ille libens monitis divinis; & intra memoriam SS. Martyrum Adalbertum vocat, ut pro nostris erroribus apud divinam misericordiam* ma-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXXV Anno Hegiræ CCCLXXXVII inchoato die 13. Januar. fer. 4. A.C. 997.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6490.

☉ 26. C. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 997.

GREGORII V. PAPÆ 2.

OTTONIS III. REG. 15. IMP. 2.

BASIL. & CONST. IMPP. 22.

I. S. Adalbertus Episc. Pragensis martyrio coronatur. Ad num. I. & seq. Prior Auctor Anonymus Vitæ Sancti Adalberti Episc. Pragensis narrat hujus Sancti profectionem in Prussiam, ejusque martyrium, his verbis: *Tandem alternanti potior sententia successit animo, ut quia hæc regio proxima, & nota fuerat Duci prædicto* (Boleslao nempe Bohemorum Duci) *Prusia deos & idola iret debellaturus. Dux vero cognita voluntate ejus dat ei navem, & ipsam pro pace itineris ter deno milite armat. Ipse vero primo adiit urbem Gidanie* (scilicet Gedanum, aliis Dantiscum, vulgo Dantzich) *quam Ducis latissima regna dirimentem maris confinia tangunt. Ibi divina misericordia adventum ejus prosperante, baptizabantur hominum multa caterva.* Narrat postea Anonymus, postera die, dum ipse cum Benedicto Presbytero & Gaudentio fratre suo versaretur, Paganos venisse, eumque dire fustibus exceptum percussisse. *Passus est autem sanctus & gloriosissimus martyr Christi Adalbertus nono Kalendas Maii, imperante vero domino Ottone tertio, pio & clarissimo Cæsare feria sexta,* [1] ideoque hoc Christi anno, quo feria VI. incidit in diem XXIII. mensis Aprilis. Baronius Sancti Adalberti martyrium ex altera ejus Vita recitat, in qua cap. 6. dicitur, eum a Boleslao Poloniæ Duce adjutum fuisse. Tum: *est in parte regni civitas magna Gnezdem, ubi nunc sacro corpori requiescere placuit.* &c. Missam celebrat. Inde navigat in Prussiam, & morti traditur. Henschenius in Notis ad posteriorem Vitam Sancti Adalberti, ait, ejus Auctorem utrumque locum confudisse, & quæ prior dixit *Gnesnæ* ipsum Gedani, peracta esse asserere. At posterior supplex quæ prior omisit, atque eum *Gnesnam* venisse, & multos baptizasse, postea navem conscendisse, & in Prussiam (qua in regione Gedanum situm,) ubi cum martyrium complesset, corpus ejus *Boleslao* Polonorum Duci venditum fuit. Hæc posterior Auctor, qui duas circumstantias a prio-

NOTÆ [1] Martyrium S. Adalberti ad superiorem annum referri oportet, si vere prodit Annalista Saxo Eccardi, qui licet cœpto jam sæculo duodecimo scribebat, res tamen horum annorum a coævo aliquo Scriptore accepisse censendus est, ut patet ad annum 997. cum de Conrado quodam agen, ait: *Audivi namque ab eodem &c.* Narrat igitur ille, Ottonem *Romæ certum de hac re* (de Adalberti martyrio) *factum fuisse &c.* Ottonem autem anno sequenti nunquam Romæ egisse certum est. Fateor equidem feriam sextam die 23. Aprilis in annum 997. incidisse; sed forte feria sexta necatum S. Præsulem ejus Vitæ Author non utique coævus de suo adjecit. MANSI

mactata hostia intercedat. Passus est vigesimatertia mensis Aprilis, & post mortem miraculis coruscans illud fecit in Gentium conversione, quod vivens facere concupivit. Quod testatur Petrus Damiani in (a) Romualdo, dum tradit barbaros illos pepercisse S. Bonifacio prædicanti in Russia, quod timerent, ne si martyr fieret, sicut sanctus Adalbertus, miraculis cælitus illustratus ad Fidem Christianam populos illos converteret. Qui prosequuti sunt res (b) Polonorum, tradunt corpus sancti Adalberti redemptum fuisse æquali auri pondere a Prussis, illudque translatum in Gnesnensem Ecclesiam, ubi immensis claruit miraculis, quorum fama permotus Otto Imp. ab Italia Gnesnam usque fuerit peregrinatus, ut suo loco dicetur.

(a) Pet. Dam. in Romualdo c. 89.

(b) Idem Petr. ibid. c. 88.

III. S. Bonifacii Apostolatus ad Russos.

Quod autem martyr martyrem pariat, accidit eodem tempore, ut S. Bonifacius cognatus Ottonis Imp. de quo superius, relinquens florens sæculum, sequens Romualdum, vitam monasticam sit amplexus; qua bene institutus valeret ad martyrii coronam pertingere. Qui audiens Adalbertum jam coronatum, impatiens moræ illud ipsum vitæ stadium sibi currendum proposuit. At quomodo istud, a Petro Damiani sic accipe: *Cum igitur post diuturnum eremiticæ disciplinæ cursum, ad prædicandum jam ire disponeret: Romam primum pergere studuit. Et ab Apostolica Sede consecrationem Archiepiscopatus accepit. Retulit autem mihi quidam senex monachus, qui cum illuc de Ravenna fratibus comitatus fuerat, quia in toto illo itinere vir venerabilis, cum omnibus quidem, qui eum sequebantur, pedester ibat, sed ipse jugiter psallens, & cæteros longe præcedens, nudis semper pedibus incedebat. Pro labore quidem itineris quotidie comedebat, per singulos dies de medio pane, & aqua vivens. In diebus festis, ignoto videlicet omni liquamine, quotidiano victui poma quælibet, vel herbarum radices addebat. Postquam autem consecratus est, quotidie observabat & monasticum pariter & canonicum in celebrandis horarum officiis ordinem.*

IV. S. Bonifacii profectio ad conversionem gentium.

Cum vero jam Ultramontanos peteret fines, equo quidem vehebatur, sed venerabilis pontifex (sicut dicitur) nudis cruribus semper & plantis adeo intolerabilem frigidissimæ regionis sufferebat algorem, ut volens descendere, non pedem a subhærente ferro disjungeret, nisi aqua calida subveniret. Ad Gentiles autem postremo perveniens, cum tanta cœpit fervidi pectoris constantia prædicare, ut jam nullus ambigeret, quia vir sanctus martyrium flagitaret. Illi vero timentes, ne sicut post martyrium beati Adalberti coruscantibus miraculorum signis Sclavonicæ gentis plerique conversi sunt, ipsis quoque similiter eveniret; longo tempore a beato viro mattus artificiosa malitia reprimunt, & cupidissimo mori, nolentes occidere, crudeliter parcunt. Jam ante diu Evangelium in Russia (ut dictum est superius) fuerat prædicatum, & quamplurimi eorum Christiani effecti erant, sed ingruentibus jugiter bellis vix aliqua Christianitatis memoria residua erat, cum provincia illa Bonifacii prædicatione atque miraculis bene culta, rursus virere atque florescere cœpit; acta vero magno frugum proventu, cum meruit ipsius Bonifacii martyris sanguine irrigari. Quando autem id contigerit, & qua occasione, suo loco dicturi sumus.

V. Quis verus Apostolatus.

Huc provoco Novatores, ut discant (si quæ tamen scintilla innati omnibus cognoscendæ veritatis luminis in eis reliqua est) quales sint veri Apostolici viri, & a quo Apostolatum ad Gentes accipere consueverint, ut legitimi vocentur, & non adulterini Christi Dei ministri: ut veri Apostolatus intuentes signa quæ vel ante præcesserant, quæ vel comitata sunt eos, quæ sunt postea subsequuta: in seipsos miseri convertentes oculos, stigmata sibi inusta arte diaboli

li

PAGIUS priori omissas refert, recteque notat, suo tempore sacrum *Adalberti* corpus Gnesnæ requievisse. Colitur *S. Adalbertus* tam a Polonia quam a Bohemis, & utrique sacrum ejus corpus se se habere gloriantur. Henschenius ad diem XXIII. Aprilis, quo sanctus Martyr colitur, exhibet dissertationem Bohuslai Balbini e Societate Jesu, de Relatione corporis sancti Adalberti Pragam, quam factam fuisse pluribus probare conatur. Poloni e contra se sacras exuvias possidere contendunt, eique superstructum insigne mausoleum ostentant.

II. Ad num. III. & seq. Refert Baronius ex Petro Damiani in Vita S. Romualdi Abbatis cap. 8. *Sanctum Bonifacium* Russorum Apostolum fuisse unum ex præcipuis S. Romualdi discipulis, qui cum Romæ *ab Apostolica Sede consecrationem Archiepiscopatus* accepisset, post beati Adalberti Martyrium Russis Evangelium prædicavit. Quibus ex verbis deducit Baronius, provinciam illam *Bonifacii* prædicatione rursus virere atque florere cœpisse, quia vix aliqua Christianitatis memoria ibi residua erat. Existimavit enim *Russiam* Basilio Macedone imperante factam fuisse Christianam, & jamdiu ibidem fidem extinctam. Verum jam ostendimus, Russorum gentem in multos populos divisam fuisse, & Russiam Albam, seu Moscoviam ut nunc vocamus, anno tantum CMLXXXVIII. regnante *Vuolodomiro* fidem Christianam suscepisse. *Bonifacius* itaque non ad Russos, qui Wolodomiro parebant, sed ad aliam gentem Scytharum sive Russorum prædicationis causa profectus est, ut jam su-

S. Bonifacius Russis Evangelium annunciat.

li superbiæ charactere, apostasiam, non Apostolatum significantia, videant, & expaveant. Cætera autem de Bonifacio inferius.

VI. Hoc eodem anno (ut auctor est (a) Cartuitius) Geisa primus Dux Christianus Hungariæ, de quo plura superius, ex hac vita migravit in cœlum, cui succedit S. Stephanus ejus filius, qui ætate licet adolescens, tamen sapientia canus erat, atque in primis religione præstans quod simulac pater decessit, civile bellum causa Christianæ Fidei est exortum, extinxit. Rex digna memoria, quam his verbis idem auctus est prosequutus (b): *Diaboli instinctu populus Gentilis Christianæ Fidei jugo colla supponere noluit, & cum Principibus dominium sui imperio subducere se moliebatur. Itaque depopulabantur ejus urbes, prædia vastabant, possessiones diripiebant, ministros cædebant, & ut cætera taceam, etiam ipsi insultabant. Cumque ab hujusmodi improbitate revocare se nollent, nec suo furori & amentiæ modum statuerent, Dux ipse divinæ virtutis confidens ad edomandam illorum rabiem cum sui exercitus copiis sub signis Dei dilecti pontificis Martini, & clarissimi martyris Georgii movit in hostes, qui tum forte urbem obsidebant, quem vulgo Vesprinum vocant. Quod quidem illi in ejus fecere contumeliam; ut quem ad locum illa familiarius consuevisset accedere, ibi ipsi considerent, essetque ex eo loco facilior ipsis aditus ad alia præsidia occupanda. At ille divina fretus ope & clementia illos aggressus est, & illis quidem suis armis confidentibus, ipso vero Fide armato, utrimque congressi sunt.*

(a) Cart. in Vita S. Steph. Reg. Hung apud Sur. die 20. Aug. l. 4. c. 4.

(b) Ibid. c. 5.

S. Steph. Dux Hung.

VII. Erigit Monasterium S. Martini. *Victis tandem hostibus, & partim cæsis, partim captis, Dux victor abscessit, & sapienter quidem de illorum villis & agris sive possessionibus statuens, non quemadmodum olim Sauli, qui superatis Amalecitis, contra quam Dominus jusserit, ex eorum spoliis optima quæque servaverat, sed quia Pannonia beatissimum Martinum apud se natum gloriatur, cujus etiam meritis vir Christi fidelis (ut jam dictum est) ex hostibus victoriam reportavit, nihil de rebus eorum in suos usus convertit, sed ex Dei amantium consilio, juxta ejusdem sancti præ-*

PAGIUS suspicatus est Bollandus in Notis ad cap. 8. Vitæ S. Romualdi Abbatis, a Petro Damiani scriptæ, quam ad diem VII. Februarii recitat. Quam conjecturam sequentia certam reddunt.

III. Ad num. VI. & seq. Auctor Vitæ S. Stephani Hungarorum Regis postquam narravit Sanctum Adalbertum Pragensem Episcopum, tam Geisam patrem, quam Stephanum filium baptizasse, de Geisa scribit: [1] *Deinde jam grandævus, anno a Christo nato nongentesimo nonagesimo septimo vita hujus ærumnas cum cœlestibus gaudiis, commutavit.* Ademarus tamen Auctor coævus in suo Chronico aliter rem narrat, atque: *Sanctus Bruno convertit ad fidem Ungriam provinciam, & aliam quæ vocatur Russia; Regem Ungriæ baptizavit, qui vocabatur Geitz, & mutato nomine in baptismo Stephanum vocavit, quem Otto Imperator in Natali protomartyris Stephani a baptismate excepit & regnum ei liberrime habere permisit, dans ei licentiam ferre lanceam sanctam ubique, sicut ipsi Imperatori mos est, & Reliquias ex clavis domini & de lancea S. Mauritii ei concessit in propria lancea. Rex quoque supradictus filium suum baptizare jussit, & S. Bruno imposuit ipsi nomen, sicut sibi, Stephanum. Postea vero ipsi filio ejus Stephano Otto Imperator sororem Henrici postea Imperatoris in conjugio dedit.* Quare quod auctor Vitæ S. Stephani *Adalberto* Ademarus *Brunoni* attribuit, & ex illis alteruter decipitur.

III. Moritur Geisa primus Rex Christianus Hungariæ.

Sed

NOTÆ [1] Baptismus iste Geisæ, qui & Stephanus, a S. Brunone collatus viris omnibus eruditis merito suspiciosus efficitur ex silentio omnium authorum Germanorum. Vide quæ conferemus in Nota 1008. 2. Non inverisimiliter suspicaree ab Ademaro duplicem Brunonem in unum confusum, Brunonem scilicet Henrici Imperatoris fratrem Augustensem Episcopum, & S. Brunonem Prussiæ Apostolum. Cum autem audivisset Brunonem Augustensem, & Henricum postea Imperatorem communem sororem Gislam despondisse Geisæ Ungariæ regi, ex quo conjugio rex ille ad baptismum suscipiendum inductus fuit. Hinc orta hallucinatio, quæ Brunonem Prussiæ Apostolum, & Augustanum fuisse Episcopum, & baptismate Geisam tinxisse comminiscebatur. Orta insuper profectio S. Brunonis in Ungariam, quo facile Bruno Henrici frater perrexit.

Nec meliora sunt quæ de baptismo illo a S. Adalberto Pragensi Episcopo collato ex authore vitæ S. Stephani Hungariæ regis Pagius hic affert. Nam S. Adalbertus annis undecim ante S. Brunonem decessit. Nec Stephani alicujus Hungariæ regis baptismus ab idoneis Scriptoribus commemoratur alius, nisi Stephani illius, qui Gislam duxit; quas nuptias Henricus ipse Imperator anno 1009. teste Bruschio de Episcopis Passaviensibus, conciliavit, & quarum occasione Geisa in baptismo Stephanus ad fidem venit. Non ergo id fieri a S. Adalberto potuit, qui diu ante annum 1009. decesserat.

Denique SS. Brunonem, & Bonifacium unum eumdemque virum fuisse non immerito suspicatur P. Janningus in supplem. ad Acta SS. Junii tom. I. pag. 218. cum uterque in Russiam prædicasse narretur, & Germani plures Scriptores apud eumdem binominem illum fuisse diserte affirment. *Brunonem cognomento Bonifacium ait* vetus author Chronici Magdeburgensis. Vide & Annalistam Saxonem ad annum 1009. MANSI

præsulis fundum, ea loco, qui Sacer mons dicitur, ubi S. Martinus, cum in Pannonia degeret, precari solitus erat, sub ejus nomine monasterium construxit, possessiones & reddditus sufficientes ei tribuens. Idem vero de Episcopis consti- tuit,

PAGIUS IV. *S. Bruno Russis Prussiæ vicinis Evangelium annuncians.*

Sed quod subdit idem Ademarus, confirmat quod mox diximus de Russis a S. Bonifacio ad fidem Christi conversis: *At vero S. Brunus cum ad Pincenatos* (idest Prussos) *properavisset, & Christum prædicare cœpisset illis, passus est ab eis, sicut passus fuerat S. Adalbertus*, &c. *Corpus ejus Russorum gens, magno pretio redemit, & in Russia monasterium ejus nomini construxerunt.* Idem narrat Ditmarus lib. 6. Chronici: *duodecimo anno suæ inclytæ conversionis ad Pruciam pergens, sterilos ejus agros semine divino fecundare studebat. Sed spinis pullulantibus horrida non poterant facile mollire. Cum itaque in prædicta* REGIONIS CONFINIO & RUSCIÆ; *primo ab incolis prohiberetur, & plus evangelizans capitur*, & decollatur. Quare *Russia* illa ad quam tam *S. Brunus*, quam *S. Bonifacius*, de quo mox actum est, perrexerunt, non erat Russia Alba, sed provincia quædam Prussiæ & Poloniæ vicina, verumque est quod ibi diximus, Bonifacium in loco a Prussia non dissito Evangelium disseminasse. Sed tam de Brunone, quam de Bonifacio rursus infra sermo erit.

V. *Joannes Placentinus Sedem Romanam invadit.*

Anno superiori quo Baronius num. XIV. & seqq. narrat Sedis Romanæ invasionem a Joanne Placentino Episcopo factam, diximus ad præsentem pertinere, & nos hic de illa acturos. Lambertus itaque Scafnaburgensis in Chronico de ea habet: *CMXCVII. Joannes Placentinus Episcopus sedem Apostolicam invasit consilio Crescentii*, licet ut ibidem num. I. ex Chronographo Hildenshemensi ostendimus, tyrannus iste Gregorio V. plurimum deberet. Fusius rem narrat idem Chronographus Hildenshemensis: *CMXCVII. Papa Ticini adunato plurium Episcoporum Concilio, præfatum Crescentium anathemate percussit. Interim Joannes Placentinus Episcopus Constantinopoli remeans, Romam intromissus, Apostolicam sedem factione Crescentii invaserat. Unde ab universis Episcopis Italiæ, Germaniæ, Franciæ & Galliæ excommunicatur. Imperator quoque ut Romanorum sentinam purgaret, Italiam perrexit summa rerum domina Mathilda amita sua Quidilimburgensi Abbatissæ delegata: in qua ultra sexum mira prudentia enituit.* [r]

VI. *Vir fuit corruptis moribus imbutus.*

Chronographus vero Magdeburgensis ineditus de isto Pseudo-Pontifice scribit: *Hoc etiam anno Crescentius quidam, diabolica fraude deceptus, Romam absente Papa Gregorio, invasit; Joannemque quemdam Calabritanum (quem dominus Imperator Otto III. pro Græci Imperatoris filia, sibi matrimonio acquirenda, cum Bernvvardo Episcopo, Constantinopolim miserat, & inde revertentem cum Græcorum Legatis, se indigno suscepit honore) cumque non tam Pap. Apost. quam Apostatam constituens, Legatos Imperatoris sub ejus custodia Romæ retinuit. Hic ergo Joannes, natione Græcus, conditione servus, astu callidissimus, Imperatorem Augustum Ottonem II. sub paupere adiens habitu, ob interventum suæ dilectæ contectalis Theophanu Augustæ, Regia primum est alitus stipe dein percurrente tempore, vulpina, qua nimium callebat versutia, præfatum eatenus circumvenit Augustum, ut pro loco ac tempore, satis olementi ab eo gratia donatus, pene inter primos usque ad defunctionem suam, carus haberetur. Post dormitionem vero II. Ottonis, regnante jam III. Ottone filio suo quem ab ipso matris utero divina sequebatur miseratio, præfatus Joannes ingenita sibi circa eos calluit securius astutia, quod Regis infantia & Primatum ejus permittebatur incuria. Adhuc defuncto Placentinæ urbis Episcopo, vir bonæ indolis ei subeligitur: quo indecenter ejecto præfatus Joannes non pastor, sed mercenarius, eamdem non regendam, sed devastandam suscepit Ecclesiam: quam cum aliquot annis teneret, avaritia diabolica inebriatus veneno tantum se extulit supra se ut etiam Romæ ipsum B. Petri Apostoli Sedem, uti prædictum est, Antichristi membrum vere effectus, fornicando potius pollueret, quam venerando insideret.* [2]

VII. *Legatio Ottonis III. Constantinopolim pro petenda uxore.*

Non leguntur ista in Chronico Magdeburgensi a Meibomio Tom. II. Collectionis Hist. Germaniæ nuper publicatæ. Quæ tamen ex optimo aliquo Scriptore desumta, cum Chronographus Hildenshemensis nonnisi in anno ab eo differat. Ad annum enim CMXCV. ait: Joan-

NOTÆ [r] JOannes iste in pontificatu quod per tyrannidem usurpavit, Sergii nomen sibi assumpsit, quod cum a nullo unquam animadversum deprehenderim, ideo hic adnotandum duxi ex Benzone Albensi Episcopo, qui medio ferme sæculo undecimo florebat, & rerum ab Henrico III. gestarum selecta quædam vulgavit. Nisi tamen memoriæ lapsu author iste Sergium pro Joanne scripserit; (quod contingere facile potuit) existimandum est Pontificem hunc, etiam post Romanæ Sedis invasionem, utrumque sibi nomen Joannis & Sergii retinuisse quemadmodum non post multos annos Guibertus Antipapa modo se Guibertum, modo Clementem in Bullis nuncupavit. Alioqui successor ejus Joannes non Joannes XVII. sed Joannes XVI. numerandus fuisset. Animadversione pariter dignum censeo, ea quæ invaso a Joanne isto Placentino Episcopatu, eodemque in Archiepiscopatum per injuriam erecto ab historicis apud Pagium hic narrantur, illustrari ex placito Ravennatensi anni 990. vulgato a Muratorio Antiquit. Ital. to. II. col. 959. Huic enim judicio *Johannes Archiepiscopus sanctæ Placentinæ ecclesiæ* præsedit. MANSI

[2] ARnulphus II. Mediolanensis præsul legationem obivit Constantinopolim ad petendam Othoni III. Imperatori uxorem; quæ legatio altera est utique a priori anno 995. habita legatis Joanne Placentino, & Bernvvardo Wirceburgensi. Sed opinor hanc Arnulphi legationem serius consignandam esse, puta anno 1001. nam ex Arnulpho lib. 1. cap. 14. discimus eum rediisse ex Oriente fato jam functo Ottone, qui decessit X. Kalendas Februarii anno 1002. Arnulphi Historiam primus vulgavit Lebinitius an. 1711. tomo tertio scriptorum Brunsuicensium, dein Muratorius rer. Ital. tom. IV. MANSI

tuit, ex illorum captivorum facultatibus decimas persolvi volens, idque adeo exa-

PAGIUS *Joannes Placentinus & Bernuvardus VVirciburgensis Episcopi Constantinopolim ex latere Regis, ut sponsam, illi inde peterent, directi sunt. Legati etiam Apostolicæ Sedis cum unanimitate Romanorum atque Longobardorum Regem* (nempe Ottonem III) *Romam invitant.* Paulo post: *Bernuvardus quoque VVirciburgensis Episcopus morbo gravi affectus inter maris pericula obiit.* Quare laudatus Chronographus Magdeburgensis ineditus multa quæ diversis annis contigere uno tenore refert.

VIII. *Altera legatio ob eamdem causam obita.* Arnulphus Historicus Mediolanensis lib. I. meminit alterius legationis ob idem matrimonium *Ottonis III.* cum filia Imperatoris Orientalis, ab *Arnulpho* hujus nominis II. Archiepiscopo Mediolanensi paulo ante mortem Ottonis III. obitæ; ait enim: *Decenter absolutus reversionem accelerat. Interea Imperator primo juventutis flore defungitur Otto. in quo omnium est Ottonum consumpta propago.* [s] Hæc ultima verba ut obiter dicam, notatu digna, qui ex eis sequitur, *Conradum Salicum*, ideoque & *Gregorium V.* Summum Pontificem, non fuisse *ex propagine Ottonum*, perperamque viros doctissimos autumasse, utrumque recta linea procedere a *Luidolfo* Ottonis M. filio. Quæ observatio eo majoris momenti, quo Arnulphus Historicus eodem Conrado Salico & duobus Henricis imperantibus floruit. Sed stemma Gregorii V. Papæ, & Conradi Salici invictis argumentis sæculo sequenti a nobis probandum.

IX. *Quo tempore vixerit Arnulphus Historicus.* Notandum etiam Arnulphi Mediolanensis Historiam nunquam in lucem emissam esse, ut testatur Puricelius in Monum. Basilicæ Ambrosianæ, qui pag. 303. de eo habet: *Historia Mediolanensis ab anno Christi nongentesimo vigesimo tertio Scriptor Arnulphus alter Archiepiscopi hujus* (nempe Mediolanensis) *Arnulphi primi consanguineus*, &c. *manuscripta etiamnum extat nunquam typis adhuc impressa illius Historia, tribus comprehensa capitibus tam prolixes, ut librorum potius appellatio ipsis debeatur.* Sunt qui Arnulphum Historicum cum Arnulpho Archiepiscopo confudere, sed ipsos ipsemet Historicus his verbis refellit: *Eodem tempore* (quo captivus in Suevia Berengarius obierat) *obeunte VValperto* (ideoque anno Christi CMLXVI. [a] non vero CMLXIX. ut Papebrocius in Exegesi de Episcopis Mediolanensibus perperam credidit) *cathedram suscepit Arnulphus, vere declinans a malo & faciens bonum.*

Cujus æquivocus existo gestorum scriptor ego præsentium, fratris vero illius pronepos verus. Asserit Arnulphus se usque ad annum millesimum duodecimum referre quæ a testibus oculatis ac fide dignis accepit, & postea quæ propriis oculis ipsemet observavit. Sed redeo ad legationem, qua Arnulphus II. Archiep. Mediolanensis functus est, quum diversam esse a priori, ostendit initium Archiepiscopatus ejusdem Arnulphi, quod juxta Papebrocium citatum, incidit in annum nongentesimum nonagesimum septimum; & tamen prior legatio ad annum nongentesimum nonagesimum quintum pertinet. Expetebat etiam uxorem filiam Constantini Imp (Basilius enim Porphyrogenneta frater nullam habuit) *Hugo* Francorum Rex pro filio *Roberto* jam a se in consortium regni assumto, ut patet ex Epistola CXI. Gerbetti, Hugonis Regis nomine scripta. Sed cum *Constantino* Imp. tres filiæ fuerint, *Eudocia*, *Zoe* & *Theodora*, ut in morte ejusdem Imperatoris videbimus; incertum de qua ex illis Chronographus Hildensheimensis, Chronographus MS. Magdeburgensis, Gerbertus & Arnulphus intelligendi sint. Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis, qui nec *Arnulphum*, nec Chronographi Magdeburgensis exemplar MS. viderat, de *Roberti* matrimonio tantum loquitur, eumque *Eudociam* uxorem postulasse arbitratus est, sed levi conjectura innixus, ut apud eum legere est. Sed revertamur ad schisma, cujus Joannes Placentinus Episcopus nefarius auctor extitit.

Cœptum schisma mense circiter Majo; cum Antipapa menses decem sedem Romanam occuparit, & mense Martio sequentis Christi anni ex ea depulsus fuerit, ut ibidem monstrabimus. Baronius loco mox laudato, ubi eum *Philagatum* appellat cum Auctore Vitæ sancti Nili Hegumeni, ex eodem ostendit, cum tam Ottonem III. quam *Gregorium* V. ex fonte baptismatis suscepisse, Nilumque nihil prætermisisse ne male iste Antipapa haberetur, cum jam tempore Quadragesimæ depositus esset, & *Gregorius V.* in Sedem restitutus. Porro in hac secunda profectione Romana Ottonis III. cujus meminit citatus Chronographus, contigit quod anno superiori num. XXVII. & seqq. narrat Baronius ex Petro Damiani, quod nempe *Sanctus Romualdus* ab Imperatore obtinuerit, ne Tiburtini, qui a *Crescentii* tyranni partibus steterant, penitus delerentur. X. *Schisma circa mensem Majum cœptum.*

NOTÆ [s] QUæ hic narrantur ex Chronographo Magdeburgensi, desumpta sunt totidem verbis ab Annalista Saxone ab Eccardo vulgato. Ille vero res suas ex probatissimis accipere solet. MANSI

[a] WAlperti obitum in annum 966. male refert Pagius; cum enim anno 963. decimum annum ageret, ut ex charta apud Ughell. t. 4. pag. 97. novæ edit. discimus, atque decem & octo annis sederit ex fide omnium Cathalogorum; diem clausisse oportet an. 971. cui etiam a Sigonio de Regn. Ital. lib. 7. recte illigatur. Hinc patet verba illa Arnulphi Historici. *Eodem tempore obeunte VValperto* latiori quadam significatione sumenda esse, ut perinde valeant ac *Circa illud tempus.* Vide Saxium Not. ad Sigon. tom. 2. col. 439. nov. edit. MANSI

exactæ, ut si quis decem haberet proles, decimam prolem S. Martini cœnobia daret. Ita igitur hostibus sub jugum missis, Christi miles gaudio spirituali perfu-

PAGIUS

tur. Quare ea ad præsentem annum revocanda. [1] Concilii Ticinensis alibi mentio habetur, quam in eodem Chronographo. Ex en autem intelligimus, *Gregorium V.* in Longobardiam secessisse, dum Roma in tyranni potestate erat. Prædictus Antipapa ad Episcopatum Ecclesiæ Placentinæ promotus fuerat, & a Joanne XV. hæc Ecclesia in ejus favosem Metrupolitana declarata. Verum Tom. IX. Coocil. pag. 752. recitatur Epistola Gregorii V. ad Joannem Ravennatensem Archiepiscopum, qua ei Placentinam Ecclesiam restituit, aitque: *Placentinam Ecclesiam injuste tibi a meo antecessore ablatam, & contra canones sub nomine Archiepiscopatus locatam, tibi, tuisque successoribus confutantes in perpetuum.* Ubi *refutandi* verbo Gregorius V. significat se Ecclesiam ei ablatam dimittere & in ejus jus transferre, ut pluribus exemplis ostendit Ducangius in voce *refuto*. In fine Epistolæ legitur: *Scriptum manu Petri Scriuarii, Notarii & Regionarii S. R. E. in mense Julio, indictione supradicta X. dat. Nonis Jul.* &c. anno scilicet currenti, quo ideo Gerbertus mense Julio nondum Ravennensis Archiepiscopus erat.

XI. *Floret Mathilda Abbatissa Quidilinburgensis.* Porro de Mathilda amita Imperatoris in MS. Chronographo Magdeburgensi ad annum CMLXXI. legitur: *Antequam Rex* (nempe Otto M.) *iret in Italiam Machtild unica filia ejus, decus Sanctimonialium, communi consensu cleri & populi religiosissima Congregationis Sancti Servatii in Abbatissam electa est, ac præstantibus patre Ottone Imperatore, & matre Imperatrice Athelheida, aviaque sua Machtilde Regina* (Henrici Aucupis vidua) *necnon Ottone fratre suo, cunctisque Optimatibus regionis illinc benedicta est.* Ditmarus lib. 4. Mathildam Abbatissam filiam Adelhaidis fuisse etiam asserit. Quare deceptus fuit Baronius in Notis ad Martyrologium Rom. ad diem XIV. Martii, ubi eam filiam fuisse Henrici Aucupis, & anno CMXXX. floruisse cum Trithemio asserit. Ditmaro enim suffragatur Chronographus Magdeburgensis a Meibomio editus, qui eam sororem Ottonis II. fuisse testatur. Vixit usque ad annum nongentesimum nonagesimum nonum & ad VIII. Idus Februarii juxta Ditmarum, non vero usque ad annum millesimum septimum, ut scribit Mabillonius Sæc. V. Ad eum diem Bollandus eam inter Sanctos prætermissos memorat.

XII. Concilium Sandionysianum, in quo de decimis Ecclesiæ restituendis actum, hoc vel superiori anno habitum. [2] Certe non serius, cum Sanctus Abbo apud Hugonem & Robertum Galliarum Reges Apologetico se se purgare coactus fuerit, & Hugo mense Octobri præsentis anni, uti anno sequenti videbitur, e vivis excesserit. Refert illud Aimoinus in Vita Sancti Abbonis Floriacensis Abbatis cap. IX. ubi ait: *In illis sane diebus, in monasterio S. Dionysii, haud procul a Parisiis Concilium aggregatum est quamplurium Episcoporum. Qui cum de fidei puritate, de corrigendis tam suis, quam subditorum pravis moribus sermocinari debuissent, juxta vulgare proverbium tantum suum sermonem ad decimas verterunt Ecclesiarum. Quas laicis, ac Deo servientibus monachis auferre moliti, resistente eis in hac re hoc venerabili Dei cultore Abbone, promiscuam in se vulgi concitavere manum. Ortaque subito seditione, tantus in Episcopos timor irruit, ut publica statione relicta, passim quisquam diffugeret, inter quos Seguinus Senonum Archiepiscopus, Primatum Galliæ in ea Synodo sibi usurpans, primatum quoque fuga arripuit. Et inter fugiendum semel inter scapulas ictus, lutoque a popularibus oblitus ægre evasit. Uniuscujusque Episcoporum timor fugienti tam veloces addidit alas, ut affluentissimo prandii apparatu, quem sibi exstruxerat, relicto, vicina urbis Parisiorum mœnia fugitabundus expeteret. Totam ergo tanta calumniam injuriæ, tam a præfato Arnulpho* (Aurelianensi Episcopo de quo idem Aimoinus cap. VIII. jam locutus fuerat) *quam a reliquis Pontificibus sub semet devolvi perpendens, his Deo devotus Abbo, in eodem Apologetico non solum ab hoc, verum & a quibusdam aliis, hoc modo se purgat objectis.* — Concil. San-Dionysianum.

XIII. *Accusatus Abbo quod in eo tumultus excitarit.* „ Nec me vestco, ait Regibus (*nempe Hugoni & Roberto*) aliorumque sapientum examini subduco, qui contra Canones sensisse „ suspicor. In Episcopos manum Monacho„ rum movisse accusor, vestram benevolentiam „ proprio Episcopo tulisse blasphemor, qui„ busdam excommunicatis participasse crimi„ nor. Sed esto, cui sententiæ Canonum con„ tradixi, qui in illo Concilio vix apertum „ librum videre potui? Aut Concilium illud „ fuit, ubi conciliati venerunt, & discon„ ciliati recesserunt? Cum ibi discordes re„ conciliari debuerint, aut canonica districtio„ ne mulctari. Quid in me singulariter com„ miserunt Episcopi, ut eis saltem cogitatio„ ne obesse voluerim? præsertim cum non „ inimicum, sed fide & opere amicissimum, „ graviora pericula pertulisse contigerit. Ec„ ce coram Deo in Christo non mentior, quia „ audita insequentium conclamatione, ultra quam

NOTÆ [1] OTtonem III. hoc anno Romam non venisse penes me certum est, cum ambo Chronographi Saxones Eccardianus, & Lebnitianus profectionem illam consignent ad annum 998. quod & præstat Chronographus Magdeburgensis apud Pagium A. 998. 18. Nec sane aliter ratio suadet, cum Pagio etiam fatente, finis schismatis, & tyrannorum cædes ad an. 998. pertinet. Quis autem credat Ottonem integro anno quietum mansisse, & si Romam venisset an. 997. nonnisi tamen anno 998. schisma, cui tollendo venerat, compressisse. MANSI

[2] COncilium Sandionysianum ad annum superiorem 996. referendum esse potius quam ad præsentem certum deinceps, ratumque esse debet. Nam Seguinus Senonensis, qui in eo Concilio tam fœde habitus fuit ac narrat Aimoinus apud Pagium hic e vivis decessit anno illo 996. die XVI. Kal. Junii, ut adnotat diligentissimus author brevis chronici Sennonensis S. Columbæ vulgatus a Martene Anecdot. to. III. col. 1451. qui licet exeunte sæculo XII. scribebat, res tamen superioris ætatis accuratissime adnotat, ut eodem in corrigenda Annalium chronologia felicissime non semel usi fuerimus. MANSI

fusus, omnem ingenii sui vim contulit ad confectandam doctrinam Evangelicam, &c. Reliqua enim de ipso, & de Hungarica Ecclesia bene disposita, dicturi sumus inferius suo loco.

Se-

PAGIUS ,, quam dici possit indolui, recordatus pristinæ amicitiæ & beneficiorum tanti viri, cujus nix venerandum caput ostendit, excepta Primatis prærogativa, & Sacerdotali infula. Qua suggestione vos decepi, ut vestram benevolentiam optimis auferretis, male meritis conferretis? num ego ,, Deus sum, qui mutat mentes, mutat corda, mutat regna & tempora? Vere fateor ,, me magicam ignorare, nec aliquid malarum artium didicisse. Recitat hoc Concilium Baronius in Appendice ad Tomum XI. ad annum MIII. num. III. quod in locum suum restituendum duxi.

JESU CHRISTI ANNUS 998.	GREGORII V. PAP. ANNUS 3.	OTTONIS III. IMP. 3. BASIL. & CONST. IMPP. 23.

I. *Robertus Rex Francorum solus.* Sequitur annus Redemptoris nongentesimus nonagesimus octavus, Indictione undecima, quo mortuo Hugone Francorum Rege, ejus filius, qui cum patre regnare cœperat, solus summa rerum potitur. Hic autem ob illicitum contractum cum affine atque commatre conjugium coercitus est. Cum enim ea de causa celebrata esset in Galliis Synodus, in qua adulatione Episcoporum, concessum eidem fuit tale conjugium; reclamante Gregorio Romano Pontifice est dissolutum, & delinquentes Episcopi pœnitentia castigati. Est de his epistola Leonis Papæ Noni ad Henricum Roberti filium, in qua inter alia habet hæc verba: *Pater tuus Robertus laude & consultu Episcoporum Regni tui, Bertam matrem Odonis Comitis sibi duxit uxorem: ob quam rem, quoniam sibi erat affinitate conjuncta, ab antecessore nostro Gregorio Quinto cum Episcopis, qui placito*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXXVI. Anno Hegiræ CCCLXXXIX. inchoato die 23. Decemb. fer. 6. A.C. 998.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6491.

☉ 27. B. ☽ 11. P. 17. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 998.

GREGORII V. PAPÆ 3.

OTTONIS III. REG. 16. IMP. 3.

BASIL. & CONST. IMPP. 23.

I. *Moritur Hugo Galliæ Rex.* Anum. I. ad IV. *Hugonem* Galliarum Regem e tertia stirpe primum, hoc anno obiisse Odorannus in Chronico, & quidam alii habent; anno vero nongentesimo nonagesimo sexto Sigebertus in Chronico, huicque opinioni adhæret Mabillonius lib. 2. de Re. Diplom. cap. 26. num. 25. Verum ejus mortem ad annum nongentesimum nonagesimum septimum pertinere variæ Roberti Regis filii ac successoris Chartæ demonstrant. Baluzius lib. 4. Marcæ Hispan. ad annum CMXCVII. ubi difficultatem istam examinavit, observat, Acta electionis Borelli Episcopi Rotensis scripta esse *VIII. Kal. Decembr. anno Christi MXVII. Era MLV. indictione XV. anno XXI. regnante Rege Roberto*. Quare cum Hugonis Regis mors ad *IX. Kal. Novembris*, seu ad diem XXIV. mensis Octobris pertineat, annus ille XXI. Roberti Regis cum anno MXVII. conjunctus ab alio anno proficisci non potest, quam ab anno CMXCVII. Adhæc Charta institutionis vitæ canonicæ in Ecclesia Gerundensi data dicitur *anno Incarnat. Dominica XIX. post millesimum, XII. die Kalendarum Decembrium, anno XXIII. regni Roberti Regis* quod etiam rem evincit, ut numeranti patet. Mabillonius laudatus affert locum Aimoini de Miraculis S. Benedicti lib. I. cap. 9. qui *annum Incarnationis domini millesimum tertium* conjungit cum *anno Roberti Regis quo cum patre regnare cœpit, sexto decimo, monarchiæ septimo*; ex quo infert, Roberti Regni cum patre exordium ab anno CMLXXXVIII. Monarchiæ ab anno CMXCVI. repetendum esse. At annus ille septimus Monarchiæ Roberti Regis deductus a die XXIV. mensis Octobris anni Christi CMXCVII. inchoatur anno MIII. non vero in eo absolvitur, ut ex laudatis chartis liquet. Porro Hugonem Regem die XXIV. mensis Octob. vitam cum morte commutasse, diserte scribit Odo Monachus Fossatensis in Vita Burchardi Comitis anno Incarn. Verbi MLVIII. Loquens enim de donatione ab Hugone Rege monasterio Fossatensi facta *anno incarnati verbi CMLXXXVIII. sub die XII. Kal. Juliarum*, inquit: *Ob hoc etiam dies obitus ipsius Regis IX. Kal. Novembris usque hodie in ipso monasterio solemniter celebratur*. Ea Vita extat Tom. IV. Duchesnii.

Adelhais Hugonis Capeti uxor & Roberti Regis mater, conjugi & filio in religionis officio suffragabatur, & seorsum aliquando suo nomine monasteria extruebat, aut novis redditibus & ædificiis amplificabat, ut ex Chartis, quæ supersunt, innotescit. Cujus ea filia fuerit, hactenus frustra quæsitum; cum Helgaldus in Vita Roberti Regis tantum dicat genus ejus inclytum ex Italia ortum esse, nec patrem matremve ejus nominet. Hæc ejus verba: *Ejus* (sc. Adelhaidis) *inclyta progenies, sicut ipse* (sc. Robertus) *suis sanctis & humillimis asserebat verbis ab Ausonia partibus descenderat*. Hadrianus Valesius in Notis ad Carmen Adalberonis pag. 261. ait difficile esse scire unde eam originem duxerit, & San-Marthani, quibus in hac Historiæ Gallicæ parte explicanda nullus accuratior fuit, Tom. I. Historiæ Genealogiæ Franciæ lib. 12. cap. 1. ultimæ editionis eam quidem *origine Italam* fuisse concludunt, sed de cætero nihil definiunt. Blondellus tam in Diatribe *de Formula Regnante Christo*, Sect. 2. §. 7. quam in Pleniori Assert. Geneal. Franc. putavit, eam filiam fuisse Guillelmi II. Aquitaniæ Ducis ac sororem Guillelmi III. *Caput stupa* cognominati Aquitaniæ etiam Ducis, quod Auctor Anonymus apud Duchesnium Tom. III. pag. 344. scribat: *Cum sua venerabili conjuge Adelbaide nomine filia Pictavorum Comitis*, &c. Verum Anonym. iste annis C. junior, quam Helgaldus, ideoque minoris auctoritatis; nec patrem aut fratrem hujus Reginæ nominat. Guillelmus vero tertius Aquitaniæ Dux hostis Hugonis Capeti fuit, & solus ex Proceribus, qui ejus coronationi repugnarit, uti jam diximus; quod tamen vix credi potest de *Adelhaidis* fratre, Hugonis Capeti sororio, & Roberti avunculo, qui ideo, non contra Hugonem Capetum arma sumere, sed pro eo pugnare debebat. Quare non dubito, quin Helgaldo standum sit; Anonymus ille rejiciendus; & Blondelli sententia parum facienda, donec major hac in re lux affulgeat. II. *Adelhaidis ejus uxoris pietas & genus.*

Defuncto itaque anno superiori Hugone Rege *Robertus* filius, qui jam cum eo regnaverat, cœpit habenas Regni tractare solus, Princeps natus tunc annos XXVIII. eloquentia & dicendi ubertate copiosus, subditis dilectissimus, *ornamentum Clericorum, nutritor Mo-* III. *Dotes Roberti filii & successoris.*

cito interfuerunt, reprehensi sunt. Postea ad Sedem Apostolicam venientes, cum satisfactione sumpta pœnitentia, redierunt ad propria. Hæc ipse, quæ recitat Ivo Episcopus Carnotensis in Panormia.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Porro suasione Abbonis Floriacensis Abbatis magni nominis viri, Robertum Regem dimisisse eamdem commatrem suam, vinculo etiam affinitatis conjunctam, testatur Helgaldus monachus in vita ipsius Abbonis. Sic igitur illa dimis-

PAGIUS *Monachorum, pater pauperum, assiduus verbi Dei cultor*, inquit Ademarus in suo Chronico. Hadrianus Valesius anno MDCLXIII. Parisiis vulgavit *Adalberonis Episcopi Laudunensis ad Rotbertum Regem Franc. Carmen*, & notis illustravit, in quo Adalbero ait:

Mundus adhuc puero dominum metatur, & omnis
Congaudet, plaudit, manibus lætatur, & optat
In Regem sibi, mox concordi voce coronat.
Præstolatur in hoc, veniant ut tempora pacis.
Lubrica tunc adolescentis transivit & ætas:
Flore juventutis sua jam resplendet imago.
Forma super cunctos nobis speciosa videtur.

Quo in Carmine cum Adalbero Laudunensis Episcopus, *Azelinus* etiam appellatus, Hugonis nullam usquam mentionem faciat, apparet illud post *Hugonis* Regis mortem compositum fuisse. Natus tunc erat *Robertus* annos XXVII. aut XXVIII. ut mox diximus, & adolescentiam emensus erat, sed Antiqui *pueri* nomine etiam qui ætatem illam supergressi erant, appellabant; quod non semel insinuavi quia Viros doctissimos iis, similibusve loquendi modis in errorem inductos fuisse subinde deprehendo. In eo Carmine totus est Adalbero in carpendis moribus sui temporis.

IV. *Gregorius V. ejus cum Berta nuptias reprobat.* Odone Campaniæ Comite anno circiter CMXCVI. demortuo Robertus Rex Bertam hujus viduam, Conradi Burgundiæ Regis ac Mathildis filiam uxorem duxit. *Illa autem commater ejusdem fuerat Regis. Idem namque Rex filium ipsius de sacro susceperat lavacro*, ut dicitur in veteri MS. Floriacensi a Duchesnio Tom. IV. pag. 85. publicato. Gallicani Præsules hujusmodi affinitatis & cognationis rationem non habentes, illas nuptias probarant: imo Erchembaldus Turonensis Archiepiscopus, aliique plures Episcopi conjugium illud præsentia sua cohonestarunt. Verum Gregorius V. nuptias illas incestas reputavit, currentique anno celebrato Romæ Concilio condemnavit. Extat illud Concilium Tom. IX. Concil. octo Canonibus constans, in cujus tertio legitur illud celebratum esse *præsidente D. Ottone III. Augusto Cæsare & D. Gregorio V. Papa*. Canon primus: *Ut Rex Robertus consanguineam suam Bertam, quam contra leges in uxorem duxit, derelinquat, & septem annorum pœnitentiam agat, secundum præfixos Ecclesiasticos gradus, judicatum est. Quod si non fecerit, anathema sit. Idemque de eadem Berta fieri præceptum est.* Canon II. *Erchembaldum Turonensem Archiepiscopum talis conjugii consecratorem, cum omnibus Episcopis, qui consentientes interfuerunt his incestis nuptiis Regis, & Berta consanguinea sue, a sacrosancta communione suspendimus, donec ad hanc sanctam sedem Apostolicam veniant satisfacturi.* [1] Baronius, cujus tempore hoc Romanum Concilium nondum lucem viderat, refert fragmentum Epistolæ Leonis Papæ IX. ad Henricum Regem Roberti filium, in quo Pontifex de Episcopis Gallicanis scribit, *post ad sedem Apostolicam venientes cum satisfactione, suscepta pœnitentia, redierunt ad propria.*

Robertus postea *Constantiam* uxorem duxit, ut legitur in laudato fragmento Cœnobii Floriacensis: *Hic in suum ascivit conjugium filiam VVillelmi Tolosani Comitis, nomine Constantiam, cognomento Candidam, strenuam fune puellam, & suo nomine dignam.* In alio fragmento veteris Chronici, ibidem a Duchesnio pag. 96. relato, de Roberto Rege dicitur: *Duxit uxorem Constantiam filiam VVillelmi Comitis Arelatensis, natam de Blanca sorore Gaufridi Comitis Andegavensis.* Demum Glaber Auctor coævus lib. 3. cap. 2. inquit: *Accepit supradictus Rex illius cognatam nomine & animo Constantiam, inclytam Reginam, filiam videlicet VVillelmi prioris Aquitaniæ Ducis.* Quare cum Scriptores isti, non tantum verbis, sed reapse inter se discrepent, lis inde inter Eruditos exorta, an *Constantia Regina* Willelmi Comitis Tolosani vel Willelmi Comitis Provinciæ seu Arelatensis filia extiterit; quæ cum adhuc sub judice pendeat, nobis hic dirimenda. Eam Willelmo hujus nominis primo Comite Provinciæ prognatam, ex solo Glabro, qui patrem ejus *VVillelmum priorem* appellat, quod de Ducibus seu Comitibus Tolosanis per hæc tempora florentibus nullo pacto intelligi potest, certo constaret, si *VVillelmum* illum I. Aquitaniæ Ducem non appellasset, quod tamen negotium facessere non debere statim ostendo. — V. *Robertus Rex Constantiam uxorem ducit.*

VVillelmus igitur I. Provinciæ Comes, gestis adversus Saracenos Fraxinetum occupantes celeberrimus, *Adelaidem* cognomento *Blancam* sibi copulavit, annoque CMXCII. *cum conjuge sua Adalaix, & filio suo nomine VVillelmo* bona quædam restituit Monasterio Sancti Cæsarii Arelatensis, ut demonstrat Charta a Bouchæo lib. IX. Hist. Provinciæ cap. V. recitata. Eodem anno Willelmus I. in gravem infirmitatem incidit, & sumto habitu Mona- — VI. *Constantia filia Guillelmi I. Provinciæ Comitis.*

NOTÆ [1] HOc anno *Otto III.* Imp. Romæ mense *Majo* versabatur; ubi privilegium pro monasterio Casinensi *Johanni Abbati* concessit, habeturque in Accessionibus ad Historiam Casinensem Erasmi Gattulæ P. I. pag. 92. in cujus fine legitur: *Signum Domni Ottonis invictissimi Imperatoris Augusti. Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi recognovi. Data octavo Kalendas Junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVIII. indictione undecima, anno tertii Ottonis regnantis XV. imperii secundo. Actum Romæ in palatio feliciter. Amen.* GEORGIUS

su, uxorem duxit Constantiam filiam Willelmi Comitis Arelatensis. Pettus Damiani iu epistolu ad Desiderium Abbatem Cassinensem de ejusdem Roberti Regis ugens conjugio, ostendit Episcopos Galliurum itu coetcitos a summo Pontifice, postea sub unuthemate cohibuisse Regem ub ejusmodi conjugio, ex quo non dulcis & charu soboles ortu est, sed monstrum horrendum, ita tali signo factum execrandum Deum detestari, ostensum fuit. Sed uudi jnm Petrum:

III. Monstrum ex illicito conjugio. *Sæpe Deus omnipotens terribile exhibet etiam in hac vita judicium, nec tamen miseri homines desinunt iterare plectendum: nam Robertus Gallorum Rex, avus istius Philippi, qui in paterni juris sceptra successit, propinquam sibi copulavit uxorem, ex qua suscepit filium, anserinum per omnia collum & caput haben-*

PAGIUS uachali e S. *Maioli* Abbatis Cluniacensis manibus, ut horum temporum mos erat, vitam cum morte commutavit. Eum enim illo Christi anno demortuum eruo ex Adebaldo, & Syto Auctoribus coætaneis in Vita Sancti hujus Abbatis, quæ exiat apud Bollandum ad diem XI. mensis Maii; ubi Auctores isti lib. 3. postquam de morbo, qui Willelmum Comitem sustulit, sermonem habuere, asserunr, Maiolum biennio postea vixisse. Maiolus autem die XI. mensis Maii anno CMXCIV. ad Deum migravit, ideoque Willelmi primi mors in annum CMXCII. incidit. Ei successit *VVillelmus* II. in citata Charta memoratus, & de eo ac Adelaide matre iu alia Charta, cujus Bouchæus ibidem mentionem facit, legitur: *Ego Adalax Comitissa, & filius meus VVillelmus* (Comes Provinciæ hujus nominis II.) *& filia mea Constantia donamus*, &c. *Facta est ista donatio in mense Augusto, regnante Rodolpho Rege*, &c. Constantia itaque filia fuit Willelmi I. & Adelaidis, ac soror Willelmi II. qui patrem in Principatu excepit. Et ne quis cavilletur in nomine *Adelaidre*, vel *Constantia* ejus filiæ anno MXVIII. referam verba Benedicti VIII. Papæ *ad Episcopos Aquitania, Burgundia & Provincia* scribentis & suæ benedictionis munus mittentis, *omni reverentia & veneratione dignissima domna Adelaidi Comitissa cognomento Blancha, nec non & ejus domna Gerberga Comitissa*, quam Gerbergam Willelmi II. Comitis Provinciæ conjugem fuisse Acta publica docent. Constantia ergo, non *VVillelmi* Comitis *Tolosani*, sed *VVillelmi* Comitis *Arelatensis*, seu Provinciæ filia fuit. Hinc Ivo Carnotensis, qui sequenti sæculo vixit, in Epist. CCXI. meminit cujusdam genealogiæ occasione graduum consanguinitatis, sedente Urbano II. factæ, in qua dicitur: *Blanca Arelatensis Comitissa, Constantia Regina* (idest Blancæ filia) *Adera Flandrensis Comitissa*, Constantiæ nempe filia & Balduini V. Flandriæ Comitis uxor, uti apud San-Marthanos in Geneal. Franc. videre est. Sed loco, *Adera*, legendum, *Adela*. Id confirmat Albericus in Chron. ad annum MXIII. de Roberto Rege scribens: *Hujus uxor Regina Constantia (sicut habetur in Epistolis Ivonis) filia fuit Blancha Comitissa Arelatensis, qua Blancha fuit soror Gaufeidi Grisagonelli patris Fulconis Comitis Andegavorum.*

VII. *Non vero ejusdem pium alterius Guillelmi.* Neque quis dicat eum Catello lib. I. Comit. Tolosæ cap. XVII. *Constantiam* Reg. filiam extitisse *Vuillelmi* III. Tolosani Comitis, qui *Aquitania* Dux appellatus reperitur; quam sententiam San-Marthani laudati lib. XII. cap. II. probabilem censent, in eumque Glabrum citatum trahunt. Beslius vero in Hist. Comit. Pictaviensium c. XVI. autumat, *Constantiam* patrem habuisse *Vuillelmum IV.* Comitem Tolosanum, & simul Comitem Arelatensem hujus nominis II. huncque uxorem duxisse *Blancam Andegavensem*. At *Vuillelmus* III. Tolosanus Comes, non *Blanca* Constantiæ matri, sed *Emma* Provinciæ Occidentalis seu Comitatus Forcalquerii Comitissæ nupsit, eaque sine liberis demortua Comitatus Provinciæ Occidentalis ad eum pertinuit, qui inde Comes vel Marchio Provinciæ aliquando dicitur, sed nunquam *Comes Arelatensis*, ut male scripsit Bouchæus loco citato pag. 839. Magno etiam errore Beslius *Vuilelmum Comitem* Provinciæ hujus nominis II. cum Willelmo IV. Comite Tolosano confudit; cum eos diversis ditionibus dominatos certissimum sit. Graviori errore *Adelaidem Blancam* Willelmi II. matrem, hujus uxorem facit; utramque enim opinationem variæ Chartæ in Historia Provinciæ recitatæ plane evertunt.

VIII. *Provincia aliquando Aquitania vocata.* Sed non solum chartæ; verum etiam ipsemet Glaber, cui innituntur, contrarium habent; cum enim *Constantiam* Reginam filiam fuisse *Vuillelmi prioris Aquitania Ducis* affirmet, qua ratione Catellus Willelmum III. & Beslius Willelmum II. Provinciæ Comitem & IV. Tolosanum, in locum *Vuillelmi prioris* seu *primi* subrogare potuere? Glaber itaque *Aquitania* nomine eo loco *Provinciam* intelligit, ipsemet enim Beslius nos docet, eam ab urbe Aquensi ejus Metropoli, tam a Glabro, quam a Leone Ostiensi lib. 1. cap. 64. & a quibusdam aliis Antiquis Aquitaniam nuncupatam esse. Ibi Hugonem Sæculo X. Italiæ Regem Leo asserit, fuisse antea *Aquitania Ducem*, quem Provinciæ Comitem extitisse ex Luitprando jam diximus. Malmesburiensis vero lib. 2. de Reg. cap. 5. fidem facit Edgivam filiam Eduardi filii Alfredi Anglorum Regis matrimonio conjunctam fuisse *Ludovico Aquitanorum Principi*, sc. Ludovico Orbo Provinciæ Regi. Sic Beslius recte notavit, Bosonem Provinciæ Comitem, & postea Regem Arelatensem, a quibusdam Veteribus Ducem Aquitaniæ dictum. Glaber laudatus cap. ult. Aquitaniam se in eo sensu sumere satis his verbis insinuat: *Olim circa millesimum incarnati Verbi annum, cum Rex Robertus accepisset sibi Reginam Constantiam a partibus Aquitania in conjugium, cœperunt confluere gratia ejusdem Regina in Franciam atque Burgundiam ab Arvernia & Aquitania homines omni levitate vanissimi, moribus & veste distorti*, &c. Paulo post addit, Sanctum Willelmum Abbatem Divionensem, *acerrime* increpasse Regem *pariter ac Reginam, cur talia in suo regno permitterent fieri*. Ubi *Aquitania* nomine Glaber Provinciam designat. *Hermengarde* enim Roberti II. Arverniæ Comitis conjux filia erat Willelmi primi Comitis Provinciæ, sororque Constantiæ Reginæ, & utriusque sororis obtentu, tam *Provinciales* quam *Arverni* in Aulam Gallicam veniebant, easque in eam pravos mores inducere constans fama ferebat.

IX. Denique cum nemo melior Glabri interpres quam

bentem. Quos etiam virum & uxorem omnes fere Gallisnum Episcopi communi simul excommunicavere sententia. Cujus sacerdotalis edicti tantus omnem abique populum terror invasit, ut ab ejus societate universi recederent, nec prater duos servulos ad necessarii victur obsequium illi remanerent; qui tamen & ipsi omnia vasa, in quibus Rex edebat & bibebat, percepto cibo, abominabilia judicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus angustiis, ad sanum consilium rediens, divortium fecit, initque legale connubium. Eadem de monstro genito habentur in historiæ Aquitanicæ fragmentis ex Pithœi collectio-

PAGIUS *Id invicta ratione demonstratur.* quam ipsemet Glaber, isque lib. 3. cap. 5. Willelmum III. Provinciæ Comitem & Willelmi primi ex Willelmo II. patre nepotem, ac utriusque successorem, *Arelatensem Comitem* appellet, & Willelmus III. aliis ditionibus non præfuerit, quam quibus antea Willelmus I. & Willelmus II. luce meridiana clarius est, Glabrum Ducis *Aquitania* nomine, quo Willelmum primum indigitat, aliud non intelligere, quam Comitem Provinciæ, seu Arelatensem. Glaber texens, genealogiam *Vuillelmi cognomento Ottonis* Burgundiæ Ducis & Comitis, affirmat, eum habuisse in matrimonio sororem Brunonis Episcopi Lingonensis, quam aliunde constat, Ermentrudem appellatam esse; ex qua, inquit Glaber, *suscepit filios & filias, de quibus prius natam Landricus* (Comes Nivernensis & stirps Principum qui diu Comitatum illum rexere), *reliquas uterque Vuillelmus, scilicet Pictaviensis & Arelatensis, duxere uxores.* Ex quibus certo intelligimus 1°. apud Glabrum, Comitem seu Ducem Aquitaniæ, idem esse ac Comitem Arelatensem seu Provinciæ. Secundo, hunc Historicum peculiaria quandoque nomina provinciis attribuere, uti lib. 4. cap. 8. ubi *Lotharii Regnum*, seu, ut nunc loquimur, Lotharingiam; *primam Rhatiam* appellat, nomine a Rheno fl. deducto, quo eam ab aliquo alio vetere Historico denotatam non memini me legisse. Demum intelligimus, Anonymum supra laudatum, qui dicit, Constantiam filiam fuisse *Vuillelmi Comitis Tolosani*, manifeste hallucinatum esse, indeque errandi ansam sumpsisse, quod aliqui Comites Tolosani, Willelmi nomine insigniti, fuerint etiam Comites Provinciæ Occidentalis, seu Comitatus Forcalquerii. Sed undecumque error ille processerit, *Constantiam* Reginam Willelmum primum Provinciæ Comitem patrem habuisse, & matrem *Adelaidem* cognomento *Blancam*, extra controversiam imposterum esse debet.

X. *Robertus post annum M. nupsit Constantia.* Cæterum *Robertum* Regem ante annum millesimum primum *Bertam* non dimisisse, demonstrat Labbeus in *Miscellaneis Curiosis*, ubi ex antiquo Cartulario Monasterii Fossatensis prope Parisios siti Chartam refert, in qua dicitur: *Suggerentibus dulcissima genitrice nostra Adelaide, atque conjuge nostra Berta. Acta publice Parisiaca urbe ann. Inc. Verbi millesimo,* Præterea Odo Monachus Fossatensis in Vita Burchardi Comitis ab anno MLVIII. scripta, ut ex eadem elicitur, & a Duchesnio Tom. IV. pag. 125 recitata, de Roberto Rege scribit: *Ipse quoque sua matris Adelaidi uxorisque Berta suggestionibus, &c. Francq tunc Cancellarius, postea vero Episcopus Parisii factus imaginem Regis imposuit. Factum est autem hoc in pradicta urbe anno Incarnat. Christi millesimo, indictione decima tertia, anno vero inclyti Regis Roberti duodecimo feliciter*, Tertio, extat alia Charta in gratiam Monasterii Burguliensis in Diœcesi Andegavensi positi, & ab Emma Theobaldi Comitis Carnotensis filia in fundo dotis suæ anno CMXC. conditi ut habet Chronographus Malleacensis, quæ *Bertam* mense Septembri anni millesimi primi nondum a Roberto Rege repudiatam fuisse ostendit. In fine enim ejus legitur: *S. Berta Regina S. Tetbaldi Comitis, S. Ottonis Comitis. S. Agnetis sororis eorum. Data mense Septembri Bleso castro anno Inc. Dom. millesimo primo, sive anno decimo (IV.) regnante Roberto Rege.* Fatetur Labbeus numerum IV. deletum esse. Sed ex anno Incarnationis evincitur Robertum Regem cum *Berta* divortium non fecisse ante finem mensis Septembris anni millesimi primi. [1] Denique Glaber lib. 3. cap. ult. annum quidem non determinat, sed asserit illud contigisse, *circa millesimum Incarnati Verbi annum, cum Rex Robertus accepisset sibi Reginam Constantiam a partibus Aquitania in conjugium.* Et paulo post vitia tunc in Gallias hujus matrimonii occasione inducta versibus exprimens canit:

Anno post dominum terris de Virgine natum
Milleno, gravibus homines erroribus acti,
&c.

Quare hoc Roberti cum Constantia conjugium anno MI. peractum (Poeta enim perfectum numerum adhibet): omnesque filii ex eo prognati post eum Christi annum in lucem prodiere. Suspicor tamen laudatam Chartam anno MI. scriptam, cui *Berta* Regina subscripsit, matrimonium Constantiæ non præcedere sed subsequi, & *Bertam* post divortium se semper *Reginam* appellasse, quod tamen eam titulo Regem in Actis publicis cohonestasse prorsus incredibile, licet id Beslius in Hist. Comit. Pictaviensium pag. 597. persuasum habue-

NOTÆ [1] JUvat hic in medium afferre literas Joannis XVIII. pontificis pro monasterio S. Florentii Salmuriensi signatas mense aprili, Indictione II. nempe anno 1004. In his enim permotum se dicit pontifex ad favorem monasterio præstandum precibus *Domna Berta Regina, ac filiorum ejus Theobaldi, & Odonis.* Ex his enim inferendum est, Robertum, de quo hic in Pagio anno illo nondum nuptias suas cum Berta solvisse. Alioqui enim vix credi potuisset a pontifice reginæ nomine insignitam fuisse. Quin & mirum videri debet, quomodo Joannes hanc feminam reginam appellarit, cum ejus connubium nullum infectumque prædecessor ejus declaraverit. Discas etiam ex hac charta Bertam ex priori matrimonio non Odonem seu Ottonem tantummodo, sed & Theobaldum genuisse. Extant literæ illæ in Historia Monasterii S. Florentii Salmuriensis vulgata a Martene veterum monumentorum tom. V. col. 1104. MANSI

ctione editis, ubi hæc verba:

IV. *Dum enim de eodem Rege eadem mulier concepisset: credens se parturam filium, peperit monstrum. Quæ res Regem perterruit: & librum repudii eidem mulieri dare compulit. Quo facto, absolvi eam tota suo meruit Regno.* Hæc ibi. Helgaldus monachus, qui vitam ejus fidelissime scriptam habet, dum comparat eum Davidi peccanti, sicut illum per Nathan, ita hunc per Abbonem sanctum Abbatem revocatum ad pœnitentiam tradit, dum ait: *Istum æque per dominum & venerabilem Abbonem Floriacensium a Deo prælectum Abbatem, nunc Christi fovente gratia, miraculis coruscam, spreta mortis formidine, duro increpatum privatim & publice: Cujus sancti viri increpatio tam diu perstitit, donec Rex mitissimus reatum suum agnosceret, & quam male sibi copulaverat mulierem, prorsus derelinqueret, & peccati maculam grato Deo satisfactione dilueret.* Hæc Helgaldus Floriacensis monachus. Porro quam pius, quam sanctus idem Rex usque ad obitum perseveraverit, idem auctor texens res ab eo preclare gestas enarrat.

V. ☞ Quod rursus ad Abbonem spectat Floriacensem (a) Abbatem constat ex Aimoino, qui ejus vitam conscripsit, monacho Floriacensi tunc vivente, ipsum a Roberto Rege Francorum ad Gregorium Papam esse missum; quid autem per ipsum gestum sit, ab eodem auctore sic accipe: *Porro paucis labentibus annis occasio se præbuit, ut rogatu ac precibus gloriosi Regis Roberti, Romuleam expedaret ad Urbem. Præcipua vero earum pro quibus directus est causarum, hæc fuit: Quia Arnulphus Rhemorum Archiepiscopus absque justa audientia sede sua privatus, custodiæque fuerat mancipatus. Ob hoc Gregorius, qui Johanni in Apostolica successerat Sede, non solum nobilitate genere, verum etiam probitate clarens mentis, toti regno Francorum Anathema se invecturum comminatus est. Hac igitur ex re Italiam repetere servus Christi Dei cogitur. Et quamvis mole corporis gravaretur (nam in transmarinis regionibus peregrinorum ciborum insuetata qualitas, decoctaque potionis haustus, corpus ejus pingue reddiderat:) nequaquam tamen labore fatigabatur. Nec vero ipsa ejus pinguedo ullam ei ingerebat dehonestationis maculam. Et cupidus pacis cum foret, leve ducebat omne genus defatigationis, dummodo eum repeteret virum, per quem, fama vulgante audierat, ad pristinum posse statum religionis resurgere normam. Profectus ergo, Romana iterato ervisit mœnia, ubi eo quem quærebat, nequaquam reperto, per concava vallium, per prærupta montium investigans: tandem in finibus Spoletanorum invenit. Cumque se invicem duo Ecclesiæ lumina conspexissent: gaudio ultra quam credi possit, gavisi magno, in mutuos eunt amplexus. Et prior veri humilitatis custos Abbo, salutatoria a parte Regis depromit verba. Tum sacerdos vere Apostolicus, reddita benedictionis recompensatione, ait beato viro: Bene te advenisse gaudeo fili Ecclesiæ, vestitusque ut comperi, custos ardentissime. Etenim surdus de te rumor meas expleverat aures, te tam divina, quam humana pollere sapientia; nec qualibet amicitia a jure æquitatis abduci posse. Vere fateor, me jamdudum desiderasse tuum intueri vultum; tuo concupivisse amicabiliter perfrui alloquio. Fruamur ergo cupitis sermocinationibus, alternisque divinarum atque mundanarum lectionum aliquamdiu mentem relevemus studiis. Porro unum te volo nosse, legationem tuam me benigne suscipere: & quæque suaseris, me facturum fore. Tuum autem est petere, meum vero petitis pro posse assensum præbere. Novi namque, nihil te contra jus fasque postulaturum, ac ideo, me tibi contraire, scio non esse æquum. Post hæc verba, omnibus ei collatis victui necessariis, ad hospitium jussit abire. Sicque octo ferme diebus cum detinuit, & frequenter convivio suo*

(a) Bibl. Flor. edit. a Joan. a Bosco Celest. t. 11. p. 327.

Abbo abbas Floriac. a Roberto Rege ad Greg. Pap. missus.

PAGIUS buerit, non advertens errorem cubare in Epitaphio Hugonis Regis Roberti filii, quem anno MXXVIII. emendabimus.

XI. A num. IV. ad VIII. Aimoinus Floriacensis Monachus in Vita Sancti Abbonis Floriacensis Abbatis & Martyris, cujus magna pars extat apud Duchesnium Tom. IV. duas Abbonis profectiones Romanas memorat, quarum prior anno CMXCV. post Synodum Remensem celebratam ab eo suscepta: *Eximius Abbas Abbo*, inquit Aimoinus, *condigno apparatu Romam proficiscitur, Privilegia Ecclesiæ sibi commissa corroboraturus, immo renovaturus. Sane non qualem voluit, aut qualem debuit Sedis Apostolicæ Pontificem nomine Joannem* (XV. sc.) *invenit; nempe turpis lucri cupidum, atque in omnibus suis actibus venalem reperit. Quem execratus perlustratis orationis gratia Sanctorum locis, ad sua rediit.* Meminit hujus profectionis ipsemet Abbo in Epistola a se ad Leonem S. Bonifacii Abbatem quem Remis Sedis Apostolicæ Legatum viderat, scripta. In ea *Leonis* eloquentiam summe extollit, aitque eum sibi suam operam obtulisse, ut Privilegiorum Floriacensi monasterio concessorum confirmationem a Joanne XV. impetraret: *Caritas*, inquit Abbo, *quæ est vinculum perfectionis, dum nos ambos Remis positos conglutinaret labiis privata collocutione, tot oratorios rivos, tantos Sancta Scriptura favos bono zelo fulminea lingua vestra eructavit coram & secreto, ut exclamans compellar dicere:* „ Diffusa „ est gratia in labiis tuis. Propterea benedi„ xit te Deus in æternum. *Dum ergo ad talio*

Prima profectio Romana S. Abbonis Abbatis Floriac.

suo eum adsciscens; cunctis, pro quibus ierat, libens annuit.

Tunc vero sollicitus pastor Abbo, memor utilitatis loci quem regebat, privilegium illi Apostolicæ utilitatis fieri rogavit. Quod Deo dignus Papa tam favorabiliter largitus est, ut non solum nullum pecuniæ quæreret lucrum, verum Thymiamate, ac Planeta, qua inter Missarum uteretur solemnia, donatum, eumdem Dei famulum gaudentem, ad proprium remisit solum. In ea sane privilegio, & inter alia continetur, ut Episcopus Aurelianensis, nisi invitatus, Floriacum nequaquam adeat cœnobium. Neve unquam quilibet pontificum eidem monasterio divinum interdicat officium, etiam si tota Gallia ob populi peccata anathematis feriatur vindicta a Sede Apostolica. Sed ne quis eos (domnum dico Apostolicum, & Abbonem sanctum) existimet in hoc facta contraria regulis sanctorum sensisse Patrum: necessarium nobis visum est ex epistolis Magni Papæ Gregorii pauca de pluribus hic exempla inserere, in quibus exquirendis pia huic beata viro semper fuit intentio. Sciebat namque illum numquam vel sensisse, vel scripsisse contra canonum decreta. Addit his complura ex Gregorii Registro exempla, quibus confirmarentur, quæ a Rom. Pont. obtinuisset. Istis vero recitatis hæc subicit:

Privileg. abbatiæ Floriacensi a Greg. Papa concessum.

Verum de his satis dictum, nunc cœptæ narrationis ordo repetatur. Regressus itaque honorabilis Abbo ad Regem, a quo missus fuerat: cuncta pro quibus ierat, perfecta nuntiat: Arnulphum Rhemensem custodia exemptum pontificatui restituit: pallium illi a domno Papa directum reddidit. Post hæc, per internuntios ipsi venerabili Apostolico domno Gregorio amicabiles plenasque reverentia dirigit litteras, in quibus innotescit, se cuncta, uti jusserat, perfecisse. Quarum istud est exordium: Domino semper in Christo venerabili sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis Præsuli, ac ideo universalis Ecclesiæ Doctori, suus illius Abbo Floriacensium rector in Christo salutem. Sæpius contingit, ut puritas integræ veritatis vacillet sententia malefidi interpretis. Quod ergo, venerabilis Pater, cavens, vestri animi sensa fideliter simpliciterque, ut præcepistis, deprompsi: nec animositatem Regis perhorrui, dum fidem, quam vobis promiseram, ex asse servavi. Quandoquidem nihil addidi, nihil minui, nihil immutavi, nihil reliqui. Horum omnium ipse Arnulphus e custodia liberatus, & absolutus, testis, est cui vestrum pallium coopertum obtuli, quomodo illud acceperam ex sanctis manibus vestris. Meminit & in fine earum, Planetæ ab ipso sibi datæ, ita inquiens: Nam liberalitatis vestræ memor, ut servus Domino gratias refero, qui inter Missarum solemnia, munere vestro usus Planeta, vestri nullo modo oblivisci valeo in meis oblationibus. Cæterum vobis semper parere decrevi, cujus Apostolatum Deus custodiat in æterna pace. Hæc Abbo, qui ea perfunctus legatione Robertum Regem reddidit religioni obsequentissimum. ☞

Abbonis ad Greg. Papam litteræ.

VI. Insuper hoc eodem anno, scilicet duo de millesimo (ut a Glabro (a) ponitur) novis motibus contigit Galliam agitari cum S. Odilonis virtus innotuit. Quinam isti fuerint, ab eodem auctore sic accipe: *Sequenti*, inquit, *denique anno ascendit Robertus Rex in Burgundiam cum magno exercitu pugnatorum, ducens etiam secum Richardum Rothomagorum Comitem cum triginta millibus Northmannorum, quoniam Burgundiones ei fuere rebelles, nolentes eum suscipere in civitatibus & castris, quæ fuerant Duces*

(a) Glab. l. 3. c. 8.

PAGIUS *lia rutilantium verborum fulgura stupui, coactus sum deinceps ubique confiteri vos tonitruum esse Spiritus sancti, qui super Apostolos in igneis linguis descendit. Qui etiam vos ardentem rumpheam ad secandos improbos de templo suo septem donis gratiarum decenter elimavit. Inter hæc tandem erectis animi luminibus Solares vestræ eloquentiæ radios aquilinis oculis conspicere volens; & sicut ait Ecclesiastes, frater fratrem adjuvans, quasi civitas munita & fortis baculum robusti adjutoris & columnam inseparabilis amicitiæ, vos in æternum, si placet habere decrevi.*

XII. *Paulo post subdit: adjecit insuper vestra incomparabilis bonitas, quod si nos urgeret super re domestica aliqua voluntas corroborare nostra Privilegia per Romanæ auctoritatis stylum Apostolicum, vos in omnibus & per omnia nostri fore fidelissimum collaboratorem. Hæc autem omnia perficere voti erant, quando magnifica Principis Apostolorum, membra supplex adii; sed Romanam Ecclesiam digno viduatam pastore, heu proh dolor offendi. Vestra autem absentia profiteor ita affectus sum, sicut solet affici fetus gallinæ conquerens raucis vocibus abstractum esse unicum matri suæ præsidium.* Roma itaque aberat Leo Abbas Sancti Bonifacii, quando illuc Abbo pervenit. Edidit eam Epistolam Baluzius Tom. I. Miscell. & in Præfatione refert se eam reperisse in veteri Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, *ad L. Abbatem Toldeasem* inscriptam, cum qua inscriptione eandem ipsemet etiam publicavit. Verum ex ejus lectione manifeste apparet, Epistolam ad Abbatem monasterii Sancti Bonifacii Romæ positi, non vero ad Abbatem monasterii Sancti Bonifacii in Germania siti, cui hoc tempore nullus Leo præerat, missam fuisse. Sed Librarii inscriptiones literarum non raro augent, minuunt vel corrumpunt. Porro Baluzius recte laudata Abbonis verba explicat, atque Abbonem non ita intelligendum esse ac si Sedem Apostolicam Pontifice vacantem reperisset, cum certum sit, Joannem XV. sedisse tum in cathedra beati Petri. Itaque scripsit Abbo se Romanam Ecclesiam digno viduatam Pon-

Hujus profectionis ipsemet meminit in Epistola ad Leonem Abb. S. Bonifatii.

cis Henrici ejus videlicet avunculi, quin potius sibi in proprias divisere partes. Deveniens quoque Rex primitus cum omni exercitu civitatem Autisiodorum, eam obsidione circumdedit. Qui diu ibi crebris assultibus fatigatus recedens, non adversus eam prævaluit, quæ fertur nunquam fraude vel hoste fuisse * *decepta. Relicta namque civitate, Rex cum universo bellico apparatu convertit se ad castrum beati præsulis Germani expugnandum, quod munito aggere præpollens, hæret civitati: vallaverat enim illud Landrici Comitis exercitus, necnon ejusdem loci familiares viri hostium siquidem metuentes sacri gregis diremptionem. Occurrit interea furenti Regi Odilo venerabilis Abbas Cluniacensis monasterii, cupiens intervenire inter partes utrasque sic quidem ut Regi exhiberetur honorificentia, solidaretur concordia Principum, pax patriæ firmaretur. Qui minus posse fieri cernens quod decreverat: hortabatur Fratres illo tantummodo, qui ad Confessoris custodiam relicti fuerant (nam cæteros cum suo Abbate Hilderico nomine jussio Regis inde exire compulerat) ut orationi instarent assidue, si forte Domini pietas eos, pariterque locum a tanta obsidione dignaretur eripere.*

* capta

Sexto igitur obsidionis die illucescente, nimio Rex arreptus furore, indutus lurica simul & galea, omnemque exercitum dictis acuens, habens etiam secum Hugonem ejusdem urbis pontificem, solum ex omni Burgundia parti Regis faventem. Eidem namque Regi in procinctu jam constituto occurrit supradictus Abbas Odilo, illum increpans, ejusque primates redarguens, cur adversus tantum Dei pontificem scilicet Germanum hostili manu insurrexissent, cui specialiter (ut in Gestis illius invenitur) usui fuit, Dei auxilio, & bella compescere plurima, & Regum ferocitati resistere. Cujus verbis minus auditum præbentes, quo tendebant, pervenerunt, cingentesque supradictum castrum in coronæ modum, certatim illud expugnaturi prœlium inierunt. Alternis quoque partibus diu multumque decertantibus, domus suæ parti, Dei subito affuit præsens auxilium. Nam ejusdem castri universa capacitas ita repleta est hora prœlii teterrima nebula: ut nemini hostium a foris pervius foret jaculandi aditus, cum ab intro repugnantibus cernerent se gravi cæde prosterni, sicque cum suorum maxime Northmannorum concisione dimiserunt castrum incolume: quos licet tarde, pœnituit adversus magni meriti locum arma sumpsisse. Contigit etiam ut hora, qua Regis exercitus adversus locum sacrum certamen inire cœpisset, vir religiosus Gislebertus, ejusdem loci monachus super altare beatæ Mariæ semper virginis, quod decentius cæteris in vertice ejusdem constat Ecclesia (quemadmodum hora diei tertia quotidie consueverat) Missarum sacramenta celebrare inciperet: quod scilicet factum satis cælitus præstita congruit victoria. Sequenti igitur die egrediens Rex inde processit, igne cremando res hominum præter civitates, & castra tutissima usque ad superiores Burgundiæ partes: qui Franciam rediens, post hæc tamen licet tardius ad se re-ver-

PAGIUS

Pontifice offendisse, quia non putabat Joannem dignum esse tanta Sede. Quam viri doctissimi interpretationem certam esse ostendit Aimoinus citatus. Baronius, qui hanc Epistolam non vidit, anno CMXCII. num. XXIV. citata Aimoini verba refert, atque Abbonem ignorasse *Crescentium* tunc Urbis tyrannum ex omnibus Pontificiis actibus pecuniam corrasisse, idque fecisse nomen Joannis Pontificis, apud omnes ad Urbem accedentes peregrinos, ejusmodi infamia laborare.

XIII. *Secunda profectio Romana Abbonis Arnulfi causa suscepta.*

Secunda profectio Romana Abbonis recte hoc anno a Baronio consignata; ex verbis enim Aimoini, quæ refert, innotescit Hugonem Galliarum Regem tunc mortuum fuisse, & Robertum filium solum regnasse; Hugonis vero mors die XXIV. Octob. superioris Christi anni contigit. Hujus posterioris profectionis causam nos edocet ipsemet Aimoinus, quia, inquit, *Arnulphus Remorum Archiepiscopus absque jussu sua audientia sede sua privatus, custodiaque fuerat mancipatus. Ob hoc Gregorius, qui Joanni in Apostolica successerat sede, non solum claritate generis, verum etiam probitate clarus mentis, toti Regno Francorum anathema se invecturum comminatus est.* Paulo post Aimoinus scribit: *Regressus itaque honorabilis Abbo ad Regem* (nempe Robertum) *a quo missus fuerat: cuncta pro quibus ierat, perfecta nunciat: Arnulfum Remensem custodia exemptum Pontificatui restituit: Pallium illi a domno Papa directum reddidit* (nempe Arnulfo). *Post hæc, per internuncios ipsi venerabili Apostolico domno Gregorio amicabiles plenasque reverentia dirigit literas, in quibus innotescit, se cuncta, uti jusserat, perfecisse.* Recitat eas Abbonis ad Gregorium Papam literas Baronius ex Aimoino, cumque an. CMXCV. num. XII. Hugonem Regem Arnulfum de carcere eductum in Ecclesiam Remensem restituisse jam scripserit, vel credidit *Arnulfum* in carcerem a Roberto Rege post patris mortem rursus conjectum fuisse, vel hoc anno non meminit eorum, quæ ibidem scripserat. Parte altera Cossartius Tom. IX. Concil. pag. 751. cum solum legisset quæ Baronius de Arnulfo e carcere ab Hugone Rege educto scribit, hunc errorem ex eo refellit, quod Aimoinus & Abbo, quorum verba recitat, testentur *Arnulfum* nonnisi triennio post Concilium Rhemense e carcere solutum esse. Verum hoc ultimum non solum non negavit Baronius, sed etiam ex Aimoino & Abbone probavit, ideoque si Baronius memoria lapsus non sit, in eo tantum peccavit, quod *Arnulfum* bis e carcere eductum fuisse existimavit.

Papebrochius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Historicum, ubi de *Joanne* XV. Papa fee- XIV.

versis Burgundionibus, prospere universam obtinuit regionem. Hucusque Glaber.

VII. Quod autem Richardi Comitis Rothomagensis, ac principis Northmannorum Robertum Regem sequentis mentio facta est, primi ejus nominis Ducis: hic opportune de hujus temporis statu Ecclesiæ Northmannorum eorumque principum religione Christiana, ex eodem auctore dicendum est, qui ait: (a) *Indeque orti* Northmannorum *Duces excellentissimi, Guillermus videlicet; atque post ipsum quinque denominati paterno seu avito jure, Richardi. Illorum quippe Ducaminis principatus fuit metropolis civitas Rothomagorum. Cum igitur prædicti Duces ultra cæteros viguerint militiæ armis: tam perinde præ cæteris gratia communis pacis ac virtute liberalitatis. Nam omnis provincia, quam illorum ditioni subitei contigerat, ac si unius consanguinitatis domus vel familia inviolatæ fidei concors degebat: nempe furi ac prædoni apud illos comparabatur, quicumque hominum in aliquo negotio plus justo vel falsum quidpiam venundandum mentiens subtrahebat alteri. Egenorum quoque & pauperum, omniumque peregrinorum, tamquam parentes filiorum, curam gerebant assiduam. Dona etiam amplissima sacris Ecclesiis pene in toto orbe mittebant, ita ut etiam ab Oriente, monte scilicet denominatissimo Sina, per singulos annos monachi* Rothomagini venientes, qui a prædictis Principibus plurima redeuntes auri & argenti suis deferrent xenia. Hierosolymam vero ad sepulcrum Salvatoris centum auri libras, Secundus misit Richardus; ac quosque cupientes illuc devote peregrinare, donis juvabat immensis.* Hæc de primitiva Northmannorum in Galliis consistentium Ecclesia Glaber.

(a) Idem lib. 2. c. 5.

* Rothomagum

VIII. *Arabes profligati ab Hispanis.* Quod vero ad statum pertinet rerum Hispaniarum, in hunc usque diem sub Veremundo Rege magis ac magis labefactatæ miserando interitu ita fuot attritæ atque prostratæ, ut amisso Legionensi Regno, & Gallæciæ civitate Compostella excisa, & Ecclesiis dirutis, vix sepulcro sancti Apostoli Dei virtute illæso servato, in ultimum discrimen essent adductæ: cum exiguæ vires Christianorum Principum in unum collectæ, quæ bellis civilibus non disjunctæ tantum, sed mutuis confectæ cædibus debilitatæ admodum fuerant, adversus Almanzorem Regem Arabum numerosissimo pollentem exercitu non restitere tantum, sed & superavere quam felicissime, desideratis ex peditibus ejus (ut ipsæ Maurorum produnt historiæ) septuaginta millibus, equitum vero quadraginta millibus. Cum & ipse exercitus dux ex desperatione abstinens cibo, noluit tantæ acceptæ cladi esse superstes. Nulla hac victoria gloriosior, vel cessit utilior, vel opportuniori tempore a Deo concessa est, ut tum veteres, tum recentiores affirmant. Porro ipse Rex Veremundus anno sequenti decessit, multis bonis operibus pro suis expiandis delictis ante præmissis, quod & ejus sepulcri inscriptio, licet perbrevis dicere non prætermisit, quæ sic se habet:

H. R. REX VEREMVNDVS ORDONII. ISTE IN FINE VITÆ SVÆ DIGNAM DEO POENITENTIAM OBTVLIT, ET IN PACE QVIEVIT. ÆRA M. XXXVII.

Successit autem Veremundo anno item sequenti ejus filius Adolphonsus ejus nominis V. puer annorum quinque. Quæ autem post hæc contigerint, sequens Tomus suis locis significabit. IX.

Pot-

PAGIUS *In Epistola ad Leonem Abbatem prioris tantum profectionis mentionem facit.*

sermonem habet, scite advertit Epistolam Abbonis a Baluzio publicatam datam non esse ad Leonem Abbatem Fuldensem, sed ad Leonem Abbatem Sancti Bonifacii. Verum perperam tradit, *Abbonem* in ea Epistola indicare se vacante per Joannis XV. mortem Sede Romam pervenisse, & hujus profectionis præcipuam causam videri Arnulfi restitutionem, ideoque Baluzii explicationem non esse admittendam. Nam duas profectiones Romanas *Abbonis* in unam confundit, neque animadvertit ipsummet Aimoinum diserte asserere Abbonem a Joanne XV. petiisse confirmationem Privilegiorum monasterii Floriacensis, & Abbonem in sua ad Leonem Abbatem Epistola indicare Gregorium V. nuper Pontificem Romanum renunciatum se se accepisse: *Nuper audivi*, inquit, *nuncium quod me lætificavit super aurum & topazium, erectum esse Apostolicum decus per quemdam Imperialis sanguinis virum* (ut erat Gregorius V.) *totum virtutibus & sapientia compositum*. Quare hæc Abbonis Epistola ante secundam ejus profectionem data ad Leonem Abbatem ideoque ea nihil commune habet cum restitutione Arnulfi & cum secunda profectione Abbonis.

XV. *Victoria Veremundi Regis Hisp. ejusque mors.* Ad num. VIII. & seq. Victoria a Veremundo Legionis Rege, Garsia Navarræ Rege hujus nominis III. *Tremulo* appellato, & Garsia Fernandi Comite Castellæ, de Almanzore Prorege Iseni Hispaniarum Caliphæ, anno incerto reportata. Rodericus lib. 5. de Reb. Hisp. cap. 16. eam his verbis refert: *Rex Veremundus tandem hostibus legationem misit Garsia Fernandi Comiti Castellano, & Garsia Tremuloso Regi Navarrorum, ut obliti injuriarum ad agenda prælia fidei fœderati insimul convenirent. Quod audientes Rex Garsias misit exercitum, Comes Garsias Fernandi personaliter cum sua multitudine & Rex Veremundus, licet Podagricus, gestatus humeris bajulorum, collecta potentia regni sui omnes insimul convenerunt, & in loco quodam, qui Arabice Calacanazor, Latine autem dicitur Vulturum altitudo, Almanzor venienti cum suis Arabibus, ut Castellam invaderet, occurrerunt, cumque se se mutuis cædibus invasissent, maxima pars cecidit de exercitu Agareno, tamen noctis tenebris intercepti, neuter neutri cessit*

cam-

X. Porro autem vix credi potest, quantum contulerit semper pietas ad hostes Fidei profligandos, in quo genere cum plura sint superius exempla narrata, illud quod his temporibus sub Garsia Fernando Castellæ Comite adversus item Arabes pugnante accidit, est dicendum. Etenim cum ejus principatus initio adversus hostes confligeret apud Gormatium oppidum, pietate ac fide nobilis viri Ferdinandi Autolini, exercitus hostium est profligatus, pugnante sub ejus specie Angelo. Nam cum ille moraretur in Ecclesia illic posita, ut precibus suis victoriam impetraret; ignaviæ illi ab æmulis tributum est, quod timore perculsus, securitatis causa templum adiisset. Sed Deus manifestis voluit signis ostendere, pietate potius, quam armis parari victoriam. Siquidem sub specie ejus visus est Angelus ante alios fortiter prœliari, hostes sternere, in fugam adigere, adeo ut ea victoria ipsi tributa fuerit, cujus equus & arma invenirentur divino miraculo sanguine esse conspersa, jaculatus tamen cum ipse esset non missilibus, sed precibus in hostes. Porro ipse Garsias Fernandus pervenisse reperitur usque ad annum Redemptoris millesimum quintum, uti veteres rerum Hispaniarum scriptores produnt.

Pietas vincit hostes.

XI. *Hoc eodem anno* (Ditmarus ait) *decimoquarto Kal. Januarii Tertii Ottonis Imp. avia, Primi vero Ottonis uxor gaudens moritur, ædificata civitate Olsa, collectis ibidem monachis. Cujus fideli servitio justa recompensans præmia Dominus, ad tumbam ejus plurima hodie operatur miracula.* Hæc Ditmarus hujus temporis scriptor.

XII. Inter hæc autem Imperator Romam cogitans cum Mutinam pervenisset, juxta ipsam, in villa Amula dicta hospitio susceptus est. Accidisse autem tunc ipsi ea (a) tradunt quæ magna admiratione digna metro scripsit Gotefridus Viterbiensis, nempe coactum fuisse, id justitia ab eo exigente, Augustam uxorem suam, Mariam nomine, filiam Regis Aragonum, necis Comitis innocentissimi ream, publice cremandam judicare. Conjecit enim femina procax oculos in dictum Comitem virum integerrimum, forma pulcherrimum: quæ a viro castissimo passa repulsam, illum de pertentata pudicitia calumniose accusavit apud Imperatorem, qui facile nimis adhibens finem ipsi, Comitem morte damnavit. Quem cum capite amputatum audisset ejus uxor, magna audacia, quam pudoris nescius dolor ministravit abunde, Ottonem convenit pro tribunali sedentem, clamans de nece justissimi viri vindictam, projectoque capite viri in medium, ipsum imperatorem reum sanguinis innocentissimi apud ipsum jura reddentem accusat. Probationem per contrectationem ferri candentis, veritatis indicem offert, consentit ille, paratur ignis, ferrum candens exhibetur, mulier conscia innocentiæ viri sui, arripit illud illæsa, contrectat inusta, quia justa, stringit ut flores ignitum metallum, quo solum exuruntur præcordia ipsius Imperatoris. Cui tunc insultans victrix femina, vindictam in Imperatorem a gladio exigit imperantis. Fatetur ille culpam, nec refugit pœnam, spondens jugulum, sed poscit inducias. Interim proceres accurrunt, pro vita feminam exorant Imperatoris, sed frustra diu laboratum, at tandem ea est conditione transactum, ut auctrix sceleris Augusta, ex qua causa processerat viri necis, flammis comburenda daretur. Quo facto, suam redemit vita justissimus Imperator, qui eam-

dem

Justum judicium justissimi Imperatoris.

(a) Crant. in Sax. l. 4. c. 36. Gotefrid. Chron. p. 17. in Ot. III.

PAGIUS *campum, & tanta strage comperta suorum bellum in crastino timuit restaurare. Unde de nocte fugiens cum venisset ad vallem Borgecorexi, dolore vexatus animam exhalavit, & ad Medinam, quæ Cœlum dicitur, est delatus. Cumque dies crastina illuxisset exercitus Christianus putavit Arabes ad prælium reversuros, sed cum tentoria vacua hominibus conspexissent, ipsa tentoria & suppellectilem & spolia varia occuparunt. Comes autem Garsias Fernandi viriliter insecutus eos, qui eadem evaserant, fere usque ad internecionem delevit. Almanzor autem, qui semper invictus fuerat, tanto dolore prosternitur, ut a die prælii neque cibum neque potum sumserit, donec diem conclusit extremum.* Veremundus anno sequenti obiit *Era MXXXVII.* ut refert Baronius ex ejus Epitaphio, relicto filio quinquenni, *Adelphonso* hujus nominis V. appellato. Et tamen idem Rodericus in Hist. Arabum cap. 31. ait, Almanzorem mortuum esse *an. Arabum CCCXCIII.* anno Christi MII. inchoato. Quare numeros in Historia Arabum corruptos esse oportet.

XVI. Ad num. XI. Baronius memoriæ lapsu recitat hic *S. Adelhaidis* Imperatricis mortem, quam postea fuse narrat anno millesimo, de qua ideo ibi agemus, licet ea anno CMXCIX. contigerit.

Mors Adelhaidæ Imp.

XVII. Ad num. XII. Otto III. Imperator anno superiori secunda vice Romam venit, nec ante initium anni millesimi inde digressus est. Krantzius lib. 4. Histor. Sax. cap. 36. & Gothefridus Viterbiensis narrant de *Maria* Imperatrice Aragoniæ Principis filia; quod cum per urbem Mutinensem Imperator transiret, eaque a Comite quondam forma pulcherrimo repulsam passa esset, eumdem de pertentata pudicitia apud Imperatorem accusavit, hicque Comitem morti damnavit. Quem cum capite truncatum audisset ejus uxor, *Ottonem* pro tribunali sedentem convenit, virique projecto in medium capite ipsum Imp. apud eumdem ipsum jura reddentem accusavit, & probationem per ferri candentis contrectationem obtulit quod cum prorsus illæsa contrectasset, vindictam in ipsummet Imperatorem ab eodem

Otto III. numquam uxorem duxit.

ex-

dem donatam tribus castris, solutus ipse ac liber subeundi supplicii, eam abire rogavit. Hoc tantæ tragœdiæ est argumentum, quod (ut dictum ast) Viterbiensis Gotefridus carmine cecinit, alii vero soluta oratione scripsere.

Inde ad Samnites se contulit, ut Principes Longobardos in officio contineret. Tunc accidit, ut religionis ergo ad Cassinense Monasterium se conferret, cui tunc præerat Joannes vir egregiæ sanctitatis, cujus præfecturæ divinitus ipsi creditæ hic erat annus primus, & incipiebat secundus. De quo Leo Ostiensis: *Hic primo ordinationis suæ anno præ-*

ceptum confirmationis ab Ottone III. Imperat. suscepit aureo sigillo bullatum. Quo etiam tempore idem Imp. hic per dies aliquot remoratus duas argenteas coronas obtulit beato Benedicto. Hæc Leo.

XIV. S. Herebertus Coloniensis Episc. Eodem quoque tempore idem Imperator Beneventi cum esset, venit ad eum Herebertus vir sanctissimus, electus Archiepiscopus Coloniensis, ut ex more investituram acciperet ratione feudorum, quæ idem Antistes ex fisco Regio possideret: qua accepta, idem Romam se contulit, & pallium a Gregorio Papa suscepit. Testatur hæc (a) Rupertus Abbas Tuitiensis in vita ipsius: qui cum di-

(a) Rup. in vita S. Herebert. c. 10. ap. Sur. 16. Mart. t. 2.

PAGIUS exegit. Fassus ille culpam tandem ea conditione transactum est, ut Augusta flammis combureretur. Quo facto vitam suam redemit Imperator, qui insuper viduam tribus Comitis castris donavit. Quæ Historia si vera alliganda esset cum anno CMXCVI. quo Otto primum in Italiam venit. At is anno CMXCV. uxorem quærebat. Quare matrimonium ejus cum Maria Aragoniæ eo magis commentitium, quo omnibus Antiquis ignotum. [1]

XVIII. *Finis Schismatis.* Chronographus Magdeburgensis MS. postquam anno superiori de invasione Sedis Apostolicæ per Joannem Placentinum facta sermonem habuit, subdit: *Anno Domini CMXCVIII. Imperator tantis præsumptionibus compertis, secundam profectionem paravit in Italiam. Cui venerabilis Papa Gregorius Papiæ obviam factus dum ei pessima Joannis & Crescentii narrasset gesta, ille diu divino commotus zelo Romam quantocius perrexit cum Apostolico. Quod audientes præfati ministri Sathanæ Joannes quidem fugam iniit, Crescentius vero præsidii quod, veterem Romam & Leoninum attingit castellum se cum suis inclusit. Tunc quidam, non tantum Imperatoris, quantum Christi amici, insequentes Joannem comprehenderunt eum: sed timentes, ne si eum ad Augustum destinarent, impunitus abiret, linguam ei & nares amputarunt, oculosque pariter eruerunt. Hoc itaque mulctata divinitus, domnus Papa Gregorius sedem Apostolicam honorifice recepit, eumque usque ad obitum suum libere insedit. Imperator igitur Romam adveniens sanctissimam illic Christi Resurrectionem celebravit, statimque post Albas scalis scalis & machinis arcem, quam Crescentius insederat, hactenus omnibus inexpugnabilem, fortiter expugnat: illumque captum decollari, & e summo præcipitatum in patibulo pedibus jussit suspendi.* Verum in hoc fallitur hic Auctor quod Imperatorem hoc anno secundam in Italiam profectionem suscepisse tradat; cum ab anno superiori, quo in Urbem se contulit, illinc nonnisi post triennium discesserit, & ter tantum Romæ fuerit.

XIX. Finem vero schismatis a Joanne Pseudo-Papa excitati his verbis narrat Chronographus Hildensheimensis ad hunc Christi annum: *Prædictus invasor Joannes ab Imperatore cæcatus, & truncatus, deponitur, & Crescentius decollatus cum XII. suis ante Urbem suspenditur.* Idem habet Lambertus Schafnaburgensis in Chron. ad hunc Christi annum. Quod cum in Quadragesima die secunda Martii hoc anno inchoata acciderit, ut tradit Auctor Vitæ Sancti Nili Hegumeni, cujus verba recitat Baronius anno 996. ubi a num. XIII. ad XVI. de hoc schismate verba facit, apparet ejus initium mense circiter Maio superioris Christi anni recte a nobis collocatum fuisse; cum in Catalogis huic Joanni menses decem attribuantur. In Catalogis in quibus hic Joannes cum numero exprimitur, Joannes XVII. vocatur, Joanne scilicet Roberti filio in censum relato, & Joanne XVI. appellato. Verum cum Joannes Gregorii V. Decessor se ipsum Joannem XV. in suis rescriptis nominarit, eumque ita vocandum esse suo loco diximus, Joannes iste, licet Antipapa, Joannes XVI. appellandus, quod duo subsequentes Pontifices ejusdem nominis ejus aliqualem rationem habuerint, alterque Joannem XVII. & alter Joannem XVIII in suis rescriptis se nuncuparit. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico id optima ratione ab utroque factum recte existimat. Licet enim, inquit, non fuerit, unquam verus Pontifex hic Joannes XVI. tamen extabant sub eo nominis numero sparsæ toto Orbe, pro occasionum diversitate, Epistolæ, ac Bullæ: quæ ne cum veri deinde Pontificis actis confunderentur, si hic quoque diceretur XVI. necesse habuit Silvestri II. Successor permittere, ut vocaretur Joannes XVII. Quod nos etiam faciemus, ne si cum Baronio & recentioribus passim velimus, expuncto hoc Pseudo-Papa, sequentium Pontificum numerum imminuere, publicis ac privatis eorundem ac sequentium temporum actis adversemur.

Joannes Antipapa deponitur & Crescentius decollatur.

XX. *S. Heribertus anno sequenti creatus Archiep. Coloniæ.* Ad num. XIV. Otto III. tam in secunda sua profectione Romana, quam in tertia sæpius *Beneventum* venit, ut ex Leone Ostiensi lib. 2. cap. 22. & seqq. aliisque colligitur. In ea urbe fuit sequenti Christi anno, quo *Sanctus Heribertus* ejus Cancellarius electus & con-

NOTÆ [1] NUm Otto III. uxorem habuerit, vel secus, quæstio est quidem anceps, sed neminem ex antiquis conjugium Ottonis asseruisse prorsus fictitium est; cum Landulphus Senior, cujus vulgata est historia a Muratorio Rerum Ital. to. 4. lib. 2. cap. 18. id affirmando scripserit. *Erat Otto Ottonis II. filius, a consilio conjugali, mortua conjuge, ex qua sibi filium masculum minime genuerat, alienus.* Vivebat Landulphus sæculo undecimo declinante, MANSI

cat id factum triennio ante Ottonis obitum, utique ad hunc vel potius sequentem annum sunt referenda.

XV. Quod ad res spectat Orientis, sub hoc anno (a) Curopalates Joannis Malaceni accusati apud Basilium Imperatorem, quod Bulgarorum partibus favisset, narrat historiam, eumque ab eodem vocatum tradit Constantinopolim: quæ autem sequuta fuerint, absolutus ne, an condemnatus, silentio obvoluta reliquit: sed in rebus gestis S. Niconis, de quo plura superius, egregia de his narratur historia, his scilicet verbis: *Lacedamonem vix redierat sanctus Nicon, & vera philosophia monasterium suis redditas tenebat: cum paucis post diebus, quoniam invidia quiescere nescit, ab improbis quibusdam, malevolisque hominibus per calumniam accusatus est Joannes ille Malacenus nobilitate generis ac splendore, nec non summa sapientia laude non inter Lacedamonios modo, verum etiam tota Hellade ac Peloponneso facile princeps: accusatus autem apud eum, qui tum Imperii sceptris potiebatur, Basilium scilicet Romani minoris filium, Regum omnium fortunatissimum, cujus & vita illustris & Imperii spacium longissimum fuit, & victoriæ & trophæa de hostibus quamplurima, per quem & Bulgaricæ gentis Princeps (ut memorant historiæ) Samuel ille, viribus & robore inexpugnabilis, in Creta cum innumerabili multitudine Bulgarorum fractus & subactus est.*

(a) *Curop. in Basil. & Const.*

Malacenus injuste accusatus.

XVI. *Mittuntur itaque ab Imperatore Satrapæ duo, militum legionem trahentes, ut Malacenum ex improviso comprehendant, vinctumque ad regiam urbem ducant: defectionis enim & perduellionis in eum crimen concinnantes æmuli, Imperatoris aures falsæ accusationis calumnia oppleverant. Ut ergo in Lacedamonem pervenerant, & virum cujus causa missi fuerant, comprehenderant: evocat ille confestim virum Dei Niconem, quem ob egregia facinora præcipuo in honore habebat: gravique dolore anxius: ora, inquit, ora pro me misero, serve Dei, ne Imperatoris iram male peream. Quem Sanctus blandis contra, mellitisque verbis respondens, confirmare animum jussit, nihilque tristius formidare. Tum eximia quadam ut charitatis mensa simul accubuit, & lætitiæ poculum, seu poeticum illum Gygeona, malorum omnium oblivionem mœrenti propinans, oraculum adjecit: Regiam potius benevolentiam adepturum, vitam anteacta beatiorem acturum, altiores ad honorem gradus conscensurum, de omni denique molestia & calamitate triumphaturum: & me (inquit) videbis, & in patriam sub vitæ finem reverteris. Nam & hac quoque Nicon (ut supra dictum est) a Patre luminum gratia ornatus erat, ut futura æque ac præsentia prævideret. Atque omnia sane, ut prædixerat, evenerunt.* Prædictio S. Niconis Malaceno.

XVII. *Malacenus ergo tamquam a prophetica & divinitus agitata lingua hæc audiens, nihilque penitus ambigens, vehementer exhilaratus est, navigationemque salutato Nicone, securo animo exorsus est. Postquam ad Imperatorem pervenit, & conficta ab æmulis criminatio veritatis luce, sed Niconis maxime precibus discussa est: majorem deinceps apud Imperatorem gratiam, ampliores honores, gloriam & famam adeptus est, adeo ut principem in Senatu locum obtineret.* Quem tunc eum profectus est Constantinopolim, Protospatharium tantum fuisse, virum alioqui prudentem & eloquentia insignem, narrat idem qui supra Curopalates. Sed quæ post hæc secuta sunt, ubi Nicon ex hac vita migrasset, ab eodem scriptore vitæ Niconis, memoratu digna sic accipe:

Malacenus liberatus & honoribus auctus.

XVIII. *Transacto post hæc tempore non brevi cum Malacenus Constantinopoli adhuc esset,*

PAGIUS consecratus est Archiepiscopus Coloniensis, ut anno MI. demonstrabimus, & ut ait Rupertus Abbas Tuitiensis in hujus Sancti Antistitis Vita a Bollando ad diem XVI. Martii recitata cap. 2. *Beneventi Pontificalis ei honor datus est VII. Idus Junii* (legendum *VII. Idus Jul.* ut recte Bollandus monet.) *Et exinde Romam profectus, Pallium ab Apostolicæ sedis Præsule* (Silvestro nempe II. non vero Gregorio V. ut Baronius interpretatur) *accepit*.

XXI. *Gerbertus*, qui in aula Ottonis III. versabatur, Archiepiscopus Ravennensis ejus favore hoc anno renunciatus est, uti ex his ejus Epitaphii verbis elicitur, ubi postquam de ejus ad Remensem & postea ad Ravennensem Archiepiscopatum mentio facta fuit, dicitur:

Gerbertus fit Arch. Ravennensis.

Post annum Romam mutato nomine sumsit
Ut toto Pastor fieret Orbe novus.

Anno autem sequenti idem Gerbertus Pontifex Romanus creatus. Erravit itaque Rubeus in Hist. Ravenn. lib. 5. qui hanc promotionem ad annum superiorem retrahit. Non bene etiam Baronius anno CMXCVI. num. III. eandem recitat. Tom. IX. Concil. pag. 752. recitatur Epistola Gregorii Papæ V. ad eum data, qua mittit Pallium, & Ravennensem Ecclesiam non modo multis Privilegiis ornat, sed etiam variis donationibus auget. In ejus fine legitur: *Scrip. per manus Petri Notarii & Scrinarii S. R. E. in mense April. Indict. XI. Brnevalete. Dat. IV. Kal. Maii per manum Joannis Episcopi S. Albanens. Ecclesiæ & Bibliothecarii S. Apostolicæ sedis, anno Pontificatus domni Gregorii summi Pontificis, & universalis Papæ, in sacratissima sede B. Petri Apostoli anno II. imperante domno Ottone III. a Deo coronato, magno, & pacifico Imperatore, anno II. in mense & indict. supra scripto,*

set, Nicon ad immortalem, beatamque sortem transit. Quod ille cum accepisset, & dulcem illam spem, qua futurum ex ejus verbis non dubitarat, ut optabilem ejus vultum aspiceret, sibi quodammodo ereptam sentiret: vehementer angi animo variisque cogitationibus æstuare cœpit, gravem præterea vitam ducere nisi quod ille promiserat, perfici videret.

XIX. *Fide igitur confirmatus (neque enim illius expers erat scientiæ, qua cognosci Dei mysteria solent) quid agit? quo se convertit? Pictorem advocat arte, manuque insignem, & qualis habitu, veste, capillis Sanctus fuisset, verbis designat: cum aptis coloribus, in tabula totam ejus imaginem exprimi jubet. Reversus domum pictor, operæpretiumque ratus, quod jussus fuerat, quam accuratissime posset, exequi; post varios conatus, frustra tandem se laborare animadvertit: nec enim ex sola narratione poterat, quamvis peritissimus artis & exercitatissimus esset, quem numquam viderat, ad veram similitudinem exprimere. In hac igitur cura versanti vehementerque dolenti, quod oris lineamenta effingere non posset: ante oculos repente extitit monachus quidam qui in ædes illam penetrarat, statura procerus, habitu eremitico, obsoleta veste amictus coma squalens, capillitio, barbaque niger, in omnibus denique beato viro simillimus: nam & virgam manu gerebat cujus apex in crucem desinebat. Qui* Malacenus compos fit imaginis S. Niconis. *pictore comiter salutato, mœroris, sollicitudinisque causam sciscitatus est. Ille vero & causam mox aperuit, & operis difficultatem demonstravit. Tum leni ad eum voce monachus, Me, inquit, aspice, frater, mihi per omnia similis est, quem depingis. Ut ergo attentus in illum oculos intendit, pictor, penitusque circumspexit; illum ipsum esse agnovit, quem Malacenus verbis designarat. Quare ad tabulam reflexus, ut conspectam formam imitaretur, o rem admirandam! sacram ter beati effigiem in tabula suis lineamentis suapte expressam sponte videt. Cumque miraculo obstupefactus, ad Sanctum subito, Kyrie eleison cum horrore inclamans, se vertisset, illum amplius non vidit. Jam enim avolaverat. Itaque ad delineatam divinitus formam, reliqua colorum pigmenta adjiciens, perfectam imaginem, qualis hodieque in sacro Beati templo suspensa visitur, omnibus numeris absolvit, statimque ad spectabilem Malacenum cum illa properans: omnia illi, ut acciderant, ordine percensuit. Quibus ille auditis, cum ex oblata pictori Niconis specie; ne in hac quidem parte inanem fuisse ejus prædictionem, animadverteret: ingenti gaudio perfusus, mirabilium Dei operum laudes, & quantam a Spiritu sancto gratiam fortitus Nicon esset, prædicare numquam destitit. Sed Malaceni quidem, & sacræ imaginis historia sic se habet.* Hucusque de his auctor.

Subiicit autem his quæ de Malaceno narravit, mox Curopalates, eumdem Basilium Imperatorem, quo sibi Venetos conciliaret, eorum Duci in matrimonium junxisse Argyri filiam, Romani postea Imperatoris sororem. Porro istam putamus illam, de qua Petrus Damianus sic scribit ad Blancam Comitissam: *Sed ad id*, inquit, *quod asserimus roborandum congruum est, ut etiam de viva carne exempla proferamus. Veracis itaque & honesti viri didici relatione, quod narro, Dux Venetiarum Constantinopolitanæ urbis civem habebat uxorem, quæ nimirum tam tenere & delicate vivebat,* XX. Duci Venetorum juncta Romani soror.

PAGIUS *piu*, hoc scilicet Christi anno. Qua ex subscriptione etiam patet, Gregorium V. anno CMXCVI. post diem XXVIII. mensis Aprilis primum Pontificatus annum exorsum esse. Non dubium autem, quin Pontifex paucis diebus a Gerberti ad Ecclesiam Ravennensem promotione rescriptum illud emiserit.

XXII. *Celebrat Conc. Ravenna.* Eodem fere tempore *Gerbertus* Concilium habuit Episcoporum omnium, qui Ravennati Ecclesiæ subiiciuntur, in quo tres canones conditi ad disciplinam Ecclesiasticam spectantes. Refertur illud Concilium Tom. IX. Concil. pag. 769. sed ibidem, uti & apud Rubeum citatum, cum anno CMXCVII. male conjungitur, ut ex ipsius Concilii Præfatione liquet: *Perpetuo regnante Domino nostro Jesu Christo. Tempore pii Cæsaris Ottonis III. in anno secundo Imperii ejus, undecima indictione*, &c. ideoque hoc Christi anno, quo Otto III. usque ad XXXI. mensis Maii secundum Imperii annum numerabat, & Indictio XI. in cursu erat. Verum est infra post canones legi: *promulgata sunt hac anno CMXCVII. Incarnat. Dominica, die Kalend. Maiarum Indict. XI.* At annus Christi manifestissime ibidem corruptus, legendumque, *anno CMXCVIII.* ut ipsimet indictio XI. cum Kalendis Maii conjuncta ostendit. Præterquamquod anno superiori eo die Joannes Gerberti decessor adhuc in vivis erat, ut ibidem vidimus. Denique anno superiori *Otto III.* Kalendis Maii non secundum, sed primum Imperii annum numerabat.

Eodem Tomo IX. Concil. pag. 774. refertur *Constitutio Decretalis sacra legis D. Ottonis III. piissimi Imperatoris*, quam Holstenius in Collectione Romana ex Chronico Farfensi MS. eruit. In ea Otto utilitati Ecclesiarum & Imperii consulens decernit, ut Ecclesiastici, qui se scripto obligarunt ad aliquid solvendum, adstringere non possint eum, qui ei in regimine successerit. In fine legitur: *Actum XII. Kalend. Octob. indictione XII. anno tertio domini Gregorii V. Papæ Pontificatus, promulgata per manus Gerberti sanctæ Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopi in ea Synodo, in qua Mediolanensi Episcopo, Arnulfo nomine, Papatum ablatum est, in Basilica sancti Petri, qua vo-* XXIII. *Publicat constitutionem Ottonis III.*

& non modo superstitiosa, sed & artificiosa (at ita loquar) jucunditate se mulcebat, ut etiam communibus se aquis dedignaretur abluere: sed ejus servi rorem cœli satagebant undecumque colligere, ex quo laboriosum illi balneum procurarent. Cibos quoque suos non tangebat, sed ab eunuchis ejus alimenta quæque minutius concidebantur in frusta, quæ mox illa quibusdam fuscinulis aureis, atque bidentibus ori suo liguriens adhibebat. Ejus porro cubiculum tot thymiamatum, aromatumque generibus redolebat, ut & nobis narrare tantum dedecus fœteat, & auditor forte non credat. Sed omnipotenti Deo quantum hujus feminæ fuerit exosa superbia, manifesta docuit alterscendo censura. Vibrato itaque super eam mucrone divini judicii, corpus ejus omne computruit, ita ut membra corporis undique cuncta marcescerent, totumque cubiculum intolerabili prorsus fœtore complerent, nec quisquam tantam perferre narium injuriam poterat, non consueta servitia, non servulus, vix una dumtaxat ancilla non sine speciei redolentis auxilio in ejus obsequii sedulitate permansit. Eadem tamen raptim accedebat, & protinus fugiens abscedebat. Diutius ergo hoc languore decocta, & miserabiliter cruciata, amicis quoque lætantibus, diem clausit extremum. Quid ergo sit caro, doceat ipsa caro, quodque perhibet mortua, testetur & viva. Hucusque Petrus.

An-

PAGIUS *catur ad cœlum aureum.* Imperitus Chronographos, ut varia in ejus Chronico Tom. III. Duchesniano ex parte publicato contexta perspicuum faciunt, subscriptioni postrema verba de suo addidit, & *Arnulfum* Archiepiscopum Mediolanensem, loco Joannis Archiepiscopi Placentini posuit. Videatur Papebrocius in Paralipomenis ad Coronatum Chronico-Historicum, ubi eam conjecturam magis applicat.

XXIV. *Scribit Libellum adversus Simoniac.* Grassabatur per hæc tempora simoniæ labes, ut videre est apud Aimoinum in Vita Sancti Abbonis cap. 10. ubi refert Epistolam ejusdem Abbonis ad Bernardum Abbatem Bellilocensem apud Glabrum, lib. 2. cap. 6. aliosque horum temporum Auctores. Quare *Gerbertus*, ubi Archiepiscopatum Ravennatem iniit, libellum hac de re ad suos Suffraganeos misit, in quo testatur quanto dolore afficiatur, quod malum hoc invaluisset. Libellum illum e tenebris eduxit Mabillonius Tom. II. Analect. pag. 216. & seqq. cui hic est titulus: *Sermo Gilberti Philosophi, Papæ urbis Romæ, qui cognominatus est Silvester, de informatione Episcoporum.* Neque dubium esse potest, quin proprius Gerberti fœtus sit; cum is *Philosophus* appellaretur, ut eum etiam appellat Otto III. ex dictis anno CMXCII. num. III. De hoc libello ipsemet Gerbertus in ejus circiter medio ait: *Coarctet nos licet libelli prolixitas properare ad finem, sollicitudo tamen fraterni retardat amoris.* Ita nihil omisit *Gerbertus*, ut munere sibi imposito præclare fungeretur.

ANnus Redemptoris oongentefimus nonagefimus nonus Indictione duodecima fequitur, quo pridie nonas Februarii, ut Ditmarus ait, moritur Gregorius Papa, cum fediffet anoos duos, menfes octo & dies quatuor: fed verius quod mortuus fepultufque eft in bafilica Principis Apoftolorum duodecimo Kal. Martii, ut apparet ex ejus epitaphio, quod extat ad fepulcrum ejus exaratum his verfibus:

Greg. Papæ V. Epitaph.

Hic quem tegit humus, oculis vultuque decorum,
Papa fuit Quintus nomine Gregorius.
Ante tamen Bruno, Francorum regia proles;
Filius Ottonis de genitrice Judith.
Lingua Teutonicus, Vvangia, doctus in Urbe,
Sed juvenis cathedram fedit Apoftolicam.
Ad binos annos & menfes circiter octo,
Ter fenos Februo connumerante dies.
Pauperibus dives, per fingula fabbata veftes.
Divifit, numero cautus Apoftolico.
Ufus Francigena, vulgari, voce Latina
Inftituit populos eloquio triplici.
Tertius Otto fibi Petri commifit ovile,
Cognatis manibus unctus in Imperium.
Exuit, & poftquam terrenæ vincula carnis,
Æquivoci dextro fubftituit lateri.

DECESSIT XII. KAL. MARTII.

Ditmarus vero ex his corrigendus, dum ait: Papa quoque Gregorius, bene difpofitis Romæ omnibus, pridie nonas Februarii obiit, Gerberto, mox fibi fuccedente. Archiepifcopo Ravennate, qui mutato nomine dictus eft Silvefter II. Hæc eadem teftantur æque Hermannus, Lambertus, Marianus ejufdem fæculi fcriptores, ac cæteri omnes. Ravennatia Ecclefiæ ex Rhemenfi (ut dictum eft.) hic tunc erat Archiepifcopus, fecutufque Imperatorem Romam venientem. Ne autem Pontificatus, quo perfunctus fuerat Germanus homo Gregorius, in aliquem relaberetur Romanum (fufpectam & nufquam tuam fidem Otto — II. Gerbertus fuccedit Gregorio.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hifp. MXXXVII. Anno Hegiræ CCCXC. inchoato die 12. Decemb. fer. 3. A.C. 999.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6492.

☉ 18. A ☽ 12. P. 9. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 999.

SILVESTRI II. PAPÆ 1.

OTTONIS III. REG. 17. IMP. 4.

BASIL. & CONST. IMPP. 24.

I. *Silvefter II fuccedit Gregorio V.*

ANnum I. ad IX. Cum ex dictis conftet, *Gregorium V.* anno CMXCVI. poft diem XXVIII. menfis Aprilis Pontificatum iniiffe, & ex ejus Epitaphio eum *XII. Kal. Martii* deceffiffe, tam in Catalogis quam in eodem Epitaphio menfes, quibus fupra annos duos fedit, male computari neceffe eft. Hæc Epitaphii verba;

Ad binos annos & menfes circiter octo,
Ter fenos Februo, connumerante die. [1]

Ibi tamen adverbium, *circiter* paulo amplius quam menfes octo fupra annos II. fediffe fignificat. Adverbium enim illud & fimilia modo exceffum, modo defectum denotant, ut innumeris exemplis oftendi poteft. In Catalogis menfes illi & dies mendofe defcripti, ut ibidem videre eft. *Gerbertus* Silvefter II. in Pontificatu appellatus die fecunda menfis Aprilis, in quam Dominica Palmarum incidebat, inthronizatus fuit, ut ex dicendis in morte *ejus* liquebit. Quæ *de ejus* magia a variis Scriptoribus tradita, fictitia & ridicula *effe* demonftrat vel folum ejus Epitaphium a Sergio IV. Succeffore conditum, indeque fabula nata quod mathematicas difciplinas cum liberalibus artibus ita calluerit, ut eas pene mortuas in Gallia refufcitarit. *Gerbertus* Monachus primum Aureliacenfis in Aquitania, tum Bobienfis Abbas in Italia fuit. De eo in brevi Chronico Aureliacenfis Abbatiæ a Ma-

---

NOTÆ [1] CUm epitaphiorum iftorum authoritas non raro nutet, ut paffim adnotatum eft; ideo quoad diem obitus Gregorii deferendum cenfeo Annaliftæ Saxoni, qui hujus anni rerum narrationem ita exorditur. *Gregorius Papa bene difpofitis Roma omnibus pridie nonas Februarii obiit;* idem & Ditmarus afferit. Porro in eam diem defiount anni duo, & menfes novem fedis, quos huic Pontifici affignat Vetus Catalogus Eccardianus. Nam Gregorium Pontificatum cœpiffe die 3. Maii Anni 996. in Nota ad eundem annum demonftravimus. Ad Silveftrum vero Gregorii fucceflorem quod attinet Pagii conjecturam in eo faltem admittendam cenfeo, quod ejus inauguratio ultra Aprilim anni hujus proroganda minime fit. Nam Aprili menfe Indictionis duodecimæ hoc nempe anno fignavit Bullam pro Monafterio Quidelingeburgenfi legendam apud Ludevvig Spicileg. Ecclef. num. XXIIX. MANSI

to expertus fuerat Romanorum) ipsum Gerbertum mox summum Pontificem eligendum curavit, hominem alioqui astutum, & in gratiam se Principum insinuandi maximum artificem, tanta Sede (ut libere fateat) indignissimum, cujus & hostis extiterit infensissimus, utpote qui adversus eam tempore Joannis Decimiquinti Papæ, cum ab eo exturbaretur ab Archiepiscopatu Rhemensi, quem male occupaverat, quæcumque potuit improperia calumniose collegit, scriptisque mandavit, quæ suo loco superius sunt confutata. Cujus e stomacho atrabile æstuante emissum olim turpiter vomitum sorbentes nostri temporis Novatores (ut vidisti) in eamdem sanctam Ecclesiam rursum effundunt, quem refusum vidisti in ipsos. Quem igitur ante negavit non timore compulsus, sed amore primatus illectus, plane redditus est indignus thronum Apostolicæ confessionis ascendere, nisi idem ipse qui cum Petro negavit, & cum Petro antea flevisset amare, cui & Christus diceret sicut Petro: Diligis me plus his? *Pasce oves meas*. Illud autem omnino possumus affirmare, nullum hactenus in Petri Sedem fuisse promotum, qui eamdem Sedem suis scriptis ita proscidesit, ut Gerbertus. Ista adeo indignapati coacta est Romana Ecclesia, cum per Principes sæculi electiones Romanorum Pontificum factæ sunt. Sic per Ottonem primum homo laicus Leo Intrusus est, sic & modo Gerbertus, quem adulatus eidem Imperatori Romanus populus dicitur (a) postulasse.

(a) Sim. l. 5. c. 45.

III. Quæ de Silvestro conficta.

Porro ejus tam cita, tamquam inopinata promotio & continuata prosperitas magnis aucta progressibus, viri præsertim, qui in conventu Episcoporum, judicio Apostolicæ Sedis depositus e throno Rhemensis Ecclesiæ; redactus antea in ordinem fuerat: insueta atque adeo miranda de ipso opinandi, atque scribendi tribuit occasionem: ipsum nimirum magicis incantationibus ad Apostolicæ Sedis culmen provectum esse, pacta pro mercede diabolo anima, quam statuto loco, Hierosolymis (sic nuncupata in Urbe S. Crucis Ecclesia) exactor violentus extorserit. Ad ingerenda autem ista simplicium auribus, additum est argumentum non leve, quod in tam rudi sæculo, Mathematicæ scientiæ præcipue vero Astrologiæ hic scientissimus esset. Isti fuere colores, quibus ad tam absurda ac monstruosa fingenda schismaticus homo, qui sequenti hominum ætate vixit, est usus ad eum adeo deformem repræsentandum illis, qui non novere Silvestrum.

IV. Benno schismaticus auctor fabellæ.

Fuit iste Benno, qui se Cardinalem Archipresbytarum nominat, quique ex schismaticorum scissione sibi nomen tantæ dignitatis abripuit post annos octuaginta, cum Romanæ Ecclesiæ Hildebrandus

PAGIUS

Mabillonio Tom. II. Analect. publicato, in Raimundo Caturcensi ejusdem monasterii Abbate dicitur: *Qui curat erudiendum Gerbertum* (ita ibi Gerbertus appellatur) *adolescentem obscuro loco natum: sed quia ingenio erat vafer, praeclarus in litteris evasit. Hic impetrata licentia propter aviditatem sapientiæ multa circuivibat regna, & ad notitiam Imperatoris pervenit: qui eum Remis statuit Episcopum, deinde Ravenna postea in summum Pontificem evexit*. Gerbertus in Epistola XVI. Raimundum magistrum suum appellat, quem Mabillonius ibidem Raimundum Abbatem fuisse probat. [1]

II. *Varia fortuna Gerberti in Pontificatu Silvestri II. dicti.*

Ademarus vero Monachus qui hoc tempore vivebat, de eo in Chronico habet: *Girbertus natione Aquitanus ex infimo genere procreatus, Monachus a pueritia S. Gerardi Aureliacensi cœnobio, causa Sophiæ primo Franciam, dein Cordubam lustrans, cognitus a Rege Ugone Remis Archiepiscopatu donatus est & iterum cognitus ab Imperatore Ottone, Archiepiscopus Ravennæ factus est*. Idem legitur in Chronico Malleacensi. In aula Gallica Hugonis nondum Regis Robertum filium erudiit, deinde Remos ad Adalberonem Archiep. Remensem se contulit, quo cum arctam necessitudinem contraxit. Italiam quoque lustravit, ubi ab Ottone II. Abbatia sancti Columbani seu Bobiensi donatus est. Huic Imperatori adeo charus fuit, ut illi filium suum Ottonem III. literis imbuendum tradiderit simul cum Roberto Hugonis Capeti filio; indeque Epist. CLX. de utroque discipulo suo loquens, scribit ad Robertum, sibi sæpe Ottonem illius vivendi desiderium inculcare: *dies noctesque*, inquit, *mecum sermones confert ubi & quando vos familiariter videre possit coævum sibi & studiis consimilem seniorem meum Regem Robertum, alloqui & complexari*. Ingravescente Italorum contra Ottonem III. odio Abbatiam Bobiensem desere-re

NOTÆ [1] Catalogus Rom. Pont. Vat. num. 5340. *Gregorius annos II. menses VII. Johannes menses X. Silvester annos IIII. m. V. dies XII.* Charta in tabulario S. Mariæ in via lata ita annos *Silvestri* II. recenset: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Silvestri summi Pontificis & universalis secundi Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli tertio. Imperante Domno Otone a Deo coronato magno Imperatore anno sexto in mense & Indictione supradicta quarta decima*. Supra mensis *Junius* memoratur, Indictio XIV. annum 1001. designat, quare cum mense *Junio* hujus anni *tertius* Pontificatus *Silvestri* II. esset, annus *primus* ante mensem *Junium* anni 999. incipiebat. Mense *Februario* an. 1003. *quartus* Pontificatus annus decurrebat. Regestum Sublacense pag. 121. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Silvestri summi Pontificis junioris PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli IIII. Indict. prima, mense Februario die XIIII.* Georgius

dus, qui & Gregorius VII. Pontifex præsideret, & adversus eum Henricus Imp. schismaticus bellum gereret: iste inquam fuit primus fingendæ fabulæ architectus, cujus auctorem prodidisse solum, sit confutasse.

V. Extare dicuntur ipsius scripta, quæ non legi, sed ab eo, qui legit omnia, accipe argumentum a Papirio inquam Masona, qui in Gregorio VII. habet ista primum: *Si quis Bennonem legit, qui se Archipresbyterum Cardinalem vocat, isque odium ejus in omnes retro Pontifices usque ad Gregorium V. & maxime in Hildebrandum exacte considerat: nullam ei fidem habendam existimabit: odii enim natura est, ut nec dormire cum veritate, nec vigilare possit. Ergo librum illum plenum maledictis, & a Cæsarianæ factionis homine (ut apparet) dictatum, facile respuo, &c.* Et in Silvestro, Bennonem hunc ejus primum auctorem fabulæ asserit, & quidem certe, eo quod nullus ante eum de Silvestro ea scripsisse reperiatur. Ipse enim primus eam de Silvestro fabulam narrat, qui & alios Gregorii VII. prædecessores magiæ accusat, & ut maleficos damnat. Nemo penitus scriptorum, qui ante Bennonem scripserunt, ejus commenti vel levissimam mentionem fecisse reperitur, dum de ejus Pontificatu scripserunt. Contra vero qui sub ejus Pontificatu vixerunt, honorificam de eo mentionem habuerunt, ut Ditmarus (a) scriptor gravissimus, dum ait:

(a) Ditm. l.6.

VI. Quæ de Gerberto veteres.

Superius de universali Papa Brunone disputans, cum successorem ejus Gerbertum tantum nominarem, ut de eo latius aliquid scribam, non incongruum est. Erat his natus de occiduis regionibus, a puero liberali arte nutritus; & ad ultimum Rhemensem urbem ad regendam jaste promotus. Optime callebat astrorum cursus discernere, & contemporales suos varia artis notitia superare. Hic tandem a finibus suis expulsus, Ottonem petiit Imperatorem, & cum eo diu conversatus, in Magdeburg horologium fecit, illud recte constituens, considerata per fistulam quadam stella nautarum duce. Hæc ipsa; sed illud male, dum ait, cum ad Rhemensem Ecclesiam juste promotum. Affirmat idem qui supra Papirius, extare codicem ejusdem epistolarum ad Robertum Regem Francorum, & Ottonem III. Imp. & alios ejus temporis præstantissimos viros: quæ dignæ essent viro diserto & dicendi perito. Quibus hactenus frui non licuit.

VII. De ejus epitaphio.

At quod vanam prorsus illam fabulam arguit falsitatis, est epitaphium ejus sepulcro insculptum in basilica Lateranensi, auctore Sergio successore Romano Pontifice, plane dignum quovis magni nominis Romano Pontifice, ut prorsus impossibile videatur, ut tam probroso exitu palam extinctus Pontifex, potuerit tali elogio commendari, eo præsertim in loco, ubi talia fieri contigissent. Reddemus illud in obitu ejus Tomo sequenti.

Ad postremum quæ de ipso habet hujus temporis auctor, Helgadus monachus Floriacensis, qui somma fide scripsit vitam Roberti Francorum Regis, filii Hugonis, de quo superius, cujus Gerbertum hunc fuisse magistrum affirmat, professione vero monachum Benedictinum; deque ejus promotionibus ad sedem Rhemensem, Ravennatem, & Romanam, sic accipe: *Is quoque Gerbertus pro maxima sua sapientiæ merito, qua toto radiabat in mundo, donativo Regis Hugonis munere pontificium adeptus Rhemense, non multis annis illud ordinavit splendide in his, quæ forent necessaria Ecclesiæ sanctæ. Ea namque derelicto, Ravennatium factus est Rector ab Ottone III. de quo ad Apostolatum Petri Apostoli sanctissimi festinus conscendens, multa in eo virtutum operatus est insignia, & præcipue in eleemosyna sancta, quam fortiter tenuit, dum fideliter vixit. Inter cætera de se lætus & hilaris ita in, R, littera lusit:*

Scan-

PAGIUS re coactus fuit, & in ejus aulam venire. De ea persecutione loquitur in Epistola V. & in Epistola XI. ad Cæsarem testatur, eum ab Italis vocari *Asinum*, se vero *Equum admissarium*, uxorem & filios habentem quod partem familiæ suæ de Francia recollegisset. Denique in Epistola XII. ad Hugonem suum data, inimicorum rabiem magis depingit. Ordericus ad annum CMLXXXVII. aliquos ex ejus discipulis *in divinis & sæcularibus libris* claros memorat, sed perperam inter eos *Remigium* Præsulem Autissiodorensem reponit, loco *Joannis* ejusdem sedis Antistitis, qui, ut habet Auctor Anonymus Historiæ Episcoporum Autissiodorensium part. I. a Labbeo Tom. I. Biblioth. publicatæ *Gerberti* discipulus fuit, & literis apprime imbutus.

III. [illegible]oldastus Tom. I. Constitut. Imperial. pag. 40. Ottonis III. Constitutionem exhibet nulla nota chronica insignitam, & quam ipse cum anno CMXCVIII. copulavit. In ea Ottonem his verbis alloquentem inducit; *Sicut Papam pro amore S. Petri dominum Silvestrum magistrum nostrum Papam elegimus, & Deo volente ipsum serenissimum ordinavimus & creavimus, ita pro amore ipsius D. Silvestri Papæ S. Petro de publico nostro dona conferimus.* Putidum hoc commentum tot fere mendacia quot verba complectitur. Antea enim in ea Constitutione legitur, Ottonem III. nullum dominium Ecclesiæ Romanæ dedisse, ac Pontifices Romanos *ipsa quoque Altaria* spoliasse, & *quasi culpam suam in imperium nostrum retorquentes, ad aliena, idest nostra & nostri imperii maxime migravisse.* Quo nihil absurdius, præsertim tempore Ottonis III. dici potuit.

Silvestrum II. ab Ottone III. Papam creatum, commenti sunt Schismatici.

Dein

Scandit ab R, Gerbertus in R, post Papa viget R.

Hoc aperte demonstrans, quod hi tres Episcopatus honores, quos professione regularis vitæ Patris Benedicti monachus factus, suscepit, rexit & tenuit; hujus R, litteræ signo in capite sunt declarati, Hæc Helgaldus.

VIII. Error recentiorum aliquorum de Gerberto. Rerum ignari recentiores, qui post præsentem ætatem claruere scriptores, adeo Bennonis perculsi sunt testimonio, ut revocarint in controversiam, num Silvester iste esset inter Pontifices annumerandus, quem crederent a diabolo fuisse promotum, ut apparet ex (a) Sigeberto, qui post annos ducentos suum Chronicon scripsit. At non ista qui præsenti sæculo claruere scriptores, Ditmarus, Glaber, Helgaldus, Lambertus, Hermannus, & Marianus Scotus, qui res suæ ætatis, quas eminus sunt intuiti, scripsere: qui omnes absque controversia, nulla vel levi dubitatione, Silvestrum post Gregorium V. legitimum recensent Romanum Pontificem. Extat præterea fragmentum veteris Chronici Floriacensis, a Pithœo editum, in quo hæc verba: *Hic Otto Tertius Gerbertum Archiepiscopum Ravennæ propter summam philosophiam summo amore excolens, ordinavit eum Papam, vocavitque nomen ejus Silvestrum.* Sed etsi tot manifestæ probationes deessent, nonne satis ex seipsa fabula ipsa convincitur falsitatis, dum de thesauro abdito in campo Martio narrationem adiicit, qualem vetula rotans fusum solet simplicibus narrare puellis ad lucernæ lumen, ne dormiant? Prudens igitur Lector uno fasce constringat, eademque lance ejusdem ponderis appendat fabulam hanc cum illa de Joanne Papissa, nisi quod illam levitas excogitavit; istam autem (ut audisti) nequitia.

(a) Sigeb. an. Dom. 998.

IX. Franco Epis. Wormatiensis moritur. Eodem anno, ubi Otto Imp. jam annum in Italia commoratus esset, Franco Wormatiensis Episcopus egregiæ sanctitatis vir Romæ (uti antea ipsi revelatum fuit) diem clausit extremum. De rebus tunc ab eo gestis Romæ cum eodem Imperatore, hæc memoria digna narrantur in vita Burchardi ejusdem Ecclesiæ Episcopi ab auctore ejus temporis, qui ait: *Franco Episcopus Vuormatiensis rebus Ecclesiasticis rationabiliter ordinatis, in expeditionem Italicam cum Imperatore profectus est. Ibique plusquam anni spacio in servitio Imperatoris vigilanti animo studebat, ejusque secretis semper intererat, & quando de rebus majoribus tractandum aliquid erat, tanta familiaritate & auctoritate, quamvis juvenis esset, apud Imperatorem habebatur, ut sine ejus consilio vero aliquid statueretur. Cunctis affabilis erat, cunctis benignus extitit, & plurima donando gloriam non modicam apud cunctos quæsivit, unde & omnes maximo honore ac dilectione illum habebant, & quasi sanctum jam divinabant, & idcirco ab Imperatore multum honoratus & charus præ aliis habitus, illius consilio & malos coercebat, & Remp. in pace regebat. Unde contigit, ut Imperator Abbatiam Sauriffatensem Vuormatiensi Ecclesiæ concederet, & charta & privilegio perpetuo stabiliret, & in conventu ac Concilio Romanorum hanc traditionem recitari ac pronuntiari præcepisset.*

X. Piæ latebræ Imp. & Franconis Episc. *Eodem tempore Imperator & prædictus Episcopus induti ciliciis, & pedibus penitus denudatis quamdam speluncam juxta S. Clementis Ecclesiam clam cunctis intraverunt, ibique in orationibus ac jejuniis, necnon in vigiliis quatuordecim dies latuerunt. Ferunt quidam, visionibus & allocutionibus divinis fuisse consolatos. Nos autem hanc rem parum nobis compertam, existimationi vulgi rumi-*

PAGIUS Dein subjungit, Pontifices finxisse donationem Magni Constantini. Tum: *Hæc sunt etiam commenta, quibus dicunt, quemdam Carolum S. Petro nostra publica tribuisse. Sed ad hæc respondemus, ipsum Carolum nihil dare jure potuisse, utpote jam a Carolo meliore fugatum, jam imperio privatum, jam destitutum & annullatum.* Loquitur impostor de Carolo Calvo Imp. asseritque ejus donationem Constantiniana non minus falsam. Et cum ait, *sed ad hæc respondemus*, indicat, quod licet hæc vere facta fuisset, ejus nullam rationem habendam, quod Carolus Calvus tunc expulsus & imperio privatus fuisset a Carolo ipso meliori; cum tamen non *Carolus Crassus* Calvi successor, sed *Carolomannus* Bavariæ Rex Carolum Calvum expulerit, & imperio privarit. Vidit errorem impostoris Goldastus, & in margine ait, *Carolus integre appellabatur Carolomannus*. Sed ubi invenit Caroli nomen Carolomanni diminutivum esse? Ad hæc quis unquam prætensam illam Caroli Calvi donationem vidit, qui ut suo loco ostendimus jura imperii in Italia semper tutatus est, & ne minimum quidem læsit. Paulo post *de publico nostro dona conferimus*, &c. *Octo igitur Comitatus, pro amore magistri domini Silvestri Papæ, Sancto Petro offerimus.* Ubi qui Diploma illud fabricavit, manifeste supponit, hactenus Imperatores, saltem quoad supremum dominium, nihil Pontificibus dedisse, & donationes tam Pippini quam Caroli Magni & Ottonis I. quas falsarius aliquot tantum Comitatuum fuisse dicit, mera commenta esse. Et tamen ipsemet Goldastus paulo antea pag. 36. prætensum Leonis VIII. Papæ decretum exhibet, quo non solum donationis a Carolo M. & a Pippino; sed etiam donationes a Justiniano Imp. & Ariperto Longobardorum Rege factas confirmat. Falsus ille Otto Ecclesiæ Romanæ Civitates octo a se Comitatus appellatas, largitur, & ab ea donatione exclu-

minandam relinquimus: sed tamen hoc pro certo scimus, quod Episcopo dies & hora obitus sui divinitus prænotata est. Et hoc ipse, postquam domum reversus fuit, Imperatori pronuntiavit. Quare Imperator multum contristatus, quem in locum ipsius habere, vel cui Episcopatum ejus committere debuisset, multum lacrymando, ab eo exquisivit. Tunc tandem quasi coactus, sic respondit. Fratrem unum habeo, si Deo placuisset, hunc mihi successorem rogassem. Super hac autem omnia Deus provideat, in quo sibi bene complaceat. Certe quidem haud carnalis affectio viri Dei ista fuit de promovendo fratre, doctrina atque sanctitate conspicuo, lucido ejus temporis Germaniæ sole. Pergit auctor:

XI. *Tunc Imperator sub testamento Dei juravit, antedictum Episcopatum fratri illius se daturum: & ut melius ac facilius recordari potuisset, epistolam deprecatoriam pro hac re ab Episcopo accepit, quam in sacculum suum ad testamentum posuit. Quid plura? Eadem die & hora, qua ipse prædixit, morte succubuit, corpusque suum Romæ cum magno honore in pace sepultum est.* Hæc auctor, qui narrare pergit, quomodo certo divinæ voluntatis judicio germanus illius Burchardus, ubi reversus est Imperator in Germaniam, Wormatiensis est creatus Episcopus; cæteris morte e medio sublatis, qui seipsos tantæ dignitati avide nimis ingesserant.

XII. Romanum Concil. Quod autem de Concilio hoc anno Romæ habito nuper mentio facta est, in quo recitari voluit Imperator concessum Ecclesiæ Wormatiensi privilegium: meminit ejusdem Concilii paucis his Ditmarus, ubi agit de rebus gestis in hoc secundo ejus in Urbem adventu: *Synodus Romæ tunc, in qua accusatus Giselerus Archiepiscopus Magdeburgensis, quod duas parochias teneret, percussus ille paralysi venire non potuit, res reposita ad Concilium provinciale Germaniæ.* Subdit mox ista: *Cæsar auditis mirabilibus, quæ per dilectum sibi martyrem Dominus fecit Adalbertum orationis gratia, eo pergere festinavit.* Et infra: *Nullus Imperator majore umquam gloria a Roma egreditur, neque revertitur.* Et post iter ipsius descriptum: *Videns*, inquit, *a longe* Gnesnam *urbem desideratum, nudis pedibus suppliciter advenit, & ab Episcopo ejusdem Ungero venerabiliter susceptus, in Ecclesiam introducitur, & ad Christi gratiam sibi impetrandam Martyris intercessio profusis lacrymis invitatur. Nec mora, fecit ibi Archiepiscopatum, ut spero, legitime, sine consensu tamen præfati præsulis, cujus diœcesi omnis hæc regio subiecta est, committens eumdem prædicti Martyris fratri Radimo, eique subiiciens Reinberunm sanctæ Cholbergiensis Ecclesiæ Episcopum, Pupponem Cracuensem, Joannem Wratislanensem, Ungero Posnaniensi excepto. Factoque ibi altari, sanctas in eo honorifice reliquias condidit.* Hæc & alia Ditmarus, describens, quam digne exceptus fuerit a Boleslao Poloniæ Duce, & magnis muneribus donatus. De archiepiscopatu Ecclesiæ Gnesnens.

XIII. Porro cum audis tot sacra munia exhibita ab Imperatore: scias male ipsi ut auctori esse tributa, quæ Legatus a latere cum eo missus Archidiaconus Cardinalis S. R. E. sua auctoritate facienda curavit; Legati namque auctoritate factum oportuit, quod narrat de Archiepiscopatu ibidem tunc erecto. Verum an ista a Romano Pontifice probata fuerint, vehementer dubito: siquidem assertione (a) Gregorii VII. Romani Pontificis apparet usque ad sua tempora nondum fuisse institutam sedem Archiepiscopalem in Polonia. Nam ipse scribens ad Boleslaum Ducem Poloniæ, cum Legatos illuc mittit ad hoc ipsum agendum, hæc ait. *Illud nobis primo attendendum est, quod Episcopi terræ vestræ non habentes certum Metropolitanæ sedis locum, nec sub aliquo positi magisterio, huc atque illuc pro sua quique ordinatione vagantes,*

(a) Greg. VII. l. 3. ep. 73.

PAGIUS cludit Ducatum Romanum, Ducatum Spoleti, ac urbem Ravennensem, totumque Exarchatum, quia scilicet Schismatici Imperatori Teutonico potiora membra status Ecclesiastici attribuere volebant, & aliqua tantum oppida Romanis Pontificibus relinquere, asserentes antiquos Imperatores nullum unquam jus Pontificibus adscripsisse in magna illa dominia. Quæ & similia referre, refellere est, cum nihil falsius in medium adduci possit. Tam verum itaque Ottonem III. in aliqua sua Constitutione se se *Silvestrum* II. Papam fecisse affirmasse, quam vera sunt, quæ in eadem Constitutione ab Ottone III. prolata, & constituta fuisse dicuntur. Porro figmentum illud post sæculum XI. excogitatum, eo sc. tempore, quo & quædam alia. [1]

IV. Ad num. XII. & seq. Concilium Romanum in

NOTÆ [1] HOc anno mense *Martio* Otto III. Imp. *Capua* degebat, ubi diploma edidit pro Casinensi monasterio: *Datum mens. Mar. anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCXCIX. *anno regni* XVI. *imperii* III. *Actum Capua. Indictione duodecima.* Habetur in Accessionibus ad Historiam Casinensem Erasmi Gattulæ tom. I. P. II. pag. 312. ex regesto Petri diaconi. GEORGIUS

ultra regulas & decreta SS. Patrum, liberi sunt & absoluti. Deinde vero quod inter tantam hominum multitudinem adeo pauci sunt Episcopi, & ampla singularum parochia, ut in subjectis plebibus curam Episcopalis officii nullatenus exequi, aut rite administrare valeant: pro his igitur, &c. Data est epistola vii. Kal. Maii Indictione xiii. anno Christi millesimo septuagesimoquarto. Hactenus de rebus gestis ab Ottone in hoc secundo reditu in Italiam, & ejusdem in Germaniam regressu. Contingit vero ipsum adhuc tertio in Italiam venire, nec amplius in Germaniam redire præventum morte. Sed de his suo loco dicendum. Hic vero quæ Ditmarus subiicit describenda:

XIV. Vindicta in rerum Eccl. invasores.

Nec sileo, inquit, quoddam miraculum temporibus præfati Cæsaris Ottonis Tertii *Romæ cælitus exortum. Nam cum Ducis Hermanni milites monachorum S. Pauli prata vi sua comprehenderent: supplicitèr ab eis sæpe rogati, desiderere noluerunt. Et continuo nubes varia ascendunt, fulmina micant, terrorem Dominicum monstrantes. Tonitru terribile protinus subsequitur, & ex eorum numero op-*

PAGIUS

Synodus Romana anno superiori habita.

in causa Giseleri Magdeburgensis Archiepiscopi, cujus meminit Ditmarus his verbis: *Synodus Romæ tunc, in qua accusatus Gisilerus Archiep. Magdeburgensis, quod duas parochias teneret*, anno superiori celebratum, cum jam Gerbertus, qui eidem subscripsit Ravennensis Archiepiscopus esset. Publicatum illud post Baronii mortem, legiturque Tom. IX. Concil. Hæc verba quarti Canonis: *Si Gisilarius S. Magdeburgensis Ecclesiæ Episcopus potuerit canonice comprobare, quod per ambitionem de minori sede Merseburgensi ad majorem Magdeburgensem non migraverit: ut non deponatur, judicatum est. Sed si populi & cleri invitatione migravit, in eadem permaneat Metropoli. Quod si absque eorum invitatione & electione migravit, non tamen per ambitionem & avaritiam factum esse constiterit, ad priorem redeat sedem. At si ambitionem, & avaritiam negare non potuerit: Definitum est, amittat utramque.* Docet autem Ditmarus hanc rem repositam fuisse *ad Concilium provinciale Germaniæ*, ut scilicet examinaret, an *Gisilarius* per ambitionem ad Magdeburgensem Ecclesiam migrasset. Illud Concilium Germanicum sæculo sequenti habitum, ut ibi dicetur. Tom. IX. Concil. præfatum Concilium Romanum in duo perperam dividitur, primumque dicitur sub Gregorio V. alterumque sub Silvestro II. coactum; quod in altera Conciliorum editione emendandum erit. De hoc Concilio Romano, Ottone III. & Gregorio V. præsentibus celebrato, anno superiori egimus, ideoque hæc ad annum illum retrahenda.

V. *Otto III. corpus S. Adalberti in Polonia veneratur.*

Otto III. nonnisi anno Christi millesimo devotionis causa in Poloniam profectus est, corpus *S. Adalberti* Episcopi Pragensis & Martyris veneraturus. Rem Baronius ex Ditmaro lib. 4. & ex eodem Chronographus Magdeburgensis ad annum Christi millesimum iisdem pene verbis recitat. In Chronico vero Lamberti Scafnaburgensis ad annum M. habetur: *Gaudentius frater Adelberti martyris Phraga Archiepiscopus constituitur*, ab Ottone nempe III. quando orationis gratia ad S. Adalbertum profectus est. Verum loco *Prago* legendum *Gnesna*. Quispiam enim sciolus sciens Pragenses non minus quam Guesnenses se corpus S. Adalberti habere gloriari, locum illum depravavit, quemadmodum & quispiam alius ejusdem farinæ chronicon Hildensheimense ad ad annum Christi M. ubi illa Ottonis III. profectio etiam narratur, corrupit. Ejusdem Chronographi verba anno sequenti in medium afferemus. Neque enim Lambertus, qui sæculo sequenti e vivis excessit, aut Chronographus Hildensheimensis, qui ante annum MCC. Opus suum absolvit, similes nugas scribere potuere; cum certum sit, *Pragam* anno tantum MCCCXLIV. Archiepiscopali Sede cohonestatam fuisse. Præterquamquod Polonos inter & Bohemos convenit *S. Adalberti* corpus usque ad annum M. Guesnæ quievisse, & sola inter eos lis est, an eo anno sacrum illud corpus Pragam translatum sit, quod contendunt Bohemi, & Poloni negant.

VI. *Guesnam Metropol. declarat.*

Anno itaque sequenti Otto III. profectionem illam suscepit: *Bolislaus*, inquiunt Ditmarus & Chronographus Magdeburgensis, *dux Poloniæ ad Diedesi pagum venienti Imperatori parato in loco qui Ilua dicitur, sua hospitio multum hilaris occurrit. Qualiter autem ab eo honoraretur, & per sua usque ad Gnesin* (idest Guesnam) *deduceretur, dictu incredibile est. Videns autem a longe civitatem desideratam, nudis pedibus suppliciter advenit, & ab Episcopo civitatis Ungero venerabiliter susceptus, Ecclesiam introducitur, & ad Christi gratiam sibi impetrandam Martyris intercessio profusis lachrymis invitatur. Nec mora, fecit ibi Archiepiscopatum, ut spero legitime, sine consensu tamen præfati Præsulis & sui Metropolitani* (nempe Moguntini) *cujus diœcesi omnis hæc regio subiecta est, committens eundem prædicti martyris fratri Radimo* (rectius dixisset Ditmarus, *Radzimo*, quo nomine Poloni & Bohemi, qui eadem lingua utuntur, Gaudentium significant) *eique subiiciens Reinbernum S. Cholbergiensis Ecclesiæ Episcopum, Popponem Cracuensem* (idest Cracoviensem), *Joannem Wratislavensem* (Uladislaviensem intelligit) *Ungero Posnaniensi excepto.* Anno itaque CMLXV. ut ibidem diximus, Episcopatus in Polonia instituti, & Moguntino Archipræsuli subiecti, anno vero M. iidem Episcopatus subditi fuere novæ sedi Metropolitanæ, nempe Guesnensi in Gratiam S. Gaudentii Adalberti fratris, ab Ottone III. erectæ. Chronographus Hildensheimensis, ad annum M. de Ottone III. scribit: *Episcopia VII. disposuit, & Gaudentium fratrem B. Adalberti in principali urbe Sclavorum Praga* (legendum, Guesna) *ordinari fecit Archiepiscopum licentia Romani Pontificis, causa petitionis Belizlavonis Boemiorum* (legendum Polonorum) *Ducis, ob amorem potius & honorem sui venerandi fratris digni Pontificis & Martyris*, sed Chronographus verbo *disposuit*, intelligit tantum, *in meliorem ordinem reduxit*. Septem enim Episcopatus illos jam ab anno CMLXV. institutos, ex dictis ibidem liquet, & tam Ditmarus, quam Chronographus Magdeburgensis cla-

optimos quatuor accidens, cæterasque fugans, pauperes Christi in hoc mundo non esse contemptibiles ostendit. Protector enim talium misericors Dominus & hos honorantes, & in necessitate sua exaudientes digna retributione provehit; eorumque persecutores, aut hic (quod levius habetur) aut in futuro (quod gravius) punit. Hæc Ditmarus.

XV. Eodem quoque tempore factam esse translationem venerandi corporis Benedicti Papæ V. ex Hamburgo, sive Hamaburgo, ubi exulans relegatus ab Ottone Primo diem clausit extremum, idem Ditmarus narrat; ut plane, licet sero, cognitus fuerit Benedictus legitimus Ecclesiæ Romanæ Pontifex: Nam schismatico digne punito, & in exilio mortuo; qui tantus post mortem honor, ut ejus venerandæ reliquiæ ab extremis Germaniæ finibus transferrentur in Urbem Imperatoris auctoritate per Episcopale ministerium? Quod si vel sero saltem emendavit Otto nepos, quod deliquisset avus Otto, at restituerit (ut licuit) Benedictum in suam, a qua fuerat exturbatus, Ecclesiam: Leo sane, qui eam tunc occupavit, inter spurios & schismaticos pseudo-pontifices est numerandus. Sed Ditmarum audi, ait enim: *Raco electus Bremensis Episcopus, jussu dilecti Senioris sui*, nempe Ottonis Tertii Imperatoris, *ossa supradicti Papæ Benedicti (sicut ipse prælocutus est) de Hamburg Romam reduxit. Namque pater venerabilis, dominus inquam Apostolicus, dum in exilio esset in Christi servitio studiosus, & adhuc Aquilonaris hæc pars optata pace gauderet: hic, inquit, fragile corpus meum debet resolvi; & post hæc omnis, ista regio gentili gladio desolanda, ferisque inhabitanda relinquetur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam: quandocumque vero domi resideo, Apostolica intercessione, paganos quiescere spero.* Hæc Ditmarus. Quæ omnia ut prædixit sanctus Pontifex sunt sequuta. Scribit enim idem ipse superius de ejusdem Ecclesiæ Hamburgensis desolatione per Sclavos facta, his verbis (a):

Benedicti Pap. corpus Romam delatum.

(a) Ditm. Chron. l. 3.

XVI. *Sclavi, qui susceperant Fidem, superbia Theoderici Ducis aggravati rebellant. Ita primo Brandeburgensis Ecclesia a bellis invasa devastatur, clerici cæsi, omnia expilata, a Boemis Ecclesia Citensis denudata, item Hamaburg sedes Episcopalis eversa. Tum conflagrante Ecclesia visa est etiam ab hostibus manus expansis digitis, quæ plena, cunctis videntibus, rediit. Creditum, reliquias Sanctorum inde sublatas, quæ incendio peritura essent.* Quomodo autem iidem hostes victi fuerint, idem subdit, *numerum quod collecti milites, audita sabbato Missa, & Eucharistia accepta, in hostes irrumpentes, eos vicerunt, ingente strage peracta.* Pluribus ista Ditmarus.

XVII. ☞ Dum autem adhuc Romæ Otto moraretur hoc anno, agente apud eum Silvestro Papa, erga Vercellensem Ecclesiam se munificentissimum præbuit, do-

PAGIUS

clare innuunt, quando aliquorum nomina designant.

VII. Scriptores tamen Poloni volunt, *Guesnam* anno CMLXV. Metropolim declaratam fuisse, & Adalbertum eidem Ecclesiæ ante hunc annum præsedisse. Scribit enim Joannes Longinus in Historia Polonica: *Anno Dom. CMXCVI. Robertum Archiepiscopum Guesnensem obiisse, eique Adalbertum Pragensem Episcopum successisse.* Longinum passim sequuntur Historici Poloni cum Stephano Damalevicio in Serie Archiepiscoporum Guesnensium ante annos quadraginta Varsoviæ in lucem edita. Verum *Archiepiscopatus Guesnensis* Sancti Adalberti antiquiora Acta silent, ut inquit Henschenius in Commentario prævio ad Vitam Sancti Adalberti ad diem XXIII. Aprilis; quod proculdubio non omisissent, cum uterque Auctor præfatorum Actorum profectionis Polonicæ Sancti Adalberti disertam mentionem faciat, & posterior tradat, *Adalbertum Guesnæ* Missam celebrasse, & baptizasse *populum grandem nimis*. Sed non solum uterque Scriptor Vitæ S. Adalberti rem hanc loco, ubi memoranda erat, silentio prætermittit; verum etiam Ditmarus Historicus pietate & doctrina clarus, qui paucos post hunc annos mortuus est, quique ideo narrat quæ ipsemet videre potuit, expressis verbis contrarium asserit, idemque postea alii scripsere, ut jam loco citato diximus. Verum est, eum in urbium nominibus designandis parum accuratum esse; sed vitium illud omnibus fere, qui de rebus externis scribunt, commune.

Ante an. M. nulla Metropolis in Polonia erecta.

VIII. Baronius recte vidit, quæ narrat Ditmarus auctoritate Apostolica facta esse; id enim Chronographus Hildensheimensis citatus, qui post Baronii mortem lucem vidit, diserte tradit. Subdit Baronius vehementer se dubitare, an ea a Romano Pontifice probata fuerint; cum *Gregorius VII.* anno MLXXV. *ad Boleslaum Polonorum Ducem* scribens dicat, Episcopos terræ ejus non habere certum *Metropolitanæ sedis locum*, & huc atque illuc pro sua ordinatione vagari, ideoque apparere usque ad Gregorii VII. tempora nondum institutam fuisse Sedem Archiepiscopalem in Polonia. Verum ex Gregorii VII. verbis illud tantum sequitur, quo tempore ipse literas illas dedit, Sedem Metropolitanam vacasse propter gravissima quæ præcesserant bella, aut alias rationes nobis ignotas, non vero ante illum Christi annum nullum in Poloniæ Regno Metropolitam institutum. Sedem enim *Guesnensem* in profectione Polonica Ottonis III. Metropolim effectam, & Sanctum *Gaudentium* Archipræsulem renunciatum, non video cum fundamento negari posse.

S. Gaudentius primus Archiep. Guesnens.

IX. Ad num. XV. & seq. Ditmarus lib. 3. refert, *Raconem* electum Bremensem Episcopum, Ottonis III. jussu *Benedicti Papæ V.* ossa Hambur-

donans ei ipsam Vercellensem civitatem cum Comitatu, necnon Comitatum S. Agathæ. Est de hic adhuc integrum ejusdem Imperatoris diploma in Archivo ejusdem Ecclesiæ Vercellensis, quod acceptum una cum aliis ab ejus Episcopo Joanne Stephano Ferrerio exemplar, hic tibi ipsum, ut nobile tanti Principis monumentum, edendum curavimus. Sic enim se habet:

XVIII. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto, divina favente clementia, Romanorum invictissimus Imperator Augustus.*

XIX. *Notum sit omnibus Dei cultoribus, & nostri Imperii fidelibus, quoniam respectu divini amoris, & pro petitione optimi Hugonis nostri illustrissimi Marchionis, supplicante domno Papa Silvestro, & interveniente Heriberto nostro dilectissimo Cancellario, concedimus Leoni fideli nostro Episcopo, suæque sanctæ Vercellensi Ecclesiæ, ubi sanctus Eusebius requiescit, totam civitatem Vercellensem in integrum cum omni publica potestate in perpetuum, more prædecessorum nostrorum, ut constantiam fidelis nostri constanter remuneremus. Et ut cæteri promptiores ad obsequium nostrum consurgant, liberalitas nostri Imperii pro Dei & sancti Eusebii amore donavit prædicto Leoni, omnibusque suis successoribus in perpetuum totum Comitatum Vercellensem in integrum cum omnibus publicis pertinentiis, & totum Comitatum, quem dicunt sanctæ Agathæ, in perpetuum cum omnibus castellis, villis, piscationibus, venationibus, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, & cum omnibus publicis pertinentiis, cum mercatis, cum omnibus teloniis, cum omnibus publicis functionibus, ut demota omnium hominum omni contrarietate, tam Leo sanctæ Vercellensis sedis Episcopus, quam & successores ad honorem Dei omnipotentis, & ad reverentiam S. Eusebii magnifici Episcopi, invicti contra hæresiarchas militis & in civitate Vercellensi intus, & foris, & in toto Comitatu Vercellensi intus & foris, & in toto Comitatu S. Agathæ & in omnibus eorum pertinentiis liberam habeant potestatem placitum tenendi, legem novam faciendi, omnem publicum honorem, omnem publicam potestatem, omnem publicam actionem, & omnem publicam redditionem habendi, exigendi, secundum propriam voluntatem & potestatem judicandi, quia omnem potestatem & omne dominium publicum, quod ad nos inde pertinuit, in potestatem & dominium sanctæ Vercellensis Ecclesiæ & Leonis nostri Episcopi & omnium sibi successorum dedimus, largiti sumus, & omnino concessimus in perpetuum. Nostra igitur Imperiali majestate præcipimus, ut nullus Dux, Marchio, nec etiam Iporensis Marchio, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullaque nostri Imperii magna aut parva persona, nullus Italicus, nullus Theutonicus audeat, sanctam Vercellensem Ecclesiam, aut prædictum Leonem Episcopum, aut aliquem ejus successorem de Comitatu Vercellense, aut de Comitatu sanctæ Agathæ, aut de aliqua eorum pertinentia inquietare, molestare, disvestire, aut ullum placitum tenere, aut ullum districtum ibi habere, aut ullam publicam exactionem ullo ingenio ibi exigere, aut mercatum, aut teloneum ibi quærere: & si aliquis aliquod scriptum de mercatis aut teloniis, ad Comitatum Vercellensem & ad Comitatum sanctæ Agathæ pertinentibus ostenderit, sit inane, sit vacuum, nullius unquam auctoritatis habendum, aut firmitatis: Sed liceat tam Leoni Episcopo, quam successoribus ejus ad honorem Dei, & sancti Eusebii omnem liberam potestatem habere in perpetuum in civitate & in toto Comitatu Vercellense, & in toto Comitatu sanctæ Agathæ, & in omnibus eorum pertinentiis, ut libere & secure permanentes Dei Ecclesiæ, prosperetur Imperium nostrum, triumphet nostræ coronæ militia, propage-*

PAGIUS (*Ossa Benedicti V. PP. Hamburgo Romam transferuntur.*) burgo Romam reduxisse. In quam vero Ecclesiam sacra pignora delata fuerint, hactenus incompertum. Adamus Bremensis lib. 3. cap. 6. postquam dixit, Benedictum V. *per tumultum* electum fuisse, manifeste insinuat ejus electionem fuisse legitimam; subdit enim: *Cum jam, Romanis poscentibus, a Cæsare restitui deberet, apud Hamburg in pace quievit.* Cumque Joannem XII. ejus decessorem contra sacros Canones depositum, & Leonem VIII. Antipapam in ejus locum subrogatum constet, electionis Benedicti validitas in dubium non revocanda. Nec refert quod coram Legatis Cæsareis, ut Ottonis M. constitutio ferebat, consecratus non fuerit; Romani enim mortuo Joanne XII. antequam ad novi Pontificis electionem procederent, de electione a se facienda Ottonem M. monuere *Romanorum nuncii*, inquit Chronographus Farfensis Tom. III. apud Duchesnium, *ad eum in civitate Reatina venerunt, mortemque Joannis intimantes Benedictum ei diaconum petierunt; sed minime obtinere valuerunt. Revertentes autem Legati, eumdem elegerunt Benedictum sine consensu Imperatoris. Unde Imperator magis in iram exarsit, & civitatem undique gyravit, & in tantum penuriam adduxit, ut modius furfuris venderetur triginta denariis. Coangustati vero Romani innocentem Benedictum Imperatori tradiderunt, & dominum Leonem Papam coacti receperunt, spondentes ei & domino Imperatori, super corpus B. Apostoli Petri. Dimisit autem eis quanta & qualia mala perpessus est illis.* Fundamentum constitutionis ab Ottone M. datæ fuit libertas electionis in creatione novi Pontificis. Quare cum ipsemet Impe-

getur potentia Populi Romani, & restituatur Respublica, at in hujus mundi hospitio honeste vivere, & de hujus vitæ carcere honestius avolare, & cum Domino honestissime mereamur regnare. Si quis autem contra hoc nostrum præceptum per aliquod ingenium ire præsumpserit: componat mille libras auri, Cameræ nostræ medietatem, & sanctæ Vercellensi Ecclesiæ alteram. Quod ut omnius credatur, & in æternum conservetur, manu nostra firmavimus in æternum Deo auctore victura, & tribus sigillis præcepimus insigniri: quia amor sanctæ Trinitatis, pro qua pugnavit S. Eusebius, ad hoc nos coxit, ut suam Ecclesiam, suumque successorem tali & tanto honore donaremus. Qui hoc præceptum servaverit, sancta Trinitas eum benedicat: qui autem fuerit transgressor, sancta Trinitas eum maledicet, & inter hæreticos damnabitur.

Signum D. Ottonis gloriosissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Comani & Archicancellarii recognovit. Dat. Non. Maii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIX. Indictione XII. Anno Tertii Ottonis Regis XVI. Imperii IV. Actum Romæ feliciter. Amen. Hac- al. III.
usque diploma, in quo sicut in aliis omnibus ab eo datis publicis monumentis apparet, annos Imperii ab eo incipi numerari, non a tempore, quo parenti successit Imperatori, sed ab eo potius anno, quo est coronatus a Romano Pontifice, antea vero non Imperatorem, sed Regem dumtaxat nominari voluisse.

XX. Sergius Patriarcha Constantinop.

Quod ad res Orientales pertinet hoc anno defuncto Sisinnio Patriarcha Constantinopolitano cum sedisset annos tres, subrogatus est in locum ejus Sergius Abbas ex progenie Photii, schismatis auctoris, cujus secutus vestigia eo amplius obfuit, quo diutius præfuit, propagato sedis tempore ultra vigesimum annum. Hujus nomine contra Occidentales

PAGIUS

perator libertatem illam tolleret, & Antipapam palam foveret, *Benedictum* V. eligere, eumque consecrare, eo etiam dissentiente, potuere Romani, ut recte Ditmarus, qui hoc tempore vivebat, sensit, & ipsemet Otto M. innuit, quando mortuo *Leone* VIII. ut *Benedictus* V. restitueretur, consensit, quod tamen ejus mors impedivit; *Otto vero* III. etiam insinuat, cum ejus corpus Romam Hamburgo transferri jussit.

XII. *Obitus Sisinnii Patriarchæ Constantinop.*

Ad num. XX. Cedrenus de Sisinnio Patriarcha Constantinop. loquens ait: *Cum tres tantum annos Ecclesiæ præfuisset, vitam cum morte commutavit. Ei suffectus est Sergius Manuelis monasterii Præsul, genus a Photio Patriarcha ducens.* Tum pag. 717. *Sergius, cum per annos XX. Ecclesiam Dei moderatus esset, indictione secunda, mense Julio, anno mundi 6527.* (eræ nempe Constantinopolitanæ) *ad Dominum emigravit*, ideoque anno Christi millesimo decimo nono, annoque Christi currenti Sisinnio successerat, seditque annos viginti completos, vel fere completos. Quomodo itaque Cedrenus scribere potuit, *Nicolaum* Chrysobergium Sisinnii decessorem anno Christi CMXCV. ante mensem Septembrem vivere desiisse? Quare eum ea in re hallucinatum fuisse non dubitandum; alioquin *Sisinnius* non annos tres, sed quatuor Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset. Ad hunc Cedreni errorem nec Baronius, nec ullus alius, quem viderim, animum advertit.

XI. *Arnulfus a Gregorio V. in Archiepiscopatum Remensem restituitur.*

Silvestri II. nomine Tom. IX. Conc. refertur Epistola ex Codice MS. Remigii Remensis eruta, in qua legitur. *Silvester Episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo filio Arnulfo S. Remensis Ecclesiæ Archiepiscopo. Apostolici culminis est non solum peccantibus consulere, verum etiam lapsos erigere, & propriis privatos gradibus reparata dignitatis insignibus informare: ut & Petro solvendi libera sit potestas & Romana gloria ubique fulgeat dignitas. Quapropter tibi Arnulfo Remensi Archiepiscopo quibusdam excessibus Pontificali honore privato subvenire dignum duximus, ut quia tua abdicatio Romano assensu caruit, Romana pietatis munere credaris posse reparari.* Postea Arnulfum restituit in omnia Remensis Archiepiscopatus jura. At cum Arnulfus a Gregorio V. in pristinum statum restitutus fuerit, uti jam ostendimus, non dubium quin librariorum oscitantia, quod non raro fit, Epistola illa a Gregorio V. data Silvestro ejus successori adscripta fuerit. Cossartius in notula ad eam Epistolam, istam conjecturam, aliamque profert. Verum cum hæc certa sit, opus non est ad alias recurrere.

XII. *Varia fortuna Adalberonis Episc. Laudunensis.*

In eodem Tom. IX. Concil. recitatur alia Epistola Silvestri II. *ad Azolinum Laudunensem Episcopum*, in qua Pontifex ait, sibi oblatam esse Epistolam Roberti Regis & Episcoporum Galliæ, qua eum accusat, quod ad Synodum Compendio habitam tandem venerit. Verum subdit Pontifex; *legibus te non posse objectis respondere manifestasti, dominum Regem tuum offendisse te, non negasti, indulgentiam tantummodo postulans per universam Synodum, Regis gratiam renovatis perjuriis obtinuisti, datis obsidibus, Archidiacono scilicet tuo, & altero milite. Turres Lauduni te redditurum promisisti. Magistrum tuum Remensem Archiepiscopum, pro accipiendis muneribus sub Judæ specie tecum ducens, capere voluisti*, &c. Quare eum Romam ad Synodum proxima Paschali hebdomada celebrandam venire præcipit. *Azelinus* seu *Ascelinus*, dictus etiam *Adalbero*, Ecclesiæ Laudunensis Episcopus dum adhuc juvenis esset, renunciatus fuit; & ut erat homo pecuniosus Ecclesiæ suæ multa bona largitus est; sed liberalitatem ejus doctrinam cæterasque dotes suas insigni perfidia fœdavit. *Carolum* enim Lotharingum Ducem, cujus Consiliarius erat, & in cujus verba juraverat, *Hugoni* Francorum Regi portis Lauduni nocte patefactis tradidit, & ea ratione eum Regni compotem fecit. Tum anno CMXCI. Synodo Remensi interfuit, in qua *Arnulfum* Remensem Archiepiscopum quem antea ipse solus re-

con-

les invenitur alicubi scripta epistola, quam Photii vere esse, & ejus titulo restitutam superius recitavimus.

Mil-

PAGIUS conciliaverat, cum Consacerdotibus suis damnavit. [1] Denique in laudaes *Silvestri* Epistola publicis criminibus insimulatus Romam ad dicendam causam evocatur. Sed has omnes veluti tempestates feliciter elusit, ac gratiam *Roberti Regis* recuperavit, ut carmen ejus ad Robertum Regem Franc. ab Hadriano Valesio aliquot ante mortem suam annis e veteri MS. erutum fidem facit. Ex eo enim apparet, eum *Roberto Regi* amicum atque etiam familiarem, ac doctum pro illorum temporum captu. Quoad *Arnulfum* Remensem Archiep. Albericus & Auctor Chronici Cameracensis lib. 3. cap. 21. eum anno MXXIII. e vivis abiisse testantur. Jacet in Choro S. Remigii, ubi in suo Epitaphio laudatur a pietate, ab eleemosynis, & ab aliis magnis dotibus,

NOTÆ [1] Ascelinus iste seu Adalbero Laudunensis vivebat adhuc anno 1028. quo Arnulphus Remensis dedit privilegium suum pro immunitate Monasterii Mosomensis in Diœcesi Remensi. Datum est illud Lauduni A. 1028. Ind. I. ac subscribitur ab Archiepiscopo, & ab Episcopis quatuor, inter quos nomen Adalberonis Sanctæ Laudunensis Ecclesiæ legitur. Ex hac pariter Charta confirmatur, quod Pagius hic per conjecturam tantummodo assequutus fuit; nempe Arnulphum in gratiam Roberti regis tandem rediisse, cum ibi asserat se, ut eam immunitatem largiretur permotum fuisse *consilio Roberti regis Francorum*. Tandem ibidem narrat se ante multos annos Romam petiisse cum Bosone ejusdem Monasterii abbate, quam peregrinationem tunc facile obivit, cum ejus abdicationis causa maxime ferveret, nempe inter annos 990. & 999.

Quin & anno 1025. Adalbero adhuc in vivis erat, cum signet Diploma Ebali Remensis archiepiscopi, datum anno Roberti XXXVIII. Episcopatus Ebali II. Indict. VIII. Martene Anecdot. tom. I. col. 144. Ex quo Diplomate patet Arnulphum, Ebali antecessorem, anno 1023. diem claudere potuisse, ut optime Authores apud Pagium hic. MANSI

I. Millesimus Christianæ religionis numeratus annus, decimatertia inchoatus Indictione, ubi tu Lector aliquantisper, rogo, subsistens, illud propheticum mente volve (a): *Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quæ præteriit*. Et quod ait Petrus (b): *Unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus*. Ac meditare universum istum decursum status Ecclesiæ, millenarium hoc ipsum tempus annorum, tamquam diem unum, in quo licet sol nocte non luxerit, & die, obice nubium, sæpe latuerit, atque ventorum turbine tonitruis, atque fulminibus, grandine, pluvia, apparuerit per molestus; numquam tamen dixeris perditum esse solem, & diem, non Dei, sed de certa veritate securus, cum Propheta cantabis (c): *Tuus est dies, & tua est nox*. Eo quod (d) *sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus*. Ita plane contemplari licet Dei Ecclesiam hujus millenarii curriculo circumductam unius instar diei, in quo nec ad momentum quidem reliquerit eam sol justitiæ Christus, qui sicut ille sol ad hoc creatus est, ut (e) præsit diei, ad hoc factum est Verbum caro, ut præsit Ecclesiæ; sed fortius istud, siquidem dicat (f): *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Sive igitur Ecclesiam vidisti luce clarescere, sive tenebris obscurari, numquam tamen eamdem (si sapis) fuisse dixeris sine Christo, aut sine Ecclesia Christum, sed quod sit in Christo semper Ecclesia, & in Ecclesia *JESUS Christus* (g) *heri & hodie ipse & in sæcula*. Hæc pro anacephalæosi annorum mille dicta sunto: jam quæ sunt annis hujus res gestas videamus.

(a) Psal. 89.
(b) 2. Pet. 3.
Anacephalæosis annorum mille decursorum.
(c) Psal. 73.
(d) Id. 38.
(e) Gen. 1.
(f) Mat. 24.
(g) Heb. 13.

Nitidus illuxit præsens millenarius annus, quem divina luce coruscum, ad vesperem arte diabolica obscurare nubeculæ visæ sunt, sed statim evanuerunt. De his enim Glaber temporis hujus auctor, testisque fidelis agens, de stultis hominibus hæreses disseminare conantibus, hæc habet (h): *Exstitit circa finem millesimi anni homo plebejus in Gallis apud vicum, Vertus vocabulo, in pago Catalaunico, Leutardus nomine, qui (ut finis rei probavit) satanæ Legatus credi potuit, cujus etiam vesania pervicacia hoc exordium habuit. Morabatur enim aliquando solus in agro quidpiam ruralis operis peracturus, qui ex labore somno depressus visum est ei, ut grande examen apum in ejus corpus per secreta ingrederetur naturæ, quod etiam per illius os nimio cum strepitu erumpens, crebris illum punctionibus agitabat. Ac diu multumque agitato stimulis, loqui ei videbantur, & multa hominibus impossibilia præcipere, ut faceret. Tandem fatigatus consurgens, venit domum, dimittensque uxorem quasi ex præcepto Evangelico, fecit divortium. Egressus autem velut oraturus, intrans Ecclesiam, arripiensque Crucem & Salvatoris imaginem contrivit. Quod cernentes quique* II.

(h) Glab. hist. l. 2. c. 11. 12. De Leutardo hæretico.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hisp. MXXXVIII. Anno Hegiræ CCCXCI. inchoato die 1. Decemb. fer. 2. A. C. 1000. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6493

☉ 1. GF. ☽ 13. P. 31. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1000.

SILVESTRI II. PAPÆ 2.

OTTONIS III. REG. 18. IMP. 5.

BASIL. & CONST. IMPP. 25.

AD num. I. *Mirum silentium de millesimo Christi anno, nulla solemnitate (quod sit scriptum) peracto ut ad exemplum saltem veterum Romanorum sæculares ludi, qui in centesimo quoque Urbis anno exhibebantur, tum solemniter leguntur peracti. Nam millesimus Urbis annus sub Philippis Imperatoribus multiplici pompa est celebratus. Millesimus autem christianæ salutis annus toto silentio dilabitur, sub Pontificio Silvestri II. & Imperio Ottonis III. Jubilæus autem annus needum venerat in mentem Pontificibus, ut eo instituto (quo præsens quingentesimus post mille peragitur) celebraretur. Bonifacius VIII. anno trecentesimo post millesimum primus illum instituit*, inquit Krantzius lib. 4. Hist. Saxon. cap. 26. ubi & tempus, quo Historiam illam elucubravit, designat. [1]

Annus Ecclesiæ millesimus nullis solemnibus frequentatus.

Ad

NOTÆ [1] HOc anno circa Pascha Synodus Quidelingeburgensis celebrata fuit Ottone III. Imperatore præsente, vocatusque ad eam Gisilerus archiepiscopus Magdeburgensis episcopatu dimisso Merseburgensem quem reliquerat resumeret; sed illi valetudinem causanti dies ad Synodum Aquisgranensem dicta fuit. Annalista Saxo Eccardianus ad eundem annum. Sed Aquisgrani Synodus nulla dein habita fuisse videtur; nam Gisilerus pleniorem Synodum postulare se dicens, dilationem procuravit. Hujus Synodi Quidelingeburgensis in Collectionibus nulla mentio facta est. Porro Annalistæ Saxonis hæc sunt verba: *Fit ibi* (Quidelingeburg) *magnus Senatorum concursus, & habita ibi Synodo Gisilerus vocatur &c.* Hanc vero habitam fuisse Paschate hujus anni idem Scriptor jam adnotaverat. MANSI

territi pavore, credentes illum (ut erat) insanum fore. Quibus etiam ipse persuasit, sicut sunt rustici mente labiles, universa hæc patrare ex mirabili Dei revelatione.

III. *Affluebat igitur nimium sermonibus utilitate & veritate vacuis, doctorque cupiens apparere, dedocebat magistrum doctrinæ. Nam decimas dare dicebat esse omnimodis superfluum & inane. Et sicut hæreses ceteræ, ut cautius decipiant, Scripturis se divinis, quibus etiam contraria sunt, palliant, ita & iste dicebat, profanas ex parte narrasse, utilia ex parte non credenda. Cujus etiam fama, quasi alicujus mente sani ac religiosi in brevi ad se traxit partem non modicam vulgi. Quod comperiens vir eruditissimus Lebuinus senex Episcopus, in cujus scilicet erat diœcesi, accersiri illum ad se jussit. Quem cum interrogasset de universis, quæ dixisse, vel fecisse compererat: cœpit venenum suæ nequitiæ occultare cupiensque quod non didicerat, de Scripturis sanctis testimonia sibi assumere. Audiens vero sagacissimus Episcopus non esse convenientia, immo non magis turpia quam damnabilia, ostendens hominem insanientem hæreticum factum, revocavit ab insania populum ex parte deceptum, Catholicæ plenius restituit Fidei. At ille cernens se devictum, atque ambitione vulgi destitutum, semet puteo periturus immersit.* Hic finis pseudo apostoli a satana missi, sui Apostolatus signa primo proferens Iconoclastiam, crucisque contemptum, ut scias pariter a quonam missi sint reliqui omnes, qui eadem præsenti sæculo factitarunt. De alio autem æque insano a diabolo eluso hæresiarcha subdit mox ista:

IV. De Vilgardo novo hæretico vanissimo homine.

Ipso quoque tempore non impar apud Ravennam exortum est malum. Quidam igitur Vilgardus dictus studio artis Grammaticæ magis assiduus, quam frequens, sicut Italis semper mos fuit, artes negligere ceteras, illam sectari. Is enim cum ex scientia suæ artis cœpisset inflatus superbia stultior apparere: quadam nocte assumpsere dæmones poetarum species, Virgilii & Horatii atque Juvenalis: apparentesque illi, fallaces retulerunt grates, quoniam suorum dicta voluminum charius amplectens exerceret; seque illorum posteritatis felicem esse præconem: promiserunt ei insuper suæ gloriæ postmodum fore participem. Hisque dæmonum fallaciis depravatus, cœpit multa turgide docere Fidei sacræ contraria, dictoque poetarum per omnia esse credenda asserebat. Ad ultimum vero hæreticus est repertus, atque a pontifice ipsius urbis Petro damnatus. Plures etiam per Italiam tempore hujus pestiferi dogmatis reperti, quique ipsi aut gladiis, aut incendiis perierunt. Ex Sardinia quoque insula, quæ his plurimum abundare solet ipso tempore aliqui egressi, partem populi in Hispania corrumpentes, & ipsi a viris Catholicis exterminati sunt. Quod præsagium (a) Joannis prophetiæ congruit, qua dixit, satanam solvendum expletis mille annis. Ita quidem qui de se ista esse scripta diabolus non ignoravit, pristinas tentans experiri vires, in crucem Christi, qua senserat se fuisse prostratum, primum impetum fecit, inde vero idololatriam, qua olim orbem triumphaverat universum, conatus est per suum pseudoapostolum, arte Grammaticum restituere. Sed prosequamur cætera.

(a) Apoc. 20.

V. Otto peregrinatur ad corpus S. Adalberti

Hoc eodem anno Otto Imperator ex Polonia, quo pietatis ergo (ut audisti) fuerat peregrinatus ad visitanda sacra pignora S. Adalberti martyris, Romam rediens, sacras reliquias secum detulit ejusdem Martyris, quibus ubi collocarentur, erigendam curavit Ecclesiam in insula Tyberina, loco Urbis notissimo, suique antiquitate omnium rerum Romanarum scriptorum memoria famosissimo. De qua quidem translatione appendix ad vitam ejus inscripto codice habet ista: *Quo audito*, nempe post martyrium, *fama miraculorum ejus, Otto Tertius Imp. ardorem tanti Martyris non ferens, cum Senatu Romano & Episcopis & clericis extra montes in Slavoniam*

PAGIUS II. *Otto orationis gratia in Poloniam pergit.*

Ad num. V. Huc revocandum quod anno superiori Baronius num. XII. & seq. de profectione Ottonis III. in Poloniam habet, & nos ibidem explicavimus. Hoc enim anno Ottonem III. in Poloniam perrexisse, docet Chronographus Hildensheimensis his verbis: *Imper. Otto causa orationis ad S. Adalbertum Episcopum & Martyrem Quadragesima tempore Sclaviam* (idest Poloniam) *intravit. Ibique condunata Synodo Episcopia VII. disposuit, & Gaudentium fratrem B. Adalberti in principali urbe Sclavorum Praga* (legendum, Guesna, ut anno præfato demonstravimus) *ordinari fecit Archiepiscopum licentia Romani Pontificis causa petitionis Bolyzlavonis Bohemiorum Ducis* (legendum, Polonorum Ducis) *ob amorem potius & honorem sui venerandi fratris digni Pontificis & Martyris. Inde reveniens Palmarum solemnitatem Parthenopoli festive peregit. Paschalia vero tempora votive Quidilingaburg celebravit. Pentecostes autem celebritatem digna devotione Aquisgrani feriavit. Quo tunc admirationis causa Magni Imperatoris Karoli ossa contra divina religionis Ecclesiastica effodere præcepit. Quæ tunc in abdito sepultura mirificas rerum varietates invenit. Sed de hoc, ut postea, claruit, ultionem æterni vindicis incurrit. Nam prædictus ei Imperator post tanta commissionis facinus comparuit, & ei prædixit obitum suum celerius affuturum. MI. Indict. XIV. Imperator natalem Christi Romæ celebravit.* Romæ itaque die natali Christi, quo Chro-

niam pergit ad educendas Romam reliquias beati martyris Adalberti: Qui manus ejus auferens, auro & gemmis mire exornavit, & Ecclesiam nomini ejus inter duos pontes fabricavit, & magna dignitati tradidit. Tunc incepit inquirere corpora sanctorum Martyrum, & praecepit, ut ubicumque inventa fuissent, ad Ecclesiam beati Adalberti deportarent. Et nuntiatum est illi, quod in Ecclesia beatorum Abundii & Abundantii martyrum, quae est juxta montem Soractem, erant plura sanctorum Martyrum corpora: qui misit suos nuntios Episcopos, clericos & monachos, ut cum omni honore & diligentia cum hymnis ad Ecclesiam S. Adalberti ea deferrent. Qui protinus abierunt, & coeperunt inquirere, ubi essent tumuli eorum. Et invenerunt in uno tumulo corpora sanctorum Abundii & Abundantii posita, & in alio tumulo corpus S. Theodorae, quae illos in praelio suo sepelierat. Invenerunt etiam inter eos sanctos Martyres, qui habebant inauratas vestes & mire exornatas, & super altare eorum mensam sculptam & nimis decoratam, & deportata sunt omnia secundum jussum Imperatoris ad Ecclesiam S. Adalberti martyris. Hæc ibi. Verum cum haud multum intercederet temporis, ex quo idem Otto ex hac vita migraret, dicti Martyres alio translati sunt: nam S. Abundii & Abundantii veneranda corpora delata inde sunt ad diaconiam SS. Martyrum Cosmæ & Damiani, unde etiam paucos ante annos solemni pompa delata sunt in basilicam Societatis JESU.

VI. Corpus S. Barthol. Apost. translatum Rom. — Otto vero, quo inchoatam a se Romæ Ecclesiam quam plurimis posset sacris Sanctorum reliquiis exornare: consilium iniit, ut corpus S. Bartholomæi Apostoli Beneventi consistens, illinc Romam deduceret, necnon famosissimi Confessoris Paulini Nolani Episcopi corpus

pariter inde Romam transferret. Cujus rei explendæ ea occasione Beneventum veniendi uti opportune voluit, ut Deo debitam ex promissione ad memoriam S. Michaelis Archangeli ad montem Garganum in Apulia situm pedestri itinere peregrinationem exolveret. Quod hoc anno factum ab ipso, Leo Ostiensis ex antiquis Cassinatis monasterii monumentis affirmat, licet ipsi plurimum contradicatur, dum ait, a Beneventanis aliud corpus loco S. Bartholomæi tunc fuisse suppositum. Sed audi ipsum, qui sic ait: (a) *Hujus Abbatis anno tertio, qui est millenarius ab Incarnatione Domini, memoratus Imperator Beneventum venit, & poenitentiae gratia, quam illi vir Dei Romualdus indixerat, montem Garganum adiit, reversusque Beneventum, S. Bartholomaei corpus ab eis postulavit. Qui cum illi negare nihil auderent: callide pro corpore Apostoli, beati Episcopi Paulini Nolani corpus, quod erat in majore Ecclesia civitatis, honorifice conditum, ostendere. Ille nihil fraudis suspicans, eo sublato, recessit. Sed hoc ubi ille resciverit, nimis indignans, corpus quidem Confessoris Christi Romam ad insulam honore congruo condidit, sequenti vero tempore Beneventum rursum advenit, eamque diebus multis undique obsidens, cum nihil ex obsidione proficeret, Romam iterum redit, &c.* Hæc Leo, cui (ut dictum est) a pluribus contradicitur, asserentibus omnino ejusdem Apostoli corpus in Ecclesia in honorem S. Adalberti extructa, certo certius asservari. *Cujus veritatis in testimonium adducuntur Romanorum Pontificum sacra diplomata, atque Friderici Imperatoris litteræ, Constitutionis vim habentes, datæ anno millesimo centesimo sexagesimoseptimo.* Accedunt his Acta Synodalia sub Alexandro Tertio, de quibus suo loco inferius dicendum.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 24.

de Corpore S. Paulini Romam delato.

PAGIUS Chronographus annum exorditur, Otto fuit. Anno vero superiori per Decembrem Ravennæ erat, ubi Leoni Antistiti Ravennatis veteres Ecclesiæ possessiones confirmavit, ac novas addidit, ut habent Sigonius lib. VII. de Regn. Ital. & Rubeus in Hist. Ravenn. lib. V. Quare nonnisi currentis anni initio Roma in Germaniam rediit, & post aliquot menses tertiam profectionem suam Romanam, quæ ultima fuit, suscepit. Porro Othonem tunc VII. Episcopia non disposuisse, superiori anno monstravimus.

III. Corpus Caroli M. ab Ottone incorruptum reperitur. — Gesta Aquisgrani ab Ottone III. his verbis narrat Ademarus Monachus in Chronico: *Otto Imp. per somnium monitus est, ut levaret corpus Caroli M. Imp. qui Aquis humatus fuerat, sed vetustate obliterante ignorabatur locus certus, ubi quiescebat, & peracto triduano jejunio inventus est eo loco, quem per visum cognoverat Imp. sedens in aurea cathedra, intra arcuatam speluncam infra Basilicam B. Mariæ, coronatus corona ex auro & gemmis, tenens sceptrum & ensem ex auro purissimo, & ipsius corpus incorruptum inventum est, quod levatum populis demonstratum est. Quidam vero Canonicorum ejusdem loci Adalbertus, cum enormi & procero corpore esset coronam Caroli quasi pro mensura capitis sui circumponens, inventus est strictiori vertice, corona amplitudine sua vincente circulum capitis: crus proprium vero ad cruris mensuram Regis dimetiens, inventus est brevior, & ipsum ejus crus protinus divina virtute confractum est, qui supervivens annis XL. semper debilis permansit. Corpus vero Caroli conditum in dextro membro Basilicæ ipsius retro altare Sancti Joannis Baptistæ & crypta aurea super illud mirifica est fabricata, multisque signis & miraculis clarescere cœpit. Non tamen solemnitas de ipso agitur, nisi communi more anniversarium defunctorum. Solium ejus aureum Imp. Otto direxit Botiselano* (idest Boleslao, Poloniæ Duci.

VII. Testimonia de vera translatione. Porro coegit necessitas, ut post multum temporis eædem Apostoli sacræ reliquiæ detegerentur, & veritas innotesceret, quod Robertus, qui ad Sigebertum adiecit appendicem, anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo sic enarrat: *Circa hoc tempus inundatione Tyberis facta non modica, Romæ in quadam insula ejusdem fluminis in Ecclesia antiqua inventum est in quodam sarcophago corpus B. Bartholomæi Apostoli totum integrum, excepto corio, quod remansit Beneventi, quando Otto Imp. capta eadem civitate, corpus prædicti Apostoli transtulit Romam, sicut tabulæ æreæ demonstrant scriptæ litteris Græcis & Latinis, quæ repertæ fuerunt in corpore Apostoli. Repertum est in eadem Ecclesia corpus beati Paulini Nolani Episcopi.* Hæc ipse.

VIII. Eccl. S. Bartholomæi. Factum est autem, ut illatione corporis S. Bartholomæi in Ecclesiam sub titulo Adalberti martyris inchoatam, transierit ipsa in nomen & cultum ejusdem Apostoli Bartholomæi, memoriaque Adalberti hoc modo fuerit paulatim oblivione deleta. Nam qui restituit eamdem Ecclesiam Paschalis II. post centum & tredecim annos, hos versus in superliminari portæ majoris ejusdem Ecclesiæ inscribendos curavit, qui hodie quoque ita leguntur:

Tertius istorum Rex transtulit Otto piorum
Corpora queis domus hæc sic redimita viget.
Quæ domus ista gerit si pignora noscere quæris.
Corpora Paulini sint credas, Bartholomæi.

Et post hæc in fine:

Tempore Paschalis II. Papæ, anno Dominicæ Incarnationis M.C.XIII. Indictione septima mense Aprili die quarta. Hæc ibi. Ex quibus manifesti erroris redarguuntur illi, qui sub Ottone Secundo id factum esse scripsere.

At si quæras, cur tanti Apostoli corpus non in aliqua amplissimarum basilicarum sit reconditum, sed in Ecclesia nullo modo patriarchalibus basilicis comparanda: plures possunt afferri causæ, vel quod (ut plerique ajunt) delaturus illud Otto in Germaniam, illic ad tempus dumtaxat voluit collocasse: vel quod quam extruere inchoavit Ecclesiam, (ut audisti) quamplurimis quærens nobilitare reliquiis, & Apostolico pignore reddere celeberrimam: si vixisset, in longe augustiorem formam extruxisset. IX. Cur Eccl. minor tanto Apost. donata.

Quod vero translationem hanc ab Ottone III. factam audisti, cum ad Garganum montem peregrinationem illam indictam a Romualdo suscepisset: congressum ejusdem Imperatoris tunc temporis habitum cum viro sanctissimo Nilo Abbate (de quo plura superius) in volumine rerum ab eo gestarum conscriptum hic reddere, dignum existimamus. Quem recitat ejusdem temporis auctor, idemque ejusdem Nili discipulus: X.

Imperator vero pœnitentiam pollicitus, pedes ab Urbe ad Garganum montem ivit ad S. Michaelem Archangelum. Et inde reversus, per beati Nili hospitium transivit. Cum igitur venisset ad monasterium, & vidisset fratrum tuguria circa Oratorium constructa dixit: Ecce tabernacula Israel in deserto: Ecce habitatores Regni cœlorum. Isti non ut habitatores, sed ut peregrini manent hic. Beatus vero Nilus, cum percepisset thuribulum suum (quod moris erat) obviam illi ivit cum universis Fratribus, & cum omni humilitate & veneratione ipsum excepit honorifice. Imperator autem supposita manu, Nilum sublevans, & sustentans, ingressus est cum eo in Oratorium. Deinde facta oratione, dixit Imperator S. Nilo: Dominus (a) noster JESUS Christus, dum erat cum Apostolis, præcepit illis, ne peram, aut baculum, aut duas vestes possiderent. Cum vero accederet passione, iterum dixit illis: (b) Sed nunc qui habet sacculum XI. Congressus S. Nili cum Ottone Imp.

(a) Luc. 10.

(b) Idem 22.

PAGIUS ci.) *Pro Reliquiis S. Adalberti Martyris. Rex autem Boleslavus, accepto dono missi Imperatori brachium de corpore ejusdem sancti, & Imperator gaudens illud excepit, & in honore S. Adalberti Martyris Basilicam Aquisgrani construxit mirificam, & Ancillarum Dei congregationem ibi disposuit; aliud quoque monasterium Romæ construxit in honore ipsius Martyris.* Carolum M. divum habitum fuisse, templa illi dicata, & Officii & Ecclesiastici impensam celebritatem, ostendit Bollandus ad diem XXVIII. Januarii in Vita Sancti Caroli Magni ab Eginhardo scripta, & addit, *ancon fortassis*, & saltem post canonizationem a Guidone Cremensi Antipapa, Paschale III. dicto, factam. Verum hic Ademari locus a Bollando non citatus dubium solvit, indicatque nonnisi post illam canonizationem divinos honores Carolo M. delatos, conniventibus nempe Summis Pontificibus. Adhæc ex iisdem verbis sequi videtur Ademarum Chronicon suum scripsisse ante annum MXL. Verum numeri corrupti, & loco, *annis XL.* reponendum, *annis XI.* uti ex dicendis de fine Chronici Ademari colligitur. Porro hanc inventionem ossium Caroli M. cum hoc Christi anno Lambertus in Chron. recte alligat, & Ditmarus lib. 4. ad eumdem annum memorat.

Ad num. XI. Vitam *S. Adelaidis* Ottonis I. Imperatoris conjugis repertam in monasterio S. Magni ad pedem pontis Ratisponensis primum edidit Canisius, quam Baronius recte judicavit, eam aliam non esse, quam quæ a S. Odilone Cluniacensi Abbate scripta dicitur. IV. *Moritur S. Adelhaida Imperatrix.*

Po-

culam, tollat simul & peram. Tu igitur quoque cum jam senueris, & debeas proficisci ad Regnum cælorum, sit tibi cura de tuis alumnis, ne post te angustiati loci difficultate, recedentes dissipentur. Nos dabimus tibi monasterium & proventus, ubicumque volueris in universa provincia nostra. Cui Beatus ita respondit: Davidem audivi dicentem: (a) Salvum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus, quoniam defecit veritas a filiis hominum. Et iterum: (b) Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Si omnino sunt monachi fratres mei, & custodiunt pro viribus Christi mandata: ipse qui usque adhuc mecum curam gessit de ipsis, multo majorem geret absque me de iis, qui sperant in ejus misericordia. Hæc & alia multa cum dicta essent, surrexit Imperator, ut discederet. Et iterum conversus ad senem, dixit illi: Pete a me tamquam a filio tuo quodcumque volueris, & cum omni alacritate perficiam tibi. Beatus vero Nilus cum extendisset manus ad pectus Imperatoris, dixit illi: Nihil aliud peto ab Imperio tuo, præter salutem animæ tuæ. Licet enim Imperator existas, tamquam unus de hominibus debes mori, & ad judicium venire, & rationem reddere eorum quæ fecisti, bonorum sive malorum operum. Hæc cum audisset Imperator, guttas lacrymarum profundebat ex oculis suis. Deinde coronam suam in manibus S. Nili deponens, ab ipso benedictionem adeptus cum omnibus, qui cum illo erant, iter suum prosequutus, &c. Ita plane S. Nilus se suosque ad monasticam vitam composuit, ut nusquam firmas fixerit sedes, sed peregrinantium more, ubi aliquo in loco aliquamdiu mansisset, aliqua occasione captata, una cum suis alio transmigraret, ita expedire judicans ad omnes numeros perfectissimæ monasticæ observantiæ exolvendos, ut affectus liberos ab omnibus terrenarum rerum compedibus conservaret.

(a) Psal. 25.
(b) Psal. 13.

Hoc item anno Ottonis Imperatoris III. proavia Adelais Primi Ottonis conjux ex hac vita migravit die decimasexta Decembris. Res ab ea præclare gestas scriptas fuisse a S. Odilone Abbate Cluniacensi, valde asseveranter testatur Molanus in Notis ad Martyrologium Usuardi, easque in præsentiarum reperiri in quibusdam Germaniæ & Burgundiæ Ecclesiis. Porro vitam ipsius editam a Canisio (c) tomo quinto Antiquæ lectionis, eam esse, quam citat Molanus, scriptam ab Odilone, nulla apud me dubitatio est: concordant siquidem tempora. Et dum frequenter incidit mentio de S. Majolo Abbate itidem Cluniacensi, ipsum summa veneratione suum patrem appellat: sane quidem se ejus successorem esse S. Odilonem profiteri, videri potest cuique recte intuenti. Ab eodem auctore Adelais titulo sanctitatis insignitur, quod certe vir sanctus non fecisset, nisi prævia canonizatione Apostolicæ Sedis. Nam antequam id accideret, audi ipsum, quam sobrie de cultu & veneratione Sanctorum eidem tribuenda pertractet, dum ait: *Et quia illius merita sine Apostolici decreto, Clerique consensu celebrari non licuit: prædicto in loco beatæ Mariæ Oratorium se constructurum promisit, &c.* Hæc ipse ibi. Qui cum in fine vitæ, ipsius apponat publicas preces, dicendas in Missa ipsius & Horis canonicis: plane auctoritate, quam exigebat, Apostolici, nempe Romani Pontificis, atque Romani Cleri id esse factum, ostendit. Quod ad ejus obitum pertinet, prævenisse eam suis precibus Deum, ne videret obitum Ottonis Imp. sui nepotis, certum est. Audita enim morte Franconis Episcopi, quem anno superiori ex hac vita excessisse vidimus, magni meriti sanctum virum, hoc expetiisse testatur Odilo, cum hæc ait (d): *Cum enim esset ab illo sacro loco egressura*, nempe a Martyribus Agaunensibus, *& secum* * *staret in angulo Ecclesiæ orationis gratia: quidam nun-*

Adelaidis Augustæ obitus.

(c) Tom. 5. Antiq. lect. pag. 399.

Adelais Sanctor. numero adscripta.

(d) Lib. 1. c. 12. t. 5. Antiq. lect. p. 407.
* starem

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS Postea rursus edita fuit in Bibliotheca Cluniacensi inter Odilonis Opuscula ex MSS. Codd. eruta. In ea Vita Odilo scribit: *Anno instante ab Incarnatione domini millesimo, desiderans videre diem unum nescientem occasum in atriis domini super millia dicebat, sæpe cum Apostolo*, Cupio dissolvi & esse cum Christo. *Præsulans etiam in præsentiarum cum spirituali lætitia, ejusdem Domini nostri Jesu Christi festum, cum sextum decimum diem solveret December felix, & ipsa feliciter deposito carnis onere, evolavit ad purum purissimi ætheris fulgorem.* Quare non dubium, quin sanctissima Imperatrix die XVI. mensis Decembris, superioris Christi anni animam Deo reddiderit, uti Lambertus Shafnaburgensis, Chronographus Hildensheimensis, & aliqui alii Veteres etiam tradiderunt. Baronius anno CMXCVIII. num. XI. recitat mortem aviæ Ottonis III. Imperatoris ex Ditmaro, cujus verba recitat; sed avia illa alia non est, quam *Adelhais*, cujus mortem, non cum eo Christi anno, sed cum anno CMXCIX. Historicus ille alligat; cum asserat, Mathildem Quindlinburgensem Abbatissam *VIII. Id. Februarii* e vivis excessisse, & Adelhaidem *in eodem anno XVI. Kal. Januar. Papa quoque Gregorius II. Nonas Februarii.* Certum autem Gregorium V. anno CMXCIX. naturæ debitum solvisse, in cujus tamen emortuali die Ditmarus hallucinatur, ut ex dictis suo loco constat. Fuit *Adelhais* Rodulphi hujus nominis II. Burgundiæ & Italiæ Regis, ac *Berta* Reginæ filia, &, uti docet Charta fundationis monasterii Paterniaci in pago Bernensi positi, ac ab eadem Regina conditi, a Guichenono in Bibliotheca Sebusiana pagin. I. re-

nuntius venit ad eam de Italia, qui Franconem Vvangionensem Episcopum nuntiavit Romæ fuisse defunctum. Et quia vir boni testimonii erat; domina Augusta valde illum diligebat; sicut & omnes bonos diligere solita erat. Et statim, ut ejus obitum audivit, ex familiaribus qui aderant, unum vocavit, & ut pro eo Domino preces effunderet, humiliter rogavit. Hunc ipsum fuisse auctorem Odilonem, qui modestiæ causa suum reticuit nomen, quæ ab eo sunt dicta superius, persuadent. Pergit vero: *Et quasi in excessu mentis ita exorsa est, dicens: Quid faciam, Domine: Vel quid dicam de illo Seniore nostro, & nepote meo? Peribunt (ut credo) in Italia multi cum eo; peribit post ipsos, ut timeo, heu misera, Augustæ indolis Otto. Remanebo omni humano destituta solatio. Absit, o Domine Rex sæculorum, ut videam superstes tam lugubre dispendium. Tunc videres Augustam toto corpore solo prostratam. Non minus videres eam toto mentis annisu, cœla intentam, & quasi jam martyris Mauritii vestigia invenisse, ac limphatico ore prolingere. Post paululum vero ab oratione surrexit, munera Martyribus, eleemosynam dedit pauperibus. Dehinc Genevensium adiit urbem, desiderans videre victoriosissimi Victoris martyris aulam, &c.* Consule, si libet, dignas ipsius laudes, digne conscriptas, nempe candore sinceræ veritatis ab Odilone.

XII. S. Stephanus titulo Regis insignitus ab Apostolica Sede. (a) Cart. in vit. S. Steph. Reg. c. 7. apud Sur. t. 4. die 20. Aug.

Quartus hic numeratur annus S. Stephani Ungarorum Regis, cum Legatos misit ad Romanum Pontificem, a quo & Regni coronam accepit, ut qui hactenus Dux dictus fuerit Ungarorum, ex hoc anno Rex cœperit appellari; ipse vero Regnum *ipsum* eidem Ecclesiæ Romanæ donarit. Rem gestam (a) Cartuitio Episcopo in vita ejusdem sancti Regis, quam scripsit ad Colomannum Regem sic accipe: *Deinde quarto a patris obitu anno divinitus permotus eumdem Astricum præsulem, qui etiam Anastasius dictus est, ad sanctorum Apostolorum Limina misit, a Petri Apostolorum Principis successore petitum, ut recens conversæ Pannoniæ largam benedictionem impertiret, Strigoniensem Ecclesiam sua auctoritate Metropolim constitueret, reliquos Episcopatus sua benedictione firmaret, & ipsum Ducem regio diademate cohonestaret, ut eo fultus honore, quæ divinæ gratiæ adjutorio cœpisset, ea magis magisque promovere, ac stabilire posset. Per idem tempus etiam* [a] *Mesica Polonorum Dux Christianam complexus Fidem, Legatos suos Romam miserat, ut Pontificis benedictionem, & regium ipsi titulum impetrarent. Assenserat quidem Pontifex, & jam coronam egregio opere confici curaverat, quam ei mitteret, sua benedictione adjuncta. Sed quia novit Dominus qui sunt ejus, qui etiam duobus Apostolis propositis Matthiam socio suo prætulit, & cum Apostolis annumerandum curavit: illa corona Stephanum ornari voluit, postea felicius gloria sempiterna coronandum.*

[a] Mesicæ filius Boleslaus.

XIII. Monetur divinitus Pontifex quid agat.

Nocte enim ejus diei, quo statuerat Pontifex coronam Polonorum Principi dare perferendam; apparuit ei Angelus Domini, aitque ad eum. Noveris, cras hora diei prima, ignotæ gentis nuntios ad te venturos, suo Duci coronam regiam & Apostolicæ benedictionis munus abs te expetituros. Eam ergo coronam, quam parari jussisti, illis incunctanter tribue, ad ipsorum Ducem eam asportaturis, nec dubites illi eam cum Regni gloria pro vitæ ejus meritis deberi. Itaque crastina luce, ea hora qua prædictum erat, præsul Astricus ad Pontificem venit, demandatumque sibi officium prudenter exequens, sanctique Ducis res gestas ordine referens, a Sede Apostolica Regni coronam petiit, ostendens dignum esse Ducem eo honore & dignitate; quippe qui divina fretus ope multos sibi populos subjugasset, multosque infideles sua potentia ad Christum convertisset. His auditis mire exhilaratus Pontifex, precibus illius libenter annuit: crucemque ante Regem, seu Apostolatus insigne gestandam adjunxit. Ego, inquiens, sum Apostolicus, at ille merito Christi Apostolus dici potest, cujus opera tantum populum sibi Christus requisivit. Atque ea causa, quemadmodum divina gratia ipsum docebit, Ecclesias Dei una cum populo nostra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis, quæ postularat, Antistes Astricus lætus ad suos revertitur, illud secum ferens, cujus causa iter illud emensus erat. Allatis vero Apostolicæ benedictionis litteris cum corona & cruce, Præsules cum Clero, Comites cum populo in laudes Dei prorumpunt, & Deo dilectus Stephanus Princeps ungitur in Regem, & diademate regio feliciter coronatur. Hæc Cartuitius, At

PAGIUS recitata, fratres habuit *Conradum* Burgundiæ Regem, *Burchardum* Episcopum Lausanensem deinde Lugdunensem Archiepiscopum, & *Rodulphum* Burgundiæ Transjuranæ Ducem, cujus alibi mentio non occurrit. Jam suis locis ostendimus, eam primum *Lothario* Italiæ Regi, & postea *Ottoni* primo Germanorum tunc Regi, ac dein Imperatori nupsisse, ac matrem extitisse Ottonis II. Imp. & Mathildæ Abbatissæ Quidilinburgensis, pietate & sapientia conspicuæ. Adelhais *Mater Regnorum* vulgo appellata fuit; quod dissidentes Regum animos miro suavitate & peritia conciliaret; indeque Epistola Gerberti CXXVIII. *Adelhaidi Ma-*

XIV. At indigne hæc ferentes rerum Polonarum (a) scriptores, coronam scilicet paratam Duci Poloniæ, Dei monitu datam Duci Ungarorum: tradunt regium nomen atque regium diadema Duci Poloniæ datum ab Ottone Imp. tunc cum in Poloniam ipse (ut prædictum est) ad S. Adalberti recentis martyris visendum corpus profectus est. At in his minime ipsis assentiri possumus: si enim accepissent ab Ottone Imperatore, cur opus fuit postea quærere ab ipso Romano Pontifice post Ottonis obitum, Imperante Henrico Imperatore? non igitur id factum per Ottonem putamus, magis persuasi auctoritate sæculi hujus scriptoris laudatissimi Petri Damiani Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis, veritatis in omnibus amantissimi: Ipse enim in rebus gestis S. Romualdi opportuna occasione divertens ad res Polonorum sub Sclavorum nomine recensendas, ait discipulos sancti Romualdi peritos ab Ottone illuc esse missos ad prædicandum, quorum causam martyrii cum enarrat, meminit de legatione ab eodem Duce Boleslao (quem corrupto vocabulo, vel depravato textu, Busclavum legimus) ad Romanum Pontificem missa pro corona regia consequenda, elegantemque ejusmodi contexit historiam (b):

(a) Chron. l. 3. in Boleslao. Polonorum Duci non data corona ab Ottone.

(b) Habet apud Sur. t. 3. die 19. Jun. ibid. c. 30.

XV. * *Busclavus autem volens coronam sui Regni ex Romana auctoritate suscipere: prædictos venerabiles fratres obnixa cœpit supplicatione deposcere, ut ipsi plurima ejus dona Papæ deferrent, & coronam sibi a Sede Apostolica reportarent. Qui regiæ petitioni assensum penitus denegantes, dixerunt: Nos in sacro ordine positi sumus, tractare nobis sæcularia negotia minime licet. Et ita relinquentes Regem ad cellam reversi sunt. Quidam vero Regis familiares agnoscentes ejus desiderium, sed quid sancti viri respondissent, ignorantes, copiosam auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, secum eos detulisse ad cellulam, falso opinati sunt. Deinde intra se conditione pacta condicunt, ut nocte eremum latenter ingressi, & monachos interficerent, & pecuniam asportarent. Quos cum beati viri venturos irrumpere persensissent, adventus eorum causam protinus agnoscentes, confessionem inter se fecere, & sanctæ crucis se cœpere vexillo communire. Erant autem ibi duo pueri, eorum obsequio ex aula regia deputati, qui prout vires dabant, stare pro Sanctis & furibus resistere nixi sunt.*

* Boleslaus Boleslaus pro corona legationem mittere curat ad Rom. Pont.

XVI. *Fures reperto tandem aditu, irruentes, extractis gladiis, omnes pariter occidere. Tunc thesaurum anxie perquirentes, sed eversis omnibus & nihil invenientes: ut tanti reatus crimen obtegerent, & humana suspicio non armis, sed flammis potius quod fuerat, deputaret: cellam incendere, & ipsa Martyrum conati sunt cadavera conflagrare. Sed admoti ignes amissis naturæ viribus, nil omnino consumere, nullis hominum studiis potuere. Ita enim eos ipsa etiam parietum materia repellebat, ac si pro lignis durissimi silices essent. Frustrati itaque fures in fugam se conferre nitantur. Sed & hoc illis ex divina providentia denegatur, tota siquidem nocte per fruteta nemorum, per latitudinem saltuum, per opaca silvarum viam anxiate sunt quærere, quam nullatenus valuere errantibus vestigiis invenire. Sed neque pugiones in vaginas arefactis brachiis recondere potuerunt. Ubi vero Sanctorum jacebant corpora copiosum lumen usque ad diem splendescere, & dulcissima angelicæ cantilenæ non desiit suavitas resonare.*

Occiduntur a furibus Joan. & Bened.

XVII. *Adveniente autem die, quod factum fuit, Regem latere non potuit. Qui illico ad eremum cum copiosa populi multitudine festinavit, & ne fures evaderent, facta corona hominum, totam silvam undique circumcinxit. Qui tandem reperti sunt manifesti criminis rei, & ad gladios suos adhuc ultione divina ligati. Rex autem quid de eis faceret, habita consideratione deliberans, hoc*

Consilium Ducis de sumendo supplicio.

PAGIUS *Matri Regnorum* inscripta est, & in ea legitur; *certe clarissimam dominam & matrem regnorum vos hactenus fuisse manifestum est.* Huc refer quæ Baronius anno CMXCVIII. num. XI. De hujus Imperatricis morte habet.

V. A num. XIV. ad XIX. Wippo in Vita Conradi Salici Imperatoris ad annum primum regni ejus ait: *Eodem anno Brislaus Sclavigena, Dux Bolanorum* (idest, Polonorum) *insignia Regalia & Regium nomen in injuriam Regis Chuonradi sibi aptavit, cujus temeritatem cita mors evinuavit. Filius autem ejus Misica similiter rebellis fratrem suum Ottonem, quoniam Regis* (nempe Conradi nondum coronati Imperatoris) partibus favebat *in Rubbiam provinciam pepulit*, idest, in Russiam. Quare licet Baronius Wipponis Historiam non legerit, recte tamen censuit, Boleslaum ab Ottone III. Imperatore Regio nomine donatum non fuisse. Stanislaus Lubienskius in serie Episcoporum Plocensium, dum de Martiali secundo Episcopo Plocensi verba facit, opinionem Baronii refellit ex vetusto Epitaphio Boleslai Chobrii cognominati, in quo legitur:

Regis nomen Boleslao Poloniæ Duci ab Ottone III. non datum.

Tu Possedisti velut athleta Christi
Regnum Slavorum, Gothorum seu Polonorum,
Cæsar precellens, o te ducalis pellens.
Plurima dona sibi quæ placuere tibi
Huic detulisti, quia divitias habuisti.

Verum Epitaphium illud longe post *Boleslai* mortem positum fuisse, laudatum Wipponis testimonium demonstrat. Hic enim Auctor coætaneus, ac rerum Conrado Salico imperante ge-

hoc postremo decrevit, ut nequaquam eos, sicut merebantur, occidi praeciperet, sed ferrets catenis vinctos ad sepulcra Martyrum destinaret, quatenus aut ibi usque ad obitum in vinculis viverent miserabiliter, aut si sanctis Martyribus aliter videretur, ipsi eos sua misericordia liberarent. Qui cum ad Sanctorum tumulum fuissent ex praecepto Regis attracti: mox ineffabili divinitatis omnipotentia fractis sunt nexibus absoluti. Deinde facta super Sanctorum corpora basilica, innumerabilia non solum tunc, sed & nunc, ibi fiunt ex divina virtute prodigia. Hæc de Martyribus Petrus, quorum nomina sunt superius recitata, nempe Joannes & Benedictus S. Romualdi discipuli. Ex quibus & illud apparet, ista facta esse non sub Meisca (ut Curtuitius ponit) sed sua Bolesluo filio transacta; nec sub Ottone tantum, sed sub ejus successore Henrico Imp. talia petere a Romano Pontifice perseverasse, ex his quæ subjicit idem Petrus, possumus intelligere; ait enim (a):

(a) Pet. Dam. ib. c. 34.

XVIII. *Imperator autem Henricus * Buselavi consilium non ignorans, undique vias custodiri praeceperat: ut si Buselavus Romam nuntios mitteret, in ejus illico manus devenirent. Monachus igitur, qui nuper missus a sanctis Martyribus fuerat, demum captus est, & mox carcerali custodiæ mancipatus. Nocte vero illum Angelus Domini in carcere visitavit, & consummatos eos esse quorum legatione fungebatur, admonuit, statimque aperto divinitus carcere, praeparatum sibi esse navigium in fluvio, quem transiturus erat, asseruit. Quo festinans monachus, Angelicæ promissionis fidem verum esse probavit.* Hactenus de his Petrus non tam rebus Polonicis, quam Romualdi intentus: eas enim obiter per digressionem attigit. Quibus apparet nullatenus ab Ottone Imp. ut tradunt, Regis titulum Boleslaum obtinuisse, quem constat esse quæsitum tempore Henrici Imp. ejus successoris, non ab Imperatore, quem (ut audisti) sibi expertus fuerat adversantem, sed a Romano Pontifice, a quo id petere primum cœpit.

* al. Boleslai

Henricus Imp promotionem Boleslai impedire conatus.

Sed ut ad S. Stephanum Regem Ungarorum revertatur oratio, cur ipse tantam divinitus revelatam gratiam promeruerit ut alteri paratam coronam acceperit: ex epistolis Gregorii Papæ Septimi causam possumus intelligere eam fuisse, quod scilicet ipsum Regnum Ungaricum Romanæ Ecclesiæ donavit. Sunt de his haud obscura testimonia pluribus ejusdem Pontificis (b) litteris comprobata, ex quibus vel unas hic describere necessarium duximus, sic se habet (c): XIX.

(b) Greg. l. 2. ep. 13. 63. 70. & l. 9. ep. 25.

(c) Idem l. 2. ep. 13.

Gregorius servus servorum Dei, Salomoni Regi Ungarorum salutem & Apostolicam benedictionem.

XX. De Regno Ungariæ oblato Apost. Sed.

Litteræ tuæ ad nos tarde propter moram nuntii tui allatæ sunt: quas quidem multo benignius manus nostra suscepisset, si tua ea causa conditio non adeo beatum Petrum offendisset. Nam sicut a majoribus patriæ tuæ cognoscere potes, Regnum Ungariæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est, a Rege Stephano olim B. Petro cum omni jure & potestate sua oblatum & devote traditum. Propterea Henricus piæ memoriæ Imp. ad honorem S. Petri Regnum illud expugnans, victo Rege, & facta victoria ad corpus B. Petri lanceam, coronamque transmisit, & pro gloria triumphi sui illuc Regni direxit insignia, quo Principatum dignitatis ejus attinere cognovit. Quæ cum ita sint, tu tamen in cæteris a regia virtute & moribus longe discedens, jus & honorem S. Petri, quantum ad te, imminuisti & alienasti, dum ejus Regnum a Rege Teutonicorum, in beneficium (sicut audivimus) suscepisti. Quod si verum est, qualiter gratiam B. Petri & nostram benevolentiam sperare debeas, tu ipse, si justitiam vis attendere,

re,

PAGIUS

gestarum spectator. Ejus Historia extat in Collectione Pistoriana. Cæterum pleraque Epitaphia, quæ putantur antiqua, pluribus sæculis a morte eorum, in quorum gratiam condita, fuisse composita, & sepulcris insculpta, tanquam principium Chronologicum haberi in posterum debet. Cum illud subinde variis exemplis confirmetur. Certe præfatum Boleslai Epitaphium Longini, Michovii & Cromeri ætate ignotum fuit.

VI. *Moritur Seguinus Archiep. Senonensis.*

Anno superiori *Sevinus* seu *Seguinus* Archiepiscopus Senonensis e vivis excessit, ut Odoranus in Chronico prodit. Is Primatum Galliæ, qui jam a tempore Ansegisi Archiep. Senonensis, in cujus gratiam primum institutus fuerat, aut Archiepiscoporum incuria, aut desuetudine abrogatus videbatur, restituit, hancque ejus Successores confirmari curavit: *Anno millesimo*, ut legitur in Chronico S. Petri Vivi Senonensis, *acclamante Clero & populo electus est in Episcopatu domnus Leothericus ipsius Ecclesiæ Archidiaconus, cui resistebant plurimi Clericorum cupientes Episcopium. Qua de re Romam adiit Gerbertum Papam, qui & Silvester dictus est, cujusque discipulus in Remensium urbe fuerat juvenis. Quem ille gratanter recepit, cum benedictione Apostolica remittit, & totius Galliæ Primatum dedit. Unde rediens Senones cum pace susceptus est a Clero & populo honorifice. Volentibus autem eum inthronizare prohibuit Frotmundus Comes natus ex mala progenie: habebat enim filium clericum nomine Brunonem, quem volebat Episcopum facere. Quare domnus Leothericus iterum Papam adiit, qui mittens literas suas ad Suffraganeos Ecclesiæ Senonensis jussit, ut congregati in unum Apostolica auctoritate eum ordinarent. qui ipsa complentes ordinaverunt eum apud S. Faro*

mo-

re, non ignoras, videlicet, te non aliter eam habiturum, nec sine Apostolica animadversione diu regnaturum, nisi sceptrum Regni quod tenes, correcto errore tuo, Apostolicæ, non regiæ majestatis beneficium recognoscas. Neque enim nos timore, vel amore, aut aliqua personali acceptione (quantum Deo adjuvante poterimus) debitum honorem ejus, cujus servi sumus, jure quæsitum relinquemus. Verum si hæc emendare, & vitam tuam (ut decet Regem) instituere, & Deo miserante adornare volueris: proculdubio dilectionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut Matris dilectus Filius, & nostram in Christo amicitiam plene habere poteris. Datum Romæ quinto Kal. Novemb. Indictione decimatertia. Est annus Redemptoris millesimus septuagesimus tertius. Jure igitur illa de Ungaris (a) Glaber hujus temporis scriptor: *Ipsa denique Ungarorum gens post tot patrata flagitia, post tot flagella Gentibus illata cum suo Rege ad Catholicam Fidem conversa, quæ prius consueverat crudeliter rapere aliena, libens impertitur pro Christo propria. A quibus etiam jam dudum diripiendo captivabantur, undecumque in miserrima mancipia distrahendi, qui reperiebantur Christiani: ab iisdem quoque foventur nunc ceu fratres vel liberi.* Matri vero omnium Ecclesiarum Apostolicæ Sedi Patrique omnium Vicario Christi summæ pietatis ergo seipsos cum suis penitus devovere.

(a) Glab. l. 2. c. 5.

XXI. Quis ista considerans non miretur, & obstupescat, dum quo tempore (secundum humanam prudentiam, quæ tantum terrena sapit, & quæ ea solum quæ ante oculos habet, considerat, nec ad divinam providentiam oculos figit) ipsa Romana Ecclesia casura, & interitura penitus videri potuisset, tot improbis, sceleratis, impudicis, prædonibus, invasoribus, sanguinariis & grassatoribus hoc sæculo (ut audisti) Sedem Apostolicam invadentibus, eamque depravatis moribus conspurcantibus, tam vitioso in primis ingressu, quam detestando pravorum morum exemplo, qua etiam occasione ejus dominium sibi Imperatores vendicantes, pro arbitrio statuerent in Sede Petri, quem vellent, sic reddita jam prorsus vili, & contemptibili, effecta ancilla Regum domina Gentium, & conculcata pedibus filiorum, & præsidentium attrita vestigiis, expositaque ludibrio transeuntium: eodem tempore eaterni longe positi veniant Reges ad Apostolicam Sedem, quam recognoscant, & venerentur unicum orbis templum, asylum pietatis, columnam & firmamentum veritatis, petram immobilem innixam super Christi Dei vivi solidam, firmamque promissionem: Ecce inquam Reges, non ut olim ad Christi cunabula duce stella ab Oriente veniant, sed a Septemtrione, unde (quod (b) scriptum est) consuevit progredi omne malum in Italiæ damnum, quod ab iisdem (ut audisti) haud pridem pavendis exercitibus irrumpentibus sæpe passa fuerat: modo accedant humiles, prævia Fide, ad tugurium piscatoris, ipsam Romanam Ecclesiam, non munera tantum ex suis thesauris accepta, sed ipsa Regna afferentes ad eam, & Regna petentes ab ea? *Quis (c) sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini?* Quis inquam ista prudens expendens, non cognoscat Romanam Ecclesiam, non hominum arbitrio regi, qui eam sæpius perdere laborarunt, sed imperio Christi disponi, & divinis promissionibus custodiri?

Rom. Eccl. peculiari providentia regi a Deo.

(b) Jerem. 1.

(c) Psal. 106.

XXII. Adhuc in his considera mirandum illud, non alterius, quam Dei inventum, quod eo tempore, quo Imperatores sibi electiones Romanorum Pontificum usurparunt; tunc versa vice Regnorum ab Ecclesia Romana titulos Principes peterent, sicut fecisse noscuntur Duces eximii Hunnorum ac Polonorum, qui non ab Imperatoribus, sed a Romanis Pontificibus coronam regiam postularunt, quorum alter illud præstitit amplius, ut quod accepit Regnum, dono offer-

PAGIUS *monasterium.* Hugo tamen Floriacensis apud Duchesnium Tom. IV. Seguini mortem cum *XIII. Kal. Novemb.* hujus Christi anni illigat, & quæ narrat Chronographus S. Petri Vivi, ad annum sequentem rejicit. Ad Leothericum variæ extant Fulberti Carnotensis Episcopi Epistolæ. Primatum Galliæ postea Gregorius VII. ad Archiepiscopum Lugdunensem transtulit, ut suo loco dicetur.

VII. *Anno ab Incarnatione Domini,* inquit Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. *millesimo Danorum Classis, hoc anno Normanniam petiit, & sequenti anno ad Angliam reversa pejora prioribus egit. Rex Ethelredus* (hoc scilicet anno, ut etiam alii Historici tradunt) *terram Cambrorum fere totam depopulatus est. Hic sua classi mandavit, ut circumnavigata septentrionali Britannia, in loco constituto sibi occurreret. Sed vi ventorum prepedita, non potuit. Insulam tamen, quæ Monege* (id est, Mona Hiberniam inter & Angliam sita) *dicitur devastavit.* Fusius hæc narrat Huntindoniensis in fine lib. 5. subditque; *Daci vero semper bellis exercitati belli fortuna potiti sunt.*

Dani Angliam vexant.

VIII. Tum librum VI. his verbis exorditur: *Anno millesimo ab Incarnatione domini, Richardi Consulis Normannorum* (id est, Ducis; vox enim hæc hoc tempore in eo sensu usurpata) *filiam Rex prædictus* (nempe Anglorum) *Edelred in conjugem assumere præcogitavit ad tuitionem regni sui. Ille enim fortissimus erat, & omni*

Ut Britones ab Anglis ita a Danis & Normannis subacti.

offerret S. Petro, eidemque subiiceret gentem illam, quæ jugum ferre nescia, sub jugo gemere ubique populos, & sub gladio ut (audisti) omnes contremiscere fecerat nationes: adeo ut in hoc locum habere possit illud Samsonis ænigma: (a) *De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo*. Dum comminuens dentibus ferreis, & vorans fera gens populos, se offerat cibum illi, cui dictum est a Deo (b): *Macta & manduca*. Et rabie ora illa spumantia olim, nunc mella fundant dulcedine charitatis. Sunt ista miracula Christi, opera Dei. Nam quis alius vel sperare potuit ista, nisi qui de gloria Ecclesiæ venturæ prædixerat. (c) *Ecce iste de longe venient: & ecce illi ab Aquilone*. Et: *Erunt Reges nutricii tui, & Reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent*. Et: *Eris (d) corona gloriæ de manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui, & non vocaberis ultra Derelicta, sed vocaberis Voluntas mea in ea*. Quæ ipsa S. Ecclesia hodie millesimum ortus sui annum festive celebrans, illud propheticum hilaris occinat (e): *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumentis justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis*. Cui semper sit honor & gloria in sæcula. Amen.

(a) Judic. 14.
(b) Act. 10.
(c) Isa. 49.
(d) Idem 62.
(e) Idem 61.

Quod

PAGIUS *& omni regno Francorum formidabilis. Ipse autem se suosque valde debilitatos videbat, futuramque cladem non mediocriter horrebat. Hoc autem Dei nutu factum esse constat, ut veniret contra improbos malum. Genti enim Anglorum quam sceleribus suis exigentibus disterminare proposuerat, sicut & ipsi Britones peccatis accusantibus humiliaverant, dominus Omnipotens duplicem contritionem proposuit, & quasi militares insidias adhibuit. Scilicet ut hinc Dacorum persecutione sæviente, illic Normannorum conjunctione accrescente, si ab Dacorum manifesta fulminatione evaderent, Normannorum improvisam cum fortitudine cautelam non evaderent. Quod in sequentibus apparuit, nam ex hac conjunctione Regis Anglorum & filia Ducis Normannorum Angliam jure sequendum, gus gentium Normanni & calumniati sunt, & adepti sunt. Prædixit etiam eis quidam Vir Dei, quod ex scelerum suorum immanitate non solum quia semper cædi & proditioni studebant, verumetiam quia semper ebrietati & negligentiæ domus domini dediti erant, eis insperatum a Francia adventurum dominium, quod & eorum excellentiam in æternum deprimeret, & honorem sine termino restitutionis eventilaret. Prædixit etiam, quod non ea gens solum, verum & Scotorum, quos vilissimos habebant, eis ad emeritam confusionem dominaretur. Prædixit mobilem tam varium adeo seculum creandum; ut varietas, qua in mentibus hominum latebat, & in actibus patebat multimoda variatione vestium & indumentorum designaretur.* Hæc Huntindonensis, qui sæculo duodecimo floruit. De occupatione Angliæ a Danis & Normannis sequentibus annis agemus. Notare hic sufficiat, Emmæ a Danis & Normannis oriundæ cum *Ethelredo* Rege conjugium, quod cum utrisque commercium intulit, eum tandem corona, Imperioque exuisse.



Peroratio cum gratiarum actione.

(a) 1. Tim. 1.

QUod ad millenarium unnum Christianæ religionis, Deo favente stylo nostro pervenimus: sit nobis pro Seculari carmine illud (a) Apostoli: *Regi sæculorum immortali & invisibili soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Et pro Sæcularibus lud s, jugis gratiarum actio perseveret. iste sit nobis cum divina Sapientia ludus, ut reciproca largitione certantes, magis tamen vinci, quam vincere gaudeamus. Ludere ipsa quidem fertur (b) in orbe terrarum cum hominibus Sapientia, dum sic dat, ut recipiat, sicque recipit, ut abundantius reddat, sed inde ut uberiorem mensuram in gratiarum actione suscipiat, unde præstantiora dona retribuat; atque sic ista jugiter iterans, velut maris euripo, fluxu atque refluxu festive cum mortalibus ludat; tam tamen æque totum sit ejus, quod in nos influit, & refluit per gratiarum actionem in ipsam, licet pro imbecillitate naturæ longe impares in retribuendo inveniamur. Quænam autem tibi dignæ, Domine, referri possunt a nobis gratiarum actiones, quod nos incolumes (quod vix spe concepissemus) ad annum hunc millenarium perduxisti? Quod cymbam tenuem oceano vastissimo creditam ad talem deduxisti stationem, ex qua ad portum haud adeo difficilis navigatio sit? Rependam quid digne? Hoc ipsum quod præstitisti pro gratiarum actione offero Millenarium, nostro labore decursum. Tu vero, qui sic accipis minima, ut maxima reddas: adiice jam illud tuum indesinens (c) Millenarium per infinita sæcula revolvendum in Regno cœlorum, interveniente pro nobis apud te Dei Genitrice Maria; ut quæ est in labore semper adjutrix, eadem conciliatrix sit præmii sempiterni in gloria Beatorum. Amen.

(b) Prov. 8.

(c) Apoc. 20.

Hic Baronius decimum Annalium Tomum absolvit.

ANNALES
ECCLESIASTICI.

(a) Mat. 5. SUbstitissem libenter, jam lassus, in Millenario, sed qui diait (a): *Si quis te angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo*, urget opus, hisque veluti tamquam stimulis, excitat renitentem, atque cunctantem impellit. Pareo, sed exactus ipse exigo ab exactore, agensque jure meo, ipsum convenio suis verbis astrictum: nam quod jubens: Vade cum illo, dixit, ut adsit

Divini auxilii imploratio. ipse quocum pergam, efflagito. Sit igitur ipse in itinere comes & ductor, ut quod reliquum est viæ, securus lætusque conficiam. Sic & pater credentium Abraham diuturna peregrinatione

(b) Gen. 27. lassatus, dicente ipsi Domino (b): *Ambula coram me*, de inhærente tuto sibi comite tutus, sumptis viribus, reliquum vitæ cursum majori alacritate

(c) Gen. 28. confecit. Quo & monitus (c) Jacob non antea susceptum iter est prosequutus, quam nuncupato voto, ritu solemni, Deum pariter sibi in via comitem sociarit. Expeto hoc ipsum ego majori fiducia ab eo, quem jam commercio humanæ naturæ factum esse scimus (d) (d) Jer. 14. viatorem in terris, & ejusmodi quidem, qui etiam non petitus conjungat se socium (e) iter agentibus: quibus & in (e) Luc. 24. via exhibeat se doctorem, atque mœroris animi depulsorem. Adsit igitur multo magis ipse rogatus, atque sua promissione conventus, qui nos simul ducat & doceat. Accurrat festina & ipsa Dei genitria Virgo Maria, nobis in omnibus assistere atque prospicere consueta; atque in via ista nos præcedens nostra benedicta Columba, pullum desidem diu cunctantem & renitentem suo volatu e nido provocet ad volandum: deque ipso ex more sollicita, opem laturа semper vel circumvolitet laborantem, vel alis foveat quiescentem. Amen.

JESU CHRISTI ANNUS 1001.	SILVESTRI II. PAP. ANNUS 3.	OTTONIS III. IMP. 6. BASIL. & CONST. IMPP. 26.

I. NOvum sæculum inchoatur. Incipit annus primus post millesimum, Indictione decimaquarta notatus, idemque nonnullorum vana assertione prænuntiatus mundi postremus, vel ipsi propinquus: quo nimirum revelandus esset ille homo (f) peccati, filius perditionis,

(f) 2. Thes. 2. dictus cognomine Antichristus. Fuerant ista in Galliis promulgata, ac primum prædicata Parisiis, jamque vulgata per orbem, credita a compluribus, accepta nimirum a simplicioribus cum timore, a doctioribus vero improbata. Inter alios enim ad redarguendum errorem ea divinis Scripturis sibi laborandum fuisse, Abbo Floriacensis Abbas, vir doctrina & sanctitate insignis testatur in libro Apologerico, quem ad Reges Francorum Hugonem atque Robertum, patrem & filium scripsit. Cujus fragmentum inter schedas ad nos Parisiis a Nicolao Fabro amico fidelissimo missas inventum hic describere, haud fore inutile duximus: nam præter ista de interitu mundi, alia habet notatu digna. Est hujusmodi:

Dominos meos cum familiariter alloquor, bona suadeo, multorum animos, scio, contra me concito, de quorum animositate non multum moveor (dulce decus meum Roberte, quem atavis Regibus editum, divina pietas perduxit ad regni fastigium) si post Deum & Sanctos ejus vestro specialiter sustentor auxilio, & consilio, cujus mentionem in quotidianis orationibus meis numquam prætereo. Tandem capitulatim subtexam huic Indiculo, quæ maxime sunt corrigenda in vestro imperio; nec tam hæc verbis meis, sed authenticis Scriptorum dictis, ut postmodum Episcopos moneatis hæc canonico emendare in suis Conciliis. Sed antequam ulterius progrediamur, ne inconsideratum abire sinas, Lector, quod auctor Robertum alloquens Regem, eum atavis Regibus editum prædicat: redarguit enim plane levitatem dicentium, Hu-

II. Abbo confutator falsitatis.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MXXXIX. Anno Hegiræ CCCXCII. inchoato die 20. Novemb. fer. 5. A. C. 1001.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6494.

☉ 2. E ☽ 24. P. 13. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1001.

SILVESTRI II. PAPÆ 3.

OTTONIS III. REG. 19. & 6.

BASIL. & CONST. IMPP. 26.

Hugonem Roberti parentem ignobili ortum genere. Sed de his actum suo loco Tomo superiori. Pergit Abbo, primum inculcans ea, quæ spectant ad sana dogmata retinenda, dicens:

III. *Permitur de Fide dicendum credidi, quam alternantibus choris & in Francia, & apud Anglorum Ecclesiam variari audivi. Alii enim dicunt (ut arbitror) secundum Athanasium: Spiritus sanctus a Patre & Filio: non factus, non creatur, sed procedens: qui dum id quod est, Nec genitus, subtrahunt, Synodicam domini Gregorii se sequi credunt, ubi ita est scriptum: Spiritus sanctus nec genitus est, nec ingenitus, sed procedens*..... Vides in his, Lector, jam ante sexcentos annos absque ulla dubitatione Athanasii Symbolum vere ejus esse absque dubitatione creditum & prædicatum. Pergit auctor:

IV. *De fine quoque mundi coram populo sermonem in Ecclesia Parisiorum adolescentulus audivi, quod statim, finito mille annorum numero, Antichristus adveniret, & non longo post tempore, universale Judicium succederet. Cui prædicationi ex Evangelio & Apocalypsi, & libro Danielis, qua potui virtute, restiti. Denique & errorem, qui de fine mundi inolevit, Abbas meus beatæ memoriæ Richardus sagaci animo propulit, postquam litteras a Lotharienfibus accepit, quibus me respondere jussit. Nam fama per totum mundum impleverat, quod quando Annunciatio Dominica in Parasceve contigisset, absque ullo scrupulo finis sæculi esset.*

V. *De initio etiam Adventus, qui ante Nativitatem Domini per singulos annos agitur, aliquando error gravissimus extitit, aliis inchoantibus post v. Kal. Decembr. aliis ante, cum numquam plus quatuor hebdomadis saltem unum diem Adventus habeat. Cumque de hujusmodi diversitate soleant contentiones in Ecclesia crescere: Concilio determinandum est, ut omnes qui in ea vivimus, unum sapiamus. Quod vestra industriæ concedat, qui nos unanimes vult habere in domo sua.* Hucusque ex scheda de Abbonis Apologetico.

VI. At quod ad mundi casum prænuntiatum pertinet, quæ proxime accidissent anno superiori, tantæ cladis videri poterant esse prænuntia: nam de his Sigebertus anno millesimo: *Multa*, inquit, *prodigia visa sunt: terræmotus factus est permaximus, cometes apparuit Kal. Januar. circa horam nonam aperto cœlo, quasi facula ardens cum longo tractu, fulguris instar, illabitur terris tanto splendore, ut non modo qui in agris erant, sed etiam in tectis, erupto lumine ferirentur. Qua cœli scissura sensim evanescente, interim visa est figura quasi serpentis, capite quidem crescere cum cæruleis pedibus.* Hæc Sigebertus.

Erant ad hæc credenda de fine mundi, & adventu proximo Antichristi, Romanæ Ecclesiæ tot sæpe iterata naufragia, ex quibus (ut superiori Tomo vidimus) Gerbertus æque adventare Antichristi tempora jactitabat. Sed & corruptio morum, quam magnam valde hoc tempore fuisse in hominibus, præsertim ecclesiasticis, Glaber (*a*) ea videns scriptis deplorat, idipsum poterat suadere. Insuper & quod Ferreum hoc sæculum ob malorum excrescentiam, auctore Ditmaro, diceretur, utique & esse pariter ultimum crederetur. Ad quod allusisse visus est Glaber, ista deplorans, ad postremum dicens: *Quandocumque enim deficit religiositas pontificum, & marcescit districtio regularis Abbatum, simulque monasterialis disciplinæ vigor tepescit, ac per illorum exempla cætera plebs mandatorum Dei prævaricatrix existit; quid aliud quam totum simul humanum genus rursum in antiquum præcipitii chaos perditionis spontanea voluntate illabitur?* Et in fine: *Quæ retulimus visa circa millesimum post nati Salvatoris annum.* VII. (a) Glab. l. 2. c. 6.

VIII. At quodnam, dices, in his vane disseminandis captare lucrum hostis humani generis potest, dum potius damnum sentire debeat ex pœnitentia plurimorum, qui ea de proximo interitu mundi credentes, ad expectandum venturum Dominum se præparent? Sed licet ex his accipiat detrimentum: alia tamen ex parte inde sibi comparat locupletius emolumentum subdolus artifex, dum ita deludens humanum genus, ferens ista mendacia, colligit fructus impietatis, ut cum viderint homines hæc sæpe prædicta semper evanuisse, facile leviores sibi persuadeant, humana esse commenta, quæ divinitus de futuro Judicio in sacris libris inveniuntur esse conscripta. Quod plane (*b*) mysterium jam ipse diabolus eadem occasione operatus est in filios diffidentiæ, qui (ut suo loco proxime dicturi sumus) isthæc omnia de mundi fine evanuisse videntes, in transversum acti, in eam erroris foveam præcipites se dedere, & alios adegere, ut dicerent mundum hunc æternum esse, & vana esse cuncta, quæ in divinis Scripturis tradita esse leguntur. Quod summum malum callida arte ab hoste humani generis miseris mortalibus præparandum divinitus prænoscens Petrus Apostolus, tamquam ab alta specula universo orbi Christiano in salutem omnium illud, omnes monens, intonuit (*c*) *Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores,* (b) 2. Tim. 2. Diaboli vafrum consilium. (c) 2. Pet. 3.

juxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes: Ubi eſt promiſſio, aut adventus ejus? Ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ. Parat & his antidotum, quo tantæ impietatis veneno reſiſtant. At de ejuſmodi hoc tempore oborta hæreſi, ſuo loco agemus inferius: hæc modo ſatis occaſione vulgatæ vane de præſentaneo mundi interitu prophetiæ. Jam vero anni hujus res geſtas enarrare aggrediamur.

IX. Temporis ratio in primis firmanda. Atque in primis de temporis ratione diverſo modo diſpoſita a diverſis, habenda accurata diſcuſſio atque exactiſſima diſquiſitio, qua prætermiſſa, ſit neceſſe tamquam in obſcuro labi pedibus, & in plures errores invitum ferri. Quod igitur ſciamus quamplurimos non mediocris æſtimationis auctores hoc anno ponere obitum Ottonis Tertii Imperatoris, atque ſubrogationem in locum ejus in regno Germaniæ Henrici Bavariæ Ducis: an hæc ita ſubſiſtant, ut eos ſecure ſequi poſſimus, jam hic in limine ſubſiſtentes de ſemitis rectis, per quas gradiamur, prius interrogemus. Qui hoc anno Ottonem Tertium diem obiiſſe ſcripſere, fuere in primis Germaniæ ſcriptores, Otto Friſingenſis, Abbas Urſpergenſis, Hermannus Contractus, quos ſequuti recentiores, & inter alios Panvinus. At veriorem eſſe eorum aſſertionem, qui dixerunt anno ſequenti illum obiiſſe, & hunc ſubrogatum eſſe, quæ dicturi ſumus, apertiſſime demonſtrabunt. Qui autem ita ſenſere atque ſcripſere, fuerunt Marianus Scotus, Lambertus, Sigebertus: idipſum ſenſiſſe Rupertum Abbatem Tuitienſem in Heriberto, ex ejus ſcriptis colligimus. Sed quod ceteris præſtat, hoc ipſum manifeſte probatur ex antiquis ejuſdem Ottonis Imperatoris diplomatibus hoc ipſo anno datis, atque in primis ex privilegio conceſſo Eccleſiæ Novarienſi: quod acceptum ex Archivo ejuſdem Eccleſiæ hic tibi deſcribendum putavimus, ad confirmandam chronologiam ejuſdem Ottonis Imperii, quem male aliqui hoc anno, menſe Januarii ponunt extinctum. Sic enim ſe habet:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus.

X. Diploma Ottonis III. Imp. *Si erga loca divinis cultibus mancipata beneficia opportuna largimur, præmium nobis a Deo æternæ retributionis rependi, non ambigimus. Idcirco omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia noverit, quia adiens ſerenitatem noſtram Petrus ſanctæ Novarienſis eccleſiæ Epiſcopus, noſterque dilectus fidelis, retulit, quoſdam noſtrorum anteceſſorum, noſtri avi ſcilicet & patris imperatorum, omnem liberorum hominum prædictæ Novariæ civitatis, & ad tria millaria circum pro tempore cohabitatorum diſtrictum, publicæ parti olim pertinens, juri & poteſtati ſuæ eccleſiæ ſubdidiſſe; præfatamque ſedem, in honorem ſanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ, necnon & beati Gaudentii Confeſſoris Chriſti dicatam, cum rebus & omnibus hominibus ad eam legaliter pertinentibus ſub ſua recepiſſe tuitione. Ideoque jam dictus pontifex noſtram ſuppliciter exoravit clementiam, ut ſecundum noſtrorum prædeceſſorum auctoritates noſtram addere dignaremur confirmationem.*

Nos denique pro Dei amore, noſtræque remedio animæ, digna memorati Præſulis petitioni aſſentire: hoc noſtræ auctoritatis munimine fieri decrevimus. Per quod decernimus, ſtatuimus, atque jubemus, ut nullus Marchio, Comes, aut Vicecomes, Scaldaſius, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, nec aliquis noſtri Imperii magna parvaque perſona intra præfatam civitatem, ac prædictum ſpacium circum ingredi ſine ipſius licentia Epiſcopi ad Placita tenenda, aut liberos ipſius civitatis terminique ſupradicti homines, vel famulos alicubi diſtringere audeat; nec aliquis ejuſdem civitatis quandoque habitator murum ipſius civitatis, ad portas vel poſterulas faciendas ſine ipſius Epiſcopi licentia frangere præſumat. Nec quiſquam noſtri Imperii, ut diximus, præpotens, mediocris, aut parva perſona in eccleſias, caſtra, vel loca, aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas in quibuſlibet pagis & territoriis intra ditionem noſtri Imperii juſte & legaliter prædicta tenet & poſſidet eccleſia, ſive quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut manſionaticum, vel paratus faciendos, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiæ diſtringendos, nec ullas redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat; nec ea quæ ſupra memorata ſunt, exigere penitus præſumat: ſed liceat ad augmentum & honorem præſcriptæ ſanctæ eccleſiæ Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, jam fatæ civitatis liberos, & totius Epiſcopii intus & deforis habitantes diſtringere, & ceteros, qui ante ſe vel ſuos Miſſos legaliter diſtringi voluerint, diſtringat; & quidquid contentionis inter eos emerſerit, definiat, ſicut definiendum eſſet ante nos, vel noſtrum Miſſum, ſeu Palatinum Comitem; cunctaſque res jam dictæ eccleſiæ cum omnibus hominibus, ad eam pertinentibus, vel aſpicientibus ſub tuitione noſtra deſen- XI.

fensione, remota totius judiciariæ potestatis, omniumque hominum inquietudine, quieto ordine possident, & nostro fideliter Imperio parent. Et quidquid in præfata ecclesia rebus de illicitis conditionibus, aut servitiis requirendis exigi poterat, in integrum eidem concedimus ecclesiæ, quantum id perpetualiter pro nostræ animæ remedio ad perungendum in eadem Dei ecclesia servitium, augmentum & supplementum sint.

Si quis igitur hanc nostram auctoritatem quandoque violare tentaverit, centum libras auri componere cogatur, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prætaxato Episcopo, suisque successoribus. Et ut hoc verius credatur, diligentiusque observetur, manu propria confirmavimus, & sigillo nostro subtus jussimus insigniri.

Signum domini Ottonis Cæsaris invicti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi recognovit.

Datum X. Kalend. Julii, anno Dominicæ Incarnationis millesimoprimo, Indictione decimaquarta, anno Tertii Ottonis,
* VI. *regni decimoseptimo. Imperii V. * Actum Papiæ feliciter. Amen.* Hucusque Ottonis Imperatoris diploma, ad rationem temporis haud dubiam constituendam, hic, ipso exordio novi sæculi collocatum adversus eos, qui asserunt hoc anno, quinto Kalend. Februarii esse defunctum. Sunt & alia vetera monimenta, quæ hoc ipsum indicant, de quibus in successoris electione, dicendum. Jam vero ipsius res gestas hoc anno, recto tramite prosequamur.

XII. Congressus Ottonis III. Imp. cum S. Romualdo.

Recedens Papia, Ravennam se contulit Imperator, ubi monitu S. Romualdi egregiæ sanctitatis viri, quem idem Otto plurimum coluit, ut quæ superiori Tomo dicta sunt, demonstrant, monasterium in honorem sancti Adalberti construxit. Cum idem Sanctus memor promissionis ejus, qua in expiationem patrati delicti ob necem Crescentianam, eidem Romualdo, cui peccata confessus sua, pollicitus fuerat abdicato se ab Imperio vitam monasticam amplexurum, accessit exactor, eoque magis importunus, quo divino afflatus Spiritu intellexisset, instare jam obitum ejus: ut sponte faceret, quod necessitate urgente pati cogeretur invitus, & Deo in odorem suavitatis offerret, quod retinere non posset; & præstaret amore Dei, quod gloriæ dumtaxat amore exhibuisse ethnici legerentur Imperatores, iidemque Christianorum acerbissimi persecutores, Diocletianus atque Maximianus Augusti. At quod, cum divino tantum intuitu quid agi decernitur, adversarias quisque mox experiri consuevit inferas potestates: talia prœlia passus infelix Otto succubuit, non tamen renuens, sed differens, & ex causa quidem, ut videbatur ipsi, legitima. Sic plane homines versutus decipit assidue cacodæmon, quos a bono non potest avertere ne facere meditentur: ut differant saltem, prætextus ingerit varios, necessitatis colore fucatos; & sic distineat miseros, donec improvisa mors irrepat, quam ipsi mox sequantur sævissimi peccatorum ultores.

Scribit ista paucis Petrus Damiani sæculi hujus auctor in Romualdo, his verbis: (a) *Regem Romualdus protinus adiit, & acceptæ promissionis exactor, ut Rex monachus fieret, insistere vehementius cœpit. At ille facturum se quidem quod exigebatur, asseruit, si tamen prius Romam, quæ sibi rebellabat, impeteret, & ea devicta, Ravennam cum victoria remearet. Cui Romualdus: Si Romam, inquit, ieris, Ravennam alteras non videbis: & apertissime illi mortem propinquam esse denuntians; quia eum revocare non potuit, proculdubio de ejus certus interitu, ab eo recessit. Dum vero Rex Romam properat, Romualdus navim ascendens, ad civitatem Parentium transfretat. Rex itaque secundum beati viri prophetiam vix e Roma reverti incipiens, mox langore correptus, apud Paternum defunctus est.* Sed id accidit anno sequenti, quo de ejus obitu agendum pluribus. XIII.

(a) Pet. Dam. in Rom. ap. Sur. 19. Jun. in vit. ejus c. 34. Vaticinium S. Romualdi de Ottonis Imp. obitu.

Quænam autem fuerint turbæ illæ, Romæ adversus Imperatorem concitatæ, quibus sedandis, ipse eo profectus est, licet nobis exploratæ non sint, ex his tamen quæ postea acciderunt, intelligere possumus, nimirum Romanorum potentiores infenso tulisse animo imperium Germanorum; ob idque tumultuatos esse in eos, qui tutarentur partes ipsius. Quid enim facere in eos prætermitterent, absente, longeque remoto Imperatore, qui in eum præsentem insurgere non sunt veriti? Quæ autem in eum hoc anno cum ipse Romam pervenit, sunt ausi Romani, duce Gregorio tunc Romæ reliquis potentiore, ex Ditmaro hujus temporis auctore accipe: qui, dum agit de novissimo hoc Ottonis Imperatoris Romam adventu sub Silvestro, hæc habet: (b) XIV.

(b) Ditm. l. 4.

XV. Quæ passus Otto a Romanis.

Cunctis apud Transalpinos bene dispositis, Romanum visitabat Imperium, Romuleas quoque pervenit ad arces: ubi ab Apostolico, cæterisque Coepiscopis magnis laudibus suscipitur. Post hæc Gregorius, qui Cæsari valde charus erat, dolo eum capere nisus, occultas tendebat insidias. Quibus collectis, & ex improviso adversus eum jam insurgentibus, Imperator de porta cum paucis

eva-

evasit, maxima suorum caterva sociorum inclusa: & vulgus numquam suio consentum dominis, malum hunc pro ineffabili pietate restituit. Dehinc nuntio sumet omnes Cæsar familiares convenire illuc rogat, & præcipit, demandans singulis quibusque, si umquam de honore sui vel incolumitate curarent; ad ulciscendum eum ac amplius tuendam armato ad se milite properarent. Romani autem manifestati tunc sceleris culpa erubescentes, seque invicem supra modum redarguentes, omnes inclusos emisere securos, gratiam Imperatoris & pacem modis omnibus suppliciter expetentes. Quos ubicumque vel in ipsis, vel in rebus suis Cæsar lædere potuit, verbis coram mendacibus diffidens, nocere non tardavit. Omnes regiones, quæ Romanos & Longobardos respiciebant, sua dominationi fideliter subditas, Roma solum, quam præ cæteris diligebat, ac per se excolebat, excepta, habebat. Conveniente tunc cum Heriberto sanctæ sedis Agrippinæ Archiepiscopo plurima fidelium turba, Imperator lætatur: & quamvis exterius vultu semper hilari se simularet; tamen conscientia secreto plurima ingemiscens facinora, noctis silentio, vigiliis, & orationibus intentus, lacrymarum quoque rivis ablaere non desistit. Sæpenumero omnem hebdomadam, excepta quinta feria, jejunus producens, in eleemosynis valde largus extitit. Hæc Ditmarus, male a nobis sub anno nongentesimo nonagesimo octavo in priori editione relata, errore decepti Scholiastis, qui hunc Gregorium Imperii perduellem Gregorium Papam fuisse notavit in margine: cum re accurate perspecta, hæc omnia defuncto Gregorio, & jam sedente Silvestro accidisse, ex eodem Ditmaro luce perspicua evidenter apparet. Subiicit idem Ditmarus,

Spiritualia exercitia Ottonis Imp

a

eodem tempore Germanos complures Principes una cum Episcopis adversus eumdem Imperatorem in Germania rebellasse, quorum causa coactus fuit, relicta Urbe, illuc versus iter quamcito capessere, cum in via constitutus; est defunctus. Sed de obitu est dicendum inferius: modo quæ sunt reliquæ Ottonis in Urbe hoc anno res gestæ, in medium deducamus.

XVI. Transfert Otto Corpora Martyrum.

Constat etiam eumdem Ottonem hoc anno Romæ agentem navasse operam, ut quam erigeret Ecclesiam sancti Adalberti in Tiberina insula, eamdem Sanctorum reliquiis locupletaret & inter alia ejus opera, veneranda corpora sanctorum martyrum Abundii, Abundantii, & Theodoræ in eorum Memoriis apud montem Soractem positis Romam fuisse translata, atque in eadem Ecclesia S. Adalberti martyris collocata, Scholiastes in vita & translatione eorumdem Sanctorum, ex antiquioribus monimentis affirmat.

XVII. De monast. erigendo consilium.

Habebat una secum Otto Imperator sanctum Heribertum Archiepiscopum Coloniensem monitorem & consultorem in rebus agendis, cujus consilio pro gratiarum actione de prosperis rerum eventis monasterium erigendum instituit, sed ne perficeret, morte præventus est. De his enim hæc Rupertus Abbas Tuitiensis, in vita ejusdem Heriberti, quam scripsit (a): *Denique cum novissima profectione Italiam ingrederetur, Rempublicam dispositurus, beatum virum Otto habens in comitatu, cunctis prospere succedentibus, tractans cum viro Dei de salute animæ suæ, & quodammodo dicens: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi consilium hoc accepit, qualiter ob salutem suam cœnobium construeret monachorum, in honorem sanctæ Dei Genitricis, omniam-*

(a) Rupert. Abb. Tuit. in vita S. Herib. c. 12. apud Sur. die 16. Mart. t. 2.

PAGIUS I. *S. Heribertus an. CMXCIX. Coloniensis Archiep. creatus.*

A num. XVI. ad XIX. Quia *S. Heribertus* Ottonis III. Cancellarius, aliquo tempore Romæ hoc anno substitit cum eodem Imperatore, a quo anno nongentesimo nonagesimo nono Archiepiscopus Coloniensis dictus fuerat, hic nobis de illo agendum. Bollandus ad diem XVI. mensis Martii profert primævam ejus Vitam a Lamberto Monacho Tuitiensi post *Heriberti* mortem viginti circiter annis scriptam, quæ cum Baronii tempore non exstaret; sed tantum altera Vita a Ruperto Tuitiensi Abbate initio sæculi duodecimi elucubrata, non potuit Cardinalis doctissimus primum ordinationis ejus annum a tenebris eruere. Anno enim MXXI. num. 1. ubi de ejus morte agit eum cum anno Christi nongentesimo nonagesimo octavo copulat, quod Rupertus cap. 1. scribat: *Anno ab Incarnat. D. N. J. C. CMXCIX. Romanorum regente imperium Ottone tertio*, Coloniæ Agrippinæ Pontifex datus est S. Heribertus, *vixitque in eadem sede laudabiliter annos viginti tres, menses duos, dies fermo viginti duos.* Obiit enim die XVI. mensis Martii. Baronius ex duratione Sedis a Ruperto memorata annum Christi corrigit, putatque legendum, *anno CMXCVIII.*

II. *Refellitur opinio contraria.*

At non in anno Incarnationis, sed in annis Sedis error cubat, & loco annorum viginti trium, substituendi anni *viginti & unus*, non vero XXII. ut habet Bollandus. Ipsemet Baronius anno CMXCIX. num. XVII. & seqq. Ottonis III. Diploma recitat, quo is se erga Vercellensem Ecclesiam munificentissimum præbuit, donans ei ipsam Vercellensem civitatem cum Comitatu, nec non Comitatum S. Agathæ: quæ donatio hanc subscriptionem habet: *Heribertus Cancellarius vice Petri Comani & Archicancellarius recognovi. Dat. Non. Maii anno Dominicæ Incarnat. CMXCIX. Indict. XII. anno tertii Ottonis XVI. Imperii IV.* (legendum, III. ut recte Baronius ibidem). *Actum Romæ feliciter. Amen.* Quare Sanctus Heribertus mense Maio anni CMXCIX. nondum Archiepiscopus Coloniensis erat; cumque Lambertus in ejus Vita tradat, eum Episcopum a Coloniensibus designatum, Ravenna, ubi

niumque Sanctorum. Hoc itito salubri consilio, necessaria protinus ad hanc rem prædia Christo delegavit, quæ & beato viro in manum dedit, cum pollicitatione & sponsione hujusmodi, ut quoniam vita mortalium incerta est, si quem ex ipsis necessitas mortis præoccuparet, alter, quicumque sit superstes, votum perficeret. Hæc Rupertus.

XVIII. Frustra Ottonem monet S. Heribertus. At felix quidem Otto si in omnibus ejusdem sancti viri monitis paruisset: contra ipsius enim consilia junxit sibi conjugem nobilem Romanam feminam, quæ fuerat Crescentii uxor: in quem (ut dictum est suo loco) dire sævierat. Deceptus namque pulchritudine, haud consideravit, implacabile esse solere genus femineum, ut vindictam expetat, & dolosum, ut dissemulare sciat; & quod dum blanditur, venenum paret. Cæca mens illecebris feminæ semel capta, ut (*a*) Samsoni accidit: cum lumine privatus & viribus, enervata languescens in tenebris, ferreis vincta compedibus jacet, donec, ipse, ut bos ad victimam, ducatur infelix, ad necem, de qua anno sequenti dicturi sumus. Porro de uxore Crescentii Joanna dicta, quam domum introduxit, est diversorum assertio quoque diversa. Glaber ait. (*b*) eam, cum leviter in uxorem accepisset, paulo post dimisisse divortio. Leo Ostiensis non in uxorem, sed in concubinam ab Ottone acceptam, illis verbis significare videtur, quibus ait: (*c*) *Qua ille impudice abutebatur.* Sed & Rupertus Abbas idem sentire videtur, cum de his agens, nullam penitus habet de conjugio mentionem. In quam sententiam jure pedibus abiisse recentiores visi sunt plures.

(*a*) Jud. 16.

(*b*) Glab. l. 1. c. 4. prope fin.

(*c*) Leo Ost. Chro. Cass. l. 2. c. 24.

XIX. Demum vero, quid his diebus Romæ acciderit memoria dignum de primario Judice, qui chlamydem Ottonis Imp. oblatam ab ipso monasterio SS. Bonifacii & Alexii, ponendam super altare, sibi vendicavit, hic describendum putamus ex codice Cassinate, in quo post homiliam S. Adalberti in eorum Ecclesia dictam, plura subscripta ab auctore ejus temporis narrantur miracula, & inter alia id quod sequitur:

Divæ memoriæ Tertius Otto Romanorum Imperator locum hunc toto mentis diligebat affectu, cui dona multa largitus est, non dubitans se recepturum recompensationem a justissimo judice Deo, suffragantibus meritis sanctorum Christi martyris Bonifacii & Confessoris Alexii: inter quæ mantum, quo tegebatur coronatus, in quo omnis Apocalypsis opere Phrygio erat auro insignita, eis supplex obtulit, & altari S. Alexii decentissime coaptavit, perpetuo ibi mansurum optans. Cujus votum flaccipendens Adelbertus Abbas (de quo multa dicere dignum modo non arbitror) ut erat impudens, vestem ipsam non causa utilitatis monasterii, sed nequitia sua cogente, aliquibus dedit in pignus, apud quos mansit, quousque scelere suo petente, vita privari meruit. Quæ denique vestis deinde venit ad manus cujusdam Primicerii Judicum nobilissimi, & prudentissimi, qui sæculari prudentia potius fervens, eam agnitam non reddidit Sanctis, sed quasi proprium thesaurum servandum in cupsam retrusit. Cujus clarissimi Confessoris auditatis & expectationis Deus miseratus, sicut postea res probavit eventus, nequissimo ministro flagellandi eum potestatem tribuit. Qui sciens pœnitentiam Regis pro uxore (*d*) *Abrahæ per flagella rerum designatam: non a possessis rebus, sed ab ipso possessore cœpit flagellum; malens illum ex improviso extinguere, quam post flagellatum ad pœnitentiam reverti. Namque obviavit ipsi juxta propriam domum, & inter catervas comitantium equitum, de equo aspero deposuit, ac elisum paralitica infirmitate attrivit. Fit exanguis,* fit

De Chlamyde Otton. Imp. donata S. Alexio.

(*d*) Gen. 12.

PAGIUS bi ad discordes reconciliandos ab Imperatore missus fuerat, Romam advolasse, ut Episcopatum detrectaret, & cum non posset, mansisse *paulo plus duobus mensibus apud Cæsarem*, subdatque: *Accepto* dein a Silvestro II. Papa *Pallio explevit brevi prolixum viæ spatium, & in Vigilia natalis Christi Coloniæ in cathedra sua sublimatur, & inungitur a Suffraganeis chrismate principalis olei*, manifestum est, ejus ordinationem spectare ad ann. CMXCIX. & accurate Rupertum scripsisse, eum vixisse in ea sede *annos XXI.* ut locum ejus correximus *menses II. dies ferme* (idest circiter) *viginti duos*, ac vita functum anno MXXI. qua de re suo loco rursus agetur.

III. Otto III. Romam relinquere cogitur. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 24. postquam de gestis anno superiori ab Imperatore locutus est, subjungit: *Sequenti tempore Beneventum rursus advenit: eamque diebus multis undique obsidens, cum nihil ea obsidione proficeret, Romam iterum redit.* Verum Romani novam adversus eum conjurationem fecerunt, atque armis arreptis aliquot ex militibus ejus occisis, ipsum in Prætorio obsiderunt. Lambertus in Vita Sancti Heriberti Archiep. Coloniensis cap. 2. hanc obsidionem his verbis indicat, loquens de tertia, ultimaque Romana profectione hujus Imperatoris: *Novissime Augustus Italiam non rediturus ingreditur* (an. nempe CMXCIX *& undique valida collecta manu iterum insurgentes in se irrumpere & conterere nititur. Virum Dei ad eundem comitatum secum invitat, quod ut dictum est, de salute sua in eum cunctis uberius confidat: ut si quando armis deficeret, consultu hujus & preces proficeret. Inter viandum uterque de communi animæ commodo adinvicem pertractat, quid memorabile secundum Deum post se posteris relinquat; placet ambobus, ut quilibet amborum sospes reverteretur, quocumque casu alter detineretur, de rebus hæreditariis ædificaretur decens Cœnobium titulatum Dei Genitrici, Matri & Virgini Vir*gi-

fit pene exanimis: currit anxia uxor, currunt fratres, & tota flebilis domus miratur & deflet miserum cadaver: fit strepitus concurrentium, fit luctus maximus. Tandem manibus eorum introducitur domum, non ut ei mederentur, sed ut defunctus debitis poneretur.

XX. *Mox pietas Dei affuit immensa, voleat ei, cur evenerit illud, clarius ostendere: & vitam ipsi servavit, & suscitare cœpit. Fiunt alta silentia, imponitur modus gemitibus; quæruntur medici, nec inveniuntur, qui proficere valeant. Expectabatur itaque sola medela Dei per aliquot dies. Cum ecce intempestæ noctis silentio, ut infirmus liberaretur, non uxore, seu filiis, non propinquis, sed ipsi paralytico, ipsi muto, ipsi omnem cibum fastidienti visi sunt sancti Bonifacius & Alexius (sicut idem retulit) torve in eum aspirientes, & agitantes capita, ac dicentes: Putas ne te sanum nostra veste uti, nobis expoliatis? Quos cum requireret tremula voce qui essent, vel unde, ajunt: Ego Bonifacius sum, iste vero est homo Dei Alexius, quem ut expoliatum habes. Et conversus, sustentans pallium auro gemmisque insigne, quo tegebatur, ostendit humerum sancti Alexii, ruboris verecundiam rubore, nudum: quem cum vidisset vitro puriorem, lacte candidiorem, cœpit plus ex ipsa visione, quam languore deficere. Iterum audivit: Electa ista volens non surges, priusquam veste mea, pro qua percussus es, exuaris. Qui mox voce læta evigilans, balbutiendo conjugem, qui hactenus nec os aperire poterat, appellat suam: Chara conjux, compatrem meum Leonem, & patrem spiritualem meum Benedictum Episcopum Portuensem ad me venire citissime facito. Erat enim Benedictus in divinis & humanis disertissimus. Quibus accersitis, quæ audierat, seriatim exposuit. Tunc Episcopus præ lætitia perfusus, talia cum lacrymis cœpit: Gloria tibi, Christe, gloria tibi, Domine, qui irasceris ut placeris, flagellas ut indulgeas, percutis ut sanes. Gloria tibi, bone JESU, qui loquentem me audire facis, quem mortuum pene dimisi: procurator animarum & corporum, tua medicamina non curant criticos dies, non petunt Indica pigmenta. Et conversus ad ægrotum lacrymis madefactum, dixit: Fili, redde vestem, ut reddarit sanitati, credens quod infectum non remanebit, quod amici Dei tibi interminati sunt. Cui ægrotus: Pater, jam vellem, ut supra corpus domini mei Alexii vestis jaceret: nam & ipsum tempus, qua stat, longius mihi videtur. Statimque allata est vestis, quam tollentes venerunt ad monasterium gallicinio ejusdem noctis, & supra venerabile corpus S. Alexii eam posuerunt. Sicque revertentes quem jacentem reliquerant, sedentem & glorificantem Deum viva voce invenerunt.*

Reddita Chlamyde Sanctis, sanatur judex.

Hucusque auctor, qui & quæ scripsit, se testatur vidisse. Porro Benedictus ipse Cardinalis Episcopus Portuensis, ut suo loco dicetur, ex Portuensi Episcopatu translatus est ad Cathedram Petri post Sergium Papam, qui Secundus post Silvestrum sedit.

His vero, cum de rebus urbanis sit sermo, attexenda putamus ea, quæ de statu ipsius Urbis in iis quæ ad religionis cultum pertinent, habet hujus quoque temporis scriptor fidelissimus Arnolphus Comes, quem hactenus delitescentem vendicavit in lucem Henricus Canisius, collocatum suo tomo secundo lectionum antiquarum. Hic enim inter alia, quæ prosecutus est stylo, ubi agit de ejusdem Tertii Ottonis hoc novissimo in Urbem adventu, ea oblata occasione, de eadem Romana Urbe plura disserens, quæ scilicet cum coleret idola, jure dicta Babylonia inveniretur; postea autem sacræ religionis cultum in Dei civitatem conversa, non amplius, Babylon, profano sit nomine appellanda, quæ Babylonis per veritatis cultum abstersisset infame nomen, sed dicenda esset jure Civitas sancta, itemque de cultu religionis, qui tunc in eadem ipsa Urbe vigeret, hoc ipso, inquam Ottonis Tertii tempore, hæc habet post alia: XXI.

In tantum crevit in divino cultu, ut præ ruinis murorum & veterum fanorum surgant quotidie innumera ædificia ecclesiarum, sive monasteriorum, e quorum incredibili numero (ut audivi a quodam sene, qui se dixit nutritum in eadem civitate) viginti possidentur a sanctimonialibus, quadraginta a monachis, sexaginta a canonicis, exceptis iis, quæ ex- XXII.

PAGIUS *ginum. Protinus ad id operis eidem Archipræsuli contradit Cæsar optima majorum suorum prædia, legibus rem charta & atramento roborans sub assignatis testibus. Deinde Roma proximans, & diviso exercitu adversantes sternens & populans, non multo post in Patyrno castro* (quod alii vocant paternum) *per mulierem veneno perit*, anni scilicet sequentis initio.

IV. Curopalates & Cedrenus varias victorias a *Basilio* Imp. de *Bulgaris* reportatas narrat, ex quibus illustre *Bulgaroctoni* cognomen adeptus est, ut prodit Nicetas in Isaacio lib. I. num. VI. Anno superiori *indict. XIII.* notato ingentem exercitum in *Samuelem* Bulgariæ Regem misit, Ducibus *Theodorocano* Patricio & *Nicephoro Xiphia* Protospathario, qui capta majore & minore *Presthlaba* atque *Pliscuba* victores Cpolim rediere. Hoc vero anno ipsemet per Thessalonicensem agrum copias in *Bulgariam* traduxit, captisque *Berrhœa*, *Servii* & *Vodena*, Thessalonicam rediit. Anno deinde MII. *indict. XV. Vidynum* oppidum per octo men-

Victoria de Bulgaris a Basilio Imp. reportata.

extra civitatem sunt, & in aliis ecclesiis, sive capellis, quæ in eadem Urbe abundant. Et paulo post: *Hunc siquidem Urbem, quasi coeuntes undique collectæ plurimæ gentes, assumunt verba sacræ Scripturæ, & dicunt: Omnipotens Roma, (a) gloriosa dicta sunt de te, quia civitas Dei es facta.* Hæc & alia Arnolphus de statu Urbis hujus temporis omnium deplorandissimi, quo nescientibus ista videri potuisset cultus Christianæ religionis illic penitus friguisse, immo inundantibus malis, extinctus pene fuisse; cum tamen ita virens ac florens existeret, ut quod de ea, quæ typum tenebat Ecclesiæ, Arca Noe scriptum in divinis litteris reperitur (b): *Multiplicatæ sunt aquæ, & elevaverunt Arcam in sublime:* In Romana Ecclesia re ipsa appareret expressum, ut in divino cultu existeret eminentior, cum existimari potuisset excrescentium malorum obruta fluctibus. Ita plane peculiari Dei privilegio eidem Civitati in more positum, ut tunc degentes in ea fideles cives promptiores exurgant ad pietatis opera exercenda, cum magis pulsentur persecutionum diversarum flagellis. Cui illud Cantici canticorum conveniat (c): *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Et elogium Doctoris Gentium verax & loquens jugiter perseveret (d): *Fides vestra annuntiatur in universo mundo.*

(a) Psal. 86.

Status urbis qualis.

(b) Genes. 7.

(c) Cant. 8.

(d) Rom. 1.

Ann. Eccl. Tom. XVI. Ggg Se-

PAGIUS

menses oppugnatione tracta, vi capit: cumque ad urbem *Scopias* accederet, *Samuelem* trans *Axium*, seu *Bardarium* fluvium incautius agentem circumventum in fugam conjicit, *Scopias Romano* Petri Bulgarorum Regis filio ac *Borisæ* fratre urbem Imperatori tradente, a quo Patricii & Præpositi dignitate, & *Abydensis* oppidi Præfectura donatur. Nullus exinde annus effluxit, quin aliquid in Bulgaros *Basilius* tentaret, ut fuse Historici Byzantini narrant.

I. Ottonis III. Imp. obitus.

SEquitur annus Redemptoris secundus post millesimum, Indictione decimaquinta cœptus, quo Otto Imperator quinto Kalend. Februarii ex hac vita decessit: & in Germania ejus in regnum Henricus Bavariæ Dux a Principibus Germaniæ Rex successor eligitur. De his acturi, primum omnium more nostro, errantibus pluribus in his quæ ad certam rationem temporis spectant, qui anno superiori defunctum Ottonem & subrogatum ponunt Henricum, veriorem ac certiorem de tempore firmemus assertionem. Atque in primis, cum ex recitato, anno superiori, diplomate constet, illud datum Papiæ X. Kal. Julii, & absque controversia asseratur Otto defunctus quinto Kalen. Februarii: utique in sequentem annum, hunc ipsum scilicet, sit necesse referre. His accedit, quod cum in diplomate ejusdem Henrici Regis successoris Ottonis, quo privilegium continetur datum ab eo monasterio sancti Vincentii ad fontes Vulturni posito, annus Redemptoris millesimus decimusquartus, ejusdem Henrici Regis ponatur annus duodecimus: plane asserere necesse est ipsum hoc anno regnare cœpisse. In fine enim ipsius ista leguntur: *Henricus Cancellarius vice* * *Euphrardi Episcopi & Archicancellarii recognovit. Datum anno Dominicæ Incarnationis millesimo decimoquarto, Indictione duodecima, anno domini Henrici Imperatoris regni duodecimo, Imperii ejus primo. Actum Romæ feliciter. Amen.* Ex quibus pariter intelligis, annos Imperii ejus non ab hoc anno, ut faciunt multi, sed ab eo, quo a Romano Pontifice Romæ coronatus est Imperator, numerari cœptos. His adde, quod cum Rupertus Abbas ejusdem sæculi scriptor affirmet, Henricum ipsum creatum Regem fuisse, cum Heribertus Coloniensis Archiepiscopus tertium ageret annum in pontificatu, de quo dictum suo loco superius: plane non superiori, sed præsenti oportuit esse defunctum Ottonem, atque subrogatum Henricum. Cui veritati adstipulantur Marianus Scotus, Lambertus, ac Sigebertus, qui hoc pariter anno collocant egressum Ottonis, & ingressum Henrici.

* al. Everardi.

II. De loco & die obitus Ottonis Imp. diversæ sententiæ.

De loco etiam, ubi defunctus sit Otto, haud est antiquorum eadem assertio, Ruperto Abbate Tuitiensi asserente, Romæ mortuum: Petrus autem Damiani in Romualdo, eum ab Urbe digressum in itinere apud Paternum defunctum affirmat; item & Ditmarus. Sed & de obitus die nec par est Scriptorum assertio. Nam Marianus Scotus quinto Kalend. Februarias eum ex hac vita decessisse tradit: Hermannus ponit extinctum decimo Kalend. ejusdem, duodecimo vero plures: Ditmarus nono Kalend.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MXL. An. Hegiræ CCCXCIII. inchoato die 10. Novemb. fer. 3. A. C. 1002.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6495.

☉ 3. D. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1002.

SILVESTRI II. PAPÆ 4.

HENRICI II. REG. 1.

BASIL. & CONST. IMPP. 27.

I. Moritur Otto III. Imp.

AD num. I. & seq. Chronographus Hildensheimensis, qui annum Christi & indictionem a die Natali Christi exorditur, mortem Ottonis III. his verbis narrat, *MII. ind. XV. Imperator Otto natalem Tudertina cum domno Apostolico celebravit. Inde Romam tendens, Salernum* (legendum, Paternum) *oppidum adiit; sed febre & Italico morbo graviter correptus cum generali omnium contristatione X. Kal. Februarii, proh dolor! ex hac vita morte immatura discessit: cui Henricus dux Noricorum, vir in omni Ecclesiastica perfectione præcipuus, VVilligiso Moguntiacensi Archiepiscopo, & Bernvvardo Episcopo* (nempe Hildensheimensi) *ordinante successit.* Idem fere habet Hermannus Contractus ex editione Canisiana. Sed Ditmarus loco, *X. Kalend. Februarii*, habet, *IX. Kalend. Februarii*, & aliqui, *V. Kalend. Februarii*; sed hos ultimos errasse non dubito. [1] Alii enim vel ad diem mortis, vel ad diem depositionis seu sepulturæ respiciunt, ideoque inter se minime discrepant. Idem Ditmarus lib. 5. pag. 52. testatur, *Ottone III.* sine liberis demortuo, Sanctum *Henricum* ei juxta veterem consuetudinem & jure hæreditario & jure electionis successisse, Regnique Primates in Comitiis dixisse: *Henricum Christi adjutorio & jure hæreditario regnaturum.* Quoad annum emortualem hujus Imperatoris, is apud Antiquos certus & indubitatus. Adhemarus in Chronico, qui hoc tempore vixit, ait *Ottonem III. haustu veneni in partibus Beneventi*

NOTÆ [1] NEcrologium Laureshamense apud Federicum Schannatum in Vindemiis litterariis pag. 25. *X. Kal. Feb. Ottoni Imperatoris* (obitus) *hic nobis privilegium libertatis dedit, & mercatum in VVizenloch, VVirheim, & monetam in Bramat.* Calendarium monasterii Stabulensis apud Martenium tom. VI. Collectionis amplissimæ Anecdot. pag. 669. *IX. Cal. Feb. Tertii Ottonis Imperatoris obitus.* GEORGIUS

lend. affirmat. Discessisse ab Urbe una cum Silvestro Pontifice Ottonem Imperatorem, auctor est Sigebertus. Quod enim ipsum sibi sensisset infestum, ab Urbe deducere, & secum ducere, habuit in consilio. Necis illatæ veneno eam afferunt causam, quod ejus ab Urbe recessu spe frustrata Crescentii quondam uxor, quæ conceperat animo ex amatoriis pollicitationibus se ab eo in uxorem ducendam, ac dicendam Imperatricem: sic deceptam se videns ultionis stimulis agitata, molitur necem, venenum parat, chirothecis infundit, quas ei quasi pignus amoris dedit: quibus ille incautus usus morbo lethali confectus extinguitur. Ditmarus, qui his diebus vixit, scripsitque per dies ferme singulos quæ tunc acciderunt, nihil prorsus de commixtione Ottonis cum uxore Crescentii babet, nec veneno esse defunctum; sed quo fuerit morbo confectus, sic narrat, primum ista præmittens (a): *Appropinquante ejus obitu, multa prævenere importuna: nam nostri Duces & Comites non sine conscientia Episcoporum multa contra eum conspirare nituntur, Henrici Ducis Bawariæ postea successoris sui ad hoc auxilium postulantes. Hic ultima patris sui met & æquivoci monita, qui in Gandersheim obiit ac requiescit, memori servans in pectore, & sibi hactenus in cunctis fideles, nullum his præbuit assensum. Imperator hoc statim comperiens, & patienti ferens animo, in Paterna urbe pustellis interiora prementibus, & interdum paulatim erumpentibus infirmatur, qui fuit clarus ac fide præcipuus ix. Kal. Febr. Romani corona Imperii, exivit ab hoc sæculo, suis insuperabilem relinquens mærorem, quia tempore eo non fuit ullus largior, ac per omnia clementior illo &c.* Hæc Ditmarus vir sanctitate præstans, qui vel leve quodvis mendacium non secus, ac capitale piaculum, ut professus,

(a) Ditm. l. 4.

Ditmari de causa obitus Ottonis sententia.

tur, exhorruit. Cæterum quid certum verumque, quidve vulgo sparsum, creditum atque scriptum fuerit, in tanta auctorum discrepantia haud ausim sententiam ferre, ac reliquos omnes mendacii redarguere: quisque sibi arbiter Lector esto.

III. Aderat comes itineris Hugo Hetruriæ Marchio, Dux Urbis, (præcipuus hic erat magistratus) qui in illis Urbis tumultibus eidem Ottoni præsto fuerat, liberans eum a conjuratione factiosorum perduellium Romanorum: potens quippe erat, & summæ in Urbe ipsa auctoritatis ducatum gerens, favens semper Imperatori. Testatur id Sigebertus. Quod autem non amplius viri hujus inferius mentio haberi contingat ☞ Jam hic cunctaque de eo reperimus digna memoria, describamus. At primum scias, ex iis, quæ ex Petro Damiani dicturi sumus, quod ista, quæ modo ex Sigeberto sunt narrata, fide minuuntur: siquidem ante Ottonis obitum, Hugonem esse defunctum, ab eodem Petro, qui hoc ipso sæculo vixit, asseritur. Quod & perspicue ex antiqua inscriptione ad ejus sepulcrum posita demonstratur, dum non hoc anno, quo posuimus secuti Sigebertum, eumdem Hugonem mori contigit, sed superiori, qui est Redemptoris millesimus primus. Sicque ex Petri scriptis, quæ post hæc cusa ad nos pervenerunt, ista corrigimus. Sed & ex eodem probatæ fidei auctore, quæ de hoc ipso Hugone memoriæ prodidit, hic describamus. Ipse quidem in epistola, quam scripsit ad Godefridum Tusciæ Marchionem, ejusdem Hugonis postea successorem, hæc de eodem Hugone habet, dum ad ejus sequenda vestigia sic cohortatus est eum: *Ut autem domesticum tibi, vel (ut ita loquar) vernaculum præbeamus exemplum: nemo melius occurrit, quam gloriosæ memoriæ Hugo Dux & Marchio, qui eum, quo tu fungeris, obtinuit, Prin-*

Hugo Marchio Hetruriæ Dux Romæ.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS *ti* periisse; indeque liquet, *Patyrnum*, seu *Paternum* situm fuisse circa Fucinum lacum apud Marsos in ulteriore Aprutio, nunc in partibus Ducatus Beneventi posito. Porro ex laudatis Chronici Hildensheimensis verbis apparet, verum esse quod scribit Sigebertus, Imperatorem ab Urbe discessisse una cum *Silvestro* Romano Pontifice, non quod eum sibi sensisset infestum, ut Sigebertum Baronius interpretatur, sed quod eidem plurimum confideret.

II. Fuit *Otto III.* bellica virtute Ottoni Magno avo inferior, religione vero ac eruditione, & Ottone II. patre & avo multo superior. Appellatus est vulgo *Mirabilia mundi*, quia rebus præclare gestis omnes in admirationem rapiebat. Obiit improlis, & ut ex dictis liquet, valde juvenis. *Cernens exercitus*, inquit Glaber lib. I. cap. 4. *quem secum duxerat, se sine domino destitutum, coegerunt se pariter in unum agmen, ne ab iis, quos in Italia prafferant, trucidarentur, impositoque ante se in equo defuncti Imperatoris corpore; sicque in patriam tuti pervenientes, in monasterio Beatæ semper Virginis Mariæ, Aquisgrani decenter sepelierunt.*

Ejus virtutes.

III. Ad num. III. & seq. *Hugo* Hetruriæ Marchio nominatissimus, qui semper Ottoni III. fidelis fuit, donationem magnificam Abbatiæ a *Vuilla* matre Florentiæ conditæ fecit, in eaque sepeliri voluit. Grati erga conditorem suum Benedictini monachi cineres ejus marmoreo insigni Monumento cohonestarunt, appositis insignibus & encomio, inscriptoque titulo. In Martyrologio MS. Canonicorum Lucensium & in Annal. Einsidlensibus a Mabillonio Tom. IV. Analect. pag. 478. publicatis & in Annal. Einsidlensibus a Mabillonio Tom. IV. Analect. pag. 479. publicatis *Hugo* dicitur mortuus *anno ML.* quod videtur confir-

Laudatur Hugo Hetruriæ Marchio.

cipatum; obtinuit inquam, utramque Marchiam, & quæ Thyrrhenum videlicet, & quam mare Adriaticum alluit. Sed cum perpenderet, quia propter improbitatem injuste viventiam strenue regere utramque non posset, cessit Imp. Marchiam Camerini cum Spoletano Ducatu; juri vero propria Tusciam reservavit. Hujus tempore Capuanus Princeps (si rite rem teneo) dum manibus chirothecas vellet abducere, hi qui adversum eum conspiraverant, ei protinus quasi subvenientes occurrunt, manus ejus utrasque complodant, & mox evaginatis gladiis eum confodientes interimunt. Quod mox ut incomparabilium virtutum viro, Hugoni videlicet Marchioni, delictum istud patenter innotuit: nihil moratus Capuanam urbem numerosis exercitaum legionibus circumsedit, eamque tamdiu bellicis armatorum copiis oppugnare non destitit, donec ex ea victoriam caperet, & interfectores domini sui digno necis supplicio trucidaret. Consentiunt his quæ habet (*a*) Leo Ostiensis in Chronicis Cassinatibus. Pergit vero Petrus. *De quo nimirum & alia tot virtutum insignia referuntur, ut prolixitate temporum splendida nominis ejus fama aboleri nullatenus valeat, sed quasi virens semper & florens in ore hominum solemniter vivat. E quibus & nos scribere nonnulla possemus, quæ forent ædificationi procerum profutura; sed quia dum nobis dicerentur, singula gestorum verba notare neglaximus: ne, quod absit, aliquo fallamur in verbo, describenda hæc aliis delegamus. Breve tamen quod audivi de puero ejus ætate non taceo.* * *Obertus Marchio pater ejus Hugonis Regis naturalis filius extitit, qui nimirum* * *Vuillam Bonifacii Marchionis filiam conjugali sibi fœdere copulavit.* Habes hic Lector genus Hugonis exacte declaratum, nempe filium fuisse Alberti, Hugonis Italiæ Regis filii, de quo superiori Tomo ex Luitprando Ticinensi est dictum. Pergit vero Petrus:

V. *Hic pater scilicet Hugonis non multo post indignationem Primi Ottonis incurret, ac subinde relicta nesciens conjuge gra-*

(*a*) Leo Ost. l. 2. c. 10.

* al. Adalbertus aut Albertus vel Ubertus dictus invenitur.

* al. Guillam

PAGIUS firmare Diploma Ottonis III. hujus anni initio datum, quo bona attributa eidem Abbatiæ pro salute animarum *Hugonis* ac *Vuillæ* ejus matris confirmat. Nam in fine ejus legitur: *Datum VI. Idus Januar. anno dominicæ Incarnat. MII. Indict. XV. anno III. Ottonis regni XVIII. anno Imperii VI. Actum in Paterno.* Non multo post ejus mortem erectum est illi sepulcrum Porphyrogeticum, eique Epitaphium affixum, ut narrat Ughellus in Italia Sacra Tom. III.

IV. *Ejus genealogia elucidatur.* Baronius existimavit, *Hugonem* Tusciæ Ducem fratrem fuisse *Bonifacii*; hunc ei in Ducatum successisse, & utrumque, non *Ubertum* uti communiter creditur, sed *Albertum* patrem habuisse; at certa Antiquitatis documenta hæc tria refellunt, quod, ut evidenter pateat, & Ducum Hetruriæ series in bono lumine collocetur, observandum. *Ubertum* sive *Hubertum*, vel *Obertum*, ut a Luitprando appellatur, filium *Hugonis* Italiæ Regis ex *Vvandelmoda* concubina, uxorem duxisse *Villam*, filiam *Bonifacii Majoris* cognominati, Spoletinorum & Camerinorum Marchionis, ac ab eisdem genitos *Hugonem* Tusciæ Marchionem anno superiori demortuum, & *Villam* cum *Thedaldo* seu *Theobaldo* conjugio postea conjunctam. Cum vero *Hugo* sine liberis obierit, successit ei, non *Bonifacius*, ut putavit Baronius, sed idem Thedaldus, Villæ sororis Hugonis maritus. Id præter alios, ipsemet Theobaldus docet in Constitutione LXXIII. Tomo II. Bullarii Casinensis recitata, quæ continet dotationem monasterii sancti Benedicti de Padolyrone a se nuper ædificati, & scripta est *anno IV. regni Henrici, mense Junii, indictione quinta*, anno scilicet Christi MVII. In ea ait Thedaldus: *Ego in Dei nomine Teudaldus Marchio; filius quondam Adelberti, itemque Marchio*, meminitque in ea Vviliæ seu Villæ *quondam* conjugis suæ. Hinc etiam habemus, *Thedaldum* avum Mathildæ Comitissæ in Historia Ecclesiastica passim laudatæ, & nunquam satis laudandæ, filium extitisse *Adelberti* Tusciæ Marchionis, qui in Constitutione LXI. ibidem relata, dataque a Guillelmo Episcopo Mantuæ & ab ipso Adelberto Comite, *sexto die mensis Novembris indictione decima*, anno nempe CMLXXXI. semel & iterum testatur se *Adelbertum & Attonem Comitem* appellari, & suum *quondam* patrem fuisse *Sigifredum*. Sigonius lib. VIII. de Reg. Ital. & cum eo Fiorentinius in Comment. de *Rebus ad Mathildem Comitissam spectantibus*, lib. I. & 3. tradunt, *Thedaldum* anno MVII. demortuum; sed *Bonifacium* filium, Mathildis Comitissæ patrem, ei in Tusciæ Ducatum successisse, male affirmat Sigonius; longe enim serius Bonifacium Hetruriæ præfuisse recte ibidem vidit Fiorentinius, ubi scribit, nullum sibi occurrisse Diploma ante annum MXXXIV. scriptum, in quo *Bonifacius Marchio* appelletur. In eodem tamen Bullario Constitutio LXXXIII. continet donationem Richildæ Comitissæ & ipsius Bonifacii factam anno MXXV. *IV. Kalendas Maii Indict. VIII.* in eaque Richilda, quæ prima ejus uxor fuit se *Comitissam*, & Bonifacius se *Marchionem* nuncupat.

V. *Proximi ejus successores in Ducatu Tusciæ.* Mortuo *Theobaldo* Tusciam aliquo tempore rexit alius *Bonifacius*, qui se in Diplomate a Baronio memorato, annoque MIX exarato, Marchionem & filium *Alberti Comitis* vocat. Quod non solum ipsemet Baronio; sed etiam Beslio in Tractatu *de Vera Origine Hugonis Italiæ Regis*, causa errandi fuit; ex eo enim deduxit Baronius Hugonis Tusciæ Ducis patrem, non *Hubertum*, sed Albertum dictum; Beslius vero illud suppositium esse; quod certo, inquit constet, Bonifacium, non *Alberti*, sed Thedaldi filium fuisse. Verum Albertus iste diversus ab *Huberto* & Bonifacius Alberti filius alius a Bonifacio Mathildis Comitissæ patre, & Thedaldi ejus avi filio; neutrumque in dubium revocari potest; cum certissimis documentis innitatur. Porro Thedaldum Marchionem *avum* fuisse Mathildis, ipsamet prodit in Const. LXXVIII. Tom. II. Bull. Casinensis, data anno MCIV.

VI. A num. V. ad IX. Nescio a quo Baronius num. VIII. acceperit, *Sanctum Henricum Bajoa-*

gravida, in Pannoniam profugus exulavit. Qui longe post tempore resumptus in gratiam, rediit: matrem autem grandiusculą cum prole reperiens, admiratus expavit. Negat homo se genuisse quem conspicit, & zelotypia permotus innidiosa, fota mulieri obscenum crimen intendit: nequaquam se tam insperatæ rei perhibet conscium; diffitetur se conceptionis hujus nosse mysterium; nec posse fieri, ut se asserat patrem, qui prægnantem non reliquit uxorem. Ad hoc tandem, recedentius ventilata pertrahitur, ut non aliter quam peractæ purificationis indicio, tam gravis objectu suspiatur. Hoc igitur ex utraque parte convenit, ut in vasta quadam amplissimæ domus area conventus religiosarum fieret personarum, quibus nimirum in subselliis suis undique considentibus, puer solus in medio poneretur, ut si patrem, quem numquam antea viderat, adiens peteret, ab omni, proculdubio matrem suspicione purgaret.

VI. *Quid plura: Conveniunt Pontifices, adsunt cum monachis & Abbatibus inferioris etiam ordinis sacerdotes. Fletus, gemitur, suspiratur. Ad cælos oculos erigunt, pugnis pectora mœsta contundunt, profluentibus lacrymis tristia ora perfundunt. Dimissus itaque puer in medio sine pappate, vel gerula, cœpit ire. Et cum pater sederet inter vulgus, nec ab aliis videretur ulla subsellii varietate distinctus, contemptis omnibus, puer ad eum signanter accessit; eique tamquam notissima familiaritate blanditus, adhæsit. Sic itaque liberavit matrem, dum divino provocatus instinctu petiit genitorem. Hoc igitur modo matris confusio tollitur, & patri filius redditur; & utriusque parentis affectus erga se invicem in communi sobole reformatur. Omnes ergo qui aderant, tanto stupefacti miraculo, votiva mentis jubilatione .... & dignas nimirum Deo gratias referentes exultant.*

VII. *Hic persæpe dum equitaret, comitum cuneos post se dimittere consueverat, & vel solus, vel uno contentus asseclą, longius præcedebat. Et tunc agricolas vel opiliones his compellabat affatibus: Quid vobis, inquit, videtur de Marchione isto? quem dicunt? Numquid non crudelis & impius & pauperes opprimit, terram dissipat, & cunctu ditionis suæ bona profligat? Ad quem ipsi, Absit, ajunt Absit. Falsum est penitus, o homo, quod loqueris. Non est enim potestas talis super terram, quæ scilicet violentiis & rapinis abstineat, quæ in tanta pace & securitate populum sibi subditum regat. Vivat optamus, vivat ista potestas ad refugium pauperum, & prospere floreat ad omnem custodiam subditorum. Quod ille audiens, exultabat in Domino. Unde sæpe dicebat: In tanta volo semper erga subditos, & præcipue erga rusticos mansuetudine vivere: ut ..... quæ caballi mei rodentis ore dilabitur, a rusticorum porcellis e vestigio colligatur. Porro autem, cum de se quid diceretur, inquireret, quid aliud quam nostri (a) Redemptoris imitabatur exemplum? Qui nimirum cum omnia proculdubio nosset: illud tamen veluti nesciens a Discipulis inquirebat: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Cui cum illi diversas hominum opiniones exprimerent, addidit: Vos autem quem me esse dicitis: Scilicet ut Rex Angelorum formam daret rectoribus hominum, non quid per os assentatorum suorum dicatur, attendant, sed quod testimonium apud absentes habeatur inquirant, sicque quod reprehensibile ex eorum fama deprehenderint, corrigant; ad exequenda vero bona, quæ de se dici cognoverint, avidius invalescant.*

(a) Matth. 16.

VIII. *Ut autem præfati Marchionis etiam finem breviter perstringamus. Cum in extrema valetudine languore decumberet, & totius regni lucem extingui, non parva diversorum hominum multitudo defleret: venerabilis quidam Episcopus, cujus me ad præsens vocabulum fugit, hoc in ligno, quod in igne tunc ardebat, expressum, per quædam litterarum vestigia deprehendit HUGO MARCHIO QUIN-*

PAGIUS

Dies coronationis S. Henrici Germaniæ Regis.

joariæ Ducem hoc anno in locum Ottonis III. electum Germaniæ Regem, *III. Idus Junii* coronatum fuisse; Ditmarus enim lib. 5. refert eum die *VIII. Idus Junii* in Regem electum esse, & Adelboldus Episcopus Ultrajectensis, scriptor coævus in Vita Sancti hujus Imperatoris, a Gretzero in Sanctis Bambergensibus publicata, diem ejus inaugurationis his verbis diserte notavit: *S. Henricus VIII. Idus Junii* (is dies ad ejus electionem referendus, & coronatio facta VII. Idus Junii, in quem Dominica cadebat) *in Regem Moguntiæ eligitur, acclamatur, benedicitur & coronatur. Celebratis diebus ordinationis suæ, & quibuscumque venientibus in militia susceptis; Rex Rhenum iterum transiit cum maxima multitudine per Orientalem Franciam in Alemanniam, ut Hermannus* (qui Alemanniæ Dux erat, & Henrico se se subdere nolebat) *ut cæteri, Regiæ majestati subderet*, &c. *Ab Alemannia in Franciam terram unice sibi dilectam recessit, & non multis diebus in Francia moratus, in Thuringiam ivit. Inde procedens in Saxoniam pervenit*, &c. *His strenue peractis Regi a Saxonia in regnum Lotbariense properanti, Gruona occurrit uxor sua, domina Cunicunda nomine, jam extans, sed re cito Regina futura. Inde enim Paderbronam veniens in festo S. Laurentii* (die scilicet X. Augusti) *acclamatur, benedicitur & coronatur, & fit Kunigunda Kuninga, quod Latine interpretari potest Regia Regina.* Auctor Anonymus Vitæ S. Cunigundis apud Bollandum ad diem III. Martii de ea scribit; *Eadem beato & Deo dilecta Chu-*

*QVINQVAGINTA ANNIS VIXIT. Cumque hoc, quasi faustum omen, hi qui aderant, crederent, signumque hoc esse recuperandæ valetudinis, erectie in spem cordibus, autumarent: paulo post ipse defunctus est. Hic præterea * septem monasteria in sui juris possessione construxit, quæ non modo prædiis ac mancipiis, sed aureis & argenteis vasis, diversis etiam Ecclesiasticis ornamentis copiosa liberalitate ditavit. In quorum uno, venerabili videlicet ac religioso, quod in honorem Dei Genitricis in Florentina civitate constructum, jacet cadaver ejus humatum.*

* al. sex

IX. *Cujus obitum cum Augustus, qui tum habenas regebat Imperii, Otto videlicet Tertius agnovisset, quia quodam adversus eum stimulo mordebatur invidiæ; protinus in hanc vocem gratulabundus erupit. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Sed paulo post, eodem scilicet anno, & ipse defunctus est. Sic itaque suam improvidus pertulit, qui de morte alterius nequiter exultavit, non attendens id, quod vir sapiens ait: (a) Noli de mortuo inimico gaudere, sciens quoniam omnes morimur.* Hucusque Petrus Damiani de rebus Hugonis usque ad obitum ejus. Quem esse defunctum in fine anni superioris, indicat nota temporis tunc sepulcro ejus incisa his verbis: OBIIT ANNO SALUTIS MILLESIMO PRIMO. XII. KAL. JANUAR. in quo etiam litteræ iste habentur incisæ H. M. H. N. S. Quæ nihil præterea, quam hæc significare putamus, HUGONIS MARCHIONIS HUGONIS NEPOTIS SEPULCHRUM.

(a) Eccl. 8.

Hæcque ex recitatis Petri Damiani scriptis, quibus asseritur, Hugonem hunc nepotem fuisse Hugonis Regis Italiæ, magni nominis viri, cujus nomen potius, quam patris positum est in sepulcro tum ob claritudinem avi, tum etiam ob patris obscuritatem, quod non legitimus Hugonis Regis filius esset, sed nothus. Erat sarcophagum ejus porphyreticum, quod hodie cernitur in atrio ejusdem monasterii (ut accepi) ad ministerium aquæ nimis ingrate redactum. Sic infelix mortalium conditio fert, ut nec sedes sepulcri sit stabilis, sed diversis occasionibus pereat, vel mutetur & minuatur: ut huic de quo est sermo Hugoni accidit, dum mutatione sepulcri, insigniori parte ejus, labro diminutus fuerit porphyretico, & nobili tunc scripto (ut ea ferebat conditio sæculi) epitaphio sepulturæ privatus omnino: quod Dei beneficio contigit reperiri. Siccine didicerunt æditui de benefactore adeo insigni bemereri? & quod deterius, ejusdem Hugonis vitam locupletatam mendaciis edere? quæ piget enumerare. Et in primis deforme illud, quod vestibulum ingredienti Lectori fit obviam, non invitans ipsum: sed verberans & expellens; dum ibi asseritur Hugo iste fuisse Princeps Magdeburgensis, Etruriæ vero ab Ottone Tertio Imp. præfectus, quibus adversentur Petrus Damiani, Luitprandus, Glaber, & alii ejusdem temporis Scriptores, dum ostendunt hunc non Germanum, sed Italum, avitaque hæreditate possedisse Principatum Etruriæ. At non est nostri instituti hic erro-

PAGIUS *negundis terreno Imperatori corporaliter, non carnaliter conjuncta cœlesti Regi suam virginitatem consecravit, quam usque in finem, casti conjugis consensu, Deo teste, conservavit.*

VII. *Ardoinus fit Rex Italiæ.* Post Ottonis III. mortem *Ardoinus* Dodonis filius Eporedienfis Marchio existimans Regiæ dignitatis atque Imperatoriæ titulum denuo ad Italos antiquo hæreditatis jure recidere, Italiæ Principibus auctor fuit, ut vetus decus recuperarent. Itaque Conventu super ea re Papiæ, antiquo Longobardorum more indicto, frequenti concilio Rex Italiæ creatur. Supersunt varia Diplomata ab eodem *Ardoino* sequentibus annis data. Unum recitat Guichenonus in Biblioth. Sebus. cap. 10. quo continetur donatio ab Ardoino Italiæ Rege Ecclesiæ S. Syri Papiensis facta, pro anima patris sui Doddonis, in cujus fine legitur; *Datum anno dominica Incarnat. MXI. Kalend. Aprilis, indict. IX. Actum Bobii in Episcopali Palatio feliciter.* Ardoinum vero hoc anno ante diem XX. mensis Februarii dictum esse Italiæ Regem, ostendit ejus Constitutio in Bullario Casinensi recitata, qua omnia jura monasterii S. Salvatoris Papiensis confirmat, *data X. Kal. Martii anno Dominica Incarn. MII. anno domini Arduini Regis regni I. Actum in Papiensi Palatio feliciter, Amen.* [1] De bellis inter eum & Henricum Germaniæ Regem gestis, legendus Sigonius lib. VIII. de Reg. Ital.

A num. IX. ad XVI. Ecclesia Hungarica sub *S. Stephano* Rege & *Gisela*, quæ S. Henrici Germaniæ Regis soror erat, non vero filia, uti perperam ex Cartuitio in Vita S. Stephani Baronius habet, maxime florebat. Quod tamen idem Baronius *n.* XV. de *Giula* Transilvaniæ Principe habet, ad annum sequentem pertinet. Chronographus enim Hildensheimensis ad eum Christi annum ait: *Stephanus Rex Hungariæ super avunculum suum Regem Julum cum exercitu venit: quem cum comprehendisset cum uxore & filiis duobus, regnum ejus vi ad Christianitatem compulit.* VIII. *Religio Christiana in Hungaria floret.*

NOTÆ [1] Ardoinum acclamatum fuisse Italiæ regem die dominica XV. februarii docet Chron. Regum Ital. a Muratorio vulgatum tom. IV. Rer. Ital. pag. 149. ait enim post Othonis III. mortem regnum 24. diebus vacasse, & die XV. Februarii Ardoinum regnum capessivisse. MANSI

errores reliquos numerare, ac confutare fabulas ibi inani studio concinnatas. Præstat tanti Principis vitam e purioribus deducere fontibus, nempe a Petro Damiani & aliis, ex quibus nobilissima Florentinorum ingenia panegyricas orationes dici solitas, dum eidem parentatur, annis singulis, die anniversaria obitus ejus, feliciori Minerva depromant. Jam vero inditum veteri sepulturæ, sed perditum & repertum, ☞ hic ejus velut sepulti describamus epitaphium memoria dignum, utpote acrosticis novi generis versibus mira concinnatione descriptum, ista desuper inscriptione (a) signatum:

(a) descriptum ex M. S. Cod. Cass. qui erat Manrolici Abbatis.

EPITAPHIVM HVGONIS DVCIS, TVSCIÆ MARCHIONIS.

F	LVCTVAT IN TERRI	S	QVI SEMPER VIVERE QVAERI	T
L	VMINIS ET STABIL	I	NON MANET ILLE GRAD	V
E	N EGO DIVES VGO D	V	X FVLSI NOMINE CLARV	S
R	EXI IVRA PI	E	TEGMINE CARNIS IN HO	C
E	T DOCVI MITE	M	PRAVVM SVB FASCE COEG	I
M	E RAPTOR FVRT	A	PAVIT AMARE MAL	A
A	FRVM ME COLVIT RE	G	NVM ET QVI REXERAT ILLV	D
R	OMA MIHI PARV	I	T VT PATER HANC DOMV	I
I	STE TAMEN TVMVLV	S	ME CLAVDIT MARMORE PARVV	S
T	VSCA MANVS PLORE	T	MORTIS HONORE SVB HO	C
V	T ME POENAE ARDO	R	NON VRAT LECTOR ADOR	A
M	VNDO CORDE DE	V	M QVI BONA CVNCTA REGI	T
		M	ORE BENIGNO.	

De Hugone Tusciæ Marchione & urbis Duce.

(b) Glab. l. 2. c. 7. Hæc de Hugone, quem Glaber (b) vocat Marchionum optimum cum agit de ejus obitu.

X. Legimus ejusdem duo donationum diplomata nobis ostensa a Domino Constantino Cajetano monacho congregationis Cassinensis Archivorum pervestigatore diligentissimo: alterum datum anno Redemptoris nongentesimo nonagesimoquinto, Indictione octava: alterum vero anno nongentesimo septimo, Indictione decima. Quibus apparet eumdem Hugonem filium fuisse Uberti, sive potius Alberti (uti in altero eorum legitur) Marchionis Tusciæ, & Willæ filiæ Bonifacii Marchionis, quæ extruxit Florentiæ a fundamentis Ecclesiam S. Mariæ una cum monasterio eidem conjuncto, quam idem Hugo duabus illis donationibus redditibus amplissimis locupletavit. Porro eodem Hugone defuncto, successit in locum ipsius Bonifacius Marchio Alberti Comitis filius, germanus ejus, ut apparet ex alio diplomate donationis eidem Ecclesiæ factæ, dato anno Redemptoris millesimonono, Indictione septima, pridie Idus Augusti, in quo ipse Bonifacius se nominat filium Alberti. At de Hugone hactenus, in quem obiter incidimus occasione Ottonis Imperatoris; ad quem revocemus orationem.

XI. (c) Rup. Abb. c. 10. apud Sur. t. 2. die 16. Mart. De Ipso rursum Ottone, ejus deplorans exitium, ista habet (c) Rupertus Abbas Tuitiensis in Heriberto ejusdem Ottonis tunc comite in itinere, & in rebus agendis consiliario, ab aliis diversa nonnihil sic narrans: *Qui nimirum Imperator, si ut in cæteris, ita & in causa, per quam mortem incurrit, consilium beati viri attendisset, multo melius sapientiæ appropinquasset, & non pœnituisset eum, quemadmodum ipsa Sapientia dicit (d): Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis. Quod quia non fecit, incidit in insidias mulieris malæ, videlicet ejus, cujus virum Crescentium sibi rebellantem captum jusserat capitalem subire sententiam, & ab illa nonpræcavens, quamvis a sancto viro sæpe esset commonitus, veneno intra cubiculum dormiens infectus est. Obiit itaque Romæ anno post ordinationem beati viri tertio. Erat autem nunc quoque sanctus idem cum illo, utpote ad disponenda pernecessarius maxima regni negotia. Cui cum die sequenti confessus fuisset pestem, quam perceperat, seque mori persentiret, id quoque supremum ab eo postulavit, quatenus corpus ejus Aquisgrani sepeliendum transferret.*

Ruperti de causa Ottonis obitus sententia.

(d) Eccl. 32.

XII. Ottonum Stemma Deo Vindice extinctum. Hæc ipse de obitu Ottonis III. Imperatoris, in quo extinctum penitus stemma regnantium Ottonum, nonnisi in nepotem Magni Ottonis, secundum hæredem Imperii propagatum: ita divinitate ulciscente delicta, quæ in Sedem Apostolicam perpetrarunt, pro arbitrio amovendo atque subrogando Pontifices, quamvis non nisi pietatis intuitu id facere præseferrent. Sed nec alium prætextum legitur habuisse (e) Saul, quando non expectato Samuele obtulit sacrificium, sibi male vendicans, quæ essent tantummodo sacerdotum, ob idque regni atque vitæ privatione mulctatus.

(e) 1. Reg. 13.

Ne-

Neque alius quam fuit pietatis obtentus, cum calcitrantibus bobus Arcam Dei (a) gestantibus, eam ad casum inclinatam, ne corrueret, tetigit Oza: cujus rei causa statim a Deo percussus interiit, qui videri poterat dignus magna mercede, quod festinus Arcæ cadentis periculo subvenisset. Magno quidem damno quovis prætextu pietatis a laicis quibuscumque etiam Regibus sacra tentari, non his tantum, sed plurimis aliis exemplis sæpe superius contigit demonstrari, quorum causa eos male periisse, & ad extraneos translata vidimus regna: ut non immerito Samuel ad Saul dixerit, causam aperiens regni jacturæ (b): *Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum ultra consurget*, &c. Sed de subrogato in regnum Germaniæ Henrico Duce Bavariæ quæ prosequatur idem Tuitiensis Abbas, videamus. Pergit enim:

(a) 2. Reg. 6.

(b) 1. Reg. 13.

XIII. Funus Ottonis Imperat.

Hoc agere insistens vir Dei, nempe ut corpus Imperatoris Aquisgranum deferret, regalia quoque ornamenta, Regis scilicet, penes se habuit, & electioni non interfuit novi Principis Henrici tunc Bavariorum Ducis, quem secundum sæculi dignitatem locupletissimum, & litterarum studiis non tenuiter instructum Principes regni Regem sibi elegerunt. Hæc fuit occasio, quam adversus illum rapere potuerunt adversarii, quales in Ecclesia numquam defuerunt, ex quo sacrificia Deo primi obtulerunt Abel & Cain, scilicet falsi fratres, quibus Scriptura dicit: (c) Abierunt in viam Cain: quorum pressuram (d) Apostolus inter cætera pericula sua maxime gemit. At hæc quidem regalia repetita cito reddidit. Sed quia novi (ut jam dictum est) Principis electioni non interfuit, ex tunc illi suspectus erat; unde & idem Rex obtrectatoribus Sancti pronius aurem præbebat. Deinde impacato semper eum odio prosecutus est, donec a Domino redargui meruit paulo ante obitum Sancti, quod in loco suo præsens narratio non præteribit. Hæc Rupertus Abbas. Quod insuper ad sepulturam Ottonis spectat, intestina ejus Augustæ Vindelicorum sepulta affirmant e corpore exsecta, ne ipsis corruptis reliqua pars corporis tabo inficeretur. Sed quod ad longius ductum funus Ottonis ejusque sepulturam pertinet, cæteris omnibus locupletius atque sincerius Ditmarus narrat.

(c) Jud. ep.

(d) 2. Cor. 11.

XIV. De Henrico Rege successore Ottonis.

Idem vero agens de Henrico successore in regnum ejus cunabula repetens, & vitæ bene institutæ primordia, ipsum educatum fuisse a sancto Wolfgango Ratisponensi Episcopo tradit his versibus:

— Nutrit præclarum Wolfgangus alumnum.
Qui sequitur Dominum toto conamine Christum.

XV. Qui quidem Sanctus inter cætera charismatum dona cum polleret spiritu prophetiæ, hæc de regno consequendo ipsi prædixit, ut ejus temporis auctor, qui res ab eo præclare gestas conscripsit, testatur his verbis: *Cum enim ad eum ob impertiendam benedictionem (ut crebro solebat) adductus esset, speciosissimam ejus prolem Henricum, qui postea Dei nutu factus est Imperator, Regem appellavit; fratrem ejus Brunonem vocavit Antistitem, sororem ejus natu majorem Reginam, minorem, quam ipse baptizavit & de sacro fonte suscepit, Abbatissam nominavit.* Quæ quidem omnia ut prædixit, & patuit, evenere. Sed & quomodo idem sanctus Wolfgangus, cum jam ex hac vita ad Deum migrasset, de Imperio adipiscendo, apparens eidem Henrico, prædixit, suo loco dicturi sumus.

XVI. Porro ipse Henricus Moguntiæ inauguratur Rex ab Archiepiscopo Moguntino Willigiso, tertio Id. Junii: quæ autem tunc acciderint, & quos deinde passus sit adversarios, idem Ditmarus pluribus narrat: adeo ut non solum quæ annis singulis, sed quæ mensibus & diebus quibuscumque suis acciderint, exacte descripserit: quem consulat qui ea cupit.

XVII. Quo tempore Hungarica Ecclesia sub Rege Stephano, & Gisela sive Gilla Regina, quam filiam Henrici Regis in uxorem accepit, mirifice culta floruit, & longe lateque propagata & illustrata

PAGIUS IX. *Annus adventus Normannorum in Italiam.*

Ad num. XVI. Primum Normannorum in Italiam adventum, qui in annum millesimum decimum sextum convenit, ut ibidem videbimus, recentes Scriptores cum Baronio huic passim anno alligant, sicque Historiam a Veteribus non paucis fabulosis narrationibus obscuratam magis implicant. Quare satius erit quod de Normannis in Annalibus refertur, ad eum Christi annum differre, ut facilius e tenebris veritas educi possit.

X. Hoc anno *Aldulphus* Eboracensis Archiepiscopus, S. Oswaldi sui Decessoris corpus e terra levavit: *Ipse*, inquit Thomas Stubius, *duodecimo Episcopatus sui anno, Congregatis Coepiscopis, Abbatibus, multisque religiosis viris S. Oswaldi Archiepiscopi ossa anno Regis Adelredi XXV. indict. XV. VII. Kal. Maii* (legendum XVII. Kal. Maii) *feria IV. e tumulo levavit, & in scrinio quod paraverat, honorifice collocavit.* Idem habet Vigorniensis, & ante utrumque Simeon Dunelmensis in lib. de Gestis Reg. Angl. Sed cum Oswaldus anno CMXCII. spiritum Deo reddiderit, non nisi magno errore scribunt, id factum esse anno

Translatio S. Oswaldi Archiep. Eboracensis.

Ecclesia Hungarica sub S. Stephano Rege floret.

ta est: cujus sicut ortum & cunabula recensuimus Tomo superiori; ita progressus felicissimos describere minime prætermittemus, hic reddentes, quæ in rebus gestis ejusdem sanctissimi Regis Chartuitius Episcopus scripsit, nec aliis quam ejus verbis. Subdit enim hæc post ipsius coronationem enarratam: (a) *Porro consortem regni præcipue prolis propagandæ causa sibi adscivit Henrici Imperatoris filiam Giselam; qui Imperator ob morum comitatem & mansuetudinem, Pius est appellatus. Ea autem Gisela chrismate uncta, & corona regia insignita, qualem se præbuerit erga Dei cultum ornandum, quam frequens & benigna ac liberalis erga Christo servientium congregationes fuerit, multarum Ecclesiarum cruces, vasa sacra & utensilia, miro opere effecta vel contexta in hunc usque diem testantur; præcipue tamen Ecclesiæ Vesprimiensis, quam illa a fundamentis constructam rebus omnibus, quæ ad Dei ministerium sufficerent, in auro, argento, multigenisque vestibus præclare ornavit.*

(a) Cart. in vita S. Steph. Regis Hung. c. 9. 10. 11. 12.

XVIII. *Ipso vero Rex nuper inchoatos Episcopatus, idest, cum metropolitanam, quam cæteras cathedrales Ecclesiis, amplissima singulis assignata diœcesi, & idoneo præfecto Antistite, Abbatias quoque prædiis, chortibus, familiis, & redditibus, regia plane munificentia instruxit, crucibus, vasis sacris, aliaque supellectile ad Dei ministerium spectante, pro cujusque necessitate vel indigentia satis exornavit, annisque singulis, quoad vixit, munera & oblationes semper auxit, ne aliquid extrinsecus conquirere cogerentur, qui rebus divinis peragendis præerant. Monachorum quoque vitam & conversationem modo per se ipsum, modo per alios accurate investigans, desides arguebat, alacres & vigiles charos habebat. Canonicorum ministerium Episcoporum moderationi & circumspectioni sub Christi Ecclesia testificatione commendabat, cum Apostolo* (b) *omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret.*

(b) 1. Cor. 9.

XIX. *Ea tempestate in monasterio S. Martini erat monachus quidam Sebastianus nomine, cujus vita probabilis, & in Dei cultu religiosa devotio habebatur. Eum venerabilis Rex mira cœpit amore complecti (quanto enim quisque esset religiosior, tanto illi quoque charior erat) atque ob vitæ ejus merita dignum eum censens qui Episcopi dignitate polleret, Strigoniensis Ecclesiæ Archiepiscopum eum esse voluit. Sed quia flagellat Deus omnem filium quem recipit, Sebastianum illum, ut ejus patientia probaretur, ad tempus utriusque luminis orbitate afflixit. Ne vero novellus grex pastoris gubernatione destitutus, a recto itinere deflecteret, & aberraret, Romano Pontifice assentiente, Astricum Colocensem Episcopum, cujus jam crebro est habita mentio, in ejus locum Rex substituit. Triennio inde evoluto, Sebastianus ex Dei benignitate recuperavit visum, & Pontifice Romano approbante, Astricus cum pallio rediit, ad suam Colocensem Ecclesiam, Sebastianus Strigoniensem gubernandam recepit.*

XX. *S. Stephani Regis cultus erga Dei genitricem.*

Erat sane Rex ille fidelis & integer in omnibus factis suis, Deo toto pectore deditus & addictus: seipsum quoque & regnum suum per votum & oblationem in perpetuæ Virginis Mariæ tutelam assiduis precibus contulit. Cujus sacratissimæ Virginis honor & gloria tam est celebris apud Hungaros, ut festum Assumptionis ejus tacito proprio nomine, sua lingua, diem Dominæ appellent. Atque ut Rex piissimus propitiorem tantæ Virginis defensionem & patrocinium posset promereri, in ipsa regia sedis civitate, quam Albam vocant, in ejusdem perpetuæ Virginis laudem & honorem grandem & insignem, atque in primis celebrem basilicam condidit, opere sane mirifico, cælatis ebori parietibus, & pavimento marmore strato. Quam basilicam qui vidit, testimonium perhibet dictis nostris, innumera illic haberi palliorum, & eorum, quæ paramenta vocant, genera; tabulas altarium non paucas ex auro purissimo, pretiosissimo-

Privilegia in Eccl. Regi concessa.

PAGIUS

no duodecimo *Aldulfi* ejus Successoris. Ex his intelligimus, per hæc tempora Sanctarum Reliquiarum Translationes diebus Dominicis semper peractas non fuisse.

XI. *Dani in Anglia uno die nefarie trucidati.*

Millesimo secundo anno, inquit Huntindoniensis lib. 6. *Emma Normannorum gemma venit in Angliam, & diadema, nomenque Reginæ suscepit. Quo proventu Rex Adelred in superbiam elatus, & perfidiam prolatus omnes Dacos, qui cum pace erant in Anglia clandestina proditione fecit mactari una eademque die scilicet in festivitate S. Bricii* (quæ in die XIII. mensis Novembris incidit); *de quo scelere in pueritia nostra quosdam vetustissimos loqui audivimus: quod in unamquamque urbem Rex præfatus occultas miserit Epistolas, secundum quas Angli Dacos omnes eadem die & eadem hora, vel gladiis truncaverunt impræmeditatos, vel igne simul cremaverunt subito comprehensos.* Baronius Westmonasteriensem secutus anno MXII. num. XIII. de hac carnificina agit; sed Westmonasteriensis in Chronologia parum accuratus, & Huntindoniensis sequentis sæculi initio floruit, cique alii suffragantur.

XII. *Ea Carnificina magis explicata.*

Impio illo facto, quo divina simul & humana jura temerata sunt, Ethelredus *Ignavi* cognomentum sortitus est. In ea carnificina nec obsidibus parcitum, nec alteri sexui, qui recens in Insulam firmandæ pacis causa venerat.

eum lapidum ordinibus conspicuas: Eucharistiæ, ædiculam, quam Ciborium dicunt, arte mirabili supra Christi mensam extructam: conclave omni genere vasorum crystallinorum, onychinorum, aureorum & argenteorum abunde refertum. Tanta vero elegantiæ Ecclesiam usque adeo Rex sibi uni vindicavit, adeoque immunem esse voluit, ut nullus Episcopus quidquam in ea juris haberet. Quibus autem diebus absolutio esset pœnitentibus impendenda, aut sacrum chrisma conficiendum, eum Episcopum voluit in ea & absolvere pœnitentes, & chrisma conficere, quem ipse vel præsens id facere juberet, vel quem absens eo mitteret. Divina quoque Missarum solemnia, Rege illic præsente, eum dumtaxat Episcopum celebrare, cui Rex, consentiente cum Fratribus Præposito, id demandaret: absente autem Rege, absque Præpositi & Fratrum bona venia, nullum Episcopum illic sibi vel Missas celebrandi vel cujuslibet pontificalis ministerii exercendi licentiam usurpare. Præterea ejus Ecclesiæ populum tanta libertate & immunitate gaudere voluit, ut nulli omnino Episcopo decimas penderet, sed soli Præposito & Fratribus, prout ipse instituisset, servitium exhiberet. Porro ista omnia & alia ex Privilegio Apostolicæ Sedis obtinuisse, reliqua innumera exemplo de Regibus & aliis, qui eadem non nisi ab Apostolica Sede obtinuisse sciuntur, aperte declarant. Pergit vero:

XXI. Religio S. Stephani Regis commendatur. *Quæcumque autem servus Dei per id tempus acquirere potuit, ea in Christum refundere studuit, a quo illa profecta non ignoraret: ut qui eum hujus mundi gloria & honore dignum fecerat, etiam cælestis patriæ civibus clementer adscribere dignaretur. Et in Prophetis quidem de Apostolis scriptum legimus: (b) In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Non debet autem hoc de solis illis duodecim accipi, sed de omnibus a Deo ad evangelizandum missis, quorum fide, verbis, & moribus Ecclesia suis augescit incrementis. Ex eorum autem numero ille, de quo agimus, Christianissimus Rex non minimus fuisse putandus est, ut qui bonæ voluntatis, & piorum operum famam, quam Ecclesiis in propriæ ditionis amplitudine construendis sibi peperit, in longinquas regiones & urbes celeberrimas diffuderit ac propagarit. Extruxit enim in ipsa Hierosolyma, ubi Dominus noster Jesus Christus in carne versatus est, monachorum cœnobium, idemque prædiis & vineis, unde eis quotidiani victus copia suppetat, ditavit.*

(a) Psal. 8.

(b) Psal. 18.

Roma quoque, quæ est mundi caput, sub protomartyris Stephani titulo, duodecim canonicorum collegium condidit, rebus necessariis & ad ejusmodi collegium pertinentibus abundans: domos quoque & hospitia Hungarorum, qui orationis causa Romam ad beati Petri Apostolorum principis limina venirent, exædificavit, muro ea lapideo circumdans. Tum quoque urbem regiam Constantinopolim noluit suæ liberalitatis esse expertem, mirifici operis in ea condens Ecclesiam, rebus omnibus necessariis ei adjunctis. Itaque non immerito suæ ditionis Apostolus appellatus est. Etsi vero ille sibi evangelizandi munus non sumpsit; attamen eorumdem concionatorum dux & magister, defensionis & sustentationis solatia eis suppeditavit. Hucusque Chartuitius de felici rerum Christianarum progressu in Hungarorum regno sub sancto Stephano Primo Rege. XXII. Quas Romæ struxit domos religiosas.

Qui quidem adeo pietate insignis, haud inferior militari fortitudine perhibetur. Hoc siquidem anno lacessitus a Giula Transilvaniæ Principe avunculo suo, ob disparem cultum religionis, ægro illo animo ferente, Stephanum adeo addictum Christiano cultui; licet coactus adversus avunculum traheretur, ad bellum, invitus tamen, & necessitate com- XXIII.

PAGIUS rat. Ita periit *Gunildis* Svvani Regis soror, & morte sua *Danis* Angliæ Regnum asseruit: nam atroci homicidio excitus frater, justissima ira in vindictam surrexit, filioque *Canuto* propterea Insulæ Principatum reliquit: *Erat Gunildis*, inquit Florilegus, *Paliago Comiti, nobili viro lege conjugali copulata; quæ prioribus annis cum viro Angliam ingressa fidem Christi & sacramentum baptismatis susceperat. Hæc virago prudentissima pacis inter Anglos & Danos mediatrix existens, se se obsidem, cum viro, & unico filio, quem habebat, Regi Ethelredo ad pacis securitatem dedit. Hæc a Rege cum esset Ederico duci nequissimo ad custodiendum commissa post dies paucos, in ejus præsentia virum suum cum filio suo quatuor fecit lanceis proditor ille Edericus jugulari: qui & illam novissime decapitari præcepit. Mulier vero mortem forti animo perferens, nec moritura expalluit; nec mortua consumpto sanguine vultus sui serenitatem amisit. Verumtamen moriens fiducialiter pronunciavit: quod sui sanguinis effusio, magno toti Angliæ fieret detrimento.* Eadem fere habet Malmesburiensis. Prædictioni respondit eventus; nam Dani & Danorum Rex *Svvanus*, *Gunildis* frater, multorum morte, regnique excidio hoc facinus castigarunt. Et qui hactenus furtim & privato solum impetu insulam infestarunt, prædonum tantum modo & pyratarum more; nunc justissimo Danorum imperio conscriptus miles, missusque in vindictam, acrius pugnavit; & pugnantibus adfuit, qui innocentes tueri solet, Deus. Fusius hanc carnificinam Alfordus hoc anno narrat.

Lupus Protospata in Chronico scribit: *Anno MII. obsidet Saphi Caytus*, (idest Dux Arabum), *Barum* (seu Barium munitum Apuliæ XIII.

Transilvani ad fidem conversi. compulsus, cum armis impeteretur, comparato exercitu Transilvaniam petiit, profligatoque hoste, eoque una cum suis captivo ducto, eam sibi provinciam subjugavit, atque regno Hungarico junxit; quam & reddidit Christianam. Simulque ipse Giula Princeps cum uxore & filiis exemptus vinculis, Christi Fidem amplexatus licet invitus, ut asseritur, (a) omni excussa contumelia servitutis, ab eodem Rege fuit regio more tractatus. Ista pluribus Annales Hungarici. Post hæc autem eidem Regi certandum fuit cum Bulgaris, Hungariam invadentibus; quos non sine magno labore, Deo impendente auxilium, superavit.

(a) *Bonf. dec. 2. l. 1. hoc an.*

XXIV. Northmanni primum Italiæ innotuere magna virtute. Hoc eodem anno (ut ex Leone (b) Ostiense colligimus) Northmanni licet pauci numero, magna tamen virtute Italiæ innotuere, specimen edentes insignis pietatis, cum ingenti animi robore ac fortitudine militari. Rem autem præclare gestam, ab eodem fideliter scriptam sic accipe: *Ante annos ferme sexdecim* (scribebat tunc res gestas anni Redemptoris decimioctavi supra millesimum) *Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolymis, quo orationis causa perrexerant, redeuntes, Salernum applicuerant, viri & statura proceri, & specie venusti, & armis præcipui. Quam civitatem cum a Sarracenis obsessam reperissent, accensi nutu Dei animis, a Guaimario majore, qui tunc Princeps erat, equos, armaque poscentes, subito in illos irruerunt; plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria, Deo largiente, potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnisque a Principe illustrati muneribus, ut manere secum debeant, multis precibus invitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianæ Fidei assertione hoc se fecisse asserentes, & dona respuunt, & manere sibi posse se denegant. Prædictus itaque Princeps, consilio habito, cum eis Legatos suos in Northmanniam dirigit, & veluti Narses alter, citrina per eos poma, amygdala quoque & munditas nuces, ac pallia regia, & equorum phaleras, auro argentoque distinctas illuc dirigens, ad hujusmodi gignentem humum illos non modo invitabat, verum attrahebat.* Hæc Leo de primo in Italiam Northmannorum adventu, & missa ad eos legatione: quæ penitus effectu non caruit, cum illis alia occasione aditus patuit in Italiam veniendi, vincendique tandem ac dominandi. Quod autem ad peregrinationem Hierosolymitanam spectat, his quidem temporibus fuisse frequentissimam ex partibus potissimum borealibus, auctor est Glaber & alii, qui res gestas temporis hujus scripsere.

(b) *Leo Ost. l. 2. c. 38.*

PAGIUS *Barium frustra a Sarracenis obsessum.* liæ oppidum) *secundo Mari usque ad sanctum Lucam mense Octobris; tunc liberata est per Petrum Ducem Veneticorum.* Quod a Chronologo Bari apud Peregrinium confirmatur. Dux porro ille alius non est, quam *Petrus Urseolus* anno MVI. post multa inclyta facinora patrata demortuus. Hujus tamen, nec Justinianus, nec alii Historici Veneti, quod meminerim, mentionem fecere.

I. Obitus Silvestri Pap.

Millesimustertius sequitur annus, prima Indictione notatus, quo Silvester Papa, ubi Sedis suæ annum jam quintum inchoasset, moritur die duodecima mensis Maii, ut ex epitaphio ejus sepulcro a Sergio Papa apposito satis apparet: quod hactenus in basilica Lateranensi servatur integrum. Nos vero ipsum hic tibi describendum curavimus; sic enim se habet:

Epitaph. Silvestri Papæ.

SILVESTRI PAPAE II.
✠ ISTE LOCVS MVNDI SILVESTRI MEMBRA SEPVLTI
VENTVRO DOMINO CONFERET AD SONITVM.
QVEM DEDERAT MVNDO CELEBREM DOCTISSIMA VIRGO
ATQVE CAPVT MVNDI CVLMINA ROMVLEA.
PRIMVM GERBERTVS MERVIT FRANCIGENA SEDE
RHEMENSIS POPVLI METROPOLIM PATRIAE.
INDE RAVENNATIS MERVIT CONSCENDERE SVMMVM
ECCLESIAE REGIMEN NOBILE SITQ. POTENS.
POST ANNVM ROMAM MVTATO NOMINE SVMPSIT,
VT TOTO PASTOR FIERET ORBE NOVVS.
CVI NIMIVM PLACVIT SOCIALI MENTE FIDELIS
OBTVLIT HOC CAESAR TERTIVS OTTO SIBI.
TEMPVS VTERQVE COMIT CLARA VIRTVTE SOPHIAE,
GAVDET ET OMNE SECLVM FRANGITVR OMNE REVM.
CLAVIGERI INSTAR ERAT COELORVM SEDE POTITVS,
TERNA SVFFECTVS CVI VICE PASTOR ERAT.
ISTE VICEM PETRI POSTQVAM SVSCEPIT ABEGIT
LVSTRALI SPACIO SECVLA MORTE SVI.
OBRIGVIT MVNDVS DISCVSSA PACE TRIVMPHVS
ECCLESIAE NVTANS DEDIDICIT REQVIEM.
SERGIVS HVNC LOCVLVM MITI PIETATE SACERDOS
SVCCESSORQ. SVVS COMPSIT AMORE SVI.
QVISQVIS AD HVNC TVMVLVM DEVEXA LVMINA VERTIS:
OMNIPOTENS DOMINE DIC MISERERE SVI.
OBIIT ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS M.III. IND.I.M.MAII.D.XII.

II. Porro nugas illas de obitu Silvestri, ab homine schismatico Bennone primum excogitatas, mendacique stylo vulgatas, superiori Tomo in ipsius Silvestri ingressu apertissime confutavimus: adeout non nisi inter vecordes levesque atque penitus ineruditos se constituat opus sit, qui iisdem fidem aliquam adhibendam putarit. Sicut etiam erroris ex ipso quoque ejus epitaphio redarguitur Sigebertus, dum (quo nescimus auctore) in dubitationem revocat, num hic Silvester annumerandus sit inter Romanos Pontifices, an quem alii (nescimus,

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MXLI. An. Hegiræ CCCXCIV. inchoato die 30. Oct. b. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6496.

☉ 4. C. ☽ 16. P. 28. Maii. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1003.

JOANNIS XVIII. PAPÆ 1.

HENRICI II. REG. 2.

BASIL. & CONST. IMPP. 28.

A. C. 1003. I. *Moritur Silvester II. PP.*

ANum. I. ad IX. in Epitaphio Silvestri II. Papæ a Baronio num. I. recitato, dicitur Sedis ejus *lustrale spatium* fuisse, & in fine: *Obiit anno dominicæ Incarnationis MIII. indict. 1. M. Maii DXII.* ab an. enim CMXCIX. ad currentem anni quinque utrimque incompleti intercurrunt. Quare cum juxta Catalogos annos quatuor, mensem unum & dies novem Silvester Ecclesiam Romanam rexerit, ordinatus fuerat die secunda mensis Aprilis supradicti Christi anni; die undecima mensis Maii mortuus est, postridieque sepultus. Calumniam huic Pontifici a *Bennone* Schismatico impactam, quod scilicet magus & necromanticus fuerit, epitaphium illud, quod adhuc in Vaticana Basilica legitur everteret, quando silentium antiquorum Historicorum deesset. Joannes Diaconus Junior in suo libello de Ecclesia Lateranensi ait retro sub absida esse sepulturas aliquot Apostolicorum quos nominat, additque: *In eadem quoque porticu jacet Gerbertus Remorum Archiepiscopus, qui Papa effectus Silvester est appellatus: cujus sæpe sepulcrum, etiam in Serenissimo aere, cum non sit in humido loco, aquarum guttas (quod satis est hominibus admirandum) visibiliter emanat.*

Baronius num. VI. ait a se visam *S. Adalberti* Pragensis Episcopi & Martyris Vitam *Silvestri Papæ* nomine scriptam, cujus est exordium: *Est locus*, &c. Eandem Vitam ex Bibliotheca Casinensi erutam Romæ postea Bzovius publicavit, & *Silvestro secundo*, ut ait, suo II.

mus quos, numerant Agapetum, de quo nusquam mentio penes Scriptores temporis hujus, quod his temporibus sederit.

III. Silvester Pap. jurium Eccl. vindex. Optassemus ejus res gestas in Pontificatu sui ipsius epistolis notas fieri, sicut volumine centum quinquaginta novem epistolarum ab ipso scriptarum ante Rhemensem adeptum Archiepiscopatum, quas legimus ad nos Parisiis missas ab amico Nicolao Fabro, quibus ejus actiones innotescunt: esset profecto, ut ex eis nonnulla hauriret Lector, quæ de ejus Pontiificia in Romana Ecclesia functione laude digna perciperet. Etenim etsi ipsum ad conciliandos sibi in Ecclesia gradus superiores semper vidimus inhiasse; potius tamen illis, munus explere, quod esset consecutus, omnibus numeris conatus esse videtur, ita ut nec levissima prætermitteret in his, quæ spectarent ad defensionem Ecclesiæ jurium. Adducimus in exemplum, quod cum Abbas esset monasterii S. Columbani, ad Bosonem Comitem breviter istam scripsit ob fœnum
(a) Gerb. ep. 3. ab ejus famulis inde sublatum epistolam: (a)

IV. *Recedant multa verba, & sequamur facta. Sanctuarium Domini nec pecunia nec amicitia vobis damus; nec si datum est ab aliquo, confentimus. Fœnum quod vestri tulerunt, beato Columbano restituite, si experiri non vultis, quid possimus cum gratia domini nostri Cæsaris amicorum consilio, & auxilio. His conditionibus leges amicitiæ non refutamus.* Hæc ad Bosonem generum Imperatoris. Alias etiam graviores de his
(b) Id., e. 4. dedit litteras ad (b) Petrum Papiensem Episcopum, dum ejusdem Abbatiæ bona surriperet.

V. Cæterum monimentorum ejus præter dictas epistolas & alias superius recitatas, vel seorsum scriptas ad res Rhemensis Archiepiscopatus spectantes, nihil vidimus; cum alioqui constet, plures reliquisse sui ingenii indices lucubrationes, partas illas prioribus vitæ temporibus. Nam hæc ipse de se testa-
(c) Id. ep. 88. Scripta ante Pontificatum. tur scribens (c) ad Bernardum monachum: *Interdum nobilissimis scholasticis disciplinarum liberalium suaves fructus ad vescendum offero. Quorum ob amorem & jam exacto Autumno quamdam figuram edidi artis Rhetoricæ, dispositam in sex & viginti membranis sibi invicem connexis & concatenatis, in modum ante longioris numeri, qui fit ex bis tredecim: Opus sane expertibus mirabile, studiosis utile ad res Rhetorum fugaces & caliginosissimas comprehendendas, atque in animo collocandas.* Scripsit & librum de numeris ad Constantinum Floriacensem monachum: & si quæ alia hujusmodi curiosa. Quorum causa ingentem sibi comparare undique bibliothecam indefesso studio laboravit, ut apparet ex diversis epistolis ad diversos scriptis. Nam ad Adalberonem Rhemorum Archiepiscopum ista de his:
(d) Historiam Julii Cæsaris a domino (d) Gerb. ep. 7.
Azone Abbate Dornensi ad rescribendum nobis acquirite, ut vos penes, quos habemus, libros scilicet; habeatis: & quod reperimus, speretis item octo volumina Boetii de Astrologia: præclarissima quoque figurarum Geometriæ, aliaque non minus admiranda. Et rursum de aliis libris ad eamdem facultatem spectantibus hæc ad Rainardum (e) monachum: (e) Id epist 126.
*Nosti quanto studio librorum exemplaria undique conquiram: nosti quot Scriptores in urbibus, aut in agris Italiæ passim habeantur. Age ergo, & te solo conscio, ex tuis sumptibus fac ut * mihi* * rescribantur Studia priora Silvestri.
scribantur M. Manlius de Astrologia, Victorius de Rhetorica, Demosthenis Ophthalmicus &c. Et ad Abbatem Turonensem: *(f) Cui rei præparandæ bibliothecam assidue comparo. Et sicut Romæ dudum ac in aliis partibus Italiæ, in Germania quoque & Belgica Scriptores, auctorumque exemplaria multitudine nummorum redemi &c.* (f) Id ep. 44. Porro ob Geometricas atque Astrologicas figuras, quibus incumbere consuevit, quas rude sæculum adeo mirabatur, & his conjunctam viri fœlicitatem admirandam simul obstupescentibus multis, de vulgo præsertim: illam de magicæ artis exercitio (quam diximus) calumniam subiit. Unde & illa commentandi Bennoni schismatico occasio est oblata, quæ omnia abunde satis confutata in ejusdem Papæ lectione vidisti.

VI. Sed quod unicum extat inter epistolas ejus pietatis monimenrum, nimirum Hierosolymorum Ecclesiæ nomine ad Universalem Catholici orbis Ecclesiam Romanam ad ferendum aliquod subsidium, exhortationem per epistolam brevem (dicendi enim Laconice arripuit institutum) sed gravem sententiis, hic tibi ex eodem codice describere non pigeat. Sic se habet hoc præmisso titulo:
Ex persona Hierusalem devastatæ Universali Ecclesiæ. (g) (g) Id. ep. 28.

Ea

PAGIUS Non est Auctor primævæ Vitæ S. Adalberti. suo Auctori vindicavit. Ad Hæc Henricus Canisius Tom. VI. Antiq. Lect. & Freherus ad calcem Chronici Bohemorum eandem Vitam, quæ prior est inter Adalberti Vitas, ediderunt, hancque Freherus Cosmæ Pragensis Ecclesiæ Decano attribuit. Verum has opinationes Henschenius ad diem XXIII. mensis Aprilis, quo *S. Adalbertus* colitur, & Mabillonius Sæc. V. Benedict. vanas esse ostendunt, eamque Monachi Anonymi fœtum esse docent. Hujusmodi

Ea quæ est Hierosolymis, universali Ecclesiæ sceptris regnorum imperanti.

Hierosolymorum nomine exhortatio ad Ecclesias.

Cum bene vigeat, immaculata sponsa Domini, cujus membrum me esse fateor, spes mihi maxima per te caput attollendi jam pene attritum. An quidquam diffiderem te rerum domina, si me recognoscis tuam? Quisquam ne tuorum famosam cladem illatam mihi putare debebit ad se minime pertinere? utque rerum infimam abhorrere? En quamvis nunc dejecta, tamen habet me orbis terrarum optimam sui partem. Penes me Prophetarum oracula, Patriarcharum insignia. Hinc clara lumina mundi Apostoli prodierunt. Hic Christi Fidem reperit orbis terrarum, apud me Redemptorem suum invenit; Etenim quamvis ubique sit divinitate; tamen hic humanitate, natus, passus, sepultus; hinc ad cælos elatus. Sed cum Propheta dixerit: (a) *Erit sepulcrum ejus gloriosum, Paganis loca sancta subvertentibus, tentat diabolus reddere inglorium. Enitere ergo, miles Christi esto, signifer & compugnator; & quod armis nequis, consilio & opum auxilio subveni. Quid est quod das? aut cui das? nempe ex multo modicum, & ei, qui omne quod habes, gratis dedit, nec tamen ingratus recepit; & hic enim multiplicat, & in futuro remunerat. Per me benedicit tibi, ut largiendo crescas, & peccata relaxat, ut secum regnando vivas.* Hucusque ipse, ut plane primus inveniatur, qui sanctæ militiæ classicum occinuerit, commodiori tempore promovendæ. Ejus quoque Silvestri Papæ nomine scriptam vidimus sancti Adalberti martyris Pragensis Episcopi vitam, cujus est exordium: *Est locus in partibus Germaniæ &c.* Habetur ea in bibliotheca Cassinensi.

(a) *Is.* 11.

VII. Ad postremum nec sileatur de ipso, quod ex ejusdem epistolis consequi licuit, ejusque laudi cedit, cultorem fuisse sanctorum virorum tunc viventium, nimirum S. Majoli Cluniacensis Abbatis; Eberardi æque magnæ sanctitatis viri, & aliorum tunc eodem nomine florentium; cupidumque fuisse monasticæ observantiæ, malorum vero acerrimum correctorem. Et ne quid de ipso prætereamus: legimus apud breve Chronicon rerum Venetarum Andreæ Danduli, ab eodem Silvestro Papa, supplicante Vitale Veneto Patriarcha, renovatum privilegium & confirmatum de juribus Gradensis sedis super Episcopos Istriæ atque Venetiæ provinciarum.

VIII. Quid autem ejusdem Silvestri Papæ tempore, increbrescente tyrannide impiorum, contigerit pati Petrum venerandum Abbatem monasterii Sublacensis, in ejusdem monasterii Chronico ita narratur: *Petrus tertius hujus nominis, sed vigesimus secundus Abbas Sublacensis, temporibus domini Silvestri Papæ Secundi. Hic Abbas sanctus fecit in monasterio libros, paraturas optimas & hæreditates multas acquisivit. Postea captus, & in castrum, quod dicitur Monticellus, ductus, in vinculis alligatus est. In quibus cum jaceret, meruit a beato Nicolao visitari in sua sanctæ festivitatis die; a quo omnia vincula ejus disrupta sunt: nam idem Abbas devotissime beato obsequebatur Nicolao. Cumque custodibus ab eodem Abbatem acceptum beneficium nunciatum esset; duplicata sunt vincula super eum, & sustentatus est ibi pane tribulationis & aqua angustiæ per aliquod tempus. Hoc autem patiebatur, quod castrum, Arsule dictum, noluit dare senioribus illis. Post hæc autem (ut a majoribus nostris audivi) jussu dominorum illorum phlebotomati sunt oculi ejus, & cæcus factus, non multo post migravit ad Christum: sepultus est juxta idem castrum in Ecclesia S. Vincentii, ubi operatus est Deus quædam beneficia meritis ejus, ad laudem & gloriam nominis sui.* Hæc ibi. At de rebus Silvestri Papæ, & aliis ejus Sedis temporibus gestis jam satis.

Petri Abbatis Sublacensis martyrium.

IX. Cæterum defuncto Silvestro, subrogatum in locum ejus fuisse Joannem cogno-

PAGIUS di suppositionum innumera exempla habemus.

III. Ad num. IX. & seq. in Catalogo Pontificum Rom. ordine VIII. dicitur, post Silvestri II. mortem cessasse Sedem *dies triginta tres*, qui accurate descripti videntur; cum dies XIII. mensis Junii in Dominicam incidat, quo ideo die *Joannes*, qui dicebatur *Sicco*, natione Romanus, ordinatus fuit. [1] *Joanni XVII.* passim Scriptores & Catal. *menses quinque* ad-

Silvestro II. succedit Joannes XVII. & huic Joannes XVIII.

NOTÆ [1] CErte *Johannes* XVI. qui a nonnullis XVII. dicitur præsidebat cathedræ Apostolicæ *mense Julio* hujus anni, ut ex membrana in Regesto Sublacensi pag. 113. discimus. Ejus initio habetur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis & universalis XVI PP. in sacratissima sede B. Petri Apostoli anno I. Indictione prima mense Julio die* XXX. Stipulationis summa hæc est. *Crescentius* monachus, qui *Marcapullo* cognominatur, donat *Petro* Abbati S. Benedicti & Scholasticæ in Sublaco, & S. Erasmi in Cœlio monte domum unam positam *in regione*, quæ dicitur *porta Mitrobii*. Ab uno latere hortus *de Johannes presbyter & Cardinalis*. Item terram sementaliciam *foris portam Mitrobiensis*, in loco qui *prata Decii* nuncupatur. Jurat per salutem *Johannis XVI. PP.* GEORGIUS

Joannes Papa subrogatus Silvestro.

gnomento Siccum, patria Romanum, ejus nominis Pontificem Decimumsextum, dictum Decimumoctavum, sedisseque tantum menses quinque & dies aliquot, habent Indices veteres Vaticani: in ejusque locum subrogatum esse Jo-

PAGIUS

adscribunt, & in sex Catalogis adduntur dies viginti quinque. Quare obiit die septima mensis Decembris, & *Joannes* hujus nominis XVIII. natione Romanus, qui dicebatur *Fasanus*, ordinatus est die vigesima sexta ejusdem mensis, in quam Dominica & Festum S. Stephani Protomartyris incidunt; cum tam in laudato Catalogo VIII. quam in magno Chronico Belgico pag. 95. legatur post mortem Joannis XVII. cessasse sedem *dies novemdecim*. [1] [2] Gerardus du Bois in lib. X. Hist. Ecclesiæ Parisiensis cap. 3. refert donationem a Raynaldo Parisiorum Episcopo Canonicis Ecclesiæ Parisiensis factam, quam Joannes XVIII. rescripto suo confirmavit, quod in hæc verba desinit: *Datum IV. Non. Decemb. per manus Petri Abbatis & Cancellarii sacri Lateranensis Palatii anno III. Pontificatus domini Joannis octavi-decimi, & universalis Papæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli indictione V.* anno scilicet Christi MVI. Quare cum die secunda mensis Decembris illius anni tertium Pontificatus annum adhuc numeraret, perspicuum est, eum hoc anno post eumdem diem Pontificem Romanum consecratum fuisse. Qua etiam ex subscriptione constat, hunc Pontificem se ipsum *decimum octavum* ap-

NOTÆ [1] AD confirmandam Pagii conjecturam reputantis exordium Joannis XVIII. mensi Decembris anni hujus assignari oportere; juvat proferre ejusdem Joannis bullam pro Ratario episcopo Paderbonensi legendum in Continuat. III. Spicilegii Lunigiani pag. 703. Data est *per manus Petri abbatis & cancellarii sacri palatii in mense decembrio Indict. quarta, anno Domino propitio domini Joannis XVIII. Papæ tertio*, qui a Christo nato est annus 1005. ex quo conficitur Joannis exordium diem illam incertam Decembris qua bulla signata fuit, anno 1003. præcessisse. Cum igitur ex bullis a Pagio indicatis constet epocham illam post diem IV. nonas decembris anni 1003. figendam esse; ab eodem mense initium illud Joannis retrahi nequaquam potest. MANSI

[2] APud Ughellium in Ostiensibus num. 24. habentur Chronologicæ notæ diplomatis *Johannis* XVIII. pro monasterio *SS. Cosmæ & Damiani ad micam auream: Datum IV. Kal. Aprilis per manus Gregorii Episcopi, & Bibliothecarii S. R. E. atque Episcopi Sanctæ Ostiensis Ecclesiæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis, & universalis octavi decimi Papæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli secundo, in mense, & Indictione supradicta tertia.* In Regesto Sublacensi pag. 19. aliud ejusdem *Johannis* XVIII. diploma pro monasterio Sublacensi SS. Benedicti & Scholasticæ recensetur, quamvis mendose exscriptum, in cujus calce habetur: *Scriptum per manum Benedicti regionarii notarii, & scriniarii S. R. E. in mense, & Indictione suprascripta III. Bene valete.*

Data XII. Kal. Augustas per manum Gregorii episcopi Sanctæ Ostiensis ecclesiæ & Bibliothecarii Sedis Apostolicæ. Anno Deo propitio Pontificatus Domni Joanni summi Pontificis & (sic) *universi septimi Papa. In sacratissima sede Beati Petri Apostoli secundo. In mense Novembrio, Indictione suprascripta tertia.* Verba illa *septimi Papa*, oscitanter transcripta esse patet; nam in eo diplomate *Johannes* Pontifex confirmat privilegia *Caroli*, *Lotharii*, atque *Ottonis* Imperatorum, quæ a *Johanne* hujus nominis VII. confirmari non poterant, longe ante eos vita functo; quare legendum *decimiseptimi*, aut *decimi octavi*, ut infra patebit. In eodem Regesto pag. 230. col. 2. habetur chartula locationis ad tertiam generationem facta a *Stephano* Abbate S. Benedicti de Sublaco, cujus initio legitur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Joanni summi Pontifici & universali XVIII. PP. in sacratissima sede B. Petri Apostoli III. Indictione IIII. mense Januarii die VII.* Stipulatores jurant per salutem *Johannis XVIII Papæ*. Ibid. pag. 156. alia stipulatio ejusdem *Stephani* Abbatis S. Benedicti, & Scholasticæ, qua concedit vineam *ad pastinandum positam foris portam Metrobi in loco vocato salcatorio.* Initio legitur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontifici XVIII. PP. in sacratissima Sede B. Petri Apostoli V. Indict. VI. mense Junii* die VI. Ibid. pag. 199. Initio cujusdam chartulæ habetur: *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Johannis summi Pontif. & universali XVII. PP.* (suprascriptum & additum est XVIII.) *in sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno II. mense Aprili die VIIII. Indict. III. Johannes Abbas* monasterii *S. Salvatoris, qui ponitur ad commune aqua in territorio Treboense* donat *Stephano* Abbati Sublacen. *cisternam antiquam cum pavimento positam in Afile*. Ibidem jurat per *Johannem XVII. Papam*. His adde alia monumenta. In tabulario Diaconiæ S. Mariæ in via lata habetur donatio *Johannis illustrissimi & clarissimi Domni Meliosi Consulis & Ducis*, cujus initium est: *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis & universalis septimodecimi Papa in sacratissima Sede B. Petri Apostoli mense Aprilis Indictione quinta.* Alia charta venditionis in eodem tabulario, cujus initium: *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi tempore Domni Johannis summi Pontificis & universalis octavidecimi Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli quinto mense Decembris Indictione septima.* Alia ibidem quæ data est mense Julio: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis summi Pontificis & universalis octavi decimi Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli quinto mense & Indictione supradicta sexta.* Vides in his monumentis unum eumdemque *Johannem* modo appellari XVII. modo XVIII. quia *Johannes* cognomento *Siccus*, qui ordine XVI. interdum XVII. interdum XVIII. dicitur. Qui ergo *Johanni Sicco* successit, quum XVII. dici deberet, identidem XVIII. dicitur, & quandoque XVII. Si ergo omnes, quas retulimus, Chronologicæ notæ expendantur, recte exordia Pontificatus ad extremum mensis decembris figuntur; nam si anno 1008. mense *Decembris*, Indictione *septima Septembris* inchoata, adhuc annus ejus *quintus* in cursu erat; *annus* ejus *sextus* ab extremis mensis Decembris diebus initium sumebat. GEORGIUS

Joannem Decimumseptimum ejus nominis, dictum frequentius XIX. At Marianus Scotus hujus sæculi scriptor, priorem Joannem appellat Decimumseprimum, hunc vero Decimumoctavum: tamen frequentior usus obtinuit, ut hic posterior numeretur Decimusnonus, sed præter omnem rationem, dum hoc numero schismatici indigni Pontificis nomine includuntur.

X. Quod autem ex recitatis versibus Sergii Papæ liqueat, post obitum Silvestri Papæ turbaram fuisse Ecclesiæ pacem, atque invaluisse discordias: turbarum harum eam intelligimus extitisse causam, quod defuncto Ottone Imperatore, qui duos jam promuvisset ad Pontificatum ultramontanos homines, Gregorium atque Silvestrum, quos æque Imperatoria auctoritate atque potentia in eadem Sede continuisse: jam res relapsa est ad Comites Tusculanos, præcipuos, ut vidimus, in Urbe proceres: quorum factio cum prævaluisset, duos hos Joannes in Sedem Apustolicam collocandos elaboravit, quos & nomine prædecessurum ejus factionis Pontificum voluerit nominari, & eo pariter numero consignari, quo omnes ipsorum studiis promoti, & eo nomine insigniti etiam pseudopontifices includerentur. Ut nefarius ille, qui sedit in schismate contra Gregorium Joannes Placentinus, indignus penitus, qui Pontificis nomine censeatur, Hus tamen ad evitandam in numero ejusdem nominis Pontificum confusionem atque perplexitatem, quæ Lectoribus molestiam posset afferre, non pro meritis singulorum, sed pro communi assertione, nullum interim præjudicium inferentes veritati, numeravimus duos Joannes hoc anno Pontifices, priorem Decimumoctavum, posteriorem Decimumnonum, quem tradunt cognomento dictum esse Fasanum, creatumque hoc anno xii. Kal. Decemb. Sed rectius quidem Hermannus illum Decimumsextum, hunc vero Decimumseptimum, prætermisso Placentino illo, Papam appellat.

Joannes dictus XVIII. & Jo. XIX.

XI. Legatio Apostolica Magdeburgum.

Ab eodem autem Joanne missus est Legatus ad consecrationem novi Archiepiscopi Magdeburgensis, cui Ecclesiæ ab Ottone Magno erectæ concessum fuerat a Romano Pontifice privilegium, ut non nisi per Romanum Pontificem ejus consecratio fieri deberet. Sed cum ob tumultus Urbis ipse interesse non posset, nec electus se Romam conferre, missus est Legatus Apostolicus ad munus explendum. Hæc omnia apud Ditmarum, cujus relatione habetur, hoc anno, octavo Kal. Februarii esse defunctum Gisilerum ipsum Archiepiscopum Magdeburgensem, atque in locum ejus subrogatum ab Henrico Rege fuisse Tagmonem præstanti vita virum, omniaque facta Apostolico more secundum præcedentem propheriam, ante decennium a sancto Wolfgango Ratisponensi Episcopo prænuntiatam. Rem gestam sic idem Ditmarus narrat sub anni hujus rebus gestis: (a) *Fuit hic, Tagmo scilicet, egregii clericus Vuolfgangi, qui Ratisponensem pius pastor habitu & conversatione monachus rexerat Ecclesiam. Huic tam charus erat iste, ut in vicem filii a puero nutriens, eundem jam adultum bonis suimet omnibus præfecisset. Insuper Ducis & Imperatoris gratiam in tantum ei acquisivit, ut si quando se de hac luce divina jussione subtraheret, hunc sibi successurum non dubitaret. Consummato tunc hujus exilis cursu Vulpo* * *sanctitate admirabili venerabilis Antistes, cum jam usque ad mortem ægrotare cœpisset, accersito ad se dilecto Tagmone: Pone, inquit, fili, os tuum super os meum, accipiens a Domino insufflationem spiritus mei, ut ubicumque ardore juventutis incalescente, in genuina charitate sis frigidus, a summa potestate meique benevolentia temperamentum accipias. Et si meis honoribus forsitan privaberis, post binos qui nos solares annos, cum mea apud Dominum* * *luce commissa, majoribus pro certo lætaberis. Post hæc vir sanctus, cum finem suum in spiritu præsciret, jussit se in Ecclesiam portari, expletisque ab eo orationibus, cæterisque quæ a Fratribus facienda erant, se cum sibi commissis Domino commendans, pridie Kal.* * *Octobris, sanctum emisit in pace spiritum.* Anno videlicet nongentesimo, nonagesimotertio, decennio nimirum ante promotionem Tagmonis, factam hoc anno secundum prophetiam, ut a Ditmaro accepisti, qui multa laude digna de eodem Tagmone locutus, cui & familiaritate junctus erat, hæc de ejus consecratione, evoluto jam anno facta describit: *Ibi tunc Tagmo venerandus quarto Non. Febr. id est uvarto Domiat, id est, obvia-*

(a) Ditm. lib. 5. prop. fin.

* Wolfangus.

* Vice.

* Novembris.

Tempus obitus S. Wolfgangi.

PAGIUS appellasse, ideoque & decessorem suum Joannem XVII. dictum fuisse. Pontifices autem Romanos eodem modo ab Historicis appellandos, quo ipsemet se se in suis rescriptis vocarunt, jam supra insinuavimus; perperamque Platina & Baronius, ordinem illum immutarunt; cum sine perturbatione Historiæ & Lectorum incommodo id fieri non potuerit. Certe si quis Martinum Papam, qui se *quintum* appellavit, *tertium* nominaret, audiendus non esset & tamen non est major ratio de Martino, quam de duobus mox memoratis, nec inde minor perplexitas oritur. Papebrocius refert subscriptionem cujusdam Privilegii a Joanne XVIII. concessi, ex qua etiam

*visitatione justi Simeonis, accepta ab Hilderico Antistite licentia, qui primus horum in ordine fuit confratrum, a Vuiligiso Archipræsule Moguntino consecratus est, præsente Rege, ac Romano Nuntio, omnibusque Coepiscopis ad hæc faventibus, & quia is (ut scriptum ejus testatur) a solo ordinandus Apostolico, huc venire per instantem necessitatem non potuit, ibidem sacri chrismatis delibutione * tunc tevium implevit numerum. Vvalterdo post se committens omnem Episcopatum.* Hæc Ditmarus, sed ex fatis depravato codice scripta.

XII. Ad hæc tempora spectant, quæ Glaber narrat defacta in orbe Christiano ubique innovatione ecclesiarum; ait enim (a): *Igitur infra supradictum millesimum tertio jam fere imminente anno, contigit in universo pene terrarum orbe, præcipue tamen in Italia, & in Galliis innovari Ecclesiarum basilicas, licet pleraque decenter locata minime indiguissent: æmulabatur tamen quæque gens Christicolarum adversus alteram decentiore frui. Erat enim instar, ac si mundus ipse excutiendo semet, rejecta vetustate, passim candidam Ecclesiarum vestem indueret. Tunc denique Episcopalium sedium Ecclesias pene universas, ac cætera quæque diversorum Sanctorum monasteria, seu minora villarum Oratoria in meliora quique permutavere Fideles.* Hæc Glaber. Sed unde ista? non aliunde puto, quam ex eo, quod cum viderent Fideles jam lapso tempore evanuisse quæ de mundi interitu fuerant constanti assertione prædicta, & passim credita: quasi tanto discrimine liberati, mundoque proxime ruituro jam stabilito, desuper ipsum ædificari posse, visum est tutum. Qui igitur percussi timore homines, ad ædificanda etiam pia loca remissi fuissent, quod essent illa cum mundi casu proxime desolanda: transacto prædicto tempore, alacres ad Ecclesias jam permansuras erigendas, vel innovandas, restituendas ac dilatandas insurrexere. Quod enim anno primo post millesimum Antichristum adventurum prædictum esset, ejusque sciretur esse regni tempus annos duos, & semis, secundum illud ita interpretatum, quod regnaturus (b) esset *tempus, & tempora, & dimidium temporis*: plane hoc anno jam elapsum esse prænunciatum tempus Fideles intellexere. Subiicit istis. (c) Glaber de restitutione Ecclesiæ sancti Martini Turonensis, facta per Henricum sive Herineum dictum, ejus Præpositum, cujus egregias narrat virtutes, & eximiam sanctitatem. Subinfert etiam de Willermo Abbate, quem in restitutione sacrorum locorum multum fuisse tradit: cujus occasione Cluniacensis familiæ monastici instituti observantissimæ originem prodit, atque successionem usque ad dictum Willermum sic numerando, a Bernone fundatore, incipiens, qui ope Willermi Aquitaniæ Ducis in pago Matisconensi illud cœnobium ædificavit: post Bernonem, successorem ponit Odonem, post hunc, Heimardum, inde Majolum, quem secutus est Odilo, omnesque egregia sanctitate conspicuos, atque adeo, ut extiterit horum opera Cluniacense cœnobium veluti alveare, e quo in diversa loca ad monasteriorum regimen progrederentur coloniæ monachorum, non tantum in Gallias, sed etiam in Italiam & Hispanias.

(a) Glab. l. 3. c. 4. Ædificatio frequens Ecclesiarum.

(b) Dan. 7. Apoc. 12.

(c) Glab. lib. 3. c. 4.

Cluniacenses Monachi propagati.

XIII. Hoc anno (ut auctor est Sigebertus) insignis ille vita sanctissimus atque doctissimus Abbo Floriacensis Abbas ex hac vita accitus ad Deum migrat, martyrio coronatus. Quomodo id acciderit. Glaber sic narrat: (d) *Hic ita gestis contigit ut venerabilis Abbo Pater monasterii S. Benedicti Floriacensis cognominati, gratia propagandæ religionis monasticæ in provinciam transiret meridiano-*

(d) Glab. l. 3. c. 3. Abbo Floriacensi Abbas obiit diem necisus.

PAGIUS etiam liquet, eum *Joannem XVIII.* non vero Joannem XIX. ut eum appellavit Baronius semetipsum nuncupasse, quod ante eum Onuphrius docuerat, eumque Joannem XVIII. recte appellarat. Porro Joannes Diaconus Junior in libello de Ecclesia Lateranensi testatur Joannem XVII. in Ecclesia sepultum esse cum hoc Epitaphio:

Cernitur hic tumulus, qui Præsul dicitur esse,
Summi Joannis, sic quoque dictus erat.

Iste Joannes XVII. Papa, inquit idem Joannes Diaconus.

IV. Ad num. XIII. & seqq. Baronius a Sigeberto in Chronico deceptus mortem S. *Abbonis* Floriacensis Abbatis cum præsenti anno copulavit; verum Aimoinus Floriacensis Monachus hujus Sancti Vitam elucubravit annoque MV. libros Miraculorum Sancti Benedicti Abbatis. In libr. 3. cujus fragmentum recitat Duchesnius Tom. IV. ait Aimoinus: *Oylboldo Abbate in Christo, quiescente, Abbo Deo & hominibus vir amabilis, a fratribus, Hugone annuente Rege electus, in gradum successit monastici regiminis. Qui præcedente hunc, quo hæc scribimus anno* (nempe MV.) *qui fuit ab Incarnatione domini MIV. in Vasconiæ partibus, a perfidis illius nationis hominibus, nobis præsentibus, innocenter occisus martyrii sanguine laureatus ad regna est æterna a Christo vocatus.* Adhæc in Fragmento Historiæ Francicæ a Ludovico Pio Imp. usque ad Robertum Francorum Regem apud Duchesnium Tom. III. pag. 345. de S. Abbone habetur: *Qui demum Incarnat. Dominica anno MIV. a perfidis VVasconibus in quadam præfati monasterii* (nempe Floriacensis) *Cella Martyrizatus occubuit. Et nunc usque ad ejus sacrum tumulum divina gratia magna fiunt miracula.* Baluzius lib. I. Miscell. pag. 415. refert Epistolam Encyclicam Mo-

Martyrium S. Abbonis Abb. Floriacensis.

verum Voasconum. Cumque illuc deveniens in quodam moraretur cœnobio, ibique more solito ea quæ Dei sunt, sedulo exerceret, nimio a cunctis venerabatur affectu. Accidit igitur die quodam, ut in atrio ejusdem cœnobii exardescentibus quorumdam litigiosorum irarum stimulis, nimium acer oriretur tumultus; dumque vir reverendissimus, prædictus videlicet Abbo comperiens, ad eumdem tumultum sedandum, pugillares gerens in manibus tabellas cum stylo, processisset, unus e vulgo afflatus spiritu diabolico irruens in eum, ejusque latus lancea perforans, Christi martyrem fecit. Qui etiam, ut fertur, paulo post arreptus a dæmone, miserabiliter vitam finivit. Corpus vero prædicti Patris tam sui, quam cæteri quique Fideles ejusdem provinciæ honorifice ibi sepelierunt: ubi etiam ad laudem sui nominis perplura postmodum Dominus largitus est hominibus beneficia. Hæc Glaber.

Abbo Floriac. Abbas obit diem occisus.

At his diebus e pulvere bibliothecæ Floriacensis emersit in lucem vita ejusdem Abbonis, industria Joannis a Bosco Cœlestini, cujus & diligentia cusa in tomo, quem inscripsit, Floriacensis vetus bibliotheca, eademque scripta ab auctore dignissimo, nempe Aimoino monacho ejusdem Abbonis discipulo, scriptione rerum Francorum notissimo. Qui etsi dicat ipsum Abbonem consumasse martyrium anno quarto Redemptoris supra millesimum, Indictione secunda, nihil est contrarium nuper assertis; siquidem numerando ab Incarnatione Domini, dici debet hic quartus annus & Indictio secunda, inchoata hoc anno mense Sept. sub qua idem Sanctus est interfectus. Non prætermittendum de Abbone, quod idem Aimoinus recenset, magnam conflasse sibi invidiam ab Episcopis, præsertim vero ab Aurelianensi, dum videlicet stetetit in Concilio apud Parisios habito adversus eos, decimas a monachis vendicantes; cum & impetiti ab eisdem laici, in ipsos commoti impressionem fecere. Rem gestam ita idem Aimoinus conscribit. *In illis sane diebus, in monasterio sancti Dionysii haud procul a Parisiis, Concilium aggregatum est quamplurimorum Episcoporum. Qui cum de Fidei puritate, & corrigendis tam suis, quam subditorum pravis moribus sermocinari debuissent: juxta vulgare proverbium, cunctum suum sermonem ad decimas verterant Ecclesiarum, quas laicis, ac Deo servientibus monachis auferre moliti, resistente eis in hac re hoc videlicet Dei cultore Abbone, promiscuam in se vulgi concitavere manum. Ortaque subito seditione, tantus in Episcopos timor irruit, ut publica statione relicta, passim quisque diffugeret, inter quos Seguinus Senonum Archiepiscopus; Primatum Galliæ in ea Synodo sibi usurpans: primatum quoque fugæ arripuit. Et inter fugiendum, securi inter scapulas ictus, lutoque a popularibus oblitus, ægre evasit. Uni quoque Episcoporum timor fugienti tam veloces addidit alas, ut affluentissimo prandii apparatu, quem sibi extruxerat, relicto, vicina urbis Parisiorum mœnia fugitabundus expeteret. Totam ergo tantæ calumniam injuriæ, tam a præfato Arnulpho, quam a reliquis pontificibus, sub semet devolat perpendens hic Deo devotus Abbo, in eodem Apologetico non solum ab hoc, verum & a quibusdam aliis, hoc modo se purgat objectis. Nec me vestro, ait Regibus, aliorumque sapientum examini subduco, qui contra canones sensisse suspicor. In Episcopos manum monachorum movisse accusor; vestram benevolentiam proprio Episcopo tulisse blasphemor; quibusdam excommunicatis participasse criminor. Sed esto, cui sententiæ canonum contradixi, qui in illo Concilio vix apertum librum*

ve-

PAGIUS Monachorum Floriacensium de cæde Abbonis Abbatis, in qua ajunt: *Vuasconum gladiis felix promeruit feliciter beatorum Martyrum socius fieri.* Paulo post: *Obiit Idibus Novembr. die natalis S. Brici*, qui fuit Archiep. Turonensis. Denique illo etiam anno Abbonis Martyrium collocatur in Chronic. Floriacensi apud Baluzium lib. 2. Miscell. Varia Abbo scripsit Opuscula ex quibus pauca ad nos pervenere, ut videre est apud Natalem Alexandrum Sæc. IX. & X. part. I. Mabillonius Tom. II. Analect. pag. 248. e tenebris eruit Canones ejus ad Hugonem & Robertum ejus filium Francorum Reges, qui sunt numero LII. & ad restituendas veterum Canonum lectiones & lacunas non parum conducunt, & quo in statu Francica Respublica eo tempore esset, ostendunt. In ea Collectione nullas *Abbo* ex suppositiitis Romanorum Pontificum Epistolis adducit, licet per id tempus ejusmodi subdititiæ literæ cæca religione admitterentur, indeque eum præclara eruditione exornatum fuisse nobis innotescit. Vide dicta anno CMLXXI. num. IV.

Svenus Danorum Rex cum accepisset crudelitatem ab *Eldredo* Anglorum Rege in Danos exercitam, Danos, exterosque ad vindictam vocavit, & termino statuto adveniente *ad naves immensus illico cucurrit exercitus.* Ipse Rex pacis gratia Rotomagum ad Richardum Normannorum Ducem hujus nominis II. venit & *pacem continuam inter se firmaverunt. Ea videlicet lege, ut per succedentia Danorum Regum, Normannorumque Ducum ac eorum hæredum tempora, firma perpetualiter inter eos maneret*, inquit Gemmeticensis lib. 5. cap. 7. qui subdit, Svenum continuo Anglorum Regnum ultricibus flammis tradidisse, & tam Eboracenses, quam Cantuarios & Lundonienses, cum viderent se a nullo juvari, ejus potestati se subdidisse. Huntidoniensis vero lib. 6. pag. 360. *millesimo tertio anno*, inquit, *ita Dani exarserunt di-* V. *Anglia a Danis devastatur.*

gno,

videre patui? Aut Concilium illud fuit, ubi conciliati venerunt, & disconciliati recesserunt? cum ibi discordes reconciliari debuerint, aut canonica districtione mulctari. Quid in me singulariter commiserunt Episcopi, ut eis saltem cogitatione obesse voluerim, præsertim cum non inimicum, sed fide & opere amicissimum, graviora pericula pertulisse contigerit? Ecce coram Deo in Christo non mentior, quia audita insequentium conclamatione, ultra quam dici possit, indolui, recordatus pristinæ amicitiæ & beneficiorum tanti viri, cujus nix venerandum caput ostendit, excepta Primatus prærogativa, & sacerdotali infula. Qua suggestione vos decepi, ut vestram benevolentiam optimis auferretis? male meritis conferretis? Num ego Deus sum, qui mutat mentes, mutat corda, mutat regna & tempora? Vere fateor me magicæ ignorum, nec aliquid malorum artium didicisse, &c.

XIV. Neque id prætermittendum, quod extat ad eumdem Abbonem Fulberti postea Episcopi Carnotensis epistola, cujus est iste titulus, & exordium: *Pleno virtutis & gratiæ charissimo Patri Abboni Fulbertus suus* (a). *Quanam te exsalutatione digner o sacer Abba, o magne philosophe? &c.* Agit autem ea epistola Fulbertus pro monachis Carnotensibus, quos tyrannice Theobaldus Comes Carnotensis cognomento Fallax, habebat: qua cum idem deploret miserandum statum Ecclesiæ Gallicanæ, cui dominarentur Principes sæculares, par est ut ea, quæ tunc acciderunt, ex eadem epistola hic describamus, sic enim se habent: *Abbate sancti Petri graviter ægrotante, sed adhuc mentis & sermonis compote, Megenardus monachus, ante mihi non mediocriter charus, noctu sese de claustro surripuit, & ad Theobaldum Comitem, qui Blesis tunc morabatur, Abbatiæ petendæ gratia properavit. Comes illum postridie remisit ad nos cum Legatis, qui denuntiaret recipiendum magnifice, sicut Abbatem monachis & canonicis: at vero nobis fore omnibus ea res æque nova & horribilis fuit. Respondimus itaque, longe nobis aliter videri. Nec enim legitime fieri Abbatem, nec debere recipi, qui Abbatiam alterius, ipso vivente, per ambitionem quærit, qui a Fratribus non eligitur, & super illos nititur dominari: postremo, qui noster neque monachus sit, neque clericus, & plures habeat testes curialiter agitandi, quam monastice vivendi. Hic ille non granter accipiens, ad Comitem redequitat, eumque juvenem adversum nos vehementer inflammat.*

(a) Fulb. epist. 1.

Principes invasores Ecclesiarum.

XV. *Sed die quinto, postquam suum ambitum publicavit, prædictus Abbas ægritudinem suam morte limitat. Conveniunt ad Capitulum monachi nostri, & quidam canonici, quos ratio postulabat admitti. Interrogamus, an aliqui Fratrum incepta Megenardi faveant: negant singuli, negant omnes. Decrevimus ergo quosdam eorum esse mittendos ad Comitem, nobis videlicet designatum Episcopum, ut Patris obitum nuntiarent, & alterius eligendi regularem prærarentur licentiam. Quibus missis, ecce alii duo, Vivianus scilicet, & Durandus, alter illitteratus, alter litterarum male sanus interpres, ambo Præpositi, simulantes causa communis commodi ad obedientias suas se velle exire, ac ne aliorsum pergerent, sibi interdicente Decano monasterii, Megenardum tamen secuti sunt, cui ceptam præsumptionem occulte persuaserant, & Blesis in præsentia domini Theobaldi ipsum Megenardum a Fratribus peti ac eligi, perfide mentiti sunt. Horum suffragio latus Comes, statim eum baculo pastorali publice donat.*

XVI. *Quo audito, Fratres, qui in claustro remanserant, contra hanc fraudulentiam zelo divinæ legis accincti, libellum reprobationis fecerunt, atque subscripserunt hujusmodi.*

Sciat omnis Ecclesia, quia Megenardum monachum, nostrum Abbatem fieri non eligimus, non laudamus, non volumus, non consentimus, sed reprobamus, refutamus, & omnino contradicimus. Nos vero de cœnobio S. Petri, quorum nomina scripta sunt, Durandus decanus, Gaudriens, Genesius, Robertus, Isembertus, Marcuinus, Alveus, Guarnerus, Richerus, Vuarinus, Herbertus, Euraedus, Benedictus, Galterus, Berengarius, Herber-

Resiliunt Monachi adversus Megenardum.

PAGIUS *gua, sicut ignis: quem sanguine velit aliquis extinguere. Advolantes igitur, quasi multitudo locustarum, quidam Exacestriam venerunt: & urbem totam funditus destruxerant: & omnia spolia secum, cineribus tantum relictis, deportaverunt.* His addit Hovedenus: *Anno millesimo tertio Rex Danorum Swein, per incuriam & proditionem Normannici Comitis Hugonis quem Regina Emma Domnoniæ præfecit, civitatem Exoniam infregit, spoliavit, murum ab Orientali usque ad occidentalem portam destruxit: & cum ingenti præda naves repetiit.* Narrat postea Svanum seu Sveonem Wiltoniensem provinciam ingressum, *Aelfrici* Ducis, qui Anglis tunc præerat, proditione, devastasse & incendisse, & simili modo *Serbiriam* præcipuum oppidum consumpsisse, ac postea suas naves repetiisse.

VI. In Germania *Henricus* Rex validas copias *Hermanno* Sueviæ Duci, qui ad Germanicum Regnum aspirabat, objecit. Is tamen *Argentinam* Wicerino Episcopo infestus proditione cepit. Urbs fœde direpta, beatæ Virginis ædes expilata & incensa, inscio licet aut invito Hermanno. Eamdem prædandi licentiam *Henrici* exercitus sibi deposcebat, quod fa-

Germania bello civili turbata.

bertus, Benardus. Isti itaque omnes sua nomina aut subscripserunt, aut subscribi fecerunt, me vidente.

Die proxima Comes Theobaldus redit, se in monasterium recipi cum processione praemandat: monachi respondent, se libenter hoc agere, si praesumptorem illum non adduxerit secum. Ille d[illegible] iratus, ipso die tamen sustinuit, sed in sequenti cum strepitu comitatuum in S. Petri
Comes Megenardum Nefandum intrudit. *monasterium suum Megenardum obtrusit. Ad cujus violentum ingressum, sancti Fratres contaminari ipsius communicatione timentes, Sanctuario Domini salutato, cum lacrymis exierunt, atque refugium aliud nescientes, ad limina principalis Ecclesiae confugerunt. Ibi quoque non invento pastore, utrumque desertae caes maestis sese vocibus consolabantur. Sed recipit sancta Mater Domini solita pietate, recipit Rudolphus tuus dulci benignitate. Inde transierunt ad coenobium sancti Patris Herberti, cujus dives charitas de paupere censu, quaeque potest, illis necessaria subministrat.* Dignum plane exemplum, cum sancti monachi potius elegerint extorres fieri, quam pati intrusum a Principe praeesse ipsis Abbatem: de quo mox idem pergit Fulbertus: *Caeterum ille, cujus Fratres importunitate depulsi sunt, ab Herviso quodam (ut adduat) Britannicae * religionis Episcopo, quarto Non. Febr. Abbas simulatus est in suburbio Carnotensi, absente Clero, indignante populo Legato Archipraesulis palam contradicente ne id fieret, reclamantibus etiam quibusdam monachis, qui in loco remanserant vero cultu, viva voce, atque regulari auctoritate. Sed quid inter furentes ratio? Sed & nunc ille Primas in Abbatiae suggestu saeculari potentia fretus, de peracta victoria gloriosus, fautores ejus Abbates, Episcopos, atque ipsum Papam ambiendo, ne quid gravius statuatur in illum, modis omnibus elaborat.*

* regionis

Recedunt Monachi magisquam cedant.

Jacet interim victa confusaque Fratrum expulsorum humilitas, nec est Praesul in Galliis, cujus viscera tangat affectio pietatis, aut zelus sacrae legis inflammet, ut consurgat ad frangendos impetus eorum, ad relevandas spes dolore tabescentium. Defuncta etenim est Dionysii fortitudo, non comparet pietas Martini: tu quoque dereliquisti nos sancte Pater Hilari, qui olim unitatem Ecclesiae spiritus sancti gladio tuebaris. O derelicta, o maesta, o desolata Gallicarum Ecclesia! Quae jam erit spes salutis alterior? ubi amplius afflicta Christiani anima respirabit? Hoc nempe solum vel maxime nos confortare videbatur; quod si contingeret ruinas moenium tuorum resarcire non posse, liceret saltem ad firmum adhuc Capitolium monastica vita confugere. Quod etiam si foribus irrepere, aut impune quibuslibet ambitiosis invadere licet: proh dolor, funditus cecidisti. Haec Fulbertus Abboni, ab eo quod posset, implorans auxilium. Qui factus postea Episcopus Carnotensis, ut suo loco dicetur, libertatem Ecclesiasticam, asylumque ipsum sanctae Ecclesiae pro viribus tueri non destitit. Sed agendum de his suo loco. Caeterum etsi Fulbertum contempsit Theobaldus Comes, coluit autem eum mirifice Willelmus Comes Pictaviensis, de quo haec in fragmentis historiae Aquitanicae apud Glabrum: *Fulberto quoque sapientia valde ornato Episcopo Carnotensi, pro reverentia philosophiae ejus a Francia ad se evocato, Thesaurariam S. Hilarii gratis tribuit, & summo honore eum excoluit.* Sed haec de Thesauraria S. Hilarii ante Episcopatum contigerunt.

XVII. Deplorat statum Ecclesiae Gallicanae.

Se-

PAGIUS facinus Rex aversatus, copias in Franconiam aduxit, tandemque *Hermannus* viribus suis diffisus Regi sese submisit. Quae fusius a Germanicis Scriptoribus narrantur. Hic tantum afferam Chronographi Hildensheimensis verba ad hunc Christi annum: *Herimannus Alemannorum dux Regis electioni aliquamdiu resistens Regiae se potestati subdidit, & interventu Reginae & Principum in suo honore permansit. Heinricus Berhtaldi Comitis filius, & Bruno frater Regis, & ambo, Bolizlavones* (idest Boleslai) *Poliniacus videlicet ac Boemicus, a Rege infideliter maiestatis rei deficiunt. Sed Henricus ad Regem veniens, & refugiens in Givekansteim custodia mancipatur.* Bruno tamen anno sequenti *Gisla* matris opera Regi reconciliatus est, ut habet idem Chronographus.

I. (a) *Glab. l. 3. c. 3.* Synodi in Italia & in Galliis. SEquitur annus Christi millesimus quartus, Indictione secunda inchoatus, quo, ut ex Glabro, (*a*) colligitur, frequentes Synodi in Italia, atque in Galliis sunt celebratæ. De his enim hæc ipse: *Tunc igitur temporis in Italia, atque in Galliis plerique Episcoporum nonnulla inter se de diversis quæstionibus habuere Synodorum conciliabula. Nam de jejuniis, quæ plerique Fidelium, scilicet inter Ascensionem Salvatoris, & Pentecosten observant, ita decreverunt, ut ea per imperium sacerdotum fierent, excepto Sabbato Pentecostes, & a quibus fieri vellent, prohiberentur fieri. Simulque incidit quæstio, cur monachi per tres vel quatuor Dominicos dies ante diem Nativitatis Dominicæ, seu Quadragesimalis observationis tempore hymnum scilicet, Te Deum laudamus, decantarent contra morem Romanæ Ecclesiæ. Qua videlicet quæstione aggressi tam Abbates, quam monachi, responderunt, se pro nulla re illud agere, nisi ex B. Benedicti, nominatissimi atque excellentissimi Patris præceptione: cujus etiam actus, simulque dicta a summo Romanorum Pontifice, videlicet Gregorio habentur descripta, ac laudabiliter roborata. Hic denique comperti Episcopi usus monachorum, * authentico ac more viguit.* (* antiquo) *Nec non etiam de die Annuntiationis Dominicæ, quæ celebratur VIII. Kal. April. si forte quolibet alio tempore præter Quadragesimam excoli congruentius potuisset, ab eisdem pontificibus non parva illata est quæstio. Ferebatur enim a quibusdam, eumdem videlicet Annuntiationem Dominicam more Hispanorum, quintodecimo Kal. Jan. die irreprehensibiliter posse celebrari. Nam cum ego postmodum in monasterio Cluniacensi cum cæteris Fratribus degerem, convenerant illuc ab Hispaniis, quam pacies * honestæ commisecationis jamdudum more viventes propriæ regionis monachi. Propinquante vero die Nativitatis Dominicæ, petierunt prædicti monachi venerabilem Odilonem ejusdem loci Abbatem, ut more suorum liceret eis celebrare Annuntiationem. Quod cum fecissent, segregati a cæteris, visum est nocte eadem duobus senioribus loci, quod unus de Hispanis fuscina focaria arriperet desuper altare puerum, mitteretque illum in sartaginem prunis plenam, atu clamantem: Pater, Pater, quod tu dedisti, isti auferunt. Quid plura? apud nos antiqua consuetudo, uti dicebat, prævaluit.* Hæc Glaber. Porro in Hispaniis etiam exolevit usus, ille, quo ex præscripto (*b*) decimi Toletani Concilii, Annuntiatio celebrabatur decimo quinto Kalendas Januarii. (*b*) *Conc. Tol. 10. c. 1.*

II. Qualis Robertus Rex in Synodis cum Episcopis. Quod pertinet ad concilia Gallicana his temporibus celebrata sub Rege vere Christianissimo Roberto: admiratione dignum est, quanta animi demissione consueverit idem Rex cum Episcopis interesse publicis hisce conventibus, & quidem tamquam famulus illis inservitarus. De quo memoria dignum Helgaldus illius temporis auctor, qui ejus vitam conscripsit, ejusmodi factum narrat: *Colloquium cum Episcopis regni sui habens Rex humilis, inter colloquium unumquemque aspiciens, vidit quemdam eorum mole carnis gravatum, pedes suos dependere ab alto: pietate ductus, a longe quærens suppedaneum reperit unum, quod manibus, Deo & hominibus charus, apprehendens, illud tanto pontifici offerre non recusavit, & sub pedibus ejus ponere non est dedignatus. Erat autem hic Episcopus Lengonensis, Lambertus nomine dictus, scientia religione, & bonitate pollens. In magna etenim ex hoc admiratione pro tali facto omnes Episcopi & Principes habuere sæpefatum Robertum humillimum & inclytum Regem. Is quippe Rex Deo dilectus Robertus semper meminit sanctæ legis, quia memor fuit operis Dei in omnibus viis suis. Sciebat etenim scriptum: Scientia virtus, custos virtutis humilitas sancta. Et illud beati Papæ Gregorii: Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum pulverem portat. Legerat quid dixerit quidam ex Patribus: Omnis labor sine humilitate vanus est: humilitatis signum dat regnum cælorum. Nos ergo oremus omnipotentem Deum, ut hic Dei electus, qui deposito omni tumore superbiæ conjunctus est Christo Deo sanctæ humilitatis virtute, ita illi jungatur in sæculo venturo, &c.*

At qui humili obsequio inservire paratus erat Episcopis; eosdem tamen, III.

cum

PAGIUS SÆC. XI. Anno Æræ Hisp. MXLII. Anno Hegiræ

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6497.

☉ 5. BA. ☽ 27. P. 29. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1004.

JOANNIS XVIII. PAPÆ 2.

HENRICI II. REG. 3.

BASIL. ET CONST. IMPP. 29.

CCCXCV. inchoata die 28. Octob. fer. 4. A.C. 1004

I. A num. III. ad VIII. Refert Baronius ex Helgaldo in Vita Roberti Franciæ Regis, *Leu-*

Leuthericus Archiep. Senon. a Roberto Rege redarguitur.

cum opus esset, id exigente zelo Catholicæ Fidei, quo jugiter æstuabat, a Fide Catholica devios redarguere, immo & comminari minime prætermisit. Est de his præclarum illud exemplum, quod idem Helgaldus itidem in vita ipsius ita describit: *Præsuli cuidam, Leutherico Senonensi Archiepiscopo scilicet, de Domino non bene sentienti, & quærente pro quibusdam causis probationem in corpore Domini nostri JESU Christi: indigne tulit Rex amator bonitatis, & scripsit ei in his verbis: Cum sit tibi nomen scientiæ, & non luceat in te lumen sapientiæ; miror qua ratione quæsieris pro tuis iniquissimis imperiis, & pro infesto odio, quod erga Dei servos habes, examinationem in corpore & sanguine Domini. Et cum hoc sit, quod a dante sacerdote dicitur,* CORPUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SIT TIBI SALUS ANIMÆ ET CORPORIS: *cur tu temerario ore & polluto dicas: Si dignus es, accipe, cum sit nullus qui habeatur dignus? Cur divinitati attribuis ærumnas corporis, & infirmum doloris humani divinæ connectis naturæ? Jurans Domini fidem Princeps Dei: Privaberis, inquit, honore pontificii, nisi ab his resipueris, & damnaberis cum his qui dixerunt Domino:* (a) Job. 21. *(a) Recede a nobis: & non communicabis, his quibus dicitur: Appropinquate* (b) Jaco. 4. *(b) Deo, & appropinquabit vobis.*

IV. Cultus Regis erga Sacram Eucharist.

His verbis Præsul bene correctus, a Rege pio & bono sapienter instructus, quievit, obmutuit, & siluit a dogmate perverso, quod erat contrarium omni bono, & jam crescebat in sæculo. In sinu matris Ecclesiæ collocatus iste Dei servus, scilicet Robertus Rex, factus est Dominici corporis & sanguinis, vasorumque ejus custos fortissimus, ad unguem ita perordinans cuncta, quasi videretur Deus suscipi, non ut in alterius, sed in propria sancta majestatis gloria. Hæc ejus devotio, hæc erat fortis provisio, ut corde mundo, & vestitu candido Deus immolaretur pro totius mundi piaculo. Subjicit de vasis aureis, & argenteis, ad ministerium Missæ ab eodem pio Rege Deo offerre solitis.

V. Primordia nefandæ hæresis.

Audisti, Lector, simul cum pietate Regis etiam sibilos venenosi serpentis in Leutherico Archiepiscopo Senonensi! ad hunc extant complures Fulberti Episcopi Carnotensis epistolæ, quibus eum sæpe contigerit diversis ex causis redargui. Jam viperini fœtus e portis Inferi, tamquam e matris utero enixi, in damnum Ecclesiæ emittebantur, qui se spiris sinuosis inserebant in sancta, ut sanctum sanctorum, Sacramentum sacramentorum, si possent, auferrent ab ea. Quod enim Leuthericus legitur insusurrare cœpisse, jam (ut audisti) rumor ille tantæ blasphemiæ increbrescebat in sæculo: etsi tacuit ipse, reprehensus a Rege, timore pœnæ, ne ita Regis caderet ab amplissima dignitate, & careret cathedra; haud serpens rumor ille est omnino repressus, sed paulatim in dies crescens, in manifestam tandem erupit hæresim, sub patrocinio infelicissimi Berengarii, qui hoc tempore adolescens auditor extitit Fulberti post biennium Carnotensis Episcopi, viri sanctissimi, omniumque doctissimi: a quo, ne disputationis obtentu extra limites Catholicæ veritatis pedem auderet efferre, sæpe Berengarius monitus fuit & redargutus.

VI.

Revocavit in memoriam Berengario istiusmodi sub Fulberto tyrocinium suum, ejusdem sub eodem doctore condiscipulus Adelmonus Episcopus Brixiensis, cum postea adversus eum disertam valde scri-

PAGIUS *Leuthericus Senon. Archie. ob motam de Eucharistia quæstionem increpatur.*

Leuthericum Senonensem Archiepiscopum, qui olim *Gerberti* postea Summi Pontificis discipulus fuerat, de veritate Corporis & Sanguinis Domini in Eucharistia dubitantem a *Roberto* Rege acriter increpitum fuisse, hincque increbrescere cœpisse rumorem illius blasphemiæ, quam postea *Berengarius* Turonensis aperte professus est. Ex verbis tamen Helgaldi clare evinci non potest, *Leuthericum* de veritate Corporis Christi dubitasse, sed hoc tantum, quod dignos putarit, accipere corpus Christi non vero indignos. Ut ut sit, hinc hæreseos de Eucharistiæ *mysterio* sumi potest exordium. Nam postquam *Leuthericus* inquit Bulæus Sæc. III. Hist. Universitatis Parisiensis, qui ab omnibus Vir doctissimus habebatur, quæstionem illam movere cœpit, licet eo increpito & tacere jusso, non destitere tamen curiosi novitatis eandem in Scholis agitare. Tumque *Fulbertus* Gerberti quoque discipulus, qui Scholas Carnotenses regebat, a discipulis rogatus ut quid sentiret, quidve sentiendum foret explanaret, eamdem in scriptis tradidit, & veram, orthodoxamque sententiam propugnavit. Admonuit autem *Leothericum*, ut caute circumspiceret quid rei moliretur; *Proreta navis Regia*, inquit, *cautus & circumspectus esto. Terreni spiritus insolenter assibilant. Fluctus hujus sæculi intumescunt: promontoria mundana potestatis pericula minantur, & mortis more pyratarum insidiantur hypocritæ.*

II. *Floret Fulbertus postea Episc. Carnotensis.*

Fulbertus ex Magistro Scholarum Ecclesiæ Carnotensis Cancellarius creatus, & non multo post præsentem annum ejusdem Urbis Antistes renunciatus, omnium sui temporis Doctorum doctissimus habebatur, & ab omnibus propter ingentia merita suspiciebatur. Familiarissimus & amicissimus fuit *S. Abboni* Floriacensi Abbati præsenti anno martyrii gloria coronato, ut superiori diximus, ibique dicta ad præsentem annum retrahenda. Extat enim Epistola Fulberti ordine XXI. ad Abbonem, quæ his verbis inchoatur: *Pleno virtutis & gratia circumfusa charissimo patri Abboni Fulbertus suus. Quanam terra salutatione dignum o sacer Abba! o magne Philosophe, quod repen-*

dam

scripsit epistolam; in qua habet inter alia ista quidem memoria digna: (a) Collactaneum te meum vocavi propter dulcissimum illud contubernium, quod tecum adolescentulo ipse ego majusculus in Academia Carnotensi, sub nostro illo venerabili Socrate, nempe Fulberto, jucundissime duxi. Cujus de convictu gloriari nobis dignus licet, quam gloriabatur Plato, gratias agens naturæ, eo quod in diebus Socratis sui hominem, se non pecudem peperisset. Nos enim sanctiorem vitam, salubrioremque doctrinam Catholicè & Christianissimi hominis experti sumus, & nunc ejus ad Deum precibus adjuvari sperare debemus. Neque enim putandus est memoriam, in qua nos tamquam in sinu materno semper ferebat, amisisse: haud vero charitas Christi, qua sicut filios amplectebatur, in eo extincta est; sed absque dubio memor nostri, diligens plenius quam cum in corpore mortis hujus peregrinaretur, invitat ad se votis, & tacitis precibus obtestans, per secreta illa & vespertina colloquia, quæ nobiscum in hortulo juxta capellam de civitate illa, quam, Deo volente, Senator nunc possidet, sæpius habebat, & obsecrans per lacrymas, quas interdum in medio sermone prorumpens, exundante sancti amoris impetu, emanabat, ut illuc omni studio properaremus; viam regiam directim gradientes, sanctorum Patrum vestigiis observantissime inhærentes, ut nullum prorsus diverticulum, nullam in novam & fallacem semitam desiliamus, ne forte in laqueos & scandala incidamus. Quia sicut ait Psalmista: (b) Juxta iter scandalum posuerunt mihi. Nam quod est juxta iter, hoc est extra iter. De via autem quid dicit? (c) Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et quid est lex Domini, nisi via Domini? sicut in alto versu Psalmi cantatur: (d) Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Ergo in via pax, extra viam scandalum. Hoc scandalum incurrunt, qui per hæreses & schismata deviantes, pacem Catholicam impiis contentionibus rescindunt: quos nihilominus in Psalmo decimotertio ita annotatos advertimus: Contritio & infelicitas in viis eorum; viam pacis non cognoverunt. Ecce scandalum, vel potius scandali, nempe contritio, & infelicitas æterna, quæ occurrunt in semitis hæreticorum, viam pacis Catholicæ recusantium.

[(a) Extat t.3. bibl. SS. PP.]
[Tyrocinia Berengarii.]
[Nisus Fulbertus cohibere Berengar.]
[(b) Ps. 139.]
[(c) Ps. 118.]
[(d) Ps. eod.]

Avertat Dominus a te, sancte frater semitas tales, & convertat pedes tuos in testimonia sua, & mendaces ostendat, qui famam tuam tam fœda labe maculare nituntur, spargentes usquequaque, ut non solum Latinas, verum etiam Teutonicas aures, inter quas diu peregrinor, repleverint, quasi te ab unitate sanctæ matris Ecclesiæ divulseris, & de corpore & sanguine Domini, quod quotidie in universa terra super sanctum altare immolatur, aliter quam Fides Catholica teneat, sentire videaris: hoc est (ut illorum de te dictis utar) non esse verum corpus Christi, neque verum sanguinem, sed figuram quamdam & similitudinem. Hæc ante hoc biennium cum audissem, fraternitatem tuam per epistolam convenire, idque ex te ipso certius sciscitandum esse decrevi. Sciens porro familiarem tuum dominum Paulinum Metensem Primicerium tibi propiorem, tibique aliquanto viciniorem esse, & mea petitione, & sua pollicitatione delegavi sibi hujus negotii executionem. At ille (non enim in hac re laudare eum possum) negligens sive alterutrum, sive utrumque nostrum, usque adhuc reliquit me suspensum; sed divina gratia nec numquam negligens, inopinatu mihi obtulit melius quam optabam. Optabam autem invenire hominem peregrinandi usu exercitatum, regionis, & linguæ Francorum non ignarum: & ecce stetit mihi e latere G. ex tuo nomine me salutans. Obstupui præ gaudio, & tamen non potui tam repentino eventui fidem integram habere, quia frater idem nullum abs te signum litterarum, uti mos est inter amicos longe remotos, tamque diu non visos, afferebat: quod tamen ipsum multis de causis facile persuasibilibus excusabat. Sive ergo vere, sive aliter hoc agebat, ego eum a Domino præparatum mihi esse non diffidens, nolui diutius dissimulare, quin ipse mente ac spiritu meo, præsentibus litteris, tamquam pennis indutus per tanta terrarum spatia transvolarem, obsecrans per misericordiam Dei, per suavissimam memoriam Fulberti, ut pacem Catholicam diligas, neque conturbes Rempublicam Christianæ civitatis bene compositam a majoribus nostris, pro qua tot millia Martyrum con-

[VII. Vulgari cœpta a Berengario hæresis.]

PAGIUS dam muneris sancta amicitia, quam promiserunt signa gemmata facundia, vix æstimare sufficio.

III. Postquam quæstio de Corpore Christi in Eucharistia mota fuit, eam sibi Fulbertus in Schola, Scriptisque tractandam suscepit, eamque etiam tractatam, & validis munitam rationibus publicavit, ut patet ex Epistola I. ad Adeodatum qua tria ad salutem necessaria esse docet, nempe mysterium Trinitatis, Baptismi rationem & causam, veritatem denique Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia: In his tribus, inquit, multi nimis carnaliter intuentes, dum plus carnalem sensum, quam fidei arcana mysteria contemplantur, in abruptum perniciosi erroris præcipitium devoluti, nec rerum veritatem, nec sacramentorum virtutem percipiunt, & ideo ab unitate Ecclesiæ di-

[Eucharistia mysterium defendit.]

contra idololatriam, & regnum diaboli fortiter certantes triumpharunt, subindeque sancti Doctores bella civilia ab hæreticis commota salutaris eloquentiæ fluminibus restinxerunt, atque eam circumquaque munierant, ut jam novus hostis nullus oboriri queat, qui adversus eam aliquid nitens, non continuo mille jaculis desuper ruentibus obruatur. Hæc Adelmannus, a nobis hic posita ad insinuandum tyrocinium Berengarii, postea infandam hæresim promulgantis, quam primum audisti a Rege Christianissimo condemnatam in perditissimo Leutherico Archiepiscopo Senonensi.

VIII. Lues in urbe. Hoc eodem anno Urbe morbo vexata, plurimi interierunt: catharrus enim descendens in fauces, meatus obstruens, suffocatos miseros homines confestim mori cogebat. Quid autem mirandum tunc viderit Urbs in peccatoris conversione, dicendum. Fideliter descripta reperitur historia in codice Casinate post sancti Adalberti homiliam Romæ dictam in Ecclesia SS. Bonifacii, & Alexii, quæ sic se habet: *Non solum qui assiduitate Romam plus solius Petri potestate,*

Joannis Canaparii ad Deum conversio. *quam Regum judicia urbium dominam incolunt, verum etiam qui a diversis mundi partibus eam expetunt, pretiosissimum sciunt templum corporibus sanctorum Christi martyris Bonifacii & Confessoris Alexii decoratum. In quo dum fama sacræ religionis cresceret, quidam nobilitate carnis pollens, & divitiis affluens, monachicum habitum, abrenuntians quæ sæculi sunt, suscepit, nomine Joannes Canaparius. Qui dum in sæculo esset, multos sibi amicos, propinquos, & fideles sincera charitate devinxerat eumdem locum secum petere, eumdemque habitum suscipere. Sed (ut est hominum mutabilitas) omnes pene declinaverunt retrorsum; & quem colentem mundum diligebant, tollentem crucem suam & sequentem Jesum sequi neglexerunt.*

IX. Franconis violenta conversio. *E quorum numero extitit (de quo dicere volo) conticaneus & compater ejus Franco, cognomento Maringus, homo non ignobilis, nec adeo pauper, & sæculari scientia plus justo refertus. Hic autem ea tempestate, qua Joannes Papa præsulabat, residens ante Ecclesiam venerabilium martyrum Cosmæ & Damiani, Via sacra; turgente gutture, vicina morte se premi omnino suspicatus est. Nam innumera multitudo hominum illa clade Roma perierat; quæ sibi vivendi spem penitus abstulerat. Mox itaque data dextera cuidam astanti, ad monasterium prædictorum sanctorum Bonifacii & Alexii citissime deduci se petiit, immemor parentum & bonorum, quæ paulo ante se præpedierant. Ubi illuc adveniens deficientibus viribus, & anhelitu, compatri suo velle loqui significavit. Qui, ubi ex more nuntiatum est, data licentia ab Abbate Leone, qui tunc eidem monasterio præerat, introductus est, & inductus est ad Ecclesiam Sanctorum, ubi præstolabatur eum prænominatus Joannes Canaparius, volvens animo ad hoc illum venire vespertino tempore, ut impleret quod promiserat: nam eidem Franconi vespertinus erat. Quem videns ægrotus, genibus ejus advolutus, rauca voce talia cœpit: Eja compater, eja domine, recipe me fallacem, recipe me infidelem, & consigna me tuis dominis Bonifacio & Alexio: fac me servum eorum, quia scio, & veraciter scio, quod nisi eorum patrocinio non liberabor a potestate iniquorum spirituum, quibus ab ipsis servivi cunabulis. Quare moram pateris, benignissime? Vitas me, despicis me, quod invitus tuos requiro dominos? Ubi est quod mihi sæpe dicebas; quia & invitis salus præstatur? sancte Bonifaci adjuva me: sancte Alexi succurre mihi.*

X. *Talibus denique perculsus prælibatus Joannes Canaparius, Abbatem convocavit*

PAGIUS *divisi, dum fieri nolunt discipuli veritatis, magistri fiunt erroris. Prætermissa itaque luce veritatis, tenebrosas, proponunt calumnias, & sacras Scripturas verbis sacrilegis nituntur adulterare, aut furtivis erasionibus recidere.* Descendit postea ad quæstionem de mysterio Eucharistiæ propositam, eamque pluribus ac docte solvit.

IV. *Moritur Joannes Canaparius Monachus.* Ad num. VIII. & seq. Mortuus est hoc anno *Joannes Canaparius*, insignis Monachus monasterii SS. Alexii & Bonifacii Romæ positi, cujus cum laude mentio in priori Vita *S. Adalberti* Episcopi Pragensis & Martyris. Baronius num. XI. ejus Epitaphium recitat, in quo dicitur: *obiit mense Oct. die XII. Indict. III.* quæ a Kalendis Septembris hoc anno Romæ obtinebat; Romæ autem ac in Italia Indictiones a Septembri inchoatas fuisse, innumeris exemplis liquet.

V. *Henricus Germaniæ Rex coronatur Rex Italiæ.* Henricus Germaniæ Rex *Arduino* Italiæ Regi, antequam eo in regno se se confirmare posset occurrendum existimavit. Chronographus Hildensheimensis ad hunc Christi annum hæc refert de Henrico Palidi non longe a Merseburgo commorante: *Ille ad eum Episcopus Veronensis ac alii quidam Primores Italici regni venerunt cum Regiis muneribus.* Hermannus vero Contractus ex editione Canisiana: *Heinricus Rex per Veronam Italiam cis Padum petens, omnes sibi partium illarum civitates subjecit. Papiam ipsa qua coronatus est die irrumpens, gladio & igne perdomuit. Inde acceptis obsidibus in Saxoniam reversus, post paucos dies in Sclavos arma convertit. Bohemanisque ad pristinam servitutem, tributumque redactis Bolizlaum etiam Ducem Sclavorum Bolanorum* (idest Polonorum) *cum tota gente sua subjugavit; & in Saxoniam victor rediit.* Erravit itaque Sigonius lib. VIII. de Reg. Ital. ubi

nit & Fratres, quibus rei veritatem ordine narrans; monachum illum fieri rogavit sine intermissione clamantem: S. Bonifaci, S. Alexi, servus vester sum & etiam servus servorum vestrorum. Cujus desiderium cognoscentes, ante venerandam Crucem eum statuerunt, monachumque multis cum lacrymis effecerunt. Postquam igitur haec acta sunt in monasterio, volens Deus ostendere, quantum intercessione horum Sanctorum flectatur ad misericordiam, & quam misericorditer liberet peccatores ad eos confugientes: permisit cuneum equestrium armatorum malignorum spirituum per supradictam Viam sacram visibiliter descendere, praedictum Franconem requirentem, quem judiciario definitione servum se vicisse gloriantes jactabat. Taliter omnium altercando, ablatum perquirendo, visi sunt venisse ad portam monasterii. Ubi non invenientes eum, reversi sunt tristes, multa nefario jactantes in Sanctos: Qui dum requisiti fuissent a viris monasterii, quid hoc esset; responsum: Franconem servum eorum ablatum a Bonifacio & Alexio, & mussitando adjiciebant, remansisse per quod eum vincere putabant. Quod ubi Abbati & Fratribus ab audientibus nuntiatum est: subtiliter perquirentes, professionem regularem non illum fecisse invenerunt. Qua studiose facta, anima illa carne soluta est. Ex quo datur intelligi, quod misericordissimus Deus, quem cuncta monastici ordinis implere promisit, meritis sanctorum Bonifacii & Alexii, quorum suffragium toto corde petierat, ab omnibus insidiis inimicorum eripuit ad laudem & gloriam nominis sui. Amen. Hucusque de his ibi.

XI. Quo pariter anno memoratus Joannes vir nobilissimus vita functus, ibidemque sepultus est, cujus epitaphium, quod hactenus in eorumdem Sanctorum Ecclesia conservatur, haud longe ab altari primario, dignum existimavi hic describere. Sic se habet:

CHRISTE DEVS RERVM PVLCHERRIME FACTOR ET AVCTOR
SVSCIPE ME INDIGNVM SALVS ET OMNE BONVM.
OBSECRO, FLAGITO, SERVVS, POSTVLO, QVAERO IOANNES
CONFITEOR CVLPAM, DA CLEMENS VENIAM.
OMNE MALVM MERVI, CVMVLVMQ. REATIBVS AVXI
TARDVS AD OMNE BONVM, PROMPTVS AD OMNE MALVM
A CAPITE VSQVE PEDES MACVLANT MEMBRA OMNIA SORDES
SED TV SANCTE DEVS REX MISERERE PIVS
DA IN REGIONE DOMVM SVNT VBI CASTRA VIRORVM
AVRICOMVS REGNAT VBI AVREA SAECVLA CHRISTVS.
PROSA ✠ PRECOR VOS OMNES, QVI HVC POST ME VENTVRI ESTIS, VT PRO ME PRECES FVNDATIS ET PROPTER CHARITATEM, QVAM VIOLARE NON LICET NEMO SVVM NEC ALIENVM CADAVER SVPER ME MITTAT. QVOD SI HOC PRAESVMPSERIT SIT MALEDICTVS ATQVE IN PERPETVVM ANATHEMATE CONSTRICTVS.
CREDO QVOD REDEMPTOR MEVS VIVIT ET IN CARNE MEA VIDEBO DEVM SALVATOREM MEVM. AB INCARNATIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI ANNI SVNT MILLE IV. OBIIT MENSE OCTOBR. DIE XII. INDICT. III.

PAGIUS ubi non solum hanc Henrici Regis expeditionem cum anno superiori connectit; sed etiam scribit exercitum Henrici in fugam conjectum esse, hincque *Arduinum* atque Italiam in praesens omittere coactum. [1] Henrici tamen expeditionem Italicam in annum sequentem differt Ditmarus lib. VI. & pluribus narrat, eique standum existimo.

VI. *Initium trium Rerum publicarum in Italia.* Refert ibidem Sigonius per hoc tempus tres populos parum adhuc in Italia aut rebus gestis, aut Principum beneficiis ad memoriam hominum celebratos, praeclaris rebus gerendis universos Italiae oculos in se convertisse, nempe *Genuenses*, *Pisanos* & *Florentinos*. *Genuenses* & *Pisani* ad inferum mare locati, exemplo Venetorum, qui superum incolebant, rem tractare navalem, non mercaturae solum, ut antea; sed etiam rei militaris causa coeperunt. Occasionem dedere *Saraceni*, qui pyraticam exercendo navigationem Italiae prope omnem ademerant. *Florentini* vero cum se terrestribus quaerendis opibus dedissent, deinde cum vicinis bella serere nunquam destitere. Harum tamen Rerumpublicarum initium tenebris plenum.

Huntindoniensis lib. 6. ad hunc Christi annum VII.

NOTÆ [1] Sigonium erroris immerito hic argui evincit Saxius in Notis ad Sigonium tom. 2. col. 474. novae edit. Cum enim prioris expeditionis Germanorum in Ardoinum, in qua Ardoinus hostes vicit, meminerit hic Sigonius, non erat cur reprehenderetur. Idem enim tradunt Adelboldus, & Ditmarus qui omnes narrant anno 1003. missum ab Henrico *Ottonem Ducem Carintinorum* (Carinthiae) cum Ardoino male pugnasse. MANSI

Quæ videlicet tertia Indictio hoc ipso anno incipit mense Septembr. At quam dispares ejusmodi antiquæ sepulcrorum inscriptiones a recentioribus? In illis enim magna animi submissione fideles peccata sua maluerunt inscribi: in istis vero magno fastu virtutes vane atque mendaciter, ut plurimum, ambiunt vani homines prædicari.

An-

PAGIUS

Dani Angliam vexare non desinunt.

num scribit; *Svain Rex Dacorum fortissimus, cui Deus regnum Angliæ destinaverat, cum navibus multis venit ad Norwic, & eam prædatus est, & combussit. Quod Urketel* (legendum Wlsketel) *Dux illius provinciæ videns, fecit pacem cum exercitu, improvisum ejus adventum sustinere non sufficiens. Infra pacem vero exercitus post tres hebdomadas furtim perrexit ad Thetford* (seu ut alii habent Theodfordam) *& eam prædatam combussit. Quod comperiens Dux Ulfketel mane ex improviso cum parva manu revertenti ad puppes occurrit exercitui, quibus graviter & diu resistere, sed non sufficit persistere.* Idem habent Hovedenus & Vigorniensis; qui ultimus addit, emicuisse in hac pugna Anglorum Ducis virtutem, & penes Danos cum multo eorum sanguine victoriam stetisse. Malmesburiensis vero lib. 2. de Reg. cap. 10. ait: *Ita ut quamvis nomen victoria ad hostes concessisset, multo plus afflicti qui vicerant, quam qui victi fuerant, æstimarentur. Nec sane piguit Barbaros veritatem confiteri cum multoties illam victoriam deplorarent.*

I. Henricus contra Longobardos in Italiam descendit. ANnus post millesimum quintus, Indictione tertia inchoatus, ordine temporum sequitur, quo Henricus Germaniæ Rex adversus Harduigum, qui Longobardiam Regis titulo occuparat, in Italiam descendens, Clusas ope Carentanorum, fusis hostibus expugnavit; Papiamque victor accedens, ibidem honorifice susceptus Rex coronatur. De his pluribus Ditmarus, deque coronatione hæc habet (a): *Post hac Papiam visitans urbem, ab Archiantistite hac, nempe Mediolanensi, & a primis illius regionis susceptus, cum admirabili laude ad Ecclesiam ducitur, & communi electione sublimatus in solium regale collocatur*. Pergit autem dicere Ditmarus, quomodo eadem die, obortu contentione inter cives & milites, illi adversus Regem rebellantes, palatium sunt aggressi: sed defenso illo a domesticis Regis, cum nec precibus sancti Heriberti Coloniensis Archiepiscopi, qui aderat cum Henrico, coerceri possent; qui foris erant Regis milites expugnantes civitatem introgressi, eam cæde, incendioque vastarunt, cum Rex eos cohibere minime potuisset. Inde vero idem Rex Mediolanum amore S. Ambrosii (ut idem Ditmarus ait) accessit, cum interea tumultuantibus hostibus in Germania, ab Italia revocatur, celebrata jam Pentecoste.

(a) Ditm. l. 6.

II. Sed quomodo, Deo propitio, hoste debellato Boleslao Poloniæ Duce, idem Henricus Rex diem Nativitatis S. Mariæ Pragæ solemni ritu celebrans, ibi persuasus concione sancti Episcopi Frisingensis, perduellem Henricum, quem vinctum tenebat in carcere, liberum dimittens, recepit in gratiam, ex eodem auctore sic accipe:

Godescalcus Frisingensis Episc. concionatur coram Rege. *Cum ibi sanctæ Domini Genitricis ortum omni celebrem mundo Rex venerare-tur, Godescalcus sanctæ Frisingensis Ecclesiæ venerabilis pastor, nomen cum re possidens, Missam canere, ac populo insistere ab eo præcipitur, & ab Episcopo judice illius permittitur. Perlecto tum Evangelio, præsentes idem admonet de timore divino, & de conservando geminæ dilectionis vinculo, deobedientia Domini, sublimiorumque honore potestatum. Et ad ultimum Regem suaviter aggreditur, ut semet agnosceret, & omnia quæ a primis vitæ hujus cunabulis, usque ad hoc tempus honoris alicujus aut commoditatis umquam percepit, largitati divinæ potius, quam suis meritis adscribere voluisset. Insuper misericordiæ mentionem fecit, quæ unicum est salutis præsidium, venerabile Fidei ornamentum, & magnorum remissio peccatorum. In cujus opere servando unicuique Christo Fidelium tria sunt semper optanda, posse, & velle, ac perficere. Quæ cum a cunctis sint adimplenda, ab his maxime, qui nullum lædentes, sibi a vent similia ad non recompensare, & ut acceptabile ab his Domino votum fiat, ex corde debet unumquodque largiri, & cunctis debitoribus remitti, ne mali vice servi diris astringantur tormentis.*

III. Ad Regem apostrophe. *Et hic concludens: Te, inquiens, obtestor per nomen & amorem ejus, qui suo debitori decem millia talentorum, id est Judaic recutitis suorum transgressionem præceptorum indulsit, Henrici quondam Marchionis, nunc autem, ut spero, vere pœnitentis, Senior charissime, miserearis, vincula solvas, & gratiam dones, ut eo liberiori animo hodie Dominum interpelles. Dimitte nobis debita nostra, &c. Hac Rex exhortatione lacrymabiliter profusa placatus, sic se facturum firmiter spopondit: & post hæc domum veniens, misericorditer adimplevit.* Hæc Ditmarus de Rege maxime pio, atque Episcopo, tanto munere digno. Qui & inferius eumdem Henricum, pro quo Episcopus intercesserat, jam vinculis absolutum, & ad propria redire jussum affirmat. Erat is, qui primum cum Rege militans, jam ab ipso defecerat, & in eum arma moverat.

IV. Synodus Tremoniensis. Hoc eodem anno, ut idem (b) Ditmarus testatur, celebrata est in Germania magna Synodus Tremoniensis, in qua idem Henricus Rex questus de ejus temporis sanctæ Ecclesiæ deformatione, egit ma-

(b) Id. l. 6.

PAGIUS SÆC. XI
Anno Eræ Hisp. MXLIII.
Anno Hegiræ CCCXCVI inchoato die 8. O-

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6498.

☉ 6. G. ☽ 28. P. 2. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1005.

JOANNIS XVIII. PAPÆ 3.

HENRICI II. REG. 4.

BASIL. & CONST. IMPP. 30.

ctob. fer. 1.

A. C. 1005.

I. Synodus Tremoniensis. AD num. IV. Ditmarus lib. VI. mentionem facit magnæ Synodi in Germania *Tremonia*, quæ Urbs est Westphaliæ, hoc anno in *die Non. Julii* celebratæ, cujus Acta desiderantur, indeque quælibet de Decretis in ea ha-

magna instantia apud Episcopos pro ejusdem reformatione. Quod ab eisdem pro viribus præstitum est diligenter, statutis in ea communi consensu sacris canonibus, quibus in pristinum usum revocarentur sanctissimæ Ecclesiasticæ leges, & exolarent qui irrepsissent in Clerum ac populum pravi mores. Quibus statutis conciliavit sibi Rex Deum propitium, aperuitque sibi viam ad victo-

PAGIUS habitis suo modo discurrit. [1] Verum Tom. I. Bibliotheca Labbeanæ recitatur Vita B. *Adalberonis* Metensis Episcopi a Monacho Anonymo, eique coævo scripta, qui hæc de illa Synodo narrat, quæ quia Tom. IX. Concil. non memorantur; hic referenda duxi: *Dominus Henricus Rex*, inquit Anonymus, *qui tertio Ottoni divo Imperatori, ad regnandum quidem, nondum autem ad imperandum in tota Germania, quæ citra Rhenum est, & in Lotharii regno, quod cis Rhenum est, successerat colloquium Synodumque conscrivit. Ubi omnes pene regni sui summos Sacerdotes coadunans, & ex diversis diversa disputans, inter disputandum ipsos ejusdem Sacerdotes acerrime congreditur, Cur videlicet in suis Diœcesibus & Diœcesanis, ea quæ Synodali ac per hoc spirituali falce secanda erant, non resecarent, ne gladio Spiritus sancti putrida, & male sana a membris fidelium abscindere supersederent. Mirantibus omnibus quid sibi verba Regis, tam districtissima vellent, quove tenderent, Rex admiratione eos absolvere curavit, quodve prætenderet, palam fecit.*

II. Celebrata ob nuptias in gradu prohibito pactas.

Inter multa, inquit, quæ in regno nostro, suisque Parochiis corrigenda sunt, parentes se sibi proximo conjugio, copulantur, ut Deum non timentes, & Deum non reverentes, etiam tertii loci consanguinitatem, quod nefas dictu est, ad copulam adsciscere non refugiant, & lineam, quæ ad septimam usque generationem sacris canonum institutionibus illibata conservari jubetur, Judæis, Paganisque infeliciores in ipsis sui exordiis abrumpere non formidant. Episcopis hinc inde sedentibus, diuque silentibus pars de quo diceretur nesciens, pars personam, de qua dicebatur, multum vel amans vel timens, quid dictis Regalibus responderet, prorsus ignorabat. Mens enim male sibi conscia, dum ea quæ non vult, audire compulatur, fit stupida, vox refugit, verba dilabuntur sapienti coram positus honestius ei videre silere, quam loqui. Rex quem fallere nemo poterat, quia erat homo litteris apprime imbutus, eloquentia facundissimus ad regendum Dei timore vivacissime adstrictus, motum cordis patientia frenis restringens, sacra Scriptura exemplis eos aggredi honestius esse judicans. Ecce inquit, ecce vos istis loca quidem sanctorum Sacerdotum tenentes, & in meliori cathedra, quam sedisset, Moyses sedentes, utpote viri domini possidentes qui & boni canes, & sancti arietes pro vita merito dici debueratis, contraria vice, inversoque ordine canes muti non valentes latrare, istis effecti, ipsique tacitate mulctati, unm subditis ducatum præbere cogimini, & ductor & sequens uterque in foveam præcipitamini. Ecce, inquit, Conradus Dux Austrasiorum consanguinitate nobis, & quicumque in tota patria nobiliores sunt cunctis affinitate conjunctus uxorem duxit sic sibi propinquam, sic proximam, ut sicut timemus, non modo ipsi; verumetiam omni patria offensa Dei citissime, & ut dicitur, pro foris adesse videatur. Parumque minus crimen malos tacentibus judicatur, quam ei qui idem scelus audacter, & sine peccati æstimatione perpetrare conatur.

III. In particulari propter nuptias Conradi Austrasiorum Ducis & Mathilde.

Dominus Adelbero Metensium venerabilis Præsul sanguinitate & affinitate Regi adsidenti, & cunctis, qui ex magni Henrici (Aucupis dicti, Germaniæ Regis) *linea descenderant, apprime conjunctus, huic sacra Synodo intersedebat; & ut erat cunctis Consacerdotibus nobilior, excelsiorque, sic nobiliori celsiorique sella inter suos prominebat. Hic Regis objurgationem ultra ferre non valens, & tacere amplius inhonestum judicans: Interim, inquit, ætatis sane titulis & scientia prærogativa locum quidem loquendi cum fratribus nostris dantes, & honorem canæ senectuti que divino præcepto exhibentes, quo dicitur, coram cano capite consurgas, quia majestatis vestræ potentium, domine mi Rex, ad dederat nostri Ordinis objurgationi & invectioni plus plusque videmus verba augere, tacere ultra vere fatemur; & quæ recta sunt non dicere, non solum stultitia, sed quod magis est magna verecundia deputamus. Dominus Otto Dux, pater istius venerabilis Conradi Ducis, nobis consedentis, natus ex filia magni Ottonis est, cujus soror Girbergin dedit filiam suam Conrado Burgundionum Regi. Ex Conradi autem filia nata est domina Mathildis, hujus Conradi assidentis uxor. Hoc ergo Genealogia ordine quia fratres, sororque in supputationem non admittuntur, consanguinitas horum non plus quam secundo loco elongari prævalet.* Conradus itaque Dux Austrasiorum, cujus occasione hæc Synodus congregata, filius fuit Ottonis, hic vero Conradi Lotharingiæ Ducis, qui *Liudgardam* filiam Ottonis M. ex Editha priori conjuge sibi matrimonio junxerat. Witichindus enim in fine lib. 2. de Edithæ Reginæ morte loquens, ait: *Reliquit filium nomine Ludolfum, filiam quoque Liudgardam nomine quæ nupserat Chuonrado Duci*, nempe Lotharingiæ, de quo suo loco egimus. *Gerberga* vero Ottonis M. soror Ludovico Transmarino Francorum Regi nupsit; ex quo matrimonio prognata *Mathildes*, conjugio copulata cum *Conrado* Burgundiæ Transjuranæ Rege. Conradus ex Mathilde filias quatuor suscepit, scilicet Giselam, Gerbergam, Bertam, & Mathildem, & ex *Ger-*

NOTÆ [1] Synodi hujus Tremoniensis decreto subscribit inter cæteros etiam Burchardus Wormatiensis, qui & præsens concilio aderat teste Annalista Saxone Eccardiano ad hunc annum. Cum autem eodem Annalista narrante Burchardus Wormatienses infulas anno sequenti 1006. obtinuerit, alterutrum consequi necesse est, vel Synodum ad sequentem annum rejiciendam, vel Burchardi electionem anno uno nempe 1005. anticipandam. Cum tamen dies nonarum julii anno tantummodo sequenti in diem dominicam inciderit, hac ducti conjectura Synodum hanc quam die illa julii cœpisse constat in annum sequentem retrahimus. MANSI

ctorias consequendas, & Romanum Imperium obtinendum. Periere ejusdem Conci-

PAGIUS *Gerberga* seu *Girberga* Herimanni Ducis Alemanniæ uxore, progenita *Mathildis* Conradi Austrasiorum seu Carentanorum Ducis uxor, de cujus matrimonio hic agitur. Hermannus Contractus in auctiori Chronico, ubi Conradum Carentanorum Ducem, seu Austrasiorum semper appellat ad annum MXII. mortem ejus recitat, aitque fratrem fuisse Gregorii V. Papæ, & patrem alterius Conradi, qui cum Conrado Salico ejus patruele pro Germaniæ Rege propositus est. Porro ex laudatis Adalberonis verbis in hac Synodo prolatis detegitur error Blondelli *in Pleniori Assertione Genealogiæ Francicæ* pag. 55. & seq. ac aliorum qui *Ottonem* Francorum Ducem filium faciunt *Ludolfi* primogeniti Ottonis Magni; cum tamen non ex Ludolfo, sed ex Liudgarda ejus sorore natus fuerit, ut magis infra videbitur. Hæc enim difficultas nondum hactenus soluta fuit, & utraque opinio suos habet sectatores.

IV. *Plures Episcopi illicitis Conradi nuptiis favent.*

Pergit Anonymus: *Hoc beato viro retexente, tantæ ira tantaque simultates in ipsa Synodo exurgere cœpere, ut nisi esset ea nobilitas, qua cælo terraque, marique ultraque inclytus effulgebat Conradus Dux, de quo res agebatur, & quicumque sua partis erant, neque Deum, neque majestatem Regiam reverentes, neque Sacerdotibus, quorum maxima & honestissima multitudo præsens aderat, aliquid honoris exhibentes, arma, furoremque corripuissent, & ad insaniam exsatiandum quidquid mali manus roburque inferre posset, non emisisset. Aderat huic magis seditioni, quam Synodo dominus Theodericus, frater quidem hujus domni nostri Adalberonis Pontificis, dux eorum, qui circa utraque Mosam Mosellamque resident, & hac qua agebantur, quoque juste disponebantur, sua auctoritate firmabat, atque corroborabat, nuptiasque illicitas cum reliquis Ducibus, Comitibusque, & quod majus est, Sacerdotibus Deo, & celsitudini ac Regiæ justitiæ faventibus damnans, & humanæ iræ non formidans, æquitatis lance, quæ Dei erant, liberrime decernebat. Aderant etiam in hac venerabili Synodo primi & præcipui Sacerdotes, Vvilligisus Moguntinus Præsul, Heribertus Coloniensis eidem Præsul, Vvormaciensis, &c. Argentensis, Vvalterus Spirensis, Netgerus Leodiensis, Hezel Vvirziburgensis, Haimo Verdunensis, Bertaldus Leucensis, aliique quamplures, non solum ex Lotharii regno; verum ex omni Germania quorum pars favore, pars timore nobilis personæ hinc inde agitati, hinc inde defluentes pauci admodum, at ipsi inter suos præcipui Deo dilectissimi Adelberoni, & dictis ejus justissimis testimonium veritatis exhibentes egerunt, ut inter verum falsumque dissidii & discordia non modica disceptatio fieret, quam etiam ipse Rex omnino sedare non potuit. Verum nisi esset domni & Pontificis nostri Adelberonis incomparabilis nobilitas, furor eorum & insania misera arma etiam, telaque corripuisset, & ad homicidium usque ira commotione pertingere contigisset.*

V. *Adalberonis Episc. Metensis magnanimitas.*

Hac igitur simulatione, his odiis infestissimis discessum est, & unusquisque ad propria redire festinabat. Sed domnus Pontifex, dum ex patria propria recederet, ad Regale colloquium perrexerat, nihil horum metuens, nihil horum æstimans, quia erat omnium sui temporis mitissimus atque pacificus, non multa militaris manu, sed Clericorum & honestissimorum Laicorum dulcissimo comitatu, usus est, & propter id in redeundo, verens, ne forte in via hostis insidias pateretur, ab itinere, parum quid declinare dignum duxit, & credere magis ad horam, quam vesania furentis Principis locum dedit, aut alicujus alterius malignitatis dare voluit. Dei autem Omnipotentis & Christi ejus ineffabilis pietas, & æterna clementia aliter quam domnus Pontifex crediderat, rei eventum miserando disposuit, & disponendo præordinavit, dum spiritum furoris & malignitatis, dum vim latrantis & turbulenti vertiginis in eum paverem in eumque timorem commutavit, ut eo impetu eaque virtute, qua Dei servum ante persequi moliebatur, nunc fugere ac retro ire, viribus, quibus poterat, aggrederetur, ut magis capi timeret, quam corpore elaboraret. Duabus igitur diebus fuga fidem committens, donec in tuto se esse crederet, semper se a domno Pontifice, & fratre ejus Duce Theoderico insequi existimabat memoratus Conradus; nostri vero nihil aliud quam patriam repetere, & ad id summa festinatione conabantur: & quia & tempus poscebat, præter pacem, & ea quæ pacis sunt videlicet metere, charis domesticis utilia administrare. Ita Auctor ille Anonymus, quod nullus ante eum nos docuerat. Gestorum in hac *Tremoniensi* Synodo narratio in proximam Conciliorum editionem inserenda erit. Antequam Vita beati *Adalberonis* Metensis Episcopi e tenebris erueretur, hujus Synodi causa ignota erat.

Adalbero, cujus eximiæ virtutes in ejus Vita fuse referuntur, sub hujus anni finem ad superos evolavit. Scribit enim laudatus Anonymus: *Suscepit Episcopale officium anno ab Incarn. domini nostri Jesu Christi CMLXXXIV. XVII. Kal. Novembris. Ordinatus est eodem anno V. Kal. Januar. Transiit ex hac luce ad beatam vitam & veram lucem anno dominicæ Incarnat. millesimo quinto, Indictione tertia* (a Natali nempe Christi deducta), *regnante Henrico Rege, anno regni sui VI.* Verum loco VI. legendum IV. ut manifestum est. In principio ejusdem Vitæ dicitur, *Adalberonem decessisse XIX. Kalendas Januarii.* Meurissius in Historia Episcoporum Metensium, cum laudatam Vitam non vidisset, initium & finem Episcopatus Adalberonis detegere non potuit, aitque mortem ejus in Necrologio Ecclesiæ Cathedralis inscribi ad diem XIV. mensis Decemb. in Codicibus vero MSS. ad diem XV. ejusdem mensis. Sed ex his diebus alter ad mortem, alter ad sepulturam referendus, juxta regulam a nobis toties inculcatam. Quid post Adalberonis hujus nominis II. mortem contigerit, summarie refert Sigebertus ad annum MIX. *Henricus Imperator Metis urbem obsidet propter Deodericum fratrem uxoris suæ* (nempe Sanctæ Cunigundæ) *contra se rebellantem, qui Episcopatum ipsius urbis usurpaverat. Dux enim Mosellanorum Deodericus post fratrem suum Adalberonem, dato Metensium Episcopatu filio suo adhuc puero* (de consensu nempe ejusdem Henrici Regis, a Sigeberto Imperatoris nominati) *tutorem ei subjicit ipsum Deodericum, qui puero urbe excluso, & Episcopatu usurpato, ipsum etiam Deodericum Ducem* (nempe Mosellanorum) *bello capit. Urbe ergo per obsidionem desolata, tandem pax* | VI. *Moritur B. Adalbero Episc. Metensis.*

con-

cilii adeo celebris Acta, quorum tantum exordium ita descriptum apud eumdem Ditmarum invenitur.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo quinto: anno autem domini Henrici Secundi regnantis quarto, inchoato scilicet, *in die Non. Julii*....... Desunt reliqua.

An-

PAGIUS *convenit*. Puero illo demortuo *Deodericus* hujus nominis II. pacifice Ecclesiam Metensem rexit, inter celebres hujus Ecclesiæ Præsules connumeratus.

I. Synodus Francof. ANno Christi Redemptoris millesimo sexto, Indictione quarta, celebratur in Germania Synodus Francofordiensis, in qua inter alia ibi tractatum est de Ecclesia Bambergensi erigenda in Cathedram Episcopalem. Agit de ea pluribus (a) Ditmarus, & refert inter alia illud de Henrico Rege admiratione & commendatione dignum, nimirum, quod cum allocuturus esset Episcopos, antea se humi prosterneret, nec elevaret se, nisi qui Synodo præesset Archiepiscopus, eum suis manibus elevaret. Cur autem eam civitatem in Episcopatum erigere concupierit, hanc affert idem Ditmarus rationem: *Pacificatis tunc partibus hic, generale Concilium in Francofort a Rege ponitur, & hoc ab omnibus Cisalpinis Antistibus visitatur; causam vero præcedentem Lector, auribus accipe. Rex a puero quamdam sibimet civitatem Bovenberg nomine in Orientali Francia sitam, unice dilectam præ cæteris excoluit, & uxore ducta, eamdem ei in dotem dedit. Postquam autem ad regni curam divina miseratione promotus, semper tacita mente ibidem Episcopatum construere gestit, &c.* Agit de Ecclesia ibidem ædificata, deque Henrico Vvirceburgensis Ecclesiæ Episcopo, qui quod nollet consentire in unione facienda unius parochiæ suæ cum Ecclesia Bambergensi, nisi ipse fieret Archiepiscopus ad Synodum venire noluit. At quomodo petitionem suam ipso exordio Rex, considentibus Episcopis, patefecerit, ab eodem Ditmaro, qui præsens erat, sic accipe:

(a) Ditm. l. 6.

II. * Suffraganeis. Terræ prosternitur antequam loquatur Rex Henricus. *Considentibus ibidem ordine Archiepiscopis cum omnibus suimet * Suffragensis, Rex humo tenus prosternitur, & a Vvillegiso antistite Moguntino, in cujus diœcesi Synodus habebatur, elevatus, cunctis præsentibus talia fatur: Ob recompensationem futuram Christum heredem elegi, quia in sobole acquirenda nulla spes remanet mihi. Et quod præcipuum habui, meipsum cum modo acquisitis, seu acquirendis in sacrificium Patri ingenito jamdudum secreto mentis obtuli. Episcopatum in Bavenberg cum licentia Antistitis mei facere hactenus concupivi, & hodie justum hoc perficere volo desiderium. Ob hoc serenissimam vestrimet interpello pietatem, ne absentia ejus, qui per me voluit obtinere, quod mihi non licuit huic concedere, propositum voluntatis meæ queat impedire, cum in baculo ejus mutuæ confirmationis signo clarescat, hunc non propter Dominum, sed ob dignitatis nullatenus adipiscendæ dolorem fugisse. Moveat omnium corda præsentium: quod per ambitionem suam sanctæ matris Ecclesiæ augmentum annullare cum nugi gerula legatione præsumpsit. Ad hæc firmiter constituenda, contectalis mea præsentis, & unice fratris & cohæredis mei larga benignitas aspirat: & sibi placita adimpletione hic me eadem restituere, utique pro certo sciat. Si quando autem Episcopus venire, & promissa dignatur suscipere, paratum me ad omne quod vobis bonum videtur, proculdubio inveniet.*

III. Bambergensis Episcopatus erigitur. *Finitis talibus alloquiis, Bernigerus Antistitis Henrici Vvirceburgensis Capellanus surrexit: propter timorem Reg. Seniorem suum hic non venisse, & detrimentum Ecclesiæ sibi a Domino commissæ in aliquo fieri numquam laudasse, testatur: & obsecrat cunctos præsentes per Christi amorem, ne talia fieri, absente eo, futurum sibi in exemplum paterentur. Privilegia ejusdem ibi alta voce recitantur. Inter hæc quotiens Rex anxiam judicum sententiam mutare perspexit, toties prostratus humiliatur.*

Tamdem Archiantistites Vvillegiso, quid de his faciendum foret, judicio perscrutanti, Tagino primus respondit, hæc tunc secundum Regis eloquium legaliter fieri posse.

PAGIUS SÆC.XI. Anno Æræ Hisp. MXLIV. Anno Hegiræ CCCXCVII. inchoato die 27. Septemb. fer. 6. ANNO PERIODI GRÆCO ROMANÆ 6499.

☉ 7. F. ☽ 19. P. 21. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1006.

JOANNIS XVIII. PAPÆ 4.

HENRICI II. REG. 5.

BASIL. ET CONST. IMPP. 31.

A. C. 1006. I. ANum. I. ad IV. Henricus Germaniæ Rex *Bambergam* Franconiæ oppidum a puero dilexerat, & uxori in dotem assignarat. Cum itaque *in sobole acquirenda nullo spes* remaneret ei, ut ipsemet in Synodo Francofurdiensi dixit, Episcopatum in eadem civitate instituit, literasque obtinuit a Joanne Papa Tom. IX. Concil. recitatas, in quarum fine legitur: *Scriptum per manus Petri Notarii & Scrinarii S. R. E. in mense Junio Indict. V.* idest, anno Christi MVII. Quod Privilegium magnus Episcoporum numerus in Synodo Francofurt habita unanimiter laudarunt, & suis subscriptionibus corroborarunt, ut in fine laudati rescripti Apostolici legere est. Quare Concilium illud non hoc anno, ut Baronius putavit, sed sequenti congregatum, & quidem die prima Novembris, quo *Joannis Papæ* literæ ab omnibus subscriptæ. In tabulario enim Ecclesiæ Bambergensis ut Tom. IX. Concil. pag. 784. videre est, legitur: *Anno dominicæ incarnat. MVII. Indict. V. Kal. Novem-* *Bamberga fit civitas Episcopalis.*

poſſe. Cunctis præſentibus ejus ſermonem tunc affirmantibus, & ſubſcribentibus, Eberardo tunc Cancellario cura paſtoralis a Rege committitur: & hic a præfato Archipræſule eodem die conſecratur. Poſt hæc autem Henricus Antiſtes auxilio confratris Heriberti Archiepiſcopi Colonienſis Regis gratiam & adimpletionem ſibi placitam acquiſivit. Hucuſque de Actis ibi in Synodo: reliqua deſunt. Subiicit autem his Ditmarus de ſua electione in Epiſcopatum Merſeburgenſem, deque fame valida, quæ tunc Germaniam affligebat. Porro de novo Epiſcopatu Bambergæ erecto Sigebertus agit anno milleſimoquarto, Hermannus anno milleſimo ſeptimo, Marianus Scotus hoc ipſo anno quod & verius eſſe, quæ ſcribuntur a Ditmaro tunc præſente, manifeſtant.

Ditmarus creatus Epiſc. Merſeburgenſ.

IV. Quod autem ſpectat ad famem, hoc anno, ut idem teſtatur, Germaniam infeſtantem, de eadem agit hoc anno Sigebertus, quam una cum peſte univerſum orbem afflixiſſe teſtatur. Nam ait: *Fames & mortalitas tam graviter per totum orbem invaluit, ut ſepelientium tædio, vivi adhuc ſpiritum trahentes obruerentur cum mortuis.* Quo tempore accidiſſe videntur, quæ de S. Odilone Cluniacenſi Abbate Petrus Damiani in ipſius vita ſic narrat: (a) *In erogandis præterea eleemoſynis ita largus erat, ut nonnulli, dum eum omnia diſpergentem ſine cunctatione conſpicerent, non diſpenſatorem, ſed prodigum judicarent; præſertim quodam tempore, dum fames valida Aquitaniæ fines vehementer affligeret, ac plurimas Galliarum provincias peſtilenter arctaret, exhauſtis jam in pauperum uſus ærariis, & horreis quorumcumque proventuum non mediocriter profligatis, mox etiam plurima ſacra vaſa confregit, inſignia Eccleſiæ ornamenta diſtraxit; coronæ quoque, quam ſibi Imperator Henricus ob ſui memoriam deſtinaverat, non pepercit. Ut igitur tam acerbæ famis, in quibus* va-

Fames ingens & peſtis orbem vexat.

(a) Apud Sur. die 1. Jan.

Quid famis tempore S. Odilo.

PAGIUS

vembris, regnante piiſſimo ac ſereniſſimo Henrico ſecundo, anno Regni ſui VI. pro ſtatu & augmento ſanctæ matris Eccleſiæ, in loco Francofurt dicto, magna Synodus habita eſt, & celebrata. [1] Quare tam Hermannus Contractus ex editione Caniſiana, quam Chronographus Wirziburgenſis a Baluzio Tom. I. Miſcell. editus hanc inſtitutionem cum anno ſequenti accurate illigarunt. Præfata autem indictio V. vel a Natali Chriſti, vel a Kalendis Januarii inchoata.

II. *Sanctus Fulcrannus* Lodovenſis in Gallia Narbonenſi prima Epiſcopus *migravit ad Dominum anno generationis Chriſti MVI. Idus Febr. IV. feria, VIII. fere diei hora tranſacta, lætantibus cunctis pro ſuo remunere, terris plorantibus pro amiſſo Paſtore. Manſit autem in Epiſcopatu annis LXII. & diebus IX.* inquit Bernardus Guido Epiſcopus Lodovenſis, qui paulo poſt initium ſæculi XIV. eam Eccleſiam rexit, in ejus Vita a Bollando ad diem XIII. Februarii recitata. Quare Sanctus *Fulcrannus* die quarta menſis Februarii anni CMXLIV. in quam Dominica incidebat, ordinatus fuerat Epiſcopus, & nonniſi librariorum errore cap. I. ejuſdem Vitæ legitur, eum Narbonæ ab *Imerico* Archipræſule conſecratum fuiſſe *pridie Non. Februar. anno generationis Chriſti CMXLIX.* Legendum enim, CMXLIV. Librarii ſæpe V. in X. mutant. *Quia vero bonarum mentium eſt, ibi culpam timere ubi agnoſcere non eſt,* inquit Guido cap. 4. remordebat Fulcrannum multum conſcientia ſua, quod cum ſimpliciter quidam fabularentur coram eo de quodam Præſule, *quod apoſtata a cultu Chriſtianitatis & fidei, ac nequiter Judaizando grande in populo ſcandalum ſuſcitaſſet,* non inſinuando, ſed ſimpliciter loquendo: dixiſſet *Comburi deberet* bo-

Moritur S. Fulcran. Epiſc. Lodovenſis.

NOTÆ [1] Placent, & vehementer placent quæ ad rectam chronologiam digerendam quoad exordium epiſcopatus Bambergenſis Bollandiani ſocii doctiſſimi contulerunt ad vitam Sancti Henrici die 14. Julii pag. 735. Igitur anno 1006. Synodus aliqua Francfordienſis omnino aſſignanda eſt, cum id diſerte tradat Ditmarus apud Baronium. Sed cum chronologus iſte pro ſuo more plura in unum annum congerat, quæ in plures diſtribuenda eſſent; ideo non eſt cur in eo concilio totum negocium abſolutum ſtatuatur, quamvis ibi rem totam ſub uno contextu narrat Ditmarus. In ea prima Synodo actum eſt de inſtituendo Epiſcopatu, & cum id tandem decretum fuiſſet, Epiſcopus Wirceburgenſis, qui a Synodo quamvis vocatus, adfuerat, & pro viribus in eadem Synodo per Capellanum ſuum erectioni illi obſtiterat, tandem victas manus dedit roganti Henrico Imperatori ut ex actis ejuſdem Concilii conſtat. Pertinent hæc omnia ad annum 1006. vel ad ſequentis exordium. Dein Henricus *duos e Capellanis ſuis Albericum, & Ludovicum* adjunctis Henrici Wirceburgenſis Epiſcopi literis Romam direxit, ut Francofurti bene cœpta in melius ibi proficerent authoritate Romana. Joannes Papa *Nuncios Henrici ad ſe directos hæc omnia ſibi referentes, ſeque pro hac Sede confirmanda interpellantes* auſcultans (verba ſunt ejuſdem Joannis in ſuis literis) patentes literas ea de re ſcripſit, datas menſe Junio Indict. V. id eſt anno 1007. His perſectis; Synodus nova, vel forte eadem quæ ſuperiori anno nondum abſoluta Francofurti celebrata fuit, in qua literæ illæ Joannis XVII. lectæ, & recognitæ fuerunt, ut ex epigraphe ejuſdem concilii a Pagio relata conſtat. Ita ſalva eſt fides Ditmari ſcriptoris coævi, nec Baronius ita plane erravit, ut Pagius cenſet, quin & Pagius nonnihil deceptus, dum Synodos duas in unum confundit. Porro duas Synodos hac de re tunc celebratas etiam Anonymus in Vita S. Henrici apud ſocios Bolland. ad 14. Julii cap. 2. num. 2. & 15. diſtinguit; quanquam illam quæ poſterior fuit priori præponit, & quæ poſteriori aſſignanda ſunt, ſuperiori tribuit. Vide Soc. Bolland. ibid. in Apparatu prævio §. II. Mansi

valait, temperaret inopiam, quidquid hinc inde corradere potuit facultatum, ea fustcatationes & alimenta tradidit egenorum. Quadam sane die, dum per publicam pias equitator incedit, duos in itinere pueros fame peremptos reperit. Mox equo desiliens, laneam, qua indutus erat ad carnem, subduxit sibi interulam, eaque prout velaminis quantitas permittebat, utrumque cadaver obvolveas, exhibet mortuis sepulturam. Nam & vespillones mercede condaxit, & funeris usque ad tumulum prosequutus exequiis, defunctis fratribus debitum humanæ pietatis exolvit. Hæc de S. Odilone Petrus hoc tempore.

V. S. Elphegus Romam pro pallio venit.

Eodem anno S. Elphegus translatus in Cantuariensem Ecclesiam ex Wintoniensi, Romam se contulit ad Joannem Papam, ab eo pallium accepturus. Hæc Osbertus in vita ipsius, & Wilelmus Malmesburiensis. Quæ autem ei in itinere contigerint, quibus ejus sanctitas est declarata, ab eodem Osberto sic accipe: (a) *Anno autem Domini millesimo sexto, ab adventu Anglorum in Britanniam quingentesimo septuagesimooctavo, anno sua ætatis quinquagesimosecundo Elphegus Archiepiscopus Cantuariensis effectus est. Cumque iter versus Romam pro pallio habendo arripperet & quoddam oppidum hospitandi gratia intraret, oppidani hominem incognitum videntes, & avaritia sua consulentes, in domum irrumpunt, res ejus diripiunt, cumque omni suppellectile privatum verbis & verberibus exire compellunt. At ille injurias suas leniter ferens, suorum vero mediocriter doleas, via qua venit regreditur. Necdum ab oppido longe recesserat, & ecce horrenda voces mœnia corripiunt, qua civibus & ædificiis celerem minatur ruinam. Nec mora, vorax flamma oppidum consumere cœpit: cumque ignis vehementer excresceret, nec evadendi spes aliqua fuisset, virum sanctum adeunt, fatentur delictum, veniam petunt. Mox Sanctus ille compatiens, preces ad Dominum fudit, & ignis molestia protinus extincta cessavit. Restitutis ergo Episcopo rebus suis, acceptoque a Papa pallio, domum prospere repedat.* Hucusque Osbertus. Addit Wilelmus: (b) *Romæ cum esset Elphegus, excessum successores sui, nemine (ut aliter dictum est) afferente vidit, & annotavit.* Erat iste Kenulphus Burgensis Abbas, qui Episcopatum Wentanum, quem tenuerat Elphegus, pessima nundinatione, malisque artibus fuerat consequutus.

S. Elphegus a Joanne PP. pallium accipit.

(a) Osbert. in vita S. Elphegi apud Sur. tom. 2. die 19. Apr.

(b) Vuilel. de gest. Angl. l. 2.

PAGIUS

homo ille; ac non longe post audisset, apostatam illum a populo combustum. *Ob hoc igitur veniens Romam cum appropinquaret portæ Civitatis, exutus propria indumento, spinisque circumdatus in utroque latere verberari acriter, ac duci verberando se fecit, publice spectante populo in Ecclesia B. Petri Apostoli*, facta ibi confessione lachrymabili, & post hæc semel & iterum ob eandem causam Romam profectus est, cœpitque Dei gratia se in eo per signa ac miracula alterius declarare.

III. Anglia a Danis afflicta.

Dani iterum in Angliam ad eam deprædandam reversi sunt: *Anno sexto* (post millesimum, inquit Hantindoniensis pag. 360.) *cum Suain* (Danorum Rex) *vir audacissimus cum magna classe redisset ad Sanvvic; quem semper comitabantur tres socia, prædatio, combustio, occisio, fremuit omnis Anglia, & commota est, velut arundinetum Zephiro vibrante, collisum. Quocumque autem pergebant; quæ parata erant, hilariter comedentes cum discederent in retributionem procurationis reddebant hospiti cædem hospitio flammam.* Auxit miseriarum cumulum intestina discordia: cum quasi non sufficeret *Danus* ad fundendum sanguinem, *Anglus* in Anglorum jugulum arma convertit: *Dux perfidus Edricus* inquit Florilegus ad hunc Christi annum, *Ducem nobilem Æthelstanum, apud Salosberiam, ad magnum, quod præparaverat, convivium invitavit: ad quod cum invitatus venisset, quarta convivii die ipsum in sylvam venatum duxit; ubi, cunctis circa venationem occupatis quidam carnifex, nomine Godwinus, quem Eadricus antea donariis corruperat: ex insidiis subito prosiliens, Ducem Æthelstanum nefarie nimis peremit. In cujus rei ultionem, duo filii ejus, jussu Regis Æthelredi excæcati sunt.*

I. SEquitur annus Redemptoris millesimus septimus, indictione quinta inchoatus, quo Henricus Rex de futuro Imperio prædictionem accipiens subobscuram, ipse mortis responsum se accepisse putans, cum impletum fuit postea vaticinium, tunc sensit, quod antea non percepisset. Res gesta in vita S. Vvolfgangi, de quo superius, ita describitur: (a) *Henrico Regi, antequam esset Imperator, sanctus Vvolfgangus apparuit dormienti. Videbatur ille sibi in sancti Emmeranni Ecclesia esse, atque orandi causa beati Vvolfgangi adire sepulcrum: ibi vero Deum & S. Vvolfgangum orans, visus est sibi videre eum astare, & hunc in modum ipsum appellare. Aspice diligenter characteres in muro, qui est apud tumulum meum, exaratos. Vidit ille, nec aliud legit, quam POST SEX. Expergefactus vero, summopere incumbebat ad earum dictionum apprehendendam significationem. Primum igitur suspicatus, se post sex dies moriturum, multa largitus est pauperibus. At sex evolutis diebus, cum nihil in corpore sentiret molestiæ, ad sex menses attinere arbitrabatur, inque se obiturum credebat. Sed neque tum male se valere sentiens, ad sex annos earum dictionum significationem retulit. Porro sex annis jam expletis, septimo anno a Pontifice Maximo Imperator unctus est. Atque tum demum animadvertens, quid sibi ea verba vellent, gratias egit Deo & beato Vvolfgango, quod sibi revelare dignatus esset, ea se dignitate potiturum.* Hæc ibi.

(a) *Vit. S. Vvolfg. c. 29. apud Sur. die 31. Octob. tom. 5.*

Henrico Regi S. Vvolfgangi Oraculum de Imperio.

II. Est hic item annus, quo in Galliis super candelabrum extulit Deus lucernam ardentem atque lucentem, cum virum sanctitate atque doctrina insignem Fulbertum, ex monacho monasterii S. Petri apud Carnutum, assumpsit in Episcopum Ecclesiæ Carnotensis. Licet autem Demochares id factum affirmet anno salutis millesimo decimoseptimo; tamen epistola ejusdem (b) Fulberti, quam scripsit ad Leuthericum Archiepiscopum Senonensem anno sequenti de Inventione sacrarum reliquiarum jam proxime ipsum fuisse ab eo consecratum Episcopum tradit. Porro eas reliquias inventas esse anno Christi millesimo octavo, Glaber affirmat (c); nosque de iis suo loco agemus. Prædicat idem (d) Glaber hujus temporis scriptor, Fulbertum virum sapientissimum, Præsulem incomparabilem. Fuisse quidem ipsum vita sanctissimum, atque prophetiæ spiritu imbutum, testatus est Gullerinus, ex quo Vincentius (e) Bellovacensis descripsit. Quod enim omnium sui temporis doctorum doctissimus prædicaretur, ad illum confluere consueverunt omnes, qui eum de rebus dubiis interrogarent Episcopi, atque etiam ipse Robertus Rex Francorum, quod scriptæ ab eo ad diversos epistolæ docent.

Fulbertus creatur Episcopus Carnotensis.

(b) *Fulb. ep. 3.*

(c) *Glab. l. 3. c. 6.*

(d) *Id. l. 4. c. 4.*

(e) *Vincent. hist. l. 25. c. 15.*

Hic igitur ubi est creatus Episcopus, & pericula imminentia experiri cœpisset, anceps totus quid sibi agendum esset, cedere an manere; cecinit Christo Deo hymnum, quem in codice Vaticano inter ejusdem Fulberti epistolas latitantem, nempe post epistolam trigesimamoctavam, hic tibi in commendationem pietatis ipsius describendum putavimus. Sic se habet: III.

Angele consilii magni, te consulo, Christe,
Mi factor, mea vita, salus, fiducia sola,
Da mihi consilium, & votum, viresque sequendi.
Ambiguo quid agam; quo tandem fine quiescam.
Nunc vereor temere suscepto pontificatu Ser-

Preces Fulberti ad Deum de munere Episcopali.

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hisp. MXLV. Anno Hegiræ CCCXCVIII. inchoato die 16. Septemb. fer. 3. A.C. 1007 I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6500.

☉ 3. D. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1007.

JOANNIS XVIII. PAPÆ 5.

HENRICI II. REG. 6.

BASIL. & CONST. IMPP. 32.

AD num. II. Fulbertus, ut communiter recentior Historici tradunt, hoc anno consecratus fuit Episcopus Carnotensis, & quidem a Leotherico Senonensi Archiep. ut ipsemet Epist. XXIII. indicat: *Multum amoris atque fidelitatis tibi, Pater, me debere censeo, per cujus manum a Deo benedictionem & sacram unctionem accepi: unde animus meus ita pendet ex tuo, ut quidquid te justa ratione aut contristat, aut hilarat, idem me, si rescifcam, simili modo afficiat.* Factus Episcopus a docendo non destitit, scholamque habuit discipulorum, undequaque confluentium frequentia pernobilem; quamobrem Adelmannus in Epistola ad Berengarium eam vocat *Academiam*. Hujusce Viri complures, insignesque, tum Clerici, tum Monachi discipuli fuisse perhibentur: imprimis *Olbertus* in Lobiensi cœnobio educatus, deinde Trecis, Parisiis & postremo Carnuti literis imbutus, postea Burchardi Episcopi Wormatiensis magister. His adde *Angelramnum* Picardum, Centulensis Monasterii monachum, de quo in Chronico Centulensi lib. 4. cap. 8. di-

Fulbertus fit Episc. Carnoten.

Strenuus ovibus mage quam prodesse, nocere.
Atque ideo puto cedendum melioribus esse.
Nunc recolens quia non opibus, neque sanguine fretus
Conscendi cathedram pauper de sorde levatus:
Arbitror hoc a te factum, sicut tuus est mos:
Nec mutare locum, nisi significaveris, ausim
Quamvis hoc laesa moneat mens conscia vitae.
Tu scis, sancte Pater, quid sit tibi gratius horum,
Utilimsque mihi. Precor unde tuam pietatem,
Ut mihi digneris hoc inspirare labanti.
Consilium, praesensque juves ad perficiendum.

Hæc Fulbertus cum a suscepto muneia se abdicare magis in votis haberet, sed manere, Dei vocatione sibi esse videretur astrictus.

Inter grandia mala, quæ Dei Ecclesiam infestarent, illud plane fuit, quod molestius vir sanctus accepit, nimirum, quod passim sibi laici occupassent ecclesiastica beneficia. Ad quem extirpandum altaradice jam fixum pravum usum, plurimum laboravit. Egit de his primum cum Francone Episcopo Parisiensi, ad quem scribens habet hæc inter alia: (a) *Usumfructum vero altarium, quem tui antecessores laicis tradiderunt, ut alendis debilibus publica voce destinare suadeo; tum ne quis illis inde fraudet aliquid, exterminari: & si qui in hanc fraudem ieruperunt, sicut fures sacrorum, & occisores pauperum anathemate condemnari. Ne verearis, quæso, homines innocenter * offendi propter Dominum &c.* Ad quod fortiter præstandum absque timore potentium pluribus cohortatur. Quam vero exclamaverit in eumdem, cum jam creatus Parisiensis Episcopus, ad eum scribens, ut beneficia laicis e-

(a) Fulb. ep. 22. Cod. Vat. 56.

* f. offendere.

tiam concederet, suaderet accipe ex brevi epistola ad eum reddita, quæ sic se habet: (b)

(b) Id. ep. 42. Vat. 38.

V. Fulbertus redarguit Franconem Paris. Episcopum.

Venerabili Parisiorum Episcopo Franconi Fulbertus humilis sacerdos. Doleo super te, charissime, cum te a pristina virtute apostatare video. Olim apud me conquerebaris de tuo antecessore, qui sacrilega temeritate altaria laicis in beneficium dederat: nunc mihi suades, ut ego similiter faciam. O cælum! o terra! Quid clamem? aut quid tuis meritis digno modo te objurgare possim? Sed compesca nunc ferventes animi mei fluctus, donec te præsentialiter exquisitis increpationum tormentis excruciem. Vale interim. Audisti Dei sacerdotis exæstuantem zelum in remissum & timoris algore torpentem Episcopum? At qui eo verborum suorum tonitru Episcopum primariæ civitatis perterruit: quid in potentissimum Principem, Comitem nimirum Andegavensem, ut Joannes alter, libero ore promat, audi. Extat hæc ad eum rerum ecclesiasticarum invasorem epistola, inter alias ad eum data (c).

(c) Id. ep. 83. Cod. Vat. 23.

VI. Fulco Comes Andegavensis a Fulberto monetur.

Fulbertus Carnotensium humilis Episcopus Fulconi Comiti salutem. Doleo super te, nobilis homo, cum te audio errare & periclitari. Errare dico, quia cum debeas Deum timere, Sanctos honorare, Ecclesiam defendere; contemnis Deum, Sanctos inhonoras, res Ecclesiæ invadis & aufers: Periclitari, quoniam qui talia agunt, non habent partem in regno Dei. Propter hæc peccata monuit Archiepiscopus Turonensis omnes Episcopos nostros, & inter alios me pusillum ut te excommunicaremus. Sed ego censui piam esse, ut te prius monerem, & deprecarer, ut habeas misericordiam de anima tua, placans Deum; jam enim prope est tuus finis. Festina igitur, quæso, reconciliari Christo Salvatori nostro: quia non est salus homini nisi per ipsum. Tene in memoria verbum hoc: Qui confitendo & pœnitendo finem facit peccatis suis antequam moriatur: finem habebit in altero sæculo pœna ipsius. Et

PAGIUS 2. dicitur *quia in discendo multum gliscebat recepta a patre nomine Ingehardo non minima reverentia digno licentia longe seposita servatur est Scholarum Magisteria. more scilicet prudentissima apis, qua circuit diversorum florum arbusta, ut mellis dulcore sua repleat receptacula. Denique multorum experientia probatum & liberalibus studiis ornatissimum Civitatis Carnotena venerabilem Episcopum ac multo honore vocitandum* FULBERTUM *praeceptorem adeptus est atque didascalum. Hic ei monitor, hic tam morum quam literarum fuit institutor. Gaudebat venerabilis Præsul de tanti discipuli solatio, relevabatur tam idonei auditoris industria atque ingenio. Tandem igitur Grammatica, Musica atque Dialectica optime instructum Centulum remittit tyronem amicissimum, jam tunc Sacerdotio ornatum, quem velut grandem thesaurum recipit pia congregatio Centulensium.* Eumdem Fulbertum sub extrema Episcopatus sui tempora audivere *Adelmannus* Clericus Leodiensis, & *Berengarius* Turonensis, multique alii percelebres: adeo ut quandiu Fulbertus vixit, nulla in Francia Schola celebrior fuisse videatur, quam Carnotensis, ut inquit Bulæus in Hist. Universit. Parisiensis Sæc. II.

II. *Moritur Harigerus Abbas Laubiensis.*

Hoc anno *Harigerus* Laubiensis Abbas, postquam Monasterium illud pie prudenterque per annos septemdecim rexisset, e vivis excessit: *Obiit Fulcuinus Abbas*, inquit Continuator Chronici Laubiensis, *anno dominicæ Incarnat. CMXC. Post hunc Herigerus substitutus est, cujus virtutum dotes describere superfluum puto;*

qui peccatis mortalibus pœnitendo non facit finem, pœna ipsius erit sine fine. Evigila igitur propter temetipsum, sicut homo in proximo moriturus, & reconciliare Christo, ne moriaris Apostolica auctoritate damnatus. Vale, & remanda mihi velociter atque veraciter voluntatem tuam. Hactenus ad Fulconem Comitem ipse, nec frustra: nam de Fulcone isto, homine perinfenso Archiepiscopo Turonensi, quod ab ipso redargueretur ob Ecclesiæ bona violenter ablata, (a) Glaber agens, deque eodem plura narrans, ipsum post scelera pœnitentem post tertiam profectionem Hierosolymam, diem obiisse tradit. Cujus hæc sunt verba: (b) *Fulco Andegavorum Comes, de quo superius quædam retulimus, ter Hierosolymam jam perrexerat, veniensque Metensem urbem, ibidem obiit. Cujus corpus Lucnacense ad monasterium, quod ipse construxerat, delatum est, atque in eodem sepultum honorifice.* Fulberto igitur moralis jure corona debetur, qui hoc sæculo primus repertus superasse muros Babylonicæ civitatis, cujus Principes tyrannica violentia jura Ecclesiastica occupassent.

(a) Glab. lib. 2. c. 4.

Fulconis Comitis pœnitentia.

(b) Id. l. 4. c. & super. l. 2. c. 4.

VII. Accidit insuper inter hæc, ut cum idem Fulbertus acerrimus propugnator Ecclesiæ jurium, Rudolphum Comitem sacrilegum invasorem, ob necem illatam clerico suo, anathemate condemnasset; & illum pro absolutione Romam profecturum audisset ad Joannem Pontificem has litteras daret (c):

(c) Fulb. ep. 2. in cod. Vat. 5. ex quo aliqua sunt emendata.

Domino sancto & universali Papæ Joanni Fulbertus Carnotensium humilis Episcopus orationum fidelia. Gratias omnipotenti Deo, qui more benignitatis suæ tuam, Pater, humilitatem respexit, & summo, ut decebat, dignitatis apice sublimavit. Proinde totus mundus ad te convertit oculos, teque unum omnes beatissimum prædicant. Contemplantur altitudinem tuam sancti viri, & gaudent, quod eis similitudine omnium virtutum alludis. Respiciunt persecutores Ecclesiæ, districtiones tuæ baculum formidantes: suspiciunt ii qui flagellantur ab impiis, & respirant, sperantes adhuc restare sibi consolationis remedium. De quorum numero sum ego magnæ & præclaræ Ecclesiæ pusillus Episcopus, qui tibi, Pater, de angustiis meis querimoniam scribens, auxilium tuæ virtutis imploro.

Fulberti Epist. ad Joannem Pap. contra Rudolphum Comitem.

VIII. *Est enim quidam Comes malefactor, nomine Rudolphus, nimium vicinus nobis, qui res Ecclesiæ nostræ per injustam occasionem invasit, unum de clericis nostris suis manibus interfecit; duos alios captos sacramentis illigavit. Et de his omnibus appellatus in Curia Regis, & coram plena Ecclesia sæpe vocatus, nec propter hominem, nec propter Deum ad justitiam venire dignatus, a nobis tandem excommunicatus est. Nunc vero ad Limina S. Petri contendit, tamquam ibi possit accipere de peccatis absolutionem. Unde rogamus te, dilectissime Pater, cui totius Ecclesiæ cura commissa est, ut eum de sanguine, atque injuria filiorum tuorum ita arguere & castigare memineris, sicut meritum esse tua providentia novit. Nec tua sanctitas injuste in communionem recipiat, quem divina auctoritas sicut Ethnicum alienat. Vale bone pastor, evigila super nos, ne per incuriam tuam grex Domini detrimentum sustineat.* Hucusque Fulbertus ad Joannem Pontificem: quæ hæc secuta sint, ignoramus.

Hoc eodem anno, qui numeratur quintus ab obitu Ottonis Imperatoris, moritur Ratisponæ in Bavaria sanctus Romualdus Abbas S. Emmeranni, cujus fere-

PAGIUS

to; cum apud exteros etiam, & vita & scientia clarus extiterit. Scripsit gesta Pontificum Leodiensium, &c. Congessit etiam contra Radbertum multa Catholicorum Patrum scripta de Corpore & Sanguine domini. Obiit in senectute bona anno Incarnat. Dominicæ MVII. pridie Kalendas Novembris. Harigeri Leodiensium Episcoporum Historia in Sancto Remaclo finita, ab Anselmo Canonico Leodiensi, illo annis quinquaginta juniori, continuata fuit. Liber vero *de Corpore & Sanguine domini*, primum a Ludovico Cellotio ad calcem Historiæ Gottescalci sub Anonymi nomine publicatus, tandemque a Mabillonio in Præfatione ad partem II. Sæc. IV. Benedict. § 2. *Herigero* genuino ejus parenti certis argumentis restitutus, qui & docte explicat, qua in re versaretur controversia *Paschasium* inter & *Herigerum* exorta, ac utrumque in reali Christi Corporis in Sacramento præsentia inter se convenisse, & contentionem illam in vocum pugna sitam fuisse docet. De libris ab Harigero seu Herigero editis legendus etiam Oudinus in Supplem. de Script. Ecclesiast.

III. *Anno millesimo septimo*, inquit Hovedenus part. 2. Annal. pag. 430. *Rex Anglorum Egelredus Primatum suorum consilio nuncios ad Danos legans, eis mandavit, quod sumptus & tributum eo tenore illis dare vellet, ut a rapinis desisterent, & pacem cum eo firmam tenerent, cujus postulationi consenserunt, & ex eo tempore de tota Anglia sumptus illis dabatur, & tributum, quod erat 36000. Librarum, illis persolvebatur. Quo etiam anno Rex Egelredus Edricum quendam* (de quo anno superiori locuti sumus) *cognomento Streone Merciorum constituit Ducem, qui licet Regis filiam Edgitam in conjugium habuisset, tamen multimoda versutia perfidus, & patriæ proditor, & publicus hostis, ut in sequentibus apparebit, frequenter expertus, dignum quandoque sub Rege Cnuto fraudium suarum finem sortitus est.* His addit Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Reg. Angl. cap. 10. *Rex interea strenuus & pulchre ad dormiendum factus, tanta negotia postponens oscitabatur, & exagitabant illum umbræ fraternæ* (nempe Sancti Eduardi ab eo trucidati) *diras exigentes inferias.*

Angli Danorum tributarii sunt.

Quæ

retro Henricus suppofuit humerum ad portandum, qui postea, ut dicetur, creatus est Imperator. Hæc pluribus Arnolphus Comes libro posteriori (a) miraculorum S. Emmeranni.

(a) Extat to. 2. ant. lect. a Canisio collect.

An-

PAGIUS *Quis possit enumerare, quoties exercitum congregaverit? quoties naves fabricari jusserit? quoties Duces undecumque vocaverit, & nihil horum unquam processerit?*

I. ANnus salutis octavus post millesimum incipit Indictione sexta, quo pluribus in locis contigit sacras inveniri reliquias. Testatur id rerum sui temporis scriptor Glaber, qui ait: (a) *Candidato, ut diximus, innovatis Ecclesiarum basilicis universo mundo, subsequenti tempore, id est, anno octavo infra prædictum millesimum humanati Salvatoris annum, revelata sunt diversorum argumentorum indiciis, quorsum diu latuerunt, plurimorum Sanctorum pignora. Nam veluti quoddam resurrectionis decorumen præstolantes, Dei nutu Fidelium obtutibus patuere, quorum etiam mentibus plurimum intulere solamen. Hæc enim revelatio primitus in Senonica Galliarum urbe apud Ecclesiam beati martyris Stephani dignoscitur cœpisse: cui etiam præerat Archipræsul Leothericus, a quo scilicet admirandu relatu reperta sunt, ibi antiquorum sacrorum insignia. Quippe inter cætera perplura quæ latebant, dicitur virga Moysi invenisse partem. Ad cujus rei famam convenerunt quique Fideles, non solum ex Gallicanis provinciis, verumetiam ex universa pene Italia, ac de transmarinis regionibus: similque ægrotantes non pauci Sanctorum interventu exinde redierunt incolumes*. Hæc de his Glaber.

(a) Glab. l. 3. c. 6. Reliquiæ SS. pluribus in locis inventæ.

Extat de his Fulberti Episcopi Carnotensis epistola ad eumdem Archiepiscopum Senonensem, quæ sic se habet: (b) *Dilectissimo patri & Archiepiscopo suo Leutherico Fulbertus Dei gratia Carnotensium Episcopus orationis suffragium. Multum amoris, atque fidelitatis tibi, pater, me debere censeo, per cujus manum a Deo benedictionem & sacram unctionem accepi. Unde animus meus ita pendet ex tuo, ut quidquid te justa ratione aut contristat, aut hilarat, idem me, si rescivero, simili modo afficiat. Congratulor itaque tibi super inventis sacris: & Deo, qui ea tempore tuo revelare maluit, pronus gratias ago*. Subiicit de quibusdam adversis, quibus tristatus fuerat. Extant ejusdem Fulberti ad ipsum aliæ plures epistolæ, sed illa brevior, respersa salibus, qua eum non incedentem recto pede redarguit. Sic se habet: (c)

(b) Fulbert. ep. 3. Fulbertus ad Archiep. Senon. de inventione reliquiarum.

Charissimo patri & Archiepiscopo suo Leutherico Fulbertus Episcopus: Proreta navis regiæ cautus & circumspectus esto: terreni spiritus insolenter assibilant: fluctus hujus sæculi intumescunt: promontoria mundanæ potestatis pericula minantur, & mortes: more piratarum insidiantur hypocritæ. Inter hæc omnia tendendum ad portum cœlestis patriæ. Noli ergo tute ipse tibi bithalassum dubietatis ac duplicitatis in corde tuo miscere: simplex est enim via Domini, & qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Si de via legis divinæ qualibet occasione seductus aberraveris, in tartaream charybdim naufragus demergeris. Regat te manus valida omnipotentis Domini. Vale. Hic ille Leuthericus, quem reprensum a Roberto Rege ob pravas ab eo cœptas disseminari opiniones, dictum est superius. Cæterum consuevisse ipsum Leuthericum consulere Fulbertum, plures ejusdem Fulberti epistolæ docent, quibus ad ejus consultationes ipse respondit: ut appareat, non tam ea ingenii acumine, quam ex vana præsumptione ipsum aliquando de Catholica Fide male sensisse.

(c) ep. 7. III. Fulberti epistola ad Leuthericum.

Hoc eodem anno S. Bruno Apostolus Prussorum martyrium est consecutus. Quomodo autem ista se habuerint, Ditmarus consanguineus ejus & condiscipulus ita describit: (d) *Fuit quedam* Bru- IV.

(d) Ditm. l. 6.

PAGIUS SÆC. XI

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6500.

☉ 9. DC. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1008.

JOANNIS XVIII. PAPÆ 6.

HENRICI II. REG. 7.

BASIL. & CONST. IMPP. 33.

Anno Eræ Hisp. MXLVI. Anno Hegiræ CCCXCIX inchoato die 5. Septembres. 1. A. C. 1008.

I. S. Bruno Russorum Apostolus.

AD num. IV. & seq. Refert Baronius ex Ditmaro Episcopo Merseburgensi post decennium demortuo, Martyrium *Sancti Brunonis* Archiepiscopi, & XVIII. Sociorum in Prussia. Ait Ditmarus, *Brunonem* conscholarem suum ab Ottone III. postquam liberaliter educatus fuit, optime exceptum esse, sed non multo post solitariam vitam quæsivisse. Regnante vero secundo Heinrico a *Tagmone* Archiepiscopo Magdeburgensi consecratus fuit Episcopus. Dein ad lucrum animarum, laborem grandis & diversæ viæ subiit. *Duodecimo anno conversionis suæ* ad Prussiam perrexit. *Cum itaque in prædicta regionis* (nempe Prussiæ) *confinio & Ruscia, primo ab incolis prohiberetur, & plus evangelizans capitur, & XVI. Kalend. Martii decollatur, cum decem & octo suis sociis. Quorum corpora insepulta jacuerunt, quoadusque Bolizlavus ipsa mercatus est*. Hæc summarie ex Ditmaro excerpta. Hic autem Prussos & Russos vicinos esse dicit, quod confirmat Helmoldus in Chronico Sclavorum lib. c. qui *Pruzorum* nomine etiam Livoniam ac Samogitiam complectitur, & cis mare Scyticum, primos ab Oriente *Ruzos* locat, dein Polonos, *qui a Septentrione*

S. Brunonis Episc. & sociorum martyrium. *Bruno nomine, contemporalis & conscholasticus meus, ex genere clarissimo editus, sed divina miseratione, præ cæteris parentibus inter filios Domini electus. Hic ab Ida venerabili matre sua unice dilectus, magisterio Giddonis philosophi traditur, & omne quod habere debuit, cum abundantia suggeritur. Hujus pater erat Bruno, senior egregius & per cuncta laudabilis, amicus mihi consanguinitate, & omnibus erat proximus familiaritate. Filius autem ejus & æquivocus cum mane ad scholam ire debuisset, antequam ab hospitio exiret, veniam petiit, & ludentibus nobis, in orationibus fuit: otio negotium præposuit, & sic fructificans, ad maturitatem pervenit. A Tertio desideratur Ottone & suscipitur, quem non longe post deserens, solitariam quæsivit vitam.*

V. S. Bruno Apostolatum accepit concessione Papæ. *Is vero post mortem gloriosissimi Imperatoris, regnante tunc Secundo, Domini gratia, Henrico, ad Merseburg veniens, benedictionem cum licentia domini Papæ Episcopalem ab eo petiit, & ejus jussione ab Archiepiscopo Tagmone consecrationem, & quod ipse detulit huc, pallium ibidem suscepit. Dehinc ob lucrum animæ laborem subiit diversæ ac grandis viæ, castigans corpus inedia & crucians vigilia. Multa a Bolizlavo, cæterisque divitibus bona suscepit, quæ mox ecclesiis, ac familiaribus suis & pauperibus, nihil sibi retinendo divisit. In duodecimo conversionis, ac inclytæ conversationis suæ anno ad Prussiam pergens, sterilas hos agros semine divino studuit fœcundare; sed spinis pullulantibus, horrida non potuit facile emollire. Tunc in confinio prædictæ regionis & Russiæ, cum prædicaret, primo ab incolis prohibetur, & plus evangelizans, capitur, deindeque amore Christi, qui Ecclesiæ caput est, decimosexto Kal. Martii, mitis ut agnus decollatur cum suis decem & octo. Corpora tot Martyrum insepulta jacuerant, quoad Bolizlavus id comperiens, eadem mercatur, ac domui suæ futurum acquisivit solatium. Facta sunt autem hæc in tempore serenissimi Regis Henrici, quem Dominus omnipotens triumpho tanti Præsulis honorificavit, & ut multum spero, salvavit. Pater autem prædicti Antistitis longe post infirmatus (ut ipse mihi narravit) præcepto filii monachicum suscepit habitum, & XIV. Kal. Novembris in pace quievit.* Hucusque Ditmarus. Marianus Scotus, qui hoc sæculo vixit, itidem affirmat, hoc anno eum esse martyrio coronatum, passum nimirum abscissionem manuum ac pedum, postremo capite plexum. Sigebertus vero ponit anno sequenti martyrium ejus, sed Urspergensis Mariano consentit. Agitur de eodem Martyre in Romano Martyrologio decimaquinta Octob. (puto tempore, quo facta est translatio) hoc elogio: *In Prussia sancti Brunonis Episcopi Ruthenorum & martyris, qui Evangelium in ea regione prædicans, ab impiis captus, manibus pedibusque præcisis, capite truncatus est.* Hæc ibi: ut nulla sit dubitatio, hunc eumdem esse cum illo, quem in Prussia passum vidimus. Porro usurpatam vocem, Prussiam, pro Russia, frequenter invenimus.

Non

PAGIUS *ne Pruzos habeant, ab austro Boemos.* Prussi circa annum MCLXX. quo Helmoldus Chronicon suum absolvit, *necdum lumen fidei cognoverant*, inquit Helmoldus cap. 1. Legendus Bollandus ad diem XIV. mensis Februarii, ubi de Sancto Brunone & Sociis differit.

II. In Prussia Martyrio coronatur. Bollando in mentem non venit legere quæ Ademarus, qui hoc tempore floruit, in Chronico de Sancto Brunone scripsit, quæ ideo refectis non necessariis hic referam [1] *Erant*, inquit, *Ottoni III. duo reverentissimi Episcopi, sanctus videlicet Adelbertus, & sanctus Brunus Episcopus de civitate Osburg* (idest, Augustæ) *qua est in provincia Bojoaria, consanguineus ejusdem Imperatoris. Adalbertus parvus statura, Sanctus Brunus procero corpore erat. Ille abiit in Pollianam provinciam, & prædicare cœpit Evangelium. Quod exemplum ejus secutus Brunus Episcopus petiit Imperatorem, ut pro eo juberet consecrari in sede sua Episcopum, quem elegerat, nomine Odolricum. Quo facto & ipse humiliter abiit in Provinciam Ungriam* (idest Hungariam), *quæ dicitur Alba-Ungria, ad differentiam alterius Ungria nigra, pro eo quod populus est colore fusco velut Æthyopes. Sanctus Brunus convertit ad fidem Ungriam provinciam, & aliam, quæ vocatur Russia: Regem Ungriæ baptizavit* (ut suo loco diximus). *At Sanctus Brunus cum ad Pincenatos* (idest, Prussos) *properavisset, & Chri-*

NOTÆ [1] Miratur P. Janningus in Addit. ad Acta SS. Junii tom. 1. col. 291. P. Pagium induxisse locum Ademari, qui coævus licet, longe tamen adeo a Prussia Rusiaque aberat, utpote Aquitanicus Scriptor, ut nihil quidquam certi scire de rebus ibidem gestis potuerit. Porro in multis hic peccat Ademarus & Pagius cum illo, nempe quod Episcopum illum Augustæ constituerit, cum e coævis Scriptoribus, & præsertim e Ditmaro chronographo, & ex Annalista Saxone constet Episcopum fuisse Apostolicum, nullius scilicet diœcesis; atque insuper toto eo tempore quo S. Bruno vixit nullus Augustensis Episcopus Brunonis nomine fuit. Peccat insuper in eo, quod perrexisse S. Brunonem in Hungariam dicit, qua de re nihil apud Germanos illos coævosque Scriptores. In aliis sane multis ibi peccat Ademarus, ut ibidem demonstrat P. Janningus. Non est igitur cur in Baronii Critica Ademari authoritas adhibeatur. MANSI

VI. Non longe ab hoc tempore, & forsitan eodem anno contigisse apparet martyrium S. Bonifacii, qui & ipse Russis Evangelium prædicavit, accepto, sicut Bruno, Apostolatu a Romano Pontifice, hoc inveniet, qui res gestas S. Romualdi, scriptas a Petro Damiani perlegerit, tempusque observaverit, quo ad eum nuntium de ipsius martyrio est perlatum. Hujus Apostolatus exordia cum scripserimus ex Petro Damiani, Tomo superiori; hic jam quæ reliqua sunt usque ad consummatum martyrium, prosequamur ex eodem auctore, qui ait: (a) *Cumque ad Regem Russorum vir venerabilis pervenisset, & constanti animo prædicationi vehementer insisteret: videns eum Rex squalidis vestimentis indutum, ac nudis pedibus incedentem, opinatus est, quia, vir sanctus talia non religionis causa perferret, sed ideirco potius ut pecuniæ congregaret.* Promisit igitur ei, *ut si ab ista vanitate recederet, ipse paupertatem ejus largissima divitiarum liberalitate ditaret. Verum Bonifacius mox ad hospitium sine mora revertitur, pretiosissimis pontificalibus ornamentis decenter induitur, & sic ad Regis palatium denuo præsentatur. Rex autem, videns eum tam decoris vestibus adornatum, ait: Nunc scimus, quia te ad vanam doctrinam non paupertatis inopia, sed veritatis impulit ignorantia. Veruntamen si vis vera credi quæ asseris: erigantur duæ excelsæ lignorum catastæ, brevissimo a se interstitio separatæ, & igne supposito, cum vaporatæ fuerint, ita ut utrinsque struis unus esse ignis videatur, tu transi per medium. Quo si læsus ex aliqua parte fueris, ipsis te penitus consumendum ignibus tradimus; sin autem (quod credi non potest) sanus evaseris; omnes nos Deo tuo absque difficultate credemus. Cumque hoc fœdus non solum Bonifacio, sed & cunctis qui aderant, gratibus placuisset: Bonifacius ita vestitus, ut Missarum solemnia celebraturus, prius cum sanctificata aqua, & incenso thure undique perlustrans ignem, dein stridentes flammarum globos ingressus, ita exivit illæsus, ut nec minimus capitis ejus capillus videretur exustus. Tunc Rex, & cæteri, qui huic spectaculo interfuerant, catervatim se ad pedes beati viri projiciunt, indulgentiam lacrymabiliter petunt, & baptizari se instantissima supplicatione deposcunt. Cœpit itaque tanta gentium multitudo ad baptisma confluere, ut vir sanctus ad spaciosum quemdam locum pergeret, & in ipsa aquarum abundantia populum baptizaret. Decrevit autem Rex, ut regnum relinquens filio, ipse quamdiu viveret, a Bonifacio nullatenus separaretur.*

(a) Petr. Dam. in vita Romualdi c. 29. & 30.

S. Bonifacii in prædicatione progressus.

Russi baptizantur a S. Bonifacio.

VII. *Frater autem Regis cum ipso pariter habitans, dum nollet credere, absente Bonifacio, ab ipso Rege interemptus est. Alius vero frater, qui jam a Rege erat cohabitatione divisus, cum ad eum vir venerabilis venit, audire verbum ejus noluit: sed de conversione fratris arma adversus eum ira succensus, continuo comprehendit. Deinde timens, ne si vivum teneret, Rex eum de manu ejus eriperet, in sua præsentia, circumstante non parva hominum multitudine, decollari præcepit. Statim vero & ipse cæcatus est, & tantus eum cum omnibus, qui astabant, stupor oppressit, ut nec loqui, nec audire, nec aliquod humanitatis officium agere aliquatenus possent; sed cuncti veluti lapides, rigidi & immobiles permanerent. Rex autem hoc audiens, nimio dolore perculsus, omnino deliberat non solum fratrem occidere, sed & cunctos, qui tanti reatus fautores extiterant, gladiis trucidare. Sed cum illuc protinus advenisset, & corpore Martyris adhuc in medio posito fratrem simul cum reliquis hominibus sine sensu & motu stupefactos astare conspexerit: hoc sibi cum suis omnibus placuit, ut prius pro eis oratio fieret, si forsitan illis divina misericordia sensum quem abstulerat, reformaret. Deinde si acquiescerent credere, indulto crimine viverent: sin autem, omnes ultoribus gladiis interirent. Cum igitur & ab ipso Rege, & a cæteris Christianis diutius esset oratum, non solam*

Martyrium S. Bonifacii Apostoli Russiæ.

prior

PAGIUS *& Christum prædicare cœpisset illis, passus est ab eis, sicut passus fuerat S. Adalbertus. Nam Pruceni diabolico furore sævientes, viscera omnia ventris per exiguum foramen lateris ei extraxerunt, & fortissimum Dei martyrem perfecerunt. Corpus ejus Russorum gens* (non vero *gener*, ut Tom. II. Biblioth. Labbeanæ pag. 168. mendose legitur) *magno pretio redemit, & in Russia Monasterium ejus nomini construxerunt, magnisque miraculis coruscare cœpit. Post paucos dies quidam Græcus Episcopus in Russiam venit, & medietatem ipsius provinciæ, quæ adhuc idolis dedita erat, convertit, & morem Græcum in barba crescenda, & cæteris exemplis eos suscipere fecit.* Ubi Ademarus de partibus Rossiæ, quæ Prussis vicinæ erant intelligendus videtur, & in hoc differt a Ditmaro, quod hic sacras Reliquias a Boleslao, ille vero a Russis emptas tradat.

III. A num. VI. ad IX. Petrus Damiani in Vita Sancti Romualdi cap. 8. juxta editionem Bollandi, ad diem VII. Februarii, quo Sanctus Abbas colitur, recitat Martyrium *Sancti Bonifacii* unius ex Sancti Romualdi discipulis, Russorum Apostoli, aitque Bonifacium habuisse equum egregium, *quem sibi Buselavi Sclavonici Regis filius dederat, factus ab eo Monachus*; ubi *Buselavi* nomine *Boleslaum* cognomento *Chabri* secundum Poloniæ Regem seu potius Ducem Christianum sine dubio in-

S. Bonifacius in Russia Martyrium fecit.

tel-

prior sensus stupefactis hominibus redditur, sed insuper consilium flagitandæ curæ salutis immittitur. Nam continuo pœnitentiam sui criminis flebiliter expetunt, baptismi sacramentum magna alacritate suscipiunt: super corpus quoque beatissimi Martyris Ecclesiam construunt. Hæc Petrus Damiani (ut ipse testatur) ex multis pauca. Porro dies natalis ejus celebratur a Romana Ecclesia die decimanona Junii.

VIII. S. Romualdus martyrii cupidissimus. Quomodo autem S. Romualdus percepto nuntio de Sancti Bonifacii martyrio, æmulatus excellentissimum Dei donum, ipse cum nonnullis ex suis accepta licentia a Romano Pontifice, ad prædicandum verbum Dei Gentibus iter capessit, sed morbo impeditus reverti coactus est, idem Petrus Damiani sic narrat: (a) *Interea Romualdus audiens, quem beatissimus vir Bonifacius martyrium suscepisset; nimio desiderii igne succensus, ut pro Christo sanguinem funderet, in Hungariam mox ire disponit. Interim tamen dum in ipsa intentione persisteret, brevi tempore tria construit monasteria, unum videlicet in Valledecastro, ubi nunc sanctissimum ejus corpus reconditum est: aliud prope Esinum fluvium: tertium juxta oppidum condidit Esculanum. Deinde licentia ab Apostolica Sede suscepta, & duobus e suis discipulis in Archiepiscopos consecratis, cum viginti quatuor Fratribus iter arripuit. Tantus enim ardor moriendi pro proximo in omnibus æstuabat, quod vir sanctus ad tale negotium cum paucis ire difficile poterat. Euntes ergo cum jam ipsis Pannoniæ finibus interessent, repente Romualdus languore correptus, ulterius ire non potuit: cumque diutius pateretur, si quando redire disponeret, protinus ex ægritudine convalescebat; sin autem ire ultra tentaret, tota ejus facies protinus intumescebat, cibos quoque jam retinere, stomacho languescente, non poterat. Advocatis itaque Fratribus, ait: Perpendo nequaquam divinæ voluntatis esse judicium, ut ultra progrediar: verumtamen quia intentionis vestræ desiderium non ignoro, neminem vestrum redire compello. Multi nempe etiam ante nos totis viribus studuerunt ad martyrii culmen pertingere; sed quia divina providentia aliter sensit, in suo gradu coacti sunt manere. Licet ergo vobis omnibus martyrium defuturum non ambigam: qui tamen ire, qui mecum redire voluerit, uniuscujusque relinquatur arbitrio. Quindecim igitur in Hungariam prodeuntibus, duobus alio jam dimissis, vix septem cum magistro discipuli remanserunt. Euntium autem quidam flagellantur, venduntur plures, ac servitutem pro Domino subeunt: ad martyrium tamen (sicut vir sanctus prædixerat) non pertingunt.* Ut plane appareat, quod neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei martyrii donum. Sed ut Sanctos jungamus Sanctis, persequamur quod remanet funus innocentissimi viri sancti Everardi.

(a) Petr. Dam. in Romual. cap. 45.

IX. S. Everardi innocentissimi cædes. Sicut Abel innocentissimus, livoris causa trucidatus hoc eodem tempore fuit Carnoti in Gallia vir sanctissimus Everardus, qui percussus, in percussores, dum suis artubus inhæsit spiritus, illud Stephani protomartyris inclamavit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. De cujus interitu extant plures epistolæ ejus civitatis Episcopi Fulberti, de quo sæpe superius, qui de his scribens, de causa necis ejus ad Episcopum Laudunensem hæc habet: (b) Causa hujusmodi est: *Quodam Ecclesiæ nostræ subdecano defuncto, petiit a nobis Rudolphus Silvanectensis Episcopus dari sibi, aut fratri suo ministerium ejus. Nos autem respondimus, non convenire sibi, eo quod Episcopus esset; neque fratri, ætate adhuc & moribus, immaturo. Tunc legimus de numero sacerdotum nostrorum ad illud officium faciendum quemdam scientem ac religiosum virum. Quod factum prædictus Rudolphus, materque fratri ipsius adeo inviderunt, ut functo viro coram pluribus, qui testes inde sunt, terribilia minarentur: & dictum facto non caruit. Venerunt enim de civitate Silvanectis ad nostrum quidam ex domesticis eorum sic necessariis, ut absentia illorum nec per unum diem ignorari potuerit: qui interdiu quidem latuerunt, sed profunda nocte egressi, sanctum illum presbyterum more solito venientem ad Ecclesiam, quasi lupum rabidum lanceis fulcientes & gladiis in ipso atrio principalis Ecclesiæ trucidaverunt.*

(b) Fulber. epi. 20. & 31. & 34.

PAGIUS telligit. Hæsit ad hæc verba Bollandus, quod Scriptores Poloni *Boleslao* alium filium tribuere non videantur, quam *Miesconem* seu *Miseconem* hujus nominis II. qui post patrem regnavit. Verum mirum videri non debet, quod Scriptores Poloni non meminerint alterius filii Boleslai Regis; cum is longe a Polonia in monasterio Casinensi vitam traduxerit. Præterquamquod omnes Rerum Polonicarum Historici recentes sunt, eosque antiqua plerumque latuerunt, ut mox iterum patebit. Loquitur ibi Petrus Damiani de iis, quæ contigere, cum Sanctus Romualdus ad montem Casinum venit *una cum Sancto Bonifacio Imperatoris consanguineo*, ut inquit Leo Ostiensis lib. 2. cap. 18. Subdit Petrus Damiani Sanctum Bonifacium ad Regem Russorum missum, eam gentem cum Rege convertisse; sed cum frater Regis nollet credere, ab ipso Rege peremptus est. Alter vero Regis frater, qui cum eo non habitabat, Sanctum *Bonifacium* nefarie peremit. Hæc ille. Regnabat au-

Clerici autem ejus, qui expeditum dominum tarde secuti sunt, invenerunt eum adhuc extrema verba Protomartyris replicantem. Porro carnifices præsidio noctis incogniti jam diffugerant &c. Hactenus de cæde Everardi, quem merito idem auctor appellat virum sanctissimum. Sed redeamus ad eam quam reliquimus Martyrum sanguine cruentatam Russorum Ecclesiam.

X. Quod igitur ad ipsam Russorum Ecclesiam spectat, de qua actum est, quæ adhuc alia ipsius exordia ponantur a Ditmaro, hic describamus, ait enim: (a) *Amplius pregrediar disputando, Regisque Russorum Uludomeri actionem iniquam perstringendo. Hic a Græcia ducens uxorem Helenam nomine, Tertio Ottoni desponsatam, sed ei fraudulenta calliditate subtractam, Christianitatis sanctæ Fidem ejus hortatu suscepit, quam justis operibus non ornavit. Erat enim fornicator immensus & crudelis, magnamque vim Danais mollibus ingessit. Hic tres habens filios, uni eorum Bolizlavi Ducis, nostrique persecutoris filiam in matrimonium dedit: cum qua missus est a Polonis Reinbernus præsul falsæ Cholbergiensis. Ille in pago Hassegun dicto natus, liberalique scientia a prudentibus magistris educatus, gradum Episcopalem ascendit, ut spero, dignus. Quantum autem in cura sibi commissa laboraverit idem, non mea sufficit scientia, nec etiam facundia enarrare. Fana idolorum destruens incendit; & mare dæmonibus cultum, immissis quatuor lapidibus sacro chrismate perunctis, & aqua purgans benedicta, novam Domino omnipotenti propaginem in infructuosa arbore, id est in populo nimis insulsa sanctæ prædicationis plantationem eduxit. Vigiliarum, & abstinentiæ, & silentii assiduitate corpus suum affligens, cor ad speculum divinæ contemplationis, infixit. Quem prædictus Rex, audiens filium suimet, hortatu Bolizlavi tacito, reluctaturum sibi, cœpit cum eodem & uxore, & in singulari custodia claudit. In qua pater venerabilis, quod in aperto fieri non potuit, in secreta studiose in divina laude peregit. Hic cum se lacrymis, assiduaque oratione ex corde contrito prolata hostia summo sacerdoti reconciliaret: exacto corporis carcere solutus, ad libertatem perennis gloriæ gaudens trans-*

(a) Ditm. lib. 7. cap. 103.
Reinbernus apostolus in Russia.

PAGIUS autem hoc tempore in Russia *Ulodomirus*, qui ab annis viginti fidem Christianam amplexus erat. Sed cum *Russia* latissime pateret, variisque Principibus subderetur, de quo eorum Petrus Damiani intelligendus sit, incompertum.

IV. Ad num. X. *Boleslaus* hujus nominis primus, secundus Dux aut Rex Christianus Poloniæ, multis virtutibus claruit, omnemque operam adhibuit, ut superstitiones ritusque idololatriæ, si qui adhuc usquam extarent, penitus extirparet; *Volodomirus* vero primus Rex Christianus Russiæ, cujus filius Boleslai filiam uxorem accepit a Russis uti Sanctus colitur, sicuti suo loco diximus. Verum ob perpetua bella, quæ Germanos inter & Russos ac Polonos exorta, confectaque, horum populi mutuo sæpius abalienati fuere. Quare non mirum, si Ditmarus Mersepurgensis in Germania Episcopus, *Volodomirum* & *Boleslaum* invidiam vocet; cum id nostris temporibus ab Historicis non raro fieri constet; præterquam quod videtur Ditmarus de iis, quæ extra Germaniam gesta, non bene edoctus fuisse. Notabile tamen, quod narrat de *Reinberno* Colbergæ in Pomerania ulteriori Episcopo, qui Boleslai filiam in Russiam comitatus est. Pomerania enim ulterior ultra Oderam Fl. posita, & Marchiæ Brandeburgicæ pars Polonis diu paruere, ibique anno CMLXV. fundatus Episcopatus Colbergensis, qui anno millesimo Guesnensi Archiep. subjectus fuit, ut suis locis ostendi, cujus *Reinbernus* primus Antistes fuit, quem successores habuisse incompertum; quia *Pomerani* superstitionum suarum tenacissimi adversus Poloniæ Duces sæpe rebellarunt.

Reimbernus Epis. Colbergensis in Russiam missus.

V. Reinbernus hujus Legationis occasione usus est ad idololatras, qui in Russia supererant, convertendos, ut refert Ditmarus in fine lib. 6. ubi de Volodomiro Russiæ Rege ait; *Hic tres habens filios, uni eorum Bolizlavi Ducis, nostrique persecutoris, filiam in matrimonium duxit, cum qua missus est a Polonie Reinbernus, Præsul falsæ Cholbergiensis* (sed in ejus loco, *Salsæ*, legendum, *Sacræ*, ut ipsemet Ditmarus pag. 43. habet, qui ideo ex ipsomet corrigendus). *Quantum autem in cura sibi commissa laboraverit idem, non mea sufficit scientia, nec etiam facundia. Fana idolorum destruens incendit.* Scribit postea Ulodomirum, tam filium quam ejus conjugem, ac Reinbernum custodiæ tradidisse, huncque e carcere ad libertatem perennis gloriæ transiisse. Sæculo sequenti *Sanctus Otto* Episcopus Bambergensis, & Pomeranorum Apostolus, *Adelbertum* in Pomerania constituit Episcopum, ut testatur Auctor Anonymus Synchronus in ejus Vita, hicque Sedem Episcopalem posuit *Julini* seu *Vollini* in insula Pomeraniæ Ulterioris Julino dicta. Ex ea urbe Episcopatus anno MCLXXV. *Caminum* translatus fuit a Casimiro Pomeraniæ Duce, quod postea Clemens III. confirmavit, ut scribit David Chytræus in Supplemento Krantzii. Situm autem *Caminum* in Pomerania Ulteriori e regione insulæ Vollinæ. Tandem tam Episcopatus Caminensis, quam Collegium Canonicorum pace Monasteriensi an. MDCXLVIII suppressa sunt. Quæ hic indicare præstat, quia Scriptores Poloni in Ecclesiarum suarum originibus ita cæcutiunt, ut Michovius lib. 2. cap. 1. de Miescone, qui sæculo præterito sacro baptismo initiatus est, & de Episcopatibus, tunc, ut ipse existimat, fundatis verba faciens, tradat: *Caminensis primus Julinus*, licet tam Julinum, quam Caminum urbium nomina sint, non vero alicujus Præsulis, eæque nonnisi sæculo Ecclesiæ duodecimo Sede Episcopali exornatæ fuerint, idque diverso tempore, una scilicet post alteram.

Reliquias idololatriæ extirpare conatur.

VI. *Burchardus* dictus est hoc anno Episcopus *Vormatiensis*, ut habet Sigebertus de Viris Illu-

transfit. Hæc de sanctissimo Episcopo, in carcere e carcere, ut ait, corporis liberato.

PAGIUS *Floret Burchardus Episc. Vormatiensis.* lustribus cap. 141. [1] Vir cum Episcopali onere non indignus, ut legitur in Libello de Gestis Abbatum Gemblacensium, tum pro juvenili ætatis fervore literarum studiis opportune intentus. Mandavit *Balderico* Juniori Leodiensium Episcopo, cujus contubernalis & amicus in Palatio Ottonis III. fuerat, ut sibi virum aliquem *literali scientia* præditum dirigeret, cujus ope & doctrina ipse in Scripturarum Divinarum eruditione proficere valeret. Missus vero a Balderico *Olbertus* Monachus Laubiensis, Parisiensis, & postea Carnotensis Scholæ alumnus, quo adjutore Burchardus veteres Ecclesiæ Canones in unum volumen viginti libris distinctum digessit. *Quantum autem vir tanta auctoritatis* (nempe Burchardus, ut in eodem libello subjungitur) *ex Olberti doctrina profecerit, ex actibus ejus æstimandum reit, de quo satis constabit, quod illa ætate in Scripturarum eruditione unice claruerit; quod vel in hoc satis probare poterit, quod opus S. Ecclesia nimis utile elaboravit, & dum Olberto dictante & magistrante magnum illud Canonum volumen centonizavit, & quasi collectis floribus omniformis generis de Prato Scripturarum coronam pretiosiorem auro & topazia in edito Ecclesia collocavit*. Magnam suæ Collectionis partem eum ex Reginone accepisse ostendit Baluzius in Præfatione ad Reginonis librum de *Disciplina Ecclesiastica*, ipsumque Antonius Augustinus reprehendit, *quod non ex fontibus ipsis hausit singula, sed ex rivulis & stagnis aliorum*. Hinc, aliqui Disciplinæ Juris Canonici primordia deducunt, quam sæculo XII. Gratianus in Scholas invexit, redactis in Epitomen Canonibus, quos *Burchardus* & *Ivo* Carnotensis collegerant.

VII. *Moritur Notgerus Episc. Leodiensis.* Mortuus est hoc anno Notgerus Episcopus Leodiensis, ut anno DCCCCLXXXII. num. XVIII. jam ostendimus, non vero præcedenti ut scribit Ægidius in Episc. Leodiensibus, qui diem tamen ejus emortualem, scilicet quartum Idus Aprilis recte notavit. Chapeavillus enim Tom. I. de Episcopis Leodiensibus cap. 58. refert id consonare libro Ecclesiæ Leodicensis, ex quo leguntur commemorationes fratrum & omnium fidelium defunctorum ad Primam. Palatium Episcopale instauravit, & Canonicorum Collegium in Ecclesia Sancti Joannis Evangelistæ instituit. Vide quæ de eo & ejus Scriptis loco citato dixi.

NOTÆ [1] BUrchardus Vormariensis episcopus ante istum quidem annum renunciatus fuit Episcopus, cum ejus nomen subscriptum legatur Bullæ Joannis XVII. pro constitutione Episcopatus Bambergensis datæ anno 1007. cui Patres Concilii Francfordiensis eodem anno mense Novembris celebrati subscripserunt, inter quorum Patrum nomina etiam Burchardus legitur. Vide Bullam illam in tom. II. Collect. Concilior. Venet. col. 1075. Melius igitur Annalista Saxo ab Eccardo vulgatus Episcopi hujus ordinationem cum anno 1006. illigat. Insuper Spicilegii Ecclesiastici Lunigii Continuatio III. pag. 10495 exhibet Henrici II. diploma concessum rogante *Burchardo venerabili Episcopo VVormatiensi*, quod licet annum 1008. præfert, reipsa tamen datum est *V. Idus Maii* anni 1007. cum regis Henrici annum VI. & Indictionem V. signet, quæ ambo in annum 1007. conveniunt. Anno igitur illo Burchardus Wormatiensem Ecclesiam jam administrabat. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1009.	SERGII IV. PAP. ANNUS 1.	VACAT. IMP. OCCID. 8. BASIL. & CONST. IMPP. 34.

I. *Joannes Papa moritur.*

SEquitur Christi Redemptoris annus nonus supra millesimum septima Indictione, quo defunctus est decimoquinto Kal. Aug. Joannes Papa, cujus tempore Constantinopolitanam Ecclesiam cum Romana fuisse Catholica communione conjunctam, testatus Petrus Episcopus Antiochenus in epistola ad Michaelem Cærularium scripta ab ipso anno Christi millesimo quinquagesimoquarto (ut suo loco dicetur) in qua verba ista leguntur: *Cum Constantinopolim quadragintaquinque ab hinc annis venissem, inveni tempore beatæ memoriæ Patriarchæ domini Sergii prædictum Papam Joannem in sacra Missa una cum aliis Patriarchis sanctissimis relatum. Quomodo vero deinceps ejus relatio & commemoratio e medio sublata sit, & quanam de causa, ignoro.* Hæc Petrus de rebus gestis suo tempore.

II. Porro de causa iterati rursum schismatis dicetur suo loco inferius in Joanne Vigesimo. At non solum ex nuper citatis litteris Petri liquet, hujus Joannis Papæ tempore conjunctam pace & communione fuisse Constantinopolitanam Ecclesiam cum Romana; verum etiam ex ejusdem Pontificis epitaphio sepulturæ constat, ejus concordiæ fuisse eumdem Joannem auctorem: quod principio carens, ut recitatur a Vegio ex collectis antiquis monimentis basilicæ Vaticanæ, hic tibi describimus. Sic enim se habet.

QVAM

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hispan. MXLVII Anno Hegiræ CCCC. inchoato die 25. Aug. fer. 5. A. C. 1009.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6502.

☉ 10. B. ☽ 3. P. 17. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1009.

SERGII IV. PAPÆ 1.

HENRICI II. REG. 8.

BASIL. ET CONST. IMPP. 34.

I. *Sergius IV. PP. succedit Joanni XVIII.*

ANum. I. ad IV. Hoc anno *Joannes* XVIII. Papa die & mense incertis e vita migravit, cui successit *Sergius* hujus nominis IV. qui ad Sedem Apostolicam post diem decimum septimum mensis Junii evectus fuit, ut liquet ex ejus Diplomate ab Ughello Tom. VII. Italiæ pag. 528. recitato, quod his verbis absolvitur: *Scriptum per manus Joannis Scriniarii S. R. E. in mense Junio Indictione X.... Datum XV. Kalendas Julii per manum Gregorii Episcopi & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, anno, domino propitio, Pontificatus domini Sergii quarti Papæ in sacratissima B. Petri Apostoli tertio, indictione decima*, anno nempe Christi MXII. quo Baronius num. III. hanc subscriptionem etiam refert. Quod si eo Christi anno die XVII. mensis Junii, annus tertius Pontificatus Sergii adhuc in cursu erat, post eumdem diem currenti Pontificatum susceperit, & *Joannes* XVIII. adhuc in vivis erat. [r] Is Pontifex creatus fuerat anno MIII. die XXVI. mensis Decembris, ideoque sedit annos quinque integros, ut in variis Catalogis legitur, & menses saltem sex in Catalogis vel omissos vel male expressos. *Sergius* IV. ante Pontificatum vocabatur *Os porci*, ut videre est in laudatis Catalogis, vel *Bucca porci*, ut ait Ditmarus lib. VI. Quare posteriores Historici, qui hoc nomen Sergio III. adscripsere, hallucinati sunt. Hæc verba Ditmari: *Huic (nempe Joanni) succedebant Sergius, qui vocabatur Bucca porci, atque Benedictus, ambo præclari & consolidatores nostri*. Ditmarus autem hoc ipso tempore vivebat.

II. *Consecratio Monasterii Bellilocensis.*

Baronius anno CMXCVI. a num. XX. ad XXVII. agit de Legatione *Petri Cardinalis* in Franciam a Joanne Papa missi, ut Ecclesiam Monasterii *Bellilocensis* in Diœcesi Turonensi siti consecraret, quia Joannem illum Papam de Joanne Placentino Pseudo-Pontifice interpretatus est. Verum Marca lib. 4. de Concordia cap. 8. num. 2. & San - Marthani in Abbatibus Bellilocensibus pag. 149. demonstrant, id contigisse *Joannis Papæ* hujus nominis XVIII. temporibus, & tam ipsum, quam *Sergium* IV. ejus successorem hujus Monasterii exemptionem constituisse. Qua de re cum eo anno nos hic acturos polliciti fuerimus, nunc fides nostra liberanda. *Fulco Nerra* Comes Andegavensis Hierosolymis reversus ultra Augerem fluvium Belloloco prope castrum Lochiarum Sanctissimæ Trinitati Monasterium construxit, cujus consecrationis ritum cum Hugo Turonensis Archiepiscopus

NOTÆ [r] MEnses hosce sex supra annos quinque Sedis Joannis XVIII. diligenter adnotat vetus ætatisque illius catalogus ab Eccardo vulgatus in Corpore Historicor. tom. 2. col. 1640. in quo & additur hoc ab omnibus catalogis, & Historicis prætermissum *Phasianus Cardinalis S. Petri, qui & Joannes de patre Urso Presbytero, & Matre Stephania post annos V. &* *dimidium in S. Paulo Monachus discessit*. De successore vero Joannis Sergio IV. adnotandum hic succurrit regiminis illius epocham intra diem XVII. junii & diem XXIV. Augusti figendam esse; cum die illa junii pontificatum nondum ocœperit, ut Pagius probat; & die illa augusti sequenti anno 1010. secundum pontificatu annum exorsus fuerit ut demonstrat charta monasterii Sublacensis, indicata in veteri serie earum chartarum quam exhibet Muratorius Antiquit. Ital. tom. V. col. 774. data est enim anno Sergii IV. secundo die XXIV. august. indictione VIII. MANSI

De unione Constantinop. Ecclesiæ cum Romana.

. . . .

. . . .

QVAM SOLERS DOMINO PLACVIT, QVAM MENTE MODESTA
PRAESVL APOSTOLICVS ORBIS ET OMNE DECVS.
HIC STATVIT TVMVLO CLAVDI SVA MEMBRA SVB ISTO,
HAEC EADEM SPERANS VT SIBI REDDAT HVMVS.
ARDVA QVI FVLSIT CVNCTIS PER SIDERA COELI,
AVGVSTIS CHARVS, GENTIBVS ET TRIBVBVS.
DOCTRINIS COMPTVS SACRIS ET DOGMATE CLARO
PER PATRIAS SANCTA SEMINA FVDIT OVANS.
NAM GRAIOS SVPERANS, EOIS PARTIBVS VNAM
SCHISMATA PELLENDO REDDIDIT ECCLESIAM.
PRINCIPIS HINC PETRI SED QVISQVIS TENDIS AD AVLAM,
DIC SVPPLEX ISDEM REGNET VT ARCE POLI.

III. Quod autem ibi dieitur (Grajos superans) utique docet, rem tantam haud perfunctorie actam, sed multam prævia disceptatione, Græcis resistentibus, haud adeo facile acquiescere assuetis. Demum vero perspicuis adeo eosdem convictos rationibus Tomo superiori abunde narratis, cessisse veritati, recessisse ab insolita discordia, amplexatos oblatam pacem, & Romanæ sanctæ Ecclesiæ Catholicæ communionis glutino compaginatos apparet.

Sergius Papa IV. subrogatur.

Cum igitur (ut dictum est) Joannes Pontifex obiisset, vacassetque Romana Sedes mensem unum & dies tredecim, pridie Kal. Septemb. creatur Papa Sergius ex Episcopo Albanensi, tunc Petrus nomine nuncupatus. Cui ob reverentiam Apostolici culminis nomen mutare placuit, & Sergius voluit nominari. Id quidem ex sepulcrali inscriptione constat, inferius in ejus obitu describenda. Factum vero ab eo, quod Buccaporci diceretur, fuit aliorum assertio. De tali haud honesto nomine est testis Ditmarus, dum recensens successores Silvestri Papæ, hæc ait: (a) *In cujus vice Joannes Phasan positus, Sedem Apostolicam dies sibi commissos regebat. Huic succedebant Sergius, qui vocabatur Buccaporci, atque Benedictus, ambo præclari, & consolidatores nostri.* Erant hi e partibus Henrici Regis, quem ut Romam se conferret, plurimum expetebant.

(a) Ditm. lib. 6. prope finem.

IV. Hoc eodem anno contigit sacrosanctum Hierosolymorum templum per Babylonis Principem sterni; cujus occasione ingens in Occidente facta est Judæorum strages, cum eorum id perpetratum opera cognitum esset. Deo autem operante, sursum majori decore templum ibidem excitatur, quod miro ex Catholico orbe concursu frequentari cœptum. Hæc omnia temporis hujus fidelis historicus Glaber testata reliquit his verbis: (b) *Eo quoque tempore, id est, anno nono post præfatum millesimum, Ecclesia, quæ apud Hierosolymam sepulcrum continebat Domini ac Salvatoris nostri, eversa est funditus jussu Principis Babylonis: cujus videlicet eversionis occasio tale*

(b) Glab. lib. 3. cap. 7.

PAGIUS

pus in cujus Diœcesi Monasterium illud positum erat, celebrare recusasset; quia Fulconis votum Deo gratum esse non posse contestabatur, nisi prædia & mancipia Ecclesiæ Turonicæ surrepta prius restitueret, Joannes XVIII. ipsum locum *sub tuitione & defensione SS. Apostolorum Petri & Pauli, Successorumque nostrorum*, inquit, *hujus Sanctæ Sedis Pontificum, humiliter deprecando & commendando posuit, ut nullius dominatio Regis & Principis, seu Archiepiscopi, Episcopi, aut cujuscumque dignitatis persona, præfatum Monasterium inquietare, vel disturbare, seu minuere audeat*, &c. *Quod si aliquis rebellis contra hanc nostram auctoritatem, scilicet Archiepiscopus vel Episcopus quicumque ipsum locum excommunicare voluerit, ipse sit excommunicatus, & locus ille absolutus in æternum & in seculum seculi.*

III. Privilegii illius insoliti rescriptum *Hugonem* Turonensem Archiepiscopum commovit, qui statim Romam accedens, summissis precibus a *Sergio* IV. qui nuper Joanni XVIII. successerat, contendit, ut Monasterii consecrationem sibi juxta Canones & Justiniani legem permitteret. Verum repulsus fuit, *Hugo*, hac exceptione, quod *Fulconi* liberum fuerit in fundo suo, propriaque hæreditate Monasterium construenti, ipsum ejusque consecrationem Romanæ Ecclesiæ conferre, quia *cujus est hæreditas, ipsius & consecratio*. Hugo itaque accepta e manibus Gregorii Silvæ Candidæ Episcopi virgula, jus omne quod sibi competebat, in Romanam Ecclesiam transtulit. *Sergius* vero IV. in Gallias *Petrum* Vipernensis Ecclesiæ Episcopum direxit, Monasterium illud vice sua consecraturum, uti narrat Marca ex ejusdem Sergii rescripto. Rem refert Baronius loco laudato ex Glabro lib. 2. cap. 4. sed hic male asserit, Pontificem aliquid tentasse contra Canones, & Turonensi Archiepiscopo repugnante, factam esse *Bellilocensis* Ecclesiæ consecrationem.

Non Joannis Placentini Pseudo-Pontificis sed Joan. XVIII. mandato facta.

IV. Ad num. IV. & seqq. sacrum Hierosolymorum Templum anno tantum sequenti eversum juxta Ademarum in Chronico, qui hoc tempore vivebat, qui tamen, uti & Glaber, cujus verba Baronius refert, in eo peccat, quod id

le quod dicturi sumus, cognoscitur exordium habuisse.

V. Judæorum perfidia curata demolitio templi Hierosol.

Cum enim de toto terrarum orbe ob insigne Dominicum memoriale plurima Fidelium multitudo Hierosolymam visitaturi pergerent; rursus cœpit invidus diabolus per assuetam sibi Judæorum gentem veræ Fidei cultoribus venenum suæ nequitiæ propinare. Erat igitur hujus generis apud Aurelianensem Galliarum regiam urbem non modica multitudo, qui ceteris suæ gentis tumidiores & * *mundi, atque audaciores sunt reperti. Hi denique nequaquam consilio inito, corruperunt quemdam data pecunia, videlicet gyrovagum sub peregrino habitu, nomine Robertum, fugitivum atque servum beatæ Mariæ Melerensis cœnobii. Quem accipientes caute miserunt ad Principem Babylonis cum Hebraicis characteribus scriptis epistolis, pittaciolis ferri baculo insertis, ne quo casu potuissent ab eo divelli. Qui egressus detulit litteras prædicto Principi refertas dolo & nequitia: & quoniam, nisi celerius domum Christianorum venerabilem subverteret, sciret se in proximum, Christianis regnum illius occupantibus, omni penitus dignitate carere. His vero Princeps auditis, protinus furore arreptus, misit Hierosolymam de suis, qui prædictum funditus subverterent templum: qui venientes fecerunt, ut eis fuerat imperatum. Ipsam quoque concavam sepulcri tumulum ferri tuditibus quassare tentantes, minime valuerunt. Tunc etiam beati martyris Georgii Ecclesiam in Ramulo pariter subverterunt, cujus olim virtus Sarracenorum nimiam gentem terruerat. Fertur enim, crebro illuc eos ingredi cupientes* * *ratam cæcitatem pertulisse.*

* fraptim

VI. Dira vindicta urget Judæos.

Everso igitur, ut diximus, templo, post paululum manifeste claruit, quoniam Judæorum nequitia tantum nefas fit patratum, ut & divulgatum est per orbem universum, communi omnium Christianorum consensu decretum est, ut omnes Judæi ab illorum terris vel civitatibus funditus pellerentur. Sicque universi odio habiti, expulsi de civitatibus, alii gladiis trucidati, alii fluminibus necati, diversisque mortium generibus interempti, nonnulli etiam sese diversa cæde interemerunt. Ita scilicet, ut digna de eis ultione peracta vix pauci illorum in orbe reperirentur Romano.

Tunc quoque decretum est ab Episcopis atque interdictum, ut nullus Christianorum illis se in quocumque sociaret negotio. Si qui tamen de illis ad baptismi gratiam converti voluissent, omnemque Judaicam respuere consuetudinem, vel morem: illos tantum suscipere decreverunt. Quod & fecerunt plurimi illorum, magis amore præsentis vitæ, coacti metu mortis, quam vitæ sempiternæ gaudiis. Nam quicumque illorum sese tales mentiendo fieri poposcerant, paulo post ad morem pristinum sunt impudenter reversi. VII.

Præterea his ita gestis, prædictus litterarum bajulus ad nativum male securus repedavit solum. Cœpit itaque sedulo perquirere, si forte quempiam gentis suæ fraudis consciæ reperiret. Inventis vero perpaucis in civitate Aurelianorum prave admodum degentibus, rursum cœpit illorum familiaritas uti consortio. Accidit igitur, ut quidam peregrinus ejus in transmarino socius itinere, atque certissime illius itineris conscius negotii illuc deveniret, rursumque illum Judæorum amicitiis nimis hærere cerneret: palam universis indicare curavit, quanto mali gerulus ille esset homuncio, ex cujus rei causa Judæorum potiretur opibus. Qui illico comprehensus, acribusque agitatus verberibus, propria delatione confitetur crimen. Mox quoque a ministris Regis in conspectu totius plebis extra civitatem igni est traditus atque consumptus. Judæi tamen profugi ac vagabundi, qui in locis abditis delitescentes prædictæ superfuerant cladi, post quinquennium eversionis templi cœperant in urbibus apparere perpauci. Et quoniam oportet, quamvis ad illorum confusionem, ut ex illis aliqui in futurum superfiat, vel ad confirmandum proprium nefas, seu ad testimonium fusi sanguinis Christi: id-

VIII. Detecto facinore dat pœnas auctor.

PAGIUS *Sepulchrum Hierosolymitanum a Saracenis eversum.*

id jussu Caliphæ Babyloniensis factum fuisse affirmet; cum tamen Syriæ & Ægypto non Calipha Babyloniensis, sed Calipha Ægypti, qui hoc tempore erat *Hakemus*, præsideret. Curopalates, cujus verba Baronius num. X. recitat, recte quidem hanc cladem Ægypti Principi adscribit, sed illum male *Azizium* appellat. Hic enim *Hakemi* pater fuit, namque ab anno Christi CMXCVI fato functus fuerat, ut suo loco ostendimus. Sed Historici de iis, quæ in longinquis regionibus gesta, verba facientes, non raro veris falsa miscent. Hæc porro Ademari verba: *Ipso anno Sepulchrum Domini Hierosolymis confractum est a Judæis & Saracenis III. Kalendas Octobris MX. ab Incarnatione ejus. Nam Judæi Occidentales & Saraceni Hispaniæ miserunt Epistolas in Orientem, accusantes Christianos, & mandantes exercitus Francorum super Saracenos Orientales commotos esse. Tunc Nabuchodonosor Babyloniæ, quem vocant Admiratum, concitatus suasu Paganorum in iram, afflictionem non parvum in Christianos exercuit, deditque legem, ut quicumque de sua potestate nollent fieri Saraceni, aut confiscarentur, aut interficerentur. Unde factum est, ut innumerabiles Christianorum converterentur ad legem Saracenam: & nemo pro Christo morte dignus fuit præter Patriarchum Hierosolymorum, qui variis suppliciis occisus est, & duos adolescentes germanos in Ægypto, qui decollati sunt, & multis claruerunt miraculis.*

Nam

ideirco vero credimus Christianorum animositatem, divina dispensante providentia, in eis ad tempus mansuevisse.

IX. Rursus templum Hierosol. instauratur. *Eodem nihilominus anno, divina propitiante clementia, cœpit mater ipsius Principis, videlicet Ammirati Babylonis, mulier Christianissima, nomine Maria, reædificare Christi templum, jussu ejus filii eversum, politis & quadris lapidibus. Nam & vir ipsius, quasi alter Nicodemus, pater hujus scilicet, de quo præsens est sermo, habitus occulte Christianus dicitur fuisse. Tunc quoque de universo terrarum orbe incredibilis hominum multitudo exultanter Hierosolymam pergentes, domui Dei restaurandæ plurima detulerunt munera.* Hucusque Glaber.

X. Meminerunt & Græci de ejusmodi templi Hierosolymorum eversione, sed anno sequenti, nempe octava Indictione: nam Curopalata de his agens hæc ait: *Ind. viii. anno mundi* IↃↃↃCIↃIↃXXIII. *Ægypti Princeps Azizius ob levem causam, & offensus ne relatu quidem dignas, fœdere, quod ei erat cum Romanis, rupto, & templum Hierosolymis ad sepulcrum Christi sumptuosissime conditum evertit, & religiosa perdidit monasteria, & qui in iis pia vitæ exercitationibus erant dediti, eos per omnem terram extorres egit.* Eadem & Cedrenus, (a) Gulielmus Tyrius agens de bello sacro, recenset destructionem templi Hierosolymorum, & Christianis in Oriente illatam ab Homar Principe Sarracenorum persecutionem, anno salutis millesimodecimooctavo; postquam annos triginta septem factam ejusdem templi reædificationem a Christianis sub Constantino Mo-ro- (a) Guill. Tyr. l. 1. c. 1. 3. 4. 5.

PAGIUS V. Alia crudelitates a Saracenis in Christianos exercita. *Nam Ecclesia Sancti Gregorii* (Glaber rectius habet Georgii) *quæ hactenus a nullo Saracenorum potuit violari, tunc destructa est cum aliis multis Ecclesiis Sanctorum, & peccatis nostris promerentibus, Basilica Sepulcri domini usque ad solum diruta. Lapidem vero monumenti cum nullatenus possent comminuere, ignem copiosum super adiiciunt, sed quasi adamas immobilis mansit, & solidus. Bethlemeticam Ecclesiam, ubi Christus natus est, cum niterentur destruere, subito apparuit eis lux fulgurans, & omnis multitudo Paganorum corruens expiravit confestim, & sic Ecclesia Dei Genitricis intacta remansit. Ad monasterium quoque Montis Sinai, ubi quingenti & eo amplius Monachi sub imperio Abbatis manebant, habentes ibidem proprium Episcopum, venerunt Saracenorum X. millia armatorum, ut monachos perimentes habitacula eorum cum Ecclesiis diruerent. Propinquantes autem, a W. fere millibus conspiciunt totum montem ardentem & fumantem, flammasque in cœlum ferri, & cuncta ibi posita cum hominibus manere illæsa. Quod cum renunciassent Regi Babylonio, pœnitentia ductus tam ipse, quam populus Saracenus, valde doluerunt de his, quæ contra Christianos egissent; & data præceptione jussit, reædificare Basilicam Sepulcri gloriosi; tamen redincepta Basilica, non fuit amplius similis priori pulchritudine vel magnitudine, quam Helena mater Constantini Regali sumptu perfecerat. Mox que o vestigio super omnem terram Saracenorum fames incanduit per tres annos, & innumerabilis eorum multitudo fame necata est, ita ut platea & deserta cadaveribus omnino replerentur, & fierent homines cibus & sepultura feris & avibus. Secuta est eos gladii vastitas: nam gentes Arabia super terram eorum diffusa sunt, & qui remanserant, fame & gladiis interierunt.*

VI. Ab Historicis Saracenis etiam narrata. *Captus est ab eis Rex Babylonia, qui se contra dominum erexerat in superbiam, & vivus, ventre disfecto, visceribusque extractis, impiam animam ad barathrum projecit. Venter ejus lapidibus oppletus, consutus est, & cadaver, ligato plumbo ad collum, in mare demersum est. Eo anno Radulfus Petragorico Episcopus, Hierosolymis rediens, retulit quæ viderat ibi, infanda, & obiit Petragorica.* His fidem adstruit Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 6. qui postquam anno Christi MXX. cædem Hakemi Biamrillæ Caliphæ Ægypti, sororis ejus jussu peractam narravit, de ejus insania & crudelitate loquitur, aitque: *Afflixit quoque Christianos & Judæos, & Templa eorum diruit, eosque vexavit. Unde multi ex iis Islamismum* (idest, religionem Saracenicam) *sunt amplexi. Sed mutata deinde sententia, dedit iis, qui ad Islamismum defecerant, eidem renunciare: & permisit iis restaurare Templa sua.* Quod vero ait Glaber apud Baronium num. IX. matrem Amirati Babylonis fuisse mulierem christianissimam, nomine *Mariam*, eamque reædificasse Christi Templum confirmatur ex Elmacino lib. 3. cap. 5. pag. 247. ubi inquit: *Azizus Billa* (qui pater erat Hakemi hoc tempore in Ægypto regnantis) *dominus Ægypti uxorem duxerat christianam Melchitieam, ex qua & filiam susceperat. Erant autem ei mulieri duo fratres, quorum alterum nomine Jeremiam constituit Patriarcham Hierosolymitanum; alterum autem Arsenium nomine, Patriarcham Melchitarum Alcahira, & Misrea*, idest, Alexandrinum. Is porro Jeremias alius non est ab Oreste, ut diserte asserit Tyrius l. c. c. 4. isque in Florario Sanctorum MS. ad diem XV. Maii dicitur *Martyr*. Historici itaque Latini qui de hac persecutione verba habuere, in eo ut videtur, peccarunt, quod eam Caliphæ Babylonico attribuerint, quia sæculo elapso Ægyptus ei subdita fuerat, neque adverterant Ægyptios proprium sibi Regem eodem sæculo præfecisse. Tyrius tamen laudatus hunc errorem vitavit, sed hanc persecutionem in an. MXI. perperam distulit. Ademarus enim hoc tempore vivebat.

VII. Cosentia a Saracenis capta. Lupus Protospata in Chronico de Saracenis habet: *Anno MIX. mense Augusti apprehenderunt Saraceni civitatem Cosentiam* (Calabriæ metropolim) *rupto fœdere nomine Cayti.* Ughellus Tom. IX. Italiæ Sacræ asserit, Saracenos Cosentiam incendisse anno CMLXXV. sed unde id hauserit non indicat, & Lupus laudatus diserte asserit, eo anno Saracenos *Butuntum* seu Bitontum Apuliæ oppidum sub suam potestatem redegisse, quod & Summontus Tom. I. pag. 450. affirmat. Porro ex Ughelli lectione apparet Calabriæ Ecclesias *Tarentum* usque sub præcedentis sæculi finem & currentis initio, Pastoribus viduatas fuisse; nullius enim no-

nomacho Imp. sedisse autem tunc Hierosolymis Orestem Episcopum asseverat.

Sed antiquioribus, suorum præsertim temporum Scriptoribus, tutior inest fides. Mil-

PAGIUS VIII. *Synodus Einshamensis.*

nomen in publicis Monumentis extat.

Hoc anno *Dani* turmatim & varia classe in Angliæ provincias irrupere; cumque Cantuariensem urbem oppugnassent, cives pactis trium librarum millibus, exoraverunt hostem ut discederet. Inde ad *Vectam* insulam flexere, & postea ad *Soutsaxoniam*; Tunc *Ethelredus* Rex, veluti excitus e veterno, aut avertere a civium cervicibus communem hostem, aut cum laude mori decrevit, sed proditus ab *Edrico* Duce, qui ejus filiam in conjugio habebat, ejus industria frustra fuit, ut fusius narrat Alfordus ad hunc Christi annum ex Vigorniensi. In his rerum angustiis censuit *Elphegus* Cantuariensis Antistes generalem Ordinum Conventum indicendum, ubi prius Ecclesiasticorum mores ad sancte vivendi normam, & sacram Canonum observantiam traherentur; ac præterea de navibus fabricandis, tuendoque cive decerneretur. Id a Rege facile obtinuit, vocatusque Senatus in villam Regiam *Einshamum* appellatam, & in Oxoniensi provincia positam. Lecti in ea Synodo canones ac decreta Elphego Cantuariensi & Wlstano Eboracensi Archiepiscopis auctoribus edita, quæ, ut notat Malmesburiensis lib. 2. de Reg. pag. 75. *Canutus* Rex in suas leges postea transcripsit. Quare Ethelredi Regis statuta ab Elphego & Wlstano in hoc Concilio decreta, posteriorum legum prototypon fuerunt. Licet enim communiter sub *S. Eduardi* Regis & *Confessoris* nomine jurarentur, originem tamen ab hac Synodo trahebant, ut ibidem insinuat Malmesburiensis. Conventus itaque *Einshamensis* Politicus fuit & Ecclesiasticus, refertürque Tom. IX. Concil.

JESU CHRISTI ANNUS 1010.	SERGII IV. PAP. ANNUS 2.	VACAT. IMP. OCCID. 9. BASIL. & CONST. IMPP. 35.

I. Legatio ad Serg. Pap.

I. Millesimo decimo anno Redemptoris, Indictione octava, a Libentio Aschiepiscopo Hamburgensi missus est Oddo Legatus ad Sergium Papam, pro definienda lite, & componenda discordia inter ipsum atque Bernarium Episcopum Verdensem exortam de parochia, Ramsola dicta, quæ intra terminos suæ esse diœcesis ab hoc diceretur: contra vero eam vendicare conabatur sibi Libentius Archiepiscopus, eo quod S. Ansgarius, primus provinciæ illius Apostolus fugiens incendium urbis Hamburgi, illic erexerit Oratorium, collocaverit reliquias, & monachorum conventum. Prævaluit apud Pontificem tanti memoria Præsulis, ob idque Archiepiscopo Hamburgensi Libentio causam Papa Sergius adjudicavit. De his (a) Adam & recentiores, qui res Saxonum sunt prosequuti.

(a) Adam. hist. Eccl. l.2. c. 23. & l.2. c. 32. Crant. in Metrop. l. 3. c. 48.

II. Quo tempore Romæ magno prodigio in una Ecclesiarum (non describitur quænam fuerit) oleum scaturiit, ex quo vas impletum missum est ad Henricum Regem. Rem gestam describamus verbis Ditmari sincerissimi hujus temporis scriptoris; hæc enim habet (b) *Alteram quoque rem quamvis multo laudabiliorem, tamen mirabilem, memoriaque dignam describo. In urbe Romulea, quæ omnium caput est urbium ob diversarum qualitatem causarum, in una Ecclesia, & in dextera parte altaris, ab uno pavimenti foramine per integrum diem, multis hoc cernentibus, atque stupentibus, oleum emanavit. Hujus partem Joannes Crescentii filius in ampulla quadam Henrico Seniori suo & tunc Regi nostro, transmisit. Et quia oleum nunc pro misericordia ponitur, ut illud (c): Oleum de capite tuo non deficiet: nunc pro adulatione, ut hoc (d): Oleum peccatoris non impingaet caput meum: in hoc signo clementiam Rectoris nostri abundantem, & illius Patricii lasciviam latentem perpendo. Namque is Apostolicæ Sedis destructor, muneribus suis & promissionibus phaleratis Regem a Domino constitutum palam sæpe honorificavit, sed Imperatoriæ dignitatis fastigium hunc ascendere multum timuit, summodisque id prohibere clam tentavit: quia sicut S. Gregorius asserit: Terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperitur. Rex etenim noster quamvis homo esset, zelum Domini habuit, & sanctarum violentas prædationes Ecclesiarum fortis armatus vindicavit; hanc que benignitatem nisi cælitus sibi præstitam non habuit iste terrenus, & natura, & actibus voragine cænulenta traxit in prædam, quod multorum devota manus ad aram Apostolorum pro peccatis congessit in hostiam. Qui cum non longe post obiret, duplici ultione, ut vereor, confunditur, & domino Papæ securitas, Regique nostro amplior potestas aperitur*, nempe ad capessendum Imperium. Quod cum non contigisse dicat nisi post mortem ejusdem Joannis, plane intra biennium eum ea hac vita sublatam possumus intelligere.

(b) Ditm. l. 7.
Oleum Romæ scaturiit in Eccl.
(c) Eccl. 9.
(d) Ps. 140.
Joannis Crescentii filius hostis Pont. atque Reg.

Eodem tempore Ditmarus Episcopus Merseburgensis in Saxonia petiit a Sergio Papa, & impetravit privilegia suæ Ecclesiæ, quæ in eadem Ecclesia conservari tradit, qui Ditmari res gestas conscripsit ejusdem temporis auctor: impetrasse hoc ipsum a Sergii etiam successore, Benedicto Papa, idem auctor affirmat.

Quod ad res Hispanicarum Ecclesiarum pertinet, cum in eas quoque ille pravus usus ac plane execrandus illapsus esset, ut (e) Episcopi armari certarent in acie, & quod nefas est amplius, pro Arabibus contra Arabes, ita secum bello civili pugnantibus Cordubæ Principibus III.

(e) Marin. l. 8. rerum Hisp. hoc anno.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6503.

☉ 11. A. ☽ 4. P. 9. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1010.

SERGII IV. PAPÆ 2.

HENRICI II. REG 9.

BASIL. & CONST. IMPP. 35.

SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MXLVII An. Hegiræ CCCCI. inchoato die 4. Aug. fer. 2. A. C. 1010.

I. Ad num. III. Hoc anno *Ermengaudus* Comes Urgellensis profecturus adversus Mauros ad Cordubam testamentum condidit *V. Kal. Augusti*; ad pias causas, quo magnam bonorum suorum partem Ecclesias inter & monasteria Marcæ Hispanicæ distribuit. Tum etiam varia dona fecit Ecclesiæ Aniciensi in Aquitania prima, cœnobio Conchensi in Diœcesi Ruthenensi, & cœnobio Sancti Ægidii in Septimania, ut videre est in Appendice Baluzii ad Marcam Hispanicam Act. 162. Ex quo lib. 4. Marcæ Hispanicæ recte deducit, pugnam Cordubensem, ut vulgo vocatur, ante mensem Augustum pugnatam non fuisse. Quod confirmat epitaphium *Ottonis* Episcopi Gerundensis in ea pugna cæsi, cujus mors ibi refertur ad diem primam Septembris currentis anni. Hoc itaque anno *Ermengaudus* Urgellensis Comes, suetus pugnare cum Saracenis, quos diversis præliis fatigarat, *Cordubam*, ubi Regia eorum erat profectus cum *Raimundo* Comite Barcinonensi fratre suo, *Arnulfo* Episcopo Ausonensi, *Aethio* Barcinonensi, & *Ottone* Gerundensi, ac pluribus aliis Potentibus viris,

Pugna ad Cordubam Christianos inter & Saracenos.

Episcopi pugnantes occisi. bus: certantes, Deo vindice, in prœlio hoc anno gesto inter Zelumam, & Almahadium Principes Arabes qui stabant pro Zeluma Episcopi, in ipso conflictu sunt occisi, Arnolphus Ausæ, Aecius Barcinonis & Otto Gerundæ, victorque existens Almahadius Cordubæ Rex, hoc anno regnare cœpit.

IV. De Theresia nupta Regi Arabum. Eo insuper detestando amicitiæ usu Christiani Sarracenis conjuncti mutua inter se fœdera nuptiarum inibant: quod & Principes id facere non erubescerent. Nam qui regnabat Toleti Habdalla, filius ejusdem Almahadii, in uxorem accepit Theresiam virginem a fratre Adelfonso Legionis Rege invitam. Quæ femina Christiana, virgineque maxime pia specimen dignum exhibuit, dum non nisi ea conditione se jungi paratam viro diceret, nisi ille, ut ipsa, ejusdem religionis consors Christianus efficeretur, aliter non consensuram. Sic falsa simplex virgo promissione decepta, quod vir fieret Christianus, duci se passa est. Ubi autem tempus advenit, promissionem illa exigens, sero tamdem se delusam, obnitente viro, cognovit: cum illa comminata eidem divinam ultionem, si quid præter fas in invitam ac renitentem tentare præsumeret. Sed deridens libidinis œstro percitus impius ille, puellæ vim intulit: moxque offensi numinis expertus est ultionem, affectus morbo gravissimo; cujus salutem desperans, nisi causam protinus dimoveret: eamdem Theresiam eum amplis muneribus ad fratrem Regem sponte remisit. Quæ veste mutata, monasticam vitam professa, in Ecclesia S. Pelagii Oveti reliquum vitæ tempus summa cum laude transegit, Deo serviens summo studio. Erat autem id temporis regnum Arabum in Hispania in Toparchias plures conscissum, adeo ut si Christiani Principes unanimes in eorum Principes conspirassent, parvo ferme negotio eosdem penitus delevissent: sed mutuæ eorum dissensiones hostes licet debiles roborarunt. Hæc omnia omnes, qui res Hispaniarum sunt prosecuti, confirmant. Ambrosius Morales descriptum habet ejus sepulcri dignum epitaphium, quo declaratur, pervenisse eam ad annum Redemptoris millesimum trigesimumnonum, sanctoque fine in Domino quievisse. Quod sic se habet, rudi Minerva, ut ætas illa ferebat, scriptum ab homine plane imperito.

EN QUEM CERNIS CAVEA SAXA TEGET COMPAGO SACRA. HIC DILECTA DEO RECUBANS TARASIA CHRISTO DICATA PROLES BEREMUNDI REGIS ET GELOYRAE REGINAE GENERE ORTA CLARO PARENTATU CLARIOR ET MERITO. VITAM DUXIT PRAECLARAM UT CONTINET NORMA. HANC IMITARE VELIS SI BONUS ESSE CUPIS. VEL SI OBIIT SUB DIE VII. KALEND. MAGII FERIA IV. HORA MEDIA NOCTIS POST PERACTA AETATE SAECULI PORRECTA PER ORDINEM MUNDI SEXTAM DA CHRISTE QUAESO VENIAM. PARCE PRECOR. AMEN.

Porro non ut imperitus auctor scripsit, THARASIA, sed THERESIA dicta erat, cujus nomen egregia virtute ejus illustre redditum in Hispania, est propagatum in posteros, & hoc ipso sæculo vixit Theresia Comitissa, quæ vitæ sanctitate, & miraculis quoque prædicata illustris, obiit anno millesimo quinquagesimo septimo, ut docet tumuli ejus inscriptio, ita ab eodem auctore, descripta, quæ sic se habet luculentiori stylo.

FOE-

PAGIUS ris, profectus, inquam, Cordubam mense Augusto, ad eam ita infeliciter pugnavit *Kalendis Septembris*, ut & ipse & Episcopi mox nominati in ea pugna ceciderint. Episcopis istis dedecori vertit Mariana lib. 8. cap. 10. quod pro Barbaris, quales erant Saraceni, bellum gererent adversus Christianos. At bellum istud sacrum, uti vulgo putant, non erat tantum ea de causa susceptum, inquit Baluzius citatus, ut *Almahadium* Saracenum juvarent adversus *Zulumam* imperium Hispaniæ affectantem, qui copiis auxiliaribus Sanctii Castellæ Comitis attollebatur; sed etiam ut Ecclesiam eo quo poterant modo defenderent. Superest adhuc in monasterio Sancti Cucuphatis epitaphium Ottonis Episcopi Gerundensis in hoc prælio cæsi, in quo a justitia, sapientia, aliisque virtutibus plurimum laudatur. Hæc ultima Epitaphii carmina:

Nam in bello Cordubensi cum pluribus aliis
Morte ruit datus ensi, cæli dignus gaudiis.
Cujus ossa sunt sepulta in hoc parvo tumulo,
Spiritusque laude multa summo vivit seculo.
Erant anni mille decem post Christi præsepia,
Quando dedit isti lucem prima lux Septembris.

II. Floret Richardus Abbas S. Vitoni. Hoc circiter tempore *Richardus* natione Francus in Schola Remensi enutritus, & in cœnobio Vitoniensi apud Virdunum, celebrem scholam instituit, ut docet Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico Virdunensi. Paulo post monasticum habitum apud Sanctum Vitonum tum Abbate Fingenio sumsit, & post *Fingenium* magnæ sanctitatis virum an. MIV. ut legitur in Chronico Hildensheimensi demortuum,

FOEMINA CHARA DEO IACET HOC TVMVLATA SEPVLCRO
QVAE COMITISSA FVIT NOMINE THERESIA.
HAEC MENSIS IVNII SVB QVINTO TRANSIIT IDVS:
OMNIS EAM MERITO PLANGERE DEBET HOMO.
ECCLESIAM, PONTEM, PEREGRINIS OPTIMA TECTA,
PARCA SIBI STRVXIT, LARGAQVE PAVPERIBVS.
DONET EI REGNVM QVOD PERMANET OMNE PER AEVVM,
QVI MANENS TRINVS REGNAT VBIQVE DEVS.

OBIIT ERA M. XCV. Extare scribitur in Ecclesia S. Zoili, monasterii Carlonensis.

PAGIUS

tuum, ad Abbatiæ regimen assumtus est. Ab eo tempore tam longe lateque fama ejus propagata est, ut ex omni Neustria, Austrasia, Francia & Burgundia ad eum concursus fieret, atque ad ejus scholas omnis doctrinæ & virtutis frugibus refertas. Uno verbo hujusce viri fama tantopere inclaruit, ut a multis Magnatibus & Proceribus Ecclesiasticis advocatus sit ad regenda & reformanda cœnobia, quæ a pristina virtute & Regula deflexerant. *Baldricus* Episcopus Leodiensis cœnobium Lobiense, *Rogerius* Catalaunensis monasterium Sancti Petri; *Robertus* Francorum Rex Abbatiam Corbiensem; *Balduinus* Comes Flandrensis quamplures Abbatias ei regendas & reformandas commisit, Sancti Petri Gandensis, Sancti Amandi, Sancti Bertini, Sancti Richarii, Sancti Jodoci; *Gerardus* denique Attrebatensis cœnobium Sancti Vedasti; *ubi filios suos ei offerebant erudiendos, ut videretur jam monasterium ejus monasteriis Nitriæ vel Ægypti conferendum pro numerositate fidelium illo confluentium, qui velut apes ad alvearia undique advolabant, diversis virtutum speciebus onustis mentes, ut illa mellis & ceræ indiscretas cruribus & pedibus subvehunt qualitates*, inquit idem Hugo Flaviniacensis. De Richardo rursus infra.

III. *Ecclesia Anglicana Danis ad summas angustias redacta.*

Hic annus Ecclesiæ Anglicanæ luctuosissimus fuit, cum tot Regum opes, tot annis congestæ, *Danorum* libidini servierint; & sacrarum Virginum ædes, ubi animæ saluti, corporisque puritati consulebant, perierint. Dani, ut narrat Alfordus ex Huntindoniensi, Vigorniensi, aliisque Historicis Anglicis, cum terrorem Anglis & provinciis plurimis incussissent, distraxere vires, & exercitum divisere. Hi altius flumen Tamesim ingressi ad Stanam, oppidum in Trinobantibus, anchoras jaciunt; inde in vicinos agros profecti, per australes Saxones, ditissimam ad naves prædam advexerunt. Illi in *Eastangliam* navigantes, *Suffolcensem* provinciam, & *Ipswicum*, urbem nobilem graviter premunt. Convenere eo, e vicinis regionibus provincialium aliqui *Ulfketello* Duce, parati Danos excipere. Quamobrem *tertio Nonas Maii*, cum uterque exercitus egregie concurrisset, fortissime utrimque pugnatum est: donec *Turketillo* quodam, e Danis oriundo (cum Anglis tamen in Danos pugnabat) fugam arripiente, *Eastangli* terga verterunt. Majorem paulo laudem *Icenii* meruerunt; qui venerunt e Cantabrigiensi agro: nam diu viriliter præliantes, inimicum impetum fortissime sustinuerunt. Sed & ipsi laudem, multis in prælio desideratis, cedere compulsi, victoriam hosti permiserunt: *In eo prælio*, inquit Vigorniensis ad hunc Christi annum, *gener Regis Æthelstanus, nobilis minister Osvvius cum filio; VVulfricus, Leofvvini filius, Eadvvinus Alfrici germanus, & multi alii nobiles ministri populusque innumerabilis corruerunt. Dani vero loco funeris dominati, Eastangliam obtinuerunt. Et equites effecti tribus mensibus per totam provinciam discurrere, prædas agere, villas cremare, homines & animalia non cessabant trucidare. In paludibus etiam idem, per omnia fecerunt. Exin Theotfordam & Grantebriege devastantes, cremarunt.* In illis paludibus nobilissimæ Ecclesiæ structæ erant, & Regum pietate aucta monasteria, quæ quamvis ante plures annos a Danis eversa, & solo passim æquata fuissent, sequentes tamen Principes, Alfredus, Æthelstanus, Edoardus, & præcipue Edgarus, rursus nobilissime erexerant, atque ditarant. Quæ vero fuerint in illa palude monasteria, quæ hoc anno injuriam passa, Danorum impetum tulere, Huntindoniensis lib. 5. pag. 356. enumerat.

JESU CHRISTI ANNUS 1011.	SERGII IV. PAP. ANNUS 3.	VACAT IMP. OCCID. 10. BASIL. & CONST. IMPP. 36.

I. Consecratio Ecclesiæ Bambergensis.

ANnus Redemptoris millesimus undecimus Indictione incipit nona, quo ab Henrico Rege ad dedicationem basilicæ Bambergensis *a* se constructæ convocatur cœtus plusquam triginta Episcoporum; inter quos astitit Joannes Patriarcha Aquilejensis, etiam sacra obiens; sed & qui ista scripsit etiam Ditmarus Episcopus Merseburgensis, ut ipse testatus, interfuit. Hujus occasione conventus fuit ab iisdem tunc Synodus celebrata, in qua sedatæ sunt controversiæ illæ inter Episcopos, de quibus idem auctor his verbis (a): *Post has Synodus bis fuit magna, in qua Gebehardus Ratisponensis Ecclesia Præsul ab Archiepiscopo suimet arguitur, & Metensis Ecclesia Præsul Theodericus a Rege increpatur, eo quod epistola suimet hunc injuste apud Papam accusaret. Hæc omnia, & multa alia consilio prudenti finita sunt, & restituta parochia tunc promissa est mihi.* Hæc Ditmarus, qui & huic Synodo libellum dedit pro recuperandis suæ parochiæ bonis; idemque subiicit in fine anni hujus: *Hic*, nempe Henricus Rex, *magnam Synodum ob damnationem Theodorici Metensis Episcopi posuit, huic ab omnibus Episcopis ibi convenientibus interdictum, ut ante purgationem Missam non caneret.*

(a) Ditm. l.6. p. 74. Synodus Bambergensis.

II. Tagmonis Magdeburgensis Episc. laudatissimi obitus.

Addit etiam, hoc anno Tagmonem Archiepiscopum Magdeburgensem, virum sanctitate perspicuum ex hac vita migrasse, cujus virtutum catalogum simplici stylo retexit his verbis: *Quinto Idus Junii non obiit, sed ad Christum, quem semper amavit, lætus abiit.* Et post multa de funere, & successore subiicit ista: *Sed quia beati omnes virtutibus suis cum Christo vivunt, & in hoc saculo scriptis, non est bonum tanti Patris inclytam conversationem silentio tegere, sed veritatis luce omnibus proficue innotescere. Erat hic justus timoratus, ac miræ charitatis, largus & fidelis, castus ac mitis, prudens & stabilis, canonicus habitu, sed monachus in omni conversatione sua: vitia in subditis ob meliorationem aspere carpebat, bona quæque laudans. Non fuit apud modernos ullus pastor, qui confratribus suis familiarior esset: hos amavit, atque coram populis laudavit. In primo ordinationis suæ anno templum Domino ædificare cœpit, presbyteris & diaconis suimet vestitum octo solidos, subdiaconis autem & inferioribus quatuor adauxit. Nisi infirmitas obsisteret, omni die Missam & Psalterium cantavit. Et quia jejunare ob lassitudinem non potuit, eleemosynarum multitudine redemit. In vigiles supra modum laboravit, & quia parum manducare ob infirmitatem dentium potuit, potu quamvis mediocri facile satiabatur. Nobiles genere & moribus amavit, ignobiles autem non contempsit, sed in sua familiaritate habuit. Cultores Christi dilexit, contemptores autem ejus juxto persequitur odio. Omnia sibi divina commissa excoluit, & lucrari contendit. Antequam divinum peragaret mysterium, severus fuit, & post omnibus hilaris arrisit, & persæpe cum suis Kyrie eleison cantavit, &c.* Hæc & alia de viro sanctissimo, in quem tantum Patrem, sæculi hujus decus & ornamentum, utinam aspicerent filii desertores. Habuit successorem Walterdum, sed qui cito, nempe hoc eodem anno, pridie Idus Augusti ex hac vita transiit, sacerdos Dei pariter laudatissimus.

Inter alia autem, quæ hoc anno evenisse tradit præsens ipse cum pluribus, hæc admiranda de sacrilego milite Dima- III.

PAGIUS SÆC. XI

Anno Æræ Hisp. MXLIX.

Anno Hegiræ CCCCII. inchoato die 4. Aug. fer. 7.

A. C. 1011.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6504.

☉ 12. G. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1011.

SERGII IV. PAPÆ 3.

HENRICI II. REG. 10.

BASIL. & CONST. IMPP. 36.

I. Ecclesia Bambergensis die natali Imp. dedicatur.

ANnum. I. ad IV. Ditmarus lib. VI. pag. 74. dedicationem Ecclesiæ Bambergensis ab Henrico Imp. ante aliquot annos Sede Episcopali decoratæ his verbis narrat: *Peracta in civitate Bavenbergensi Ecclesia Majore, cum natalicius Regis dies esset, & XXXV. jam inciperet annus, II. Non. Maii, omnis Primatus ad dedicationem istius aula ibidem congregatur, & sponsa hæc Christi per manus Joannis, Patriarcha de Aquileja, & aliorum plusquam XXX. Episcoporum dedicatur. His ego peccator interfui.* Ubi Ditmarum de rebus hoc anno gestis verba facere indicant Marianus Scotus in Chron. & Chronographus Wirziburgensi, qui hanc dedicationem cum præsenti anno alligant, quibus major hac in re fides, quam Lamberto Schafnaburgensi, Annalistæ Einsidlensi & Chronographo Hildensheimensi, qui eam in sequentem differunt. Dies quidem secundus Nonas Maii hoc anno in Dominicam incidit, quibus diebus dedicationes hoc tempore plerumque factæ; verum ex hoc charactere nihil certi erui potest, cum dies ille eligi potuerit, quod cum die natali Imperatoris concurreret. Ait enim Ditmarus dedicationis illius diem natalitium Regis fuisse. Cumque subdat, eum tunc ingressum esse annum ætatis XXXV. si ea dedicatio hoc anno facta, natus erat *Henricus* Imperator anno nongentesimo septuagesimo septimo, deceptusque est Aventinus, qui lib. V. pag.

marus ita subiicit: *Quidam vero miles eam bona sanctæ Clementis ut tolleret, & inde tectum facere voluisset, in una dierum a muribus intra cubiculum impugnatur ineffabilibus. Qui primo fuste arrepto eos prohibere tentans, posteaque evaginato eos aggressus gladio, & sic nil proficiens, arca quadam (ut ipse rogavit) includitur, ac in medium fune suspenditur; & cum exterius hæc plaga* * *sedaret, hic qui liber solvi debuisset: ab aliis usque ad mortem corrosus invenitur. Tunc cunctis præsentibus, & postea venientibus manifestum fit, quod hunc ira Domini, vindex prædicti facinoris, sola consumpsit.* Præstiterunt hoc mures in corpore, quod vermis in conscientia, inevitabiles ultores, immissi divinitus quousque culpa horum nutrix pœnitentia expiaretur. Subiicit vero de obitu sanctissimæ feminæ Luidgardis, ejus consanguineæ, quam migraturam ad Deum oleo sancto ex antiquo Ecclesiæ ritu perunxit: quæ Idib. Novembr. vitæ accepto responso, ad Deum migravit. Plura alia subinfert auctor de suffragiis adhiberi solitis pro Fidelibus defunctis, numquam cessuris vacuis.

* cessaret

IV. (a) Orb. in Dunstan. apud Sur. tom. 2. die 19. Mar. Anglicana Ecclesia laborat persecutione Danorum

Adsunt vero jam tempora illa infestissima Ecclesiæ Anglicanæ, quæ prædicta fuere a (a) S. Dunstano. Etenim hoc anno Dani, qui anno superiori invaserunt Angliam, potiuntur Cantuariensi civitate, atque diram stragem, sævientes in Christianos, exercuerunt. Petamus ista a Rogerio, fidelissimo antiquorum historicorum, qui in priori Annalium parte habet ista: *Eodem anno millesimo undecimo Danorum exercitus, vastata magna parte Angliæ, ad ultimam inter Nativitatem S. Mariæ, & S. Michaelis festivitatem, urbem Cantuariam circumva-*

PAGIUS pag. 309. scribit, eum anno CMLXXII. in lucem prodiisse, quod ante eum Siffridus in sua Epitome jam literis mandarat, cum dicat, eum mortuum esse anno ætatis LII. (r)

II. *Hæc dedicatio diversa ab altera an. MXIX. facta.*

His tamen obstare videtur quod scribit Wippo in Vita Conradi Salici Imp. qui pag. 453. relata Sancti Henrici Imperat. morte subdit: *Cujus corpus de Saxonia ad sepeliendum ducitur ad locum, qui dicitur Padenberg. ubi ipse bono zelo ac studio fundavit Episcopatum omni Ecclesiastico apparatu insignem. Ad cujus dedicationem dominum Apostolicum nomine Benedictum* (hujus nominis VIII.) *ascivit, cujus auctoritate ad tutandum locum Privilegia publica stipulatione confirmavit.* Benedictus enim anno MXII. post mensem Majum Pontifex Romanus renunciatus fuit, ut eo anno videbimus. Verum Wippo, non de dedicatione Majoris Ecclesiæ Bambergensis a Joanne Archiep. Aquilejensi facta, sed de consecratione Ecclesiæ Sancti Stephani, quam Henrici Imp. efflagitatu *Benedictus* VIII. anno MXIX. Bambergæ peregit, sermonem habet. Subobscurius tamen Wippo loquitur, cum *Sanctus Henricus* non in Basilica Sancti Stephani a se extructa, & a Benedicto VIII. consecrata, sed in Basilica Sancti Petri a se pariter ædificata, & a Joanne Archiep. Aquilejensi dedicata sepultus fuerit, ut ex Vita Sanctæ Cunegundæ, Hermanno Contracto, aliisque liquet. [a]

III. *Dani Cantuariam obsident & devastant.*

Ad num. IV. & seq. Danorum in Angliam irruptiones annos MIII. inchoatas, & sequentibus continuatas, Baronius a præsenti tantum exorditur, narratque ex Hovedeno ad hunc Christi annum, obsidionem urbis Cantuariensis, ejusque devastationem, quæ *inter Nativitatem Sanctæ Mariæ & Sancti Michaelis festivitatem* contigit: quo tempore *Sanctus Elphegus* Archiepiscopus Cantuariensis a Danis captus est, annoque sequenti ab iisdem interfectus. Viderat Baronius apud Surium ad diem XIX. mensis Aprilis, quo sanctus Præsul colitur, ejus Vitæ & Passionis compendium sub Osberni Ecclesiæ Cantuariensis monachi nomine editum. Verum post Baronii mortem Bollandus ad diem XIX. Aprilis ex Codice MS. Vitam Sancti Elphegi, ex qua synopsis illa collecta, publicavit. Scripta ea ab Osberno Monacho jubente Lanfranco anno MLXX. Archiepiscopo Cantuariensi creato. Præ-

NOTÆ [a] MEndum hic irrepsisse in Ditmarum quoad annum natalem Henrici valde suspicor. Nam Henricum anno 1024. obiisse exploratum est, ipso etiam Pagio ultro admittente; sed & certum esse constat illum, quo decessit, anno egisse ætatis annum 52. Ita enim diserte exprimebat vetus epitaphium Bambergæ super ejus tumulum impositum, quod nobis servavit Albericus Bambergensis in suo Codice vulgato ab Eccardo tom. 2. Historic. Germ. col. 5. in quo tamen mendum in adnotandis regni annis irrepsit, habet enim regnasse annis XXIIII. cum annis tantum XXII. & diebus aliquot regnaverit. Consonat huic ætati annorum 52. auctor Vitæ S. Meinvverci apud Bollandistas ad diem V. Junii cap. 13. n. 102. cum Chronographo Saxone Eccardi cui addo Authorem Chronici Regii S. Pantaleonis vulgati ab Eccardo tom. 1. Historic. Germ. col. 900. Hæc si admittantur anno 1007. quintum & trigesimum ætatis annum inire non poterat, sed potius an. XXXIX. & anno 1015. annum XL. incipiebat. Hi autem characteres Chronologici annum Henrici natalem non annum 977. ut censet Pagius sed potius annum 972. designant, quam opinionem etiam Bollandistæ ad vitam S. Henrici tenent & certam esse affirmant. MANSI

[a] HUic anno Synodum quandam Moguntinam habitam fuisse Henrico Imperatore præsente ex Annalista Saxone Eccardi discimus qui addit huic concilio interfuisse Theodericum Metensem Episcopum, & Henricum Ducem Bavariæ *fratres Reginæ* (S. Cunegundæ;) *cumque omnia ibi juxta suum placitum*, addit Historicus *respondere non potuissent, revertebantur irati*. Hujus Synodi in Collectionibus altum silentium est. MANSI

valantes obsederunt. Vicesimo autem obsidionis die per insidias Elmerici Archidiaconi, quem S. Elphegus, ne morti traderetur, prius eripuit, pars civitatis incenditur, exercitus ingreditur, urbs capitur. Alii ferro jugulantur, alii flammis consumuntur; plures quoque de muris præcipites dantur, nonnulli per veneranda suspensi deficiunt; matronæ crinibus per plateas civitatis distractæ, demum flammis injectæ moriuntur; parvuli a matrum uberibus avulsi, aut lanceis excipiuntur, aut superacto carro minutatim conteruntur. Interea Archipræsul Elphegus capitur, vincitur, tenetur, & variis modis affligitur. Ailmarus Abbas monasterii S. Augustini abire permittitur, capiuntur Godduinus Rhoffensis Episcopus, Leonfruna Abbatissa monasterii S. Mildrinæ, Elfregus Regis Præpositus, monachi quoque & clerici, populusque innumerabilis utriusque sexus. Exin Ecclesia Christi spoliata comburitur, grex monachalis, & turba virilis, sed & muliebris, nec non infantilis decimatur, novem trucidantur, decimus vita reservatur: quatuor monachis, & octingentis viris decimatorum summa perficitur.

V. S. Elphegus Archiepisc. Cantuar. capitur a Danis.

Populo caeso, urbe spoliata, & tota cremata, Archipræsul Elphegus vinctus extrahitur, vi impellitur, graviter sauciatur. Hinc ad classem ducitur, post in carcerem truditur, ubique septem mensibus affligitur. Interim ira Dei in homicidam populum desæviens, ex his duo millia per diros internorum cruciatus prostravit. Cæteri quoque simili modo percussi, a Fidelibus commonentur, ut pontifici satisfaciant, sed differunt. Prævalebat interim clades, & nunc denos, nunc vicenos, nunc plures similiter absumebat. Quomodo autem contigerit S. Elphegum post carcerem septem mensium gloriosum consummare martyrium, suo loco dicturi sumus anno sequenti quo evenit.

VI. Hic modo, quæ Osbertus monachus Cantuariensis de curatis pane benedicto Danis, torminibus viscerum laborantibus,

PAGIUS Præfatur autem Osbernus se tradere, *quæ de glorioso Christi Martyre Elphego ipse agnover*, & *accepit ab his qui viderunt, aut a videntibus habuerunt*. Elphegus itaque splendidis natalibus exortus religionis monasticæ habitum induit, & cum habitu vitam composuit. *Culpabat non modicum*, inquit Osbernus, *qui secularem habitum mutarent vitam non mutarent*. Post Sancti Ethelwoldi Vintoniensis Episcopi mortem, agente sancto Dunstano Cantuariensi Archiepiscopo in illius locum subrogatus est, annoque *incarnatæ divinitatis millesimo sexto, indictione quarta*, de Sede Vintoniensi ad Cantuariensem translatus, paucis diebus evolutis Romam profectus est, Joanne XVIII. Ecclesiam Romanam regente: *Perveniens Romam*, inquit Osbernus, *Romano Pontifici præsentiam exhibuit, colloquia quæsivit. Qui dum omnem loquendi opportunitatem tribuisset, tanto inter loquendum sibi fœderati sunt amore, ut cum idem Apostolicus propriis Apostolatus sui stola circumdaret, & ad memoriam cælestis clavigeri coram omni Romano Senatu honoraret*. Reversus est in Angliam quo tempore Danus per eam spargitur, *& quidquid obstaret, tum cæde tum incendio comminuit*. In tanto rerum discrimine *Elphegus id quod factu difficillimum erat, hostes adire solebat, verbum eis vitæ prædicare, captivos dato pretio redimere, & eos quos fames opprimebat alere*. Tandem hoc anno Cantuaria ab eisdem obsessa, & *vicesimo obsidionis die* occupata. [s]

IV. S. Elphegus Cantuarie Archiep. a Danis captus & male habitus.

Capta urbe super omnia in minorem ætatem crudelius desævit, parvuli a matrum uberibus avelluntur, aut lanceis excipiuntur, aut superacto plaustro minutatim conteruntur. Innumeris manibus, fortissimus athleta capitur, dum petit, ut innocenti ætati parcatur, & in se ira desæviat, qui eos multo milite spoliarit. *Igitur ex omni numero*, inquit Osbernus, *qui ad octo millia hominum pretendebatur, quatuor solummodo monasticæ professionis, octingentos autem inferioris ordinis viros remansisse accepimus, quos primum beneficii gratia pro decimis computatos, deinde Dani verberibus acriter exaratos, aut pecuniaria redemptione dignos judicaverunt, aut servilibus mancipandos operibus secum abduxerunt. Quibus eo solum eo Danos existimo pepercisse, ut nullis temporibus deessent, qui cruentam illorum victoriam prædicare possent*. Paucis interpositis: *ducitur hostia Christi* (nempe Elphegus) *de urbe ad classem, de classe ad carcerem, de carcere ad iniquitatis judicem. Carcerem pronuncio, quem horror tenebrarum occavit, quem angustia parietum arctavit, quem ranarum importunitas fœdavit. Ibi virum menses septem duodeno militum septum servavere, rati illum Ecclesiæ patrimonia spoliaturum, ac pro sui liberatione eis daturum*.

V. Ad num. VI. *Interea rapit ira Omnipotentis Dei in homicidam populum* (idest Danos) *adeo*

NOTÆ [s] QUamquam S. Elphegi gesta satis accurate perstringit Pagius, ad accuratiorem tamen chronologiæ rationem adnotandum est, Sanctum Antistitem ad Cantuarienses infulas translatum quidem fuisse anno 1006. sed prioribus anni illius mensibus; nam qua die obiit nempe XIII Kal. maii Pontificatus annum septimum jam agebat teste Osberno in ejus Vita cap. 8. Nec prætereundum est eundem S. Antistitem Roma rediisse anno eodem quo Kenulphus Wentanus Episcopus nondum completo muneris sui biennio, ut Malmesburiensis affirmat, vita decessit. Cum igitur Kenulphus in locum Sancti Elphegi in cathedram Cantuariensem translati 1006. ineunte successerit; reditus Viri Sancti ad annum 1007 vel 1008. referendum est, triennio vel quadriennio antequam Danos per Angliam spargi cœpisse Osbernus affirmet. Quod nostra animadversio leve Pagii sphalma emendat. MANSI

(a) Osber. in vita S. Elphegi die 19. April. apud Sur. tom. 2.

Dani divinitus afflicti ſero poſcunt auxilium.

bus, refert, ſic accipe (a): *Lætati igitur conſilio, mox ad Epiſcopum currunt, & de perpetrato facinore cum lacrymis veniam petunt, & de carcere eum extrahentes, ad publicos populi conſpectus cum honore deducunt. Et ait illis Epiſcopus: Etſi veſtra inſatiabilis crudelitas veniam non promeretur; tamen quod non facere deceat, exempla Domini edocemur, qui cum ſuorum dignatus eſſet lavare pedes Diſcipulorum, non illum excluſit, a quo ſe tradendum eſſe præſcivit, immo ipſum ſanctiſſimo pane cibavit; Phariſæorum miniſtros potentia ſua verba eliſit, ſed confeſtim eoſdem erigenda ſanavit: & quod magnæ bonitatis inſigne eſt, quos quotidie mandatis cæleſtibus pertinaci animo cernit reſiſtere, eos in cælo ſedens adhuc patitur vivere, immo humanis rebus pluſquam cæteros præſtare. Quapropter, quoniam exemplorum illius devotus cupio imitator exiſtere, oblitus incendia civitatis, innocentium cædes, oblitus injuriam, quæ in me facta eſt, præteritæ impietatis, ſicut ipſe Patrem pro ſuis crucifixoribus, ita ego pro meis tortoribus ipſum interpellabo. Afferte ergo panem, ſtatim vobis reddendum ſalutarem, quatenus ex hoc refecti, & cupitæ ſalutis beneficium adepti, aut gratias Salvatori reddatis, aut ſceleratiores blaſphemi remaneatis. Et data omnibus pane a ſe benedicto, omnes ab exitiali liberavit clade.* Hucuſque de ſanatis hoſtibus Danis per S. Elphegum Osbertus. Cætera anno ſequenti.

Curat Danos morbo S. Elphegus

VII. Terremotus Conſtantinop. quid portenderit.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno, Indictione nona, menſe Januario (inquit Curopalata) *Conſtantinopoli fuit maxime horribilis terræmotus, & concuſſa fuit terra uſque ad nonam Martii menſis diem, qua circiter decimam diei horam fuit concuſſio adeo horribilis, & motus adeo horrendus, & in ipſa regia urbe, & in agris, ut ceciderint ſphæræ templi Sanctorum Quadraginta, & Sanctorum omnium, quas Imperator ſtatim inſtauravit. Hæc autem ſignificabant mox in Italia futuram ſeditionem. Princeps enim quidam Bari, nomine Meles, concitato in Longobardia exercitu, adverſus Romanos arma ſumit, &c.* Hic eſt ille, quem Leo (b) Oſtienſis Melum appellat, cujus rebellionem adverſus Græcos, & progreſſus ejus poſtea, cum auxiliares copias Northmannorum adſcivit, idem narrat, aſſeritque ea occaſione eoſdem Northmannos ſibi Apuliam vendicaſſe, atque diu tenuiſſe, tyrannice que dominatos, ut quæ dicturi ſumus in Leone Nono, decla-

(b) Leo Oſt. lib. 2. c. 38. 40. 42.

PAGIUS

Miraculum ab eo anno ſequenti patratum.

adeo deſævire, ut parvo temporis intervallo, duobus eorum millibus per diros internorum cruciatus proſtratis, cætera quoque multitudo, ſimili morbo percuſſa, ſimile experiretur exitium. Commoniti Dani a fideli populo, ut reos ſe in Chriſtum agnoſcant, & Pontifici ſatisfaciant, tandem Concilium convocant. *Erat autem ſolemnis ille conciliationis dies, in quo ſanctiſſimum Corporis & Sanguinis ſui myſterium Salvator diſcipulis commendavit*, nempe dies decima Aprilis; cum anno ſequenti, quo hæc contigere, & ad quem revocanda ſunt, in diem XIII. Aprilis Paſcha inciderit. *Elphegus* explicata Chriſti manſuetudine erga Judam proditorem alioſque, qui eum comprehenderant, oblitus incendia civitatis, & quæ in ſe acta fuiſſent, juſſit afferri panem, eoque benedicto ac inter omnes diſtributo, *omnes de exitiali liberavit clade. Qui liberati & ab homine confortati, nihilominus perſtiterunt, in quo cœpto conſtiterunt*, inquit Osbernus; ſed hæc anno ſequenti, ut mox dixi, peracta.

VI. S. Macarius Archiep. Antiochenus Gandavi floret.

Vitam *Sancti Macarii* Archiepiſcopi Antiocheni, de cujus morte anno ſequenti cum Baronio *agemus*, ſcripſit Monachus Anonymus Gandenſis juſſu *Erembolds* Abbatis Gandenſis, qui Otvvino XVI. Kalend. Julii anno CMXCVIII. demortuo ſucceſſit. Eam eruit e vetuſto MS. Henſchenius ad diem X. Aprilis, quo & alteram ejuſdem Sancti Vitam juſſu *Sigeri* Abbatis Gandenſis poſt Elevationem corporis ejus a Monacho Gandenſi elucubratam etiam exhibet. Eremboldo autem anno MXIX. ſucceſſit Othoboldus ut docet Chronicon MS. ejuſdem Cœnobii. Exiſtimat Henſchenius *Macarium* e Hieroſolymitana urbe, ubi male a Saracenis habitus fuerat, hoc anno *Gandavum veniſſe*. Verum cum ſepulchrum Hieroſolymitanum Domini Noſtri J. C. anno MX. tertio Kalendas Octob. everſum fuerit, & ſanctus hic peregrinus, uti in ſecunda ejus Vita dicitur, Hieroſolymis in Bavariam venerit, ibique *anno integro* manſerit, poſtea Moguntiam, Coloniam, Machliniam, Cameracum, Tornacum, tandemque Gandavum perrexerit, ubi poſt aliquam moram die decima menſis Aprilis anni ſequentis e vivis exceſſit, manifeſtum eſt, *Macarium* annos aliquot ante Templi Hieroſolymitani everſionem Gandavum adventaſſe. Præterea in poſteriori Vita dicitur, famam ſancti viri perveniſſe *uſque ad ſanctum Patriarcham Joannem*, dum ille per Palæſtinam peregrinaretur, & loca ſacra viſeret, ſubditurque: *a ſancto Patriarcha honorifice detentus, aliquandiu ibi eſt demoratus. Delectabat enim dormitorium Salvatoris & locus Calvariæ.* Addit idem Anonymus Macarium, cum diſputaret cum Saracenis, carceri incluſum fuiſſe, ac poſtea e Palæſtina diſceſſiſſe. Ex quo intelligimus primo, ſanctum Antiſtitem Hieroſolymis fuiſſe ante Sepulchri Hieroſolymitani everſionem, & ante mortem Jeremiæ Patriarchæ Hieroſolymitani tunc occiſi, ut ſupra diximus. Secundo, *Joannem* iſtum omiſſum a Papebrocio in Hiſt. Chronol. Patriarcharum Hieroſol. ſediſſe ante *Jeremiam*, non vero poſt eum, ut putavit Henſchenius in Notis ad poſteriorem Vitam Sancti Macarii. In priori Vita, ubi pauciſſima de eo habentur, legitur, *Macarium* fuiſſe Antiochiæ Archiepiſcopum, *quæ urbe Armeniæ ſita eſt*, inquit Anonymus. Quare cum vicinæ provinciæ ſubinde ſub Armenia comprehenſæ fuerint, & ibi Antiochia Piſidiæ Me-

clarabunt. Reliquas autem res gestas Græcorum Imperatorum adversus Bulgaros, & alios barbaros, per annos singulos, quod institutum nostrum non attingant, describere prætermittimus: consulat eumdem Curopalatam, vel Cedrenum, qui ex eo descripsit, qui hæc cupit.

An-

PAGIUS Metropolis extiterit, non videtur dubitandum, quin in ea Macarius federit. Nam si Patriarcha Antiochenus extitisset, neque *Ermboldum* Abbatem Gandensem, qui eum viderat, neque Monachum, qui priorem Vitam ejus scripsit, quemquem Eremboldus de iis, quæ ad sanctum Præsulem spectabant, edocuerat, id latuisset, vel ab eodem tacitum esset.

I. Obitus Sergii IV. Pap.

ANno Christi millesimo duodecimo, Indictione decima, die decimatertia mensis Maii moritur Sergius Papa, cum sedisset annos duos, menses octo, & dies tredecim, ut apparet ex ejus sepulcri inscriptione, quæ habetur in Lateranensi basilica istis versibus.

Sergii Pap. IV. epitaph.

QVISQVIS AD HAEC TENDIS SVBLIMIA LIMINA LECTOR,
ET CAPERIS TANTAE NOBILITATE DOMVS.
INTENTIS OCVLIS AVLAE PERCVRRERE RARAS
DESINE MATERIAS, ARTE IVVANTE MANVS.
LVMINA CVM GRESSV PRVDENTE SECVTA COERCENS
RESPICE SOLLICITVS QVID VELIT HIC TITVLVS.
HIC TVMVLATA IACENT PASTORIS MEMBRA SERENI,
QVEM DECVS ECCLESIAE CONTVLIT OMNIPOTENS.
PAVPERIBVS PANIS, NVDORVM VESTIS OPIMA,
DOCTOR ET EGREGIVS QVI FVIT IN POPVLO.
IVRA SACERDOTI LAETAS DVM VIDIT ARISTAS
COETIBVS AEQVAVIT NAVIGER ANGELICIS.
ALBANVM REGIMEN LVSTRO VENERABILIS VNO
REXIT, POST SVMMVM DVCITVR AD SOLIVM.
IN QVO MVTATO PERMANSIT NOMINE PRAESVL,
SERGIVS EX PETRO. SIC VOCITATVS ERAT.
DVCTVS MENTE PIA IESV, DIC PARCE REDEMTOR,
VTQ. VICEM CAPIAS, DIC, DEVS HVNC HABEAS.
QVI SEDIT ANNOS II. ET MENSES VIII. ET DIES XIII. INDICTION. X.
ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS MILLESIMO DECIMO III.

II. Benedict. VIII. Pap. Sergio IV. succedit.

Sic incipiens annum ab Incarnatione Dominica, hoc anno, xxv. Martii. Hoc etiam anno Marianus Scotus, Hermannus, & Sigebertus ponunt Benedicti Episcopi Portuensis ingressum, sicut nos posuimus. Cæterum inspectis diplomatibus Sergii, & ipsius successoris Benedicti, alia die & mense, & sequenti potius anno, qui & notatus habetur in fine epitaphii, Sergium Papam oportuit mortuum esse. Extat enim ejusdem Sergii diploma de pallio concesso Michaeli Archiepiscopo Salernitano, datum hac Indictione, decima sexta mensis Junii. Nam in fine diplomatis ista leguntur:

Scriptum per manus Joannis Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense junio, Indictione decima. Et paulo post ita: *Datum decimo quinto Kalendas Julii per manum Gregorii Episcopi & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, anno, Domino propitio, Pontificatus domini Sergii Quarti Papæ in sacratissima Sede beati Petri Apostoli, tertio, Indictione decima.* Ita ibi diploma inter vetera monimenta Vaticanæ bibliothecæ extat. III. In quibus & duo alia item reperiuntur diplomata ejus successoris Benedicti Octavi Papæ, data ad Michaelis successorem Benedictum Archiepiscopum Salernitanum, cum eidem pallium tribuit: quo-

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hisp. ML. Anno Hegiræ cccci11. inchoato die 23. Junii fer. 4. A. C. 1012.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6505.

☉ 13. EF. ☽ 6. P. 23. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1012.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 1.

HENRICI II. REGIS 2.

BASIL. & CONST. IMPP. 37.

I. *Benedictus VIII. PP. succedit Sergio IV.*

ANum. I. ad VII. Sergius IV. die decima septima mensis Junii adhuc in vivis erat, ut subscriptio a Baronio num. III. recitata demonstrat. *Datum XV. Kalendas Julii per manum Gregorii Episcopi & Bibliothecarii S. Sedis Apostolicæ, anno domino propitio, Pontificatus domini Sergii quarti Papæ, in sacratissima sede B. Petri Apostoli tertio, indictione decima.* Die vero vigesima tertia mensis Novembris *Benedictus* VIII. natione Tusculanus, antea dictus Joannes Episcopus Portuensis jam Ecclesiam Romanam administrabat, ut liquet ex altera Charta a Baronio, anno MXIX. num. VI. recitata, & his verbis inchoata: *In nomine domini D. S. N. Jesu Christi, anno, Deo propitio Pontificatus domini Benedicti summi Pontificis & universalis octavi Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli octavo, imperante domino piissimo perpetuo Augusto Henrico a Deo coronato magno Imperatore anno sexto, indictione tertia, mensis Novembr. die XXIII.* Hanc confirmat subscriptio hoc anno a Baronio num. V. in hæc verba relata: *datum VI. Kalend. Januarii per manus Benedicti Episcopi Portuensis & Bibliothecarii S. Apostolicæ sedis, anno, Deo propitio, Pontificatus domini Benedicti sanctissimi octavi Papæ, anno octavo, imperante domino piissimo Imperatore Augusto Henrico anno*

De tempore sedis Benedicti PP. VIII. quorum primum cum datum habeatur anno quarto ejusdem Papæ Benedicti, Indictione decimaquarta, die septima mensis Aprilis; sequens vero datum ad Amatum Juniorem ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopum anno octavo ejusdem Benedicti, Indictione tertia, die xxvi. mensis Decembris: necessario infertur non hoc anno, sed sequenti eumdem Benedictum sedere cœpisse. At non pigeat hic describere eorumdem diplomatum tempus, quo data reperiuntur. Illud ad Benedictum in fine sic habet:

IV. *Scriptum per manum Benedicti Notarii Regionarii & Scriniarii S. Romanæ Ecclesiæ mense April. Indictione decimaquarta.* Et paulo post sic, ut sequitur:

Datum vii. Kalendas Maii per manus Petri Episcopi Ecclesiæ Prænestinæ & Bibliothecarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Indictione decimaquarta, anno, Deo propitio, Pontificatus domini nostri Benedicti summi Pontificis & universalis Octavi Papæ in sacratissima Sede beati Petri Apostoli quarto, Imperii domini Henrici Imperatoris Augusti anno tertio, Indictione decimaquarta, mense jam dicto Aprilis, die septima. Qua ratione (ut dictum est) non nisi anno sequenti oportuit. Benedictum creatum esse Pontificem. Concordat pariter aliud ejusdem Pontificis diploma ad Amatum Archiepiscopum datum, in cujus fine leguntur illa:

V. *Scriptum per manus Stephani Notarii Regionarii & Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ mense Decembri, Indictione tertia.* Et infra:

Datum sexto Kalendas Januarii per manus Benedicti Episcopi Portuensis & Bibliothecarii sanctæ Apostolicæ Sedis, anno, Deo propitio, Pontificatus domini Benedicti sanctissimi Octavi Papæ, octavo, Imperante domino piissimo Imperatore Augusto Henrico anno sexto, Indictione tertia, mense Decembris, die xxvi. Ex quibus pariter intelligis, anno sequenti potius Benedicti Papæ Octavi Sedis initium collocandum fore, quo numerari cœptos esse annos Pontificatus ipsius apparet, quibus pacifice sedere cœpit. Attamen quod in recitato epitaphio sedisse tantum ponitur annos duos & menses octo, hic cum cæteris ponimus ejus obitum & Benedicti successoris ingressum, absque aliquo tamen præjudicio veritatis, cujus in primis & in omnibus habendam esse rationem, duximus semper.

Fuit autem schisma in Ecclesia Romana in Benedicti hujus creatione, cum adversus eum contra sacros canones crearetur Gregorius, qui pollens potentia Romanorum, expulit ab Urbe Benedictum; qui ad Henricum Regem se contulit, cum tunc esset Palthi, seu Palithi, ubi Natalem diem Redemptoris ipsum Regem celebrasse, auctor est (a) Ditmarus. Locus hic erat in Saxonia, haud longe a Meseburg, ut ex eodem auctore percipitur. De his enim hæc idem Ditmarus his præsens habet (b): *Ab omnibus sacerdotibus summis adventus Regis*, in Urbem scilicet, *admodum desideratur, sed diversorum reluctatione hostium diu tardatur. Benedictus sit in* VI. Schisma inter Benedictum & Gregorium.

(a) Ditm. l. 6. p. 80.

(b) Idem l. 6. in fine.

PAGIUS *no sexto, indictione tertia, mense Decembris die XXVI.* legendum, *die XXVII.* qui idem est cum VI. Kalend. Januar. Quare cum anno MXIX. die XXIII. Novembris jam annum Pontificatus VIII. inchoarit, currentis annum primum eodem die jam exorsus erat. Baronius ex prima & tertia subscriptione infert *Benedicti* VIII. initium anno sequenti potius, quam præsenti collocandum esse.[1] Sed eum calculos male posuisse ipsæ subscriptiones demonstrant. Decepit Cardinalem doctissimum Sergii IV. Epitaphium ab eo recitatum, in quo dicitur: *qui sedit annos II. & menses VIII. & dies XIII. ind. X. anno Dominicæ Incarnationis millesimo decimo III.* Verum hæc verba ostendunt Baronii tempore clausulam illam ex par-

NOTÆ [1] EN alteram subscriptionem bullæ pontificiæ vulgatæ a Muratorio in Notis ad Chronic. Farfense Rer. Ital. tom. 2. par. 2. col. 509. ex qua liquet Benedictum hoc anno die XXII. Augusti jam regnasse. *Pontificatus Domini nostri Benedicti Summi & universalis octavi Papa in sacratissima Sede B. Petri Apostoli primo, indict. X. mense Augusto die XXII.* Annus iste est æræ vulgaris 1012. quo proinde ea augusti die Benedictus Petri cathedram jam tenebat. Quin & die 2. Augusti jam sacris præfuisse docet subscriptio altera Chartæ Hugonis abbatis Farfensis a Mabillonio primum in Annalibus Benedictini dein a Muratorio in Notis ad idem Chronic. col. 518. vulgatæ; inscribitur illa: *Benedicti Octavi anno tertio, Henrici primo. Indict. XII. Augusto die secundo*; quæ indicant annum æræ 1014. demonstrantque Benedictum anno 1012. ante diem 2. Augusti cœpisse. Denique ex altera ejusdem Benedicti Bulla, edita in Appendice Actorum veterum Libri Romæ anno 1709. editi sub titulo. *Dominio temporale della S. Sede sopra la Città di Comacchio impressione terza*; ex hac inquam bulla erudimur Pontificem illum die sexta Julii sacris jam præfuisse. En subscriptionem: *Datum pridie Nonas Julii per manum Benedicti Episcopi S. Silvæ Candidæ Ecclesiæ & Bibliothecarii Sanctæ Apostolicæ Sedis anno Deo propitio Pontificatus D. N. Benedicti SS. VIII. PP. anno secundo, Indictione prædicta XI. mense Julio die sexto.* Igitur si Julio mense anni 1013. qui in eo Diplomate exprimitur, annum secundum jam cœperat Benedictus, constat illum anno 1012. ante diem illam Julii Pontificatum iniisse. MANSI

Benedictus Papa pulsus se confert ad Henricum Regem.

in cunctis operibus suis omnipotens Dominus, qui Romam a multis temporibus depressam, tali pastore consolari & pacificare dignatus est. Namque Papa Benedictus Gregorio cuidam in electione prævaluit; ob hoc iste ad Nativitatem Dominicam ad Regem in Palithi venit, cum omni paratu Apostolico, expulsionem suam omnibus lamentando innotescens. Hujus crucem Rex in suam suscepit custodiam, & a cæteris abstinere præcepit, promittens sibi, cum ipse illuc veniret, hæc secundum morem Romanum diligenter finire. Hæc de schismate, & adventu Benedicti ad Henricum Germaniæ Regem Ditmarus, qui præsens cuncta intuebatur. Quomodo autem ad restituendum ipsum Papam Benedictum in Sedem suam idem Rex Romam se contulerit, dicemus anno sequenti.

VII. Hoc anno, qui & decimus numeratur regni Henrici, contigit Ecclesiam Saxoniæ fluctibus agitari, & cœpisse Slavorum gentem a Christiana Fide deficere. Quomodo id acciderit, ex Helmoldo hujus temporis scriptore rerum Slavorum sic accipe (*a*):

(*a*) *Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 16.*

VIII. Ecclesia Saxoniæ perturbata.

Anno regni ejus decimo mortuus est Dux Saxoniæ Benno, vir omni probitate conspicuus, & strenuus Ecclesiarum defensator: cujus principatus hæres factus est Bernardus filius ejus, licet a paterna felicitate diversis. Ex illo enim tempore, quo Dux constitutus est in hac regione, numquam cessavit discordia & perturbatio: quoniam Dux Henrico Imperatori rebellare ausus, totam secum ad rebellandum Cæsari movit Saxoniam. Deinde insurgens in Christum, omnes Ecclesias Saxoniæ terruit atque turbavit, illas præcipue, quæ in memorata rebellione ipsius malitiæ noluerunt applicari.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

IX. *Accessit his malis, quod idem Dux tam paternæ, quam avitæ devotionis, quam erga Slavos habebant, penitus immemor, gentem Vvinulorum per avaritiam crudeliter opprimens, ad necessitatem Paganismi coegit. Sane eo tempore Slavorum dominio potiti sunt Theodoricus Marchio, & Dux Bernardus, illo quidem Orientalem, isto Occidentalem possidente provinciam, quorum ignavia Slavos coegit fieri desertores. Rudes enim adhuc in Fide Gentilium populos, quos optimi quondam Principes cum magna lenitate foverant, temperantes rigorem his, quorum propensius insistebant saluti, isti tanta crudelitate insectati sunt, ut excusso tandem servitutis jugo, libertatem suam armis defendere cogerentur.* Porro de his agens Adam ejus temporis scriptor, Bennonis Ducis Saxoniæ obitum contigisse cum (*b*) dicat anno vigesimosecundo Libentii Archiepiscopi Hamburgensis: utique anno decimo post millesimum Redemptoris oportuit contigisse. At quod magis dolendum, non solum, a Fide defecerunt tunc Slavi, sed redditi sunt more apostatarum adversus Fideles sævissimi. Nam quam ingentem ac plane acerbissimam de Christianis exercuerint carnificinam, sic accipe ab Adamo ipso; qui jam ab obitu Tertii Ottonis cœptam eorum defectionem ita describit:

Ecclesiæ Slavorum defectio a fide Christiana.

(*b*) *Adam. l. 2. c. 32.*

X. *Post mortem ejus regnum in contentione remansit. Tunc vero & Slavi a Christianis Judicibus plus justo compressi, excusso tandem jugo servitutis, libertatem suam armis defendere coacti sunt. Principes Vvinulorum erant Mistuidrog, & Mistivvoi, quorum ductu seditio inflammata est. His ducibus Slavi rebellantes, totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati sunt: deinde reli-*

Ingens carnificina martyrum per Slavos facta.

 quam

PAGIUS parte jam fuisse erasam, & residua tantum variarum litterarum vestigia. Quam ob causam dies & mensis tunc non apparebant. Præterea, quia indictio X. cum anno Christi MXIII. copulari non potest, manifestum est, in duratione Sedis *Sergii* IV. dimetienda, & *Benedicti* VIII. Pontificatus initio consignando illius Epitaphii nullam rationem habendam esse; cum ex duabus subscriptionibus mox relatis constet, *Benedicti* VIII. initium in annum sequentem differri non posse. [*s*] In Catalogis *Sergio* IV. tribuuntur anni tres, & in quibusdam an. II. menses IX. & dies XII. Sed cum dies & mensis emortuales ejus ignorentur, potis non est menses & dies, quibus supra annos duos sedit, divinare, frustraque id hactenus tentatum. *Sergium* tamen ante mensem Augustum obiisse, & *Benedictum VIII.* statim ei successisse, ex dicendis in hujus mortem perspicuum fiet.

II. A num. VII. ad XI. Lambecius in Originibus Hamburgensibus pag. 41. de *Libentio* Archiepiscopo Hamburgensi, qui *Adaldago* successerat, verba faciens, cladem per hæc tempora Saxoniæ Ecclesiis illatam accurate explicat.

Vandali a Saxoniæ Duce vexati se se in libertatem asserunt.

NOTÆ [*s*] Ope vetustissimi catalogi ab Eccardo vulgati, liquet veram esse Cl. Muratorii in Adnotationibus ad Chronicon Farfense conjecturam, hunc scilicet Benedictum VIII. æque ac nepotem ejus Benedictum IX. nomen alterum nempe Theophilactum gessisse. Nam de utroque hoc Benedicto id asserit hujus catalogi Author vetustus. Quare nullum penes me dubium superest compendiarias illas notas, quas in subscriptione Bullæ ejusdem Benedicti exhibet Muratorius, nomen illud Theophilacti designare. Non est tamen prætereundum Benedictum hunc Theophilitum in eodem Catalogo appellari, cum Benedicti IX. alterum nomen Theophilactum scribat. MANSI

quam peragrantes Slavoniam, omnes Ecclesias incenderunt, & ad solum usque diruerunt: sacerdotes autem & reliquos Ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes, nullum Christianitatis vestigium trans Albiam reliquerunt. Apud Hamburg eo tempore & deinceps multi ex Clero & civibus in captivitatem abducti, plures etiam interfecti propter odium Christianitatis. Narravit nobis diu memorandus Rex Danorum, ut qui omnes barbarorum gestas res in memoria tenuit, ac si scripta essent, Aldinburg civitatem populosissimam de Christianis inventam esse: Sexaginta, inquit, presbyteri, cæteris more pecudum obtruncatis, ibi ad ludibrium servati sunt, quorum major loci Præpositus Oddar nomen habuit, noster consanguineus. Ille igitur cum cæteris tali martyrio consummatus est, ut cute capitis in modum crucis incisa, ferro cerebrum singulis aperiretur: deinde ligatis post tergum manibus, professores Dei per singulas civitates Slavorum tracti sunt, aut verbere, aut alio modo vexati, usque dum deficerent. Ita illi spectaculum facti & Angelis & hominibus, in stadii medio exhalaverunt victorem spiritum. Multa enim in hunc modum per diversas Nordalbingorum provincias tunc facta memorantur, quæ scriptorum penuria habentur pro fabulis. De quibus cum amplius Regem interrogarem: Cessa, inquit, fili, tantos habemus in Dania vel Slavonia Martyres, ut vix possint libro comprehendi. Omnes igitur Slavi, qui inter Albiam & Oderam habitant, per annos septuaginta & amplius Christianitatem coluerunt, omni tempore Ottonum, talique modo se absciderunt a corpore Christi & Ecclesiæ, cui ante conjuncti fuerant. O vere occulta super homines Dei judicia, (a) qui miseretur cui vult & quem vult indurat! Cujus omnipotentiam mirantes, videmus eos ad Paganismum esse relapsos, qui primi crediderunt, illis conversis ad Christum, qui novissimi videbantur &c. Hæc facta sunt addit, *ultimo tempore senioris Libentii, sub Duce Bernardo filio * Hermanni, qui populum Slavorum graviter afflixit.* Habet eadem (b) Helmoldus in Slavorum Chronico totidem ferme verbis.

(a) Rom. 9.

* Bennonis, habet Helm.

(b) Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 16.

XI. S. Elphegi martyrium.

Locupletata est etiam & illustrata hoc anno Anglia sanguine Martyrum, quo sanctus Elphegus Cantuariensis Archiepiscopus plurima passus tandem martyrium consummavit: de quo ista Rogerius in priori Annalium parte: *Anno millesimo duodecimo perfidus Dux Danorum Edricus Streona, & omnes Angliæ primates ante Pascha Lundoniæ congregati sunt, & ibi tamdiu morati sunt, quousque tributum Danis promissum, quod erat quadragintaocto librarum, persolveretur. Interea sacrosancto Dominicæ requiei sabbato Archipræsuli Elphego a Danis proponitur conditio, ut si vita & libertate velit potiri, tria millia librarum persolvat. Illo nolente, necem ejus usque ad aliud sabbathum protelant; quo adveniente, adversus illum exarserunt ira magna: & quia nimis vino inebriati fuerant, & quia prohibuerat, ne quis pro sua redemptione quidquam daret eis: proinde carcere educitur, & ad eorum concilium protrahitur. Quo viso, mox illi de sedibus prosiliunt, aversis securibus illum deiiciunt, lapidibus, ossibus, bovinis capitibus obruunt. Ad ultimum quidam Thrum nomine, quem confirmarat pridie, impia motus pietate, securam capiti illius infixit: qui statim in Domino, decimotertio Kal. Maii obdormivit, & vi-*

PAGIUS eat. Anno vicesimo secundo Libentii, ut habet Adamus lib. 2. cap. 32. anno scilicet Christi MX. *Benno* Dux Saxoniæ vitam cum morte commutavit; *vir*, ut ait Helmoldus lib. 1. cap. 16. *omni probitate conspicuus & strenuus Ecclesiarum defensator.* In ejus locum *Bernhardus* Dux filius successit; avarus æque atque ferox & superbus. Simul enim ac rerum potitus est, Vandalos Saxonum tributarios, quos pater atque avus ejus, quia recenter Christiana religione imbuti erant, leniter tractarant, iniquis pecuniarum exactionibus, aliisque molestiis adeo gravavit, ut abjecta demum Christiana religione, armis se se in libertatem asseruerint: hac præsertim opportunitate freti, quod Dux *Bernhardus* bello in *Sanctum Henricum* Germaniæ Regem suscepto intentus esset.

III. *Abjecta Christianitate Ecclesias devastant.*

Itaque ultimo *Libentii* Archiepiscopi Hamburgensis anno, ut habet idem Adamus lib. 2. cap. 32. sequenti scilicet Christi anno Ducibus *Mistivoio* & *Mizudrac* Transalbinam invasere Saxoniam, atque totam per omne crudelitatis genus penitus devastarunt. Tota urbs Hamburgensis cum Ecclesia beatæ Mariæ, solo adæquata est: cives partim occisi, alii in servitutem abducti sunt omni morte graviorem. Narrat hæc pluribus Baronius num. VIII. ex Helmoldo lib. 1. cap. 16. Nam quæ apud Adamum Historiæ Ecclesiæ Hamburgensis libri secundi capite tricesimo, tricesimo primo, secundo & tertio leguntur, adeo turbata & corrupta sunt, ut nihil inde sani atque veri colligi possit, nisi instar decimi sexti capitis libri primi Chronicorum Helmoldi reformentur. Cæterum Adamus a Baronio num. X. citatus habet: *Hæc facta sunt ultimo tempore senioris Libentii Archiepiscopi, sub Duce Bernhardo, filio Hermanni*, & Baronius in margine ex Helmoldo loco Hermanni, Adamum Bennonem ponere debuisse docet.

IV. *S. Elphegus Archiep. Cantuarien. a Danis occisus.*

Ad num. XI. & seq. Osbernus Monachus in Vita sancti Elphegi Archiep. Cantuariæ cap. VI. refert, Danos *sacrosancta dominica requiei sabbato*, duodecimo nempe mensis Aprilis, cum Pascha, de qua die ibi sermo est, hoc anno in diem XIII. Aprilis inciderit, Principes legionum quatuor ad Elphegum misisse, qui *primo quidem pro impenso beneficio* (de quo anno su-

pe-

victorem spiritum cum triumpho martyrii direxit ad cælos: cujus corpus die sequenti Lundoniam defertur, a civibus honorifice suscipitur, & ab Episcopis Ednotho Lincolniensi, & Alfhuno Lundoniensi in Ecclesia sancti Pauli sepelitur. Hucusque Rogerius de S. Elphegi martyrio. Addit his miracula Matthæus Westmonasteriensis, cæteris autem locupletius Osbertus in vita ipsius, quos consulant, qui uberiora cupiunt: ista summatim perstricta modo satis ex Rogerio enarrasse. Sed jam diram cælitus immissam vindictam in eos, qui in sanctissimum virum peccarunt, ex Osberto reddamus, qui ait:

XII. Divina ultio adversus Danos. *In ejus autem mortis auctores in tantum ira Dei desæviit, ut quidam Dux propria se manu interimeret, alius gutturi suo stylum infigeret, presbyter pertinaciter crucem abscondens Martyris, gladio occideretur, alius ejusdem ordinis sandalia Episcopi temere portans, a dæmone coram omni populo vexaretur. Et factum est, ut tam vehemens cunctos Danos Principes formido invaderet, ut vix eos terra teneret, sed maritimis se tempestatibus dantes existimarent in pelago Martyris iram effugere posse, quos ab ejus ira tellus eruere non posset. Sed mox ut in altum perducti fuere, centum sexaginta naves adversis ventorum flatibus actæ, in profundum maris demersæ sunt: porro sexagintaquinque ad ignotas appulsæ regiones, quasi qui insidiarum causa venissent, ab incolis miserabiliter interfecti sunt. Remansit autem in Anglia pessimus Turkillus malorum princeps, pauco tempore prædo futurus, sed in æternum damnatis spiritus præda mansurus.* Hæc Osbertus usque ad Canuti in Angliam adventum. At quæ insuper hoc anno post necem Martyris perpetratam ait Matthæus Westmonasteriensis, de immani ultione quæ consecuta est Danos, sic accipe:

Hoc quoque anno Huna quidam Regis Angliæ Ethelredi militiæ princeps, vir strenuus, & bellicosus, qui sub Rege regni negotia disponenda susceperat, videns Danorum insolentiam, qui jam post pacem factam per totam Angliam adeo superbiendo invaluerant, quod uxores virorum nobilium, & filias vi opprimere, & ubique ludibrio tradere præsumpserant, accessit perturbatus ad Regem, & querelam super his disposuit luctuosam. Tunc Rex non mediocriter commotus, ejusdem Hunæ consilio misit litteras ad omnes regni fines, mandans nationibus singulis & universis, ut sub una die, in festo scilicet S. Bricii Episcopi omnes Dani per Angliam constituti furtivo impetu morti traderentur, ut simul & semel de oppressione Danica omne genus liberaretur Anglorum. Sicque Dani, qui firmo fœdere paulo ante utrimque jurato cum Anglis pacifice habitare debuerant, opprobriose nimis sunt perempti, mulieres cum liberis ad demorum postes allisæ miserabiliter animas effuderunt. Cum igitur hujus decreti sententia apud XIII. Dani una die cæsi omnes.

PAGIUS periori) gratius exhibeant: deinde hujus conditionis alloquium proponant: ut si vita ac libertate vellet potiri, sexaginta argenti talenta persolvat, singulis talentis quinquaginta librarum pondere appensis. Præter hæc spondeat se suasurum Regi, ut quoniam impossibile sit absque grandi pecunia Anglis Danos conciliari, ducenta superiores ponderis talenta solvantur, sicque fœdus inter utrosque populos firmum constituatur. Quo ille accepto nuncio, tale fertur responsum dedisse. Legatio, inquit, legitima non est, cum id petitur, quod petenti jure denegari potest. Jure autem denegari potest, quod ratione haberi non potest. Ratione vero haberi non potest, quod aut ignis devoravit, aut prædo asportavit. Quod si ad explendam animi vestri dominatricem cupiditatem, ea vos ratione ducimini, ut existimetis me aut Ecclesiasticas possessiones expoliaturum, aut contra patria decus Regi suasurum, fallimini: propterea quod Christiani hominis non sit, christianorum carnes paganis dentibus conterendas dare.* Tandem Elphegus a Principibus Danis morti adjudicatur, & satellites diaboli *alii atque alii eum lapidibus obruunt*, anno Patriarchatus ejus septimo, *nativitatis quinquagesimo nono, Jesu Christi MXII. indict. X. advesperascente sabbato Paschalis hebdomadæ, & inchoante dominica die octavarum Paschæ, XIII. Kalendas Maii,* inquit Osbernus. Celebris alias fuit memoria hujus Sancti Præsulis, miraculis clarissimi, cujus corpus adhuc anno MCV. repertum est incorruptum. Legendus Bollandus ad diem XIX. mensis Aprilis.

V. Indigna Anglorum cum Danis pax. Ad num. XIII. Refert Baronius ex Westmonasteriensi *Danos* in Anglia una die furtivo impetu omnes occisos fuisse. Verum jam anno MII. monuimus, Westmonasteriensem summopere in anno illius carnificinæ consignando errasse, & quæ postea singulis fere annis de rebus in Anglia gestis in medium adduximus, errorem illum refellunt. Hoc itaque anno non Dani occisi, sed dum Elphegus in vinculis detinetur, *Ethelredus* Angliæ Rex & Proceres ejus pecunias colligunt, & blande Danos muneribus onerant: *Anno MXII.* inquit Hovedenus ad hunc Christi annum, *perfidus Dux Edricus Streona, & omnes Angliæ Primates ante Pascha Lundoniæ congregati sunt, & ibi tandiu morati sunt, quousque tributum Danis promissum, quod erat quadraginta octo millia librarum, persolveretur.* Non potuit tributi pensio sanctum Elphegum a morte liberare, quia tarde, ut cætera omnia, & importune collecta. Itum tunc iterum in fœdera: *Tunc*, inquit Huntindonius, *Rex nimis sero pacem fecit cum Dacorum exercitu, dans ei 8000.* (legendum, 48000) *librarum. Nunquam enim tempore opportuno pax fiebat, donec nimia contritione terra langueret. Subdiderunt autem se Regi quadraginta quinque puppes Dacorum, promittentes quod Angliam tuerentur;* Rex

urbem Laudoniensem absque misericordia exequeretur, fugerunt multi Danorum ad quamdam Ecclesiam in civitate; ubi omnes sine pietate ipsis astantes altaribus sunt perempti. Hæc de internecione Danorum. Subiicit vero de aliis, qui fugientes ad naves, & in Daniam redeuntes provocarunt alios, qui in Angliam venirent, quod & factum est sub Suano tyranno. Vindicta autem, quæ secuta est Turkillum Ducem interfectorem Elphegi, suo loco dicetur.

XIV. Lievizonis Archiep. Rhem. obitus.

Hoc eodem anno pridie Non. Febr. ex hac vita ad Deum migravit Bremensis Archiepiscopus Lievizo nomine, vir sanctitate præclarus, multiplici nomine commendatus, sed ex eo potissimum, quod Benedictum Romanum Pontificem sub Ottone Primo Imperatorem exulem in Germania conveniens, tantum abfuit ut erubuerit catenam ejus, quod etiam ipsi usque ad obitum fidelissime tamquam Christi Vicario, summa fide ac diligentia famulatus sit, ut ex verbis ipsius testatus est Ditmarus, (a) de quo post multa: *Fuerat enim unus ex numero eorum, quos ut nubes & quasi columbas Propheta miratur suas volare ad fenestras. Ille enim ob vigiliarum & jejunii assiduitatem dum adhuc valeret, quasi mortuus ignotis videbatur. Ad altare Dominicam nunquam sine oblationibus accessit, assiduus populi monitor, & bellaris omnibus arrisit dator. Is ergo Dominum promeruit, quod inter continuas piratæ furentis incursiones sedes sua benedictione permansit intacta.* Hæc Ditmarus.

(a) Ditm. l. 6. p. 81.

XV. De obitu S. Macharii Patriarch. Antiocheni.

Hoc anno quarto Idus Aprilis moritur S. Macarius Patriarcha Antiochenus, cujus res gestas ejusdem sæculi (a) auctor conscripsit post annos ab ejus obitu quinquagintaquinque. *Fuit hic genere Armenus, educatus a seniori Macario ejusdem sedis Antistite; cui electione totius Cleri & populi in sede successit: qui post multa in cura pastorali egregie præstita, atque miracula edita, peregrinaturus Hierosolymam, abdicans se, Eleutherio viro probitate insigni reliquit Ecclesiam. Venit Hierosolymam, cum ejus Ecclesiæ Joannes Patriarcha esset, ubi multa passus legitur ab Infidelibus, a quibus detrusus in carcerem, divinitus liberatus, ex iis nonnullos ad Fidem convertit. Inde vero fama celebris, ignotus latere cupiens, migrans in Occidentem, boreales lustrans Ecclesias, redditus jam virtute miraculorum ubique conspicuus, substitit in monasterio Sancti Bavonis in Flandria, quam Comes Balduinus administrabat, ibique in hunc usque annum perseverans, in editione signorum, & operatione virtutum sancto fine dicta die in pace quievit.*

(a) Apud Sur. die 20. April. to. 2.

Eo-

PAGIUS

Rex vero inveniret eis victum & vestitum. Ita Ethelredus Rex sanctissimi Præsulis mortem vindicavit. Sed *Suanus*, qui in Angliam rediit, ad imperium Insulæ anno sequenti reverterat.

VI. *Moritur Libentius Bremensis seu Hamburgensis Archiep.*

Ad num. XIV. Beatus Libentius Archiepiscopus Bremensis *anno Domini MXIII. indictione XI. obiit, & sepultus est in medio chori, ante gradus sanctuarii pridie Nonas Januar.*, inquit Adamus Bremensis lib. 2. cap. 29. quare quæ de eo Baronius ex *Ditmaro* lib. 6. refert, pertinent ad annum sequentem. Sedit annos XXV. fuitque vir liberalissimus. Dum adhuc pax esset in Sclavonia Transalbianos populos frequenter visitabat. Quando *Svein* a Regno Sueviæ depulsus cum Danis & Suecis inferiorem Saxoniam vastavit, omnes Saxoniæ civitates grandi metu perculsæ sunt; *Tunc & Brema muro muniri cœpit firmissimo. Sed & Libentius Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ, omniaque Ecclesiastica fecit ad Bucensem deportari Præposituram. Tantus itaque timor in finibus hujus parochiæ omnibus erat. Nam & ipse Pontifex piratas, qui Episcopatum vastabant, anathemate damnavit.* Hæc omnia Adamus. Bollandus ad diem IV. Januarii refert nomen *Libentii* in aliquibus Calendariis legi, eique nomen *Beati* attribuit.

VII. *Moritur S. Macarius Archiep. Antioch.*

Ad num. XV. In priori Vita Sancti Macarii Antiocheni Archiepiscopi jussu Erembold Abbatis Gandensis scripta, mors ejus his verbis consignatur: *Anno Dominicæ Incarnat. millesimo duodecimo, concurrentibus duobus* (hic enim est bissextilis duplici littera dominicali notatus) *quarto Idus Aprilis obiit hic sanctus.* Et postea narrantur ejus miracula intra biennium post obitum patrata. *Sigerius*, cujus jussu posterior Vita elucubrata, factus Abbas Gandensis anno MLXVI. regiminis sui anno secundo, elapsis ab obitu Sancti Macarii annis quinque & quinquaginta, *cum præclaris miraculorum insignibus B. Macarii clareret sepulcralis locus*, ut in ea secunda Vita dicitur, corpus ejus elevari jussit, *VII. Idus Maii, anno MLXVII.* & postea eam secundam Vitam scribi. Quare non mirum, si post tot annos is Auctor Anonymus contra fidem prioris Anonymi scripserit, *Macarium* in civitate Antiochiæ Syrorum Metropoli natum & baptizatum fuisse, & *Macarii* post Deum creatorem Ar-

NOTÆ [1] HOc anno Synodus ad Confluentiam celebrata Henrico Imperatore præsente, & adsistente, ut Theodericus Metensis Episcopus cæterique rebelles si resipiscere nollent damnarentur. *Porro ab omnibus assidentibus Episcopis Theoderico interdictum est, ut ante purgationem Missam non celebraret*, ait Annalista Saxo ad hunc annum. Hæc autem sententia in eumdem Episcopum antea in Concilio Bambergensi lata fuerat. De hac Synodo nihil hactenus in collectionibus. MANSI

XVI. Concil. Legionense. Eodem anno Legione in Hispania celebratum est Concilium, de quo ista invenimus in scripto codice Antonii Augustini.

Concilium Legionense Æra millesima quinquagesima, id est anno Christi millesimo duodecimo sub Adelfonso Quinto Rege Legionensi ex codice vetusto Ecclesiæ Cordubensis, ubi est ad finem libri, qui inscribitur Forum judicum.

Decreta Adelfonsi Regis & Geloir Reginæ.

Sub Æra millesima quinquagesima viii. Kal. Augusti in præsentia Regis domini Adelfonsi & uxoribus ejus Geloira Regina convenimus apud Legionem in ipsa sede beatæ Mariæ omnes Pontifices & Abbates, & Optimates regni Hispaniæ, & jussu ipsius Regis talia decreta decrevimus, quæ firmiter teneantur futuris temporibus.

In primis censuimus, ut in omnibus Conciliis, quæ deinceps celebrabuntur, causæ Ecclesiæ prius judicentur, judiciumque rectum absque falsitate consequantur.

XVII. *Præcipimus etiam, ut quiquid testamentis concessum, & roboratum aliquo tempore Ecclesia tenuerit, firmiter possideat: si vero aliquis inquietare voluerit illud, quod concessum est testamentis (quidquid fuerit) testamentum in Concilio adducatur, & a veridicis hominibus, utrum verum sit, exquiratur: & si verum inventum fuerit testamentum, nullum super * eum agatur judicium, sed quod in eo continetur scriptum, quiete possideat Ecclesia in perpetuum. Si vero Ecclesia aliquid jure tenuerit, & inde testamentum non habuerit, firment ipsum jus cultores ecclesiæ juramento, ac deinde possideat perenni ævo: nec * pareat triennium jure habito, seu testamento. Deo etenim fraudem facit, qui * per triennium rem Ecclesiæ restiadet.*

* illud.

* præjudicet.

* post.

XVIII. *Decrevimus, etiam, ut nullus contineat seu contendat Episcopus Abbates suarum diœceseon, sive monachos, Abbatissas, sanctimoniales, refuganos, sed omnes permaneant sub ditione sui Episcopi.*

*Mandavimus adhuc, ut nullus audeat rapere ab Ecclesia. Verum si aliquid * infra cimeterium per rapinam sumpserit, sacrilegium solvat; & si quid inde abstulerit, ut rapinam reddat. Si autem extra cimeterium abstulerit, ut rapinam reddat eam, & calumniam episcopo Ecclesiæ, more terræ.* * intra.

Item decrevimus, ut si forte aliquis hominem Ecclesiæ occiderit, & per seipsam Ecclesia justitiam adipisci non potuerit, concedat ...... vocem judicii, dividant per medium calumniam homicidii.

Judicata ergo Ecclesiæ judicio, adeptaque justitia, agatur causa Regis, deinde populorum.

Hic multa decreta sequebatur in codice ad civilem potius, quam Ecclesiasticam regni gubernationem pertinentia, quæ ideo omisimus. Hucusque descripta invenimus ibi.

Meminit hujus Concilii Rodericus Toletanus his verbis: (a) *Rex autem Adelfonsus Concilium celebravit, & reædificavit Legionem, quam Almanzor & Habdelmalech filius ejus destruxerant, & leges Gothicas reparavit, & alias addidit, quæ in regno Legionis etiam hodie observantur.* (a) Rod. l. 5. c. 19.

XIX. Hoc eodem anno data Formata juxta antiquum usum Ecclesiæ a Nicæno Concilio statuta reperitur a Burchardo Vvormatiensi Episcopo, ad Vvalterium Spirensem Episcopum, pro commendatione Hermanni, ejusdem Vvormatiensis Ecclesiæ clerici. Recitat eamdem Gratianus, in cujus fine hæc de tempore: *Data Vormatiæ Idibus Martii anno Dominicæ Incarnationis millesimo duodecimo, Indictione decima.* Quibus intelligas, nostram chronologiam in omnibus ac semper publicis respondere monimentis.

Hoc eodem anno S. Colomannus natione Scotus, ex progenie Regum Scotiæ ortus, postquam iterum atque iterum peregrinatus esset Hierosolymam pietatis

PAGIUS Armeniam extitisse procreatricem. Armenia enim longe a Syria posita, & tamen hic Auctor Antiochiam Pisidiæ cum Antiochia Syriæ perperam confundit. Vide dicta anno superiori. *Macarius* Gandavi in magna veneratione habetur, & sæculo elapso, cum, Caroli V. Imperatoris jussu, ad urbis custodiam monasterium sancti Bavonis eversum fuisset, ejus Reliquiæ in Parochialem Sancti Joannis Baptistæ Basilicam Gandensem, nunc Cathedralem translatæ sunt.

VIII. *Concilium Legionens.* Ad num. XVI. & seqq. *Concilium Legionense* era ML. præsentibus *Alphonso V.* Rege Legionis & *Geloira* ejus uxore, celebratum edidit Em. Card. d' Aguirre in Concil. Hispaniæ cum variis Decretis in eo conditis, quæ ex Codicibus MSS. eruit. Quare in ejus Conciliorum Collectione legenda.

IX. *S. Colomanni Martyrium.* Lambecius Tom. II. Bibl. Cæsareæ pag. 611. & seqq. refert Historiam Martyrii & Miraculorum *S. Colomanni* natione Scoti, qui in oppidulo Austriæ *Stockerau*, olim *Asturis* vocato, & in vicinia Norici Ripensis & Pannoniæ posito passus est, compositam ab *Erchinfrido* tertio Monasterii Melicensis Abbate, qui eodem tempore vixit in Austria inferiori. Imperante itaque S. Henrico *Colomannus* cupiit cum aliis quibus eadem mens erat, Jerusalem petere. Venit ob id in Orientalem Noricæ regionem, ubi contra eum orta est falsa suspicio tanquam veniret missus *causa explorationis ac prodenda patriæ.* Licet itineris sui cau-

(a) Cufp. in Auft.
(b) Ditm. l. 7. in fin.

tis ergo, ubi in Auftria (a) pervenisset: ab impiis in arbore fufpenfus occiditur, cultus ut martyr, quamplurimis miraculis illuftratus. Sed de eo (b) Ditmarus in fine anni poft millefimum xvii. ubi ifta: *Ipfa arbor diu arida, in qua fufpenfus fuerat, floruit, & hunc Chrifti martyrem effe monftravit.*

An-

PAGIUS

caufam veraciter Judici exponeret, horrendis tamen cæfus eft verberibus, & tandem cum duobus latronibus fufpenfus. In morte & poft mortem miraculis claruit: cum autem hoc anno martyrium paffum effe oftendit ibidem Lambecius ex duobus Chronicis MSS. Nomen ejus inferiptum eft Martyrologio Romano ad diem XIII. Octobris.

I. *Annus sequitur Redemptoris decimus-tertius supra millesimum, indictione undecima, quo Henricus in Italiam descendens, Romam cum exercitu venit circa anni hujus finem: nam ad undecimum Kal. Octob. ex Germania superiori recessisse Romam venturum, testatur qui tunc aderat Ditmarus, quem in primis præstat audire; ait enim: (a) *Rex autem ad Occidentales pergens regiones, iter suum ad * Longobardum disposuit, & iterum ad nos*, nempe in Saxoniam, *repedavit: & inde xi. Kal. Octob. discedens, per Bavariorum fines, atque Suevorum, usque ad locum qui dicitur . . . . . . properavit, & inde usque ad Romam Rex sine anni scrupulo, Regina comitante, venit.*

(a) id. l. 6. * Longobardiam

II. Henricus Rex Germ. Romam venit. *Ad supplementum hujus itineris Bolizlavus antea invitatus nil aspiravit, & in bene promissis more solito mendax apparuit. Insuper antea domino Papæ questus est per epistolæ portitorem, quod non liceret sibi propter latentes Regis insidias promissum principi Apostolorum Petro persolvere censum. Tunc vero missis illo nuntiis, tacitus rimatur, qualiter Rex in his partibus haberetur, quoscumque potuit, ab ejus gratia per hos amovere conatus.* Hæc ut intelligantur, monendus Lector, quod præter alios Henricus Rex infestiores hos passus est, Principes, Ducem Poloniæ Boleslaum, & Harduigum in Italia Regem Longobardorum: adeo ut cum sæpius idem Henricus cogitaverit Romam, & se ad iter accinxerit, per eundem Boleslaum, infestantem regiones finitimas Regi subjectas, cogeretur a cœpto desistere, atque redire in Germaniam. Erant igitur fœdere simul juncti hi, quos diximus, Dux Poloniæ, Rexque Longobardorum adversus eumdem Regem maxima pium. Porro Rex Longobardorum alias expertus Henrici vires (quod superius suo loco est demonstratum) non ausus est modo eidem Regi Romam venienti obsistere, sed magis eum studuit obsequiis demereri. De quo Ditmarus subiicit ista: *Hujus*, nempe Boleslai, *compar atque collega Harduigus a Longobardis falso Rex appellatus, adventum magni Regis, & potentiam exercitus doluit: & quia suis viribus huic ad nocendum diffidit, in castelli munitionem se protinus recepit, hoc solum ingemiscens, quod Rex ad majorem tunc vocatus accessit honorem*, nempe ad capessendum Imperium vocatus a Benedicto Pontifice. Pergit: *Post longam animi exæstuantis deliberationem Legatos ad Regem misit, qui Comitatum quemdam sibi dari peterent, & coronam suimet cum filiis ei reddituram veraciter promitterent. Hoc cum consilio quorumdam acquiescens facere Rex noluisset, ut in sequentibus enucleabo, ad magnum suis familiaribus provenire damnum ed postea persensit.* Hæc Ditmarus.

III. Dux Poloniæ consuetus solvere censum Rom. Ecclesiæ. Quod autem audisti a Ditmaro, excusasse Boleslaum Ducem Poloniæ se, quod non miserit censum promissum Apostolicæ Sedi propter Henrici Regis insidias: erat census iste ab exordio (ut apparet) conversionis Polonorum gentis pietatis ergo promissus annis singulis Principi Apostolorum, & ejus loco persolvi ipsius successori Romano Pontifici: qui etiam hoc ipso sæculo reperitur exactus a Gregorio Papa Septimo, anno salutis millesimo septuagesimoquinto, prout habetur in epistola ejusdem Gregorii scripta ad Uratislaum Bohemiæ Ducem, in qua ista ejus exordio leguntur: (a) *Pervenit ad nos nuntius vester, qui magnæ devotionis & fidelitatis vestræ exhibitionem nobis retulit, & quæ beato Petro sub nomine census misisset, videlicet centum marchas argenti ad mensuram vestri ponderis, fideliter præsentavit. Quod quidem gratanter accepimus; sed charitatem vestram multo ardentius, amplexusque quasi quibusdam animi brachiis ad vos usque porrectis, amplectimur, qui mentem vestram, & desiderium magis ac magis erga reverentiam Apostolicæ Sedis accendi perpendimus. Beatus autem Petrus, quem vos diligitis, & cui celsitudinem potentiæ vestræ humiliatis, copiosa vobis procaldubio retributionis munera præparabit, & suo vos munimine tam in præsenti, quam futuro sæculo lætificabit.* Hæc de persoluto censu.

(a) Greg. l. 2. ep. 7.

IV. Restituitur Bened. Papa. Sed redeamus ad Regem, quem Romam venientem primum omnium exulem Benedictum Pontificem in suam restituisse Sedem, a quo esset ad Imperium promovendus, certum est. Tanto Regi, cui

omnes jam cessissent Principes, quonam pacto invasor Gregorius restitisset? Compositis igitur rebus Urbanis, peracta sunt quæ spectant ad coronationem ipsius: quæ cum certum sit tum Ditmari, tum aliorum antiquorum testificatione, contigisse anno sequenti, mense Februario, agemus de iis suo loco.

V. Ceterum ea his quæ Glaber & ipse hujus temporis scriptor narrat, non secum duxisse, sed præmisisse Henricum Regem Papam Benedictum in Urbem, possumus intelligere, cum ait, (a) venienti Henrico in Urbem ipsum Benedictum ei obviam processisse; immo & hujusmodi tradit præcessisse decretum, his verbis: *Illud nihilominus nimium condecens ac perhonestum videtur, atque ad pacis tutelam optimum decretum, scilicet:*

(a) Glab. l. 1 in fin.

Decretum de Imperatoris electione. *Ut ne quisquam audacter Imperii Romani sceptrum præproperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici, aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Reipublicæ, eique commiserit insigne Imperiale.* Hæc sanctio. Pergit autem Glaber, hujus decreti afferens rationem, dicens: *Cum videlicet olim ubique terrarum quilibet tyranni sese procaciter impellerent, sæpissime sunt Imperatores creati, atque eo minus apti Reipublicæ, quo constat eos tyrannide potius, quam pietatis auctoritate processisse. Anno igitur Dominicæ Incarnationis millesimo decimotertio* (ita enim necessario restituendum esse ex eo, quod in depravato codice legitur, anno septingentesimodecimo, tempus Henrici, & ejus adventus in Urbem, itemque tempus Sedis Benedicti Papæ, & tempus Cluniacensium monachorum, quorum omnium inferius meminit, non solum suadent, sed cogunt) *millesimo, inquam, decimotertio, licet insigne illud Imperiale diversis speciebus prius figuratum fuisset, venerabili tamen Papa Benedicto Sedis Apostolicæ* * *jussum est admodum intellectuali specie. Qui idem insigne præcepit fabricari quasi aureum pomum, atque circumdari per quadrum pretiosissimis quibusque gemmis, ac desuper auream crucem inseri. Erat autem instar speciei hujus mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumsistere perhibetur. Ut dum, siquidem illud respiceret Princeps terreni Imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel militare in mundo, quam ut dignus haberetur vivificæ Crucis tueri vexillo. In ipso etiam diversarum gemmarum decoramine videlicet Imperii culmen plurimarum virtutum speciebus exornari oportere.*

* visum Globus aureus cum cruce.

VI. Imperii Stemma donatum a Papa Imperat. *Cumque postmodum prædictus Papa Imperatori, videlicet Henrico, hujus rei gratia,* nempe ut crearetur Imperator, *Romam venienti obviam cum maxima virorum & fratrum ordinum multitudine processisset ex more, eique hujusmodi insigne, scilicet Imperii, in conspectu totius Romanæ plebis tradidisset; suscipiens illud hilariter, circumspectoque eo (ut erat vir sagacissimus) dixit: Optime pater (inquiens ad Papam) istud facere decrevisti nostra portendendo* * *juvenis monarchiæ, qualiter sese moderari debeat, cautius perdocuisti. Deinde manu gerens illud auri pomum subjunxit: Nullis, inquit, melius hoc præsens donum possidere, ac cernere congruit, quam illis, qui pompis mundi calcatis, Crucem expeditius sequuntur Salvatoris. Qui protinus misit illud ad Cluniacense monasterium Galliarum, quod etiam tunc temporis habebatur religiosissimum ceterorum: cui & alia dona plurima contulerat ornamentorum.* Hucusque Glaber de occursu Benedicti Pontificis Imperatori: reliqua in annum sequentem, quo eum contigit coronari.

* regimen

VII. Eodem anno (a) Benedictus Papa pallium dedit Unvano Archiepiscopo Hamburgensi, quæ metropolis erat Danorum, Sveonum, Slavorum, & aliorum circumstantium populorum. Hoc namque anno Domini millesimo decimotertio, Indictione undecima defunctum, tradit Adam (b) mense Januarii prædeces-so-

(a) Adam li. 2. cap. 31. Id. lib. 2 c. 17.

(b) Id. lib. 2. cap. 33. 34. 35.

PAGIUS 1. *Libentio Archiep. Bremensi succedit Unvanus.* Ad num. VII. & seq. Baronius non animadvertens, Sedem Bremensem & Hamburgensem unitas fuisse, & Archiepiscopos modo Bremenses, modo Hamburgenses ab Historicis appellari, anno superiori de morte *Libentii* Archiepiscopi Bremensis, currenti vero de morte *Libentii* Archiepiscopi Hamburgensis verba facit. *Libentius* itaque Bremensis & Hamburgensis Archiep. hoc anno ad Deum migravit, ut superiori monstravimus, eique, ut docet Adamus lib. 2. cap. 33. suffectus est *Unvvanus* Canonicus Paderbornensis, qui toto pectore ad hanc curam incubuit, ut *Bernhardus* Saxoniæ Dux Henrico Germaniæ Regi reconciliaretur. Quod cum factum fuisset, simul & Vandali ad pristinam obedientiam retracti sunt, & Transalbinæ Saxoniæ pax restituta. Hinc Chronographus Hildensheimensis ad annum MXIX. scribit: *Imperator* (Henricus nempe, qui anno sequenti Imperator coronatus est) *cum exercitu contra Bernhardum Ducem ad castellum Staleaburg. perrexit, ibique Deo gratias omnia in pace constituit.* Qua etiam de re Krantzius lib. 4. Saxoniæ cap. 30. ait: *Hujus impetum viri* (sc. Bernhardi) *Unvvanus taliter sua animi magnitudine fregit, ut præ pudore sapientiæ & libertatis Episcopi, dux, cui ante adversatus est, deinceps cogeretur benevolus esse ad omnia. Ergo audito Unvvani Pontificis consilio, rebellis tandem est* ste-

Benedict. Papa pallium dat Unvano Hamburgensi Archiepisc.

forem ejus Libentium laudatissimum Episcopum, utpote qui amplissimam Ecclesiam illam inter immensos tribulationum fluctus sanctissime gubernavit; demum vero visitata diœcesi, & ordinatis Episcopis vacantibus Ecclesiis, rebus bene compositis migravit ad Dominum, pridie Nonas Januarii. Hæc ipse pluribus, deque ejus agens successore, sic ait: *Unvanus Archiepiscopus sedit annos sexdecim, ferulam suscepit ab Henrico, pallium a Papa majore Benedicto.* Sic dictus respectu junioris Benedicti, de quo suo loco dicendum. De hujus autem rebus præclare gestis hæc inferius: *Unvanus primus omnium congregationes ad canonicam regulam traxit, quæ ante quidem mixta ex monachis & canonicis conversatione degebant. Omnes ritus paganicas quorum superstitia viguit in hac regione, præcepit funditus amoveri, ita ut ex lucis, quas nostri Paludicola stulta frequentabant reverentia, faceret Ecclesias duodecim renovari; ex quibus etiam basilicam S. Viti extra oppidum construi, & capellam S. Villehadi combustam jussit renovari.* His subiiciens, quæ mala per Bernardum Ducem Saxoniæ, rebellantem Henrico Regi, inferri contigerit Ecclesiis illis, quæ nos superius suo loco narravimus: quomodo tantummodo per hunc unum Antistitem potuit ejus superbia frangi, idem Adam ita paulo inferius docet: *Ejus impetum vero dicitur noster Archiepiscopus Unvanus sua magnitudine taliter fregisse, ut præ pondere sapientiæ, ac libertatis Episcopi cogeretur ipse Dux Ecclesiæ, cui antea adversatus est, deinceps hilaris & benignus esse in omnibus. Igitur habito nostri pontificis consilio, rebellis Princeps eodem flexus, apud Scalcbesburg Cæsari Henrico supplex dedit manus: moxque favente Unvano, Slavos tributo subiicerent pacem reddidit Nordalbingis, & matri Hamaburg.*

VIII. Labores Unvani Archiep. in restituenda Slavorum Ecclesia.

Ad cujus instaurationem venerabilis Metropolitanus asseruit post Slavonicam cladem, civitatem & Ecclesiam fecisse novum, simul ex singulis congregationibus fuit, quæ virorum essent, tres eligens Fratres, ita ut duodecim fierent, qui in Hamaburg canonica degerent conversatione, vel qui populum converterent ab errore idolatriæ. Ordinavit in Slavoniam, mortuo Rengeberto, Bennonem, virum prudentem, qui de Fratribus Hamaburgensis Ecclesiæ electus in populo Slavorum multum in prædicanda fructum attulit, &c. Ipse igitur tamquam pastor in medio ovium suarum dissipatarum collegit & congregavit, quas Slavonica persecutio (ut audisti superius) ingenti crudelitate disperserat. Unde apud

PAGIUS

flexus Princeps. Scaldinborg supplex Henrico Cæsari dedit manus, Unvvano interveniente: Vandalis tributo subactis, pacem reddidit Transalbinis & Ecclesiæ Hamburgensi.

II. *Vuvvanus Hamburgum reparat.*

Deinde ad restaurationem Hamburgi Dux atque Archiepiscopus animum appulere, & supra ruinas antiquæ urbis nova e ligno extruxerunt ædificia, & Ecclesiam & Claustrum. Dispersos etiam recollegerunt cives, & novos insuper in urbem receperunt incolas. Quare brevi, in eum statum urbs restituta est, ut ipse Dux cum Archiepiscopo frequenter ibi commorari, & Daniæ Regem Vandalorumque Principes eo ad colloquium invitare dedignatus non fuerit. Tum primum quoque Archiepiscopus Collegium duodecim Canonicorum ibi instituit, ut Adamus lib. 2. cap. 32. & Helmoldus lib. 1. cap. 17. fidem faciunt. Nunc *Bremensis* Ecclesia a Lutheranis occupata, licet Urbi Calvinistæ dominentur.

III. *Suvanus Danorum Rex Angliam invadit.*

Anno superiori *Danorum* exercitus in varia distractus; pars *Ethelredo* Regi servivit, pars major in patriam, præda, spoliisque onusta, recessit. Nunc vero *Suvanus*, visa Regis inertia, decrevit omnino non quiescere, donec ejecto, aut prostrato Rege coronam ipse induisset. Cum itaque hoc anno e Dania solvisset, & Angliam ingressus esset, provincias fere omnes, sui nominis terrore implevit primo: deinde sibi fecit obsequentes: ac demum qua minis, qua suppliciis hominum, qua multis victoriis auctus, Rex appellatus est. Sensit primum impetum Septentrio: ubi populus, servitutis impatiens, ideo ad nova imperia promptus, quia omne imperium fugiebat. Svvanus obtenta Northumbria, Merciorum etiam provinciam aggressus, Lincolniensem agrum in suam potestatem redegit: *His impletis*, inquit Hovedenus ad hunc Christi annum, *& classe cum obsidibus Cnuto filio suo commendata: sibi lectos auxiliarios, de deditis sumens; adversus Australes Mercios expeditionem movit; & pertransita VVatling strete, suis Edictum posuit; videlicet, ut agros devastarent, villas cremarent, Ecclesias spoliarent; quidquid masculini sexus in manus veniret, sine respectu misericordiæ jugularent: fœminas ad suam libidinem explendam reservarent: & omnia, quæ possent, mala peragerent. Quibus ita facientibus, & rabie ferina debacchantibus; venit Oxenfordam, & illam citius, quam prius putavit, obtinuit: obsidibusque acceptis, festinato VVintoniam properavit. Quo cum venisset, crudelitatis ejus magnitudine, cives VVintonienses perterriti, pacem cum eo, sine mora, fecerunt: & obsides, quos vel quot expetiit, dederunt. Quibus acceptis versus Lundoniam movit exercitum; de quo multi, in Tamesi fluvio submersi, interierunt: Quia nunquam pontem, neque vadum quærere voluerunt.*

IV. *Rex Angliæ appellatur.*

Cumque Lundoniam venisset, multis modis illam, vel dolo capere, vel vi expugnare conatus est. Sed Rex Anglorum Egelredus, civibus & juvamine Danici Comitis Turkilli sæpe memorati, qui secum tunc temporis intus erat, muros urbis viriliter defendit, & illum abegit. Qui repulsus primo VValingfordam, deinde Batham, omnia quæque more solito rapiendo & demoliendo adiit: ibique exercitum suum recreando constituit. Tunc venit ad eum Athelmarus Domnania Comes, & cum eo accidentales ministri: & pace cum illo facta, obsides illi

pud Deum & homines magnam peperit sibi laudem. Quod vero non solum erga pauperes, verum etiam in Principes erogarit thesaurum Ecclesiæ, accipe ab eodem excusationem, dum ait: *Unvanus igitur cum esset vir nobilissimus, atque nobilem ac sufficientem* * *libertate sua sortitus est Episcopatum, in quo & magnitudinem suam posset ostendere, & necessitati simul Ecclesiæ prodesse. Quare thesaurum Ecclesiæ diu sollicite collectum, & quasi minus necessarium, si intra parietes clauderetur: ipse ad commodum suæ legationis curavit ita expendi, ut ferocissimos Reges Aquilones hilaritate suorum munerum ad omnia quæ voluit, beniguos, obedientesque haberet. In qua re non multum peccavit, ut arbitror, seminans carnalia, ut meteret spiritualia. Quinimmo largitio ejus novella Gentium conversione utilissima videbatur, neque adeo nocuit Ecclesiæ, quæ præcedentium Patrum diligentia erat opulentissima. Credo etiam secutus est exemplum sancti Ausgarii, & cujusdam in Ecclesiastica historia Theotimi Scytharum Episcopi, quorum alter legitur incredulos Reges donis placuisse; alter vero barbarus natura feroces epistolis, muneribusque mansuefecisse laudatur.* Hæc Adam.

* liberalitati.

An-

PAGIUS *illi dederunt. Quibus omnibus ad velle peractis, ad suam classem reversus, ab omni populo Anglorum Rex appellabatur, & habebatur; licet tyrannice faceret. Cives etiam Lundonienses obsides illi miserunt, & pacem cum eo fecerunt: metuebant enim furorem illius, in tantum super se inardescere; ut omnibus suis rebus ablatis, vel oculos illorum erui, vel manus, vel pedes detruncari juberet.*

V. Ethelredus Rex in Galliam fugit.

His addit Westmonasteriensis: *Inter hac omnia Rex Anglorum Ethelredus jacebat in urbe Londoniarum inertia torpens, timidus & suspiciosus; nulli se committere ausus. De morte fratris sui Eadvvaldi* (idest S. Eduardi Martyris) *conscientiam habens cauteriatam; ac sitins divinam sentiat ultionem. Exercitum congregare, vel contra hostes ducere non audebat. metuens ne nobiles regni, quos injuste exharedaverat; in campo eum relinquentes, hostibus traderent ad damnandum. Hæc misera conditio misero Regi fuit. Tandem Rex tot perturbationibus confossus recessit clanculum a civitate Londoniarum & primo ad Suthamptoniam, ac postea ad Vectam insulam enavigavit. Et inde Reginam suam Emmam in Normanniam ad Ducem Richardum fratrem suum, cum filiis suis Aelfredo & Edoardo, & eorum magistris Aelfnno Dunelmensi & Abbate Mideshamensi Aelfsio dirigens, cum honore & reverentia ab ipso duce sunt recepti. Eadricus quoque Regis Ethelredi consanguineus, cum militibus fexite viglati, cum Regina, ut custos ejus transfretavit; ubi cum ipsa duobus annis residens, ei magnifice ministravit. Sicque illis mensis Augusti mare transeuntibus; Ethelredus cum classe sua in insula Vecta remansit usque ad Natalem domini; si bona de eis nuntia audiverit, Reginam & filios secuturus, unde mox ut a partibus transmarinis audivit, Richardum Ducem, sororem & filios ejus cum magna hilaritate suscepisse; Rex Ethelredus mense Januario in Normanniam transiens, miserias suas fedulitate, & consolatione ducis magnifici sublevavit.* Tunc didicit Ethelredus nunquam bene firmari coronam fraterno sanguine ac nullo jure acquisitam, & quia Abel justum occiderat, voluisse Deum justa sententia, ut profugus esset super terram, ut fusius narrat Alfordus hoc anno.

JESU CHRISTI ANNUS 1014.	BENEDICTI VIII. PAP. ANNUS 3.	HENRICI IMP. 1. BASIL. & CONST. IMPP. 39.

I. Henricus a Benedicto PP. coronatur Imp.

ANno Redemptoris decimoquarto post millesimum, Indictione duodecima, sexto Kal. Mart. Henricus Germaniæ Rex Romæ coronatur Imperator a Benedicto summo Pontifice, simulque ejus conjux, mulier Sanctissima, Chunegundis ab eodem corona insignita Augustæ nomine decoratur. Hæc omnia absque controversia Scriptores omnes ejus temporis. Rem gestam Ditmarus, qui ab iis, qui interfuissent, accepit, sic narrat: (a) *Decursis a Dominica Incarnatione post millenarii plenitudinem numeri annis tredecim, & in subsequentis anni secundo mense, ac hebdomada tertia, anno autem regni ejus tertiodecimo, & die Dominica, ac sexto Kal. Martii, Henricus Dei gratia Rex inclytus a Senatoribus duodecim vallatus, quorum sex rasi barba, alii prolixa mystice incedebant cum baculis, cum dilecta sumet conjuge Chunegunde ad Ecclesiam sancti Petri, Papa expectante, venit. Et antequam introduceretur, ab eodem interrogatus, si fidelis vellet Romanæ patronus esse & defensor Ecclesiæ: sibi autem suisque successoribus per omnia fidelis: devota professione respondit. Et tunc ab eodem inunctionem & coronam cum contectali sua suscepit. Priorem autem coronam super altare Principis Apostolorum suspendi præcepit.* Hæc de coronatione. Pergit autem: *Eodem die Papa eis cœnam ad Lateranum fecit copiosam.*

(a) Ditm. lib. 7. in prin.

II. Tumultus exorti inter Germanos & Romanos

In octavo vero die inter Romanos & nostrates magna oritur commotio in ponte Tiberino, & utrimque multi corruerunt, nocte eos ad ultimum dirimente. Hujus rei auctores Germani tres extitere, Hug, Hecil, Ecelin, qui postea capti sunt, & in custodia detenti. Ex quibus unus in his partibus evasit, secundus autem ad Fuldam deductus est: in Vitkansteine autem castello tertius diu servatur. Arnulphum fratrem suum, quem Ravennati antea præfecit Ecclesiæ Cæsar, denuo intro-

PAGIUS

SÆC. XI. Anno Eræ Hisp. MLII. Anno Hegiræ CCCCV. inchoato die 13. Julii fe. 2. A. C. 1014.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6507.

☉ 15. C. ☽ 8. P. 25. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1014.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 3.

HENRICI II. REG. 13. IMP. 1.

BASIL. ET CONST. IMPP. 39.

I. S. Henricus Imp. coronatur.

ANum. I. ad VI. Chronographus Hildensheimensis, qui annum a Natali Christi exorditur, de Coronatione Sancti Henrici hoc anno habet: *Natalem domini Rex Papia celebravit* (quo se se anno superiori contulerat). *Inde comitatu Reguli Romam pergens, Imperialis coronæ diadema a sancti Petri Vicario Benedicto sexto Kal. Martias* (legendum, *decimo sexto Kal. Martias* [1] qui hoc anno in Dominicam incidit; cum Ditmarus, cujus verba recitat Baronius, asserat eum *die dominica* coronatum) *cum generali electione suscepit. Ejusque contectalis domna Cunigunda idem Deo annuente promeruit. Sic Imperator Dei gratia factus Papiam rediit. Ibi sanctum Pascha feriavit. Inde namque regrediens Pentecosten Babenberg* (idest Bambergæ) *festive peregit.* Hæc itaque Imperii Henrici Epocha a decima quarta mensis Februarii proficiscitur, & in fronte singulorum annorum imposterum notabitur. *Arduinus*, qui jam ab anno MII. in Italia regnaverat, post Henrici Imper. ex Italia discessum

NOTÆ [1] QUandoquidem Ditmarus cæterique illum sequuti in assignanda die coronati in Imperatorem Henrici manifeste errat, neque enim dies VI. Kal. Martias cum die Dominica anno illo componi possunt, nec etiam mendi illius culpa in amanuensem Ditmari referenda videtur, cum eædem temporis notæ in vetustissimis Ditmari exscriptoribus, ut in Annalista Saxone Eccardi recurrant. Quandoquidem, inquam, hæc ita se habent, non est cur spernatur authoritas vetustissimi chronici Regum Italiæ a Muratorio editi Rer. Italic. tom. V. in quo coronæ ab Henrico receptæ dies assignatur die VIII. Kalend. Martias cathedræ Sancti Petri sacræ. Neque id plane repugnat Ditmaro cæremoniam hanc dici Dominicæ assignanti, nam ut ex Benzone sæpius a nobis laudato de rebus Henrici III. Imperatoris lib. 1. capit. 10. constat totam consecrationis Imperialis ceremoniam tribus vel proprie binis diebus perficiendam fuisse. Die Dominica electus Imperator sacram unctionem a pontifice inter Missarum solemnia recipiebat. *Altera autem die scribit ille* (nempe feria secunda) *Papa sumit Romanam coronam de altario Apostolorum Principis & ponit eam in capite Cæsaris.* Id quidem non semper servatum fuisse ex eodem Benzone discimus, factum tamen non raro scimus tunc præsertim cum feria secunda in festum aliquod incidit. Fit inde ut Imperatoris ordinatio diei Dominicæ & feriæ secundæ assignari æque & rectissime posset. Hinc forte Ditmarus asseruit Henricum coronatum fuisse Imperatorem die Dominica VIIII. Kal. Mart. quamvis in Textum per errorem irrepserit VI. Kal. Martias initium sacræ Ceremoniæ & unctionem Imperialem respiciens; author vero Chronici de vera & propria coronatione agens feriam secundam nempe VIII. Kal. Martias designaverit. MANSI

tronizatum ab Apostolico ibidem consecrari praecepit. Supplantatorem autem ejus Etbertum injuste ibi diu sedentem primo voluit degradari, sed assidua piorum devictus intercessione, alteri praeficitur Ecclesiae, nomine Aritia. In Ravenna duos, & Romae totidem synodali judicio Papa deposuit, ab Archiepiscopo Leone jam * *muto consecratos.*

* f. mortuo

III. Harduicus Rex Longobardorum secedente Imp. arma movet. *Dominicam Resurrectionem Imperator in Papia civitate celebrans, instabilem Longobardorum mentem charitate cunctis exhibita firmavit. Dehinc sedatis tumultibus universis, reversus est ab Italia. Et Harduicus ob hoc admodum gavisus, Vercellensem invasit civitatem, Leone ejusdem Episcopo vix effugiente. Omnem quoque hanc civitatem comprehendens, iterum superbire coepit: quem (ut in sequentibus expono) divina Majestas nimis humiliatum, se culpabilem cognoscere coepit.*

IV. Bobiensis Episcopatus erigitur. *In his partibus Caesar Episcopatum (quod erat tertium devoti operis sui ornamentum) in Bobia civitate, ubi Christicolae sancti & Confessores inclyti Columbanus & Attala corporaliter requiescunt, communi consilio & licentia comprovincialium Episcoporum construxit, quia summa necessitas, & qua cum percellit, Christi charitas ad hoc instigavit.* His rebus gestis, Henricum Imp. reversum in Germaniam idem Ditmarus tradit, qui in exprobationem eorum, qui his contraria fuerant de eodem Henrico vaticinati, hos addidit versus, quorum exordium:

In falsas de Henrico praedictiones.

Quem laudant superi. Et inferius.
Verus mendaces confuderat hic modo testes,
Henricum Regem dicentes Imperialem
Curam non suscepturum, nec denique longo
Tempore regnandum, sed saeva morte premendam.
Nunc sunt bisseni, quod regno praefuit, anni,
Scandens Caesaream post rector clarus in aula,
Illo mense meam quo solverat iste cathedram,
Ista dies pulchra signatur clara lapillo,
Qua Regi nostro se subdit Roma benigno,
Atque liquore sacro perfusus gaudet, & almo
Fert grates Domino, qui se visitavit ab alto,
Et Chunigundam contectalem sibi claram.
Summus pastor ovat, chorus atque suus quoque cantat,
Quod sunt securi tanto rectore potiti. &c.

V. De Symbolo cantari tunc Romae coepto. Quod ad aliquas res Henrici Imp. dum Romae stetit, pertinet; Berno Augiensis libro de rebus ad Missam spectantibus haec habet: *Cum Romanorum presbyteri ab Henrico Imperatore interrogarentur, cur post Evangelium (ut in aliis Ecclesiis fiebat) Symbolum non canerent, me (inquit Berno) assistente audivi eos ejusmodi responsum reddere, videlicet: Quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla haeresis fece infecta, sed secundum S. Petri doctrinam in soliditate Catholicae Fidei permaneret inconcussa: & ideo magis his necessarium esse illud Symbolum saepius cantando frequentare, qui aliquando ulla haeresi potuerunt maculari. At Imperator domino Benedicto persuasit, ut ad publicum Missam illud decantarent.* Placent ista, sed nobis gratius, si venerandae antiquitati annorum mille magis delatum fuisset, quam novitati.

VI. Ad principium etiam Henrici Imperii referendum arbitramur privilegium, quo patrimonia Romanae Ecclesiae ab antecessoribus piis Imperatoribus quondam collata, Benedicto Pontifici gratitudinis ergo, & pietatis in Principem Apostolorum amore confirmavit. Quod etsi nec diem,

PAGIUS

sum ejectus, anno sequenti, novum bellum molitus est, tandemque Mediolanum ipsum hostilibus incursionibus pressit. Verum cum *Arnulphus* Mediolanensis Archiepiscopus exercitum promovisset, *Ardoinus* regno se abdicavit, atque ultro in monasterium *Fructeria*, situm in agro Taurinatium sese abdidit, uti refert Sigonius lib. VIII. Hist. de Reg. Ital.

II. *Privilegium in favorem Ecclesiae Rom. dat.* A num. VI. ad X. *Henricus* Imp. decessorum suorum exemplo Diplomate suo, a Baronio recitato, patrimonia Romanae Ecclesiae confirmavit. Baronius ait, se diploma cum quatuor exemplaribus contulisse, quod varia menda in illud irrepserint, sed reliquit nomen *Ludovici* Pii, quia scilicet non existimabat, donationem Ecclesiae Romanae factam, quae ejus nomine circumfertur, supposititiam esse ac spuriam. Haec Henrici Imp. verba: *Exarchatum Ravennatem cum integritate, cum urbibus civitatibus, oppidis & castellis, quae piae recordationis dominus Carolus, & dominus Pippinus, & dominus Carolus, & dominus Ludovicus, & Otto & itidem Otto filius ejus, praedecessores videlicet nostri B. Petro Apostolo & praedecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam contulerunt.* Verum ex iis, quae in medium attuli, constat donationem Ludovicianam figmentum esse. Quamobrem in Diplomate ab Ottone M. anno CMLXII. dato, & ibidem a Baronio recitato nulla ejus prorsus mentio, quae tamen facienda fuisset, si *Ludovicus* uti *Pippinus* & *Carolus*, aliquam donationem Ecclesiae Romanae fecisset. Adhaec sequentia ejusdem Diplomatis verba *Ludovici* no-

diem; nec annum quo confectum sit, adscriptum habeat; nihilominus tamen ex consuetudine prædecessorum Imperatorum, qui similia privilegia statim post Imperialem a Pontifice susceptam coronam eidem tradiderunt, facile possumus colligere, hisce iisdem diebus, quibus Romæ degebat, illud ab eo factum, subscriptum, & roboratum esse. Contulimus autem hoc privilegium cum quatuor diversis manuscriptis, atque ita ob nonnulla, in quibus variant, distinximus, ut A. codicem Cencii Camerarii, B. volumen privilegiorum Romanæ Ecclesiæ, C. autographum molis Hadriani, D. nostrum manuscriptum denotet. Ita incipit:

VII. *Exemplum privilegii Henrici Imperatoris de Regalibus beato Petro concessis.*

In nomine d *Domini Dei d omnipotentis Patris & Filii & Spiritus sancti.* d *Ego Henricus Dei gratia Imperator Augustus spondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis nostræ, tibi beato Petro principi Apostolorum* d *& clavigero regni cælorum, & per te Vicario* d *tuo* d *domno Benedicto summo Pontifici* d *& universali Papæ, sicut & prædecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra, ac ditione tenuistis & disposuistis, civitatem Romanam cum Ducatu suo, & suburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis, ac maritimis, litoribus, ac portubus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis,* d *ac viculis Tusciæ* d *partibus, idest Portum, Centumcellas,* d *Ceram, Bledum,* d *Maturianum, Sutrium, Nepem, castellum* d *Galliscense, Orthem, Pollimartium,* b *Amerium* d *Tudum, Perusium cum tribus insulis suis, id est* b *majorem & minorem, Pulvensim & lacu, Narniam & Utriculum, omnibus cum finibus & territoriis, ad supradictas civitates pertinentibus; nec non & Exarchatum Ravennatem sub integritate, cum* d *urbibus, civitatibus,* d *oppidis & castellis, quæ piæ recordationis* a b c *domnus Pipinus, & domnus Carolus, & domnus Ludovicus, & Otto, & itidem Otto filius ejus, prædecessores videlicet nostri beato Petro Apostolo, & prædecessores*

Margin notes (left): d deest d Amen; d deest; d deest; Privilegium Henrici Imp. concessum R. E. d seu d Catam,

Margin notes (right): d Marturiam; d Maturanum. d Galisense, b Ameliam; d Tudertum, b majore & minore; d omnibus urbibus. d pertinentibus, necnon & oppidis; a b c domnus ubiq. d paginam gratiam; e d Pompilii, d Comaclum. d deest; d Pisaurum.

PAGIUS nomen addititium esse demonstrant: *Per hoc nostræ deligationis pactum confirmamus donationes, quas pia recordationis Pippinus Rex, & postea Domnus Carolus excellentissimus Imperator, ac deinceps Ottones piissimi, B. Petro Christi Apostolo spontanea voluntate contulerunt;* ubi *Ludovici* nomen tacetur, quia in præcedentibus mox memoratis tacitum etiam fuerat. Denique *Henricus* expressis verbis confirmat Constitutiones *Eugenii II.* & *Leonis IV.* Pontificum Rom. quibus præcipitur, ut Pontifex qui electus fuerit, non consecretur, nisi in præsentia Missorum suorum, cujus tamen contrarium in donatione Ludovici Pii diserte dicitur. Quare eodem Diplomate *Henricus* eandem donationem confirmaret & rescinderet, si donationem illam ratam haberet. [r]

III. *Leonis* autem nomine Imperatorem intellige-re

NOTÆ [r] IN collectione Conciliorum Labbeana huic anno 1014. Ravennense Concilium quoddam ascribitur; nec sane inficiari possum hoc ipso anno Synodum quandam Ravennæ celebratam fuisse; sed habitam Henrico nondum coronato Imperatore præsente tradit Annalista Saxo Eccardi ad hunc annum. Nec immerito, cum ex Chronico Farfensi in relatione Hugonis Farfensis abbatis constet Imperatorem antequam veniset Ticino Romam divertisse Ravennam, inde Romam transisse. Quamquam autem Hugo de Synodo nihil memorat, illius tamen convocationem tacite insinuat, cum ait Regem ex quo venit Ravennam præcepisse, cunctis abbatibus & episcopis ut scriberent res perditas suarum Ecclesiarum. Idem nonnisi in Synodo factum fuisse merito reputaremus. Quæ cum ita sint, Synodus ista celebrari debuit ante XVI. vel VIII. vel VI. Kalendas Martias, qua Henricus Romani Imperii coronam obtinuit. Quare inscriptio Concilii hujus Ravennatis quæ ita se habet. *Quarto decimo anno post millesimum sub imperio clementissimi Augusti Domini Henrici in tertio anno pridie Kalend. Maiarum* perspicue mendosa est, neque huic nostro Concilio plane congruit. Suspicor tamen duo celebrata fuisse concilia quæ a posterioribus Scriptoribus in unum confusa fuerint. Aliud quidem hoc anno ante coronationem Henrici, in quo teste eodem Annalista Saxone, *Arnoldus frater* ejusdem Henrici *Episcopali dignitate prius donatus & quorumdam vi redire coactus auctoritate papæ ac cuncti Senatus consilio digno honore stabilitus fuit.* Alterum vero concilium celebratum reputaretur anno tertio Henrici, pridie Kal. Maiarum anni 1016. quæ sane dies eo anno Dominica erat, & intra annum tertium Henrici cadebat. Ad posterius illud Concilium in eadem collectione insertum pertinet para ejus inscriptionis. Sub Imperio.... *Henrici tertio pridie Kal. Majar.* Ad prius vero illud. *Quarto decimo anno post millesimum.* Insuper Concilium istud Labbeanæ Collectionis aliud esse a priori habito anno 1014. id etiam demonstrat quod Arnoldus post priorem Synodum anni 1014. ordinatus fuit Romæ a Benedicto, teste eodem Annalista Saxone ad eundem annum. In Synodo autem Labbeana Arnoldi ordinatio jam præcepisse significatur. Meam hanc conjecturam confirmant additamenta ad vetus Chronicon Quedlinburgense ad annum usque 1025. pertingentia, quæ dedit Menkenius in Scriptorib. Rer. German. tom. III. Hæc additamenta ipsa eadem totidem verbis referunt quæ supra ex Annalista Saxone Eccardiano exhibuimus, ex quo deducendum arbitramur Annalistam illum antiquioris Scriptoris & rei huic de qua sermo est coævi fidem in ea re assesenda sequutum fuisse. MANSI

soribus vestris jamdudum per donationis d *paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam, & Æmiliam, Bobium, Cesenam, Forum* c d *populi, Forum, Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam,* d *Cumiaclum,* d *Adrianis, atque Gabellum cum omnibus finibus, territoriis atque insulis, terra marique ad supradictas civitates pertinentibus: simul & Pentapolim, videlicet Ariminum,* d *Pensauram, Fanum, Senogalliam, Anconam,* d *Ausimum, Humanam,* d *Esim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & territorium* d *Balvense,* c *Callem, Luceolis, & Eugubium cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense; sicut a prædictis Imperatoribus antecessoribus nostris beato Petro Apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate, & est in partibus Tusciæ Longobardorum, castellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis,* d *Ferenti, Viterbiam, Orthem, Martam,* c *Bledam, Tuscanam, Suanam, Populonium,* d *Rosellas, cum suburbanis atque vicalis, & omnibus territoriis, ac maritimis oppidis, seu finibus omnibus. Itemque* c *Almus cum insula Corsica in Suriano, deinde in montem Bardonis,* d *deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regium, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque provincia Venetiarum, & Istria, necnon & cunctum Spoletanum Ducatum, seu Beneventanum, una cum Ecclesia sancta Christinæ posita prope Papiam juxta Padum iv. milliario. Item in partibus Campaniæ,* d *Sora, Arces, Aquinum,* d *Arpinum, Theanum, Capuam, necnon & patrimonium, ad potestatem* d *& ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum, & Neapolitanum, atque patrimonia Calabriæ superioris & inferioris. De civitate autem Neapolitana cum castellis & territoriis ac finibus & insulis sibi pertinentibus, sicuti, ad* d *easdem aspicere* d *videtur: necnon patrimonium* d *Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus. Simili*

d Auximum d Esium, d Balnensem ac Balvensem. d Callis, Tuceolos d Ferenti castrum e Pledam d Roscellas, e Alunis. d seu alimentis d deest d sitam d deest d nostram & ditionem d Ecclesiam d videntur & tenentur; d in Sicilia

modo civitatem Cajetanam, & Fundum, cum omnibus eorum pertinentiis. Super hoc confirmamus vobis d *Fuldense monasterium, & Abbatis ejus consecrationem, atque omnia monasteria, Curtes & villas, quas in* d *ultramontanis partibus sanctus Petrus habere dignoscitur,* d *absque Aterna, Vumiteringa, sive Vuilmbach, quæ a sancti Petri Ecclesia per conventionis paginam Episcopo nostro Babembergensi collata sunt: pro quibus supedicta Ecclesia sancti Petri transcribimus, concedimus, & confirmamus omnem illam terram,* d *quæ inter Narniam* d *Teramnem, vel Spoletum ex regni nostri parte habuimus. Sub tuitione præterea sancti Petri & vestra vestrorumque successorum prætaxatum* a b c *Episcopum Babembergensem offerimus, unde sub* d *pensione nostræ equum unum album phaleratum ex ejusdem loci Episcopo* d *vos annualiter suscepturos* d *sancimus. Offerimus insuper, firmamus, & corroboramus tibi B. Petro ac Vicario tuo domno Benedicto, & successoribus ejus, prout bonæ memoriæ Pap. Joanni, suisque successoribus a prædecessoribus nostris Ottonibus* b c d *factum, civitates & oppida cum piscariis suis, Reatem, Amiternum,* d *Furconem, Nursiam, Balvam & Marsiam, & alibi civitatem Teramnem cum pertinentiis suis. Has omnes supradictas provincias, urbes & civitates, oppida, atque castella, viculos ac territoria, simulque patrimonia pro statu regni* d *nostri, cunctoque Christianorum populo conservando jam dictæ Ecclesiæ tuæ beate Petre, Vicarioq. tuo Benedicto ac successoribus ejus, usque in finem sæculi eo modo confirmamus, ut in suo detineant jure,* d *principatu, atque ditione. Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis Pipinus Rex, & postea domnus Carolus excellentissimus Imper. ac deinceps Ottones piissimi B. Petro Christi Apostolo spontanea voluntate contulerunt, necnon & censum,* b c d *vel pensionem, seu cæteras* b *donationes, quæ annuatim in* a b c *Palatio Regis* d *Longobardorum inferri solebant*

d Fundensi d Ultramarinis d atque Amensia, Vmixtinga d quam e Interamnem & a b c Episcopium d nostræ pensionis debito. d annualiter nos d sanximus b c d factum est d Furconium. d deest d deest b c d & d dationes a b c Palatium.

PAGIUS *Decernit ut Romani Pontificis ordinatio coram Legatis Cæsareis fiat.*

re *Leonem* Papam hujus nominis IV. jam ostendimus anno CMLXII. Privilegium Ottonis M. explicantes. Neuter confirmat Decretum anno DCCCXCVIII. *in* Concilio Romano coram *Lamberto* Imperatore factum, quo jubetur, ut Pontifex Romanus coram Legatis Cæsareis consecretur, juxta id quod antea a Romanis Pontificibus statutum fuerat, quia tam Otto, quam *Henricus* non habuere *Lambertum* pro Imperatore, sed *Arnulphum* Germaniæ Regem, quem ipse Imperio dejecerat. Ex hoc etiam Diplomate apparet, verum esse quod sæculi noni initio asseruimus, nempe *Carolum M.* ejusque successores obtinuisse a Leone Papa hujus nominis III. supremum dominium in Urbem, Ducatum Romanum, & Exarchatum Ravennensem.

Nullus enim sibi persuaserit, Ottonem M. & Henricum majorem auctoritatem in Ditiones Ecclesiasticas exercuisse, quam Carolum M. aliosque ex ejus familia Imperatores. Ait autem Henricus se confirmare censum ex Ducatu tam Tusciæ, quam Spoletani provenientem, *eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus census ad partem Ecclesiæ S. Petri persolvatur, salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem subjectione.* Et paulo post de aliis provinciis, urbibus & Patrimoniis *ad partem Ecclesiæ B. Petri Apostoli, atque Pontificum in sacratissima sede illius residentium,* verba faciens, ait, *nos inquantum possumus defensores esse teneamur, adhuc ad eum illi ditionem ad uten-*

baat, sive de Tuscia, sive de Ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis donationibus
d deest *continetur*, d *& inter sanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & domnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pon-*
d deest *tifex* d *eidem de supradictis Ducatibus,*
d pro tempore de suprascriptis *id est, Tuscano, & Spoletano suæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus census ad partem Ecclesiæ sancti Petri persolvatur, salva super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem subjectione. Caeterum sicut diximus, omnia suprascripta omnia ita ad vestram partem per hoc no-*
d corroboramus *stræ Confirmationis pactum* d *corroboravimus, ut in vestro permaneant jure, principatu, atque ditione, & neque a nobis, neque a successoribus nostris per quodlibet argumentum, sive machinationem in quacumque parte vestra potestas immi-*
b d nobis *nuatur, aut a* b d *vobis inde aliquid subtrahatur. De supradictis vero provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis territoriis, ac patrimoniis, necnon & pensionibus, atque censibus, ita*
d deest *ut nec nos facturi simus, neque* d *a quibuslibet ea facere volentibus consentiamus, sed potius omnia, quæ superius leguntur, id est provinciæ, civitates, urbes, castella, oppida, terræ, patrimonia, atque insulæ, censusque & pensiones ad partem Ecclesiæ beati Petri* d
d deest *Apostoli, atque Pontificum, in sacratissima Sede illius residentium, nos in*
a tenemur, b c testamur, d deest *quantum possumus, defensores esse* a b c *teneamur, ad hoc ut eam illi ditionem ad* d *utendum, atque disponendum firmiter valeant obtinere, salva in omnibus potestate nostra, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto & constitutione, ac promissionis firmitate Eugenii Pontificis, successorumque illius continetur, ut omnis Clerus & universi populi Romani nobilitas propter diversas necessitates, & Pontificum irrationabiles erga populum sibi subjectum asperitates retundendas sacramento se obliget, quatenus futura* d *Pontificum electio, quan-*
d deest *tum uniuscujusque intellectus fuerit, canonice & juste fiat, & ut ille, qui ad*
b c regimen Apostolicum d contrastante. *hoc* b c *sanctum regimen eligetur, nemine* d *consentiente consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præsentia Missorum nostrorum, seu universæ generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione, ac futura conservatione, qualem domnus & venerandus spiritualis pater noster Leo sponte fecisse dignosci-*
b c inferenda. *tur. Præterea alia minora huic operi* b c *inferendum prævidemus, videlicet, ut in electione Pontificum neque liber, neque servus ad hoc venire præsumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per Constitutionem sanctorum Patrum* d *an-* d aliqua;
tiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram b c *institutionem venire præsum-* b c Constitutionem.
pserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere audeat in præfatam electionem, prohibemus: nam & hoc omnimodo instituere placuit, ut qui semel sub b c d *spirituali defen-* b c d speciali.
sione domni Apostolici, sive nostra fuerint suscepti, impetrata juste utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præsumpserit, sciat se periculum vitæ suæ
esse b c d *incursum. Illud etiam confir-* b c d incursurum
mamus, d *ut domno Apostolico justam in* d in dominio.
omnibus servent obedientiam, seu Ducibus, & Judicibus suis, ad faciendam justitiam. Huic enim institutioni d *hoc* d deest
necessario annectendum esse perspeximus, ut Missi domni Apostolici, seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter singuli Duces ac Judices populo justitiam faciant. Hanc Imperialem Constitutionem quomodo observent, qui Missi, decrevimus ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum vel Judicum fuerint in- d Nuntios
venti, ad notitiam domni Apostolici de- d deest
ferant, & ipse unum e duobus eligat, c nostris
aut statim per eosdem d *Missos fiant ne-* b signaculo, & nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus.
cessitates emendatæ, aut Misso nostro nobis renuntiante per nostros Nuntios a nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus Fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, d *&* c *vestris firmum esse credatur, propriæ manus* b *signaculo hoc pactum Confirmatione nostræ roboravimus, &* b c
sigilli impressione assignari jussimus. c sigilli nostri

✠ *Signum domni Henrici gloriosissimi* d Romani VIII.
d *Romanorum Imperatoris Augusti.*

Signum d *Erchanbaldi Maguntini Archiepiscopi.* d Erkinbaldi Maguntinensis

Signum Heriberti Coloniensis Archiepiscopi. d Ecclesiæ Apostolicæ

Signum Bobonis Trevirensis Archiepiscopi.

Signum Thiederici Metensis Episcopi. d Apostolicæ

Ego Eberhardus Bambergensis d *Ecclesiæ Episcopus* d *Romanæ Sedis* d *subditus subscripsi.* d subditus servus

Ego d *Mazelinus Vvirceburgensis Episcopus subscripsi.* d Mazelinus Vvittemburgensis Episcopus servus.

d *Ego Vvalterius Spirensis Episcopus subscripsi.* d deest

PAGIUS *utendum atque disponendum firmiter valeant obtinere, salva in omnibus potestate nostra, posterorumque nostrorum.* Porro Decretum Henrici Imp. de Consecratione Pontificis Romani coram Legatis Cæsareis facienda, locum habuisse indicat Petrus Damiani, qui Alexandro II. Papa sedente ait in lib. 1. Epist. XX. electionem Pontificiam *per Episcoporum* Cardi-

d Redonardus — Ego d *Ricodordas Constantiensis Episcopus subscripsi.*
d Ioldaricus. — Ego d *Zodalricus Curiensis Episcopus subscripsi.*
d Adalbertus. — Ego d *Adulbertus Basiliensis Episcopus subscripsi.*
d Verdunensis. — *Ego Hemmo* d *Vuerdanensis Episcopus subscripsi.*
d deest — d *Ego Vualter Heichstedensis Episcopus subscripsi.*
d Ricaldi Faldensis b Fuldensis Abbatis. — *Signum* d *Ritbardi* b *Fuldensis.*
Signum Arnoldi Herfeudensis Abbatis.
d Brucardi — *Signum* d *Benordi Abbatis.*
d deest — *Signum Guttfridi Ducis.*
d *Signum Bertugordi Ducis.*
Signum Thiederici Ducis.
a b c deest — a b c *Signum Simoone Comitis.*
d Vulponis — *Signum* d *Velpheuir Comitis.*
Signum Cunonis Comitis.
d Conradi — *Signum* d *Kunzadi Comitis.*
Signum Ottonis Comitis.
d deest — d *Signum Adelbrabtis Comitis.*
d Boybonis. — d *Bobonis Comitis.*
Signum Frederici Comitis.
Signum Bezelini Comitis.
Signum Ezooir Comitis Palatini.
a c Mezonis. — *Signum Frederici Camerarii.*
Signum a e *Exonis* d *in Fercoro.*
d Infertorum. — *Signum* a c d *Heunzonis pincernarii.*
a c Heimo — *Signum* d *Hazie.*
d Eunponis. — d *Alemunberegir.*
Adelman.
d Huclis. — *Adelbero.*
d Alumnum Rorigex. — *Ego* a b d *Voiccelinus Astrazburgensis Episcopus.*
a b c desunt. — *Signum* a b d *Ryodbois Fluvanensis Abbatis.*

X. Hactenus Henrici privilegium Imperatoris maxime pii, qui hisce dignis oblationibus sui Imperii primordia Domino consecravit. At qui sua munificentia primum omnium Romanam Ecclesiam pie sancteque est prosequutus, alias minores Ecclesias non despexit, sed æque de omnibus, ut facultas est data, bene mereri non destitit. Sit in exemplum alia donatio, facta hoc item anno Ecclesiæ Novariensi, cui tunc præsidebat Petrus: cujus exemplar acceptum ab ejus, qui nunc eidem Ecclesiæ bene præest, Episcopo Carolo, hic tibi reddendum curavimus. Sic enim se habet.

XI. *In nomine sancta & individua Trinitatis. Henricus divino ordinante clementia Romanorum Imperator Augustus.*

Dum fidelium petitionibus nostra Imperialis celsitudinis assensum præbuerimus, eos nostro servitio promptiores ac devotiores esse minime dubitamus. Quapropter cunctorum Ecclesia Catholica Fidelium, nostrorumque tam præsentium, quam futurorum solertia recognoscat, Petrum venerabilem virum, sancta Novariensis Ecclesia Episcopum, nostrumque fidelem, qui nostra fidelitatis causa multa sustinuit, famem videlicet, sitim, æstus, & frigus, & insuper & gloriosas rupes, collesque satis asperos, nudis pedibus, persequentibus inimicis, fugiendo superavit: qui etiam nunc præsentialiter multa damna, Harduico devastante, recepit: Nam Ecclesia illius sunt deprædatæ, castra disrupta, domus eversæ, vinea incisa, arbores decorticata: insuper plebes ipsius, & Curtes ob Harduico pro beneficio, suisque inimicis datæ sunt: nostram Imperialem adiisse excellentiam, quatenus pro sui laboris recompensatione, & suorum domorum restauratione quemdam Comitatulum, qui in valle Auxula infra ipsius Episcopatus parochium adjacere dignoscitur, prædicta Ecclesia Novariensi cum omnibus functionibus, qua de ipso Comitatulo publica parti pertinent, concederemus. Nec non etiam deprecatus est nos, ut quamdam plebem, quam olim malo ordine & injusta ratione sua perdidit Ecclesia, quæ sita est in villa, qua nominatur Trecate, non adeo procul a civitate; Curtem quoque qua Gravalona dicitur, quondam ipsius Episcopi continentem, sed nunc injuste pervasa esse dignoscitur, sua Ecclesia restitueremus. Itaque dignum est, ut sui laboris prænominatus Præsul retributionem a nobis suscipiat. Et quoniam justum est, ut supra nominata plebs, atque Curs jam dicta suo restituatur Episcopatui: & ut alii nostri fideles hoc cognoscentes, nostra fidelitati amplius stabiliantur, ejus precibus annuentes, jam dictum Comitatulum a nostro jure in ejus Ecclesia potestatem omnino transfundimus, & perdonamus; & præfatam plebem, atque Curtem per hoc nostra auctoritatis præceptum jam supradicta Novariensi Ecclesia reddimus, & concedimus, cum omni districtu, & teloneis, piscationibus, qua in flumine Toxo, in illis scilicet locis, ubi ipsa Ecclesia ex utraque fluminis tenet parte: & cum venationibus, seu omnibus rebus, qua ad publicam partem ex eodem Comitatulo exigi possunt, cum capellis, domo cultili, massaritiis, casis, sediminibus, campis, pratis, vineis, pascuis, silvis, stallariis, salicetis, paludibus, aquis,

PAGIUS *nalium fieri debere principale judicium, ita ut secundo loco jure præbeat Clerus assensum; tertio popularis favor attollat applausum: sicque suspendendam esse causam, usque dum Regia celsitudinis consulatur auctoritas, nisi periculum fortassis immineat, quod rem quantocius accelerare compellat.* Sed hic mos tandem hoc sæculo per Romanorum Pontificum cum Imperatoribus dissidia penitus exolevit, ut suo loco insinuabimus.

aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, cultis & incultis, divisis & indivisis, terminis, concessionibus, piscariis, compascuis, aliisque universis redhibitionibus, cum servis, & ancillis, & aldianibus, & aldianis utriusque sexus, cum omnibus, quæ dici, aut vocari possunt, ad jam dictam plebem, vel Curtem pertinentibus, vel respicientibus. Nec non & portum de Bestagno eidem plebi pertinentem, quem gloriosissimus avunculus noster Otto major supradictæ sedi per præceptum concessit, ita ut nullus Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdasius ejus seu qualibet magna parvaque persona homines jam dicti Comitatus, seu plebis, vel Curtis audeat distringere, aut intra ipsum Comitatum aliquid præsumant exigere, vel paratos facere, nec ullas redhibitiones acquirere; sed liceat memorato Præsuli suisque successoribus jam sæpedictum Comitatum cum supradicta plebe, vel Curte tenere, & omnes homines ipsius Comitatus, sive ipsius plebis, seu Curtis per se, vel suum Legatum distringere, sicut per nos, vel nostrum Missum distringendi essent, & omnia, quæ de ipso Comitatu ad publicam partem pertinent, vel inde exigi possunt, & prætaxatam plebem de Trecate, atque Curtem de Gravalonna cum omnibus suis appendiciis, vel pertinentiis habeat, teneat, firmiterque possideat tam ipse, quam successores illius, qui illam, Deo juvante, & disponente, ipsius sedis cathedram suscepturi sunt, omni nostra nostrorumque successorum Regum, & Imperatorum, & omni hominum contradictione, vel diminutione remota. Si quis igitur hoc nostræ Concessionis præceptum nefarie ausu temerario violare præsumpserit, centum libras auri optimi componere cogatur; medietatem Palatio nostro, & medietatem Novariensi Ecclesiæ, ejusque Rectori, qui pro tempore inibi habebitur. At hoc ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria subter confirmantes, sigillique nostri impressione jussimus insigniri. Signum domini Henrici, serenissimi invictissimi Imperatoris Augusti.

* 1014. *Datum anno Incarnationis Dominicæ* * *MXXIV. Indictione duodecima; anno vero regni domini Henrici Imperatoris Augusti xiii. Imperii anno primo. Actum Trecajanæ feliciter. Amen.* Hactenus privilegium Novariensi Ecclesiæ concessum.

Leo Ostiensis agens de eadem Henrici coronatione Romæ facta, ista adiicit: XII.

(a) *Ipse quoque Henricus Imperator ab eodem Abbate Atenulpho, & omni Congregatione rogatus, per præceptum aureo sigillo munitum universas monasterii provincias confirmavit, specialiter autem ac nominatim, res Comitatus Theramensis cum finibus suis, castra, Ecclesias, Curtes cum omnibus pertinentiis; duo etiam castella Cominensis territorii, scilicet Vicum album, & sanctam Urbanum alio præcepto, postquam in patriam rediit, huic monasterio confirmavit: de quibus jamdudum Pandulphus Capuanus Princeps post patris mortem eidem Abbati fratri suo præceptum fecerat. &c.* Subiicit vero ista (b).

(a) Leo Ost. chr. Cas. lib. 2. c. 31.

Henricus Imp. confirmat privilegia monast. Cassinen.

(b) Id. lib. 2. cap. 34.

XIII. De sacro Linteo Hierosolymis oblato.

His diebus monachi quidam ab Hierosolymis venientes, particulam lintei, cum quo pedes Discipulorum Salvator extersit, secum detulerunt & ob reverentiam sacri hujus loci hic devotissime obtulerunt sexto Idus Decembris. Verum cum plurimi fidem derogarent, illi fide præditi particulam istam ardentibus imposuerunt prunis, quæ mox in colorem ignis versa est. Amotis tamen carbonibus, ad pristinam speciem admirabiliter redit. Cumque cogitarent, quomodo, vel ubi pignora tanta locarent, dispositione Dei contigit, ut eodem die mitteretur huc loculus ille mirificus, ubi nunc condita est lintei ipsius particula, argento, & auro, gemmisque opere anglico subtiliter & pulcherrime decoratus. Ibi ergo amoto crystallo, cum omni veneratione locata est: morisque est, annis singulis ipso die Cœnæ Dominicæ ad Mandatum Fratrum a mansionariis eam deferri, & in medium poni, dumque ante illam accendi candelabra, & jugiter, donec impleatur Mandatum, ab Acolytho incensari: demum juxta finem mandati, a singulis per ordinem Fratribus flexis genibus devotissime adorari, & reverenter exosculari. Hucusque Leo.

Sed ad Henricum ex Rege jam Imperatorem revertatur oratio. Hunc redeuntem in Germaniam excipiunt sui magno triumpho; convenit etiam eum S. Poppo Abbas Stabulensis, ipsi ob egregia vitæ merita familiaritate conjunctus. Siquidem idem Henricus secundum illud Davidicum: (c) *Timentes autem Dominum glorificat.* Quoscumque potuit scire justos, eosdem audire cupiebat, atque colere satagebat, eorumque ca- XIV.

(c) Psal. 14.

PAGIUS IV. Henricus Imp. viros Sanctos coluit

A num. XIV. ad XVII. Ait Baronius S. Henricum Popponem Abbatem Cluniacensem summopere coluisse. *Erat enim vere Catholicus*, inquit Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico Virdunensi, *& religionis amator præcipuus. Adhærebat moribus sanctorum consiliis, quorum puritate & virtute florebat Lotharingia, illuminabatur Saxonia, dirigebatur Suevia & Alemannia. Quamobrem sub ejus imperio salus fuit mundo & gloria. Inter quos habebat gratissimos Odilonem Cluniacensis Ecclesiæ Patrem piissimum, Vuillelmum Divionensis Ecclesiæ Re-*

possere consilia, & monitis parere non negligebat: ut accidit, cum eumdem ad se venientem Popponem excepit; de quo Everhelmus in vita ipsius: (a) *Ab illo vero tam magnificentia, quam honorificentia regia Poppo est susceptus, utpote qui primum amicitiae locum inter caeteros jam apud eum fuerat adeptus: cujus etiam sanctitas humilitatem, mansuetudinemque Imperatoris in amorem sui ita accendit, ut etiam reverentia declinante, magis parere, quasi ad jussa ab eo visus fuerit, quam rogata ab alio implere voluerit. Contigit etiam ludis histrionum Imperiales tunc fores occupare, atque eo spectaculi genere Regem cum suis delectari. Ursis enim nudus quidam, membra melle perunctus exhibetur: illo plurimum pro periculo sui timente, ne forte ab iisdem ursis ad ossa sua melle consumpto perveniretur. Porro Rex ejusdem spectaculi amore in oculis suis ita captus tenebatur, ut male providus, pro periculo viri parum esset sollicitus. Unde super tam iniqua in Christianum illusione Regem beatus Poppo redarguit; eumque ab hoc spectaculo suis cum optimatibus mox compescuit; tum etiam a periculo ursorum virum liberavit: & ne id ultra fieret, arguendo & obsecrando obtinuit. Henricus enim Imper. tam obsecrationi, quam correptioni ejus humiliter paruit: & quem honorifice ad se venientem susceperat, honorifice etiam a se digredientem dimisit.* At nec id satis, sed magna sollicitudine Imperator curavit, ut idem vir sanctus Abbas Stabulensis (b) crearetur, qui non adulatione, sed correctione eam nesciens sibi paravit dignitatem.

(a) Everh. in vita Popp. cap. 9. apud Sur. die 25. Janu.

S. Poppo corripit Imp.

(b) Ibid. auctor c. 12.

XV. Imper. Henricus suam coronam mittit ad S. Odilonem.

Qui igitur sanctum Popponem (ut audisti) ita coluit, S. quoque Odilonem Abbatem Cluniacensem hujus temporis fulgens sidus in Ecclesia, omni officio est prosecutus, usque adeo, ut coronam suam illi dono miserit, quam famis tempore, pro alendis pauperibus, una cum aliis Ecclesiae ornamentis ipse distraxit. Testatur id Petrus Damiani in (c) vita ipsius, qui & paulo post ista de eodem subiicit memoratu digna: *Aliquando Imperator Henricus, dum apposita mensa discumberet, vas illi holovitreum valde pretiosum, & Alexandrini operis arte compositum cum tricis est pigmentis allatum. Mox advocat duos aulae regiae Capellanos, Albericum videlicet & Landulphum, quorum alter Cenomanae, alter vero Taurinensis Ecclesiae postmodum Episcopi facti sunt. Quod profecto vasculum Capellani sancto viro, prout decebat, humiliter offerunt, ac pro eo postmodum redituri, ad Regis interim convivium revertuntur. Paulo vero post, sicut humanae curiositatis mos est ut nova qualibet & insueta inhianter aspiciat, coeperunt monachi praefatum vas sub admirationis intuitu contrectare, & de manu in manum, solerter inspiciendo, transponere; cum ecce de manibus incaute tenentium labitur, & ut fragilis est natura, continuo frangitur. Quod mox ut vir sanctus accidisse cognovit, graviter tulit, & praesertim clericis, qui reliquerant, paterna pietate condoluit, ne videlicet Augustum innocentes offenderent, & non modo jacturam gratiae, sed & regii motus periculum sustinerent. Mox ergo cum Fratribus in Ecclesiam pius Pater ingreditur, & ne hi, qui immunes essent a culpa, motum regiae indignationis incurrant, orationibus & Psalmis incumbens, clementiam divinitatis implorant. Jam igitur oratione completa, vir Dei fractum sibi vas jubet afferri: manibus contrectat, oculis undique subtiliter inspicit; & ecce nulla prorsus in eo fracturae vestigia deprehendit. Tunc indignatus in Fratres, eos cum austeritate redarguit, cur vas conquererentur confractum, quod omnino remanserat illibatum. Illi vero vehementer attoniti tum evidentis ostensione miraculi, & austeritatem corripientis libenter accipiunt, & ad referendas omnipotenti Deo gratias ferventius accenduntur.* Haec Petrus. Qui & inferius tradit, eumdem S. Odilonem sicut ab Imperatore Henrico, ita etiam ab ipso Benedicto Papa magnopere cultum. Nam ait:

(c) Habet eam Sur. tom. 1. die 1. Januar.

XVI. Benedict. Papa colit S. Odilonem.

Apostolicus igitur iste, quem diximus, Benedictus, dum adhuc viveret, beatum virum affectuose dilexit, reverenter excoluit, & Apostolorum Limina frequentanti necessarios sumptus opima saepe subsidia ministravit. Porro hospitium ejus, dum

PAGIUS *florem floreanum, religione praestantissimum, qui etsi non erant de regno ejus, tamen in amicitiis ei jungebantur, & eorum orationibus regni negotia in pace tractabantur. Nec deerat familiaritati ejus Pandulphus Agaunensis* (sc. Abbas) *vir vita, moribus, religione sanctitate celeberrimus; cum eum faceret commendabilem Regi & Optimatibus fama virtutis ejus. At vero de regno ejus fere quotquot erant Pontifices, & primi Ecclesiarum, tot ei erant incitamenta virtutum cum ipse eisdem muniretur; & ipsi vice versa ejus auctoritate ab illicitis reprimerentur, & ad perfectiora provocarentur. Inter quos hunc Patrem nostrum* (nempe Ricardum Virdunensem Abbatem) *habebat carissimum inter praecipuos egregium pietate praedicabilem, religione commendabilem; quem tanta Deus donaverat omnium gratia, ut a plerisque pro inclita sibi benignitate, vitaque & sermonis acceptione, & non affectata elegantia sed impensa gratia, hoc vocaretur agnomine videlicet* Richardus gratia Dei, *sicut & S. Odilo ab ingenita pietate* Pius, *& Vuillelmus a vigore ferventioris propositi* supra regula *dictus est.*

De

dum Romæ esset, fuisse in Aventino monte, in monasterio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, idem affirmat, ibique vinum multiplicasse narrat. Est id monasterium, quod alio nomine sancti Bonifacii, sive sancti Alexii dici consuevit. At vero Benedictus Papa, qui, ut audisti, adeo coluit sanctum Odilonem, peregrinum Abbatem, nostratem Romualdum mirifice observavit, quem diu extra Italiam moras nectentem, Apostolicis litteris in Italiam revocavit, Romamque venire præcepit, prout idem (a) Petrus in ipso Romualdo testatur.

(a) Petr. Dam. in Rom. c. 48. apud Sur. tom. 1. die 19. Jan.

XVII. Hoc eodem anno Suvanus, vel Suvenus Rex Danorum, qui anno superiori ingenti comparata classe invaserat Angliam, S. Eadmundo Rege martyre ultore, diro perimitur vulnere. Memoranda res ab antiquioribus ex libello miraculorum ejusdem Sancti exscripta, digna quæ intexatur Annalibus. A Rogerio sic describitur.

XVIII. S. Eadm. in tyrannum ultor insurgit. *Anno millesimo decimoquarto Suvanus tyrannus post innumerabilia & crudelia mala, quæ vel in Anglia, vel in aliis terris gesserat, ad cumulum suæ damnationis ex oppido, ubi corpus pretiosi martyris & Regis Eadmundi incorruptum requiescit (quod nemo prius audebat facere, ex quo id oppidum datum fuerat memoratæ Sancti Ecclesiæ) grande tributum ausus est exigere: quod si cito non penderetur, se procul dubio ipsum oppidum cum oppidanis crematurum, ipsius Martyris Ecclesiam funditus eversurum, clericos variis modis cruciaturum sæpissime minatus est. Insuper & ipsi Martyri multis modis frequenter detrahere, & illum nil sanctitatis habere, fuit ausus dicere. Denique cum imminente vespere diei, qua in generali Placito, quod apud Gheagnesburh tenuerat, hæc eadem minitans iteraret, atque Danorum cuneis circumvallatus esset densissimis, S. Eadmundum ex adverso venientem solus vidit*

Suvani Regis Danorum miserandus interitus.

PAGIUS De S. Poppone Stabulensi Abbate infra sermo erit. San-Marthani in Catalogo Abbatum Agaunensium *Pandulfi* nomen solummodo exhibent, nec quidquam aliud de eo habent.

V. Moritur Sveno Angliæ invasor. Ad num. XVIII. Huntindonius pag. 461. Svvani anno superiori Angliæ Regis appellati casum paucis perstringit: *Anno*, inquit, *decimoquarto* (post millesimum) *Svvain tamen Rex Anglorum in exordio regni sui subita morte periit. Exercitus autem ejus elegit Cnut filium suum in Regem.* Quomodo se se brevissimo, quo in Anglia regnavit tempore, gesserit Svvanus, his verbis narrat Malmesburiensis lib. 2. de Reg. pag. 70. *Invasam Angliam cædibus & rapinis urgebat: provincialium substantia prius abrasa, mox proscriptiones factæ. Hæsitabatur totis urbibus, quid fieret: si pararetur rebellio, assertorem non haberent: si eligeretur subjectio, placido Rectore carerent. Ita privatæ & publicæ opes, ad naves cum obsidibus deportabantur: quod non esset dominus ille legitimus, sed tyrannus atrocissimus. Sed non diu propitia divinitas in tanta miseria sivit fluctuare Angliam. Siquidem pervasor continuo ad Purificationem S. Mariæ, ambiguum qua morte, vitam effudit. Dicitur quod terram sancti Edmundi Regis & Martyris depopulanti, idem Martyr per visum apparuerit, leviterque de miseria suorum convenium insolentiusque respondentem, in capite perculerit. Quo dolore tactum, in proximo, ut prædictum est obiisse.* Idem narrat Joannes Salisberiensis, Carnotensis Episcopus, qui sequenti sæculo floruit, in Polycratico lib. 8. ubi caput vigesimum primum ita inscribit: *Omnium Tyrannorum finem esse miseriam, & quod in eos Deus vindictam exercet, si manus cesset humana.* [1] Cæterum *Svvanum* Christianum fuisse, docet Encomiastes Emmæ Anglorum Reginæ lib. 1. *Præsciens dissolutionem sui corporis imminere, filium suum Cnutonem, quem secum habuit, advocat; sese viam universæ carnis ingrediendum indicat. Cui dum multa, de Regni gubernaculo multaque hortaretur de Christianitatis studio, Deo gratias, illi virorum dignissimo sceptrum commisit Regale. Hujus rei facta* nar-

NOTÆ [1] QUamquam Anglici omnes Scriptores in eo conveniunt, ut Sveni obitum cum hoc vel sequenti anno conjungant; assensum tamen ex me impetrare non possunt, contra asserunt testimonium Osberni Scriptoris Vitæ S. Elphegi, de quo Pagius ad An. 1011. 8. Is enim cæteris omnibus Anglicis scriptoribus multo vetustior, & iis quæ narrat subæqualis, ejus Vitæ cap. 4. narrat Sueno defuncto Danicis copiis Anglicanæ expeditionis præfuisse Turchillum, qui captæ a se Cantuariæ episcopum S. Elphegum neci tradidit anno 1012. cujus deinde sceleris pœnas & Danorum classis 160. navibus submersis, & 65. a variis, ad quos vi tempestatis depulsæ fuerant, gentibus dispersis luit, & ipse pariter Turchillus Canuto exigente solvit, quod anno 1021. contigisse notat Dunelmensis. Suenum igitur ante annum 1012. fatis concessisse oportet. Nec est cur obitum per prolepsim narratum ab Osberno cum PP. Bollandianis comminiscamur; hanc enim S. antistitis necem a Turchillo perpetratam diserte Osbernus asserit, quod vix ille commisisset Sueno adhuc in vivis agente, qui judicium illud ad se procul dubio revocasset. Si autem Sueni opera scelus illud perpetratum fuisset, illum inter cæteros cædis hujus molitores divina ultione punitos idem author recensuisset. Nostræ huic chronologiæ congruit anonymus author Chronici Danici sub num. I. a Ludevvig to. IX. Reliquiarum vulgati; ille enim sic notat ad annum 1007. *Mortuus Suend in Anglia Canutus alius & Olaus Krageben & omnes Dani elegerunt Canutum in Regem, qui regnavit annis* 33. Ita Chronologus iste Danus, qui circa medium sæculi hujus floruisse videtur, nam ad an. 1046. de Sueno quædam narrans subjecit: *Hoc nobis Rex ipse de se narravit.* Opus tamen illud ab alio forte continuatum usque ad annum 1307. perducitur. MANSI

dit armatum: quem cum vidisset expavit, & nimio cum clamore vociferari cœpit: Succurite, commilitones, succurite, succurite ecce S. Edmundus me venit occidere. Et cum hæc diceret, acriter a Sancto confossus cuspide, de emissario, cui insederat, decidit, & usque ad noctis crepusculum, magno cruciatus tormento, tertio Non. Februarii miserabiliter mortem vitam finivit. Quo mortuo filium ejus Canutum (quem alii Cnutum vocant) sibi Regem constituit classica manus Danorum. Hæc de tyranni interitu Rogerius. Eadem Westmonasteriensis hoc anno ex libello (ut dictum est) miraculorum ejusdem Sancti.

Mil-

PAGIUS *maxime Dani, quibus legitime præesse debuit, favent; cumque patre adhuc vivente Regem super se constitui gaudent.* Hic autem Encomiastes patri & filio æqualis fuit.

VI. *Ethelredus in regnum Angliæ restitutus.* *Suvano mortuo*, ait Vigorniensis, *filium ejus Canutum sibi Regem constituit classica manus Danorum. At majores natu totius Angliæ ad Regem Anglorum Ethelredum pari consensu nuntios festinanter miserunt, dicentes se nullum plus amare, vel amaturos esse quam suum naturalem dominum, si ipse vel rectius gubernare, vel mitius eos tractare vellet, quam prius tractarat. Quibus auditis Eadvardum filium suum cum Legatis suis ad eos dirigens, majores minoresque gentis suæ amicabiliter salutavit: promittens se illis mitem, devotumque dominum futurum, in omnibus eorum voluntati consensurum; consiliis acquieturum; & quidquid sibi vel suis ab illis probrose & dedecorose dictum vel contrarie factum fuerat, placido animo condonaturum: si omnes unanimiter & sine perfidia illum recipere vellent in regnum. Ad hæc cuncti benigne responderunt. Deinde amicitia plenaria, ex utraque parte, & verbis & pactis confirmatur. Adhæc Principes se non amplius Danicum Regem admissuros in Angliam, unanimiter spoponderunt. His gestis ab Anglis in Normanniam mittitur. Rex festinato Quadragesimali tempore reducitur, & ab omnibus honorabiliter excipitur.* His addit Malmesburiensis citatus, *Ethelredum* contra Canutum exercitum collegisse, huncque dolum meditantem dolo præventum terga vertisse & postquam obsides, quos habebat, magnæ nobilitatis & elegantiæ pueros, naribus & auribus truncasset, patriam petiisse.

VII. *Moritur Samuelus Bulgaris Rex.* *Basilius Imperator* (nempe Orientis) *quot annis in Bulgariam expeditionem faciebat, & obvia quæque populabatur ac vastabat*, inquit Cedrenus pag. 707. qui narrat postea expeditionem ab eo hoc anno, *indict. duodecima* susceptam, cujus percepto nuncio *Samuelus* Bulgariæ Rex aditus Bulgariæ omnes munivit, atque intercepit, quos cum expugnare desperaret Basilius, *Nicephorus Xiphias* Philippopolis tunc Præfectus, eo consentiente, cum exercitus parte per quendam montem, *sub XXIX. Julii*, de superiori loco subito Bulgaros a tergo adoritur, ex quibus multi occisi, multo plures capti. Ipse *Samuel* filii opera ægre evasit. *Captivis Bulgaris, qui fuisse ad XV. millia feruntur, oculos Imperator eruit, singulisque centuriis unoculum præficit, atque his ductoribus eos ad Samuelum mittit. Quos Samuelus isto numero atque ordine venire videns, animi ad calamitatem tam fortiter ferendam non habuit satis, sed biduo post obiit*, inquit Cedrenus. Ei successit filius *Gabrielus*, qui & *Romanus* dicebatur, de quo anno sequenti.

I. Deponitur Corbejensis Abbas indisciplinatus.

Millesimus decimusquintus annus agitur, Indict. decimatertia inchoatus, quo Henricus Imperator Cluniaco recedens, Corbejam se conferens, solutum nimis ejus Abbatem, Vualonem nomine, nec disciplinam regularem observandam suscipientem, sed repudiantem, per Menuvercum Paderbornensem Episcopum privandum curavit. Hæc (a) Ditmarus hoc anno, & alii recentiores, ut Crantzius, qui his ista subiicit: (b) *Cum post hæc idem Menuvercus vellet sacrum peragere Missæ officium, sacrista sacras illi vestes subduxit; iterum atque iterum monitus tradere recusavit. Tunc Episcopus: Reddes, inquit, rationem Altissimo pro omisso hodierno officio. Monachus ille floccipendens, etiam risit Episcopum. Sed apparuit in morte ipsius Episcopi, quam non frustra esset minatus: nam nihil ante mali sentiens monachus, in ipsa hora mortis Episcopi expiravit. Multa in hunc modum mirabilia leguntur de hoc viro, sanctitatem ejus testantia.* Porro quod ad Imperatorem pertinet, eduxisse recedens secum tredecim monachos Paderbornam, illicque erexisse monasterium, quod eis administrandum, & in regulari disciplina instituendum tradidit: ipse cum sua conjuge sanctissima femina (dederat enim Deus ipsi adjutorium simile sibi) in erigendis & Ecclesiis & monasteriis totus erat. De quo monasterio Paderbornæ hoc tempore erecto hæc habentur in vita Chunegundis Augustæ, ejus uxoris: (c) *Denique post novellam fæcundissimæ plantationis suæ Ecclesiam, quam cum illo suo studiosissimo cooperatore Henrico Imperatore in loco Bambergensi venustissime, sicut hactenus cernitur, fabricavit, sub patrocinio principis Apostolorum beati Petri & sancti Georgii martyris, monasterium sub regula sancti Benedicti ad aquilonarem plagam in honorem sancti Michaelis Archangeli extruxit, non minori studio, prædiorum quoque ac diversorum donariis ornamentorum. Tertiam demum versus Meridiem sub ordine canonicorum, sub titulo beati protomartyris Stephani parvo quidem schemate, sed majori opera de suo patrimonio Ecclesiam fabri-*

(a) Ditm. l. 7.
(b) Crant. hist. Eccl. Sax. l. 4. c. 4.
(c) Apud Sur. die 3. Mart. c. 2.

PAGIUS SÆC. XI. Anno Æræ Hisp. MLIII. Anno Hegiræ CCCCVI inchoato die 21. Junii fer. 3. A. C. 1015.

ANNO PERIODI GRÆCO ROMANÆ 6508.

☉ 16. B. ☽ 9. P. 10. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1015.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 4.

HENRICI II. REG. 14. IMP. 2.

BASIL. ET CONST. IMPP. 40.

I. Canutus Daniæ Rex in Angliam irrumpit.

Quia in Annalibus Ecclesiasticis facta tantum quædam peculiaria hoc anno narrantur, iis, quæ ad Historiam generalem faciunt prætermissis, ii nobis hic supplendi. Contendebant in Anglia de Regno *Ethelredus* & *Canutus*, priorque ab Edrico, apud quem summa rerum erat, proditus, belli mole non potuit non obrui. *Sequenti anno*, inquit Malmesburiensis lib. 2. de Reg. pag. 71. narrans quæ præsenti gesta sunt, *apud Oxenford magnum Concilium est congregatum Danorum & Anglorum; ubi Rex* (sc. Ethelredus) *nobilissimos Danorum Sigeferdum & Morcardum interfici jussit, delatione proditoris Edrici perfidia apud se insimulatos. Is illos favorabilibus assentationibus deceptos, in triclinium pellexit largiterque potatos satellitibus ad hoc præparatis anima exuit. Causa cædis ferebatur, quod in bona eorum inhiaverat.* Paucis interpositis: *Eadem æstate Cnuto compositis rebus in Danemarchia, fœderata cum finitimis Regibus amicitia venit Angliam, eo animo ut aut moriendum sibi proponeret. Itaque a Sandvvicho Cautiam, inde in VVest-Saxoniam progrediens, omnia incendiis, cædibusque fœdabat, ægro* (scilicet Ethelredo) *apud Covhom morbo decumbente. Tentavit quidem Edmundus* (Ethelredi filius) *occurrere, sed ab Edrico præpeditus, copias interim tuto loco continuit. At Edricus non ultra dissimulandum ratus, quin artes suas aperta fronte nudaret, ad Cnutonem cum XL. navibus defecit: omnis quoque VVest-Saxonia datis obsidibus & armis idem fecit. Mercii vero numero & spe congregati, se ad resistendum offerebant; veniret modo Rex, & quo progrediendum esset, præciperet; duceret secum Peoceros Londoniæ, paratos esse sanguinem suum patriæ impendere. Ille solitus salutem suam muris committere, non in hostem excurrere, Londoniæ degebat propter proditores, ut ajebat, nusquam procedens.*

II. Edmundus filius Angliæ Regis se ei frustra opponit.

Rex interea (nempe Canutus Daniæ Rex) *partibus suis urbes & vicos applicare, nullo tempore feriari, noctibus consultare, diebus pugnare. Edmundus diu deliberato consilio in tanta rerum angustia optimum factu arbitratus, si urbes, quæ defecerant pugnando reciperet, in eumdem sensum Uthredum quendam Transhumbranum Comitem adduxit. Cæteras enim quæ adhuc dubio favore pendebant, confirmandas putabant, si de rebellantibus graves pœnas sumerent. Sed Cnuto non minori præditus astutia, simili eos ingenio circumvenit. Nam commendatis VVest-Saxonibus & Merciorum parte, quam subjecerat ducibus suis, ipse in Northanymbros profectus, depopulatione locorum Uthredum ad sua defensanda redire coegit. Itaque licet se dedisset, barbarica levitate jussus est jugulari. Comitatus ejus datus est Iricio, quem postea æquales partes sibi vendicantem, Cnuto ab Anglia expulit. Ita subjectis omnibus Edmundum per semitas fugitantem non prius persequi destitit, quam Londoniam ad patrem pervenisse cognosceret. Tunc usque post Pascha quievit, ut cum omnibus copiis urbem adoriretur. Sed prævenit conatum ejus mors Ethelredi*, de qua anno sequenti.

Ex

bricavit: ad quam dedicandam Benedictum Papam, quem præfatus Imperator Henricus, ad confirmandum Bambergensem Episcopatum advocaverat, venire rogavit, &c. At de adventu Benedicti alias. Sic igitur Henricus Imperator cum conjuge Augusta piis his intentus operibus semper erat, cum præsertim contingeret a bellis (quod raro accidit) cessare, & in pace quiescere.

II. Ecclesia Mersepurgii ab Henrico Imp. erecta, & donis aucta. Erexit hoc eodem anno idem Imperator Ecclesiam Mersepurgii Episcopatus Ditmari, de qua in appendice ad ipsum Ditmarum hæc leguntur: *Postquam sedem sibi commissam tam factis, quam dictis exaltavit, anno Dominicæ Incarnationis millesimo decimoquinto, Indictione decimatertia, XV. Kal. Junii ipsius dulcisono hortatu & efficaci rogatu Imperator hanc nostram fundari præcepit Ecclesiam, Antistite præsente, ac quatuor lapides in monte sanctæ Crucis in fundamento primus jacens: Superædificantibus, inquit, spes æternæ retributionis optabilis; detrahentibus ultio divina formidabilis repensabitur. Et quia templum nostræ Ecclesiæ jussu Imperatoris ædificatum diximus, quantum nostram Ecclesiam multiplici ornatu decoravit, veluti scriptis reperimus, quam brevissime perstringemus.*

III. *Dedit hic Imperator nobis plurima divino officio convenientia, scilicet tria plenaria, unum de auro, eburnea tabula ornatum, quod minimum est: secundum auro, gemmis, & eburnea tabula variatum, quod pretiosius est, tertium auro, & electro, & pretiosissimis gemmis artificiose decoratum, quod optimum est. Præter hæc tres * auratas cruces, & duas argenteas; & duas ampullas ejusdem metalli, & tres calices, unum argenteum magni ponderis; secundum aureum & gemmatum; tertium arte, omnigenisque gemmis elaboratum, quod pretium redemptionis animæ suæ fuisse adhuc vulgatur. Item tabulam altaris auro, & gemmis honorifice distinctam, ad quam Præsul Ditmarus quinque libras auri de priore altari se dedisse testatur; pyxidem auream & gemmatam; thuribula argentea tria; dorsalia serica plurima, campo-*

* aureas

PAGIUS. III. *Impietas Rainardi Comitis Senonensis.* Ex Anglia in Franciam transeamus. In Chronico S. Petri Vivi Senonensis legitur: *Anno MXII. obiit Frotmundus Comes* (nempe Senonensis) *bonæ memoriæ. Anno MXV. facta est traditio Senonicæ urbis.* Paulo post: *Mortuo Frotmundo Senonum Comite, & sepulto in capitulo S. Eraclii, successit ei Rainardus filius ejus nequissimus, qui persecutionem intulit Ecclesiis Christi, & Leoterico Archiepiscopo* (sc. Senonensi), *intantum ut etiam* (*quod dicere & audire horribile est*) *quando ille divinum Officium celebrans, vultumque dans populo salutabat, ille vultum avertens in posterioribus suis ei partem offerebat; nonnunquam in faciem ejus spuebat, homines ejus interficiebat, cunctque modis omnibus injuriabat. Ob propter consilio Romani Pontificis, & Abbatis Ecclesiæ Cluniacensis* (nempe S. Odilonis) *necnon Suffraganeorum Episcoporum, & optimorum Procerum, præcipueque Rainaldi Parisiensis Episcopi, anno ab Incarnatione Christi MXVI.* (legendum, MXV. ut ex mox dictis intelligitur), *X. Kalendas Maii civitatem Regi Roberto reddidit. Ipse vero Comes fugiens nudus evasit. Frater autem ejus Frotmundus & quidam milites urbis turrim defenderunt multis diebus. Quos tandem Rex cepit, & victus pietate vivos abire sivit. Frotmundum autem Aurelianis in carcere trusit, ubi obiit.* Idem legitur in alio Veteri Chronico S. Petri Vivi adhuc inedito, cujus hæc verba refert Mithoudus in Catalogo Archiep. Senonensium: *Anno domini MXV. Leothericus Archiep. tradidit Senonum Urbem Roberto Regi consilio domini Papæ Benedicti VIII. qui adhuc vivebat, &c. Nam Rainardus quotidie lædebat Archiepiscopum, &c. sed ad Regem adiit* (nempe Leothericus) *& sibi temporale suum supposuit, ut ipso Rege pace gauderet Ecclesia Senonensis.* Legendum etiam fragmentum Chronici Hugonis Monachi Floriacensis apud Duchesnium Tom. IV. pag. 143. ubi de Rainardo Comite ait: *Talem persecutionem Christianis intulerat, qualis non fuerat audita a tempore Paganorum.* Denique Glaber lib. 3. cap. 4. hujus Rainardi impietates fuse narrat.

IV. *Fulberti Episc. Carnotensis suasu punita.* Res hæc plurimis, flagitia *Rainardi* Comitis ignorantibus, visa est admodum tyrannica & crudelis, multosque Franciæ Proceres adversus *Robertum* Galliæ Regem commovit, & præsertim adversus Episcopos qui consilium hujusmodi Regi & Leoterico Archiepiscopo suggesserant, in quibus etiam fuit *Fulbertus* Episcopus Carnotensis, ut patet ex ejus Epistola ordine X. ad Gualerannum & Gualterium Comites data: *Sciatis Fratres*, inquit Fulbertus, *quia Rex Robertus benefacit, cum Christianos adjuvat, & hæreticos damnat. Et ad hoc debent eum adjuvare, & confortare merum omnes sui fideles: quia hoc ministerium ejus est, per quod salvus esse debet. Sciatis iterum quod Archiepiscopus Senonensis* (sc. Leotericus) *requisivit a me consilium, quid deberet facere de Raginardo hæretico, qui persequebatur Ecclesiam Dei. Et ego ei dedi tale consilium, quale ad suum ordinem pertinebat. Et ecce ego mitto vobis utrumque scriptum & complanctum suum, & consilium meum, quod dedi ei secundum ordinem suum. Si quis autem falsarius dicat, quod ego alterum ei consilium deinceps vel scripserim, vel dixerim, vel mandaverim, rogo ut me sicut patrem vestrum spiritualem defendatis, quia fiducialiter hoc facere potestis.*

V. *Moritur S. Adelheidis Abbatissa Vilicensis.* Hoc circiter anno mortua est *Sancta Adhelheidis* Vilicensis monasterii in Germania inferiore Abbatissa. Vitam ejus a *Berta* Sanctimoniali scriptam stylo passim immutato ediderat Surius ad diem V. Februarii, sed primævam ad eundem diem Bollandus publicavit. Est Vilica, vulgo *Villich*, locus in Diœcesi Coloniensi e Regione Bonnæ urbis situs, ubi sunt hodie duo Collegia, unum Canonicorum, alterum nobilium Virginum Canonicarum, a parentibus *Sanctæ Adelheidis* ampliter dotata, ut ibidem habet Bollandus. Hæc clarissima Virgo illustribus parentibus nata jugum religio-

panas, cappus ferseas multas, plurimaque alia, quæ enarrare perlongum esset. Subiicit his civitates & villas, ab eodem eidem Ecclesiæ collatas, quæ brevitatis causa prætermittimus recensere: consulat auctorem, qoi pluta cupit. Sed & ipse etiam (*a*) Ditmarus horum meminit, quæ ab Imperatore eidem Ecclesiæ sunt donata, recolitque ejusdem adventum Merseburgum hoc anno.

(*a*) *Ditm. l. 7.*

IV. Eroesti Ducis publica confessio peccatorum.

Subiicit post nonnulla Ditmarus obitum Ernesti Alemanniæ Ducis, filii Lpitpoldi, dum casu in venatione sagitta emissa vuloeratus interiit, summæ pietatis specimeo exhibens Fidelibus cunctis, quod memoratu dignum verbis istis ipse descripsit: *Hic quia mortem sibi imminere perspexit, socios vocat, & ut reo purcerent supplicat. Et quia hic tunc presbyterum, cui sua confiteretur peccata, non habait, unum ex militibus hujus vitæ propius accedere jussit. Quem cum adesse perspiceret, per eam vocavit alios: Omnes, inquit, accedite, & commortalis vestri peccatoris facta aure cordis percipite, & qualiter eveniur, unanimiter saccurrite, absentibusque cunctis Fidelibus peccatricem meimet animam quaso commendante, & uxorem meam, ut honorem suum servet, & mei non oblivisc atur, admonete. Hæc dicens, in quascamque unquam se aliqui deliquisse recordari potuit, cunctis præsentibus intimavit, & mox de hac luce XI. Kal. Junii discessit, sepultus Vuirceburg juxta patrem suum Marchionem Luitpoldum, ut ipse rogavit. Hic juvenis, ut spero, felicem habet animam, cui (sicut ipse vivens testatus est) plus placuit coram multis hic erubescere, quam coram omnipotenti Deo latere, &c.* Hæc Ditmarus, atque plane miraodum exemplum contriti hominis corde, ut peccata sua eunctis propalare noo veritus sit hominibus, cum, cui secreto confiteretur, presbyterum non invenisset. Ejusmodi erubescentiam sponte pati hominem velle ob delictorom suorum pœnitentiam, gratum esse Deo sacrificium, per quod ipse perpetrata delicta dimittat, io commentario illo, qui inscribitur, Vitas Patrum, & alibi sunt exempla, cum tamen ne id fieri debeat, decreto S. Leonis fuisse vetitum, suo loco superius dictum est. Porro eumdem Ernestum memoria di-

PAGIUS

gionis subiit secundum regularem institutionem S. Hieronymi, fratreque in militia occiso, parentes bona ejus Deo consecrarunt, *Viliceuse* Cœnobium construxere, & deinceps continenter vixere. Mortua matre suscepit *Adelbeidis* S. Benedicti Regulam cum antea per annum in victu & vestitu vires suas explorasset, tandemque mortuo patre *S. Heribertus* Coloniensis Archipræsul voluit, ut præesset Capitolino Monasterio in Urbe Coloniensi posito (quod *B. Mariæ Virginis in Capitolio* appellatur, & ubi etiamnum sunt Canonicæ): *Venerandus Antistes*, inquit Berta in ejus Vita, de S. Heriberto verba faciens, *tanto amore est illi colligatus, ut ejus consiliis pareret, in quacumque divinarum rerum ordinatione; eamque summa excoleret veneratione. Erat enim inter eos tam mira charitas, Deoque grata familiaritas, ut in omnibus operibus bonis unius viderentur esse moris.* In Vita & post mortem miraculis claruit. Sunt Vilicenses Canonicæ plerumque XII. præter Abbatissam, omnes genere illustres. Cum vero *S. Heribertus* anno MXXI. decesserit, suousque Sanctæ Virginis curarit, ac *Vilicam* revehi corpus ejus fas esse decreverit, ejus mortem circa hunc annum accidisse oportet.

VI. *Sedes Episcopalis Sabiona Brixinam transfertur.*

Hoc etiam circiter anno mortuus est *S. Albuinus*, sive *Albinus*, Sabionensis Ecclesiæ vicesimus octavus Episcopus, postquam sedem Episcopalem *Sabiona Brixinam* in Tirolum transtulisset, omnesque optimi Pastoris partes explevisset, ut ex Fastis Brixinensibus ostendit Bollandus ad diem V. mensis Februarii.

VII. *Moritur Gabriel Bulgariæ Rex.*

Samueli Bolgariæ Regi anno superiori vita functo *successit filius Gabrielus, qui & Romanus dicebatur, patre robustior ille, sed prudentia longe inferior, natus captiva quadam Larissæa, iniit decima quinta Septembris, indictione decima tertia*, inquit Cedrenus. Statim ac rerum summam capessivit *Gabriel*, Thessalonicam aggressus, a Theophylacto Botooiata ejusdem urbis Præfecto fusus est. Cum vero postea Theophylactus a Gabriele prorsus deletus, cæsusque fuisset, hac clade nunciata *Basilius* Imp. Constantinopolim reversus est. Sub initium veris in Bulgariam rursus *Basilius* copias eduxit, & Durum suorum opera *Thessalonicam* suæ potestati subdidit. Nec multo post ei nunciatur, *Gabrielem* a *Joanne*, qui & *Uladislaus* dicebatur, *Aaronis* filio, quem ipse neci aliquando subtraxerat, cum venatum exiisset, interfectum fuisse die XXIV. Octobris currentis anni postquam regnasset, annum unum, mensem unum, & dies novem, ut refert Cedrenus laudatus. Is *Joannes* ultimus fuit Regum Bulgariæ; neque enim *Basilius* Imp. destitit a bello, quin totam Bulgariam Græcorum imperio subdiderit.

VIII. *Moritur S. VVolodomirus Russiæ Rex*

Herbestcious in Rerum Moscovitarum Commentariis pag. 5. postquam retulit *Volodimerum* primum Regem Christianum Russiæ baptizatum fuisse, & *Annam* sororem Basilii & Constantini Imperatorum Orientalium sibi copulasse anno mundi 6496. Eræ nempe Cpolitanæ, Kal. Septemb. an. Christi CMLXXXVII. inchoato, subdit: *Anna moritur XXIII. anno post nuptias: Vvolodomirus vero anno post obitum uxoris quarto decessit.* Cedrenus pag. 719. ubi nullum annum memorat, ait mortuum Annam fuisse *in Russia, defuncto jam ante Blandimero marito.* Verum Ditmarus lib. 7. diserte affirmat, *Vvolodomirum* Kioviæ obiisse, & *juxta conjugem suam sepultum esse.* Is civitatem, quam *Vvolodimeriam* a suo nomine vocavit, condidit, eamque Russiæ Metropolim constituit. *Inter Sanctos tanquam Apostolus solemni die, videlicet XV. Junii quotannis veneratur.* Reliquit plures filios, qui post mortem

gnum Principem hoc anno esse defunctum, Germanicarum rerum Chronographi Hermannus & Marianus Scotus affirmant.

An-

PAGIUS tem ejus inter se de Regno decertarunt. *Swatopolcbus* unus ex eis fratres suos *Boris* & *Cleph* per sicarios interfecit, hique in Russorum Kalendariis inter Sanctos connumerantur ad diem XXIV. mensis Julii, uti monstravimus anno CMLXXXVII.

I. ANnus Redemptoris millesimus decimussextus, Indictione decimaquarta sequitur, quo Benedictus Papa adversus Sarracenos, Ecclesiæ litora invadentes paravit exercitum, milites movit, quibus expugnati sunt, ac feliciter debellati. Quomodo autem ista acciderint, ex Ditmaro sic accipias, dum res gestas sub anno decimosexto post millesimum narrat: (a) *In † Longobardiam Sarraceni navigio venientes, Lunam civitatem, fugato pastore invadunt, & cum potentia, ac securitate fines illius regionis inhabitant, & uxoribus incolarum abutuntur. Quod cum domino Apostolico, nomine Benedicto, fama deferret, omnes sanctæ matris Ecclesiæ tam rectores, quam defensores congregans, rogat, ac præcipit, ut in inimicos Christi talia præsumentes, viriliter secum irrumperent, & adjuvante Domino, occiderent. Insuper ineffabilem navium multitudinem tacite præmisit; quæ eis redeundi possibilitatem interciperet. Hoc Rex Sarracenus animadvertens, primo indignatur, & tandem paucis comitatus navicula periculum imminens evasit: sui vero omnes conveniunt, & in adventantes prius irruunt hostes, eosque mox fugientes (miserabile dictu) tres dies & noctes prosternunt. Respexit tandem Deus, gemitu piorum placatus, & odientes se fugavit, & in tantum devicit, ut nec uno de his relicto, interfectorum & eorumdem spoliorum multitudinem victores numerare nequirent. Tunc Regina eorum capta, ob audaciam jure capite plectitur. Aureum capitale ejusdem ornamentum invicem gemmatum Papa sibi præ cæteris vendicavit, postque Imperatori suam transmisit partem, quæ mille libris computabatur. Divisa omni præda, victrix turba læta mente ad propria revertitur; ut triumphanti Christo dignus persolveret odas. Rex autem prædictus morte conjugis & sociorum admodum turbatus, summo Pontifici saccum castaneis refertum misit, & per hujus portitorem tot se in proxima æstate milites esse laturum intimavit. Percepta hac locutione, Papa marsupium eidem milio plenum internuntio talibus dictis reddidit: Si non sufficiat tibi Apostolicam satis læsisse dotem, secundo veniat, & tot loricatos, vel plures se hic inventurum pro certo sciat. Homo cogitat & loquitur, Dominus judicat: quem suppliciter Fidelis quisque oret, ut talem plagam misericorditer amoveat, & necessariam optatæ pacis securitatem pius indulgeat.* Hucusque Ditmarus, qui res gestas hujus temporis scribens, usque ad biennium supervixit.

(a) Ditm. l. 7.

Benedictus Papa debellat Sarracenos.

* Longobardia etiam dici consuevit omnis provincia quam incolerent Longobardi.

II. Hic pariter est annus, quo Ethelredo Anglorum Rege defuncto, nono Kalend. Maii, feria secunda, mala innumera experto, quæ ei obventura prædixerat S. Dunstanus, ob necem illatam fratri, communi Anglorum consilio externus Rex eligitur Canutus, sive Knutus Danus, qui post patrem Insulam illam armis possederat occupatam, jam debel-

Canutus Rex Danorum regnat in Anglia.

PAGIUS SÆC. XI. An. Æræ Hisp. MLIV. An. Hegiræ CCCCVII. inchoato die 10. Junii fer. 1. A. C. 1016.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6509.

☉ 17. AG. ☽ 10. P. 1. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1016.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 5.

HENRICI II. REG. 15. IMP. 3.

BASIL. & CONST. IMPP. 41.

I. AD num. II. & seq. *Rex Anglorum Egelredus*, inquit Hovedenus part. I. Annal. pag. 434. *decima quarta indictione, nono Kal. Maii, feria secunda* (ideoque hoc anno quo feria secunda in diem XXIII. Aprilis incidit) *Lundonia defunctus est post magnos labores, & multas Vita sua tribulationes, quas pro sui fratris Eduardi nece super eum esse venturas B. Dunstanus ei prædixerat. Corpus vero illius in Ecclesia S. Pauli Apostoli honorifice sepultum est. Post mortem cujus, Episcopi, Abbates, Duces, & quique nobiliores Angliæ in unum congregati, pari consensu in Dominum & Regem sibi Canutum elegere, & ad eum in Suthamtoniam venientes, omnemque progeniem Regis Egelredi coram illo abnegando repudiantes, pacem cum eo composuere, & fidelitatem ei juravere. Quibus & ille juravit, quod & secundum Deum, & secundum seculum fidelis esse vellet eis Dominus.*

Mortuo Ethelredo Anglorum pars Canutum eligit.

II. *At cives Lundonienses, & pars nobilium, qui in eo tempore consistebant Lundonia, Clitonem Eadmundum unanimi consensu in Regem levavere, qui solii Regalis sublimatus culmine, intrepidus Westsaxoniam adiit, & ab omni populo, magna susceptus gratulatione, suæ ditioni subegit eam citissime; quibus auditis multi Anglorum populi magna cum festinatione illi se dederunt voluntarie. Canutus autem interim cum sua tota classe circa Rogationes Lundoniam devehitur, quo cum venisset, in australi parte Tamesis magnam scrobem foderunt, & naves suas in Occidentalem plagam pontis traxerunt, deinde urbem alta, lataque fossa, & obsidione cingentes, ingressum, & egressum cunctis intercluserunt; ac eam frequenter expugnare moliti sunt: sed a civibus illis viriliter resistentibus procul a muribus repelluntur: quapropter obsidione ad tempus dimissa, exercitusque parte ad naves custodiendas relicta, in Westsaxoniam abierunt propere, & Regi*

Pars altera Eadmundum Regem.

latis iis, qui post Ethelredum regnare tentassent. Christianus fuit ac pius valde: quomodo autem Romam summa cum religione se contulit ad Limina Apostolorum, suo loco dicturi sumus. Hæc & alia de eo veteres, qui prosequuti sunt res Anglorum, Rogerius, Matthæus, & alii recentiores, nec non qui scripsere res Danorum. Ad hunc apparet ea Wilelmo Malmesburiensi scriptam esse a Fulberto Episcopo Carnotensi epistolam, cum accepit ab eo missum munus:
(a) Fulb. ep. 82. III. quæ sic se habet: (a)

* Cnuto restituendus ex Vvilelm. Malmesb. de Reg. Angl. l. 2. c. 11. in fin.

Nobilissimo Regi Danomarchiæ * *Cluolo Fulbertus Dei gratia Carnotensis Episcopus cum suis clericis & monachis orationis suffragium. Quando munus tuum allatum vidimus, sagacitatem tuam & religionem pariter admirati sumus. Sagacitatem quidem, quod homo nostra linguæ ignarus, longoque a nobis terra marisque intervallo dissitus, non solum ea quæ circa te sunt, strenue capessas, sed etiam ea, quæ circa nos, diligenter inquiras. Religionem vero, cum te, quem Paganorum Principem audieramus, non modo Christianum, verumetiam erga Ecclesias ac Dei servos benignissimum largitorem agnoscimus. Unde gratias agentes Regi Regum, ex cujus dispositione talia descendunt, rogamus, ut ipse regnum tuum in nobis prosperari faciat, & animam tuam a peccatis absolvat per æternum & consubstantialem sibi unigenitum Christum Dominum nostrum, in unitate Spiritus sancti, Amen. Vale memor nostri, non immemor tui.* Hæc ad Regem Canutum Fulbertus. Hæc omnia de Canuto, quem Cnutum appellat, habet rerum Danorum scriptor Adam, additque utrobique regnasse ipsum, in Anglia atque Dania, & magnum ob id cognomento nuncupatum, aitque: (b) *Victor*
(b) Adam l. 2. c. 36.

Cnut ab Anglia rediens, in ditione sua per multos annos regnum Daniæ possedit & Angliæ. Quo tempore Episcopos ab Anglia multos adduxit in Daniam, de quibus Bernardum posuit in Scania, Gerbrondum in Selandia, Reginerum in Fionia. Zelatus est hoc noster Archiepiscopus Hamburgensis Unuanus, & dicitur Gerbrondum redeuntem ab Anglia, cepisse, quem ab Elnodo Anglorum Archiepiscopo cognovisset esse ordinatum. Ille quod necessitas persuasit, satisfaciens, fidelitatem Hamburgensi cathedræ cum subjectione debitam spondens, familiarissimus deinceps Archiepiscopo effectus est: per quem ille suos etiam Legatos ad Cnut Regem transmitteret cum muneribus, congratulatus est ei de rebus bene gestis in Anglia, sed corripuit eum de præsumptione Episcoporum, quos transtulit ex Anglia. Quod rex gratanter accipiens, ita postmodum conjunctus est Archiepiscopo, ut ex sententia ejus omnia deinceps facere maluerit. Hæc nobis de avunculo suo Rex Danorum innotuit, & de captione Gerbrandi non tacuit. Hæc Adam.

Hoc anno moritur vir sanctitate insignis, genere Armenus, nomine Simeon, qui vitæ anachoreticæ cunabula exercuit in Palæstina, inde divino monitu in Occidentem migravit, ubi plurimis miraculis illustratur. Qui autem res ab eo præclare gestas conscripsit, etsi nomine incognitus nobis sit, tamen eodem vixisse tempore certum est. Porro de ejus vitæ primordiis se per epistolas admonitum ab Arsenio Patriarcha Hierosolymorum, idem auctor in ejus vita testatur. Sed quæ ipsi contigerint, dum habitu peregrino se in Urbem contulit, visitandi gratia Sanctorum memorias sub eodem Benedicto Pontifice, cum hæresis accusatus, periclitatus esset, nisi divini- IV. S. Simeonis Armeni obitus.

PAGIUS

gi Eadmundo ferreo lateri spatium congregandi exercitum non dederet: quibus tamen ille cum exercitu, quem in tantillo spatio congregarat, Dei fretus auxilio audacter in Dorsstania occurrit, & in loco, qui Peonnum vocatur, juxta Sillingham cum eis congressus, vicit, & eos in fugam vertit.

II. Reges duo Regnum inter se partiuntur.

Narrat postea Hovedenus varia prælia hoc anno Canutum inter & Eadmundum habita, tandemque subdit: *Cum Rex Eadmundus ferreum latus* (ita vocabatur) *adhuc cum Canuto congredi vellet, dum nequissimus & dolo plenus Edricus, & quidam alii id nullo modo fieri sinebant fieri, sed illi consilium dabant, ut pace facta cum Canuto regnum divideretur, quorum suggestionibus, licet invitus ad postremum cum consentiret, recurrentibus ad invicem nunciis, & obsidibus utrimque datis, ambo Reges ad locum, qui Deorhirst nominatur, in unum convenerunt: Eadmundus cum suis in occidentali plaga Sabrinæ, Canutus vero in Orientali cum suis consedit. Dein uterque Rex in insulam, quæ Olaneige appellatur, & est in ipsius fluminis medio sita, teabariis advehitur; ubi pace, amicitia, fraternitate, & pacto, & sacramentis confirmata, regnum dividitur. Dein armis & vestibus mutatis, tributoque, quod classica manui penderetur, statuto, ab invicem discesserunt; Dani tamen cum præda, quam diripuerant, ad suas naves redierunt, cum quibus pacem, dato pretio, cives Lundonienses fecerunt, & eos secum hyemare permiserunt.*

Post hæc Rex Eadmundus, Ferreum Latus, circa festivitatem sancti Andreæ Apostoli, XV. Indictione (a Septembri deducti) *decessit Lundoniæ.* Malmesburiensis lib. 2. de Reg. pag. 72. ait: *Fama Edricum infamat, quod favore alterius, mortem ei per ministros porrexerit.* Tum pag. 73. de Edmundi filiis scribit: *Filii ejus Edwinus, & Edwardus missi ad Regem Suevorum, ut perimerentur: sed miseratione ejus conservati, Hunnorum Regem petierunt. Ubi dum benigne aliquo tempore habiti sunt: major diem obiit: minor Regina sororem Agatham in matrimonium accepit.* Fuit Agatha Henrici IV. Eadmundo mortuo Canutus solus regnat.

nitus liberatus fuisset: ab eodem auctore sic accipe:

V. *Non multo post tempore Dei servus Simeon, exacto jam eremitica conversationis pretioso tyrocinio, secundum quod alibi divinitus revelatum est, solitudinis antra deseruit, & orationis studio Romam peregrinus expetiit. Cumque multa Sanctorum corpora circumeundo visitaret, quem nullus in orando labor vix aliquando superaret, tandem ad Oratorium S. Joannis Baptistæ Lateranensis Ecclesiæ applicuit. Ubi sanctæ Romanæ Eccl. Pontificem Benedictum nomine, cum multis religiosis Episcopis Orthodoxis viris in congregata Synodo residere invenit. In quo cum devotæ orationis moram, ut ei semper consuetudo fuerat, diu in longum protraheret: unus ex Clero acquitiæ ac superbiæ furore plenus, Simeonem virum sanctum & Catholicum, omnibus in Synodo residentibus, ore polluto infamavit hæreticum.* Viguit enim super omnes in Clero Romano odium in hæreticos, adeo ut vel ex suspicione impetu ferrentur in eos. Sed ut contigit sæpe pecuariis canibus in amicos ferri, quos cum extraneo indutos habitu viderint, existiment inimicos: ita huic, de quo est sermo, contigit clerico, de quo pergit auctor dicens: *Et ut eum morti traderet, & ad necandum eum populum concitaret, talia adversus virum Dei verba ore polluto delatrabat, dicens:* Nonne, *inquit, omnes videtis, in visu, & in incessu, & totius corporis gestu hominem hunc pravum & impostorem hæreticum agere?*

Simeon falso existimatus hæretic. in vitæ discrimen adductus.

VI. Ne mireris, Lector: nam ob diuturnum tempus, quo Manichæi (ut audisti Tomis superioribus) incoluerunt Armeniam, & alii hæretici eamdem provinciam pluribus erroribus infecerunt, factum fuit, ut Armenum nomen ab Occidentalibus male audiret, utpote hæresum plurimarum erroribus infamatum, & novisse quemquam Armenum dici, detexisse hæreticum esset. Accedebat vero, quod his quoque temporibus (ut ex dicendis perdisces) Manichæi in Occidente, & anno sequenti in Galliis deprehensi sint, & igni traditi. Quod enim esse consueverit in eis affectata sanctitas, ne impii detegerentur, plane evenit, ut ex iisdem notis magis solerent inquiri. Nam accidit quod de suis temporibus conquerens, ita narrat sanctus Hieronymus, ad Eustochium scribens: (a) *Quam*, inquit, *viderint pallentem atque tristem, miseram ac Manichæam vocant*, adeo ut ex iis notis viri etiam sanctissimi infamarentur. Sed secundum illud Domini: (b) Nolite secundum faciem judicare, sed justum judicium judicate: Dei sententia mendacem postea ostendit accusatorem, cum eum digna pœna corripuit. *Peritus igitur ille clericus zelo (ut præ se ferebat) Catholicæ Fidei, in eum exclamans: Insurgamus ergo (inquit) in eum, & ut cæteri contremiscant, aut lapidibus obruamus, aut vivum igne comburamus. Hæc flagitiosus ajebat, & ejus flagitio plures adjuncti sunt, unanimiter conspirantes, qui instigante diabolo, virum sanctum, justum & pium toto conamine occidere moliebantur. Qua de re Romanus Pontifex cum universo Episcoporum collegio turbabatur, & quibus indiciis hoc vere cognosci potuisset, investigabatur.*

Nomen Armenum hæresi infamatum.

(a) S. Hier. ep. 22.

(b) Joan. 7.

Aderat tunc ibi quidam religiosus & Reverendus Episcopus, qui ab Armeniæ finibus peregre Romam petens, consilio & ja- VII.

PAGIUS nici Secundi Imperatoris filia, quæ Edoardo peperit Edgarum filium cognomento *Etheling*, quem postea Edoardus, cognomento *Confessor*, hæredem Regni scripsit.

V. Lupus Protospata ad hunc Christi annum habet: *Civitas Salernum obsessa est a Saracenis per mare, & per terram, & nihil profecerunt.* Quod confirmat Anonymus Barensis apud Peregrinium: Anno *MXVI. Indict. XIV. obsederunt Saraceni Salerno per mare & terra.* Leo Ostiensis lib. 2. cap. 38. dicit, Salernum a Saracenis obsessum, quando primum Normanni in Italiam venere. Quare est hic primus annus adventus Normannorum in Italiam; sed quia Leonis locus corruptus, vel ipsemet memoria forsan lapsus est, horum adventus, qui ad præsentem annum pertinet, a Baronio, quem alii secuti sunt ad annum MII. retractus fuit.

Salernum a Saracenis frustra obsessum.

VI. Tot tantaque, quæ magnam cum Historia Ecclesiastica connexionem habent in Italia a *Normannis* hoc & sequenti sæculo gesta, ut ea suis locis explicare necesse sit. Annus eorum in eam adventus male hactenus, ut mox dixi, cum anno MII. copulatus fuit, prochronismo nempe annorum quatuordecim. Neque enim dubito, quin hoc tantum anno ad illas oras accesserint. Id colligo ex Poemate Guillelmi Apuliensis de Rebus in Italia a Normannis gestis, cum aliis Historicis, qui hoc sæculo vixere collato. Is lib. I. asserit se Urbani II. Papæ jussu Opus suum in lucem emisisse, & ipso libri primi initio causam, cur Normanni expeditionem illam susceperint, his Versibus aperit:

Adventus Normannorum in Apuliam.

Horum nonnulli Gargani culmina montis
Conscendere: tibi Michael Archangele voti
Debita solventes. Ibi quemdam conspicientes
More virum Græco vestitum nomine Melum;
Exulis ignotam vestem capitique ligato
Insolitos Mithra mirantur adesse rotatus:
Hunc dum conspiciunt, quis, & unde sit ipse, requirunt
*Se Longobardum natu, * civemque fuisse*
Ingenuum Bari, patriis respondit, ut esse
Finibus extorrem græca feritate coactum.
Exilio cujus, dum Galli compaterentur,
Quam facilem reditum, si vos velletis, haberem,

legendum * civemque

Nos

& sapientia præditus, reverentia sanctitatis habebatur egregius. Qui domnum Papam humiliter adiens, his dulcedinis verbis illum exhortabatur, dicens: Tua, beate Pater, jubente auctoritate furor populi conquiescat, & quis vir ille sit, vel cujus professionis, seu qualiter Catholicam Fidem excolat, me percontante, tua paternitas recognoscat. Cujus sapienti consilio Reverendus Papa credidit, eoque jubente, seditio populi conquievit. Tum vero supra memoratus Episcopus virum Dei Simeonem aggreditur, & lingua, qua utebatur, ita eum alloquitur: Quis es? unde es? dic ergo frater monache, & si Catholicæ Fidei cultum tenes, per me his omnibus innotescat. Ad hanc vocem servus Dei Simeon, qui erat Deo plenus, nusquam vero sapientia vacuus, denuo quoque interroganti prudenter respondens, Catholicæ & Apostolicæ Fidei perfectionem ita confitendo perdocuit, qualiter per universum orbem Apostolorum Symbolum in Nicæna Synodo peroratum clara voce personuit. Quod cum peregrinus Episcopus audisset, famulum videlicet Dei Simeonem plenum fide & sanctitate veraciter agnosceret, magno repletus gaudio, pro reverentia sanctitatis, ejus pedibus se prostravit humilitatis obsequio. His signis ostendere volens populo, quam enormiter errassent, in eumque peccassent, cum eum crimine hæresis infamassent, & ut hæreticum puniendum insana rabie conclamassent.

Simeonis Fides Catholica exploratur.

VIII. *Postquam igitur plura inter se Armenica lingua contulerunt ad invicem, ad extremum peregrino Episcopo totum de servo Dei quod quærebat, innotuit. Quod proximus Papæ, ac omnibus qui aderant, virum Dei scilicet Simeonem veræ Fidei esse professorem, sanctum & justum, æternæ Trinitatis cultorem, Dei omnipotentis adoratorem, palam omnibus declaravit. Sed quia Deus omnipotens*

Deus

PAGIUS

Nos aliquot vestra de gente juvantibus, inquit!
Testabatur enim cito Græcos esse fugandos
Auxilio horum, facili comitante labore.
Illi donandum patria omnimine gentis
Hunc celeri spondent, ubi forte redire licebit.
Ad fines igitur postquam rediere paternos,
Cœperunt animos mox sollicitare suorum
Italiam secum peterent: narratur & illis
Appula fertilitas, ignaviaque insita genti.

VII. Copulandus cum anno MXVI.

Normanni in patriam reduces suos statim ad eam expeditionem animarunt, & turmatim *Romam* sine armis properantes (Benedictus enim hujus nominis VIII. *Meli* Viri civitatis Barensis primarii, magnæque apud suos auctoritatis consilia promovebat), postquam a *Melo* arma accepere, in Apuliam hoc anno profecti sunt, annoque millesimo decimo septimo ut suo loco ostendemus, idque *mense Majo*, ut Guillelmus Apuliensis citatus aliique asserunt, primum cum Græcis præliati sunt. Quare cum Normanni se prompte subsidio venturos *Melo* promiserint, suos *Mox* ad illam expeditionem sollicitarint; & periculum esset in mora, manifestum est, eorum ad Garganum montem adventum anno currenti contigisse, eo magis, quo *Benedictus* Papa VIII. cujus initium in annum MXII. convenit tunc Romanæ Ecclesiæ præfuerit, Glabro lib. 3. cap. 2. Ordecico lib. 3. pag. 472. Gemmeticensi lib. 7. capit. 30. Fragmento Historiæ Aquitanicæ Tom. IV. Duchesnii & Leone Ostiensi lib. 2. cap. 38. testibus, ac *Henricus primus* Imperium administrarit, ut asserit idem Glaber. *Henricus* enim anno tantum MXIV. Imperator coronatus fuit, ideoque Normannorum in Apuliam adventus a recentibus Chronologis ante annum MXIV. hactenus male collocatus. Verum quidem est plerosque ex citatis Auctoribus Normannorum in Italiam adventum referre ad Pontificatum Benedicti IX. & ad Imperium Henrici II. sed illi nominum similitudine decepti sunt, refellendique ex Willelmo Apuliensi, & ex iis quæ jam narravimus, observandumque Leonem Ostiensem sibimet contradicere, ut statim videbimus. Hanc adventus Normannorum in Apuliam Epocham postquam in præsentem annum contulissem, legi eidem affixam fuisse in Chronico Casauriensis, sive Piscariensis Monasterii a Joanne Berardo ejusdem Monasterii Monacho summatim ordine Chronologico collecto ex Chartis ejusdem Monasterii. Magnam ejus partem exhibet Dacherius Tom. V. Spicilegii, ubi ad annum MXVI. ait: *Anno ab Incarnatione Domini millesimo sexto decimo, Normanni Melo Duce cœperunt expugnare Apuliam.* Hæc itaque difficultas negotium amplius facessere non debet.

VIII. Vulgaris sententiæ fundamentum evertitur.

Vulgaris erroris fons Leo Ostiensis laudatus, qui scribit: *Hujus anno VII.* (nempe Atenulphi Casinensis Abbatis) *cœperunt Normanni, Melo Duce, incursare Apuliam.* Paulo post: *Ante annos ferme sexdecim, Normanni XL. numero, peregrino habitu, quippe a Hierosolymis orationis causa perrexerant redeuntes, Salernum applicuerunt,* &c. *quam cum a Saracenis obsessam reperissent,* &c. *mirabili victoria, Deo largiente potiti sunt.* Addit Leo *Vaimarium* Salerni Principem tunc Legatos in Normanniam direxisse, & a Roberto Normanniæ Duce seu Comite auxilium postulasse. *Athenulphus* autem juxta eundem Leonem anno MXI. Monasterio Casinensi præfectus est; & annus ejus septimus cum anno Christi MXVIII. concurrit. Quod si annos XVI. ante annum MXVIII. *Normanni* in Apuliam venere, id anno MII. accidit. Ita Baronius, aliique cum eo. Verum locus ille corruptus, & loco, *ante annos ferme sexdecim,* legendum, *ante menses ferme sexdecim.* Quæ emendatio ex ipsomet Leone evidens est; diserte enim ipse affirmat, *Benedictum* VIII. de quo solo loqui potest, tunc Ecclesiæ Romanæ præfuisse, quod & alii habent; postea enim cap. 40. asserit Sanctum Henricum tunc Imperatorem fuisse. Communis itaque hæc opinio amplius sustineri non potest, & illi sexdecim anni in totidem menses necessario mutandi, ut Guillelmus Apuliensis, qui ex professo de hac Normanorum expeditione scripsit, manifeste indicat; cum enim anno MXVII. quo *Atenulphus* Abbas septimum

regi-

Deus ultionum Dominus est, qui nihil, quod injuste culpatur, inultum abire permittit; & impiorum nequitiam ulciscendo consumit; clericum, qui ad necandam servum Dei populum concitaverat, eadem hora spiritus malignus arripuit, ac pro illata servo Dei contumelia durissime volutando vexavit. Videntes autem Romanus Pontifex, ac totus Clerus, universusque populus tanta Dei magnalia, & mirifica opera, elevatis in cælum manibus simul cum clamoribus, omnipotenti Deo laudes & gratias referebant, qui non permisisset suum servum innocentem perimi sub iniquorum præjudicio: nec accusatorem ejus abire sine vindictæ præmio. Tunc Christi servus Simeon cernens pervasum clericum ab ultore spiritu crudeliter tormentari, memor Evangelici dicti, quo dicitur: (a) *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: compatitur miserrimo clerico. Elevata itaque super eum manu, signum Crucis, increpando dæmonem, edidit: moxque malignus spiritus per os vexati turpiter exclamans, ululando evanuit. Eadem vero hora liberatus ab hoste clericus, pedibus viri Dei Simeonis provolutus corruit, ac ingenti gemitu durissime plorans, se reum, se culpabilem multum accusans, de perpetrato scelere veniam postulavit, &c.* Subiicit vero auctor, quod cum Simeon ab Ipso Pontifice honorifice exciperetur, & sparsa de ejus sanctitate fama plurimi ad eum convenirent, ut sanarentur, iidemque curarentur, cum nimio populi totius plausu coleretur ab omnibus, ab Urbe discessit, & peragrans Italiæ, & Galliæ, & Hispaniæ regiones, visitans loca sancta, demum Mantuæ substitit, ibique a Bonifacio Duce, & Richelda ejus conjuge digne habitus, demum in pace quievit, illustratus a Deo tam vivens, quam mortuus multis miraculis. Signat vero auctor obitus tempus ejusmodi chronologia: *Septimo Kalend. Augusti diem clausit extremum, anno Dominicæ Incarnatio-*

Ultio in accusatorem divinitus emissa.

(a) Matt. 5.

PAGIUS regiminis sui annum inchoavit, Normanni *mense Majo* cum Græcis pugnarint, intra menses sexdecim ex Apulia in Normanniam, & ex Normannia in Apuliam facile redire potuere, nec longiori ad utramque profectionem tempore indiguere.

IX. Cæterum tam Leo Ostiensis, quam Glaber, Gemmeticensis, & Ordericus de hac Historia satis edocti non fuere. *Normanni* enim in Apulia primum visi, non ex urbe Hierosolymitana, sed ex Monte Gargano venere, nec adversus Saracenos arma sumsere; cum Poeta laudatus rem tam insignem non præteriisset. Verum quidem est, hoc anno *Salernum* irrito conatu a Saracenis obsessum fuisse, sed fabulosum, Normannos tam parvo numero in Saracenos obsidentes irruisse, indeque congressus iste Saracenorum & Normannorum ab Orderico longe aliter refertur. Hæc fabula inde nata, quod *Normanni* hoc anno, quo Saraceni *Salernum* obsidione cinxere, in Apuliam venerint, nam inde rumor sparsus, Normannorum opera *Salernum* obsidione Saracenorum liberatum. Errat etiam Leo Ostiensis in eo quod tradit, *Robertum* tunc Ducem Normanniæ fuisse. Is enim tantum anno MXXVII. Normannorum Dux creatus, ut suo loco videbimus. Glaber etiam hanc *Normannorum* Historiam alio modo, quam alii refert, sed cum is in Galliis vixerit, standum est Guillelmo Apuliensi, qui rem ab oculatis testibus discere potuit, & tam Lupum Protospatam, quam Anonymum Barensem in Chron. consentientes habet, ut videbitur anno MXVIII. ubi referemus, quæ anno MXVII. Normanni in Apulia egerint.

Guillelmo Apuliensi in hujus rei narratione standum.

X. Saraceni in Hetruria, & in Sardinia devicti. Ditmarus enim lib. 7. scribit: *In Longobardia Saraceni navigio venientes Lunam civitatem, Saraceni fugato Pastore, invadunt, & cum potentia, ac ex Hetrusecuritate fines illius regionis inhabitant, & via & uxoribus incolarum abutuntur. Quod cum Domno Sardinia Apostolico nomine Benedicto fama deferret, omnes fugati S. Matris Ecclesiæ tam Rectores, quam Defensores congregans, rogat, ac præcipit, ut inimicos Christi talia præsumentes, viriliter secum irrumperent, & adjuvante Domino occiderent. Insuper ineffabilem navium multitudinem tacite præmisit, quæ iis redeundi possibilitatem intercipere. Hoc Rex Sarracenus animadvertens primo indignatus, & tandem paucis comitatus navicula imminens periculum evasit. Sui vero omnes convenientes, & adversantes prius ieiunant hostes, eosque mox fugientes, vix credibile dictu, tres dies & noctes prosternunt. Respexit tandem Deus gemitu proruum placatus, & odientes se fugavit, & intantum devicit, ut nec unus de his relicto interfectorum, & eorumdem spoliorum multitudinem victores numerare nequirent, tum Regina eorum capta ob audaciam jure plectitur. Aureum capitale ejus ornamentum, invicem gemmatum, Papa præ cæteris vendicavit, posque Imperatori suam transmisit partem, quæ mille libris computabatur.* Quæ Ditmarus narrat, dum de rebus hoc anno gestis sermonem habet. *Luna* autem hodie *Luca* appellata, civitas libera, a qua aliquot loca pendent. [a] Huc referendum quod dicitur in Chronico Pisano: *Anno Domini MXVI. Sardiniam Pisani & Genuenses devicerunt. Anno Domini MXVII. Rex* (nempe Sarracenorum) *Magiettus & Saraceni devicerunt Sardiniam, & eodem anno Pisani, & Genuenses eam recuperaverunt, & quum Pisanis & Genuensibus adjudicata esset, Genuenses voluerunt Pisanos expellere. sed ipsi anno*

NOTÆ [a] *Una hodie Luca appellata &c.* Male, nam Luna Urbs fuit Episcopalis in Etruria ad ostia Macræ fluminis, nunc ex aeris malignitate deserta, & eversa, e cujus ruinis Sarzana Urbs crevit; ejusque Episcopatus Sarzanensi junctus unum cum illo Episcopum habet. Vide Ughellium tom. I. in Lunensibus. MANSI

tionis millesimo decimosexto, *Indictione decimaquarta*, *Imperii monarchiam obtinente Herico Augusto*. Longe autem diversus Simeon iste ab ilio, qui in Galliis post annos viginti diem obiit. De quo suo loco dicendum.

An-

PAGIUS *anno eodem a Pisanis superantur*, & de tota Sardinia expelluntur. Paulo aliter rem narrat Sigonius in lib. 8. de Regn. Italiæ lib. 8. sed Chronographo Pisano major fides habenda.

XI. Anno Hegiræ CCCCV. exeunte mense *Ragiab*, anno nempe Christi currentis mense Januario, cum *Hali* adversus *Giafarem* fratrem, Siciliæ Ameram rebellasset, bella civilia inter *Musulmannos* in ea provincia renovata, ut tradit Novveirius Arabs in Hist. Siciliæ, quæ finem non accepere, nisi cum ultimo Musulmannorum excidio. Pluribus ea Novveirius describit. Normannorum adventus in eam Italiæ partem, quam hodie Regnum Neapolitanum vocamus, cumulum miseriarum Musulmannis attulit.

Bella civilia inter Saracenos Siciliæ.

I. Annus sequitur Christi millesimus decimusseptimus, Indictione decimaquinta, quo in Galliis detegitur hæresis Manichæa: ad quam evertendam invigilavit Roberti Regis Francorum, simul & Episcoporum industria. Quomodo autem ista se habuerint, Glaber, qui aderat, accurate descripsit his verbis: (a) *Tertio de vicesimo * infra jam dictum millesimum anno reperta est apud præfatam Aurelianensem urbem cruda nimium atque insolens hæresis, quæ scilicet diutius occulte germinata, in perditionis segetem male pullulans, plures in suæ cæcitatis præcipitavit laqueum. Fertur namque a muliere quadam ex Italia procedente hæc insanissima hæresis in Galliis habuisse exordium, quæ, ut erat diabolo plena, seducebat quoscumque volebat, non solum idiotas, & simplices, verum etiam plerosque, qui videbantur doctiores in clericorum ordine. Quæ scilicet veniens in civitatem Aurelianensem dum moraretur ibi per aliquod spatium temporis, veneno suæ nequitiæ plures infecit. Quod etiam seminarium nequam in plures hi, qui susceperant, toto conamine spargere nitebantur. Fuerunt nempe hujus perversi dogmatis hæresiarches duo, (heu proh dolor) qui in civitate putabantur genere, ac scientia valentiores in Clero, quorum unus Heribertus, alter Lisojus dicebatur. Hi denique, quamdiu res latuit, tam apud Regem, quam apud palatii proceres summum obtinuerant amicitiam: nempe idcirco facilius quosque decipere potuerunt, quorum mentes amor Fidei universalis minus astrinxerat. Qui non solum in prædicta urbe, sed etiam in vicinis urbibus malignum dogma spargere tentabant, dum quemdam sanæ mentis in Rothomagorum civitate presbyterum cupientes suæ consortem fieri vesaniæ, missis Legatis, qui ei omne secretum hujus perversi dogmatis explanantes docerent. Dicebant nempe, fore in proximum, in illorum scilicet dogma populum cadere universum.*

(a) Glab. lib. 3. c. 8.
* supra
Hæresis Manich. in Galliis.

II. *Quibus compertis, presbyter sollicite perrexit ad Christianissimum Comitem ejusdem civitatis Richardum: exposuit ei omnem rei (ut compererat) ordinem. Qui videlicet Comes protinus misit celeriter ad Regem, palam ei faciens clandestinam in regno proprio Christi ovium pestem. Ut autem cognovit Rex scilicet Robertus, ut erat doctissimus, ac Christianissimus, tristis ac mœrens nimium effectus est, quoniam & ruinam patriæ revera, & animarum metuebat interitum. Idcirco quantocius Aurelianos properans, convocatis plurimis Episcopis, & Abbatibus, ac religiosis quibusque laicis, acerrime cœpit perscrutari, qui essent auctores hujus perversi dogmatis, vel qui partis illorum jam decepti consentirent. Facta igitur perscrutatione inter clericos, quomodo unusquisque sentiret, & crederet*

Aurelianensi. Concilium contra novos Hæreticos

Ann. Eccl. Tom. XVI. Sss ra,

PAGIUS SÆC. XI. An. Æræ Hisp. MLV. An. Hegiræ CCCCVIII. inchoato die 30. Maii fer. 5. A. C. 1017.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6510.

☉ 18. F. ☽ 11. P. 21. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1017.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 6.

HENRICI II. REG. 16. IMP. 4.

BASIL. ET CONST. IMPP. 42.

I. Anum. I. ad VI. Glaber libr. 3. capit. 8. De hæresi Manichæorum loquens ait: *Tertio de vicesimo infra jam dictum millesimum anno reperta est apud præfatam Aurelianensem urbem cruda nimium atque insolens hæresis, quæ scilicet diutius occulte germinata, in perditionis segetem male pullulans, plures in suæ cæcitatis præcipitavit laqueum*. Baronius in margine loco, *infra*, legit, *supra*, sed hæc emendatio difficultatem non tollit. Legendum itaque, *tertio & vicesimo*; hæresis enim illa anno MXXII. detecta & Glaber annum unum amplius dicit, sicut capite præcedenti de eversione sepulcri Hierosolymitani verba faciens, anno uno peccat, dicens id factum, *anno nono post præfatum millesimum*, cum dicere debuisset, *anno decimo post præfatum millesimum*, uti suo loco monstravimus. Porro certum & indubitatum, hæc ad an. MXXII. pertinere. In brevi enim Chronico Antissiodorensi a Labbeo Tom. I. Biblioth. edito, ad an. MXXII. habetur: *Aurelianis igne cremantur clerici diabolica suggestione a fide catholica exorbitantes effecti, ac si deceno Manichæi hæretici*. Secundo in Fragmento Historiæ Aquitanicæ ad eundem annum legitur: *Apud Tolosam inventi Manichæi, & ipsi destructi*. Tertio, adhuc superest Privilegium a *Roberto* Francorum Rege *Alberto* Miciacensi Abbati concessum, in quo dicitur, sententiam in hæreticos illos prolatam fuisse anno MXXII. tunc Præsule Aurelianensi Odolrico: *Aurelianis publice ann. MXXII. regni Roberti Regis XXVIII. Indict. V. Quando Stephanus Hæresiarches & complices ejus damnati & arsi sunt Aurelianis*. Sed loco, *regni Roberti Regis XXVIII.* legendum, *regni Roberti Regis XXV.* a morte scilicet Hugonis patris, quæ anno CMXCVII. accidit, deducti.

Nova hæresis Manichæorum ad annum MXXII. referenda.

II. Ademarus in Chronico, qui hoc tempore floruit, apud Labbeum Tom. II. Biblioth. pag. 176. de hac hæresi scribit: *Pauco post tempore per Aquitaniam exorti sunt Manichæi seducentes plebem negantes Baptismum Sanctum & Crucis virtutem, & quidquid sanæ doctrinæ est, abstinentes a cibis quasi monachi, & castitatem simulantes, sed inter se ipsos luxuriam omnem exer-*

Varias Galliarum urbes inficit.

ea, quæ Fides Catholica per doctrinam Apostolicam incommutabiliter servat, & prædicat: illi duo, videlicet Lisojus & Heribertus statim se aliter sentire non negantes, quales diu latuerant, manifestaverunt. Deinde vero plures post illos se partis istorum profitebantur harere, nec ulla ratione se posse affirmabant ab illorum segregare consortio. Quibus compertis, tam Rex, quam Pontifices tristiores effecti, interrogaverunt illos secretius, ut viros hactenus in omni morum probitate utilissimos, quorum unus Lisojus in monasterio sanctæ Crucis clericorum clarissimus habebatur: alter item Heribertus sancti Petri Ecclesiæ, cognomento Puellaris, capitule scholæ tenebat dominium. Qui dum interrogati fuissent, a quo, vel unde eis ista præsumptio accidisset, hujusmodi dederunt responsum: Hoc enim diu est, quod sectam, quam vos jam tarde agnoscitis, amplectimur; sed tam vos, quam cæteros cujuscumque legis, vel ordinis in eam cadere expectavimus; quod etiam adhuc fore credimus. His dictis continue palam exposuerunt omnium antiquarum stultissimam ac miserrimam nempe sui deceptricem hæresim. Cujus videlicet ratiocinatio tanto minus erat idoneis sermonibus obnixa, quanto constat esse illi ter veritati contrariam.

III. Capita hæresum. Dicebant ergo deliramenta esse, quidquid in veteri ac novo canone certis signis ac prodigiis, veteribusque testatoribus de trina unaque Deitate beata confirmat auctoritas. Cælum pariter, ac terram, ut conspiciuntur, absque auctore initii semper extitisse asserebant. Et cum universarum hæresum insanientes, canum more latrantes deterrima; in hoc tantum Epicureis, erant hæreticis similes, quoniam voluptatum flagitiis credebant non recompensari ultionis vindictam. Omne Christianorum opus pietatis dumtaxat, & justitia, quod æstimatur pretium remunerationis æternæ, laborem superfluum judicabant esse. Interea his, aliisque quampluribus insanis impudenter ab eisdem prolatis, non defuere fideles atque idonei testes veritatis, qui illis sufficienter, si vellent tam veritati, quam propriæ acquiescere saluti, respondere de suis cæcis atque erroneis assertionibus valerent. Sed & nos quoque secundum exiguitatem nostri intellectus his, quos prænotavimus, illorum erroribus vel perpauca respondere decrevimus. Subiicit his auctor adversus eorum errores disputationem, eaque absoluta, narrare pergit, quæ sunt sequuta, sic dicens:

IV. Præterea cum a pluribus omni sagacitate elaboratum fuisset, qualiter deposita

PAGIUS

exercentes, quippe ut nuncii Antichristi multos a fide exorbitare fecerunt. Tum pag. 180. postquam de Concilio Lemovicensi primo locutus, est. ait; Eo tempore X. ex Canonicis Sanctæ Crucis Aureliani, qui videbantur aliis religiosiores, probati sunt esse Manichæi. Quos Rex Rotbertus, cum nollent aliquatenus ad fidem reverti, primo a gradu Sacerdotii deponi, deinde ab Ecclesia eliminari, & demum igne cremari jussit. Nam ipsi decepti a quodam rustico, qui se dicebat facere virtutes, & pulverem ex mortuis pueris secum deferebat, de quo si quem posset communicare, mox Manichæum faciebat, adorabant diabolum, qui primo eis in Æthyopis, deinde Angeli lucis figuratione apparebat, & eis multum quotidie argentum deferebat, cujus verbis obedientes, penitus Christum latenter respuerunt, & abominationes & crimina, quæ dici etiam flagitium est, in occulto exercebant, & in aperto Christianos veros se fallebant. Nihilominus apud Tolosam inventi sunt Manichæi & ipsi destructi, & per diversas Occidentis partes nuncii Antichristi exorti per latibula sese occultare curabant, & quoscumque poterant viros, & mulieres subvertebant. Quidam etiam Sanctæ Crucis Aurelianensis Canonicus Cantor, nomine Theodatus, mortuus erat ante triennium in illa hæresi, ut perhibebant viri religiosi & hæretici ipsi, cujus corpus, postquam probatum est, ejectum est de cœmeterio jubente Episcopo (nempe Aurelianensi) Odolrico, & projectum in invium. Qui autem flammis judicati sunt supradicti X. cum Lisoio, quem Rex (scilicet Robertus) valde dilexerat propter sanctitatem, quam eum habere credebat, quasi securi, nihil ignem timebant, & flammis se inlæsos exire promittebant, etiam ridentes in medio ignis ligati sunt & sine mora penitus in cinerem redacti sunt, ut nec de ossibus residuum inveniretur eorum. Loquitur & Ademarus de Concilio Carrofensi adversus eosdem Manichæos celebrato, de quo suo loco agemus.

III. Synodus Aurelianensis an. MXXII. celebrata. Hujus hæreseos occasione celebratum Aurelianis Concilium Tom. IX. Concil. cum præsenti Christi anno perperam illigatum; cum ex dictis ad annum MXXII. revocandum sit. Recitatur ibidem ex Tom. II. Spicilegii Dacheriani plenior hujus hæreseos & Concilii narratio, in qua hæreticus, qui a Glabro, cujus verba recitat Baronius, Heribertus vocatur, dicitur, Stephanus, uti in laudata Charta Miciacensi. Præterea de Arefalto qui in urbe Aurelianensi hæresim illam detexit, habetur, eum a Roberto Francorum Rege Aurelianum missum fuisse; Cumque jubente Rege, inquit Anonymus, iter ageret, Carnotis devenit, Fulbertum venerabilem Antistitem super hac re consulturus, qui forte tunc aberat: nam Romam gratia orationis abierat. Tunc causam sui itineris cuidam sapienti clerico Ebrardo nomine, Carnotensis Ecclesiæ Sacriscrinio, innotuit, &c. quibus ex verbis intelligimus, Fulbertum Carnotensem Episcopum anno MXXII. orationis causa Romam profectum esse. Huic Concilio Aurelianensi præfuit Leothericus Senonensis Archiepiscopus, ut habetur in Chronico S. Petri Vivi: Sub ipso tempore exorta est magna hæresis nova, & inaudita in urbe Aurelianensi. Quapropter accersiens Rex (nempe Robertus) Archiepiscopum jussit congregari in ea urbe Synodum. Erant au-

sita mentis perfidia, veram & universalem reciperent Fidem, atque illi omnimodis se facere denegarent: dictum est eis, quoniam nisi celerius ad sanam Fidei mentem redeant, Regis jussu, & universa plebis consensu, igne essent protinus cremandi. At illi male in sua confisi vesania, nil pertimescere se jactantes, seque evasuros ab igne illæsos promittentes, quin potius meliora sibi suadentibus spernenda illudebant. Cernens quoque Rex, & universi qui aderant, minus posse illos revocari ab insania: jussit accendi non longe a civitate ignem permaximum, ut vel eo forte territi, a sua

Hæretici igni traduntur. *malignitate desinerent. Ad quem cum ducerentur, rabida adacti dementia, se omnimodis hoc velle proclamabant, ac sese ultro ad ignem trahentibus inferebant. Quibus ad ultimum numero tredecim igni traditis, cum jam cœpissent acrius aduri, cœperunt voce, qua poterant, ex eodem igne clamare, se pessime deceptos arte diabolica, nuper de universorum Deo ac Domino male sensisse, & ob hanc ab eisdem illatam ei blasphemiam illos temporali, atque æterna ultione torqueri. His vero plures e circumstantibus auditis, humanitatis pietate permoti accedentes, ut vel semivivos ab igne eriperent, minime valuerunt, quoniam vindice flamma consumente illos, continuo in* * *pulverem fuerunt redacti. Si qui vero postmodum hujus perversitatis sectatores fuerunt reperte, simili ultionis vindicta ubique fuerunt perditi. Propterea venerabilis Catholicæ Fidei cultus, extirpata insanientium pessimorum vesania, ubique terrarum clarior emicuit.* * cinerem

Hactenus Glaber. Quibus plane commendatur Roberti Regis Christianissimi excellens pietas & industria in exurendis confestim ad messem jam perductis selectisque zizaniis, quæ si diutius sivisset illæsa servari, una cum religione perdidissent & regnum. De iisdem Manichæis in fragmentis historiæ Francorum Roberti agitur, eorumdemque pervulgati recensentur errores, eisdemque per ignem illatum supplicium.

De iisdem etiam in fragmentis historiæ Aquitanicæ hæc de repertis in eadem provincia hæreticis: *E vestigio exorti sunt per Aquitaniam Manichæi, seducentes promiscuum populum a veritate ad errorem suadebant negare baptismum, signum sanctæ Crucis, Ecclesiam, & ipsum Redemptorem sæculi, honorem Sanctorum Dei, conjugia legitima, esum carnium, unde & multos simplices averterunt a Fide.* Et inferius, ejusdem fuisse generis Aurelianenses hæreticos, auctor docet his verbis: *Eodem tempore decem ex canonicis sanctæ Crucis Aurelianis pro-* V. Manich. secta in Aquitania.

PAGIUS *autem ipsi hæretici ex melioribus ipsius civitatis Clerici. Communi vero consensu & voluntate omnium convicti omnes perpessi sunt ignis incendium.* Denique Helgaldus Auctor synchronus de hac hæresi habet: *Eodem tempore decem ex Canonicis S. Crucis Aurelianensis probati sunt esse Manichæi. Quos Rex Robertus, cum nollent ad Catholicam converti fidem igne cremari jussit. Simili modo apud Tolosam inventi sunt Manichæi, & ipsi cremati sunt. Et per diversas Occidentis partes Manichæi exorti per latibula sese occultare cœperunt, decipientes quoscumque poterant.* Aurelianensis Episcopus tunc erat *Odolricus*, ut mox ex Ademaro vidimus. San-Marthani in Episcopis Aurelianensibus modo scripsere hæc gesta esse sub *Theoderico*, modo sub *Odolrico* ejus successore, quia Theodoricus statim post celebratum Concilium Episcopatum abdicavit, ut anno sequenti videbimus, & in Episc. Bellovac. ajunt Rogerum Episc. Bellovacensem, cui Guarinus successit, obiisse anno MXXIV. Verum *Guarinus* seu Vuarinus interfuit Concilio Aurelianensi, in quo memorati hæretici damnati, ut ex laudato Spicilegii Dacheriani Codice certo innotescit.

IV. Canutus in universa Anglia Rex agnitus. *Edmundo* Angliæ Rege anno superiori incerto casu extincto *in festo Sancti Andreæ*, inquit Malmesburiensis lib. 2. de Reg. pag. 72. Canutus Senatum in Londinensem urbem vocavit, *omnes Episcopos, & Duces, nec non & Principes, cunctosque Optimates Angliæ*, ait Wigorniensis ad annum MXVI. In eo Conventu Proceres pacis, quam juris amantiores Canuto famulati sunt, iisque pleno Comitiorum suffragio totius Insulæ Rex declaratus est. *Anno Incarnationis dominicæ*, inquit Malmesburiensis citatus, *millesimo decimo septimo Canuto regnare cœpit: & viginti annis regnavit. Injuste quidem regnum ingressus, sed magna civilitate & fortitudine, vitam composuit. Primis diebus regnum in quatuor partitus, sibi West-Saxones, Edrico Mercios, Turkillo Orientales Anglos, Irico Northanymbros. Ac primo interfectores Edmundi, qui ultro spe ingentis præmii rem detulerant, apud se interim celatos, magna frequentia populi produxit in medium; palamque genus insidiarum professos, supplicio affecit.* Verum non diu mansit Tetrarchiæ forma, illa saltem quam Edricus, Turkillus atque Iricus sibi formaverant: qui absoluti regiminis, non a Canuto pendentis potentiam præsumentes, cito in ordinem redacti sunt.

Mense Julio Rex Canutus derelictam Regis Egelredi Reginam Emmam in conjugium accepit, inquit Hovedenus ad hunc Christi annum. Audiendus de hoc conjugio Anonymus Encomiastes Emmæ Anglorum Reginæ, Auctor coævus, qui extat in Scriptoribus antiquis Historiæ Normannorum: *Per regna, & per urbes discurritur*, inquit, *& Regalis sponsa perquiritur, sed longe lateque quæsita, vix tandem digna reperitur. Inventa est vero hæc Imperialis sponsa in confinitate Galliæ, & præcipue in Normandensi regione, stirpe & opibus ditissima, &c. Mittuntur proci ad dominam, mittuntur dona Regalia, mittuntur etiam verba precatoria. Sed abnegat illa se unquam Canutonis sponsam fieri, nisi illi jusjurando affirmaret, quod nunquam alterius conjugis filium post se regnare faceret, nisi ejus si forte illi Deus* V. Emmam Reginam uxorem ducit.

bati sunt esse Manichæi: quos Rex Robertus, cum nollent ad Catholicam converti Fidem, igne cremari jussit. Simili modo apud Toletum inventi sunt Manichæi, & ipsi igne cremati sunt. Et per diversas Occidentis partes Manichæi exorti, per latibula sese occultare cœperunt, decipientes quoscumque poterant. Et paulo superius de his, quæ tunc etiam Romæ accidissent memoratu digna.

VI. Judæi luunt de immani scelere pœnas. *His diebus in Parasceve post Crucem adoratam usque Sabbatum sanctam circa vesperam concussa est Roma a vi ventorum, & pene omnes Romane mortui sunt tam Christiani, quam Judæi. Et quidam Judæus Christianis intimavit, quod in Parasceve in synagoga Judæorum imaginem Christi deluserunt, sicut fecerant Domino parentes eorum. Quod Benedictus Papa sollicite inquirens & probans, mox Judæos, qui hoc egerant, jussit decollare, quibus decollatis, cessaverunt venti.* Hæc ibi. In fragmentis etiam Francorum historiæ post recensitos Manichæorum errores atque supplicium, subiiciuntur ista:

VII. Pluvia sanguinis quid portenderit. *Circa id temporis in regione Aquitaniæ secus maritima loca prodigium accidit ante solemnitatem S. Joannis Baptistæ: tribus diebus de cœlo pluit sanguis, qui cadens super carnem hominis, aut super lapidem, non poterat lavari; si vero super lignum caderet, lavabatur.* Perterrefecit universas Gallias ejusmodi prodigium, adeo ut Robertus Rex Francorum scriptis consuleret Fulbertum Episcopum Carnotensem, inter Gallicanos Episcopos doctrina facile principem: cujus de his ad eumdem Regem tunc respondens data extat (a) epistola, in qua quid ista portenderent, in fine ita philosophatur: *Quod autem nuper hujusmodi cruorem in quadam parte regni vestri pluisse audistis; & quod ille cruor, ubi supra petram, vel super carnem hominis ceciderat, ablui non poterat, ubi autem super lignum ceciderat, facile abluebatur:* * per hæc tria genera hominum significata esse videntur; *per lapidem impii, per carnem fornicarii, per lignum vero, quod neque durum est, ut lapis, neque molle, ut caro, illi, qui neque impii sunt, neque fornicarii. Cum ergo venerit super illam gentem, cui portenditur, gladius, sive pestilentia designata per sanguinem: si antea duri & molles non fuerint mutati in melius, morientur perpetualiter in sanguine suo: medii vero per angustiam mortis, vel aliter poterunt liberari pro arbitrio secretissimi atque præstantissimi Judicis.* Hæc ad Robertum Regem Fulbertus. Porro consecuta esse bella gravissima in ea provincia inter Gulielmum Aquitaniæ Ducem, & Gaufredum Comitem Andegavensem, quo seipsos mutuo adversis armis confecerunt, idem auctor affirmat. (a) Fulb. ep. 79. * hæc ex cx co. Vatic. sunt restituta.

Hoc

PAGIUS *ex eo filium dedisset. Dicebatur enim ab alia quadam Rex filios habuisse,* quod jusjurando facto Rex promisit. *Non multo post, Salvatoris annuente gratia, filium peperit nobilissima Regina. Cujus cum uterque parens intimo, atque ita dicam, singulari gauderet, dilectione, alios vero liberales filios educandos direxerunt Nortmanniæ, istum hic retinentes, sibi utpote futurum heredem regni. Itaque dilectissimum pignus, uti mos est Catholicis, sacro abluunt fonte baptismatis.*

VI. Ejus virtutes. Antea dixerat, Encomiastes: *Ergo miseratione divina monarchiam regni Cnuto vir strenuus suscepit, & nobiliter Duces & Comites suos disposuit, & sic tenus deinceps regnum Anglorum pacifice tenuit. Erat autem adhuc primæva ætate florens, sed tamen indicibili prudentia pollens. Unde contigit, ut eos, quos antea Aedmundo sine dolo fideliter militare audierat, diligeret, & eos, quos subdolos scierat, atque tempore belli in utraque parte fraudulenta tergiversatione pendentes odio haberet: adeo ut multos Principum quadam die occidere pro hujusmodi dolo juberet. Inter quos Edricus, qui a bello fugerat, cum præmia pro hoc ipso a Rege postularet, ac si hoc pro ejus victoria fecisset: Rex subtristis, qui dominum, inquit, tuum decepisti fraude, mihi ne poteris fidelis esse; rependam tibi condigna præmia, sed ea ne deinceps tibi placeat fallacia. Et Erico Duce suo vocato, Huic, ait, quod debemus, persolvito; videlicet, ne nos decipiat, occidito. Ille vero nil moratus, bipennem extulit, eique ictu valido caput amputavit; ut hoc exemplo discant milites Regibus suis esse fideles non infideles.*

VII. Ecclesiis & Monasteriis favit. Paulo post de ejus virtutibus habet: *Amicus & familiaris factus est viris Ecclesiasticis, adeo ut Episcopis videretur Coepiscopus pro exhibitione totius religionis, monachis quoque non secularis, sed cœnobialis pro continentia humillimæ devotionis. Defensabat sedulo pupillos & viduas, sustentabat orphanos & advenas: leges oppressit iniquas, earumque sequaces: justitiam & æquitatem extulit, & coluit, Ecclesias extruxit & honoravit. Sacerdotes & Clerum dignitatibus ampliavit; pacem & unanimitatem omnibus suis indixit, ut de eo illud Maronianum dici posset, nisi extra Catholicam fidem hoc fuisset.*

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.

Deo omnibus modis placita studuit, idcoque quidquid boni agendum esse didicerat, non negligentiæ, sed operationi committebat. Qua enim Ecclesia adhuc ejus non lætatur bonis? Sed ut sileam, quæ in suo regno positis egerit, hujus animam quotidie benedicit Italia, bonis perfrui deposcit Gallia, & magis omnibus hanc in Cœlo cum Christo gaudere orat Flandria. Has enim provincias transiens Romam transiit, & ut multis liquet, tanta hos in itinere misericordiarum opera exhibuit; ut si quis hæc describere omnia voluerit, licet innumerabilia ex his fecerit volumina, tandem deficiens fatebitur, se vix etiam currisse per minima.

Hoc eodem anno Juditha Poloniæ Regina, sanctissima femina, conjux Boleslai Regis & adjutrix ad pietatem propagandam, ex hac vita summo omnium dolore decessit, cum superis in perpetuum regnatura. Hæc de tempore Longinus, qui & res ab ea præclare gestas recenset.

I. Millesimus decimus octavus Christi annus prima incipit Indictione, quem ob frequentia mala, quæ peperit borealibus Christianis, (a) Ditmarus terræmotum appellandum existimat, sive contritionem magnam. Recenset ipse plura infausta, quæ in Germaniæ provinciis contigere. In primis vero deplorans damna diversarum Ecclesiarum, quæ pluribus in locis a Principibus passæ sunt, incendia Ecclesiarum a populis Abbotritis & Waris a Fide refugis, ad impietatem relapsis: multisque de his, & aliis diversis enarratis, agit ad finem inter alia de expugnatione Kloviæ primariæ civitatis, & ejus Archiepiscopi captivitate. De cujus civitatis religione mira narrat, nimirum erectas extitisse in ea plures quam quadringentas Ecclesias, ut mirum videri posset, adeo brevi temporis spacio in ea coaluisse Christianismum, fuisseque tanta pietate præstantem, ut tot Ecclesiæ fuerint tam cito ædificatæ. Quod autem magis mirandum, illud est, quod ejusdem ultimi libri narrat exordio de pœna, qua esset plectendus adulter, dirissima quidem, ut ejus atrocitate exterriti impudici, colere discerent castitatem; sicut & illa, qua gulæ vitium esset penitus coercendum, dum statutum fuit, ut qui post Septuagesimam carnem manducasse inveniretur, is confestim pœna gravissima, nempe avulsione dentium puniretur. Hæc & alia, quæ admiranda potius, quam laudanda Ditmarus esse putavit: sed plane ardens zelus animi commendandus, cum putaverit legislator atrocissimis pœnis, velut vallo, muniendam divinorum præceptorum observantiam, ne quis ea transgredi quovis modo præsumeret, pœnarum immensitate cohibitus.

(a) Dit. l. ult. prope fin.

Clades Borealium Ecclesiarum.

II. Porro his enarratis, Ditmarus finem scribendi fecit, & vitæ tempus absolvit, multiplici nomine commendandus: inprimis vero, quod in omnibus optimi pastoris specimen edidit, & cum omnibus virtutibus effulserit, potissimum vero enituit Christiana illa virtute adeo commendata, & dictis ac factis a Christo suis Discipulis prædicata, humilitate videlicet, in omnibus semper sui accusator existens, aliorum vero ex virtutibus laudum commendator eximius. Qui autem anni hujus res gestas ab eo percurret, plane intelliget, eumdem venturæ mortis divinitus accepisse responsum: cujus rei causa de Ecclesia sibi commissa sollicitus, ad successorem sibi futurum, quomodo se gerere debeat, convertit orationem; eumdemque veluti præsentem compellans, quæ sectari, quæve cavere deberet, insinuat. Moritur autem hoc anno Kalendis Decembris anno suæ ætatis quadragesimoprimo, absoluto viii. Kal. Aug. qua die se natum profitetur, anno salutis nongentesimo septuagesimosexto, suæ vero sedis anno decimo, mense septimo, die septimo. Quod autem ad ejus scripta pertinet, danda venia, si adhuc rude, necdum expolitum lima opus inveniatur: etenim illud ipsum ab eo hoc extremo vitæ tempore fuisse elaboratum, qui vitam ejus paulo post obitum scripsit, ostendit, dum ait: *Anno vero decimo ordinationis suæ, nativitatis vero quadragesimoprimo divertit ab oneribus hujus sæculi dorsum ejus, faciemque mentis in tranquillitatem quietudinis statuens, ac animo tribulos sollicitudinis evellens, fructus permanentes novæ plantationis germinavit. Scripsit enim Chronicon per quinque Regum tempora digestum, incipiens ab Henrico Humili, qui primus hoc nomine, & in hujus narrationis ordine imperavit, & ab Ottone Magno, Secundo & Tertio vicissim sibi succedentibus ad Henricum Pium, nostræ Ecclesiæ reparatorem, ac exaltationis auctorem progreditur, &c.* Cedit vero ipsi magnæ laudi, quod jam argumentis mille & exemplis innumeris egregie Fidem Catholicam testatam reliquit adversus suos gentiles apostatas Novatores, qui nostro hoc sæculo emersere.

Ditmari obitus.

III. Idem annus hic est, quo Northmanni hortatu Benedicti Pontificis adversus Græ-

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hispan. MLVI. Anno Hegiræ CCCCIX. inchoato die 19. Maii fer. 2. A. C. 1018.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6511.

☉ 19. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1018.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 7.

HENRICI II. REG. 17. IMP. 5.

BASIL. & CONST. IMPP. 43.

I. AD num. III. & seq. Normannorum adventum in Apuliam Baronius cum hoc Christi anno illigavit, quod Leo Ostiensis lib. 2. cap. 38. dicat id contigisse *anno septimo Atenulphi*, anno MXI. Casinensis Abbatis renunciati. Verum cum anno superiori annus ille VII. Atenulphi inchoatus fuerit, hæc Normannorum expeditio ad illum Christi annum retrahenda. Lupus enim Protospata ad annum MXVII. scribit: *Descendit Turnichi* seu (Tromki) *Catapanus* (idest, Capitaneus; eo enim nomine, qui in Apuliam Præfecti ab Imperatoribus Græcis mittebantur, vocati) *mense*

Prima expeditio Normannorum in Apuliam.

Græcos in Apulia pugnantes, pluribus eos victoriis debellarunt. Quod ad tempus spectat, hoc id accidisse, ex (a) Leone Ostiense exploratum habemus, dum ait id factum anno septimo Atenulphi Abbatis, quem constat ipsius (b) assertione creatum fuisse anno Domini millesimo undecimo.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 38.

(b) Id. l. 2. c. 32.

IV. Northmannorum adventus in Italiam. Quomodo autem ista se habuerint, securius accipiemus e Glabro hujus temporis historiarum scriptore, qui ait: (c) *Contigit autem ipso in tempore, ut quidam Northmannorum audacissimus, nomine Rudolphus, qui etiam Comiti Richardo displicuerat, cujus iram metuens, cum omnibus, quæ secum ducere potuit, Romam pergeret, causamque proprium summo Pontifici exponeret Benedicto. Qui cernens eum pugnæ militari elegantissimum, cœpit ei querelam exponere de Græcorum invasione Romani Imperii, seque multum dolere, quoniam minime talis in suis extiterat, qui repelleret viros externæ nationis.*

(c) Glab. l. 3. c. 1.

V. *Quibus auditis, spopondit se idem Rudolphus adversus transmarinos præliaturum, si aliquod ei auxilium præberent vel illi, quibus major incumbebat gemma* no-

PAGIUS *se Maii, & fecit prælium cum Melo & Northmannis Leo Patianus excubitus* (idest, Excubitor.) *Iterum mense Julii XXII. die prælium fecit prædictus Turnichius Catapanus, & vicit Melum & Northmannos, & mortuus est Patianus ibi.* Tum: *Anno MXVIII. indictione prima, descendit Basilius Catapanus, qui & Bugianus. Anno MXIX. fecit prælium supradictus Bugianus mense Octobris cum Francis, & vicit, & Melus fugit cum aliquibus Francis ad Enricum Imp.* In MS. Ducis Andriæ additur, *factum est ad civitatem Cannensem.* Quæ confirmat Anonymus Barensis: *MXVII. indict. XV. descendit Andronikus* (quem Lupus Turnichi vocat) *Cat. & fecit prælium cum Mel. & vicit Mel. MXVIII. indict. I. descendit Basilius Catp.* (idest, Catapanus). *MXIX indict. II. fecit prælium Bugiano Catp. cum Francis in Cannis, & vicit, Mel fugit, & ibit ad Enrico Imp.* Prima itaque Normannorum militaris expeditio in Italiam cum anno millesimo decimo septimo copulanda.

II. Varia eorum cum Græcis prælia. Glaber Auctor coævus lib. 3. cap. 1. paulo aliter rem narrat, & annos non exprimit, sed Leo Ostiensis lib. 2. cap. 38. & multo magis Guillelmus Apuliensis in Poemate de Rebus in Italia a Normannis gestis, scripto Urbano II. Ecclesiam Romanam administrante, lib. 1. Lupo Protospatæ & Anonymo Barensi suffragatur, quibus fides denegari non potest; cum in Apulia hoc sæculo vixerint. Postquam igitur Poeta narravit, quæ an. MXVI. in medium adduximus, reditumque Normannorum ex Apulia in Normanniam, ait:

Ad fines igitur postquam rediere paternos
Cœperunt animos mox sollicitare suorum
Italiam secum peterent: narratur & illic
Appula fertilitas, ignaviaque insita genti.
Sola quibus peragi possit via ferre monentur,
Ductor ibi prudens promittitur inveniendus.

Paulo post:

Postquam gens Romam Normannica transit inermis,
Fessa labore viæ Campaniæ substitit oris.
Fama volat Latio Normannos applicuisse,
Melus ut Italiam Gallos cognovit adisse,
Ocyus accessit, dedit arma carentibus armis:
Armatos secum comites properare coegit:

Paucis interpositis:

Turnicii tandem rumor pervenit ad aures
Qui Catapan fuerat Græcorum missus ab Urbe
Cui Constantinus nomen dedit editor Urbis,
Et Constantinus, pariterque Basilius illi
Tunc dominabantur. Gallos venisse feroces
Conductu Meli, qui factus utrique rebellis
Appula Normannos loca depopulanda monebat.
His ita Turnicio fama referente relatis,
Agmina Græcorum propere direxit in hostes.

Tum ait, mense *Maio* Turcinium per Legatum suum pari fortuna cum Normannis pugnasse, sed postea eum victum recessisse, Legatumque ejus occisum. Dein *Bugianum* anno sequenti cum Catapani dignitate missum, & *circiter Octobris Kal.* pugnatum esse *Cannis*, ac *Melum*, cum non posset obsistere, venisse ad Henricum Imperatorem, & auxilium ab eo adversus Græcos petiisse. Guillelmus porro, sicuti & Historici Angli in Actis publicis, Normannos Gallos semper vocant. Nunc de aliorum Normannorum in Hispaniam expeditione ab Ademaro in Chronico memorata loquendum, & hujus Auctoris hoc tempore viventis verba referenda. Nec enim eam revocandam esse, inventio Capitis Sancti Joannis Baptistæ, quam postea narrat, demonstrat:

III. Magis declarantur.

IV. Alia Normannorum expeditio adversus Saracenos. *Item Normanni, duce Rotgerio ad occidendos Paganos Hispaniam profecti, innumeros Saracenorum deleverunt, & civitates & castella ab eis abstulerunt multa. Et primo suo adventu Rotgerius, Saracenis captis, unumquemque eorum per dies singulos, videntibus ceteris, quasi porcum per frusta dividens, in caldariis coctum eis apponebat pro epulis, & in alia domo simulabat se comedere cum suis reliqua membra. Perculsit omnibus hoc modo, novissimum de custodia quasi negligens permittebat fugere, qui hæc monstra Saracenis nunciaret, ita fabulam Thyestis verum adimplens. Qua de causa timore exanimati vicini Saraceni, pacem cum Rege suo Museto a Comitissa Barcilonensi Ermensede petunt, & annuum tributum persolvere spondent. Erat enim hæc vidua, & Rotgerio supradicto filiam suam in conjugio sociaverat. Tumque pace inita, cum ulteriori Hispania Rotgerius decertare cœpit, & die quadam una cum Petro Episcopo Tolosæ & XL. solummodo Christianis Saracenorum quingentos electos in insidiis latentes offendit, cum quibus confligens fratrem suum Munzerem amisit, tertioque acies adversarios irrum-* pens

I. Millesimus decimus octavus Christi annus prima incipit Indictione, quem ob frequentia mala, quæ peperit borealibus Christianis, (a) Ditmarus terræmotum appellandum existimat, sive contritionem magnam. Recenset ipse plura infausta, quæ in Germaniæ provinciis contigere. In primis vero deplorans damna diversarum Ecclesiarum, quæ pluribus in locis a Principibus passæ sunt, incendia Ecclesiarum a populis Abbotritis & Waris a Fide refugis, ad impietatem relapsis: multisque de his, & aliis diversis enarratis, agit ad finem inter alia de expugnatione Kioviæ primariæ civitatis, & ejus Archiepiscopi captivitate. De cujus civitatis religione mira narrat, nimirum erectas extitisse in ea plures quam quadringentas Ecclesias, ut mirum videri possit, adeo brevi temporis spacio in ea coaluisse Christianismum, fuisseque tanta pietate præstantem, ut tot Ecclesiæ fuerint tam cito ædificatæ. Quod autem magis mirandum, illud est, quod ejusdem ultimi libri narrat exordio de pœna, qua esset plectendus adulter, dirissima quidem, ut ejus atrocitate exterriti impudici, colere discerent castitatem; sicut & illa, qua gulæ vitium esset penitus coercendum, dum statutum fuit, at qui post Septuagesimam carnem manducasse inveniretur, is confestim pœna gravissima, nempe avulsione dentium puniretur. Hæc & alia, quæ admiranda potius, quam laudanda Ditmarus esse putavit: sed plane ardens zelus animi commeudandus, cum putaverit legislator atrocissimis pœnis, velut vallo, muniendam divinorum præceptorum observantiam, ne quis ea transgredi quovis modo præsumeret, pœnarum immensitate cohibitus.

(a) Dit. l. ult. prope fin.

Clades Borealium Ecclesiarum.

II. Porro his enarratis, Ditmarus finem scribendi fecit, & vitæ tempus absolvit, multiplici nomine commendandus: inprimis vero, quod in omnibus optimi pastoris specimen edidit, & cum omnibus virtutibus effulserit, potissimum vero enituit Christiana illa virtute adeo commendata, & dictis ac factis a Christo suis Discipulis prædicata, humilitate videlicet, in omnibus semper sui accusator existens, aliorum vero ex virtutibus laudum commendator eximius. Qui autem anni hujus res gestas ab eo percurret, plane intelliget, eumdem venturæ mortis divinitus accepisse responsum: cujus rei causa de Ecclesia sibi commissa sollicitus, ad successorem sibi futurum, quomodo se gerere debeat, convertit orationem; eumdemque veluti præsentem compellans, quæ sectati, quæve cavere deberet, insinuat. Moritur autem hoc anno Kalendis Decembris anno suæ ætatis quadragesimoprimo, absoluto viii. Kal. Aug. qua die se natum profitetur, anno salutis nongentesimo septuagesimosexto, suæ vero sedis anno decimo, mense septimo, die septimo. Quod autem ad ejus scripta pertinet, danda venia, si adhuc rude, necdum expolitum lima opus inveniatur: etenim illud ipsum ab eo hoc extremo vitæ tempore fuisse elaboratum, qui vitam ejus paulo post obitum scripsit, ostendit, dum ait: *Anno vero decimo ordinationis suæ, nativitatis vero quadragesimoprimo divertit ab oneribus hujus sæculi dorsum ejus, faciemque mentis in tranquillitatem quotidianis statuens, ac animo tribulos sollicitudinis evellens, fructus permanentes nova plantationis germinavit. Scripsit enim Chronicon per quinque Regum tempora digestum, incipiens ab Henrico Humili, qui primus hoc nomine, & in hujus narrationis ordine imperavit, & ab Ottone Magno, Secundo & Tertio vicissim sibi succedentibus ad Henricum Pium, nostræ Ecclesiæ reparatorem, ac exaltationis auctorem progreditur, &c.* Cedit vero ipsi magnæ laudi, quod jam argumentis mille & exemplis innumeris egregie Fidem Catholicam testatam reliquit adversus suos gentiles apostatas Novatores, qui nostro hoc sæculo emersere.

Ditmari obitus.

III. Idem annus hic est, quo Northmanni hortatu Benedicti Pontificis adversus Græ-

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hispan. MLVI. Anno Hegiræ CCCC-IX. inchoato die 19. Maii fer. 2. A. C. 1018.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6512.

☉ 19. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1018.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 7.

HENRICI II. REG. 17. IMP. 5.

BASIL. & CONST. IMPP. 43.

I. Ad num. III. & seq. Normannorum adventum in Apuliam Baronius cum hoc Christi anno illigavit, quod Leo Ostiensis lib. 2. cap. 38. dicat id contigisse *anno septimo Atenulphi*, anno MXI. Casinensis Abbatis renunciati. Verum cum anno superiori annus ille VII. Atenulphi inchoatus fuerit, hæc Normannorum expeditio ad illum Christi annum retrahenda. Lupus enim Protospata ad annum MXVII. scribit: *Descendit Turnichi* seu (Troniki) *Catapanus* (idest, Capitaneus; eo enim nomine, qui in Apuliam Præfecti ab Imperatoribus Græcis mittebantur, vocati) *men-se*

Prima expeditio Normannorum in Apuliam.

Græcos in Apulia pugnantes, pluribus eos victoriis debellarunt. Quod ad tempus spectat, hoc id accidisse, ex (a) Leone Ostiense exploratum habemus, dum ait id factum anno septimo Atenulphi Abbatis, quem constat ipsius (b) assertione creatum fuisse anno Domini millesimo undecimo.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 35.
(b) Id. l. 2. c. 31.

IV. Northmannorum adventus in Italiam. Quomodo autem ista se habuerint, securius accipiemus e Glabro hujus temporis historiarum scriptore, qui ait: (c) *Contigit autem ipso in tempore, ut quidam Northmannorum audacissimus, nomine Rudolphus, qui etiam Comiti Richardo displicuerat, cujus iram metuens, cum omnibus, quæ secum ducere potuit, Romam pergeret, causamque propriam summo Pontifici exponeret Benedicto. Qui cernens eum pugna militari elegantissimum, cæpit ei querelam exponere de Græcorum invasione Romani Imperii, seque multum dolere, quoniam minime talis in suis extiterat, qui repelleret viros externæ nationis.*

(c) Glab. l. 3. c. 1.

V. *Quibus auditis, spopondit se idem Rudolphus adversus transmarinos præliaturum, si aliquod ei auxilium præberent vel illi, quibus major incumbebat genuinæ ne-*

PAGIUS *se Maii, & fecit prælium cum Melo & Normannis Leo Patianus excubitus* (idest, Excubitor.) *Iterum mense Julii XXII. die prælium fecit prædictus Turnichius Catapanus, & vicit Melum & Normannos, & mortuus est Patianus ibi.* Tum: *Anno MXVIII. indictione prima, descendit Basilius Catapanus, qui & Bugianus. Anno MXIX. fecit prælium supradictus Bugianus mense Octobris cum Francis, & vicit, & Melus fugit cum aliquibus Francis ad Enricum Imp.* In MS. Ducis Andriæ additur, *factum est ad civitatem Cannensem.* Quæ confirmat Anonymus Barensis: *MXVII. indict. XV. descendit Andronicus* (quem Lupus Turnichi vocat) *Cat. & fecit prælium cum Mel. & vicit Mel. MXVIII. indict. I. descendit Basilius Carp.* (idest, Catapanus). *MXIX indict. II. fecit prælium Bugiano Catp. cum Francis in Canno, & vicit. Mel fugit, & ibit ad Enrico Imp.* Prima itaque Normannorum militaris expeditio in Italiam cum anno millesimo decimo septimo copulanda.

II. Varia eorum cum Græcis prælia. Glaber Auctor coævus lib. 3. cap. 1. paulo aliter rem narrat, & annos non exprimit, sed Leo Ostiensis lib. 2. cap. 38. & multo magis Guillelmus Apuliensis in Poemate de Rebus in Italia a Normannis gestis, scripto Urbano II. Ecclesiam Romanam administrante, lib. 1. Lupo Protospatæ & Anonymo Barensi suffragatur, quibus fides denegari non potest; cum in Apulia hoc sæculo vixerint. Postquam igitur Poeta narravit, quæ an. MXVI. in medium adduximus, reditumque Normannorum ex Apulia in Normanniam, ait:

Ad fines igitur postquam rediere paternos
Cæperunt animos mox solicitare suorum
Italiam secum peterent: narratur & illis
Appula fertilitas, ignaviaque insita genti.
Sola quibus peragi possit via ferre monentur,
Ductor ibi prudens promittitur inveniendus.

Paulo post:

Postquam gens Romam Normannica transit inermis,
Fessa labore viæ Campanis substitit oris.
Fama volat Latio Normannos applicuisse,
Melus ut Italiam Gallos cognovit adisse,
Ocyus accessit, dedit arma carentibus armis:
Armatos secum comites properare coegit:

Paucis interpositis:

Turnicii tandem rumor pervenit ad aures
Qui Catapan fuerat Græcorum missus ab Urbe
Cui Constantinus nomen dedit editor Urbis,
Et Constantinus, pariterque Basilius illo
Tunc dominabantur. Gallos venisse feroces
Conductu Meli, qui factus utrique rebellis
Appula Normannos loca depopulanda monebat.
His ita Turnicio fama referente relatis,
Agmina Græcorum propere direxit in hostes.

III. Magis declarantur. Tum ait, mense *Maio* Turcimum per Legatum suum pari fortuna cum Normannis pugnasse, sed postea eum victum recessisse, Legatumque ejus occisum. Dein *Bagianum* anno sequenti cum Catapani dignitate missum, & *circiter Octobris Kal.* pugnatum esse *Cannis*, ac *Melum*, cum non posset obsistere, venisse ad Henricum Imperatorem, & auxilium ab eo adversus Græcos petiisse. Guillelmus porro, sicuti & Historici Angli in Actis publicis, Normannos Gallos semper vocant. Nunc de aliorum Normannorum in Hispaniam expeditione ab Ademaro in Chronico memorata loquendum, & hujus Auctoris hoc tempore viventis verba referenda. Huc enim eam revocandam esse, inventio Capitis Sancti Joannis Baptistæ, quam postea narrat, demonstrat:

IV. Alia Normannorum expeditio adversus Saracenos. *Item Normanni, duce Rotgerio ad occidendos Paganos Hispaniam profecti, innumeros Saracenorum deleverunt, & civitates & castella ab manneis abstulerunt multa. Et primo suo adventu eum supe... Rotgerius, Saracenis captis, unumquemque eo... ditio ... rum per dies singulos, videntibus ceteris, quasi porcum per frusta dividens, in caldariis coctum eis apponebat pro epulis, & in alia domo simulabat se comedere cum suis reliqua membra. Perenisit omnibus hoc modo, novissimum de custodia quasi negligens permittebat fugere, qui hac monstra Saracenis nunciaret, ita fabulam Thyestis veram adimplens. Qua de causa timore exanimati vicini Saraceni, pacem cum Rege suo Musito a Comitissa Barcilonensi Ermensede petunt, & annuum tributum persolvere spondent. Erat enim hac vidua, & Rotgerio supradicto filiam suam in conjugio sociaverat. Tumque pace inita, cum ulterioni Hispania Rotgerius decertare cæpit, & die quadam una cum Petro Episcopo Tolusa & XL. solummodo Christianis Saracenorum quingentos electos in insidiis latentes offendit, cum quibus confligens fratrem suum Manzerem amisit, tertioque acies adversarios irrumpens*

Benedict. Pap. mittit Northmannos adversus Græcos.

accessitudo patriæ. Tunc vero prædictus Papa misit illum cum suis ad Beneventanos primates, ut eum pacifice exciperent, semperque prælature præ se haberent, illiusque jussioni unanimes obedirent. Egressus ad Beneventanos, qui eum, ut Papa jusserat, suscepere. Illico autem illos ex Græcorum officio, qui vectigalia in populo exigebant, invadens Rudolphus, diripuit quæque illorum ac trucidavit. His itaque auditis illorum socii, qui jam plures civitates & castella propriæ subjugaverant ditioni, coacto in unum suorum exercitu, inierunt prælium adversus Rudolphum & eos, qui ejus favebant parti. In quo scilicet prælio pars Græcorum occubuit maxima: insuper & castra aliqua dimisere vacua, quæ subsequutus Rudolphi exercitus victor obtinuit.

VI. Græci sæpe victi fortiores copias parant.

Visa igitur Græci suorum cæde, miserunt Constantinopolim, ut auxiliarentur eis quantocyus ab his, qui eos miserant: statimque reformantes classem, multo plures, quam prius, præliaturos miserunt. Interea cum auditum esset ubique, quoniam paucis Northmannorum concessa fuisset de superbientibus Græcis victoria, innumerabilis multitudo etiam cum uxoribus, & liberis prosequuta est a patria, de

PAGIUS

pent, plus centum hostium extinxit, & cum suis propriis revisit, nec ausi sunt Ismaelita persequi fugientem. Hujus Normannorum expeditionis hoc anno susceptæ non meminit Baronius, quia ejus tempore Ademari Chronicon lucem non viderat. Baluzius lib. 4. Marcæ Hispanicæ suspicatur, nomen Rotgerii pro nomine Ricardi per errorem ibi positum fuisse, quia nullus hac tempestate Rogerius Normannos regebat. Verum non dicit Ademarus Rogerium Normannos rexisse; cum antea diserte scripserit, Ricardum Comitem tunc Normannos gubernasse. Fuit itaque Rotgerius vir quidam nobilis hujus expeditionis caput & Dux.

V. Inventio capitis S. Joannis Baptistæ in urbe Angeriaca.

Post hæc narrat statim Ademarus in Basilica Angeriacensi inventum esse caput, quod sanctum caput dicunt esse proprium sancti Joannis Baptistæ, subditque; dum inventum ostenderetur caput sancti Joannis, omnis Gallia, Italia & Hispania ad famam commota, ibi accurrere certatim festinabat. Rex quoque Francorum Rotbertus, Regina, Rex Navarra Sancius (cognomento Major, hujus nominis III.) omnesque Dignitates eorum confluxerunt. Ubi omnes offerebant munera pretiosa diversorum generum. Nam supradictus Rex Francorum oblata gabata seu concha ex auro purissimo pensante libras XXX. pretiosis vestibus holosericis & auro textis ad ornatum Ecclesiæ, a VVillelmo Duce (nempe Aquitaniæ) susceptus undique, per Pictavis reversus est Franciam. Quid dicam, quod ultra omnem felicitatem & gloriam videbatur, concursus psallentium cum Reliquiis Sanctorum ex Monachis & Canonicis, qui undecumque ad memoriam sancti Præcursoris festinabant? Inter hæc festiva, Reliquia corporis principis summi qui pater est Aquitanorum, & primus Galliarum spermologus, videlicet B. Apostoli Martialis simul cum Reliquiis S. Stephani Lemovicæ sedis, illuc deferebantur. Protractis itaque S. Martialis in vectorio ex auro & gemmis pignoribus foris Basilicam propriam, mox omnis Aquitania, quæ jamdiu nimiis pluviarum inundationibus laboraverat, adventu patris sui lætatur, serenitate reddita. Cum eisdem equidem pignoribus Abbas Josfredus atque Episcopus (Lemovicensis scilicet) Giraldus cum Principibus numerosis, & omni populo innumerabili diverterunt, eundo in Basilicam Salvatoris S. Carrofi, exieruntque eis obviam Monachi cum omni plebe foris milliario uno, & cum apparatu honorifico diem festum agentes, antiphonias denique excelsa voce intonantes, deduxerunt eos usque ad Altare Salvatoris, & missa celebrata, simili modo persecuti sunt eos; cumque in Basilicam S. Præcursoris intrarent, celebravit ante caput sancti Joannis Missam Episcopus Giraldus de Nativitate ejusdem sancti Baptistæ, cum esset mensis October. At Canonici Sancti Stephani cum Monachis alternatim tropos ac laudes cecinerunt festivo more, & post Missam Pontifex cum capite sancti Joannis benedixit populum. Sicque de miraculis S. Martialis, quæ per viam contigerant, valde lætantes, V. die ante festivitatem omnium Sanctorum reversi sunt. Baronius anno MXXV. num. IV. hanc inventionem refert, sed hæc a præsenti anno removeri non potest, ut liquet ex iis quæ ante & post eam Ademarus, qui tunc in Aquitania vixit, habet. Cæterum Romani & Constantinopolitani hoc tempore asserebant se D. Joannis Baptistæ caput possidere, quem nodum, qui poterit, solvet.

VI. Moritur Joannes ultimus Bulgariæ Rex.

Basilius Imp. iterum impressione in Bulgariam facta, longe lateque prædas egit, & Achrida Urbe Regia Bulgarorum expugnata, aliisque castellis per Duces suos captis, Constantinopolim regreditur. Sed rursus bello illato Barbaris illis, & castellis occupatis; Bulgaros complures partim interfecit, partim cepit. Quorum Princeps Joannes Bladisthlabus (idest, Uladislavus) dum Dyrrachium obsidet, cadit, cum genti biennium & quinque menses præfuisset, inquit Zonaras. Cedrenus pag. 712. annos etiam duos, & menses quinque Joanni Bulgariæ Regi tribuit; qui cum antea asseruerit, eum successisse Gabrielio die XXIV. mensis Octobris anni Christi MXV. occiso, apparet Joannis mortem hoc anno contigisse mense circiter Martio. Ducangius in Constantinopoli Christiana, dum loquitur de familiis Dalmaticis, Sclavonicis & Turcicis, cap. VI. num. XXV. Joannis mortem cum anno superiori perperam illigat, quod non advertisset, Curopalatem & Cedrenum gesta anno superiori in Bulgaria a Basilio non memorasse, & narrato ejus Constantinopolim adventu, quem ajunt contigisse die nona mensis Januarii indictione XV. anno scilicet superiori, statim referre Joannis mortem, qui tamen integro postea anno superstes fuit.

VII. Universa Bulgaria Basilio Imp. deditur.

Pergit Zonaras: Quo Imperator intellecto (nempe obitu Joannis Regis) statim egreditur, cui ad Adrianopolim quidam illustres Bulgari se dedunt, tradito Pernico, & aliis triginta quinque castellis. Sed & alii multi ex his Barbaris ad eum confluxerunt. Maria quoque Joannis Bladisthlabi uxor, Davide Bulgariæ Archiepiscopo cum literis ad illam misso, se illi Bulgariam cessuram pollicita, si ea quæ vellet impetrasset, paulo post ipsa cum tribus filiis & sex filiabus advenit. Sunt & tres ejus alii filii, Prusianus cum duobus fratribus, qui in mon-

de qua egressus fuerat, Radolphum, non solum permittente, sed etiam compellente, ut irent, Richardo illorum Comite. Egredientes autem satis audacter venerunt ad loca Alpium, qui & mons Jovis dicitur, ubi etiam in angustissimis semitis præpotentes regionis illius constituerant, imperante cupiditate, feras & custodes, ad pratia transmeantium exigendo. At illi Northmannorum exercitus confractis seris, cæsisque custodibus, per vim transitum fecerunt: egressique non parvum Rodulpho contulerunt auxilium; sicque pars utraque resumptis viribus secundo inierunt prælium, in quo utrorumque exercitus graviter casus: Northmannorum tamen exercitui victoria provenit. Post paululum vero terno commisso prælio, in sese pars utraque fessa cohibuit; perspiciensque Rodulphus suos defecisse, virosque illius patriæ minus bello aptos, cum paucis perrexit ad Imperatorem Henri- Ann. Eccl. Tom. XVI. Ttt

PAGIUS

montes profugerant præsidiis occupatos, cuncti ad Imperatoris fidem se conferre: e quibus Prusianum magistrum, ceteros Patricios fecit. De Basilii triumpho anno sequenti agemus.

VIII. *Robertus Rex Franc. Romam petit.*

Hoc anno, vel aliquo ex tribus consequentibus *Robertus* Francorum Rex orationis causa Romam profectus est, ut discimus ex Epistola Benedicti Papæ VIII. Episcopis *per Burgundiam, Aquitaniam, & Provinciam constitutis, Burchardo scilicet Archiepiscopo Lugdunensi*, aliisque decem & octo, qua Archiepiscopis, qua Episcopis, quorum Sedes & nomina in eadem designantur. Ait Pontifex se se *in præsentia Deo devoti Domini Roberti Regis Francorum, Principumque ejus, & Optimatum, qui tunc ea venerunt ad limina Apostolorum, & reclamatoria Legatione* Odilonis Cluniacensis Abbatis percepisse, terras & possessiones ejusdem Monasterii ita a quibusdam diripi, ut Monachi solitam curam supervenientium hospitum & pauperum non possint exercere. Quare eos invasores anathemate percellit, & nominatim quosdam ex illis, mandatque præfatis Episcopis, ut illos similiter excommunicent, & Presbyteris sibi commissis excommunicare præcipiant. Præterea omnibus Principibus præfatarum Provinciarum munus benedictionis & absolutionis mittit, eo sine ut prædicti loci adjutores & defensores semper existant. Hoc munus in particulari mittit *seniori quam reverendo Domno VVillelmo Comiti, Domnoque Rainaldo Comiti filio ejus, & omni reverentia & veneratione dignissima Domna Adeleidi Comitissa cognomento Blancha, nuruique ejus Gerberga Comitissa*. Aliorum Magnatum nomina legi possunt in eadem Epistola *data Kal. Septemb.* & Tom. IV. Duchesnii recitata.

IX. *Literas obtinet a Benedicto VIII. in favorem monasterii Cluniaci.*

Erat *VVillelmus* cognominatus *Otto*, Comes Comitatus Burgundiæ ultra Ararim Fl. positæ, & ut prodit Glaber lib. 3. cap. 2. privignus Henrici Burgundiæ Ducis Hugonis Capeti fratris, qui cum liberos non haberet *eum loco filii adoptavit*, ejusque mater, quam idem Henricus uxorem duxit, Gerberga appellata, ut videre est in Chronico S. Benigni pag. 448. & seq. ubi etiam dicitur *Rainaldum* filium ei successisse. Ex illo originem duxere Comites, qui diu Comitatui Burgundiæ dominati sunt. *Adelais* vero *Blancha* cognominata vidua erat Guillelmi Provinciæ Comitis hujus nominis primi, & Gerberga vidua Guillelmi II. Guillelmi Primi filii, utraque tutrix ac dominatrix Guillelmi Tertii in tenera ætate constituti.

X. *Ea ante præsentem annum non data.*

Hanc autem Epistolam, cujus opera varii Catalogi Episcoporum Galliæ accuratius digeri possunt, hoc vel aliquo ex tribus sequentibus annis scriptam esse, eruo ex Chartulario monasterii Montismajoris, apud Arelatem siti, ex quo Boucheus in Histor. Provinciæ lib. 9. pag. 53. aliique hæc verba scripsere: *Anno ab Incarnat. Domini MXVII.* (legendum, MXVI.) *fuit inchoata Basilica Montismajoris in honore Sanctæ Mariæ matris Domini, seu omnium Sanctorum indictione XIV. III. Kal. Jun. fer. IV.* (qui sunt certissimi characteres an. MXVI.) *regnante Roberto Rege in tertio anno fundationis hujus Ecclesiæ, obiit VVillelmus* (hujus nominis II. Gerbergæ maritus) *inclytus Comes, Adelaidis filius & honorifice sepultus est in fundamento hujus Ecclesiæ.* Quare Willelmus II. hoc anno vivere desiit, & Adelais ac Gerberga Comitatum Provinciæ administrare cœpere. Idem enim Boucheus pag. 54. refert quandam donationem monasterio Sancti Victoris factam, in qua Adelais dicitur *mater VVillelmi quondam Provinciæ Comitis*, nempe Guillelmi II. & Gereberga *ejusdem Principis olim uxor*. Facta Donatio hæc *anno Incarnat. Dom. MXVIII. indict. I.* cui præter Adelaidem & Gerbergam *VVilelmus filius VVillelmi Comitis* subscribit, Willelmus nempe III. minorennis. *Boucheus*, qui animum non adverterat ad errorem numeri a novis emendati, Willelmi II. mortem usque ad annum MXX. differt, sed contra tenorem Chartæ ex eodem mox a nobis relatæ. Cum itaque citata *Benedicti* VIII. Epistola eo tempore, quo *Adelais & Gerberga* Provinciam regebant, data sit, ea ante præsentem annum in Gallias non missa, nec citius *Robertus* Rex profectionem Romanam suscepit.

Tardius vero quam anno MXXI. eum Romam profectum non esse, demonstrat Odorannus, Auctor hujus temporis in Chron. Tom. II. Duchesnii, qui refert, quod dum *quodam tempore Robertus Rex Romam peteret, Bertam* Reginam dudum repudiatam eum profecutam esse, ut faventibus quibusdam Aulicis, *Decreto Apostolico*, toro Regio restitueretur. Unde *Constantia* Regina magno mœrore afficiebatur. Nocte quadam apparuit ei per visum Vir quidam in Sacerdotali habitu, qui eam certam fecit de liberatione ab imminenti tristitia, dicitque se esse *Savinianum Episcopum*, sed cum *Constantia* ignoraret, Sanctum Savinianum Martyrem primum Episcopum Senonensem fuisse, sollicite perquisivit, *Si illis in regionibus haberetur Episcopus, qui Savinianus diceretur. Quibus ignorantiam suam profitentibus unus ex eis, qui in Monasterio S. Petri* (apud Senonas) *fuerat nutritus, redeunte Rege, Aurelianorum futurus Episc. nomine Theodericus respondit pro omnibus*, nempe eum qui eidem apparuit, esse *S. Savinianum* Martyrem. Constat autem ex Catalogo Episcoporum Aurelianensium *Odolricum* Sancti Theodorici in Episcopatum Aurelianensem successorem anno MXXII. Episcopatum gessisse. Adhæc anno superiori ostendimus, *Robertum* Regem anno MXXII. Aurelianis fuisse, ibique celebratum esse Concilium

XI. *Neque post annum MXXI.*

Rudolph. confugit ad Imperatorem. *ricum, expositurus et hujus rei negotium. Qui benigne illum suscipiens, diversis muneribus ditavit, quoniam rumor, quem de illo audierat, cernendi contulerat desiderium.* Hucusque Glaber de rebus per Northmannos gestis usque ad Henrici adventum in Italiam adversus Græcos.

Quomodo autem & anno sequenti ipse Benedictus Papa idem iter ad Imperatorem capessivit, suo loco dicturi sumus. De legatione missa ad Imperatorem adversus Græcos agit etiam (*a*) Leo Ostiensis, idque munus obiisse Melum Ducem affirmat.

(a) *Leo Ost. l. 2. c. 38. in fin.*

Se-

PAGIUS lium adversus Manichæos recens in ea urbe detectos, de quo Chronographus Sancti Petri Vivi, postquam verba fecit, subdit: *Posthac Theodericus Episcopus Aurelianensis relinquens Episcopatum venit Senonas in Ecclesia B. Petri*, &c. Ex quibus omnibus manifestum fit Robertum Regem anno MXXI. Romam jam reducem fuisse, ideoque & epistolam Benedicti VIII. serius non datam, cum Saussaius in Annal. Eccles. Aurelianensis asserat, *Theodoricum* anno MXXI. indict. IV. quasdam Ecclesias Aurelianensi Ecclesiæ dedisse; qui tamen nondum Episcopus erat, quando *Robertus* Rex Roma rediit. Colitur *Sanctus Theodericus* Aurelianensis Episcopus die XXVII. mensis Januarii, quo in ejus Vita, a Bollando eo die recitata, obiisse dicitur. Beslius in Hist. Comit. Pict. pag. 55. in medium adducit verba cujusdam Chronographi Anonymi, qui scripsit *Robertum* Regem anno MXXVI. *pridie vigilia Apostoli Pauli* Romæ fuisse, ipseque existimat, eumdem Regem hujus seculi initio alteram profectionem Romanam instituisse, eumque tunc *Bertam* juxta Odorannum citatum secutam esse. Verum geminata illa profectio Romana fictitia, annoque MXXVI. Benedictus VIII. jam a biennio e vivis abierat.

XII. *De hac Roberti profectione Odorannus, & incertus Anonymus loquuntur.* Mabillonius Tom. III. Analect. pag. 534. refert *Rithmum Satyricum* ex MS. Codice Belvacensi erutum, cujus titulus: *De Temporibus Roberti Regis*, in quo Poeta præcipue invehitur in *Landricum* Bodonis Comitis Nivernensis filium, *Roberto* Regi gratissimum, quem prodit, *Bertam* a Roberto Rege antea separatam, in Regium torum, quod antea ignorabamus reduxisse, hancque ei ob malas artes *Pruvinum* Senonum castrum promisisse, se eum illud nunquam obtinuisse. Mabillonius in Notis ad illam Satyram ait, diversum videri fuisse istud factum, ab eo, quod ex Odoranno mox retulimus; *cum tempus*, inquit, *& alia circumstantia non conveniant*. Verum omnia, quæ Poeta habet, ad hanc Romanam Roberti Regis profectionem optime quadrant, ut eam magis examinanti patebit; loquitur enim Poeta de *Hugone* jam Rege a Roberto patre renunciato, quod anno MXVII. contigit; cumque asserat, *Robertum* illicitas nuptias renovasse, oportet Regem in isto itinere Romano *Bertam* cognovisse, sed cum Romæ a Benedicto VIII. ejus petitio rejecta fuisset, post reditum *Constantiam* in gratiam recepisse. Mathoudus in Catalogo Archiep. Senonens. de Leotherico scribit: Transtulit anno MXXIX. corpus S. Saviniani in Basilica *Vivi*; Rege præsente, & Constantia Regina cum Primoribus Regni, in capsam auro gemmisque protectam (ut hactenus visitur), quæ votivum erat ejusdem Reginæ Donarium in Regis gratiam Saviniani beneficio restitutæ; ut præter Odorannum, qui cudendi nobilissimi illius reclinatorii curam egit, referunt omnes Chronographi MSS. & editi, qui de rebus Senonicis disseruere. Ita ille. Denique anno CMXCVIII. num. IX. insinuavimus, a *Landrico* Comites Nivernenses originem ducere, hicque non prætermittendum quod Anonymus Scriptor apud Labbeum Tom. I. Biblioth. in *Origine & Historia brevi Nivernensium Comitum*, ait: *Iste Landricus primus hujus generis Comes Nivernis factus, cœpit usquequaque dilatare terminos suos; habuitque filium nomine Renaldum, qui conjunctus matrimonio sorori Regis Roberti, filii Hugonis Capitonis, Comitatum Antissiodori conjunxit Comitatui Nivernensi*. [2]

NOTÆ [1] IN Ecclesiasticas tabulas nondum relatam invenio Synodum magnam hoc anno habitam in Niumagon (Nimega scilicet) die XVII. Kal. Aprilis, quæ Dominica erat. Hanc ita describit Annalista Saxo Eccardi ad hunc annum, qui unus Synodi hujus memoriam servavit. *Magna Synodus fit in Niumagon, ubi Otto quidam de primoribus Francorum* (Orientalium) *& uxor ejus Irmingard consanguinitate proximi injuste diu conjuncti ob inobedientiam continua vocationis excommunicati sunt, cooperatoresque eorum a suis Episcopis ad satisfaciendum vocati*. Ibi etiam constitutum est, *antiquo Codice perlecto, ut Corpus Dominicum ad sinistrum & Calix ad dexteram Sacerdotis poneretur*. Quis fuerit Otto iste habes in Pagio ad A. 1023. I. Vide adnotationem nostram ad eundem annum. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1019.	BENEDICTI VIII. PAP. ANNUS 8.	HENRICI IMP. 6. BASIL. & CONST. IMPP. 44.

I. *Benedict. Pap. proficiscitur in Germaniam.* SEquitur ordine temporum annus Redemptoris millesimus undevigesimus, Indictione secunda, quo Benedictus Papa rogatus ab Henrico Imperatore, in Germaniam veniens, Bambergæ Ecclesiam sancti Stephani dedicavit. Id hoc anno factum Hermannus, Lambertus, Marianus Scotus, Abbas Urspergensis, & alii tradunt: Sigebertus autem anno sequenti. Porro non occasio schismatis illuc Pontificem abire compulit, ut aliquis existimavit (schisma enim exordio Pontificatus accidisse, tuncque Benedictum illuc primum abiisse, suo loco superius dictum est) sed nec, ut eam dumtaxat basilicam dedicaret, verum ut confirmaret sua præsentia Bambergæ Episcopatum, quem erexerat, prout in Actis S. Chunegundis Augustæ legitur istis verbis, ubi auctor meminisset de basilica Sancti Stephani illic erecta: (a) *Ad quam, inquit, dedicandam Benedictum Papam, quem præfatus Deo dignus Imperator Henricus ad confirmandum Bambergensem Pontificatum advocaverat, venire rogavit.*

(a) *Apud Sur. die 3. Mart.*

II. *Bamberga oblata S. Petro.* Sic igitur præcipua causa fuit confirmatio Bambergensis Episcopatus; nec levis quidem causa: siquidem civitatem

ipsam cum juribus suis plene subjecit pius Imperator Romanæ Ecclesiæ, cui ut dominæ, annuum censum persolveret: quam ut liberaret Henricus Junior, vice Bambergæ, tradidit eidem Ecclesiæ Romanæ Beneventum, tempore Leonis IX. Romani Pontificis. Hæc quidem ita omnino se habuisse, Cassinatis monasterii monimenta prodidere, ex quibus Leo Ostiensis ista descripsit: (b) *Hic idem Augustus ex sui patrimonii sumptibus construxit Ecclesiam ad honorem sancti Georgii, quam advocato Benedicto Papa, consecrari fecit; Episcopalemque in ea Sedem constituens, beato Petro ex integro obtulit, statuto per annos singulos censu, equo uno optimo albo, cum ornamentis omnibus & phaleris suis, centumque marchis argenti. Postmodum Leo Nonus Papa Vicariatus gratia,* loco scilicet ipsius, *Beneventum ab Henrico Conradi filio accipiens, prædictum Bambergense Episcopium sub ejus ditione remisit, equo tantum, quem prædiximus, sibi servato.* Hæc Leo Ostiensis. Quod autem dicant alii omnes, dedicatam fuisse Bambergæ Ecclesiam S. Stephani a Benedicto Pontifice, Leo autem dicat dedicatam Ecclesiam S. Georgii, haud

(b) *Leo Ost. l. 2. c. 47.*

Loco Bambergæ civitatis datum Beneventum.

PAGIUS SÆC. XI.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6512.

☉ 10. D. ☽ 13. P. 29. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1019.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 8.

HENRICI II. REGIS 18. IMP. 6.

BASIL. & CONST. IMPP. 44.

Anno Eræ Hisp. MLVII.

Anno Hegiræ CCCCX. inchoato die 9. Maii fer. 7.

A. C. 1019.

I. *Benedictus VIII. in Germaniam venit.* ANnum I. ad IV. Chronographus Hildesheimensis ad hunc Christi annum, de Henrico Imp. scribit: *Eo anno in Pascha Papam de Roma Bavenberg (idest, Bambergæ) hospitio suscepit.* [1] Pascha autem hoc anno die XXIX. mensis Martii celebratum. *Benedictum VIII.* hoc anno in Germaniam profectum esse, testantur etiam Lambertus Schafnaburgensis & Marianus Scotus in Chronicis. Quare aliqui Viri docti hanc Benedicti Papæ profectionem Germanicam Hermanni Contracti in auctiori Chronico auctoritate innixi, in annum sequentem male differunt. Is enim qui asserit se fuisse eo anno puerum octennem, per hæc tempora non raro in Chronologiam peccat. Perperam itaque Hermannus, quod in priori Chronici sui editione recte scripserat, in posteriori retractavit. Ait etiam ibidem Hermannus, *Benedictum* Papam Bambergæ Ecclesiam Sancti Stephani dedicasse. Fallitur autem Glaber a Baronio citatus, qui huic Dedicationi addit erectionem Bambergæ in Sedem Episcopalem. Jam enim anno MVII. Joannes Papa hujus nominis XVIII. Bambergam in Sedem Episcopalem sublimaret, ut supra demonstravimus. Denique Vippo Presbyter, Scriptor coævus in Vita Cooradi Salici Imp. de morte S. Henrici ejus Decessoris, & de Episcopatu Bamber-

NOTÆ [1] BEnedicti in Germaniam profectionem ad annum sequentem 1020. differendam multo verosimilius censeo cum P. Conrado Janningo in Supplement. ad Acta SS. Junii tom. 1. pag. 80. qui observat potiori ratione standum esse Hermanni Contracti fusiori Chronico quam breviori, utpote quia fusius secundis curis ab illo scriptum fuerit, adeoque & in eo recte correxisse censendus est ea, quæ prave in priori Opere descripserat. Adde auctoritatem Necrologii Fuldensis, quod Pontificis adventum Fuldam constituit anno 1020. ante diem primam Maii. Commodum autem fuit Benedicto ejus anni Pascha die 17. Aprilis Bambergæ celebrare, atque inde bidui itinere Fuldam divertere. Denique eodem an. 1020. Pontificem Pascha cum Imperatore celebrasse Bambergæ asserit Annalista Saxo ab Eccardo tom. 1. vulgatus col. 452. qui & addit Imperatorem anno 1019. Pascha Merseburgi, non Bambergæ celebrasse. MANSI

adeo repugnat, ut non possit esse utrumque verum. Nam liquet Bambergæ fuisse etiam erectam basilicam S. Georgii, & ejus nomine monasterium, ut ejusdem Chunegundis acta produnt.

III. De iisdem Glaber habet ista in præfatione, tertio historiarum libro præfixa: *Ædificavit quoque*, inquit, *Henricus Imperator monasterium in* * *Saxonia loco, qui dicitur Baveberch, id est Bavonis mons: lingua enim Teutonica, Berch, mons appellatur. Quod etiam monasterium donis innumerabilibus locupletatum, a Romano Pontifice supradicto, scilicet Benedicto, in honorem Apostolorum Principis dedicari fecit, atque ejusdem Pontificis usus consilio, eamdem ecclesiam in Episcopalem sublimavit sedem, constitutoque in ea Episcopo, amplissimorum fundorum redditibus esse fecit locupletem*. Hæc Glaber. At in fragmentis historiæ Aquitaniæ non Ecclesiam, sed civitatem ipsam Bambergam recens ab ipso Henrico erectam, ab eodem Benedicto Pontifice in honorem Dei Genitricis Mariæ fuisse consecratam, asseritur. Sunt hæc in ea: *In terra Theodisca a novo civitatem ædificavit, vocabulo Baenburg, quam Benedictus Papa in honorem Dei Genitricis consecravit, & Parochias in circuitu ex Pagano, vicis, & oppidis, dum converterentur, attitulavit ad illam*. Hæc ibi.

* Franconiæ.

IV. Præter hæc omnia, de adventu Pontificis Bambergam ad Imperatorem a nobis ex diversis auctoribus recitata, non prætermittam, illud etiam & forte præcipuum fuisse consilium ejus, ut provocaret eumdem ad ferendas suppetias Ecclesiæ Romanæ adversus Græcos, qui pedetentim jam sibi cuncta usque ad Romanos fines vendicaverant, vel eorum dominos fecerant sibi fideles. Nam audi quid de Capuano Principe Urbi finitimo dicat Leo Ostiensis (a): *Capuanus Princeps Constantinop. Imperat. Basilio clam favebat, claves aureas ad illum misit, se & urbem Capuanam, immo totum principatum ejus per hæc Imperio tradens, &c.* Jamque fore, ut fœderatorum auxilio ipse Græcorum Imperator Roma absque obstaculo potiretur.

Græci potentes in Italia terrori sunt Romano Pontif.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 39.

Hic postremo vetus instrumentum, hoc anno conscriptum, quo in primis asserta a nobis chronologia anni Pontificis & Imperatoris, insuper & Indictionis nota comprobetur, inde vero alia pleraque discantur, describendum curavimus, nuper acceptum a Flaminio Philonardo Episcopo Aquinate nobis amicitia conjunctissimo, una cum aliis antiquitatis monimentis, a sanctissimæ memoriæ Paulo Papa Quarto collectis, antequam Cardinalis esset. Continet restitutionem factam sancti Gregorii monasterio de bonis ejus male a Silvestro Abbate alienatis, quæ qui accepit Ingizo nobilis Romanus restituens, documentum hoc per Sergium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scriniarium conficiendum curavit, quod (ut temporis infelicis conditio dabat) obsitum solœcismis & barbarismis & superinductis ex vetustate mendis depravatum, qualecumque sit, accipe: nam sciendi curiositas quæque aspera condiens suavia reddit. V.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, anno, Deo propitio, Pontificatus domini Benedicti summi Pontificis & universalis octavi Papæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli octavo, imperante domino piissimo perpetuo Augusto Henrico a Deo coronato Magno Imperatore anno sexto, Indictione tertia, mensis Novembris die xxiii.

Diploma de restitutione facta Monast. S. Greg. in Urbe.

Decet autem bona fides solo verbo sufficere. VI.

PAGIUS

bergensi ab eo fundato loquens, ait: *Ad cujus dedicationem dominum Apostolicum nomine Benedictum ascivit, cujus* authoritate ad mutandum locum Privilegia publica stipulatione confirmavit. [1]

II. Ad num. IV. Causam adventus Benedicti VIII. in Germaniam aperit Leo Ostiensis lib. 2. cap. 38. ubi postquam de infelici pugna adversus Græcos anno superiori a Normannis habita, cui Melus interfuit, verba fecit, ait: *Melus, ut se militum auxilio destitutum vidit, Normannos reliquos cum Guaimario* (qui Salerni Princeps erat) *partim Pandulfo* (Capuæ Principi) *commendans, ipse ad Imperatorem proficiscitur; ut ad expellendos hinc Græcos, vel ipsum venire, si posset, induceret; vel saltem auxilia militum mitteret*. Quare recte censet Baronius, *Benedictum* VIII. eamdem ob causam Henricum Imp. adiisse & significasse eum totam Italiam amissurum, nisi *Melo*, qui omnem operam adhibebat, ut patriam a Græcorum tyrannide eriperet, petita auxilia præberet. Quod in causa fuit, ut *Melo bis jam ad eum hac causa profecto, ac peregre mortuo*, inquit idem Leo cap. 40. ipsemet Imperator postea in Italiam adversus Græcos se se contulerit, ut suo loco dicetur.

Causa hujus profectionis.

NOTÆ [1] HOc anno Goslariæ quadragesimæ tempore Synodus celebrata fuit a Bernvuardo Hildesheimensi Episcopo Imperatore præsente cum Episcopis, in qua Godeschalcus Ekkehardi præsidis filius, & Gerdruda Egberti Comitis filia separati sunt, ait Annalista Saxo ab Eccardo vulgatus tom. 1. col. 452. Hanc Synodum Author Vitæ S. Meinverci in præcedentem annum male refert, confunditque cum altera eodem anno non dissimili de causa Neomagi celebrata. Vide Notam ad superiorem annum num. I. Male etiam in Collectione Veneto-Labbeana ambo hæc Synodi ex eodem Scriptore confusæ sunt. MANSI

ficere, sed aliquando solet tempus longiuquitatis extendere, & non valet quidquid conventum vel gestum fuerit, seriem memoriter retinere. Ob hoc necesse est, quæcumque inter partes conveniunt, scriptura Notarii, ut quandoque, si expedit, & ostensa fuerint, omnem totius litis amoveant quæstionem. Et ideo quoniam constat me lugizo nobilem virum Franco bonæ memoriæ qui dicebatur a Trantiberi filium, ægroto namque corpore, sed largiente divina misericordia, mente & conscientia sana, dico autem omnibus non solum præsentibus sed etiam futuris, quia bonum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta, secun-
(a) Ps. 50. dum Psalmi sententiam: (a) Et peccatum meum ante me est semper. Et iterum: Graviter in Dominum delinquunt, qui divitiis a Deo concessis, non in rebus salutaribus, sed in pravis utuntur; nesciunt enim impartire pauperibus, oppressis subvenire despiciunt, & inde magis augent delicta, unde redimere debuerunt. Idcirco ac si ab hac die discessissem, & digessi, atque in omnibus deliberavi & definivi simulque reputavi, nullo me cogente neque contradicente aut vim faciente, sed propria spontaneaque mea voluntate, vobis autem sancte Andrea Apostole, ac beate Confessor Christi Gregorii, & per vos in sacratissimo vestro venerabili monasterio quod nuncupatur Clivus Scauri, existente domino Joanne reverendissimo Abbate, & per eum in cunctis catervis monachorum ac presbyterorum Dei, qui ibidem servituri sunt usque in perpetuum, pro vero plane amore ac dilectione, quam in vobis habeo, ut in die adventus Domini & Salvatoris nostri JESU Christi pro me indigno intercedere dignemini apud eum qui vos elegit, quatenus de meis criminibus & peccatis veniam aliquantulum invenire merear. Recolo autem cujusdam sapientissimi verba quæ dixit: Nulla scelera eleemosynis posse redimi, si in peccatis quisque permanserit, tunc autem fructu eleemosynarum indulgentia conceditur, quando ab scelerum opere desinitur. Et iterum: Misericordia a compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortita est. Nullus autem in alio esse misericors potest, quì prave vivendo in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est, cui bonus est?

VII. Ob hoc refundo, & concedo vobis vestrisque servitoribus in perpetuum, idest eam scilicet hæreditatem, quam hactenus per emphiteosim meis detinui manibus, quam mihi quondam Silvester nefandissimus ac sceleratissimus ejusdem monasterii Abbas fecit, quæ esse videtur de terris, campis, pratis, & pascuis atque silvis, montibus & collibus, plagiis & planitiis, quod cultum vel incultum, excipio autem solummodo vineas, quæ sitæ sunt in loco, qui vocatur Mateso, quas mei per omnia * conservo manibus, * confesvi
cætera vero omnia quæ prædixi, quanta nunc usque meis detinui manibus, sicuti infra subscripsi, concludunt affines: omnia in omnibus vobis, domine mei, vestrisque servitoribus refuto, sicuti juris antea fuisse decernitur, posita in fundum Mola rupta, vel quibus aliis nuncupantur vocabulis inter affines: a primo latere, incipiente a vado, quod est ab Arca Crescentii de Arce, & exinde per fructale usque in pede de monte sanctæ Mariæ: deinde per pedem montis, sicuti ascendit in via Pipponesca, & ab utrisque lateribus omnia de vestro venerabili monasterio jurisque vestri. Hanc namque hæreditatem, sicut hactenus meis tenere visus sui manibus, vobis Apostole, & Confessor Christi, vestrisque servitoribus refuto, & in proprium jura revoco, ne forte in die Judicii a Creatore omnium rerum, & a vobis aliquam pro ea sentiam pœnam: sacra autem Scriptura testante: (b) Beatus qui (b) Apoc.
vigilat & custodit vestimenta sua, quod 16.
est opera, ne nudus ambulet, & videant alii turpitudinem ejus. Quid enim mihi prodest gloriosiorem apparere apud homines, & nitidiora membra gestare, & intus apud Deum, cujus oculis nuda & aperta sunt omnia, putridiorem & fœtidiorem animam meam esse captivam? Quid prodest mihi sociare hominibus, & privari ab Angelis? quid prodest mihi terrena acquirere, & cœlestia non habere? Ista & alia multa similia oculus, quæ dicere longum est. Et ideo ab hodierna die & usque in perpetuum dimitto vobis vestrisque servitoribus suprascriptum totum hæreditatem, quam injuste meis hucusque detinui manibus: quam prædictus dampnatus & impius iniquusque Silvester Abbas pro suis facinoribus mihi dederat, excepta jam dicta vinea, quam meis detineo potestatibus: de cæteris namque omnibus ut (prædixi) emitto vobis plenarium & irrevocabilem securitatem deliberationis refutationisque chartulam, & nullo quoque tempore, & numquam a me, neque ab hæredibus & successoribus meis, neque etiam a nulla magna parvaque persona a me submissa contra vos vestrosque servitores quamlibet moveri quæstionem, aut calumniam, neque supplicando Principibus, aut exorando Pontifices, aut aliquam personam hujusmodi querimoniam pro eadem terra umquam in tempore facere præsumam, sed ab omni homine omni in tempore securum & quietum vestrum monasterium vestrique servitores existant usque in perpetuum. Interim notum facio omnibus, ut nullus Abbas, nullusque homo hanc terram, quam vobis refutavi, audeat vel præsumat de vestro

mo-

monasterio per quamlibet scripturaram seriem subtrahere vel alieanee, sed semper in asa monacharum constitno permaneadam. Et qui ita fecerit, cam diabolo & ejuc atrossissimes pompis societatem babeat, & anathematis sempsr sit vinculo inaodatuc, & suprascripta terra inconvalsa sempsr ibidem maneat. Unde & juratac dico per Deam omnipotentem, sanctaeqae Sedis Apostolicæ D. Benedicti Octavi Papæ atque Henrici Imperatoric salutem, hac omaia, qaæ præseat bajus chartalæ seriec textus eloquntar, inviolabiliter conservaee, atqae adimplere promitto. Nam, quod absit, si contra baac chartulam, qaam sponte & volaataete roguvi, agere, aat caasare, vel litigare præsumpseeo, & cancta qaa a me dicta sunt, noa observavero per qaemvis modum, aut per qaalecamque ingenium, quod sensus bumanus intelligere vel capere potest, tunc noa solum periurii pœnam incurram, veeam etiam datarum me esse promitto una eum beredibus & successoribuc meis vel consanguineic meic, vobis deaiqus & servitoeibus vestris aate omne litis iaitiam pœaæ nomine, auri parissimi librae decem, & post solatam pœnam maneat bæc chartula in saa atbilamiaus firmitate, quam scribendam rogavi Sergiam Seeiniarium S. Rom. Ecclesiæ, ia qua ego Ingizo signum sanctæ Cratis per prædictum Scriniarium feci, & testes, at scriberent eogavi, & pro vobic ad suprascriptum Joannem Abbatem quasi pro vestra beatgaissima persoaa contradidi atque refutavi ca mense & Indictione suprascripta tertia.

Sigaam ✠ maau suprascripti Ingizo nobilis viri, qai baac securitatic refutationisqae chartulam fieri rogavit ✠ Crescentiuc Dei gratia Urbic Romæ Præfectas. ✠ Joaaaec Dativus judex. ✠ Andreas de Petro qai dicebatar de Viola de Colosseo testis. ✠ Baldo quondam Staaelo vocatus testis. ✠ Gregoeias fidelic prædicti Ingizo. ✠ Andriaaas a Transtiberi testis. Ego Seegius Scriniaeiuc sanctæ Romanæ Ecclesiæ Sceiptoe bajac chartulæ post testium subsceiptioner & traditionem complevi & absolvi. VIII.

Quod demum pertinet ad res Orientalis Ecclesiæ, hoc anno Indictione secunda, mense Julii moritur Sergius Patriarcha Constantinopolitanus, in cujus locum suffectus est Eustathius primus presbyterorum, qui erant in templo Regiæ. Hæc Curopalata. Quod autem idem dicat, Sergium sedisse viginti annos integros, subrogatum in locum Sisinii defuncti, videtur prætermissus ab eo Joannes Patriarcha, quem Petrus Patriarcha Antiochenus in epistola, quam scripsit ad Michaelem Cerularium Constantinopolitanum Patriarcham, ponit sedisse ante Sergium, tenuisseque sedem illam IX.

Sergii Episc. Constant. obitus & Eustathii subrogatio.

PAGIUS III. *Basilius Imp. de Bulgaris triumphat.*

Ad num. IX. *Universa Bulgaria subacta*, inquit Zonaras, *& castellis aliis eversis, aliis munitis, justisque præsidiis impositis, Athenas ad exolvenda Deiparæ vota est profectus* (nempe Basilius Imp.) *ac dedicatis in æde ejus multis pretiosis donariis in principem Urbem reversus triumphum duxit, recta tiara ornatus, quam vulgus Tuphum vocat, a typho nimirum & superbia, quam in animis gestantium excitat, & sic usque ad Dei verbi Sapientiam pervenit, ibi quoque vota exoluturus. Quo cum venisset Patriarcha* (sc. Sergius) *multum eum obtestatus, ut Allelengyum aboleret, nihil impetravit; quamvis pollicitus fuisset, se id Bulgaris subactis facturum.* Idem habet Cedrenus pag. 717. qui addit, eum triumphasse, *præeuntibus Maria* (Bulgariæ Regina) *Samueli filiabus, & reliquis Bulgaris. Actum hoc indictione secunda, anno ab origine mundi 6527.* juxta Eram Constantinopolitanam, ideoque hoc Christi anno. Elmacinus lib. 2. Hist. Saracen. cap. 6. *Potitus regno eorum, eorum Præfectus constituit Romanos, idque anno XLIV. imperii Basilii Imp. qui annus erat MCCCXXX. Alexandri* (Kalendis Octob. superioris Christi anni inchoatus); *rediitque Imperator Constantinopolim, & commixti sunt Romani cum Bulgaris, ac matrimoniis juncti, & cessarunt, quæ inter eos fuerant, inimicitiæ.* Exinde, ut docet Nicephorus Gregoras lib. 2. *Bulgari* in Mæsiam inferiorem ultra Danubium translati fuere, eorumque, quas citra fluvium habitabant provinciæ, *Patzinaticis* concessæ a Constantino Monomacho Imp. postquam illas in suam potestatem redegisset. *Bulgaria* vero, illa scilicet quæ citra Danubium jacet, a Ducibus cœpit administrari usque ad Isaacium Angelum Imperatorem, sub quo Bulgari rebellarunt, & Regem ex propria gente sibi præficere.

Quoad *Tuphum seu Tufam*, Byzantini Scriptores *τύφαν* appellarunt apicem, qui galeæ immittet, ut non tantum Zonaras in Basilio Porphyrogenneto prodit; sed etiam Leo Grammaticus in Theophilo Imp. cum de Justiniani statua in Augustæo verba facit. Legendus Ducangius Dissert. XXIV. ad Joinvillam pag. 292. *Allelengyum* vero tributum erat indictum ditioribus prædiorum possessoribus, pro his qui facultatibus erant defecti, quod ipsemet Basilius Imp. anno MII. Græcis præscripserat, ut asserit Cedrenus pag. 704. *Eadem indictione* (nempe decima quinta) *legem tulit, ut pensionem quam pauperes perditi debebant, divites persolverent: id vocabatur Allelengyum. Et Patriarcha Sergio multisque aliis Pontificibus & Monachis deprecantibus, ut absurdum hoc onus subditis demeret, non obtemperavit*, scilicet Basilius Imp. Illud abolere statuerat Constantinus ejus frater, sed morte præventus exequi non potuit, duravitque usque ad *Romanum Argyrum*, qui inito imperio illud sustulit, ut Curopalates, & Zonaras memoriæ mandarunt. IV.

Tributum Allelongium dictum abolere recusat.

Sergius, inquit Cedrenus, *cum per annos XX. Ecclesiam Dei moderatus esset, indictione secunda, mense Julio, anno mundi 6527.* (æræ nempe Constantinopolitanæ) *ad dominum emigravit. Suffectus est ei Eustathius, Palatinæ ædis Presbyterorum princeps.* Baronius putavit Cedrenum & Curopalatem, qui unum & idem scri- V.

Moritur Sergius Patriarcha Constantinop.

Joannes ante Sergium Ep. Constant.

illam vivente Joanne itidem nominato Romano Pontifice, ejus nominis Decimonono. Sunt hic recitanda ejus verba, quibus plenissima fides astruitur. Sic se habent: *Et hac in re ego quidem testis fidus, & alii multi Ecclesiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ Patriarchæ domini Joannis, Romanus Papa Joannes etiam ipse nuncupatus, in sacris diptychis habebatur, & cum Constantinopolim quadraginta quinque abhinc annis venissem, inveni tempore beatæ memoriæ domini Sergii, prædictum Joannem in sacra Missa una cum aliis sanctissimis Patriarchis relatum.* Hæc Petrus Antiochenus de rebus gestis suo tempore, quas & vidit. Cum igitur hæc ita se habuisse noscantur, longe minor erit Sergii Episcopatus numerus, totque annos sit necesse minui a sede Sergii, quot tenuerit eam idem ipse Joannes.

Re-

PAGIUS scribunt, longiorem Sedem *Sergio* Patriarchæ attribuisse, quod Petrus Antiochenus Patriarcha in Epistola ad Michaelem Cerularium Patriarcham Constantinop. anno MLIV. data & eo anno a Baronio num. XXVIII. & seqq. recitata scribat, *quod tempore beatæ memoriæ Patriarchæ* (nempe Constantinop.) *domini Joannis, Romanus Papa, Joannes etiam ipse nuncupatus* (hujus nominis XVIII.) *in sacris diptychis habebatur. Et cum Cpolim XLV. abhinc annis venissem, inveni tempore B. memoriæ Patriarchæ domini Sergii* (hoc anno demortui) *prædictum Papam in sacra missa una cum aliis sanctissimis Patriarchis relatum.* Si enim ab anno MLIV. per annos XLV. retrocedas, pervenies ad annum Christi MIX. quo Joannes XVII. adhuc sedebat, quove Joannes Patriarcha Constantinop. Constantinopoli Joannem Papam in Diptychis memorabat. Quibus ex verbis deducit Baronius, anno MIX. non *Sergium*, sed *Joannem* Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuisse, ideoque illum annos viginti sedere non potuisse. Verum ex illis Petri Antiocheni verbis tantum sequitur, *Sergium* Patriarcham Constantinop. binominem fuisse, & *Joannem* etiam appellatum. [1] *Sergium* enim annos viginti Ecclesiam Constantinopolitanam administrasse, non tantum Curopalates & Cedrenus, sed etiam Zonaras, & Auctor Catalogi Episcoporum Byzantinorum lib. 4. Juris Græco-Romani relati, fidem faciunt.

VI. *Conatur est renovare schisma*

Porro *Sergius*, qui ejusdem cum Photio generis fuit, ut eum defenderet, coacta Byzantii Synodo, Photii calumnias in Ecclesiam Romanam renovavit. Nicetas Nicænus dissidium commemorat, sed causam illius se nescire, ingenue fatetur: *Et sub Sergio, qui sub Bulgaroctono* (ita Basilius Porphyrogenitus, ut suo loco docuimus, appellabatur) *Patriarchatum iniit, dicitur rursus schisma exortum fuisse: sed quam ob causam, ipse ignoro: videtur tamen propter Sedes fuisse.* Hinc eum plerique existimant, Pontificum Romanorum nomen e Diptychis primum omnium delevisse, quod illi de Spiritus Sancti processione non bene sentirent, ut videre est apud Allatium lib. 2. de Consensione utriusque Ecclesiæ cap. 8. qui addit, cum Sergio ejus conatus extinctos, cum reliqui non obsecundarentur. Eusthatius quippe Sergii successor, Basilius Imp. & alii Græci Legatos & munera Romam misisse leguntur. Porro hic *Eusthatius* diversus est ab Eusthatio Homeri interprete, qui centum fere & quinquaginta post annos vixit, sub Manuele, Alexio, & Isaccio Comnenis, ut ibidem Allatius demonstrat.

NOTÆ [1] Non est cur Sergio duplex tribuatur nomen, alterum scilicet Sergii, alterum Joannis. Nam Joannes patriarcha, cujus mentio occurrit in epistola Petri Antiocheni ad Michaelem Cerularium, non fuit Constantinopolitanus patriarcha, sed Antiochenus, ut aperte docet accuratior editio Græcolatina epistolæ illius apud Cotelerium Græc. monum. tom. 2. ita enim ibi: *Sub beata memoria patriarcha Antiochiæ Domno Joanne papa Romæ, ipse etiam Joannes nominatus in Sacris Diptycis refertur &c.* Hanc adnotationem debemus P. Lequien in dissertatione recitata a Bandurio Imp. Oriental. tom. 2. p. 633. MANSI

I. REdemptoris annus vigesimus post millesimum surgit cum Indictione tertia, quo inter S. Heribertum Coloniensem Archiepiscopum & Henricum Imperatorem illa contigerunt memoratu digna, quæ descripta a Ruperto Abbate Tuitiensi sic se habent (a): *Porro majores fluctus illi excitabat in Imperatoris animo ventus contrarius, quia videlicet suspicionem, quam contra Sanctum virum initio regni sui (sicut jam supra dictum est) mente conceperat, invidi jam dicti semper augere laborabant detractoriis susurrationibus. Denique res eo usque processit, ut jam dictus Imperator nimio contra illum furore succensus, Coloniam peteret, hoc propositum habens, ut eum pontificatu amoveret, aut certe, si hoc rationabiliter fieri non posset, quolibet modo injuriose illum & indigne tractaret. At vero Deus maris & fluctuum Dominus, qui ad beatum Job mistice loquitur (b) Circumdedi, inquit, mare terminis meis, posuique vectem & ostia, & dixi: hucusque venies, & hic confringes tumentes fluctus tuos: non permisit procellam hanc hucusque procedere, ut perficeret Imperator quod intenderat, sed occurrens subvenit ambobus, videlicet & ei, qui patiebatur immeritus; & illi, qui de innocentis conscientia male sentiens peccabat errore deceptus.*

(a) Rup. Ab. in Herib. c. 16. apud Sur. tom. 2. die 16. Martii.

Quæ inter Henricum Imp. & Heribertum Colon. Archiep. sunt transacta.

(b) Job. 38.

II. *Causa, propter quam tali cum animo Imperator Coloniam properabat, hujusmode extiterat: Imperator exercitu commoto, Comitem quemdam Ottonem, sæculi dignitate præpollentem in castro, quod dicitur Hamerstein, sito supra Rheni litus, obsederat. Is namque Otto Episcopatum Moguntinum multa infestatione sæpe pervagans ferro & igne populabatur, odio magno contra ejusdem civitatis Præsulem vehementer inflammatus. Fuerat namque ab illo propter illicitum connubium judicio generalis Concilii anathematizatus. Cum ergo querimonia ejusdem Præsulis excitatus Imperator prædicto in castro eumdem obsedisset, venerabili huic viro demandavit, quatenus & ipse cum suis ad hoc negotium festinus adveniret. At ipse tunc immensis vexabatur febribus, & ideirco adimplere non valuit quod imperabatur, quam impossibilitatem ejus & causam ut audivit Imperator, non credidit, videlicet antiqua suspicione præoccupatus, & putans illum semper exosa sui habere tempora Imperii. Respondens igitur cum furore, magnoque spiritu iracundiæ: Si, inquit, ad me dedignatur venire, ipse eum quia ægro-*

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLVIII. Anno Hegiræ CCCCXII. inchoato die 27. Apr. fer. 2. A. C. 1020.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6513.

☉ 21. CB. ☽ 14. P. 17. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1020.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 9.

HENRICI II. REG. 19. IMP. 7.

BASIL. & CONST. IMPP. 45.

I. ANum. I. ad VII. Quo anno simultas inter Sanctos *Henricum* Imp. & *Heribertum* Coloniensem Archiepiscopum exorta, sublata fuerit; recte notasse videtur Sigebertus in Chronico, in quo annum a Nativitate Domini inchoans ad annum MXXI. ait: *Henricus Imp. Coloniæ Natale domini celebrans* (anno nempe MXX. juxta vulgarem nostrum computum) *Heribertum Archiepiscopum olim a se injuriose tractatum humili satisfactione placat, cui reconciliatus Archiepiscopus prædixit se propediem moriturum, & non multo post mortuus* (anno nempe MXXI.) *magnis cœpit clarere virtutibus.* [1] Porro tam Lambertus Monachus, quam Rupertus Abbas, uterque in hujus Sancti Præsulis Vita insinuant, eum paulo post e vita migrasse. Causa simultatis erat, quod Heribertus *primo electionis suæ tempore imperii insignia ei cum dilatione concesserit, & quod in alterum diadema transferre tentaverit. Mansit inter servos Dei simulata pacis longa discordia*, ait Lambertus cap. 4. qui addit, pacem Coloniæ sancitam fuisse. Paulo post: *Mirum quod sancti ab alterutro aliquoties dissentiunt, sicut in Actis Apostolorum Paulus & Barnabas, & Sanctorum in Scripturis quam plures faciunt. De perversis & justis nihil mirabile, si uni non inserantur concordiæ: quoniam nulla conventio Christi ad Belial, nec societas luci ad tenebras, nec pars fideli cum infideli. Verum hæc sunt incomprehensibilia Dei judicia & investigabiles viæ ejus, & occulta consilia.* Rupertus vero cap. 7. scribit: *Imperator exercitu commoto, Comitem quemdam Ottonem, sæculi dignitate præpollentem, in castro quod dicitur Hermanstein, sito supra Rheni litus,*

S. Heribertus Colon. Archiep. Henrico Imp. reconciliatur.

NOTÆ [1] CAusa simultatis Henricum inter & Heribertum multo luculentius exponit Rupertus celebris Tuitiensis Abbas in Hist. superius laudata; ait enim: *Prædictus rex* (Henricus) *Sanctum Coloniensem archiepiscopum Heribertum multis affecerat injuriis, eo quod lanceam & coronam cæteraque regalia nonnisi nobilium judicio tradidisset illi; diuque magnæ inter eos fuerunt simultates...... Qua de re vir Domini Vvolboldo* (Leodiensis Episcopus) *valde angustiatus est, monetque secretius imperatorem, ne contra sanctum Domini ulterius iram suam promoveret.* MANSI

ægrotus, habeo visitare; atque cum hac iracundia mox ubi hostem expugnavit, Coloniam (ut jam dictum est) properabat, imminentibus, aimiamque sese ingerentibus invidis supra memoratis, qui satis ardentem ejus furoris ignem magis ac magis flabant, linguis malevolis detrahendo innocenti viro Dei.

III. Henricus Imp. cohibetur a numine ne peccet in sanctum. *Sed quia tempus erat jam consolandi, terminumque ponendi fluctibus illis, & tempestati diutinæ adversitatis; prospiciens de cœlo Dominus, statuit procellam ejus in auram; & silueruat fluctus ejus. Nam ipsa nocte, qua Coloniam ingressus, & officiosissime a viro Dei erat susceptus, cum se sopori dedisset, videt in somnis quemdam quasi venerabilem virum, pontificali veste ornatum, qui illum sic allocutus est: Cave, inquit, o Imperator ne posthac amplius pecces in conservum meum Heribertum: scito illum Deo esse acceptum. In quem si quid admiseris, tu sine dubio portabis judicium. Nimirum gratia miserentis Dei taliter præmonendo Imperatorem, ignorantiæ ejus pepercit; quia videlicet in eo, quod virum hujusmodi suspectum habebat, non malitia, sed ignorantia peccabat: siquidem ejusdem Imperatoris animum timor Domini possidebat, atque scienter disponere, aut judicare quidquam in regno cupiebat, per quod cœlestis offenderetur Majestas. Denique cum aliquid de regno disponere, aut judicare intenderet, dispositiones omnes, sive judicia sua precibus & eleemosynis præveniebat, quatenus mens ejus & actus cœlesti regimine gubernaretur, ac quando exorbitaret agendo, vel judicando, quod divinis contrairet legibus. Recte igitur secundum intentionem suam divino (ut jam dictum est) oraculo præventus & servatus est, ut tan-*

PAGIUS *tus, obsederat. Is namque Otto Episcopatum Moguntiaum multa infestatione sæpius pervagans, ferro & igne populabatur, odio magno contra ejusdem civitatis Præsulem vehementer inflammatus: fuerat namque ab illo propter illicitum connubium judicio generalis Concilii anathematizatus. [2] Cum ergo querimonia ejusdem Præsulis* (nempe Erckenboldi) *excitatus Imperator, prædictum in castro illum obsedisset, venerabili huic viro* (nempe Sancto Heriberto) *demandavit, quatenus & ipse cum suis ad hoc negotium adveniret.* Tum narrat, quomodo pax Imperatorem inter & Heribertum Coloniæ composita fuerit, ut legere est apud Baronium. [9]

II. Hoc circiter anno celebratum Concilium *Airiacense* in pago Autissiodorensi, [3] de quo Tom. IX. Concil. pag. 842. hæc ex Chronico Sancti Petri Vivi referuntur, ex quibus intelligimus morem, qui hoc sæculo invaluit, deferendi Sanctorum Reliquias ad Concilia: *In tempore illo factus est magnus Conventus in Autissiodorensi pago, in Airiaco villa, a Leotherico Archiepiscopo* (sc. Senonensi) *ubi de singulis locis delata sunt sanctorum Martyrum, Confessorum, Virginum pretiosa pignora in suis scriniis. Inter quæ de cœnobio B. Petri Vivi dum deferretur, vel referretur beatus martyr Sanctianus, imminuentibus noctium tenebris, super duo capita scrinii emicuerunt duo præclarissima sydera, omnes totius noctis tenebras sui splendore superantia, oculis quidem deducentium visibilia, sed tactu impalpabilia. Ibi vero præsentes fuerunt Robertus Rex, & Gauslinus Bituricensis Archiepiscopus, cum aliis Episcopis, & Abbatibus, & populo innumerabili.* Morem hunc tunc primum cœpisse docet Mona- Sacra Reliquiæ ad Synodos deferri solita.

NOTÆ [2] GEnerale hoc Concilium in quo Otto primitus damnatur Noviomagi celebratum fuisse diximus in Nota ad A. 1018. I. MANSI

[2] HOc anno Benedictum in Germaniam venisse demonstravimus in Notis ad annum superiorem. Addendum hic ex Ruperto Monacho Monasterii S. Laurentii Leodiensi, Tuitiensi abbate, in historia ejusdem Monasterii S. Laurentii, cujus epitomen vulgarunt PP. Martene & Durand Vet. Monum. tom. IV. col. 1053. Benedictum papam Romanum *ab Imperatore pro quibusdam regni, & Ecclesiæ negociis invitatum in Galliam venisse.* Tum subdit. *Multisque Episcoporum ad Synodum unde confluentibus multa ibi utilia, multa honesta decreta sunt, quæ omnia hujus nostri Vvolbodonis* (Leodiensis Episcopi) *adstipulatione submissa.* Synodi hujus in Germania quidem, sed loco incerto celebratæ coram Benedicto Papa nulla est alicubi ne in Collectionibus quidem Conciliorum mentio. MANSI

[3] IN hunc annum referunt Conciliorum Collectores provinciale Concilium Airiacense, qui pagus est in ditione Autissiodorensi. At si quid valeant conjecturæ, promovendum illud arbitror ad annum 1022. vel 1023. Hujus enim Concilii veluti recens habiti mentio fit in Diplomate Roberti regis Francorum legendo in Biblioth. Sebusiana Guicheonis cent. I. cap. LXXX. quod datum legitur *Avaloni anno MXXIII. regnante Roberto rege XXXVII.* mense & die incertis. Hæc annorum Roberti supputatio si ab anno 888. cum Pagio ducatur, signat anni 1024. exordia, quæ sane cum anno 1023. a Martio cœptum ex veteri stilo congruere possunt. Quis vero credat Concilium anno 1020. celebratum tanquam *nuper habitum* anno 1024. haberi & dici potuisse? Melius igitur in annum 1023. vel 1022. referatur. Nec repugnat Auctor Chronici S. Petri Vivi, qui licet anno 1020. ejusdem Concilii meminerit, consulte scribit celebratum fuisse non eo quidem anno; sed *tempore illo*. Porro Diplomate illo suo Robertus Ecclesiam quandam Monasterio Fructuariensi in Pedemonte sito elargitur, quam donationem a se præstitam fuisse in concilio *nuper Ariaci habito* testatur, & literis patentibus manifestat. Quæ nova conjectura est ad illigandum Concilium illud anno 1023. Neque enim regiæ literæ de donatione hac sua diu differendæ fuerant. MANSI

torum meritorum pontificem injuriando, ut proposuerat, ipse reus judicio divinitatis existeret.

IV. Reconciliatur Imperat. Episc.

Quid multa? mane facto cum Imperator mente mutatus virum Dei advocasset, & id quod cœlitus evenerat, quod superno respectu Rex compunctus fuerat, vir sanctus adhuc ignoraret; ac proinde lacrymosis oculis apud illum querelam deponeret, causam inquirens, propter quam tamdiu Imperator infestus existeret: repente, quod non sperabatur, idem Imperator exurrexit, & virum Dei amplexatus est. Ille admirans hæc pariter consolationis ab eadem dicta excepit. Ex quo ad regni fastigium Deo donante conscendi, detrahentium linguis nimium, fateor credulus, venerande Pater, te exosum habui, & hanc adhuc trabem in oculo gestans, & ideo nihil videns, iniquum de te judicium habui, tuamque justitiam, imo Dei gratiam in te fulgentem videre non merui. Porro te tacente, cœlum clamat super te, tuamque causam defendit apud me. Nam ipse, qui de Sanctis suis curam habet semper & habuit (a sicut scriptum est) non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges, dicens: Nolite tangere christos meos; & in Prophetis meis nolite malignari. Ipse me pro te corripuit, ut sciam, quod inter electos ejus computatus sis. Indulge ergo, precor te, quod in te malignatus sum, vel quod te servum Dei tangere deliberavi, quia peccatum meum agnosco, nec amplius addam adversari tuæ sanctitati.

(a) Psal. 104.

V. *His dictis, semel, & iterum, ac tertio sanctum pontificem deosculatus est, triplicem nimirum nectens dilectionis modum, de quo Sapiens loquitur (b): Funiculus triplex difficile rumpitur. Et paulo inferius: Non contentus hac satisfactione Rex religiosus, adhuc de judicio divino erat sollicitus. Etenim is, in quem peccatum aliquod commissum est præceptum quidem vel consilium habet Evangelicum, ut peccanti in se ex corde suo dimittat, sed adhuc timendus est ille, qui legem dedit, quique per Prophetam dixit (c): Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. De quo etiam scriptum est: (d) Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Bene ergo sollicitus, & præterita reconciliatione non contentus, nocte sequenti finito Matutinorum solemnio, assumpto uno ex clericis, idem Imperator cubiculum sancti pontificis adiit: sed non ibi quiescentem, verum in proximo S. Joannis Oratorio vigilantem, ut solebat, & orationibus insistentem reperit. Protinus abjecta clamyde, solo stratus, ante pedes ejus in spiritu humilitatis & in animo contrito se suscipi postulat, & ea potestate, quam sacerdotibus suis Dominus contulit, veniam sibi dari cunctorum, quæ in ipsum admiserat. Nec moratus omnipotentis Dei famulus, Imperatorem prostratum a terra sublevat, & Chri-*

(b) Eccl. 4. Dignum exemplum humilitatis Imp.

(c) Zach. 2.

(d) Rom. 12.

PAGIUS nachus Anonymus Dervensis in lib. 2. *de diversis casibus Dervensis cœnobii, & Miraculis Sancti Bercharii* jussu Brunonis Abbatis Dervensis, qui tempore Leonis IX. Papæ floruit, scripto & Sæc. II. Benedict. recitato. [1] In eo num. XXVII. legitur: *Gloriosus Rex Robertus apud villam Airvyas nomine noscitur Concilium habuisse, ubi cum innumeræ plebis multitudines, diversi utriusque sexus & ætatis concurrerent, ad cumulandam quoque populi proficiscentis devotionem, plurima Sanctorum corpora a fidelibus viris advehi cœperunt.* In Historia Episcoporum Autissiodorensium Tom. I. Biblioth. Labbei pag. 449. de hoc Concilio dicitur, *in quo Rex Robertus cum Episcopis ac Abbatibus adfuit, simul & innumerabilia sanctorum pignora totius pene provinciæ.* Denique Glaber lib. 4. cap. 5. de hoc more habet: *Tunc ergo primitus cœpere in Aquitaniæ partibus, ab Episcopis & Abbatibus, cæterisque viris sacræ religioni devotis, ex universa plebe coadunari Conciliorum conventus. Ad quos etiam multa delata sunt corpora Sanctorum, atque innumerabiles sanctarum apophoreta Reliquiarum.* Hæc de Conciliis circa annum MXXXI. celebratis Glaber.

III. Pia opera Canuti Angliæ Regis.

Canutus Angliæ Regnum magna laude hoc tempore rexit. *Monasteria*, inquit Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 11. *per Angliam suis & patris* (sc. Svani seu Sveonis) *excursionibus partim fœdata, partim eruta reparavit: in omnia, in quibus pugnaverat, & præcipue Asshendune Ecclesias insignivit, ministros instituit, qui per succidua sæculorum volumina Deo sup-*

NOTÆ [1] MOrem hunc sacras SS. reliquias ad Concilia deferendi aliquandiu antea quam hic a Pagio definiatur cœpisse si quis contenderet, is suffragatorem haberet vetustum Auctorem Vitæ S. Hugonis monachi Æduensis & Prioris Enziacensis in Diœcesi Augustodunensi, qui circa annum 930. decessit. Hujus enim sacra lypsana delata fuisse narrat Author ille cap. 4. ad Concilium Ansanum, qui locus erat a Lugduno leucis distans quatuor, *ubi ex consuetudine Episcoporum conventus haberi erat solitum.* Huc igitur, addit Author, *dum Concilium pararetur, multa pignora Sanctorum, ut solitum erat facere delata sunt*, ac inter præcipuas S. Hugonis reliquiæ advectæ. Concilio illi S. Odilo interfuisse ibidem legitur. Interfuit autem S. Odilo Concilio Ansano anno 994. celebrato. ut ex Chartis a PP. Martene & Durand Anecdot. tom. 3. col. 74. &c. vulgatis constat. Ex tunc igitur mos ille obtinuerat. Quin & ad Concilium Vetulense circa medium sæculi noni celebratum, de quo nos in Nota ad A. 855. 3. sacrum Corpus S. Barnardi Viennensis Episcopi allatum fuisse ibidem ex Adone docuimus. MANSI

(a) Mat. 16.

Christo mediante, qui dixiti (a) Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo: absolutio culpæ secundum fidem Regis in cælo & in terra peracta est. At quomodo tunc idem vir sanctus instare sibi tempus jam migrandi ad Dominum patefecerit, idem auctor his verbis enarrat:

VI. S. Heribertus de suo transitu divinitus monitus.

Etenim hac idem vir Domini, revelante spiritu, prænoscens, ait in illo secreto inter cætera ad eumdem Imperatorem: Noveris certissime, quia post discessum nostrum, quo nunc separande sumus, nostras invicem facies jam in hoc sæculo nunquam videbimus. Eo magis magisque Imperator corde compunctus, iterum in amplexus & oscula ruit, flens pariter & cuncta pene membra, manus & oculos, collum quoque fixis demulcens osculis. Hoc facto, cum ad cubiculum rediit, mæstam reportans memoriam prophetiæ beati viri, quam & postmodum, transita ejusdem subsequente, veram fuisse comperit, & ipse, ut audierat, ore proprio enarravit. Porro transitus S. Heriberti contigit anno sequenti, decimasexta mensis Martii, ut idem auctor testatur: nos vero de eo suo loco agemus temporisque rationem ad calculos revocabimus.

VII. Polonorum Ecclesia locupletata & stabilita.

Hoc eodem anno Poloniæ Ecclesias munificentia Boleslai Regis locupletatas, & redditibus stabilitas narrat Joannes Longinus canonicus Cracoviensis, qui & Dlugoschus dictus: cujus operis autographum luculenter scriptum asservatur Romæ in Vallicellana bibliotheca, dono datum a Germanico Malaspina Episcopo S. Severi, Nuntio Apostolico in Polonia, quod Dlugoschi nomine Chromerus citare consuevit. Sed mirum quod cum auctor tam in noncupatoria epistola, quam in titulo totius operis, omisso barbaro cognomento, se Joannem Longinum tantum nominet, ille præter auctoris sententiam Dlugoschum appellet. Ipse igitur, qui per annos singulos res Polonorum est prosecutus, de Ecclesia Polonorum, regia munificentia illustrata ac stabilita, sub nota anni præsentis hæc habet: *Multifariis & gratuitis donis Dei solium suum & regnum sui Boleslaus Poloniæ Rex videns propitia divinitate firmatum, animum ad religionem, resque divinas convertit. Non ignorabat siquidem, ex universis Principibus Poloniæ præcedentibus neminem tanta, quanta se, talisse trophæa, tantasque divitias, successus felices & gloriam, talem insuper industriam, prudentiamque habuisse, quolia & quanta in se unum collata fuerant. Videbat præterea principatus sui fulgorem ultra cæteros Reges & nationes magnificatum esse. Quare volens de amplissimis beneficiis Deo gratum se ostendere, & illis aliquanta vicissitudine respondere, Ecclesiis tam cathedralibus, quam inferioribus a genitore suo Duce Miecislao erectis ac fundatis, oppida, villas, ac prædia, ampliore illarum stabilimento & dote munifice & largiter tribuit & donavit, pluresque parochiales Ecclesias in villes, vicisque, quæ sub suo & patris sui tempore erectæ fuerant, construxit & fundavit, vasisque aureis & argenteis in ministerium & cultum divinum necessariis Ecclesias singulos, sed præsertim cathedrales adeo ornavit, locupletavitque, ut liberalitatem suam in Ecclesias Dei abunde effusam multa sæcula testentur. Decimarum autem manipulorum pra*

PAGIUS

supplicarent pro animabus ibi occisorum. Ad consecrationem illius Basilicæ & ipse adfuit, & Optimates Anglorum & Danorum donaria porrexerant. Nunc, ut fertur, modica est Ecclesia Presbytero parochiano delegata (sæculo scilicet XII. quo Malmesburiensis floruit), *supra corpus beatissimi Edmundi, quem antiquiores Dani interfecerant, Basilicam animositate Regia construxit, Abbatem & Monachos constituit, prædia multa & magna contulit. Perstat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quod locus ille infra se aspiciat omnia pene Anglorum cœnobia. Corpus beati Alphegi* (legendum, Elphebi Archiep. Cantuariensis) *apud Sanctum Paulum Londoniæ tumulatum, ipse suis manibus inde levavit, & ad propria remissum, dignis afflatationibus veneratus est. Ita omnia, quæ ipse & antecessores sui deliquerant, corrigere satagens, prioris injustitiæ nævum apud Deum fortassis, apud homines certe abstersit. VVintoniæ maxime munificentiæ suæ magnificentiam ostendit, ubi tanta intulit, ut moles metallorum terreat advenarum, splendor gemmarum reverberet intuentium oculos; Emma suggestu, quæ in talibus thesauros dilapidabat, sanctitate prodiga, dum ille in exteris terris dura meditaretur prælia.*

IV. Bellum movet adversus Norvvegos.

Nam nescia virtus ejus stare loco, nec contenta Danamarchia, quam avito, & Anglica, quam bellico jure obtinebat, martem in Suevos transtulit. Sunt illi Danis contermini, pertinacioribus studiis iram Cnutonis emeriti, sed primo exceptus insidiis, multos ex suis amisit, postremo reparatis viribus resistentes in fugam vertit. Reges gentes Ulf & Eglaf (seu Eilgalf) *ad deditiones pacis adduxit, promptissimis ea pugna Anglis, hortante Godvvino Comite, ac pristinæ gloriæ memores, robur suum oculis novi domini assererent; illud fuisse fortuna quod ab eo quondam victi fuissent, istud virtutis quod illos perimerent, qui eum vicissent. Incubuere igitur viribus Angli, & victoriam consummante Comitatum Duci, sibi laudem paraverunt. Rediens inde domum totum regnum Noricorum* (idest Norvegiæ) *subegit effugato Rege Olabo qui posteriori anno, ut animos provincialium suorum tentaret, cum parva manu in regnum regressus insidias sibi sensit cum suis casus*, an. nempe MXXVIII. ut infra videbimus. Reliqua vero

Ecclesiis ac ministris Dei in universis principatibus suo imperio subjectis solutionem nullatenus passus est aut varietate aliqua diminui, aut in dubium aliquatenus revocari; sed mandavit, decrevitque illam esse perpetuam & perennem, voria ultionis divinæ flagella, filiis, nepotibus, successoribusque suis interminans, si per quempiam illorum præfatarum decimarum contingeret redditionem intercipi, transmutari, vel rescindi.

Hactenus Longinus. Ita plane nobilissimum regnum pietate fundatum, pietate auctum, pietate pariter conservatum ac propagatum ad posteros semper invenimus; nutasse vero, cum jacta primitus sunt fundamenta convulsa. Quomodo autem resultantes Principes, nolentes indicto sacro decimarum tributo teneri, idem Boleslaus compescuit, ex eodem auctore suo loco dicetur.

An-

PAGIUS hoc anno vel superioribus contigisse, insinuant Westmonasteriensis & Hovedenus. *Godwini* hoc anno Comitatu donati filiam *Sanctus Edoardus* cognomento Confessor uxorem accepit, & cum ea in castitate vixit. Ab hoc tempore Angliæ, Daniæ, & Norvvegiæ titulum Canutus sumsit.

V. *Obitus Calipha Ægypti.* *Hakemus Beamrilla* Ægypti Calipha anno Hegiræ CCCCXI. agente sorore, cui minatus fuerat, occisus est, cui successit *Alis Abulhasenus* ejus filius, ut refert Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. cap. 6.

VI. *Melus*, qui Græcorum Apuliam, Calabriamque a paucis annis incolentium insolentiam ferre non valens Normannos adversus eos vocaverat, iis prœlio victis Henrici Imperat. auxilium imploravit, quod & obtinuerat, sed dum e Germania in Apuliam revertitur, in itinere hoc anno moritur, Lupo Protospata & Anonymo Barensi testibus. Audiendus Guillelmus Apuliensis lib. 1. *Mors Meli qui Normannos in Apuliam vocavit.*

Et puduit victum patria tellure morari.
Samnites adiit superatus, ibique moratur.
Post Alemannorum petiit suffragia Regis
Henrici, solito placidus qui more precantem
Suscipit, auxilii promittens dona propinqui.
At Melus regredi præventus morte nequivit,
Henricus sepelit Rex hunc, ut Regius est mos:
Funeris exequias comitatus ad usque sepulcrum.

I. S. Heriberti Archiep. Colon. obitus.

ANnus Redemptoris millesimus vigesimus primus cum quarta incipit Indictione, quo sanctus Heribertus Archiepiscopus Coloniensis ex hac vita migrat in cœlum xvii. Kalend. Aprilis, licet aliqui anno superiori eum vita defunctum ponant: quos errare vel ex eo possumus intelligere, quod sanctus vir prædixit de obitu Imperatoris, fratrem sic alloquens: (a) *Noveris enim, quia post obitum meum Imperator trium non peraget annorum curriculum.* Cum vero constet, eumdem Henricum finem vivendi fecisse anno salutis millesimo vigesimoquarto, tertio Id. Julii: profecto ad hunc eum annum oportuit pervenisse; sicque post ejus obitum, Imperatorem annos duos expletos, tertio vero inchoato per quatuor menses minus diebus aliquot, superstitem tantum fuisse. Quod si anno superiori eum dixerimus esse defunctum, jam illum post tres annos expletos, quartumque per totidem inchoatum menses, contra oraculum ejus dicere opus esset defunctum. Sed & quem creatum ostendimus anno Christi DCCCCXCVIII. cum idem auctor numeret ejus sedis annos viginititres, menses duos, & dies vigintiduos, utique ad præsentem annum eum oportuit pervenisse. Sed corrigendus, qui in numerum error reperitur illapsus, dum creatus legitur Christi an. DCCCCXCIX ut cætera, quæ ab eodem auctore de ipso, tam in ejus creatione, quam in obitu sunt dicta de tempore, veritati ab ipso assertæ omnino respondeant. Quæ autem præclaræ visiones præcesserint, ejus obitum præsignantes, & quæ post obitum sint subsecuta miracula, quoniam prolixa est de his Ruperti narratio, ad ipsum auctorem rejicimus Lectorem horum cupidum: nobis satis, quod ad institutum pertinet, attigisse. Habuit successorem, quem idem Sanctus prædixerat, Piligrinum, quem dicemus secuturum Imperatorem in Italiam venientem; cujus & breve tempus sedis idem Sanctus noscitur prænuntiasse.

(a) Rup. in Herib. c. 31. in fin. Id. in Herib. c. 2.

Ut autem Imperator adhuc expiaret delictum, quo multorum annorum spacio sanctum virum (ut audisti) inglorium præterisset, infenso animo in eum existens; revelavit Deus Epponi Episcopo Bambergensi, dum ostendit illi tanti Pontificis gloriam, sed ipsum quidem, ut audivit, & vidit, ab Henrico Imp. nudatum baltheo. Quod ut cognovit II. Henricus Imp. adhuc laborat pro expiando delicto.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLIX. An. Hegiræ CCCCXII. inchoato die 7. April. fer. 2. A. C. 1021.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6554.

☉ 22. A. ☽ 15. P. 2. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1021.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 10.

HENRICI II. REG. 20. IMP. 8.

BASIL. ET CONST. IMPP. 46.

I. *Moritur S. Heribertus Archiep. Coloniensis.*

AD num. I. & seq. Lambertus Monachus in Vita Sancti Heriberti Archiep. Coloniensis mortem ejus cap. 5. his verbis narrat: *Migravit ad dominum XVII. Kal. Aprilis: ordinationis suæ anno vicesimo tertio, ab Incarnatione vero domini anno millesimo vicesimo primo.* Eundem annum signant Hermannus Contractus in utraque sui Chronici editione, Marianus Scotus & Sigebertus. Ordinatus fuerat die Natali Christi anni nongentesimi nonagesimi noni, non vero nonagesimi octavi, ut habet Baronius, ideoque Lambertus Monachus annos Julianos, ut sæpe alii, non vero annos Sedis integros enumerat; sedit enim annos XXI. menses II. & dies ferme viginti duos, ut inquit Rupertus, qui priorem Vitam interpolavit, licet Librariorum errore, in ea dicatur, eum sedisse annos XXIII. ultra menses & dies. Errarunt itaque Lambertus Schafnaburgensis in Chronico, & Chronographus Hildensheimensis, qui eam mortem cum superiori Christi anno conjungunt. Baronius hanc opinionem ex hoc refellit, quod Rupertus citatus scribat, *Heribertum* febre Novetii correptum Eliam Abbatem Tuitiensis Monasterii a se constructi accersiisse, eique dixisse; *Regem immortalem modis, quibus jam dixi, stude tibi efficere propitium: de isto autem homine communis necessitas finem factura est, ut & ipse viam universæ carnis ingrediatur. Noveris enim quia post obitum meum, trium non peraget annorum curriculum.* Vixit tamen Sanctus Henricus post Heriberti obitum annis tribus & mensibus fere quatuor, ideoque Heriberti mors in annum MXX. non incidit. Verum verba illa, quæ præfatam opinionem evertunt, communi non favent, ut numeranti patet. Lambertus Monachus nihil simile habet, existimoque Rupertum hac in re deceptum esse. Porro *Heribertum* ex pacto cum Ottone III. monasterium *Tuitiense* Episcopatus sui initio ædificasse, docent Lambertus Monachus & Rupertus Abbas. Est *Tuitium* pagus ad Rhenum ex adverso Coloniæ Agrippinæ. Vide quæ anno MI. num. I. & seqq. de Episcopatus Heriberti initio dixi.

II. *Conr. Galliranum incerto loco habitum.*

In Chronico Ademari legitur Girardo Episcopo Lemovicensi vita functo Willelmum Aquitaniæ Ducem elegisse Jordanum *magnæ nobilitatis & simplicitatis virum.* Tum subjungitur: *Quadragesima superveniente Dux Romam adiens, filio suo, prudentissimo adolescenti, VVillelmo imperavit, ut revertens ordinatum reperiret Episcopum, quod ille adimplere curavit, & sabbato media Quadragesimæ Angeriaco ante caput Sancti Joannis* (quod anno MXVIII. inventum fuisse diximus) *diaconus & Presbyter ordinatus est, & crastina Domi-*

vit ab Episcopo Imperator: rursus pœnitens, dolensque ardentius studuit post obitum ipsius expiare delictum, quod in eum viventem patrasse sensisset. *Igitur Imperialem* (a Rupertus inquit) *manum largius extendens, dona Christi Ecclesiis, pauperibusque distribuit, factisque Missarum solemniis, Psalmis & orationibus, transitum beati Præsulis edixit celebrari, cui baltheum ipse sustulisset, id est, viventem longe minus quam decuerat, honorificasset. Vere ut sapiens hoc egit, quia nullo modo melius rapinam ejus poterat restituere, quam faciendo pro semetipso fructus dignos pœnitentiæ, &c.* Quibus intelligat Lector, quam severus exactor sit Deus gloriæ Sanctorum suorum, secundum quod prædixerat Heli dicens: (b) *Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum.* Porro Rupertus Tuitiensis Abbas, qui inter tractatores Ecclesiasticos haud vulgare sibi nomen comparasse cognoscitur, non tam ejusdem Sancti vitæ scriptor, quam illustrator dici jure poterit; quippe quod (ut ipse testatur in præfatione ipsius) eam ab antiquiore scriptam auctore styli rubigine subobscuram, expolire, & cultiorem reddere laboravit.

(a) Id. ib. c. 34.

(b) 1. Reg. 2.

Se-

PAGIUS *minica consecratus est ab Islone Episcopo Sanctonensi & Coadjutore Archiepiscopi Burdigalensis, & Rome atque Arnaldo; nec non & Isimberto Episcopis. Post vero a clarissimæ indolis VVillelmo Comite & Arnaldo Petragoricensi Episcopo Lemovicam deductus inthronizatus est in sede S. Martialis. Archiepiscopus vero Bituricensis Gauzlenus, ad cujus diœcesim Lemovica pertinet, & quia sine sua auctoritate consecratus est Episcopus, facta Synodo in Francia, coram Rege Rotberto, ubi VII. Archiepiscopi adfuerunt, die Pentecostes cum suffraganeis Episcopis, totum Lemovicinum excommunicavit, præter locum Sancti Martialis, & quæ propria ad eum pertinebant, ipsumque prohibuit ab officio suo Episcopali; tamen satisfaciens, nudis pedibus, cum centum Clericis & Monachis, omnibus similiter discalciatis pedibus, Bituricam sedem adiit, ubi Archiepiscopus cum Clero eis processit obviam, & honorifice eos deducens, quod ligaverat absolvit.* Cum vero Ademarus subjungat, *eo tempore* decem ex Canonicis civitatis Aurelianensis ob hæresim Manichæorum flammis addictos esse, quod anno sequenti accidisse jam docuimus, apparet istud Concilium hoc vel sequenti anno, incerto loco celebratum esse. Deest illud in ultima editione Conciliorum, quod ideo in sequentibus addendum erit. Porro *Gauzlenum* spurium Hugonis Capeti filium fuisse, antea scripserat idem Ademarus.

III. *Croatia in Græcorum potestatem redacta.*

Subacta Bulgaria, Imperatori se dedidit etiam contermina Chrobatorum (seu Croatorum) *gens, & ejus Principes, fratres duo, quibus Imperator honores ac opes amplas tribuit. Solus adhuc imperium detestabat Sermo, Sirmii dominus, Nestongi frater*, inquit Cedrenus in Basilio Porphyrogenito, qui addit, *Sermonem* Sirmii dominum dolo a Constantino Diogene interfectum, & hunc recens captæ Ditioni præfectum fuisse. Hoc modo *Croatia* inter Banos divisa Orientale Imperium agnovit, quemadmodum & pars maritima, ut Anonymus Barensis & Lupus Protospata ad annum MXXIV. tradunt. Porro quos nos Gubernatores & Præfectos, Croatæ & Dalmatæ *Banos* vocarunt.

IV. *Terræmotus.*

Ingens terræmotus in Boaria (seu Bajoariæ) *partibus IV. Id. Maii, hora X. diei fer. VI. post Ascensionem domini contigit*, inquit Cosmographus Hildensheimensis.

I. Henrici Imp. expeditio adversus Græcos.

SEquitur annus Redemptoris millesimus vigesimussecundus, Indictione quinta, quo Henricus Imperator legationibus (ut vidimus) Northmannorum, atque ab ipso Benedicto Romano Pontifice cohortatus, in Italiam se contulit adversus Græcos, sua jam potentia Ecclesiæ Romanæ pavendos, tremendus ipse hostibus potenti exercitu, quem ducebat. In primis autem de his acturi, quod ad tempus pertinet, id quidem hoc anno contigisse, Leo Ostiensis, Marianus Scotus, Urspergensis, & aliis testantur: sed Leonem Ostiensem rem paulo fusius prosequentem audiamas. Narratis enim prœliis, per Northmannos in Apulia gestis, subiicit ista:

II. (a) Leo Ost. l. 2. c. 40.

Henrici Imp. adventus in Italiam.

His compertis, (a) Henricus Augustæ memoriæ Imperator, Græcorum scilicet impetu, & perfidia, Principis Dacti crudelissima nece (virum enim nobilitate, & militia insignem Græci captum, more parricidarum insutum culleo præcipitarunt in mare) *reputans secum fore ut amissa Apulia, ac principatu, Romam quoque maturarent, Italiamque totam simul amitteret, Melo Duce his ad eum hac de causa profecto, ac peregre mortuo, minime ultra remorandum ratus, anno Dominicæ Incarnationis millesimo vigesimosecundo, congregato immenso regni totius exercitu in Italiam venit.* Sed antequam ulterius progrediamur, quæ in via gesta sunt per eum cum sancto Romualdo, ex Petro Damiani hic describamus: (b) *Interea*, inquit, *Imperator Henricus de Ultramontanis partibus in Italiam veniens, misit beato viro deprecatoriam legationem, ut ad eum venire dignaretur.* Syrriæ enim tunc aspera montium cum suis monachis incolebat, de quorum vitæ instituto hæc breviter idem Petrus:

(b) Petr. Dam. in Romuald. c. 69.

III. Qualis Monachorum S. Romualdi vitæ institutio.

Taliter tunc in Syrria vivebatur, ac si ex similitudine non solum nominis, sed etiam operis altera denuo Nitria diceretur. Omnes siquidem nudis pedibus incedentes, omnes inculti, pallidi, & nimia rerum omnium extremitate contenti erant. Nonnulli vero obseratis januis clausi, ita mortui videbantur mundo, veluti in sepulcro jam positi. Vinum ibi nemo noverat, nec etiam si gravissimam quis ægritudinem pateretur. Sed cur ego de monachis loquar, cum & ipsi monachorum famuli, ipsi quoque custodes pecorum jejunarent, silentium tenerent, disciplinas inter se invicem facerent, & de quibuslibet verbis otiosis pœnitentiam flagitarent? O aureum Romualdi sæculum! quod etsi tormenta persecutorum non noverat; spontaneo tamen martyrio non carebat: aureum, inquam, sæculum, quod inter montium, & silvarum feras tot cælestis Hierusalem cives alebat. Ita quidem, dum civitates prædonibus, & sacrilegis abundarent solitudines erant refertæ hominibus sanctis. Quid autem vocatus ab Imperatore fecerit Romualdus, Petrus sic subdit:

IV. Congressus Imperatoris cum Romualdo.

Cumque vir venerabilis prorsus abnueret silentium frangere; cœpere unanimiter discipuli ejus omnes eum obsecrare, dicentes: Magister, vide, quia nos qui te sequimur, tanti jam sumus, quod hic congruenter habitare non possumus. Quapropter, si placet, ab Imperatore magnum aliquod monasterium quære, & multitudinem te sequentium ibi constitue. Quibus vir sanctus (nescio si accepta revelatione, aut subita Dei inspiratione) fidenter scripsit: Scitote quia montis Amiatæ monasterium ex dono Regis habebitis. Considerate tantummodo, quem illic Abbatem constituere debeatis. Igitur inviolato silentio perrexit ad Regem. Cui

Rex

PAGIUS SÆC. XI. An. Æræ Hisp. MLX. An. Hegiræ CCCCXIII. inchoato die 6. Apr. fer. 6. A. C. 1022.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6515.

☉ 23. G. ☽ 16. P. 25. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1022.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 11.

HENRICI II. REG. 21. IMP. 9.

BASIL. & CONST. IMPP. 47.

I. Expeditio Italica Henrici Imp.

ANnum. I. ad IX. Narrat Baronius ex Leone Ostiensi lib. 2. cap. 40. & seqq. Henricum Imp. anno MXXII. in Apuliam venisse ad tutandos Imperii fines adversus Græcos, & cœpisse *Troiam Græcorum civitatem, quam eodem anno illi construere superant.* Quia vero propria bona *Meli* jam demortui recuperare non potuit, ejus nepotibus Comitatus honorem concessit, & aliquot Normannos ad defensionem regionis reliquit. His adde ex Hepidanno in Brevibus Annal: *Heinricus Imp. in gravi manu Apuliam ingressus, a Beneventanis gratulantibus honorifice ac magnifice susceptus. Troiam, Capuam, Salernam, Neapolim, urbes imperii sui ad Græcos deficientes ad deditionem coegit: quarum Troia viribus fortissimis, omnique bellico apparatu munitissima, longior mora nodusque victoria extitit. Tamen licet afflicta ufflixerit, & in sui defensionem multos sauciaverit, plurimos interfecerit, tertio mense postquam obsessa est, & Imperatori manus dedit, suique incolumitatem & gratiam victoris dato fidei sacramento promeruit, rebusque compositis revertitur, Capuanum Principem in custodia secum abducens. Sed circa egressum Italia pestilentia exercitum ejus affecit,*

Rex protinus assurgens, ex magno cordis affectu in hanc vocem erupit, dicens: O utinam anima mea esset in corpore tua! Quem mox ut loqueretur, suppliciter obsecrans, ipsa die hoc impetrare non potuit. Postera autem die Romualdo in palatium veniente, ecce Teutonicorum multitudo certatim hic inde concurrunt, capita salutantes humiliter flectunt, villas quoque pelliceæ vestis, qua erat indutus, anxie decerpentes, pro sacris reliquiis in patriam portaturi studiose recondunt. Quæ videlicet res venerabilem virum tanto mœrore affecit, ut nisi discipulis obstantibus acquievisset, ad cellam protinus repedasset. Ingressus igitur ad Regem, non pauca ei locutus est de restituendo jure Ecclesiarum, de violentia potentum, de oppressione pauperum: & post multa unum pro discipulis suis monasterium petiit. Cui postmodum Rex Amiati monasterium tradidit, & Abbatem, quia multis erat malis obnoxius, foras ejecit. Hæc Petrus de congressu Imperatoris cum Romualdo. Sic precibus viri sancti ad Deum, ad victoriam aperiens sibi viam, imitatus est Theodosium, qui dimicaturus adversus tyrannos, legationem primum misit ad S. Joannem anachoretam in Ægypto morantem.

V. Qui enim in omnibus specimen dedit Christianissimi Imperatoris: sanctissimi plane ducis in militibus ad bellum parandis omnes numeros pietatis absolvit: quippe qui sacratissima (a) Eucharistia ante prœlium communire soleret exercitum, expiatione antea facta delictorum, adhiberetque patronos sanctos martyres Laurentium, Georgium, & Hadrianum, quos prævio Angelo præcedere consuevisse aliquando vidisset exercitum. At jam reliqua ejus itineris prosequamur: pergit enim Leo Ostiensis: (b) *Et ipse quidem cum maxima exercitus parte per Marchias transiit: * Poppum vero Archiepiscopum cum undecim millibus militum per Marsorum regionem direxit: Pilegrinum autem Coloniensem Archiepiscopum cum viginti millibus Romam ad capiendum Abbatem & Principem misit.* Erat hic Abbas Cassinensis monasterii Atenulphus nomine, qui favisse Græcis visus fuit contra Imperatorem: idemque (quod subdit) insimulatus quod Dacti necis causa fuisset: *Hoc Abbas, amicis nuntiantibus agnito, nusquam se tutum posse consistere a facie tantæ potestatis existimans, cum Marsorum Comites, & Borelli filii libentissime illum apud se habituros ac tuto promitterent, consilio habito, locum iræ dare decrevit; cupiensque se Constantinopolim ad Imperatorem conferre, Hydruntum mare ingressurus proficiscitur. Ejus autem civitatis Episcopo per visum beatus Benedictus apparens: Vade, ait, dic Abbati, ut hac vice mare nulla ratione pertentet, sciens, si hoc fecerit, mature periturum. Huic ille visioni minime fidem accommodans, mare audacter ingreditur. Sed ut vera prohibentis probaretur auctoritas, occulta Dei dispositione atque judicio cum sociis omnibus naufragans periit. Quod cum Imperatori fuisset nuntiatum, dixisse fertur: (c) Lacum aperuit, & effodit eum, &* taci-

(a) Bonf. de reb. Hung. Dec. 2. l. 1.

(b) Leo Ost. l. 2. c. 40.

* Pópponem Archiep. Trevirensem.

Atenulphus Abbas Cass. timens Henricum Imp. fugam arripit.

(c) Psal. 7.

PAGIUS *sit, & ex maxima parte absumpsit, ut Romani imperii corpus tot membrorum suorum destitutionem sine miseria & dolore memorare non possit. Eodem anno æstas horrenda, tonitruis & coruscationibus plus solito mortales exterrentibus: & impetus turbinis ab occidente intonans ædificia concussit, & arbores radicitus excussit.* Hepidannus quidem hæc cum anno MXXIII. copulat, sed in ejus Opere aliquando numeri corrupti & aliquando ipse parum in notatione annorum accuratus. Denique Lupus Protospata ad annum MXXII. habet: *Venit Henricus Imp. Beneventum mense Martii, & obsedit Troiam in Capitanatu.* [1]

II. Hujus Henrici Imp. expeditionis Guillelmus Apuliensis mentionem nullam facit; sed narrata Meli primi Normannorum Ducis morte, quæ anno superiori contigit, ait Normannos, cum nullum auxilium sperarent, Ramulfum sibi præfecisse:

Egregium quemdam mox eligere suorum
Nomine Rannulfum, qui Princeps agminis esset,
Cujus mandatis fas contradicere non sit.

Subdit Guillelmus eos se se Capuano Principi conjunxisse, & nunc hoc vel illo Principe contempto, plus tribuenti semper adhæsisse; ac post annos aliquot eos urbem *Aversam* condidisse, quæ Neapolim inter & Capuam posita est. Ait denique decurso multo tempore *Hardoinum* Longobardorum Ducem Aversam venisse, & pluribus secum adductis Apuliæ omni

Normanni spe destituti Ranulphum Ducem eligunt.

NOTÆ [1] EDictum pro continentia clericorum in concilio Ticinensi latum a Benedicto VIII. ad hunc annum pertinere demonstrat Cl. Fontaninus in annotatione inserta in Collect. Veneto Labbeana tom. XI. col. IIII. Id autem ex eo probat, quod hoc tantum anno Henricus, quem adfuisse concilio huic non immerito suspicatur, in Italiam venerit. Addit pariter verba Annalistæ Saxonis Eccardiani, qui hoc ipso anno ab Henrico magnam Synodum celebratam in partibus occidentalibus asseverat. Concilium istud diem Kal. augusti præfert.

Quæ vero de profectione Italica Henrici hoc anno suscepta addit Pagius, nonnihil correctionis postulant, cum teste Annalista Eccardiano idem Henricus superiori anno *natale Domini celebraverit in Italia.* MANSI

incidit in foveam quam fecit. Inter caetera quae idem Abbas hinc profectus secum asportavit, novem praecepta Imperatorum aureo sigillo bullata, praeceptumque de casa Genziana, & de piscaria Cassinensi detulit: quae omnia cum eo in maris profundo demersa sunt.

VI. (a) Id. l. 2. c. 41. Capua obsidetur Princeps se dedit. *Pelegrinus (a) interea, quoniam Abbatem non reperit, verens ne forte & Princeps, Capuanus scilicet, fuga simili laberetur, Capuam protinus adiit, eamque mox undique armato milite cinxit. Princeps autem Pandulphus metuens civium proditionem, sponte ad Pelegrinum exiit; seque, ut dicebat, in culpa non esse significans, purgaturum se, de quibus insimulabatur, in Imperatoris judicio asseveravit. Laetus Pelegrinus, accepto sub custodia Principe, ad Imperatorem rediit, jamque Trojam Graecorum civitatem, quam eodem anno illi construere coeperant, obsidentem invenit. Ea Principis captura Imperator hilarior factus, aggregatis omnibus magnatibus suis, illis praesentibus adhiberi eum in judicium jussit. Praesentibus accusatoribus plurimis, & ejus nequitias illi in faciem objicientibus, decernitur uno omnium pariique judicio, mortis illum debere subire sententiam. At Pelegrinus, cujus fidei se Princeps ipse commiserat, dictam sententiam graviter ferens, supplex Imperatorem adiit, multorumque adminiculo fretus, precibus, ac orationibus ipsius obtinuit vitam. Ferro tamen vinciendum, Imperator, secumque asportandum in Germaniam statuit.*

VII. Quod autem de obsidione civitatis Trojae meminit Leo: quomodo obsidione eam premente Imperator in deditionem accepit, a Glabro rem gestam accurate descriptam sic accipe: (b) *Interea Imperator pergens ad regionem Beneventanam, expugnavit ac subdidit universas civitates, & castra, quae Graeci surripuerant ejus Imperio. Ad supra-*

(b) Glab. l. 3. c. 1. Troja obsessa ab Henrico Imp.

dictam autem cum venisset Troade, rebellantes, qui intus erant, diu multumque ei restiterunt: nam sperabant, at sibi futura aestate, sicut Graeci promiserant fore, Basilius Imperator succurreret. Insuper adjicientes in tantum, Henricum humiliari, ut pedes Basilii terreetus pavore susciperet. At ille circumdans civitatem sui exercitus obsidione, instruxit machinas, ut eam per vim caperet: illique deiatus noctu egressi tulerant secum faces pice perlitas, igneque succensas machinas a foris cremaverunt. Quod cernens Imperator, accensus ira, potiores restitui fecit machinas, crudoque circumdari corio, vigilantique custodia jussit illas tueri.

Exacto igitur jam tertio obsidionis mense, alternisque caedibus utrique nimium fessi (namque exercitum Imperatoris dysenteriae clades oppido vexaverat) tandem obsessi meliori usi consilio, invenerunt viam evadendi discriminis. Quadam autem die accipientes solitarium quemdam, indutum monachali habitu (quibus etiam Italia plurimum abundat) dederunt ei crucem gestare, miseruntque post illam omnes civitatis pueros minoris aetatis, sicque exclamando Kyrie eleison, devenit ad Imperatoris tentorium. Quod audiens Imperator, jussit interrogari, quid sibi vellent. Cumque responsum fuisset, quod misereri a se afflictae civitati implorarent, respondit: Optime novit ipse, qui agnitor est cordium, inquit, quinam magis quam ego horum parvulorum sunt homicidae; illacrymansque jussit, ut salvi in civitatem redirent. Fecerunt autem, ut jusserat Imperator. Altero quoque die iterum primo mane processerunt a civitate, ut prius, clamantes, Kyrie eleison, usque dum sonoritas vocum illorum aures pulsaret Imperatoris. Qui statim egressus tentorio, respiciensque parvulorum turbam, pietate permotus, ut erat vir sa-

VIII. Pueri legati missi ad promerendam misericordiam.

PAGIUS ni timorem incussisse. Qui Hardoini adventus in annum MXLI. competit, ut eo anno videbimus.

III. *Priores Normannorum expeditiones fabulis intermixtae.* Ex dictis hactenus de Normannis, annis scilicet MXVI. MXVIII. & currenti liquet, Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 38. Gemmeticensem lib. 7. cap. 30. Ordericum lib. 3. pag. 472. & Ademarum in Chron. ad annum MXVIII. pag. 178. de tempore, quo Normanni primum in Italiam venere; & de rebus ab illis tunc gestis male edoctos fuisse. Ajunt v. g. plerique ex illis *Normannos* quosdam e civitate Hierosolymitana revertentes adversus Saracenos pugnasse, eamque ob rem *Salernitanos* rogasse Normannos, ut cum ad patriam pervenissent, aliquos ex suis ad se mitterent. Verum Normanni illi non ex urbe Hierosolymitana, sed e monte Gargano, ubi orationis causa peregrinaverant, venere, nihilque adversus Saracenos tunc *Salernum* obsidentes egere. Secundo, Gemmeticensis & Ordericus laudati ajunt, *Normannos primum in Apuliam* venisse, quando *Robertus* Normanniae Dux erat; cum tamen Robertus an. tantum MXXVII. Richardo III. in Comitatum Normanniae successerit. Tertio, Ademarus loco citato scribit, Normannos in Italiam venientes *Rodulpho Duce* Romam profectos, & inde *consentiente Papa Benedicto* Apuliam aggressos esse, nulla *Meli* mentione facta; cum tamen Melus Normannis, postquam Roma transiere, arma subministraverit, & ut ait Guillelmus Apuliensis lib. 1. pag. 2.

Emptis Normannos Campanis partibus armis,
Invadenda furens locu duxit ad Appula Melus.
Hunc habuere Ducem sibi gens Normannica primum
Partibus Italiae, Gallos tremit Appulus omnis.

pientissimus, voce Dominica usus ait: (a) Matt. 16. *(a) Misereor super turbam. Nam ante jam dixerat, quoniam si ei contigeret capere civitatem, quidquid masculini sexus inveniretur in ea, suspenderetur patibulis, reliqua vero igne cremari, ipsiusque civitatis muros ad solum pertrahi. Praeterea mandavit Imperator illis, qui in civitate caeteris praeerant, ut si indulgere sibi ab eo vellent, iramque ejus placare, ipsimet subverterent partem murorum civitatis, quae contra suas machinas rebellis stare videbatur.* Deditur civitas Imperat. *Qui audientes certatim impleverunt quod eis mandatum fuerat. Post haec quoque praecepit Imperator eos pacifice ad se egredi, murumque civitatis ab iisdem reaedificare, acceptisque pacis obsidibus ab universis regionis illius provincialibus, reversus est in Saxoniam. Northmanni quoque cum suo Duce Rudolpho reversi in suam patriam, gratanter recepti a proprio Principe Richardo.* Haec Glaber.

IX. At Imperatoris reditus contigit anno sequenti: reliqua enim hujus anni parte se cum suis continuit in Italia. Quo tempore fieri contigerunt, quae narrantur a Leone Ostiense, qui ait: (b) Leo Ost. l. 2. c. 42. 43. *(b) Post paucos dies Trojani sese sponte dedentibus, & ad Imperatoris vestigia unanimiter omnibus procumbentibus Imperialis clementia veniam tribuit. Et quoniam* Capua data Comitianensi. *ob aestus magnitudinem gens perpetuis assueta frigoribus in his partibus diutius immorari non poterat; reditum in dies maturabat. Veniens igitur Capuam, Pandulpho Teanensi Comiti tradidit principatum; Stephano autem Melo & Petro, memorati Meli nepotibus, quoniam propria illis recuperare non potuit, Comitatus honorem concessit. Quibus etiam in auxilium de Northmannis Giselbertum, Gosmannum, Stigandum, Torstainum, Baltum, Geraltrium de Cavosa, & Hagonem cum aliis decem & octo reliquit.*

X. *Imperator autem post paucos dies, ordinatis negotiis suis, ad monasterium Cassinense una cum Benedicto Romano Pontifice venit. Interea collecti in unum Fratres, coeperunt juxta tenorem Regulae de eligendo sibi Abbate tractare. Vivebat adhuc, & eidem Concilio aderat Joannes Abbas ille, quem reliquisse monasterii curam, & recessisse in eremum, supra monstravimus: aderat & domnus* Electio Theobaldi Abbatis Cassinensis. *Theobaldus vir & genere & moribus clarus, qui & eo tempore Marchiae praeposituram, unde & ortus erat, naviter administrabat. Erant qui Joannem ipsum denuo praefici exposcerent; sed quia jam aetatis erat fere decrepitae, minime idoneus judicatus est. Post plurimas multorum variasque sententias, communi tandem consensu omnium Theobaldus eligitur, ipso etiam Imperatore, atque summo Pontifice eam electionem valde probantibus. Sicque die altera, natale beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab eodem beatissimo Papa honorabiliter consecratur.*

Acribus tunc doloribus Imperator vexabatur, atque ut ipse postmodum retulit, licet monasterio nimium afficeretur, & nusquam se terribilius venerabiliusque Oratorium vidisse fateretur; saepe tamen scrupulo non parvo movebatur, an pater Benedictus corporaliter hoc in loco quiesceret. Cum igitur prae dolore nec plene vigilans, nec integre dormiens, quemdam pateretur excessum, apparuit ei beatus Benedictus, atque ad eum quasi visitaturus accedens, ubi pateretur, quaesivit. Cui languorem protinus confitenti: Scio, inquit Benedictus, te, an hic quiescam, hactenus dubitare: sed ut nullo hujusmodi scrupulo ultra movearis, meumque corpusculum hoc in loco quiescere, certius noveris, hoc tibi signum erit: Cum primo mane surrexeris, in egestione urinae tuae tres simul emittes grandiusculos lapides, & ex tunc dolore isto Henricus Imp. curatur a S. Benedict. *numquam ultra detineberis. Ego autem sum Frater Benedictus. His dictis evanuit. Evigilans Imperator, continuo surgit, ac juxta visionis seriem sanitati pristinae redditus, Deo, ac etiam patri Benedicto gratias retulit: Mane autem facto veniens in conventum Fratrum, post Capituli verba solemnia: Quid, inquit, domini mei, medico, qui me curavit, dare jubetis? Cumque illi respondissent, ut quidquid vellet de monasterio, cunctis libenter annuentibus, tolleret, ac medico daret: Non ita, inquit, fiet, sed*

quo-

PAGIUS Nonnisi itaque post Meli obitum *Rannulfus*, Normannorum Dux fuit. Denique Glaber lib. 3. cap. 1. relatis proeliis a Normannis cum Graecis habitis, & expeditione Henrici Imp. adversus Graecos hoc anno suscepta, Troadia expugnatione, & Beneventanae regionis deditione, tradit Normannos in suam patriam reversos esse, quo tamen nihil falsius. Misso alias Historicorum, qui incertis rumoribus decepti fuere, commentitias narrationes.

IV. A num. IX. ad XV. Corpus Sancti *Benedicti* existere in monasterio Floriacensi, hujus saeculi initio inter omnes convenisse insinuat sanctus Abbo Floriacensis in Epistola ad Leonem Abbatem SS. Alexii & Bonifacii data, & a Baluzio Tom. I. Miscell. e Codice MS. eruta. Ait enim Sanctus Abbo: *pretiosarum Reliquiarum S. Patris Benedicti insignia postulastis vobis dirigi* (Romam scilicet, ubi situm erat Monasterium SS. Alexii & Bonifacii) *eo quod indubitatum penitus esset, sanctissimam ipsius corporis praesentiam a nobis retinere, ideoque velle eniximus in honore illius oratoriam construi, itemque nobis de Sancto Bonifacio aut de sacris artubus caeterorum Sanctorum nobis eadem recompensari.* Corpus autem hujus sanctissimi Patriar- *Visitat monasterium Casinense Henricus Imp.*

quoniam me pater sanctus Benedictus hac nocte curavit, oportet, ut de nostra substantia tanto Patri fiat retributio.

XII. *Et hæc dicens, mixtis gaudio lacrymis, quæ per visum viderat, omnibus retulit, adjiciens: Nunc profecto cognovi, quia venerabilis est locus iste, nulli que mortalium amplius dubitandum est, quia cum sorore sua Benedictus hic pater requiescat. Ad uberiorem autem fidem tres illos lapillos, quos paulo ante per urinam egesserat, palam cunctis ostendebat. Omnibus itaque tam de visione mirabili, quam de celeri Imperatoris sospitate lætantibus, atque stupentibus, ac Deo referentibus gratias, obtulit ipso die regia munificentia sancto patri Benedicto munera hæc: Textum Evangelii, deforis quidem ex uno latere auro purissimo, ac gemmis pretiosissimis opertum; intus vero uncialibus, ut ajunt, litteris, aureisque figuris mirifice decoratum: Calicem aureum cum patena sua, gemmis & margaritis, & arte cælatum, pulchre insignitum: Planetam diaspistim, listis aureis ornatam. Stolam quoque, manipulum & cingulum, singula intexta auro: Pluviale etiam diasprum, cum phrygiis aureis, necnon & tunicam ejusdem operis, auro exornatam cum mappula diaspistim, auro nihilominus decorata: Situlam insuper pateram argenteam haud exigui ponderis; cum qua videlicet Fratres, in præcipuis festivitatibus biberent. Redemit etiam a Judæis vestem altaris S. Benedicti, quæ quondam fuerat Caroli Regis, quam illi pro quingentis aureis sub pignore tenebant: & argenteum calicem Saxonicum majorem cum patena sua, quem Theodoricus Saxonum Rex dudum sancto Benedicto transmiserat. Hæc præter omnia, præsentibus Fratribus, super altare beati Benedicti obtulit, ac dominum Apostolicum, ut hæc scriptis sue auctoritate firmaret, oravit, Apostolici anathematis pœna proposita, si quis umquam vel ea, quæ diximus, vel quæ ipse Imperator antea monasterio contulerat, violare præsumeret.*

Oblationes Henrici Imp. S. Bened.

XIII. *Idem quoque Apostolicus Imperatoris saluti valde congratulans, obtulit & ipse eo die beato Benedicto planetam, aureis phrygiis decenter ornatam, & manipulum ejusdem operis. Sed & Pilegrinus Archiepiscopus ob gratiam ejusdem sanitatis obtulit similiter sancto Benedicto planetam purpuream aureis phrygiis, mensium duodecim signa in se habentibus ornatam, stolamque cum auro & pluviale unum. Post hæc idem Christianissimus Imperator parum se existimans devotione sua ad hunc locum satisfecisse, admonitus ab eodem Pilegrino & Theodorico Cancellario suo, die altera donationem per scriptum fecit monasterio de arce, quæ Ventra dicitur, cujus incolæ latronum instar huic monasterio sæpius infesti erant, quam illis ereptam, usibus servorum Dei perpetuo tenendum tradidit. Fecit & aliud præceptum de omnibus ubicumque terrarum loci hujus possessionibus, juxta tenorem suorum prædecessorum Imperatorum, per quod & monasterium sanctæ Mariæ in Canneto in finibus Thermulensis civitatis Imperiali auctoritate firmavit monasterio; sicque commendans se plurimum patri Benedicto, & omnibus Fratribus, cum illorum benedictione remeavit in sua. At ne tanti Patris beneficium oblivisci ulla ratione videretur, mox ut domum rediit, planetam diarodinam phrygiis aureis pulcherrime ornatam, una cum alba & cingulo, stola atque manipulo (regium omnino munus) huc ad beatum Benedictum cum maximis gratiarum actionibus mittere studuit, tantæque postea ad hunc sanctum locum devotionis fuit, ut si vixisset aliquanto diutius, relicto Imperii culmine, Deo se in sanctæ conversationis habitu serviturum hoc in loco promitteret.*

Benedicti Papæ oblatio.

XIV. *Sane quoniam de corpore Benedicti, quod vere in hoc loco requiesceret, visione, ac sospitate fuerat certissimus redditus: ubicumque postmodum scripturam translationis ejusdem sancti Patris invenire potuit, flammis exussit, narrans omnibus, quæ sibi Dominus hoc in loco monstraverat, quæve præstiterat; ex illius falsæ translationis serie rationabiliter ostendens, hæc frivola esse atque conficta, dum, sicut ibi refertur, unus idemque Angelus & illos ad surripiendum hortaretur, & Romanum Pontificem ad insequendum instigaret, illosque admoneret, ut fugerent.* His omissis, idem Leo de Henrico narrat, quomodo ab antiquiori tempore erga sanctum Benedictum fuerit animo propensiori atque vehementer addicto, hujusmodi videlicet causa: (a)

De translatione S. Benedicti corporis scripta aboleri jussa.

(a) *Leo Ost. l. c. c. 46.*

XV. *Eo adhuc tempore, quo Dux erat, cum iter ageret ad monasterium quoddam Benedicti patris nomine dedicatum hospitatus esset: quoniam equorum illius multitudinem stabula consueta non caperent, in ipso capitulo, quod juxta Ecclesiam erat, ejus stabularii aliquot locare equos ausi sunt. Nocte igitur eadem Benedictus pa-*

Unde Imperatori erga S. Benedict. propensior animus.

PAGIUS triarchæ alias e Monasterio Casinensi ad Floriacense in Galliam translatum fuisse, Benedictini Galliæ, solide probarunt, & conficta esse quæ Baronius ex Leone Ostiensi narrat, de sanitate reddita Sancto Henrico in monte Casino, postquam Sanctus Benedictus ei apparuit, suumque corpus in Monte Casino requiescere docuit. Leoni itaque Ostiensi Episcopo & Monacho Casinensi hac in re fides non adhibenda.

Ad

pater eidem Duci torvis ac minacibus oculis apparens, eique plurima quod domum suam ita tractaret, intentans, virga quam manu gestabat, illius percussit latus, & ex tunc torqueri dolore lateris vehementissime cœpit. Hæc de his omnibus, quæ spectant ad Imperatorem, Leo Ostiensis, subiiciens alia plura divinitus ostensa de his, quæ spectant ad fidem certam corporis ejusdem S. Benedicti ibi degentis, revelata Adamo monacho vitæ sanctissimæ, utique juranti ea esse vera, quæ referret, super altare sancti Pauli Romæ, ejusmodi verborum formula juramento concepto: *Per corpus hoc Doctoris Gentium, quod hic absque ulla hæsitatione Christiana credit universitas requiescere, hoc quod tibi modo dicturus sum, veracissime, & absque ulla mendacii suspicione prosequar; &c.* Inferius vero de his, quæ spectant ad Benedictum Pontificem, ista subiicit: (a) *Hic igitur Abbas a præfato Benedicto Papa, qui eum sacraverat, consuetudinariam privilegium sumens, biennio, quo supervixit idem Imperator, quiete & honore functus est, &c.* Subdit vero, eodem tempore contigisse adventum sancti Odilonis in monasterium Cassinense.

(a) Id. l. 2. c. 53.

XVI. Frequentare namque consuevisse Odilonem Limina Apostolorum, Romæque benigne excipi solitum a Benedicto Romano Pontifice, affirmat Petrus Damiani eodem in Odilone. Inde vero se contulisse Cassinum, ex Leone Ostiense didicimus, qui de eodem ista habet: (b) *Per id tempus dominus Odilo, vir vitæ & famæ venerabilis Cluniacensis Abbas, ad hoc monasterium valde devotus advenit, & ob maximam, quam sancto patri Benedicto, ac per eum monasterio gerebat reverentiam, montem totum pedestris ascendit. Qui cum de more monasterii ab Abbate & Fratribus honorifice in Capitulum ductus fuisset; post verba solemnia: (c) Sicut audivimus (inquit vir reverentissimus) ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, & in monte sancto ejus, & mox nimis humiliter ad Abbatem conversus: Donum, ait, a te, frater, maximum expeto, mihique ut sine contradictione aliqua concedatur, votis omnibus flagito. Volo inquam, atque desidero omnium Fratrum vestigia devotissimus osculari. Annuit Theobaldus Abbas licet invitus, nec renuit tanta devotioni aliquatenus potuit. Post hæc autem die ipso festivitatis ejusdem beatissimi Patris nostri, ab eodem Abbate Theobaldo gratia præcipuæ religionis multis precibus exoratus, ut Missarum solemnia celebraret, nullo modo induci potuit, ut se præsente, Missas publicas ageret: cumque paratus ad procedendum solemniter Fratribus, pastoralem baculum idem Abbas noster ejus manui reverenter offerret: longe humilius illa refugit, dicens nequaquam dignum esse, illo præsente, se hujusmodi gestare virgam, indecens nimium & contra fas omne ducens, quempiam Abbatum manu pastoralem præferre virgam, ubi Benedicti vicarium, Abbatum scilicet omnium Abbatem adesse contingeret. Eo igitur revertente parante, cum multis illum Fratribus Abbas usque ad januas monasterii prosequens, suppliciter tandem oravit, ut si posset, particulam aliquam de beati Mauri reliquiis ad Monasterium istud aliquando transmitteret. Quam postulationem vir Dei lætus accipiens, & posse se confidenter aperuit, & facturum libenter, vita comite, repromisit. Septem postmodum annorum evoluto curriculo, os integrum brachii beatissimi Mauri capsella argentea decenter inclusum, opere pulchro, turrium instar erecta, per sex sui monasterii Fratres huc delegare curavit.* Hactenus de Odilone hoc anno.

S. Odilo visitat Cassinense cœnobium.

(b) Id. l. 2. c. 54.

(c) Psal. 47.

Contigit hoc pariter anno concuti Polonorum Ecclesiam conspiratione nobilium, decimas solvere renuentium; sed Regis maxime pii auctoritate atque studio quamprimum turbæ illæ evanuerunt. Res gesta ita describitur a Longino Cracoviensi canonico, sub hoc anno: *Catholicam religionis Fidem cultumque satanæ invidiæ malignitas in Poloniæ regno, & vicinis regionibus videns in brevis temporis spacio, primo quidem sub Mieczslao Duce, deinde sub Boleslao primo Polonorum Rege vehementer germinasse, & fautores cultores sui latissima propagine diffudisse; turbinem, & procellam in regno eodem excivit, & res Fidei extinguere, & quietem, stabilitatemque civilem nisus est perturbare. Nonnulli siquidem nobiles Poloniæ, satana suggerente, ob onerosam decimarum manipularium solutionem, onerosos Christianos ritus dicentes, hi præsertim, qui in spurcitiis gentilibus enutriti, jugum orthodoxorum non facile tolerabant, ad ritus redire profanos, & vetustam, sacrilegamque vitam resumere, & decimas non reddere tempore instituto, nec Ecclesias frequentare, ministrosque & sacerdotes de eorum Ecclesiis pellere frequenti conspiratione despuebant. Id cum ad Boleslai Poloniæ Regis aures perductum esset, non tulit fidelissimus Fidei Catholicæ propugnator gliscentem conspirationem consurgere, sed in ipso suo ortu illam mox extinxit. Auctores enim illius, missis militibus, comprehendit, & capita conspirationis partim capitali supplicio extinxit, partim verberibus mulctavit: cæteris minus reis, & sola contagione sordatis, aliorumque suasionem secutis parcen-*
dum

XVII. Polonorum Eccl. nutat conspiratione majorum.

dum decrevit. Hæc Longinus, idemque Dlugoschus.

XVIII. Concil. Salegunstadiense. Eodem anno, Indictione quinta, loco apud Moguntiam Salegunstat appellato, celebratum invenitur Concilium, quod Burchardus Episcopus Wormatiensis, doctrina, & sanctitate clarus, qui interfuit, posuit ad suos Decretorum libros appendicem, ejusmodi exordio: *In nomine Domini. Ego Aribo Moguntinæ Sedis Archiepiscopus quamvis indignus, cum cæteris fratribus nostris & Coepiscopis, Burchardo Vormatiensi, Vuerbenario Argentino, Brunone Augustensi, Eberhardo Bambergensi, Meginhardo Vuirzeburgensi Synodum in Salegunstat condiximus anno Dominicæ Incarnationis* * *MXXIII. Indictione quinta: anno autem domini Henrici Secundi regnantis XXI. Imperii vero* * *VI. &c.* Sanciti in eo canones subjiciuntur viginti, ad Ecclesiasticam œconomiam spectantes. (*a*) Atque primum omnium in eo sacrorum jejuniorum sunt spacia dilatata, nempe ut omnes Christiani, sub eorum cura existentes, dies quatuordecim ante festivitatem sancti Joannis Baptistæ abstinerent a carnibus: & in Nativitate Domini similiter cohibita & restricta (*b*) numerosior cujuslibet sacerdotis una die Missarum celebratio, ne scilicet quisquam eorum in die amplius, quam tres Missas celebrare præsumat. (*c*) Itemque ut impetiti aliquo delicto non liberentur per susceptam peregrinationem ad Limina Apostolorum, sed prius in loco, ubi deliquerunt, sacerdoti satisfaciant, inde si velint, cum licentia sui Episcopi, acceptis ab eo litteris Romam peregrinentur. Hæc inter alia memoratu digna ibi sancita habentur. At vero non sunt recepta quæ in eo statuta sunt de tempore præfinito jejuniorum Quatuor anni temporum: adversus enim ea latius disputat ejusdem sæculi scriptor, qui auctor est Micrologi, capite ejus operis vigesimoquinto, ubi præsens Concilium, Moguntinum nominatur, quod apud Moguntiam dicto loco fuerit celebratum. Ea tu consulas.

* MXXII

* IX.

(*a*) Conc. Sal. c. 1.

(*b*) Eod. Conc. c. 5.

(*c*) Eod. Conc. c. 18.

XIX. Obitus S. Borvvardi Hildesem. Ep. Hoc quoque anno, duodecimo Kalen. Decembris ex hac vita feliciter migrat S. Bernvardus Hildesemensis Episcopus, cum annos triginta sedisset: in cujus locum vir æque sanctus est subrogatus Gothardus. Res gestæ a Bernvardo breviter scriptis digestæ leguntur a (*d*) Tunginaro presbytero, pluraque omissa leges

(*d*) Apud Sur. die 20. Nov. t. 6.

PAGIUS V. *Synodus Salegunstadiensis*. Ad num. XVIII. Aribo Moguntinus Archiepiscopus cum quinque Coepiscopis Synodum Salegunstadii ab Mœnum celebravit *anno dominicæ Incarnat. MXXII. indict. V. II. Idus Augusti, anno autem domini Henrici secundi regnantis XXI. imperii vero VI.* ut legitur in Præfatione ejusdem Synodi Tom. IX. Concil. pag. 844. sed loco, *imperii vero VI.* legendum, *imperii vero IX.* Hæ notæ temporariæ in exemplari, quo usus est Baronius, etiam corruptæ. Inter varia Decreta in ea condita quintum est, *ut unusquisque Presbyter in die non amplius quam tres missas celebrare præsumat*. Quare in Diœcesi Moguntina Presbyteris, qui plures Parochias regebant, plurium Missarum celebratio alias permissa fuit. In Capitulo XVII. legitur: *Et illud sub anathemate preceptum est, ut nullus Presbyterorum cuiquam pœnitenti carrinam dividere præsumat, si infirmitas non intervenerit*. Erat Carrina vel Carena dierum quadraginta continuorum jejunium in pane & aqua, ut exponit Burchardus, qui huic Concilio interfuit lib. 19. cap. 5. De hac voce plura Ducangius in suo Glossario.

VI. *Moritur S. Bernvvardus Episc. Hildensheimensis*. Ad num. XIX. Wolfherrus discipulus Sancti Godehardi Episcopi Hildensheimensis in ejus Vita in Actis SS. Bollandianis ad diem IV. Maii recitata cap. 3. scribit: *Anno post incarnati Verbi mysterium MXXII. regni vero domini Henrici XXI. imperii autem IX. felicis memoriæ Bernvvardus, venerabilis nostræ Ecclesiæ* (nempe Hildesheimensis) *Antistes, ex hac vita ad perpetuam migravit: cujus certe obitus totam regionem maxime contristavit. Erat enim, ut festinando omnem vitæ ejus historiam transcurram, in cunctis divinæ servitutis studiis juste fervidus, & in tota mundana utilitatis sagacitate sapienter providus; contra rebelles & induratos jure severus, erga obedientes & modestos rite mansuetus; in eleemosynis & miseratione compatiens & largus; vigiliis, jejuniis, & orationibus convenienter intentus, &c.* Scripsit ejus Vitam Tangmarus Saxo, Decanus Hildensheimensis, ejus discipulus, a Brovveto editam, & ad exemplaria MSS. emendatam. In ea asserit, eum die XX. mensis Novembris, seu XII. Kalend. Decemb. cœlesti pace quievisse, & sedisse annos XXX. Cum venisset ad Aulam Ottonis III. qui septennis adhuc puer erat, ut ei inserviret, a *Theophania* Augusta, quæ rebus præerat, benigne susceptus est, atque in brevi summæ familiaritatis locum apud illam obtinuit, adeo ut puerum Imperatorem fidei illius, literis imbuendum, moribusque instituendum, consensu cunctorum Procerum, commendaret, Imperatrice demortua. *Otto* totum se regendum in stationem fidissimi Magistri contulit, mortuoque Episcopo Hildensheimensi *anno nongentesimo nonagesimo tertio, indictione sexta*, a Willegiso Archiepiscopo Moguntino Episcopus Hildensheimensis ordinatus fuit.

VII. *S. Godehardus Abbas Altahensis ei succedit*. Henricus Imp. audita morte Sancti Bernvvardi, Sanctum Godehardum Abbatem monasterii Altahensis in Bajoaria positi, non longe a Danubio, *secreto soliloquio convenit, eique sua voluntatis arcanum de Episcopatu ejusdem sedis aperuit. Cui statim ille in faciem restitit*, inquit Wolfherrus mox laudatus in ejus Vita. Tandem cum se se divinæ prædestinationi & Imperatoris consilio devovisset, in proxima Dominica Adventus domini ab *Aribone* Metropolita Moguntiacensi Episcopus consecratus fuit. Ante Episcopatum non solum cœnobio Altahensi præfuit; sed etiam commendata sunt ei tria alia Monasteria; Ersfeldense, Tegernsense, & Chremsense, in quibus monachicam vitam, quæ non parum collapsa fuerat, restituit. Sed non cum mino-

(a) Id. die 4. Maii c. 3. e. 13.

ges in ejusdem (a) Gothardi vita, ubi & annus ejus obitus ita legitur consignatus his verbis: *Anno a Christo nato millesimo vigesimosecundo, regni vero Henrici vigesimoprimo, Imperii autem nono, felicis memoriæ Bernvardus nostræ Hildesemensis Ecclesiæ venerabilis Antistes ex hac vita migravit.*

XX. Guido Aretinus innotuit.

His postremis temporibus Benedicti Octavi Papæ sedis, Guido Aretinus professione monachus, musicus insignis innotuit, vocatus ab eodem Pontifice Romam. Hic enim maxima omnium admiratione, novam addiscendi musicam rationem invenit, adeo ut puer paucis mensibus addisceret, quod pluribus annis vix homo quilibet pollens ingenio addiscere potuisset, magnoque miraculo accidere videretur, ut pueri senum & magistrorum magistri evaderent. Delata est res ad eumdem Pontificem, qui hujuscemodi rei tantæ experimentum fieri, videre cupiens, ipsum Romam ad se accersendum curavit. Quæ autem cum eodem Pontifice transacta fuerint, idem ipse Guido in epistola data ad Michaelem monachum Sanctæ Mariæ Pomposianni cœnobii (ut præsefert ejus titulus) narrat. Accepimus eam diligentia Constantini Cajetani monachi congregationis Cassinensis ex scripto codice Gregorii Tigrini canonici Aretini, quæ sic se habet:

XXI.

Charissimo atque dulcissimo fratri Michaeli Guido per anfractus multos dejectus & auctus. Aut dura sunt tempora, aut divinæ dispositionis obscura discrimina, dum & veritatem fallacia, & charitatem persæpe conculcet invidia, quæ nostri ordinis vix deserit sanctitatem, quo Philisthæorum commotio Israeliticam puniat pravitatem: ne si mox fiat quidquid ut volumus: adeo in se confidens pereat animus decidat animus. Tunc enim est vere bonum quod facimus, cum nostro Factori adscribimus omne quod possumus. Inde est quod me vides prolixis finibus exulatum, ac te ipsum, ne vel respirare quidem possis, invidorum laqueis suffocatum. Quare simillimos nos quidem dico artifici, qui cum Augusto Cæsari incomparabilem & cunctis inauditum sæculis thesaurum, flexibile videlicet vitrum offerret: quia aliquid supra homines potuit, ideoque aliquid super dominos promereri se credidit: pessimo forte jussus est occidi: ne si ut est mirabile vitrum, posset esse durabile, regius omnis thesaurus, qui de diversis erat metallis, fieret extemplo vilis: sicque illo tempore maledicta semper invidia, sicut quondam paradisum, & hoc quoque mortalibus abstulit commodum: namque invidia artificis nullum voluit edocere. Unde ego, inspirante Deo, charitatem, non solum tibi, sed aliis quibuscumque potui, summa cum festinatione ac sollicitudine, a Deo mihi indignissimo datam contuli gratiam, ut quia ego & ante me alii summa cum difficultate Ecclesiasticos cantus didicimus: idipsum posteri summa cum facilitate discentes, mihi & tibi & reliquis adjutoribus meis æternam optent salutem; fiatque per misericordiam Dei peccatorum nostrorum remissio, vel modica tantorum ex charitate oratio. Nam si illi pro suis apud Dominum devotissime intercedunt magistris, qui hactenus ab eis vix decennio cantandi imperfectam scientiam consequi potuerunt; quid putas pro nobis, nostrisque adjutoribus fiet: qui annali spatio, aut si multum, biennio cantorem efficimus? Aut si bominum consueta miseria beneficiis tantis ingrata extiterit: numquid justus Deus nostrum laborem non remunerabit? An quia Deus totum hoc facit, & nos sine illo nihil possumus: nihil habebimus? absit. Nam & Apostolus, cum gratia Dei sit id quod sit: cantat tamen: (b) Bonum cer- (b) 2. Tim. 4.

PAGIUS

minori pietatis & prudentiæ laude Episcopi munere perfunctus est. Porro duplex monasterium *Altahense* in Bajoaria erat, superius sc. & inferius; Godehardus vero inferiori præfuit.

VIII. *Floret Guido Aretinus Auctor Micrologi de methodo cantandi.*

Ad num. XX. & seqq. *Micrologi* voce Scriptores mediæ & infimæ ætatis intellexere librum in epitomes speciem editum, indeque in Vita Sancti Theofredi Abbatis cap. 10. dicitur: *denique quodam tempore familiari semotus obsequio, Micrologum edens de lapsu mundi, senario determinat eum sermone rythmico.* Benedicto VIII. Ecclesiam Romanam regente *Guido Aretinus* Monachus Benedictinus in Italia excogitavit novam cantandi methodum, quam *Solmisationem* vocant, seu *Gammam* cum notis, UT, RE, MI, FA, SOL, LA, cujus arte pueri & puellæ in mansa sua cantandi peritiam facilius discere cœpere, quam voce magistri, aut ullius instrumenti, inquit Trithemius. Guido autem opus suum musicum *Micrologum* inscripsit. Hinc Domnyso Presbyter in Carmine de Gestis Comitissæ Mathildis, agens de Thebaldo Aretino Episcopo, canit:

Micrologum librum sibi dictat Guido peritus
Musicus & Monachus, nec non Eremita beandus.

Guido enim libellum suum de Musica, quem *Micrologum* nominavit, Theodaldo Episcopo suo dicavit, cujus ad eum Epistolam dedicatoriam recitat Baronius, refertque verba, quæ in fine Micrologi habentur: *Explicit Micrologus Guidonis, suæ ætatis anno XXXIV. Joanne XX. Romanam gubernante Ecclesiam.* Quæ verba Baronium in ea, in qua versabatur sententia, Joannem nempe qui Benedicto VIII. successit, appellatum fuisse hujus nominis XX. confirmarunt. Verum cum ex ipsismet ejusdem Joannis rescriptis constet, eum se se Jo-

an-

certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de reliquo reposita est mihi corona justitiæ. Securi igitur de spe retributionis insistamus operi tantæ utilitatis. Et quia post multas tempestates redit optata serenitas: navigandum feliciter est. Sed quia diffidit tua de libertate captivitas, rei ordinem pandam.

XXII. *Summæ Sedis Apostolicæ* * . . . . *Benedictus Octavus, qui Romanam gubernat Ecclesiam, audiens famam nostræ scholæ, & quomodo per nostra Antiphonaria inauditos pueri cognoscerent cantus: valde miratus, tribus me ad se nunciis invitavit. Adii igitur Romanum cum D.* * *G. R. M. L. Reverendissimo Abbate & D. P. Aretinæ Ecclesiæ canonicorum præposito, viro pro nostri temporis qualitate sanctissimo. Multum itaque Pontifex meo gratulatus adventu multa colloquens, & diversa perquirens, nostrumque velut quoddam prodigium sæpe revolvens Antiphonarium, præfixasque ruminans regulas; non prius destitit, aut de loco in quo sedebat, abscessit, donec unum versiculum inauditum sibi voti compos ediscerit; & quod vix credebat in aliis, tam subito in se cognosceret. Quid plura? infirmitate cogente, Romæ morari non poteram vel modicum, æstivo fervore in locis maritimis ac palustribus nobis minante exitium. Tandem condiximus, mox hieme redeunte, me illuc debere reverti, quatenus hoc opus prælibato Pontifici, suoque Clero debeam propalare. Post paucos deinde dies, patrem vestrum ac meum D. G. PP. præpositum Abbatem, virum Deo & hominibus merito virtutis & sapientiæ charum, ut patrem animæ videre cupiens, visitavi. Qui & ipse vir perspicacis ingenii, ut nostrum Antiphonarium vidit, extemplo probavit & credidit, nostrisque æmulis se quondam consensisse pœnituit: & ut PP. veniam postulavit, suadens mihi monacho esse monasteria Episcopatibus præferendo, maximeque PP. Quod modo per dignissimi & Reverendiss. G. industriam in Italia primum . . . . Tanti itaque patris orationibus flexus, & præceptis obediens, prius, auxiliante Deo volo hoc opere tale & tantum monasterium illustrare, meque monachum monachis præstare, tum præsertim monachresim* * *nomino prope cunctis Episcopis. Interim tibi de inveniendo ignotum cantum, optimum dirigo argumentum, nuper nobis a Deo datum, & utilissimum comprobatum. De reliquo Domnum Martinum Priorem saluto, ejusque orationi me miserrimum plurima prece commendo. Fratrem quoque Petrum memorem memoris esse commoneo, qui nostro lacte nutritus, non sine labore maximo agrestis vescitur hordeo, & post aurea pocula vini confusum bibit acetum.* Hucusque ejus epistola.

* l. Antistes.

* ita in codice.

* locus corruptus

XXIII. Quem vero edidit de musica librum, quem Micrologum nominavit, illum ipsum dedicavit Theodaldo Episcopo Aretino, hanc ad eum scribens epistolam nuncupatoriam:

Diuturnitate moris, totiusque prudentiæ fulgore clarissimo, dulcissimo patri & reverendissimo Domino Theodaldo, sacerdotum ac Præsulum dignissimo, Guido suorum monachorum utinam minimus, quidquid servus & filius. S.

Dum solitaria vita saltem modicam exequi cupio quantitatem: vestræ benignitatis dignatio ad sacri verbi studium meam sibi sociari voluit parvitatem; non quod vestræ desint excellentiæ multi & maxime spectabiles viri, & virtutum effectibus abundantissime roborati, & sapientiæ studiis plenissime adornati, qui & commissam plebem una vobiscum competenter regant, & divinæ contemplationi assidue & ferventer inhærcant; sed ut meæ parvitatis & mentis & corporis imbecillitas misera vestræ pietatis & paternitatis fulciatur munita præsidio: at si quid mihi deinceps utilitatis accesserit, vestro Deus imputet merito. Quare de re cum pro Ecclesiasticis utilitatibus exercitium musicæ artis, pro quo, favente Deo, non incassum sudasse me memini: vestra jussit auctoritas proferri in pu-

PAGIUS annum XIX. appellasse, apparet, clausulam illam uno aut altero sæculo post *Micrologi* editionem eidem Epistolæ fuisse subjunctam. Neque enim tempore ejusdem Joannis aut proxime sequentibus annis ignorari potuit, cum *Joannem* XX. dictum non fuisse.

IX. *Auctor Micrologi de Divinis Officiis sub hujus sæculi finem vixit.* Extat alius Micrologus, sive Liber *de Ecclesiasticis Observationibus*, seu *de Divinis Officiis* inscriptus, capitibus LXII. constans, cujus cum Auctor ignoretur, libri sui nomine *Micrologus* appellatur. Auctorem vero illum Anonymum Gregorii VII. tempore floruisse ex cap. XIV. certum & indubitatum redditur. Quare Baronius, Bona Cardinalis lib. 2. Rerum Liturg. cap. 10. art. 4. aliique accurate scripsere, Anonymum illum sub sæculi undecimi finem vixisse. Erravit vero Possevinus in Biblioth. qui Guidonem Aretinum hujus secundi Micrologi Auctorem facit. Magis hallucinatus est Oudinus in Supplem. Script. Ecclesiast. in voce *Micrologus*, ubi ait, Auctorem secundi Micrologi, non sub hujus sæculi finem, sed anno circiter MCLXXX. vixisse; quod Auctor Anonymus Vitæ Caroli Magni, quæ extat MS. in variis Bibliothecis, in suo Prologo dicat: *Egregia ipsius B. Caroli gesta, & triumphalem bellorum ejus Historiam aliis relinquimus, quæ in Catalogo virorum fortium, & in Chronicis ejusdem multifariam reperitur, & nos officiosa sedulitate alias Micrologum conscripsimus*, ut videre est apud Bollandum ad diem XXVIII. Januarii, quo

publicum: ut sicut Ecclesiam beati Episcopi Donati & martyris, cui Deo adjutore, jure vicario præsidetis, mirabili nimium schemate peregistis: ita eidem ministros Ecclesiæ honestissimos, decentissimoque quodam privilegio cunctis fere per orbem clericis spectabiles redderetis. Et revera satis habet miraculi & optionis, cum vestræ Ecclesiæ etiam pueri in modulandi studio perfectos aliorum usquequaque locorum superent senes. Igitur nostræ quoque meriti per hac plurimum cumulabitur celsitudo, cum post . . . . . puerum tantæ ac talis Ecclesiæ per vos studiorum provenerit claritudo. Itaque quia vestro tam commodo præcepto, nec volui . . . . nec valui: offero solertissimæ paternitati tuæ musicæ artis regulas quanto lucidius & brevius potui explicatas, Philosophorum neque eadem via ad plenum neque eorumdem insistendo vestigiis, id solum procurans, quod Ecclesiæ opportunitati, nostrisque subveniat parvulis. Ideo enim hoc studium hactenus latuit occultatum, cum revera arduum videretur, ut est a quolibet humiliter explanatum. Quod qua occasione olim aggressum, quave utilitate & intentione, perpaucis absolvam.

XXIV. *Cum me & naturalis conditio & locorum mutatio communis utilitatis diligentem faceret: cœpi jure cogitare alium musicam pueris tradere. Tandem affuit divina gratia; & quidam eorum imitatione cordæ & nostrarum notarum usu exerciti, ante unius mensis spatium, versus & inauditos cantus ita primo intuitu indubitanter cantabant, ut maximum plurimis spectaculum præberetur. Quod tamen qui non potest facere: nescio qua fronte se musicum vel cantorem audeat dicere. Maxime itaque dolui de nostris cantoribus, qui etsi centum annis in canendi studio perseverent; numquam tamen vel minimam artem, per se valent afferre, semper dicentes (ut ait Apostolus a) numquam ad scientiam veritatis pervenientes.* (a) 2.Tim. 3. *Cupiens itaque tantum nostrum studium in communem utilitatem expendere: de multis musicis argumentis, quæ adjutore Deo, per varia tempora quæsivi, quædam, quæ cantoribus proficere credidi, quanta potui brevitate, perstrinxi. Quæ enim ad canendum minus prosunt, aut si quæ ex iis quæ dicuntur valent intelligi, nec memoratu digna judicavi, non curans de his, si quorumdam livescat invidia, dum quorumdam proficiat disciplina.* Hæc ad Theodaldum Episcopum.

XXV. Cui subiicitur ipse Micrologus eo titulo scriptus liber, in cujus fine sic perorat idem auctor: *Explicit Micrologus Guidonis, suæ ætatis anno trigesimoquarto, Joanne Vigesimo Romanam gubernante Ecclesiam.* Sub quo ejusdem Guidonis librorum editio facta est. Successit hic Benedicto, qui eumdem Guidonem accersivit. Ex cujus numeratione pariter intelligimus, Joannem Benedicti successorem, vigesimum ordine nuncupatum ejus nominis Romanum Pontificem.

Re-

PAGIUS quo S. Carolus Magnus colitur, ubi Prologum illum & Titulum capitulorum ejusdem Operis adhuc inediti exhibet, & ex eodem Prologo ostendit, eam Vitam ab Auctore Anonymo *tempore Frederici Ænobardi* Imperatoris post annum MCLXV. compositam fuisse. Ex quibus infert Oudinus Auctorem Micrologi, qui *de Officiis Divinis* scripsit, post illum Christi annum floruisse. Verum, ut jam diximus, vox hæc *Micrologus* quemcunque librum in Epitomes speciem editum denotat, ideoque Micrologus post annum MCLXV. de Rebus gestis Caroli M. scriptus, nihil commune habet cum Micrologo *de Divinis Officiis*, & cum Micrologo a Guidone Aretino publicato. Porro Micrologus *de Divinis Officiis* extat in Biblioth. Patrum edit. Lugdunensis.

I. REdemptoris annus millesimus vigesimustertius sequitur Indictione vi. quo Benedictus Papa ea basilica Lateranensi plurimas Sanctorum reliquias sumptas misit ad monasterium Cassinense. De quibus ista Leo Ostiensis (a): *Duo etiam argentea scrinia plurimis Sanctorum referta reliquiis, intra ipsum altare honorifice sunt in marmore superiori suspensa, quæ reverendissimus Papa Benedictus ob amorem & reverentiam sanctissimi patris nostri Benedicti, de sacrario Lateranensis palatii sumpta, ad Casinensem direxit Ecclesiam, primo Abbatis nostri Theobaldi anno, Dominicæ vero Incarnationis millesimo vigesimotertio; interdicens omnino, ne quis hinc aliquid ex iis auferre præsumat. Sunt autem istæ reliquiæ. De ligno Domini, de sanguine Domini, de vestimentis Domini, de lapide sancti Sepulcri, de velo sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Apostolorum Petri, Pauli, Andreæ, Joannis, Jacobi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ, & Matthiæ: spongia cum sanguine S. protomartyris Stephani, Laurentii, Stephani Papæ, Pelagii Papæ, Martini Episcopi, Prudentii, Juliani, Augustini, Christophori, Æmiliani, Nicandri & Marciani, Alexii, Anastasiæ, Eugeniæ, Joannis & Pauli, Quadragintà Martyrum & aliorum multorum.* Hæc Leo.

(a) Leo Ost. l. 3. c. 28.

II. Congressus Imp. cum Rege Francorum. Hoc pariter anno rediens in Germaniam ex Italia Henricus Imperator, cum Roberto Reg. Christianissimo habuit congressum, de quo ista Sigebertus hoc anno: *Henricus Imperator & Robertus Rex Francorum super Carum fluvium apud Evasium conveniunt, de statu Ecclesiæ Regni & Imperii tractaturi: & condicto, ut super his confirmandis etiam Papam Romanum simul ambo Papiæ opportune convenirent. Imperator Regem & suos multos etiam, qui tantum ad demirandam Imperatoriam majestatem convenerant, tanta liberalitate donavit, ut opibus Regum Persarum, aut Arabum posset comparari Imperatoris munificentia.* Hæc Sigebertus. Sed de hujusmodi congressu audiamus quid Glaber hujus temporis scriptor habeat, ex quo discent Principes, multoque magis alii inferioris status homines, quam vane, quam superbe disceptent inter se usque ad internecionem de præcedentia, dum alter alterum supergredi omni conatu laboret. Habet enim ista (a):

Fuit etiam ei Roberto Regi *pax cum Regibus in gyro regni sui positis, maxime cum supradicto Imperatore Henrico. Nam cum aliquando ad invicem colloquendum super Mosam fluvium, qui limes est utriusque regni, convenissent, pluresque ex ambobus partibus susurrarent, indecens esse, ut quis illorum tantorum scilicet Regum semet humilians, quasi in alterius transiret auxilium: hoc etiam fore potissimum, ut in fluminis medium navibus portarentur simul locuturi. Sed viri eruditissimi illud uterque in mente habens: (b) Quanto magnus es, humilia te in omnibus: primo namque mane surgens Imperator transiit cum paucis ad Regem Francorum, * nimioque amplexu semet deosculantes, sacramentisque Missarum decenter ab Episcopis in conspectu illorum celebratis, prandere utrisque simul congruit. Expleto quoque prandio, obtulit Robertus Rex immensa munera auri atque argenti & pretiosarum gemmarum Henrico: centum insuper equos honestissime phaleratos, super unumquemque lorica, & galea* posita scilicet: *mandans insuper tantum illorum amicitiam imminuere, quantum contingeret ex omnibus illi relinquere. At Henricus cernens amici liberalitatem, suscepit ex illis tantum librum Evangelii auro & lapidibus pretiosis insertum, ac phylacterium simile factum, continens dentem S. Vincentii Levitæ & martyris. Uxor vero illius pares auri tantum * naves accepit; cætera autem egrediens in gratia demisit.*

(a) Glab. l. 3. c. 2. III.

(b) Eccl. 3. Visitatione prævenit Imp. Regem Francor. * mutuoque

* inaures

IV. *Sequenti igitur die iterum Rex Robertus cum Episcopis ad Imperatoris tentoria transiens: qui eum satis sublime suscipiens expletoque simul prandio centum libras ex auro puro ei obtulit. Rex quoque pares tantum * naves auri ex illo sumpsit, firmatoque uterque pacto amicitiæ, rediere ad propria.* Hucusque de his Glaber: *discedat potius stylo scaber:* atque de his quæ palam. Quæ autem transacta sint inter Principes secretis colloquiis, altum silentium. Illud autem omnes docuit conjectura, inter sanctissimos Principes non nisi justa sancta piaque transigi potuisse: indigebat

* inaures

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXI. Anno Hegiræ CCCCXIV. inchoato die 26. Martii fer. 3. A. C. 1023.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6516.

☉ 24. F. ☽ 27. P. 24. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1023.

BENEDICTI VIII. PAPÆ 12.

HENRICI II. REG. 22. IMP. 10.

BASIL. ET CONST. IMPP. 48.

bat alter alterius consolatione. Etenim cum ambo Principes essent maxime pii, infideles ambo ac perduelles experti sunt alios sub se positos Principes, ut patet ex his, quæ Ditmarus de rebus Henrici, & quæ Glaber de rebus Roberti scripta reliquit, qui de eodem hæc inter alia post enarratos eos
(a) Glab. eod. c. 2. quos passus est in regno rebelles: (a) *Hic itaque Rex, ut sapientissimus Dei cultor, semper fuit humilium amator, superborumque, ut valuit, osor. Si qua enim pontificalis Sedes in suo regno proprio viduaretur Præsule: cura erat maxima, ut utilis pastor, licet genere infimus, restitueretur Ecclesiæ potius, quam nobilitatis eligeretur persona sæcularis pompæ. Qua de causa etiam primates regni sensit plurimum contumaces, qui despectis humilibus, sui similes eligebant superbos.* Hactenus Glaber.

V. Concil. Moguntinum. Hoc pariter anno celebratum est generale Concilium Moguntinum ex Germaniæ Episcopis: cui interfuit etiam Henricus Imperator. Sed inverso ordine aliqui id ponunt celebratum anno superiori. At ex certa Indictione posita in Actis ejus, nempe sexta, error arguitur. Hujus autem Synodi exciderunt Acta, tantumque ejus mentionem reperimus in rebus gestis S. Gothardi Episcopi Hildesemensis, occasione miraculi tunc ab eo editi hoc anno, qui primus
(b) Apud Sur. t. 3. die 4. Maii c. 25. (ut vidimus) censetur ejus Episcopatus. Res gesta in hunc modum ab auctore ejus temporis enarratur: (b) *Primum ejus miraculum, quod per eum Christi gratia effecit eodem primo anno ad Lectoris excitandam spem & exultationem hic merito referendum puto: quod tamen, teste Deo, non mentior, ab ipso quoque usque ad vitæ finem celatum, sed a Clero & populo, qui interfuerunt, divulgatum. Aribo Archiepisc. Moguntinus illo anno Imperatorem ad Pentecostem Moguntiam invitavit, ubi etiam Concilium generale coegit, in quo multa collapsa correxit, præcipue vero Ottonem Comitem ab Hunstein & Lemingardam præter fas sibi cohærentes separare constituerat, quod tamen perficere non potuit; quandoquidem Comes partim Imperatoris metu, partim Episcopi commonitione, utcumque ad meliorem se recepit frugem; femina autem bannos vel proscriptiones negligens, jus ibi funditus perdidit, ut hodieque perspici potest.*

Ad hoc Concilium etiam noster Præsul, & Episcopi & Imperatoris jussu evocatus, non contemnenda Cleri & militum frequentia quamvis invitus & nolens stipatus eo properabat, & in quodam qui vicinus est illi castello, ubi Dei gratia & electus & consecratus fuit, iter faciebat: ubi tum mulier quædam ab immundo vexata dæmone, a parentibus & propinquis per Ecclesias, ad Sanctorum implorandu patrocinia, circumducebatur. Qui cum audirent novum illuc advenire Episcopum, obviam ei cum dæmoniaca femina fidenter processerunt, sanctæ ejus existimationis fama illecti. Impu- VI. S. Gothardus veniens ad Synodum in via curat dæmoniacam.
rut

PAGIUS I. Synodus Moguntina. Ad num. V. & seq. Aribo Archiep. Moguntinus Moguntiæ *Concilium Generale coadunavit*, inquit Wolfherus in Vita Sancti Godehardi Episc. Hildensheimensis cap. 4. de rebus hoc anno gestis verba faciens: *in quo Episcoporum consilio, plura quæ deviaverant, correxit. Præcipue tamen Ottonem Comitem de Hamerstein & Irmgardam* (non vero, ut Baronius habet, & Tom. IX. Concil. etiam perperam legitur, Comitem ab Hanistein & Lemingardam) *illicite commanentes, separare disposuit; quod tamen penitus perficere non potuit; quia ille partim se Regali timore* (qui ab eo anno MXX. expugnatus fuerat, ut eo anno ostendimus) *partim Episcopali commonitione utcumque correxit*. Porro cum ex dictis loco citato constet, hunc Ottonem *judicio generalis Concilii* ob illicitas nuptias anathematizatum fuisse ab Archiepiscopo Moguntino, apparet illius Concilii Acta ad nos non pervenisse. [a]

II. Synodus Pictaviensis. Hoc circiter anno magna *Lemovicis* Clericos inter civitatis, & Monachos Sancti Martialis rixa exorta, cujus hæc causa fuit. In Litaniis & publicis supplicationibus *Martialis* nomen ex antiquo ritu inter Confessores habebatur, cumque *Hugo* inter Apostolos eum annumerare & *Apostoli* nomen illi dare cœpisset, quod primus Evangelii Præco in illis partibus fuerit, *Jordanus* Episcopus Lemovicensis, & Clerici Lemovicenses antiquum morem defendere instituerunt. Willelmus Aquitanorum Dux hujus nominis IV. Vir literatus & literatorum studiosus, ad dirimendam litem Synodum *Pictavi* congregavit, ut liquet ex his Odolrici Sancti Martialis Abbatis verbis, in Concilio Lemovicensi, de quo suo loco, prolatis. *Illud quoque mihi commemorandum est,*
quod

NOTÆ [a] Moguntinum istud Concilium Ottonis causam in Concilio Neomagensi anno 1018. cognitam & damnatam sine fructu, ad examen iterum & cum fructu delinquentium revocavit, ut ex iis colligo quæ Author vitæ S. Godehardi apud Pagium hic narrat. Atque ita demum sua fides coævis Scriptoribus constat. Nam Robertus Ticinensis apud Serarium, hist. Mogunt. lib. V. asserit Ottonem anathemate mulctum fuisse ante obsidionem arcis Hamerstein, eam vero obsidionem in annum præcedentem 1022. refert. Optime ille quidem, nam Otto in Concilio Neomagensi anno 1018. damnatus fuit, atque in contumacia perseverans arcis suæ possessione privatur anno 1022. dein succedente anno 1023. novæ damnationi in Concilio Moguntino submissus tandem resipuit. MANSI

vue autem spiritus illorum acceleratione pavefactus, pre os femina anxiis cœpit percontari vocibus, quonam perduceretur. Dicentibus illis, se jam in occursum Gothardi Episcopi properare: horrifico mugitu & ululatu misere se apposuit, & ipsis etiam, a quibus trahebatur, mirantibus & formidantibus reluctatus est, ejulans & vociferans, Gothardum se nec audire, nec videre posse. Sub hac colluctatione cum misera illa a Fidelibus fide & spe, ut patuit, ferventibus traheretur, & spiritus nequam omni contentione obniteretur: tandem profligato illo mulier liberata est: & ad virum Dei sub quadam arbore refrigerii causa residentem, sana corde & corpore adducta est. Is vero cognitis iis quæ facta fuerant, timore & gaudio compunctus, lacrymabundus gratias egit Deo, in faciem se prosternens. Ac deinceps feminæ manus imponens, ei bene precatus est, eamque in fide confirmatam recte valentem, atque etiam gaudentem cum exultantibus amicis a se dimisit, cœptoque perrexit itinere. Quotquot autem commitabantur eum viso hoc miraculo, plus eum revereri & amare cœperunt, utpote cujus tam præclara apud Deum merita cognoscerent. At ille graviter eis interdixit, ne cuiquam id indicarent; sed neque ægra mulier, quæ miraculum in se experta fuit, neque turba, quæ ei interfuerat, id reticendum putavit. Quod majus miraculum recte consideranti videri potest. At hæc levia esse quis dixerit, si legerit reliquas a sanctissimo viro res gestas.

VII. Hoc eodem anno moritur sanctus Hartuicus Salisburgensis Episcopus, cujus res præclare gestas scripsit ejus discipulus æque sanctus Eberardus, quas diligentia Henrici Canisii editas habes tomo secundo lectionum antiquarum.

PAGIUS *quod ante hos septem annos Rex Anglorum* (Canutus scilicet) *Duci Aquitaniæ* (præfato scilicet Willelmo) *Regalia munera misit, simulque Codicem literis aureis scriptum, in quo nomina Sanctorum distincta cum imaginibus continebantur: quod volumen jam in* CONCILIO PICTAVIENSI *dum hac eadem de re Quæstio esset, illud Dux Guillelmus literis edoctus in testimonium antiquitatis Pontificibus ostendit; erat enim ibi Martialis in aliorum Apostolorum Catalogo positus, qui peritissimus Princeps dicebat Archiepiscopo Burdegalensi, & aliis, qui ibidem aderant Episcopis, conjicere, inquiens, possumus quam egregiæ auctoritatis sit B. Aquitanorum Patronus, de quo Gregorius in illa sui laboris gente hanc legem tradidit observandam; nimirum imperitorum est dubitare, de quo S. Papa Gregorius non dubitavit. Videtis ecce o Episcopi in hoc Codice, qui apud Anglos scriptus est, prætermissum esse Timotheum, & Cleopham, & Silam & alios, quorum nomina in Evangeliis & Actibus Apostolicis, sive in Epistolis Pauli leguntur, quos Apostolos dicitis præter duodecim esse: non tamen prætermissum esse illum nostrum Patronum, qui primus Galliarum fuit Episcopus, cujus nomen in Evangeliis reticetur.* Verum in illa Synodo nihil certi definiri potuit, aliaque anno sequenti Parisiis cogenda fuit, ut ibi narrabimus.

I. Obitus Benedicti PP. & de eo visio.

ANnus surgit Redemptoris millesimus vigesimusquartus, Indictione septima, quo Benedictus Papa ex hac vita migrat tertio Kal. Martii, cum sedisset, non ut Hermannus ait, annos undecim & dies duodecim, sed ut habet Marianus, annos duodecim: quem post purgatorias pœnas salvum factum narrat Petrus Damiani in Odilone verbis istis: (a) *Si quis autem non generalitate contentus, quis specialiter per beatum Odilonem de pœnis ultricibus sit ereptus inquirit; quid de reliquis sentiat, in Papa Benedicto evidenter addiscat, ut in Romanorum Pontifice, qui omnium Christianorum caput est, valeat liquido conjici, quid de cæteris merito debeat existimari. Apostolicus igitur iste, quem diximus, dum adhuc viveret, beatum virum affectuose dilexit, reverenter excoluit, & Apostolorum Limina frequentanti necessarii sumptus opima sæpe subsidia ministravit. Huic plane, mox ut obiit, germanus ejus Joannes in Apostolica dignitate successit. Jam vero postquam humanis rebus exemptus est, non parvi temporis evoluto curriculo, jam dictus Papa Joanni Portuensi Episcopo, & aliis duobus, quorum nomina nobis nota non sunt, per speciem nocturnæ visionis apparuit: eisque quia pœnalibus esset constitutus in tenebris, indicavit, hoc insuper addens, qualiter beati Odilonis venerabilibus meritis eum superno censura liberare decreverit a tormentis. Obsecrat itaque per eos & humiliter flagitat, ut frater ejus ad præfatum unicæ pietatis virum agilem quantocyus veredarium dirigat, eumque suppliciter obsecrans, pro se orare deposcat.*

(a) Extat apud Sur. die 1. Jan. t. 1.

II. *Protinus idem Joannes Portuensis Episcopus, auctoritatis Apostolicæ fultus epistolis concito gradu Papam usque pervenit, ubi longo & immoderate forsitan accelerato fractus itinere, per monachos cœnobii beati Majoli Apostolicæ legationis apicibus dirigit, omnemque per eos sancto viro seriem a se conspectæ visionis exponit. Enim vero divino factum esse constat judicio, ut eum apud Cluniacense monasterium Apostolicæ legationis bajulus inveniret. Præcepit itaque venerabilis Pater psalmodias & orationes ab omnibus privatim & publice fieri, eleemosynas indigentibus erogari, sacrificium Deo mysteriis salutaris offerri. Nec in illo duntaxat loco id statuere contentus fuit, sed & per omnia ejusdem sanctionis edicta mandavit. Cum itaque hoc Fratres intentissima devotione satagerent, & ex ara sanctorum pectorum fraternæ charitatis flamma prosiliens, divinæ clementiæ sacrarium penetraret, jam præfixi temporis terminos propinquabat. Et ecce quidam sanctæ conversationis monachus Heldebertus nomine, qui videlicet hoc obedientiæ fungebatur officio, ut inopes aleret, & indigentibus subsidia ministraret. Hic itaque per soporem vidit, quod quidam pulcher ac serenus aspectu, ac solemni quodam nitore conspicuus, claustrum monasterii, magno candidatorum agmine constipatus, ingrederetur. In capitulum deinde, ubi pater Odilo cum Fratribus residebat, intravit; ad ejus genua caput humiliter flexit, eique (sicut in gestu corporis videbatur) gratias egit. Cumque Frater ille, qui hoc in visione contemplabatur, inquireret, quisnam*

Precibus Cluniacensium liberatur Papa de pœnis purgatorii.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXII. An. Hegiræ CCCCXV. inchoato die 25. Martii fer. 1. A. C. 1024.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6517.

☉ 25. ED. ☽ 18. P. 5. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1024.

JOANNIS XIX. PAPÆ 1.

CONRADI II. REG. 1.

BASIL. & CONST. IMPP. 49.

I. *Joannes XIX. succedit Benedicto VIII. PP.*

ANnum. I. ad V. *Benedictus* Papa hujus nominis VIII. hoc anno naturæ debitum solvit, Hermanno Contracto in fusiori Chron. Mariano Scoto & Sigeberto testibus. Auctores Catalogorum plerique, & Auctores Fasciculi temporum ac Chronici Magni Belgici annos undecim, menses undecim, & dies XXI. ei assignant, qui ideo an. MXII. mense circiter Junio Pontificatum inierat. *Joannes* enim hujus nominis XIX. frater, qui ei successit post diem sextum mensis Junii, & ante mensem Octobrem Pontificatum gessit. Primum liquet ex Rubeo in Hist. Ravenn. lib. 5. ubi mentio fit Chartæ a Joanne Papa datæ *octavo Id. Jun. qua Pontificatus Joannis VI. imperii Conradi IV. indict. XIII. scribitur.* Quare cum an. MXXX. die sexto mensis Junii sextum Pontificatus annum adhuc numerarit, currenti post illum diem Pontifex dictus est. Quoad secundum, Ughellus Tom. V. Italiæ Sacræ pag. 48. refert Privilegium Patriarchæ Aquileiensi concessum, *scriptum per manus Joannis Cardinalis & Cancellarii vice Petri diaconi, mense Septembri, indictione decima. Datum per manus Bosonis Episcopi & Bibliothecarii S. R. E. in mense & indictione suprascripta, in sacratissima sede B. Petri Apostoli anno quarto, Deo propitio, Pontificatus domni Joannis summi Pontificis & universalis noni decimi Papæ.* Ubi loco indictionis decimæ reponenda indictio undecima. Ughellus enim Tom. I. pag. 108. recitat aliud Privilegium Silvæ Candidæ Episcopo datum, *scriptum per manum Georgii Notarii Regionarii atque Scriptoris S. R. E. in mense Decembri in-*

nam esset ille, tam decorus & fulgidus qui sancto viro salutationis officium exhiberet: responsum est ei, quia ille esset Benedictus summæ Sedis Episcopus, qui nimirum idcirco viro Dei gratias ageret, quia piis ejus sanctorumque Fratrum precibus & tartarei cruciatus evasisset interitum, & cum beatis civibus quieturus, supernæ Hierusalem meruisset ingressum. In hoc valet liquido deprehendi, quæ de meritis beati Odilonis opinio jure possit haberi, cum is nimirum, qui juxta privilegium Apostolicæ dignitatis claves Ecclesiæ præ cunctis mortalibus tenuit, qui ligandi atque solvendi vires præeminenter quidam jure possedit, in illo jam invisibili examine constituens, non aliter quam precibus istius vel a peccatis solvi, vel de pœnali potuit supplicio liberari. Hactenus de his Petrus.

III. At quoniam non uni Joanni Portuensi Episcopo de pœnis, quas pateretur, sed & aliis duobus divinitus revelatum idem Petrus, ut audisti, testatur: alia ab his diversa esse noscitur visio illa, quam de eodem Benedicto idem Petrus narrat factam esse Episcopo Capreæ, quam recenset in epistola ad Nicolaum Secundum Pontificem scripta verbis illis: *Ut igitur illud inferam, propter quod ista præmisi: Episcopus, qui tum (si recte teneo)* * *Capuæ præerat, vidit majorem Benedictum Papam* (ita dictus Benedictus Octavus major respectu nepotis ejus, qui junior est Benedictus appellatus) *qui jam obierat, nigro equo quasi corporaliter insidentem. Cumque illum cæptum iter carpere cerneret: Heus, inquit, nonne tu es Papa Benedictus, quem defunctum liquido novimus? Ipse, inquit, infelix ego sum. Et ille: Quomodo tibi est, Pater? Gravibus, ait, tormentis afficior, spe tamen, si adjutorium præbeatur, de mea recuperatione non privor. Sed perge quæso ad fratrem meum Joannem, qui nunc Apostolicam occupat Sedem, eique, mea functus legatione, denuntia, ut illam potissimum summam, quæ in tali theca reconditur, in pauperes pro mea salute distribuat, sicque me redimendum esse, quandocumque decreverit divina miseratio, agnoscat. Nam cætera, quæ pro me sunt indigentibus*

* Capreæ

Joannes malis aeribus fedem Apo. stol. adscendit.

PAGIUS *indictione X.* post subscriptionem vero Præsulum viginti in eo nominatorum: *Datum XVI. Kal. Januarii per manus Benedicti Episcopi Portuensis, & vice Peregrini Coloniensis Archiepiscopi Bibliothecarii sanctæ Apostolicæ sedis anno Pontificatus domini nostri Joannis, Summi Pontificis & universalis XIX. Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli tertio, mense Decembri, indict. X.* anno scilicet Christi MXXVI. [1] Cum itaque eo Christi anno die XVII. mensis Decemb. tertium Sedis annum attigisset, in præcedenti subscriptione loco *indictionis X.* reponenda indictio XI. alioquin anno MXXVI. mense Septembri annum IV. Pontificatus, & mense Decembri ejusdem anni annum III. numeraret. Doctissimus Cardinalis Norisius in Dissert. de *Synodo Quinta* cap. 10. indictione illa X. mendose descripta deceptus existimat, Baronium & Onuphrium Pontificatum Joannis XIX. male in hunc annum distulisse, huncque anno superiori *pridie Kalend. Martias*, (qui dies ab Onuphrio notatus,) Pontificem creatum esse. Verum ex dictis certo consequens est, *Joannem* XIX. hoc anno post diem sextum Junii *Benedicto* successisse, huncque anno MXII. post eundem diem, imo & post diem XVII. ejusdem mensis, quo *Sergius* IV. adhuc in vivis erat, Pontificatum iniisse, ideoque sedisse *annos XI. menses XI. & dies XXI.* Rubeus pag. 278. Chartam profert, in qua annus IV. Joannis Papæ conjungitur cum anno III. Conradi Imp. die XI. Aprilis & indict. XII. sed loco *anni IV.* substituendus quintus.

II. Hermannus Contractus in auctiori Chronico, Platina, aliique ajunt, *Joannem* ex laico factum esse Pontificem, additque Platina, ejus vitam mirifice laudari. Sed quia nullum exemplum præcesserat electi alicujus Pontificis Romani nullis sacris initiati, non dubitandum, quin id multis tunc mirum visum fuerit, sicuti anno superiori, quando in Galliis, *Arnul-*

Laici virtutibus necessariis prediti eligi poterant.

NOTÆ [1] PRivilegium hoc Popponi Aquilejensi Patriarchæ concessum fictitium esse, constat non ex mendosa tantummodo indictionis nota, sed & ex hoc potissimum, quod cum Joannes XIX. Synodum Romæ celebraverit, Synodicam postea transmisit ad Ursum Gradensem Patriarcham, in qua fatetur deceptum se fuisse a Poppone in eo quod pro ipso dedit privilegio, quamvis asseris se in illo verba quædam inseruisse, quæ & recitat quibus a fraude se cautum utcumque reddiderat. Porro hæc eadem verba reipsa extitisse in Privilegio Pontificio Popponi dato asserit Dandulus apud Ughellium in Aquilejensibus Tom. V. pag. 49. novæ edit. Frustra hæc autem quæras in Privilegio ab Ughellio relato, de quo Pagius hic. Insuper illa Joannis Synodica data fuit Indictione VIII. Quomodo igitur Privilegium Popponis quod hac Synodica revocatum est ab eodem Pontifice, qui nonnisi novennio vixit, indictione XI. dari potuit?

Frustra igitur ex hoc documento certi aliqoid erueretur ad Epocham Joannis XIX. definiendam. Aliud igitur quærendum esse Joannis XIX. exordium censeo, quod & indicant vetusta monumenta apud Rubeum Hist. Raven. lib. 5. ad A. 1029. Legas ibi chartam datam *anno quarto Joannis Papa Chounradi anno tertio die XI. Aprilis, Indict. XI.* Is est annus 1029. epochamque Joannis, ab anno 1025. inchoandam docent. Charta vero ista recte componitur cum altera Ravennatensi a Pagio hic producta, in qua annus Joannis VI. diei VI. Junii anni 1030. alligatur; & collatione utriusque monumenti planum fit Joannem post diem XI. Aprilis & ante diem VI. Junii an. 1025. cœpisse. MANSI

tibus tradita, nihil mihi penitus profuerunt, quia de rapinis & injustitiis acquisita sunt. Hic igitur Episcopus Romam impiger adiit, & ubi Joanni Papæ defuncti fratris Benedicti verba narravit, Episcopalis mox sarcinæ pondus abjecit, monachum induit, eoque modo salutem sibi ex aliena calamitate providit. Hæc Petrus, recensens numerum illorum, qui se ab Episcopali munere abdicarunt. At non perfunctorie dictum putes a Benedicto de Joanne fratre, qui Romanam occupat Sedem; occupabat sane, qui non legitime vocatus a Deo sedit, sed malis artibus ascendit ad ipsam. Hæc autem ut cunctis pateant, ex antiquioribus auctoribus sunt promenda, atque primum omnium horum dicendum de genere. Fuerunt nempe Benedictus, de quo diximus, & Joannes fratres germani, ambo filii Gregorii, Comitis Tusculani, ut (*a*) Leo Ostiensis affirmat, patria Tusculani. De Gregorii potentia jam superius dictum est. Quomodo autem iste indignus indigne atque tyrannice Sedem occupaverit Petri, dicendum.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 27. & c. 58. in fin.

IV. Rursum monstra nobis peperit potentia sæcularis, procul facienda semper ab electione Romanorum Pontificum, ut ne vel auditu percipi omnino valeat: tractent sacra, Deo sacri, non profani, ab his procul arcendi. At quid sibi vendicaverint Comites Tusculani, a Glabro sæculi hujus scriptore sic accipe, cum de Joanne hoc agit (*b*): *Erat quippe, inquit, Joannes iste cognomento Romanus, frater illius Benedicti, cui in Episcopatum successerat, largitione pecuniæ, repente ex laicali ordine neophytus constitutus Præsul: sed insolentia Romanorum hujusmodi adinvenit palliatæ subdolositatis ridiculam scilicet, ut quemcumque pro suo libitu in præsentiarum ad Pontificatus officium delegerint, mutato nomine, quod illi prius fuerat, aliquo magnorum Pontificum nomine illum appellari decernunt.* Hæc Glaber, insinuans non huic olim nomen fuisse Joannem, sed adscitum illud postea, cum ex laico (nefas dictu) est transformatus in Papam. Ex his autem conspice, quam enormiter errent, qui (*c*) dicunt hunc ex Episcopo Portuensi creatum Pontificem: qui si non aliter, certe ex his, quæ recitavimus nuper ex Petro Damiani, manifeste redarguuntur erroris, dum longe diversum ponit fuisse Episcopum Portuensem a Joanne Papa Benedicti germano. Cæterum cum ipse Petrus Damiani hujus temporis scriptor adeo constanter affirmet, Joannem Papam Benedicti Pontificis fratrem se abdicasse a Pontificatu: asserere necesse est, Joannem hunc, qui ad decennium Sedem Pontificiam propagavit, nec nisi morte ea privatus est; cum idem ipse fuerit: eumdem post abdicationem, legitima facta electione, legitimum Pontificem jam sedere cœpisse, atque ita ad obitum usque perseverasse, sicque post abdicationem legitimum omnino fuisse Romanum Antistitem. Interea vero, quoniam peculiare illud, ut qui pecunia emunt sacra, pecunia pariter sacra distrahant: quid hoc ipso suæ ordinationis exordio tentatum fuerit a Græcorum Ecclesia, ab eodem Glabro sic accipe: (*d*)

(b) Glab. l. 4. c. 1.

Sæcularis potentia parit monstra.

(c) Panv. & alii eum secuti

(d) Id. eod. l. 4. c. 1.

V. *Circa annum igitur Domini millesimum vicesimumquartum Constantinopolitanus Præsul cum suo Principe Basilio, aliique nonnulli Græcorum consilium iniere, quatenus cum consensu Romani Pontificis liceret Ecclesiam Constantinopolitanam in suo orbe, sicut Roma in universo, universalem dici & haberi. Qui statim miserunt, qui deferrent multa ac diversa donorum xenia Romam tam Pontifici, quam cæteris, quos suæ parti favere conspicerent. Ubi advenientes exposuerunt suæ profectionis querelam. Sed quid non pertentat cæcus amor habendi?*

Græci tentant surripere nomen universalis.

estque

PAGIUS

nulpho Remensi Archiepiscopo demortuo, *Ebulus* seu *Ebulo* adhuc laicus in eam Sedem evectus est. Verum quod *Fulbertus* Episcopus Carnotensis tunc ad *Guidonem* Episcopum Silvanectensem scripsit, Joanni Papæ XIX. etiam applicandum: *Amor justitiæ*, inquit Fulbertus Epist. XXXVIII. vel juxta Duchesnium XVII. *qui tuam, Pater, animam imbuit ab nativitate, fecit eam offensam, & ab excessibus cautam. Cujus rei fidem cum ex aliorum dictis, tum ex literis tuis evidenter accepi. Sed ab ordinatione Eboli Remensis Archiepiscopi non valde tibi metuendum puto esse, si est, ut dicitur, ab infantia Christianus, sano sensu, sacris literis eruditus, sobrius, castus, amator pacis, & dilectionis, nullo crimine, nulla infamiæ nota turbatus; tandemque a clero & populo suæ civitatis electus. Magni etenim viri, et optime nosti, Ambrosius Mediolanensis, & Germanus Autissiodorensis aliique nonnulli, quia tales in laico habitu extiterunt, subito nobis Sancti Præsules exierunt. Dominus vero Papa, cujus animadversionem te revereri significasti, non est quod tibi merito debeat succensere, si te graviter collapsæ sanctæ Remensi Ecclesiæ aliquam spem resurrectionis audierit providisse.* Quod si tamen verum est quod scribit Baronius ex Glabro lib. 4. cap. 1. & confirmat Chronographus Virdunensis, *Joannem* nempe largitione pecuniæ ex laicali ordine neophytum ordinatum, hæc ei favere non possunt. Porro Joannem istum XIX. dictum fuisse, laudatæ subscriptiones extra omnem dubitationem ponunt.

III. A num. V. ad VIII. Hugo Flaviniacensis Abbas in Chronico Virdunensi de Joanne Papa XIX. hæc habet: *A quo cum requisisset Constantinopolitanus Antistes, ut sua Ecclesia, sicut & Romana universalis diceretur, & donis eum, Romanosque, qui Curiæ præerant innu-*

me-

estque proverbium: Aureo pugillo murum frangere ferreum. At licet pro tempore Philargyria mundi regina queat appellari; in Romanis tamen inexplebile cubile locavit. Mox namque, ut videre Græcorum sibi deferri fulgidas opes, versum est cor illorum ad fraudulentiæ diverticula, pertentantes an forte clanculo concedere quiverant quod petebatur. Sed nequaquam. Non enim potest falli summa Veritas, quæ spopondit: (a) Mat. 16. *(a) Portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Dum ergo adhuc leni sub murmure hujusce machinatores in conclavi sese putarent talia tractavisse; velox fama de ipsis per universam Italiam decurrit. Sed qualis tunc tumultus, quam vehemens commotio per cunctos extitit, qui audierunt, dici non valet. Præcipue tamen vir prudentissimus, pater videlicet* (b) supra l. 3. c. 5. *Vuillermus, de quo jam (b) diximus, ad Romanum Pontificem de hac re misit epistolam corpore brevem, sed materia ingentem, ac sermone pungentem, talia continentem.*

VI. Epistola Willelmi Abbatis ad Joannem Papam.

Gratia Dei, & reverentia beati Apostolorum principis Petri sedium in orbe terrarum excellentissimo indepto Papæ Joanni, Villermus Crucis Christi servus, sedem judicii. Cum Apostolo & regni coronæ magistro Gentium dictis instruimur, Seniorem non increpandum: idem tamen alias dicit: Factus sum insipiens, vos me coegistis. Idcirco igitur filiationis diligentia hortamur communem vestram paternitatem, qualiter in uno initemini cogitationes hominum providentem Dominum Salvatorem, ut dicatis ad aliquem vobis unanimem, quemadmodum (c) Mat. 16. *ipse Petro: (c) Quid dicunt homines de me? Si vero responsum illius ex fido fuerit: animadvertite qualiter sonuerit. Si autem clare, custodite ne obfuscetur; si vero obscura: Lux mundi oranda est, qualiter ita fulgeatis, ut universis in gremio Ecclesiæ constitutis ad viam mandatorum Dei gradiendam lumen præbeatis. Sed est fama res, quæ nuper erga nos accidit, de qua quis audiens non scandalizatur, noverit se longe ab amore superno disparari. Quoniam licet potestas Romani Imperii, quæ olim in orbis terrarum monarchis viguit, nunc per diversa terrarum innumeris regatur sceptris: ligandi, solvendique in terra, atque in cælo, potestas dono inviolabili incumbit magisterio Petri. Atque ista idcirco diximus, ut animadvertatis, non aliter Græcis quam xenodochia hujusea* * *quam audivimus, apud nos requirere, impetravisse. . . . . De cætero quoque optamus, uti universalem decet Antistitem, vos acrius in correctione ac disciplina sancta & Apostolicæ Ecclesiæ vigere, æternaque ac feliciter valere.* Hucusque Willermi epistola ad Joannem creatum Pontificem, utinam integra, & non mendosa, atque truncata verbis, quæ tanti ponderis fuit, ut levem hominem ne faceret quod moliebatur, omnino cohibuerit. Erat autem hic Willermus Abbas, Monasterio S. Benigni a sancto Majolo Cluniacensi Abbate præfectus, de quo inter alia multa Glaber hæc haber: (d) *Erat enim prædictus Vuillermus acer ingenio, & insignis prudentia, idcirco summum in palatiis Regum, ac cæterorum Principum obtinebat locum. Quodcumque denique monasterium proprio viduabatur pastore, statim compellebatur tam a Regibus, vel Comitibus, quam a Pontificibus, ut meliorandi gratia illud ad regendum susciperet, quoniam ultra cætera divitiis, & sanctitate ipsius patrocinio assumpta cernebantur excellere monasteria, &c.*

* locus depravatus, in quo plura videntur desiderari

(d) Glab. l. 3. c. 5. Willermus Abbas ex Cluniacensibus.

VII. Rursus schismate divisa Ecclesia Constant.

Quod autem ad dictam legationem Græcorum pertinet, eos nihil penitus ab Apostolica Sede impetrare potuisse, docent epistolæ Leonis Papæ IX. post annos viginti conscriptæ ad Michaelem Constantinopolitanum Patriarcham, quibus expostulat de ejusmodi titulo, Oecumenicus, quem suæ sedis Episcopi præter jus fasque, reclamante semper Apostolica Sede, nimia arrogantia usurpassent. Ex quibus aperte cognoscitur, ab ea petitione Legatos tamdem fuisse repulsos. Quod etiam ex eo redditur manifestum, quod illa Ecclesia hactenus Ecclesiæ Romanæ nova redintegratione conjuncta, rursus schismate se divisit, ut quæ suo loco sunt dicenda, demonstrant.

Hoc

PAGIUS Patriarcha CP. a Joanne PP. petiit, ut Universalis dici posset.

meris flecteret; ita ut clanculo tentarent concedere quod rogabatur, omnis ob hoc vehementissime commota est Italia. Sed Galliarum Episcopi & Abbates, his obviare conati sunt, quidam in persona sua, quidam vero litteris missis Sedem Apostolicam visitantes, & tantum opprobrium & dedecus auctoritatibus ad modum prolatis, quibus contradicere fas non esset, a Romana Ecclesia propulsantes. Nec defuit in his Patris Richardi (Abbatis Virdunensis) *authentica præsentia, imo omnino satagit, ut Constantinopolitanea præsumptio confutata quiesceret, filium se Romanæ Ecclesiæ, dum matris honori providebat, ostendens. Inter alios quoque Willelmus Abbas eximius* (monasterii nempe Divionensis sancti Benigni) *Epistolam Papæ misit corpore brevem, sed materia ingentem, & sermone locupletem, quam hic inserere non piguit.* Eam refert Baronius num. VI. ex Glabro doletque quod ea mendosa, & verbis truncata sit. Quare locum mendose descriptum hic referam emendatum: *Quoniam licet potestas Romani imperii, qua olim in Orbe terrarum Monarchas viguit, nunc per diversa terrarum*

loca

VIII. *Obitus Henrici Imp.* Hoc eodem anno, tertio Idus Julii moritur Henricus Imperator, & sepelitur Bambergæ, quam civitatem Episcopali sede, pluribus Ecclesiis, monasteriis, redditibus, & amplissimis donis illustraverat. *Ad mortem Henricus veniens* (inquit (a) Leo Ostiensis) *Episcopis, Abbatibusque præsentibus, Chunegundam conjugem suam propinquis tradidisse dicitur, ac dixisse: Recipite quam mihi tradidistis virginem vestram.* Ut qui mutuo consensu castitatem servare Christi amore statuissent. Eadem & alii plerique testantur. Renovata sunt in Christianis Imperat. magno miraculo, quæ in primitiva illa Ecclesia apud Fideles reperiri aliquando contigisse, ea Tertulliano suo loco narravimus: unde merito auctor ejus temporis in Chunegunde: (b) *O conjugium non voluptate, sed bona voluntate copulatum! o sanctum matrimonium, ubi una fides inviolatæ castitatis, ubi unus spiritus misericordiæ & veritatis! ubi idem velle in virtutibus, idem nolle in vitiis, ubi nec primus, nec alter discernere potuit, dum alter quod primus voluit: ubi par animus in multifariis operum effectibus pariter in duobus ostendit affectus. Quales has nuptias dixerim nescio. Unum scito, quia nescit modo regio nostra tales, dum propter regnum cœlorum se castrantes, nec prolem terrenæ fœcunditatis expectantes, cælibem in Deo generationem reciperent, a quorum ore laus Dei numquam deficiet. Hæc est generatio quærentium Dominum, qui viventes in Christo, & membra sua propter Christum super terram morientium, modo regnantes cum Christo, bona Domini sui vident in regione viventium.*

(a) *Leo Ost. l. 2. c. 47.*

(b) *Apud Sur. die 3. Martii.*

IX. Sed sicut Imperatoris castitas nulla umquam potuit suspicione pullari: ita & sanctissimæ Augustæ illibata pudicitia aliquando calumniam passa, quasi aurum examinata per ignem, illæsa permanens, majori fulgore orbi refulsit: dum (ut idem auctor, & alii narrant) eadem Chunegundis apud virum delata de suspecta consuetudine militis, expetens ipsa, securitatem sibi pariente innocentia, probari per ignem: ignitos vomeres, non secus ac flores, illæsis manibus contrectavit. Vidit infaustum sæculum numquam hactenus visum in continentia tantorum Imperatorum miraculum: gloriatur jure Germania uno se edidisse partu Augustum & Augustam sanctos Imperatores, inter Sanctos relatos ambos. At de Chunegunde suo loco dicendum; modo autem sanctissimi Principis gloriosa funera prosequamur, non quæ adulatio humana persolvit, sed quæ Deus in ostensione miraculorum exhibuit, ut illud Davidicum occinuisse canticum loco næniæ liceat: (c) *Scitote quia mirificavit Dominus Sanctum suum.* Qui ejus vitam scripsit Adalbero Episcopus Ultrajectensis, ut auctor est Sigebertus, ipse pariter edita ab eo miracula scriptorum memoriæ consignavit, quæ ab Ecclesia esse recepta, testatur auctor in Chunegunde, dum ait: *De vita, & miraculis Pii Henrici Imperatoris Christianissimi, & de misericordiis variis, quas fecit in domo Domini: de signis quoque & miraculis, quæ post transitum ejus per eum fecit Deus, satis ac digne scripta sancta recepit Ecclesia.* Hæc ipse.

(c) *Psal. 4.*

X. *Pro anima Imp. laborat Chunegundis.* Prosecuta est animam conjugis pia Imperatrix piis officiis postrema pie persolvens. Quamvis enim obitu Imperatoris omnia oppleri turbis & misceri rumoribus contigerit; ipsa animo constans, illud unum totis viribus conabatur, ut eleemosynis atque precibus Deo animam conjugis commendaret. De quibus hæc idem auctor ejus temporis in Chunegunde: *Quanta vero eleemosynarum largitate, quanta orationis instantia pro beati conjugis anima desudaverit, in subscripta pagina, quam ipsa per se (non litterarum, & artium aliarum ...... distinguere auro, gemmisque sacras vestes peritissima fuit) composuit, & scripsit, quicumque voluerit agnoscere poterit.* Quæ sic se habet missa ad moniales monasterii, ad Consugia, dicti:

XI. *Chunegundis divina dispensatione solo nomine Imperatrix specialiter dilectæ congregationi ad Consugio, quidquid justæ convenit dilectioni.*

Propriæ adversitatis sarcinam (velut asti-

PAGIUS *loca innumeris vegatur sceptris, ligandi solvendique in cælo & in terra potestas incumbit magisterio Petri. Atque idcirco ista diximus, ut animadvertatis non aliter Græcos, quam xenodoxia hoc quod audivimus apud vos requirere, impetravisse. De cætero quoque optamus* &c. Quibus ex verbis liquet, ex falso rumore, qui percrebuerat, Joannem Græcis jam concessisse, quod ab eo petierant, scribendi argumentum Guillelmum Abbatem Sancti Benigni sumsisse.

IV. A num. VIII. ad XII. Sanctum *Henricum Imp.* hoc anno animam Deo reddidisse, idque *III. Idus Julii*, asserunt Wippo in Vita Conradi Salici, Hermannus Contractus in Auctiori Chronico, Chronographus Hildenshemensis, aliique. Addit hic Chronographus: *XXII. annis, hebdomadis V. & unum diem regnavit.* Quare anno MII. *VII. Idus Junii*, non vero III. Idus Junii, ut habet Baronius, die scilicet VII. mensis Junii in quem Dominica cadebat, coronatus fuit, & anni illi XXII. die sexta Junii currentis anni finiuntur, post quem supersunt hebdomadæ quinque & dies unus, nempe dies XII. Junii, sicque Chronographus diem emortualem ejus excludit. Ejus Vi-

Moritur S. Henricus Imp.

Epistola S. Chunegundis Imperatricis.

æstimo) facilius tolerarem, si vestras res salvas incolumesque existere viderem. Quamvis enim mens procellosis curarum fluctibus undique quatiatur; vestræ tamen recordationis anchora a cordis profunditate non avellitur: & licet longe remotæ ab oculis sitis, ab animo tamen numquam receditis. Quis nos separabit a charitate Christi? casus doloris, an longinquitas remotionis? Quin etiam si amissæ facultatis usus concederetur, voluntas hæc operis exhibitione comprobaretur. Ipsum tamen modicum, quod adhuc Deo volente, reliquum tenemus, vestræ commotioni alienum esse nolumus, ut participatione parvitatis reveletur magnitudo devotionis; mater namque si parum habuerit, parum filiis tribuit. Ecce hæc modici sumptus munuscula ad refectionem vobis mittuntur carnis, ut animam Senioris patris vestri continua alimonia orationis reficiatis, quoniam tot justorum preces unanimiter continuatæ apud Deum multum possunt proficere, Jacobo (a) attestante: Multum valet deprecatio justi assidua. Ille etiam atque etiam justus Dominus, qui justitias dilexit, æquitatem supplicationis audire non respuit, sed vobis indefessis intercessoribus supradicti chari memoriam facientibus, salutis dabit præmium, quod ipse promittet dicens: (b) Qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. Atque bonum opus in conspectu etiam Dei placitum esse cernitis, si non solum pro illis, qui in hac vita positi multa vobis bona; sed pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraveritis. Obsecro ergo, ut eum a cordibus vestris numquam abiiciatis, qui vos tamquam proprias amavit, atque hunc locum vestra servitute florere volait. Estote quoque meæ necessitatis memores, semper in hilaritate cordis misericordes, secundum illud Apostoli: (c) Delectia sine simulatione. Nec non vestræ mentes in quamdam mutuæ charitatis soliditatem magis ac magis concrescant, quatenus in die tribulationis clamorem vestrum ipsius aures exaudiant, qui dicit: (d) Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo: in medio eorum sum. Quod vos omnimode promereri hortor, eodem præstante, qui cum Patre & spiritu sancto vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.* Hæc Chunegundis.

* communicationi.

(a) Jac. 5.

(b) Matt. 10.

(c) Rom. 12.

(d) Matt. 18.

☞ Nec hic de Henrico prætereat, eum post obitum claruisse miraculis, quamobrem ab Eugenio Papa inter Sanctos receptus est: cujus canonizationi qui adversatus est Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, eumdem est passus sanctum Henricum ultorem. Hæc in vita ejus a Canisio edita tomo sexto Antiquæ lectionis. ☜

Sed ad successorem Henrici convertamus ora- XII.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS Vitam scripsit *Adelboldus* Auctor coævus, Monachus Laubiensis & Episcopus Ultraiectinus, anno MXXVII. demortuus, de quo Vossius in Hist. Latinis lib. 2. cap. 42. & Gretserus in Sanctis Bambergensibus. Eo mortuo *Sancta Chunegundis* ejus uxor, fundatrix Monasterii Confugiensis, ad Sanctimoniales *Confugii* Epistolam scripsit a Baronio recitatam, qua eis animam Sancti Henrici conjugis cum quo in castitate vixit, commendavit. Ditmarus lib. 7. *Confugiam* appellat *Kapungun* vulgo *Kuffungen*, haud procul Cassellis Hassicis positum.

V. *Ejus successor a Proceribus Germaniæ non vero a VII. Electoribus creatus.*

Ad num. XII. & seqq. *Cum imperator sine filiis obiisset*, inquit Wippo Presbyter, *quilibet potentissimus secularium Principum vi magis, quam ingenio nitebatur: aut fieri primus, aut quacumque pactione a primo secundus; ex qua re discordia pene totum regnum invasit: adeo ut in plerisque locis, cædes, incendia, rapinæ fierent, si non ēt impetus illustrium virorum suffiamine impediretur.* Refert postea summorum nomina quædam, sive Pontificum sive secularium Principum, *qui tunc in regnis vigebant, quorum consiliis consuevit Francia* (nempe Teutonica) *Reges eligere.* Paulo post: *Italiam transeo, cujus Principes in brevi convenire ad Regiam electionem nequiverunt, qui postmodum in Urbe Constantiensi cum Archiep. Mediolanensi, & reliquis Principibus occurrentes Regi, sui effecti sunt, & ei fidelitatem libenti animo juraverunt.* Tacet hic Wippo Italos voluisse Robertum Francorum Regem, aut Willelmum IV. Aquitaniæ Ducem sibi præficere, & a Germanis deficere, quod anno sequenti narrabimus. Paulo post subjungit Wippo: *Supra memorati Episcopi & Duces, cæterique Potentes haud aliter periculum minitans melius aut citius evadere nati, summa ope & industria memorabili utebantur, ne respublica diutius sine regente nutaret, &c. Tandem condicta est dies, notusque locus, fit publicus Conventus, qualem me vidisse antea non memini, &c. Inter Moguntia confinia & VVormatia locus est, amplitudine planitiei causa, multitudinis maxime receptabilis, &c. Ibi dum convenissent cuncti Primates, & ut ita dicam, vires & viscera regni, cis & circa Rhenum castra locabant. Qui dum Galliam a Germania dirimat, ex parte Germaniæ Saxones cum sibi adjacentibus Sclavis: Franci Orientales, Norici, Alemanni convenere. De Gallia vero Franci qui supra Rhenum habitabant, Ribuarii, Lutharingi coadunati sunt.*

VI. *Conradus Salicus Rex Germaniæ eligitur.*

Paulo post: *Cum diu certaretur, qui regnare deberet, &c. inter multos electi pauci sunt, & de paucis admodum duo sequestrati sunt, &c. Erant duo Chunones* (seu Conradi) *quorum unus quod majoris ætatis esset, major Chuno vocabatur: alter autem junior Chuno dicebatur, ambo in Francia Teutonica nobilissimi ex duobus fratribus nati: quorum alter Hetzel* (idest Henricus) *& alter Chuno dictus est. Ipsos vero ab Ottone Duce Francorum* (seu Franconiæ) *natos accepimus, cum duobus aliis Brunone & VVillelmo; ex quibus Bruno Apostolicæ Sedis Romana Ecclesia Papa effectus, mutato nomine Gregorius appellatus est. VVillelmus factus Argentinensis Ecclesia Episcopus miro modo eam sublimavit, &c. In his duobus, idest, in majori Chunone & juniore diu pendebat re-*

orationem. Conradum sibi successorem designasse in regnum ipsum Henricum Imperatorem, nonnulli affirmant, ut (a) Leo Ostiensis: at alii post ejus obitum ab Archiepiscopis, & aliis Germaniæ Principibus fuisse electum tradunt, non absque contradictione potentum. Longe autem errant, qui hunc filium fuisse ipsius Henrici Imperatoris scripsere.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 59.

XIII. Conradus Alumnus Burchardi Episc. Vormat.

Quod autem ad genus ipsius pertinet, ex Wormatiæ Ducibus originem ducere, Scriptores rerum Germanarum pariter asseverant, fuisseque filium Henrici, filii Ottonis, ex quo genitus Gregorius Quintus summus Pontifex. Cujus ætatis primordia fuere humilia atque quieta, ceteris suis consanguineis cuncta, etiam ecclesiastica conturbatione miscentibus. *Unde contigit* (ait auctor vitæ Burchardi Wormatiensis Episcopi, hujus ætatis scriptor) *ut idem vir Dei Burchardus hoc genus hominum omnibus vitæ suæ diebus exosum haberet, & quasi Ecclesiæ Dei invasores omnes respuisse, uno tantummodo juvene excepto, Conrado scilicet, quem parentes, cæterique cognati, quia pacificus erat, & innocentiam vitæ diligebat, indignando respuerunt. Hunc vir Dei venerabilis Burchardus ad se vocatum, Dei timorem pariter & amorem docuit, & quasi adoptivum nutrivit, & quia stabilitatem animi in eo intellexit, præ cæteris multum illum dilexit. Quem Deus postea in solium regni clementer exaltavit.* Hæc de Conradi pueritia & adolescentia invisa cognatis, Deo autem, Deique servis amica, qui tantum virum habuit educatorem, instructorem, & monitorem, per quem Dei timorem edoctus, per eum ad Imperium aperuit sibi viam.

XIV.

In juventutis lubrico eo tantum facto infamatus legitur, quod relictam Ernesti Suevorum Ducis, ex qua duos susceperat filios, nomine Giselam, ex progenie Caroli Magni oriundam, duxit uxorem; cujus rei causa ejus electio, atque unctio est retardata, ut Glaber affirmat, his verbis: (b) *Cum enim diu multumque de constituendo regni Principe, ac præcipue inter Præsules tractatum fuisset; visum est eis ipsum Conradum debere eligere, nisi quod unum intererat, propter quod Henricus etiam illum valde exosum habuerat. Habebat enim conjugem, quæ illi erat affinis, quam etiam primitus quidam cognatus ipsius duxerat. Propterea innotuerunt ei Pontifices, quid potissimum vellet, aut tale conjugium, quod manifeste sacræ auctoritati animum repugnabat, tenere, seu eo dimisso, coronam Imperii sumere. Qui protinus dimittendum promisit tale incestum conjugium; seque parere diligentissime illorum dictis, & obedire consiliis. Deinde vero mittunt ad Papam Romanum, ut eis in hoc, quod decreverant, consentiret. Qui statim libentissime annuit: mandans insuper, ut quan-*

(b) Glab. in exord. l. 4.

Incestuosum conjugium retardat electionem Conradi.

PAGIUS

reliqua nobilitas, &c. Archiepiscopus Moguntinensis, cujus sententia ante alios accipienda fuit, &c. elegit majorem Chunonem suum in dominum & Regem, &c. Hanc sententiam cæteri Archiepiscopi & reliqui sacrorum ordinum viri indubitanter sequebantur, &c. Tunc singuli de singulis regnis eadem verba electionis sæpissime repetebant, &c. Et ut nulla mora consecrationis illius fieret, postulabant, &c. Peracta electione Regem sequi Moguntiam ubi sacratissimam unctionem acciperet, cum claritate maxima omnes properabant. Addit Wippo consecrationem Regis factam in *die Nativitatis Sanctæ Mariæ*, cui suffragatur Chronographus Hildensheimensis, qui dicit eam peractam *VI. Id. Septembris*: Hæc fusius ex Scriptore qui electioni præsens fuit narranda duxi, ut institutio Septem Electorum Imperii a Gregorio V. facta ab omnibus tandem explodatur; cum vel sola Conradi Salici electio annis circiter viginti sex post Gregorii V. mortem facta eam commentitiam esse demonstret.

VII. *Conradus Salicus non a filio sed a filia Ottonis M. originem duxit*

Conradum Salicum originem ducere a *Luidolfo* Ottonis magni filio, a quo prognatus sit Otto Dux, (quo nomine appellatus Conradi Salici avus), docuit Guillimannus in peculiari Tractatu *de Origine & Stemmate Conradi Salici*, Friburgi in Brisgovia anno MDCIX. typis edito, huncque postea Blondellus in Pleniori Assertione Genealogiæ Francicæ Tom. II. pag. 35. passimque Historici Germanici secuti sunt. Verum *Conradum Salicum*, non a *Luidolfo sed Luitgarda* ejus sorore Conrado Lotharingiæ, Franconiæ, ac Wormatiæ Duci nupta descendere, anno MV. jam certo argumento demonstravimus, & eam litem etiam diremit Auctor Anonymus Conrado Salico contemporaneus, cujus breve Chronicon Regum Francorum Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæsareæ pag. 393. & seq. publicavit. Sed nec hunc Scriptorem, nec Auctorem Vitæ Adalberonis Episcopi Metensis cujus verba loco laudato retulimus Guillimannus habere potuit, quia nondum tunc lucem viderant. Et licet Aventinus in Hist. Boiorum lib. 5. pag. 313. genus hujus Imperatoris scite notasset, quia tamen more Scriptorum sui sæculi unde illud acceperit, non memoravit, solaque avorum ejus ac proavorum nomina expressit, hactenus, hæc controversia Viros doctos in diversas opiniones divisit. Hæc Anonymi Lambeciani verba; *Conradus Dux* (scilicet Lotharingiæ) *qui fuit ex progenie Conradi prædicti* (Conradi nempe Germaniæ Regis, hujus nominis primi) *accepit filiam primi Ottonis Imp.* (videlicet Luidgardam) *ex qua fuit Otto Dux* (scilicet Francorum aut Franconiæ). *Otto Dux filios habuit duos: unus nomine Cono*, (seu Conradus Dux Austrasiorum, de cujus matrimonio cum Mathilde filia Gerbergæ Conradi Burgundiæ Regis filiæ, anno MV. egimus) *& alius Hezil* (idest, Henricus). *Ex isto Hezil natus fuit Cono*, QUI MODO REX EST. Quare hic Auctor quæ vidit, scripsit, floruitque tempore Conradi Salici, cujus genealogiam texuit. Conradum Salicum ex filia Ottonis M. progenitum etiam affirmat Auctor Anonymus Genealogiæ S. Arnulphi.

quantocyus suscepto Germaniæ sceptro, Romam pergeret, suscepturus totius Italiæ coronam. Hæc de electione Conradi. Quando autem in Italiam perrexerit, suo loco dicturi sumus. Porro inaugurationem Conradi non hoc anno factam, quo ejusmodi contentiones viguerunt, sed sequenti, est nonnullorum assertio: verum ex diplomatibus ejusdem Conradi Regis liquet, hunc annum primum ejus regni numeratum. Recitantur illa in præambulis ad Burchardi decretum: tu consu-

PAGIUS VIII. *Sicuti etiam Gregorius V. Papa.*

Conradus itaque Salicus nepos fuit *Ottonis* Ducis Francorum, ut diserte prodit Wippo citatus, sed hic Otto, non *Luidolfi*, ut credidit Guillilmannus, sed *Conradi* Lotharingiæ Ducis & *Luitgarda* Ottonis M. natæ filius erat. Cumque *Otto* Franconiæ Dux Conradi Salici avus, ex *Juditha* uxore filios quatuor susceperit, nempe *Conradum* Austrasiorum seu Carinthiæ Ducem, de quo anno MV. *Henricum* Conradi Salici patrem, *Brunonem*, qui sub nomine Gregorii V. Pontificatum Romanum gessit. & *VVillelmum* anno MXXIV. Argentinensem Episcopum creatum, ut mox ex Wippone vidimus, manifestum est, deceptos viros Eruditos, qui *Gregorium V.* Papam linea masculina Ottone M. prognatum fuisse in literas misere. Nam *genus Ottonis Magni* cum Ottone tertio *consumptum*, est, ut ex Auctore coævo anno CMXCVII. ostendimus. His adde Ottonem *Luidolphi* filium fuisse tantum *Bojoariæ* & *Alemanniæ*, ut anno CMLVII. monstravimus Ducem, sed nunquam *Francorum*.

IX. *Evertitur primum fundamentum contrariæ sententiæ.*

Hæc præcipua Guillilmanni, qui hanc difficultatem examinavit, fundamenta. Observat Vir eruditissimus *Bernonem* Augiensem Abbatem Conradi Salici coætaneum in Præfatione ad Henricum hujus nominis Imperatorem II. & Conradi Salici filium, scribere: *De patris vestri Chunradi prosapia non adeo est dicendum, cum pateat cunctis quatenus ex generosa Ottonis Augusti germine genus ducitis*. Verum non de paterna, sed de materna linea loquitur *Berno*; cum in eadem Præfatione asserat, Henricum II. Imperatorem Salici filium directo sancti Arnulphi Metensis & Caroli Magni stirpis sanguine ortum esse: *De quorum numero*, inquit, *indubitanter existitis, qui ex avitis progenitoribus tam nobilem, quam religiosam genealogiæ lineam ducitis. Nam Ansgisus filius sancti Arnolfi*, &c. *Ex quo* (scilicet Carolo Magno) *stemma pervenit ad quemdam Ludovicum Regem nobilem Francorum, qui pater extitit Lotharii Regis & Karoli Ducis* (nempe Lotharingiæ). *Cujus Hludovici filiam Chunradus Rex Burgundionum duxit uxorem, de qua genuit vestram aviam, matrem videlicet Gislæ divæ memoriæ matris vestræ*. Vides Bernonem a Carolo Magno Giselæ Henrici Germaniæ Regis hujus nominis III. matris, parique methodo *Conradi Salici* ejusdem Henrici patris originem ab Ottone Magno deducere, utrobique scilicet ex linea materna.

X. *Evertitur secundum fundamentum.*

Refert etiam Guillilmannus Chartam Ottonis Ducis, qua monasterium *Greveuhusa* in diœcesi Spirensi *anno Incar. Dom. CMLXXVII. Indict. VI. Imp. Ottone II.* instituit, *suadente* inquit, *Juditha contherali mea cum adsensu trium filiorum meorum Heinrici, Brunonis, Chunonis*. Quibus ex verbis Guillilmannus infert, *Ottonem* nepotem ex filio Ottonis M. patrem extitisse Henrici qui genuit *Conradum Salicum*, Brunonis seu *Gregorii V.* Papæ, & Chunonis seu *Conradi* Carinthiæ & Austrasiorum Ducis. Ita ille pag. 22. sui Operis. At Vir eruditissimus hanc Chartam Ottoni *Luidolphi* filio & Alemanniæ Duci male adscribit; datis enim ea ab *Ottone* Francorum, seu Franconiæ Duce. Liebnitzius quippe in erudita sua Præfatione ad Codicem Diplomaticum Rerum Germanicarum recte vidit, superiorem & inferiorem Palatinatum, ubi *Spira* posita, membra fuisse Ducatus Franconiæ, & Palatinos Duces usque ad *Fridericum* Imper. hujus nominis primum, nec Officiales nec feudatarios immediatos Imperatorum & Imperii Romani extitisse, sed Ducum & Ducatus Franconiæ. Quare Otto filius Conradi & *Liudgarda*, ad quem Palatinatus, urbesque Wormatiæ & Spiræ pertinebant, Dux erat Franconiæ, non vero Alemanniæ, a qua tantum utraque Alsatia pendebat, cujusque *Argentina, quæ Strasburg dicitur, caput* fuit, ut prodit Ditmarus lib. 5. Hinc *Conradus Junior* Ottonis Francorum Ducis ex filio nepos a Wippone in Vita Conradi Salici modo *Dux Franconiæ*, modo *Dux VVormatiensis* dicitur, & Conradus pater Ottonis Francorum Ducis ab Ottone Frisingensi, aliisque *Dux VVormatiensis* appellatur. Conradum vero *Salicum*, *Henricum* Germaniæ Regem hujus nominis III. ejus filium, *Henricum IV.* nepotem & *Henricum V.* Imper. *VVormatiæ* sepultos fuisse, eorumque sepulcra se ibi vidisse, diserte testatur Abbas Urspergensis in Chron. ad an. MCXXV.

Hermannus Contractus in Chron. narrata Conradi Salici unctione subdit: *Nec multo post uxor ejus Gisela a Piligrino Archiepiscopo Coloniæ Regina nihilominus benedicta II. Kalend. Octob.* sed legendum, *V. Kal. Octob.* qui dies hoc anno in Dominicam incidit, quibus diebus hujusmodi solemnia fieri solita. Baronius num. XIV. causam cur *Giselæ* unctio retardata fuerit, refert ex Glabro, initio lib. 4. Wippo vero de Gisela scribit: *Hac quorumdam hominum invidia quæ sæpe ab inferioribus surgit ad superiores, per aliquot dies a consecratione sua impediebatur. Cæterum si illud odium juste, an injuste, pertulerit, adhuc in quæstione moratur: tamen virilis probitas in femina vicit, & ex consensu & petitione Principum consecrata, necessario comes Regem sequebatur*. XI. *Coronatio Giselæ Salici uxoris.*

Cum anno superiori in Concilio Pictaviensi quæstio agitata fuisset, an *Sanctus Martialis* Apostoli vel Confessoris nomine vocandus esset, nihilque decidi potuisset, hoc anno *Parisiis* aliud celebratum, ubi frequentior Doctorum numerus adfuit. *Robertus* Francorum Rex, *Gauzlenus* Bituricensis Archiepiscopus, & multi Præsules, *Hugo* Abbas sancti Martialis, *Odolricus* ejus successor, aliique cum Magistris Parisiensibus eidem præsentes fuere. Lemovicenses contendere *Martialem* vocandum esse *Primum Confessorem*, non *Apostolum*; Parisienses vero eum etiam *Apostoli* nomine præter cæteros XII. posse appellari: tandemque a Roberto Rege pro Parisiensibus conclusum, & sententia Synodi Romam ad Joannem XIX. Papam transmissa, ut eam ipse sua auctoritate confirmaret. Constans hæc ex Concilio Lemovicensi II. anno MXXXI. habito, & Tom. IX. Concil. pag. 870. & seqq. recitato. In eo enim Odolricus, ut legere est pag. 872. ait: *Audiant me Pontifices & Seniores*, XII. *Synodus Parisiensis*

(a) Apud Sur. t. 3. die 4. Maii c. 24.

le, quæ ab auctore (a) vitæ sancti Gothardi Episc. Hildesemensis de rebus gestis ejusdem Conradi per singulos annos narrantur. Porro sequestrem pacis inter Principes & Conradum Regem, & inter ipsum & Regem Francorum fuisse sanctum Popponem Abbatem Stabulensem, magnæ æstimationis virum, (b) Everhelmus affirmat.

(b) Everh. in vita Popp. c. 25. apud Sur. die 25. Jan. tom. 1.

Re-

PAGIUS *qui coram adstant, quod Martialis semper ab antiquitate in pluribus doctissimorum Patrum locis pronuntiatus sit Apostolus, mihi necesse non est testificari, ne forte adulatorius judicer testis pro ejus Ecclesiæ regimine*, &c. *Extitit post eum* (nempe post Abbonem, de quo locutus fuerat) *ipsius monasterii pater* (nempe Hugo) *tum grandævitate, tum genere, cum eloquentia & disciplinis liberalibus clarus, ac demum levatus Bituricæ Sedi Archiepiscopus Gauzlenus. Quod testimonium Sancto Dei perhibuerit ille, multi ex nostris noverunt. Adhuc enim vivente Rege Rotberto, cum antecessor meus Hugo in Palatio ei* APUD PARISIOS *adsisteret, tum multitudine nobilium & doctorum Altercatio inter Francos & Lemovicenses de re hujusmodi coram Rege fieri cœpit, & ego ibi tunc præsens interfui.*

XIII. In eo agitatum an S. Martialis dici deberet Apostolus.

Dicebant isti (nempe Lemovicenses) *non recte facitis, quod Martialem cum Apostolis pronunciatis. Nos recte agimus, quia eum inter Confessores vocitamus. Vos ultimum Apostolorum dicitis: nos Primum Confessorum in Litaniis dicimus. Quorum litigium Archiepiscopus supradictus Gauslenus compescuit.* &c. Et pluribus interpositis: *Nos Franci morem, quem Patres nostri, qui primi monasterium sancti Benedicti suo Magisterio innormarunt, plenum nobis ratione sublimium tradiderunt, de hoc re ratum conservamus. Quisquis nos hac in re imitari voluerit, ratam veritatis lineam tenebit. Quo perorato Archiepiscopus* (nempe Gauzlenus) *tacuit, & Rex cum omni dignitate clericorum & Principum qui sibi adsistebant, dicta Archiepiscopi collaudavit.*

XIV. Hujus Synodi Parisiensis meminit Ademarus in Catalogo seu Commemoratione *Abbatum Lemovicensium Basilica sancti Martialis Apostoli*, & sub Hugone Abbate XIII. habitam esse his verbis commemorat. XIII. Abbas Hugo præfuit annis sex. *Hic in Francia collationem fecit cum Rege Roberto & Archiepiscopo Bituricensi Gauzleno & cum multis Episcopis &* SAPIENTIBUS VIRIS FRANCIÆ *de Apostolatu Sancti Martialis; cur alii in Apostolorum, alii in Confessorum numero eum tenere videbantur. Qui in numero Confessorum eum tenebant, ideo hoc agebant, quia non putabant aliquos esse Apostolos præter duodecim. Alii vero hoc agebant, quia nomen ejus in IV. Evangelistis non reperiebant. Qui vero saniori consilio intellecta sapiebant, affirmabant eum esse Apostolum unum præcipuum post XII. quia cum XII. conversatus est, & eandem gratiam Apostolatus, quam & ille a domino accipere meruit. In quo Concilio ab omnibus definitum est, non eum numerari nisi in catalogo Apostolorum, sicut Joannes Evangelista, qui in pace migravit; debere. Nam plurima testimonia reperta sunt antiquitus cum in litaniis & in aliis scriptis Apostolum fateri per Galliam & Britanniam, Italiam, & Hispaniam, & illos esse Hebionitas hæreticos, qui non credunt præter XII. Apostolos. Nam gesta ejus canonica semper ab Ecclesia recepta satis declarant privilegium Apostolatus ejus; & quia sine dubitatione unus de LXXII. Apostolis, quos dominus misit velut Agnos inter lupos: quos LXXII. non solum Græci, verum etiam Lucas Evangelista & Paulus Apostolus in Epist. ad Corinthios I. vocat Apostolos. Nam & apud Græcos sapientiores Martialis Apostolus notissimus est.* De hac controversia rursus anno sequenti sermo fiet.

Definitum eum Apostolum appellandum esse.

I. Redemptoris annus agitur vigesimus quintus supra millesimum, Indictione octava, quo tertio Idus Julii ipsa anniversaria die obitus Henrici Imperatoris, ejus conjux sanctissima virgo Chunegundis Augusta in monasterio a se erecto, in dedicatione ejus basilicæ, depositis ornamentis Imperatoriis monasticum suscepit habitum, famulatura ejusdem loci monialibus: ubi ad obitum usque annis quindecim perseveravit. Descripta ista habentur ab auctore sequentis sæculi, verbis istis: (a) *Denique Conrado sibi succedente in regno, ipsa curis sæcularibus, sicut jamdiu desideraverat, exonerata, jam in ipso anniversario die transitus sancti Henrici, Archiepiscopos ad dedicationem Confugeasis Ecclesiæ convocavit. Ubi inter Missarum solemnia Imperiali decentissime omni ornatu culta ante principale altare virgo Deo devota processit: ibique thesaurum incomparabilem, ligni videlicet Dominicæ Crucem; parvam quidem in materia, sed maximam in virtute Domini obtulit. At ubi lecta Evangelii* (quod dici consuevit ex præscripto sacrorum rituum in dedicatione alicujus ecclesiæ (b) *in qua super arborem Crucis ascendens conspicientem se Jesum suscipere, & ab eo benedictionem Zachæus pusillus meruit accipere, lecta fuit: regalem purpuram exuens, tunicam fusciorem, quam ipsa sibi manibus suis operata fuerat, sacerdotali benedictione data, vestem religionis induit: & multis quidem pro se flentibus, pro illa autem gaudentibus, quæ jam sæculum damnasset in vestibus, capillis, qui hucusque in eodem monasterio pro veneratione servantur, præcisis, imposito sibi ab Episcopo velo, annulo fidei subarrhata, gratulabunda concinuit: posuit signum in faciem meam &c. Et: Annulo suo subarrhavit me Dominus Jesus Christus. Ita sponso Christo consecrata, dum filiarum suarum se sanctissimo contubernio applicuisset, non ut mater filiabus se præferebat, sed omnibus inserviens, servilem personam se ostendebat, ita tamen, ut cum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in præsenti sæculo mercedem suam.* Pergit auctor ejus in monasterio dignam conversationem, Angelis parem, enarrare, & miracula ab eadem edita recensere. Sed hæc modo nobis satis ad institutum.

(a) Extat apud Sur. t. 2. die 3. Martii. S. Chunegundis Aug. vitam monasticam professa tur.

(b) Luc. 19.

II. Guillelmus Dux Aquitaniæ tentat res Italiæ & Imper.

Hoc tempore, vacante adhuc Imperio Romano in Occidente, ipso autem Conrado rebus Germaniarum intento, & multiplicitate hostium fatigato, Guilielmus Dux Aquitaniæ potentissimus in Urbem peregrinationem instituit, tentaturus animos Italiæ Principum, si posset efficere, ut filium quem secum duceret, Regem crearent Italiæ, eidemque conciliarent Imperium. Est de his perbrevis ad Fulbertum Carnotensem Episcopum epistola, in hæc verba ab Hugone conscripta. (c)

Quem jugiter in præcordiis animæ suæ fovet, domino ac patri suo Fulberto Hugo

(c) Fulb. ep. 90.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXIII. An. Hegiræ CCCXVI. inchoato die 4. Martii fer. 5. A. C. 1025.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6518.

☉ 26. C. ☽ 19. P. 18. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1025.

JOANNIS XIX. PAPÆ 2.

CONRADI II. REG. 2.

CONSTANTINI IMP. 50.

I. Italici Conrado Regi se se submittunt.

AD num. II. & seq. Wippo in Vita Conradi Salici ait: *Anno primo Regni sui Chonradus Rex diem sanctam Pentecostes in Constantia civitate celebravit: ibi Archiepiscopus Mediolanensis Heribertus cum cæteris Optimatibus Regni Italici occurrebat, & effectus est suus, fidemque sibi fecit, per sacramentorum & obsidum pignus, ut quando veniret cum exercitu ad subjiciendum Italiam* (res enim Italicæ nutabant, multique Regem creare volebant) *ipse eum reciperet, & cum omnibus suis ad Dominum & Regem publice laudaret, statimque coronaret. Similiter reliqui Longobardi fecerant, propter Ticinenses, qui & alio nomine Papienses vocantur, quorum Legati aderant, cum muneribus & amicis, molientes, ut Regem pro offensione civium placarent, quamquam id adipisci a Rege juxta votum suum nullo modo valerent.* Narrat postea qua in re Regem Ticinenses offenderint, quod nempe cognito Henrici Imp. obitu, statim totum Palatium ab Ottone III. valde adornatum usque ad imum fundamenti lapidem eruerint, ne quisquam Regum ulterius infra civitatem illam Palatium habere decerneret.

II. Simonia in Germania grassatur.

Scribit etiam Wippo Conradum Regem, cum ad Basileam civitatem pervenisset, & Episcopum demortuum esse reperisset, alium constituisse: *Ibi Simoniaca hæresis*, inquit, *subito apparuit, & cito evanuit. Nam dum Rex & Regina quodam Clerico, nobili viro, nomine Udalrico, qui ibi tunc Episcopus effectus est, immensam pecuniam pro Episcopatu reciperent, postea Rex in pœnitentia motus, voto se obligavit, pro aliquo Episcopatu vel Abbatia nullam pecuniam amplius accipere, in quo voto pene bene permansit, sed filius ejus tertius Henricus, qui postea Rex & Augustus effectus est, optime & sine omni scrupulo paternum votum expiavit, quia in omni vita sua pro omnibus dignitatibus Ecclesiasticis unius oboli pretium non dicitur accepisse.* Hanc in rem scribit

go perpetuo vigere. Dux noster Guillelmus nobis amicissimus profecturus est in Italiam die Jovis proxime venturo sciscitatum de causa filii sui, si cum honore & incolumitate sua fieri queat, ut Itali eum eligant sibi in Regem, faciant ei sacramentum, & Italiæ regnum concedant, & Romanum Imperium accipiant per rectam fidem, quantum possint. Hac de causa processurus est prudens pater cum filio, quem supra dixi, cum ipso deliberaturus. Nunc ergo prudentia vestra sit decernere, utrum illo absente veniatis juxta condictum. Si veneritis, victualia vobis, Deo largiente, non deerunt. Hæc ad Fulbertum Hugo.

III. Coluit autem mirum in modum idem Dux Aquitaniæ Guillelmus ipsum venerandum Fulbertum Carnotensem Episcopum, eumdemque litteris & muneribus frequentavit, ut docent litteræ ab eodem Fulberto ad ipsum datæ, quæ inter alias cusæ jam extant. (a) Laudatissimus sane, Princeps de quo inter alia hæc in Fragmentis historiæ Aquitanicæ: *Regulares Abbates & monachos maximo affectu amoris amplectebatur, & consilio eorum utilitatem regni administrare curabat. Unde & dominum Odilonem Abbatem Cluniacensis cœnobii copiosis muneribus sibi attraxit, contemplatur in eo verum Dei habitaculum, in quo Spiritus sanctus requiesceret, & cœnobia nonnulla suæ ditionis ejus magisterio commendavit. Fecit idem Dux Vuillelmus a novo cœnobium ingens Malliacense in territorio Pictaviensi, itemque aliud cœnobium Bargoliense in cespite Andegavensi in fundo proprio, una cum matre sua, nomine Adula Christianissima, quæ extitit soror Richardi Comitis Rothomagensis. In quibus cœnobiis nunc alios Regulares aggregavit plures numero, qui die & nocte Domino laudes persolverent omnipotenti, eisque constituit Abbatem, ferventissimum in sancto proposito, & regularis disciplinæ firmissimam columnam, nomine Theolmum.* Et inferius: *Hac pietate semper usus est, ut quos victor vivos capere potuit, non eos interimere permisit, sed ereptos a morte, & mulctatione membrorum, incolumes abire præcepit.* Cæterum quod ad res Italiæ & Imperium pertinet; cum videret repugnan- Guillelmi Ducis pietas.

(a) Fulb. ep. 85. 86, 87, 88.

PAGIUS bit Glaber lib. 5. cap. 5. quod cum Henricus ad simoniam extirpandam magnam Synod. in German. congregasset, *cernentes Episc. gravi se se invectione irretitos misericordiæ opem implorabant. At ipse Princeps misericordia motus, tale consolationis protulit verbum: Ite, inquiens, & quod illicite accepistis, bene disponere satagite; ac pro anima patris mei, qui hac noxa cum vobiscum tenetur, attentius intercedere mementote: quatenus ei indulgentiam hujus facinoris a Deo possitis acquirere.*

III. Porro *Vuillelmus IV.* Aquitaniæ Dux potentissimus, non hoc sed superiori anno a Langobardis, ut Rex eorum esset, in Italiam vocatus. Rem accurate tractavit Beslius tam in Hist. Comitum Pictaviensium & Aquitaniæ Ducum cap. 20. quam in Tractatu *de Vera Origine Hugonis Italiæ Regis*, eidem Operi subjuncto, Wippo enim, qui Conradi Salici gloriam tantum præ oculis habebat, hæc dissimulavit, & Italiæ Historici, vel ea ignorarunt, vel nimis nationi suæ studuerunt. Mortuo itaque *S. Henrico Imp.* in Germania Comitiis creando Regi, & in Italia in eumdem finem institutis, Germani *Conradum Salicum* Regem salutavere; Itali vero *Robertum* Francorum Regem, &, si nollet, *Hugonem* ejus filium in consortium Regni a patre allectum *Magnumque* jam cognominatum, missis ad eos Legatis, Regem renunciarunt. Verum Robertus Rex prudentissimus Italorum petitioni acquiescere noluit: *Hujusmodi enim fama*, inquit Glaber loquens de Hugone Rege lib. 3. cap. 9. *ubique provinciarum percitus peroptabatur a multis, præcipue ab Italicis, ut sibi imperaret, in Imperium sublimari. Nam & ex cognomento proavi, Magnus Hugo dicebatur a cunctis.* In Chron. Floriacensi ad annum MLX. perducto & a Baluzio lib. 2. Miscell. recitato ad hunc annum legitur: *Hugo Rex moritur*; & Duchesnius Tom. IV. pag. 79. refert Epitaphium Hugonis Magni Roberti Regis filii, *Quod fecit Girardus Aurelianensis*, in quo dicitur,

Itali Robertum aut Hugonem ejus filium Regem petunt.

Celtiberi lacrymant, te Regem Roma petebat.

Tum in eodem Opere, ubi refert Epist. Historicas Fulberti Episc. Carnotensis, peculiari sibi ordine digestas exhibet Epist. LV. a Fulcone Andegavorum Comite ad Robertum Regem datam, in qua Fulco ait: *Guillelmus Pictavorum Comes herus meus locutus est mihi nuper, dicens quod postquam Itali discesserunt a vobis, diffisi, quod vos Regem haberent, petierunt filium suum ad Regem. Quibus ille invitus coactusque respondit, tandem acquiescere se voluntati eorum, &c.*

De Hugonis Regis morte fuse agemus anno MXXVIII.

IV. *Guillelmus IV.* modo Dux Aquitaniæ, modo Pictavorum Comes appellatus, a Carolo M. originem ducebat, & sicuti *Robertus*, cujus mater Adelais ex Italia oriunda fuit, onus tandem detrectavit, ut discimus ex Epistolis Fulberti XV. LVII. LVIII. LIX. & LX. Baronius num. II. refert tantum Epistolam XV. quæ juxta eum ordine est XC. sed in codicem mendosum inciderat. Ita enim juxta correcta exemplaria legenda: *Dux noster Guillelmus vobis* (non vero, *nobis*. ut habet Baronius) *amicissimus profecturus est in Italiam die Jovis proxime venturo, sciscitari* (non vero, *sciscitatum*) *de causa filii sui, si cum honore & incolumitate sua fieri queat. Itali enim elegerunt eum sibi ad Regem* (non vero *ut Itali eum eligant sibi in Regem*) *facientes ei* (non vero, *faciant ei*) *sacramentum, & Italiæ regnum concedendi* (non *concedant*, ut habet Baronius) *& Romanum Imperium acquirendi* (non autem *acquirant*) *per rectam fidem quantum possunt* (non *quantum possint.*) *Hac de causa processurus est prudens pater filium* (non *processurus est prudens pater cum filio*) *quem supra dixi, cum ipso deliberaturus.* Denique Epist. LVIII. a Guillelmo

Frustra eviam tentans Guillelmum IV. Aquitaniæ Ducem.

gnantes Longobardos & eos, qui favebant studebantque Conrado, adversarios se fore passurum; remque haud perfici posse absque ingenti strage Fidelium, ut prudens maluit abstinere, reque infecta ad propria remeare.

IV. Quomodo autem, ubi reversus est, Deus eum voluit consolari inopinata inventione capitis sancti Joannis Baptistæ, accipe ex iisdem Fragmentis cujusmodi narrationem: (a) *Temporibus ipsis, dum reversus esset a Roma post Paschales dies gloriosus supradictus Dux Vuillelmus, inventum est caput sancti Joannis, in ipsius basilica in tugurio saxeo cœnobii Angeriacensis: quod sanctum caput dicunt esse proprium caput sancti Joannis Baptistæ. Tunc Vuillemus Dux repletus magno gaudio, sanctum caput populorum visibus ostendendum decrevit: & non solum Aquitania, verum etiam Francia, & Burgundia, Hispania & Britannia, atque Longobardia, & cætera Gentium diversitas certatim, velut amnes, devote ibi occurrit, audita fama tam præclara nostris diebus. Rex quoque Robertus honorifice advenit, & sicut decebat regiam dignitatem, obtulit in eodem loco concham de auro purissimo, pensantem libras triginta: pretiosas quoque vestes, ecclesiasticum ornamentum; & magno honore a Vuillelmo Duce exceptus est cum omnibus, qui eum comitabantur. Et his expletis, reversus est Aurelianos. Quod etiam majus videtur, omnes congregationes servorum Dei ex Aquitania cum Sanctorum corporibus & reliquiis, & apparatu ecclesiastica psallentes processerunt ad Memoriam sancti Præcursoris Christi: interque concursus Lemovicinorum una cum monachis & clericis, & primoribus, & Episcopo Geraldo & Joffredo Abbate præcelso, cum innumerabili gloria Memoriam Aquitaniæ patroni præcipui Martialis, recto cursu per sanctum Carrofum prætereuntes, ad Memoriam Baptistæ Domini detulerunt, & magnis lætantes miraculis, quæ Apostolus Galliæ gloriosissimus Martialis patraverat, per viarum interstitia sub oculis omnium tripudiantes reversi sunt. Dux vero Vuillelmus semper cogitans de Dei honore, ad ipsius laudem & gloriam dominum Odilonem Cluniacensem Abbatem accersivit, & in eodem supradicto cœnobio Angeriacensi disciplinam monachorum sub jugo regulari in melius restauravit.* Hæc de inventione & cultu venerandi capitis ibi.

(a) *Habes in post Robertivitam positu appendicem ad Glabrum.*

Inventio capitis S. Joannis Baptistæ.

Hoc eodem anno, jam inchoata Indictione nona, mense Decembri Basilius Imperator, cum vixisset annos septua- V.

PAGIUS mo Aquitaniæ Duce scripta ad *Maginfredum* clarissimum Italiæ Marchionem, habet: *Quod coeptum est de filio meo, non videtur mihi ratum fore, nec utile, nec honestum. Gens enim vestra infida est, insidiæ graves contra nos oriuntur.* Postea Maginfredum rogat, ut operam det, qualiter absque utriusque dedecore *ab incœpto desistatur.* Idem fere habet Ademarus in Chronico de Guillelmo IV. Aquitaniæ Duce verba faciens. *Conradus* itaque Salicus Regni Italici pacificam possessionem iniit.

V. Detecti hoc tempore in Langobardia hæretici, de quibus Glaber lib. 4. cap. 2. & seq. qui *colebant idola more Paganorum, ac cum Judæis inepta sacrificia litare nitebantur.* Addit de illis Glaber, innumerabilem exercitum *in nigerrimis vestibus, faciebusque teterrimis* venisse ad domum cujusdam ægroti, quorum principe promisit ei sanitatem & longam vitam, subditque: *Et ut certissime credas quod spondeo, noveris meo auxilio, meaque industria, Chuonradum hoc tempore Imperatorem esse creatum. Tu quippe bene nosti, quod nullus Imperatorum ita velociter omnem Germaniam atque Italiam, sicuti iste, sua subjugavit ditioni.* Ostendit postea Glaber peccatis hominum exigentibus, Domino permittente, a nequam spiritibus aliquando fieri miracula, ex quibus aliqua narrat. Verba autem citata, quæ immundus spiritus protulit, famæ Conradi magni nominis Imperatoris, nihil nocent, ut omnibus notum, indicantque hanc hæresim anno MXXVII. quo ille Romæ Imperator coronatus fuit, primum innotuisse.

Novi hæretici in Langobardia detecti.

VI. Ad num. IV. Baronius ex Auctore Anonymo refert inventionem *capitis Sancti Joannis Baptistæ*, Angeriaci in Aquitania factam; verum eam contigisse an. MXVIII. ex Ademaro, qui in Aquitania vivebat, ostendimus. Nec refert quod Anonymus laudatus dicat, id accidisse anno, quo *Willelmus* Aquitaniæ Dux hujus nominis IV. Romam profectus est. & hoc anno Willelmus Romam perrexerit; cum Anonymus de alia Willelmi profectione Romana omnino interpretandus sit.

Inventio Capitis S. Joannis Baptistæ.

VII. Ad num. V. *in Siciliam*, inquit Cedrenus, *molitus expeditionem Basilius, Orestam quendam de fidissimis suis eunuchis præmittit cum magnis copiis: ipse fato interceptus subsequi non valuit. Nam mense Decembri, indictione nona, anno* 6534. (Eræ nempe Constantinopolitanæ, Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato) *subito correptus morbo decessit. Paucis ante mortem ejus diebus obiit Eustathius Patriarcha; in cujus locum Imperator substituit Alexium Monachum, Studitani Collegii Magistrum, qui ad ipsum invisendi causa venerat, afferens secum caput Joannis Baptistæ* (quod tamen in Aquitania per hæc tempora dicitur inventum). *Eum ergo cum per Joannem Protonotarium, cujus opera in administrandis publicis negotiis utebatur, in solio Patriarchæ collocasset, vespere exspiravit.* Michael Psellus Tom. I. cap. XX. de ejus Regni duratione scribit: *Videtur hic Imperator supra reliquos omnes Imperatores longissimi ævi fuisse. Ab ortu enim nativitatis ad annum vigesimum imperium cum patre, & Nicephoro Phoca, & qui ei successit, Joanne Tzimisce, cum subditus esset; tum vero duos supra quinquaginta annos imperium solus tenuit. Secundum itaque supra septuagesimum agens imperii annum ex humanis migravit.* Sed cum certum sit, Basilium anno CMLXXVI. Imperium iniisse, cum Constantino fratre imperavit tantum annos

Moritur Basilius Imp.

Moritur Basilius Imp. & Eustathius Patriarcha Const.

ptuaginta, imperasset vero quinquaginta, repentino morbo correptus exivit e vita, relinquens Imperium integrum fratri suo Constantino. Paulo ante autem obiit Eustathius Patriarch. Constantinopolitanus, in cujus locum Alexium monasterii præfectum (ut inquit Curopalata) collocandum curavit, quo adjutore in Republica administranda utebatur. Idemque & mores Constantioi damnatos reccoset, ejusque tirannydem in opprimendo populo tributorum violenta exactione.

VI. Boleslai Chobri Regis Polonorum obitus.

Quo pariter anno die tertia mensis Aprilis Christianissimus Princeps religione præstans, potens armis, propagator, propugnator & conservator Christianæ religionis, & regni dilatator eximius Boleslaus Poloniæ Rex, cognomento Chobri, hoc est, vir altæ & heroicæ virtutis, ex hac vita decessit, anno quinquagesimoctavo ætatis suæ, cum annos vigintisex regnasset, cum jam antea (quod decuit Christianum Principem) præmunisset se ad propinquum exitum, iterata sæpe peccatorum confessione, & sum-

PAGIUS

nos quinquaginta, & Psellus, qui Tom. III. ait, Basilium Imperatorem mortuum esse *se adhuc infante*, in eo calculo erravit. Baronius anno DCCCLXXXVI. num. VII. narrat ex fragmento Historiæ Aquitanicæ Basilium Imp. victis Bulgaris habitum Monasticum ex voto induisse. Verum Auctor ille Anonymus hoc de Basilio Porphyrogenneto, non vero de Basilio Macedone asserit, & ei hac in re non videtur fides adhibenda; cum Historici Byzantini nihil simile referant. Præterea Baronius ibidem num. XIV. ait, Menologium Basilii nomine inscriptum Basilio Macedone imperante, elucubratum esse; sed eodem loco ostendimus, illud ad Basilii Porphyrogenneti tempora revocandum.

VIII. *Constantini Imp. pravi mores.*

Mortuo Basilio Constantinus ejus frater solus Imperium administravit: *Hic septuagesimum agens ætatis annum*, inquit Psellus, *rerum summam adipiscitur: vir mollissima indolis, animique in omnes diffluentis delicias ac libidines: Regios tandem thesauros immensa pecuniarum vi plenos nactus, iis ut abuteretur, & animi levitate & voluptatibus ipse se addicit.* Addit Psellus eum animo pavidum fuisse, subditos omnis generis tormentis mancipasse, iræ impatientem, & excationis pœnam temere quibusvis irrogasse. *Quia malum quoque ad quosdam extendit, qui Clero accensi erant; nec summo Sacerdotio pepercit. Semel enim ira præceps, eaque abreptus, haud facile revocari poterat, ægreque audiebat quidquid admoneretur.* Subjungit Psellus, eum tamen non fuisse sicut fratrem Basilium, tenaci ira, sed cito mutari consuetum, graviusque eorum, quæ fecisset, illum pœnituisse: erga eos, qui circa ipsum erant, iis vero, qui procul erant, largitatis hujus minorem vim exhibuisse; litteras haud multas didicisse, sed parum aliquid ac quantum attinet ad adolescentes, Græcanicis disciplinis institutum esse. Denique Regias quasdam Epistolas ac Diplomata dictasse, nullamque tantam manu velocitatem, quæ illi dictanti par esset, fuisse.

IX. *Mizico II. Polonia Rex Boleslao patri succedit.*

Ad num. VI. Chromerus lib 3. aliique Historici Poloni Boleslai hujus nominis primi, cognomento *Chobry* mortem hoc anno consignant, [1] cui successit *Mieziſlaus*, seu Mizico filius, de quibus Wippo hoc anno habet: *Bolislaus Sclavigena, Dux Bolanorum insignia Regalia & Regium nomen in injuriam Regis Chuonradi sibi aptavit, cujus temeritatem sita mors exinanivit. Filius autem ejus Mizico similiter rebellis fratrem suum Ottonem, quoniam Regis* (Conradi sc. Salici) *partibus favebat, in Rubbiam* (idest Russiam) *provinciam pepulit. Qualiter vero ejusdem Miziconis protervitatem, & cujusdem Udalrici Ducis Bohemia perfidiam Rex Chuonradus postea compesceret, in loco suo dicam*, anno nempe MXXXII. Mizico Beatam *Richezam* Erenfridi seu Ezonis Comitis Palatini filiam uxorem duxit, inquit Monachus Anonymus in ejus Elogio Historico in Actis SS. Bollandianis, ad diem XXI. mensis Maii recitato. Ait præterea idem Anonymus: *Richeza Regina facto inter se & Regem suum conjugem divortio, per odium & instigationem cujusdam sua pellicis, cum ei jam peperisset Chatimerum* (sc. Casimirum, vulgo dictum Monachum) *cujus generosa posteritas divitiis & potestate nobiliter insignis permanet usque hodie, veste mutata, paucis se fugam clanculo agentem adjuvantibus, utpote fastus ejus intolerabiles simul & barbaros Slavorum pertasa ritus, venit ad Imperatorem Conradum in Saxoniam: a quo venerabiliter & ipsa suscepta est; & ipse nihilominus gloriosis ipsius muniis magnifice honorificatus est. Accepit namque ab ipsa duarum, ipsius Regisque sui conjugis coronarum insignia.* Qua de causa Richezæ nomen velut a Polonis Scriptoribus prætermittitur, vel fœde proscinditur, uti a Chromero laudato, qui etiam negat, Boleslao fratrem fuisse *Ottonem*, aut bellum aliquod Conradum Salicum adversus Miziconem gessisse. Verum hæc in tanta Historiæ luce nunc dici non possunt. Porro *Misico* est hujus nominis II. & tertius Poloniæ Rex seu Dux Christianus.

X. *S. Martialem Apostolum dici Episcopus Lemovicensis non patitur.*

Ademarus præter Chronicon scripsit Commemorationem *Abbatum Lemovicensium Basilica S. Martialis Apostoli*, Tom. II. Biblioth. Labbei recitatam. In eo Libello loquens de Hugone Abbate XIII. & de Synodo Parisiensi, de qua anno superiori; ait: *Hic a Francia rediens mox sicut comperit veritatem in Concilio* (nempe Parisiensi) *Martialem scripsit in Litaniis inter Apostolos, non confidens dispositioni propria, sed antiquis testimoniis, & exinde ex toto, non ex parte Martialis acclamatus est Apostolus ab omnibus Catholicis, & confusi sunt Hebionita. Hujus sexto anno obiit Rogerius frater Adalberti Decani, vir clarissimus, & meus Magister, & patruus, sexto Kalendas Maii, post cum XXXII. die mortuus est idem Abbas Ugo sexto Kalendas Ju-*

NOTÆ [1] Boleslaus Dux Polonorum obiit 5. Kalend. Novembris, ut ex N crologio Monasterii Sancti Michaelis Babergensis relato a Schannat. Vindem. liter. tom. 2. pag. 56. didicimus. MANSI

sumptione sacratissimæ Eucharistiæ pro viatico. Prophetice prædixisse venturam regni cladem, ejusdemque restitutionem in meliorem statum, narrant qui prosequuti sunt res Polonorum, præsertim vero Longinus canonicus Cracoviensis, qui res ab eo præclare gestas enumerat. Successit autem in locum ejus Miecezlaus ejus filius, sed parentis virtutibus longe impar.

PAGIUS *Junii: quorum animas tibi commendo, domine Jesu.* Quibus verbis Opellam suam absolvit Ademarus. Reversus itaque *Hugo* Sancti Martialis Abbas Lemovicum, primus omnium inter Apostolos *Martialem* scribit; sed *Jordanus* Lemovicensis Episcopus eum increpat, & novitatis arguit, dicens servandum esse morem antiquum, juxta quem Confessoribus, non vero Apostolis annumerabatur. Et ne civitas turbaretur, scripsit ad Joannem XIX. eam in rem, dicens contra id quod anno superiori ex Oldorico Abbate Sancti Martialis & Ademaro in medium attulimus, Robertum Regem & omnes Archiepiscopos & Episcopos improbare, quod Martialis loco in Letaniis consueto servari, moveatur. Quid Papa responderit, & quomodo *Martialem* Apostolum appellandum esse decreverit, infra videbimus. Hæc autem, quæ in Concilio II. Lemovicensi referuntur, tardius contingere non potuere; cum *Hugo* Abbas Sancti Martialis hoc anno vivere desierit.

XI. *Synodus Cameracensis.* *Anno MXXV. indictione VIII.* Gerardus Cameracensis atque Attrebatensis Episc. Synodum coegit. Fidem Catholicam de Eucharistia sancivit adversus hæreticos nonnullos, *qui ab Italiæ finibus eo loci* advenerant, *& quamdam novam hæreseos sectam introducentes Apostolicæ Sanctionis disciplinam pervertere tentabant, & quamdam justitiam præferentes, hac sola purificari homines asserebant: nullumque in Sancta Ecclesia aliud esse Sacramentum, per quod ad salutem pervenire potuissent.* Hi itaque Dominici Corporis & Sanguinis Sacramentum reiiciebant, & coram Episcopo adducti, *referunt se esse auditores Gandulfi cujusdam ab Italiæ partibus viri, & ab eo Evangelicis mandatis & Apostolicis informatos: nullamque præter hanc Scripturam se recipere, sed hanc verbo & opere tenere.* Tum accuratius interrogati, Sacri Baptismatis mysterium negant, simulque Eucharistiæ, Pœnitentiæ & Matrimonii Sacramenta. Pro erroribus singulis singula Capitula condit Gerardus, primum quidem de Baptismo, secundum de Corpore & Sanguine Domini, & ipsius Sacramenti naturam clare explicat, idque ante plures annos, quam *Berengarius* hæresim suam de Eucharistiæ Sacramento publicaret. Synodus hæc Cameracensis nuper lucem vidit Tom. XIII. Spicilegii Dacheriani.

I. Conradus Rex convenit S. Burchardum.

Millesimus vigesimussextus annus Christi Redemptoris Indictione nona signatus incipit, cum Conradus Rex profecturus in Italiam, Wormatiam primum se confert ad S. Burchardum, ipsius nutritorem. Qui cum plurimum ægrotans lecto decumberet, a Deo impetravit, ut valeret, dum Rege digna præstaret. Quod obtinens, ubi quem honorifice excepisset, eumdem comitatus aliquantisper esset, reversus, ut præsciverat, ad obitum se componens, spiritum Deo reddidit. Res digna memoria, quæ Annalibus inseratur, sic ab ejus temporis Scriptore recolitur: (a) *Post hunc biennium, quam Rex Conradus in regni solium est sublimatus, imbecillitas virium servo Dei ultra solitum necessaria cœpit* (laborabat enim paralysi, quod superius dictum est) *cumque languore nimio ægrotaret, intra civitatem se recepit, diem & horam futuræ redemptionis expectans. Et cum aliquanto tempore ægritudine magna detineretur, Legati Regis ad eum veniebant, qui ea proxima hebdomada illuc Regem esse venturum nuntiabant. De hac legatione servus Dei conturbatus, pro infirmitate sua multum doluit, quia neque Regem digne excipere, nec servitium dignum pro infirmitate posset præbere.*

(a) Vita Burch. in præambulis ad libros Decr.

Inter hæc verba ad consuetam conversus consolationem, Oratorium intravit, & januam post se clausit, ibique diem integrum in oratione permansit. Cum sero autem factum esset, more solito discipulos convocari præcepit, laudibusque vespertinis peractis, cum lætitia est egressus, nobisque omnibus Dei gratia ecce præsentatus est validus. Ita quippe omne spatium, quod Rex nobiscum fuerat, quasi impetratis induciis, validus erat. Descedente autem Rege, Triburiam cum eo ivit, ibique tres dies mansit, deinde accepta licentia cum abiret, Regem se non visurum amplius, multis audientibus. II.

S. Burchardus divinitus convalescit, ut excipiat Regem.

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hisp. MLXIV. An. Hegiræ CCCCXVII inchoato die 21. Febr. fer. 2. A. C. 1026.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6519.

☉ 27. B. ☽ 2. P. 20. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1026.

JOANNIS XIX. PAPÆ 3.

CONRADI II. REG. 3.

CONSTANTINI IMP. 51.

I. Conradus Rex Italiam petit

AD num. I. & seqq. Hermannus Contractus in Auctiori Chronico hoc anno habet: *Rex Conradus sedatis ex parte rebellibus, circa tempus Quadragesimæ cum exercitu Italiam adiit, & Pascha Vercellis acto totam, præter Luccam urbem Tusciæ, Italiam in cis Romanis partibus sibi subjugavit.* Hepidannus refert etiam solam Luccam Conrado Regi restitisse. [1] Burchardus Wormaciensis Episcopus, qui Conradi Regis institutor fuerat, eum discedentem secutus est Triburiam usque & paulo post e vivis excessit, ut colligit Baronius ex ejus Vita. [2] De ea Collectione Canonum, collaborante *Olberto* magistro ejus, supra locuti sumus.

Fusius hæc narrat Wippo, aitque: *Anno incarnat. Christi MXXVI. Chuonradus Rex consilio & petitione Principum Regni filium suum Heinricum puerum Regem post se designavit*, [3] *illumque Brunoni Augustensis Ecclesiæ Episcopo in tutelam commendavit: & supradictis hostibus suis insidias per filium, & cæteros fideles suos diligenter opponens ipse cum exercitu copioso Italiam petere cœpit, &c. Rex ingressus Italiam per Veronam inter Mediolanum & Papiam Vercellas venit, ibique Sanctum Pascha celebravit, &c. Rex vero jam totam pene Italiam plenam suæ ditioni subjugavit: Papiensem urbem, quoniam valde populosa fuit, subito capere non potuit: ipsos Papienses in gratiam recipere noluit, quia Palatium quod destruxerant, in loco, ubi prius fuerat, reædificare adhuc renuebant,* II.

Omnem Italiam cis Rom. subigit.

NOTÆ [1] T*Otam præter Luccam, Italiam subjugavit &c.* Sed & Luca tandem eo anno victori cessisse videtur, cum extet ejusdem anni Diploma autographum Conradi in favorem Sanctimonialium S. Salvatoris, nunc S. Justinæ Ordinis S. Benedicti Lucensium, quo nobilissimas illas Virgines multis gratiis & favoribus donat. Vix enim crederem Imperatorem prosecuturum fuisse tot favoribus Monasterium in ea Urbe positum, quæ imperium ejus agnoscere sola inter cæteras Tusciæ recusavit. Datum est illud *Anno Dominicæ Incarnationis MXXVI. Indictione IX. regni vero Domini Chuonradi secundi secundo Veronæ.* Extat adhuc MS. in vetusto ejusdem Cœnobii Tabulario. MANSI

[2] BUrchardus Wormatiensis decessit 13. Kal. Septembris, ut discimus ex Necrologio Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Wimpinensis apud Schannat. Vindem. liter. tomo II. pag. 00. MANSI

[3] NOn annum tantummodo, sed & diem constituti in Regem Henrici designat Annalista Saxo Eccardi scribens. *Rex Natale Domini Leodii celebravit & Heinricum filium suum ex Gisla regem fecit.* Ex quo vides designationem hanc ad annum superiorem 1025. unde historicus hic Germani annum 1026. incipiebat pertinere? MANSI

tibus, quasi joculando prædixit. Deinde aqua purissima se lavit (ideo scilicet, ne mortuus lavaretur, atque nudus aspiceretur, sic se componens ad sepulturam in omnibus comptus) *nam & collum ac barbam, atque coronam radere jussit, indutusque vestibus puris, suos milites atque clientes, nec non & alios qui aderant, ad se intrare præcepit. Tunc universis magno fletu singultantibus, vir Dei vix qua poterat manu silentium indicens, ait*, accusans seipsum secundum illud: Justus in principio sermonis accusator est sui, quod bonæ mentis sit ibi timere culpam, ubi culpa non sit.

III. S. Burchardi morituri ad suos oratio. *Patres venerandi, fratres amandi, filioli dilectissimi, vestro auxilio apud Deum jam indigeo, multum enim doleo, quod vos usque modo negligenter præcedebam, meque ultra modum super vos superbe exaltabam, & non ut justum erat, vos honorificabam, nec diligebam, sed superbia illa quid mihi modo profuit? vel arrogantia quid me adjuvit? Multum mihi tunc obfuit, multaque mihi offendicula parit. Hesterno namque die unus fui ex ditissimis: sed jam exspecto, quod mox futurus sim ut stercus & cinis. Talis est gloriatio nostra, talis est dominatio mundana. Nudus quippe egressus sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc, nihil præter peccata mea reportans, nisi Dei misericordia exhortante aliquid boni fecerim aliquando, hoc apud Deum me inventurum esse spero. Ecce nunc sum lotus, ecce viam longissimam iturus, legationem durissimam exspecto paratus. Ex his miseriis facile cognoscere potestis livamtas mundanarum rerum gloriationes quam fragiles & instabiles sint, quam plenæ malis, quam cæca futura, quas per speculum haud cognosco quasi in ænigmate, quamvis eisdem adhuc subjacens ex parte. Ergo cui servivi, arbitro Deo meo Regi sempiterno me, meaque indubitanter committo, ut ipse me defendat, & secum illuc perducat, ubi anima terribiles occursus non timeat. Tandem apertam corporis sui dissolutionem aperte pronuntiabat. His dictis finitis, cum maxima tristitia foras exivimus, & tanti pastoris interitum omnes in commune lamentando flevimus.*

Tunc Principes, qui aderant, intrantes, thesaurariam & cameram, ubi pecuniam putabant reconditam, diligenter, & angulos perscrutati sunt, & tandem scrinia librorum voluminibus plena spe pecuniæ subvertentes, vana fortunæ labore illusi sunt. Nam præter thesaurum ecclesiasticum, nec aurum nec argentum ibi invenerunt, exceptis tribus tantum denariis, quos vir sanctus in Vantone suo reliquit, quando alios pauperibus erogavit. Igitur soror ipsius, de qua diximus, Abbatissa venerabilis, in orationibus & vigiliis perdurando ab eo non discessit: cumque dies paucos maxima infirmitate ægrotaret; nocte quadam, antequam decederet Dei servus, de lecto se erexit, & oculis ac manibus in cælum intentis diutius oravit: Illi qui aderant, labia ejus moveri videbant, sed quid oraret, quamvis caute intenderent, penitus non intelligebant. Deinde in lectum se deponens, sororem dextera tetigit & dixit: Ecce quod concupivi, jam video; deinde dixit: Dominus vobiscum. Hoc cum tertio diceret, Redemptori nostro, cui servivit, quem amavit, quem quæsivit, quem semper optavit, spiritum immaculatum reddidit. IV. In summis divitiis inventa summa paupertas.

Habuit autem servus Dei quoddam scrineum, quod nullus nostrum aliquando apertum vidit: hujus quidem clavem sorori commisit, ut quidquid invenisset, in memoriam & dilectionem vitæ suæ haberet. Quæ statim post obitum fratris, quibusdam convocatis ex nostris dicta illius narravit: & tunc scrinium ape- V. Asperrima carnis afflictio.

PAGIUS *ebant*, &c. *Ea tempestate grande malum factum est in Italia, propter contentiones Papiensium: multa eorum Ecclesia in circuitu cum ipsis castellis incensa sunt: & populus qui illuc confugerat, igne & gladio periit: agri vastati sunt: vineæ truncabantur: exitum & introitum Rex prohibebat: navigium abstulit: mercimonia vetuit, & ita per biennium omnes Ticinenses afflixit, donec omnia, quæ præcepit, omni dilatione postposita compleverant.*

III. In Alemanniam redit. Narrat postea seditionem *Ravennæ* factam, quod Ravennates exercitum Regis *de civitate expellere conati sunt*, quæ tanta fuit, ut Rex Conradus, dum esset in cubiculo, hanc seditionem intelligens, arma corripuerit; sed, ut vidit *Ravennates bello victos ad Ecclesias confugere, & undique latibula quærere, misertus eorum, quoniam ex utraque parte sui erant, exercitum de persecutione civium revocavit, & ita in Palatium se recepit.* Subjungit Wippo Conradum ob maximos calores æstatis secessisse in montana loca, hincque discessisse tempore autumnali, additque: *Italiam planam iterum peragrans, habitis consiliis & Regalibus colloquiis in opportunis locis, atque rebelles in vincula mittens, Regnum pacificavit: & sic pertransiens usque ad confinium Italiæ & Burgundiæ pervenit.*

IV. Moritur Richardus II. Normannia Dux. Willelmus Gemmeticensis lib. V. Hist. Normann. cap. XVII. Richardi II. Normannorum Ducis mortem his verbis narrat: *Richardus Dux, quamvis præcellentissimorum actuum prærogativis longe lateque claruerat perspicuus, tamen Christi cultor extitit assiduus, adeo ut Monachorum atque Clericorum jure vocetur pater piissimus, & pauperum sustentator indefessus. His & hujusmodi probitatum vigens titulis, cœpit vehementer urgentari ægritudine corporis*, &c. *novissime autem adscitum Richardum filium suum consultu sapientum præfecit* sue

aperuit. Invenimus autem in eo cilicium hirsutissimum, & catenam ferream ex una parte quasi ex usu contritam. Quod ut vidimus, primum contra Dei famulum saepe nos negligenter deliquisse, tunsis pectoribus communiter doluimus. Deinde ejus felices actus apud Deum ita rectas & absconsas digne admirantes, gratiarum actiones Deo nostro non sine lacrymis pro ejus vita retulimus. Hæc ejus domesticus: pergitque ejusdem religiosas exequias recensere. Sed hæc satis. Reliquit autem egregia suæ pietatis & ingenii monimenta, nempe libros viginti Decretorum, ex sacris Conciliis, summis Pontificibus, sanctisque Patribus collectorum, quorum novissimo libros pœnitentiales, nempe Romanum, Bedæ & Theodori simul jungens, in viridem observantiam revocavit pristinam Ecclesiæ disciplinam. Insuper ad Clerum suum admonitionem, in ecclesia a diacono post lectionem sancti Evangelii recitatam de his quæ præstanda essent ab ipsis, sexaginta sex brevibus capitibus distinctam scriptam reliquit, ut sic perseveraret apud eos in compendium redacta doctrina canonum.

VI. Sed ut redeamus ad Conradum Regem, ubi sanctum Burchardum visitavit, Italiam versus iter acceleravit, adeo ut Vercellis hoc anno sacrum Pascha celebrarit, regio habitu perlustrans provincias Longobardorum. Demum celebrato Natali Domini, Romam se contulit anno sequenti, quo & a Joanne Pontifice Imperii coronam accepit, ut suo loco dicturi sumus. Hæc ex Actis (a) sancti Gothardi Hildesemensis Episcopi. Cæterum haud pacificus esse potuit ejus in Italiam adventus, resistentibus ex more eidem Longobardis, adeo ut armis fuerit ipsi via aperienda. Nam audi Glabrum (b): *Interea*, inquit, *adeptus regni infulas Conradus, Italiam perrexit, secum ducens uxorem, quam (ut diximus) illicita ceperat matrimonio. Cui protinus in descensu Alpium, quem Cartam Gallorum licet corrupte vocant, in oppido* * *Cumis, occurrit cum summo apparatu Papa Romanus, ut ante spoponderat. Fuere tunc quidam de Marchionibus Italiæ, qui minus ei assensum præbuerant: sic enim illis facere mos est, ut jam supra taxavimus in moribus Imperatorum. Namque Papienses cæterorum superbissimi palatium Regis in sua civitate operoso sumptu constructum destruxerant usque ad solum.* Ne videlicet, cum illuc pergerent Germaniæ Reges vel Imperatores, ubi habitare possent, haberent: nam loco castrorum atque munitionis illud fuerat Henrico Imperatori adversus irruentes in ipsum furore percitos Papienses. Pergit Glaber: *Ille vero ut comperit, fero-*

(a) Extat apud Sur. die 4. Maii tom. 3. cap. 24.

(b) Glab. lib. 4. in princ.

* Comi. Joannes Papa occurrit Conrado Regi Romam venienti.

PAGIUS *suo ducatui, & Robertum fratrem ejus Comitatui Oximensi, ut inde illi persolveret debitum obsequii. Denique omnibus, quæ ad Dei cultum pertinere videbantur, strenue dispositis, millesimo vicesimo sexto anno ab Incarnatione Domini hominem exivit.* Postea librum sextum incipiens ait, se imposterum narraturum, quæ partim intuitu, partimque veracium relatione comperit. *Robertus*, contempto Richardi Ducis hujus nominis III. dominio, adversus eum rebellavit, tandemque a perfidia resipuit, & in pristinam concordiam rediit; sed Richardus, *ut plurimi retulerunt, veneno mortem obiit. Hoc millesimo vicesimo octavo ab Incarnatione Domini anno contigit*, inquit Willelmus. Verum in anno emortuali *Richardi* III. deceptus est; nam non tantum in Chronicis Virdunensi, in priori Sancti Michaelis in periculo maris, & in Rotomagensi ad annum MXXVI. Richardus III. *eodem anno* (idest, ut existimo Ducatus) *mortuus* dicitur, sed etiam in Chronico Fontanellensi Tomo III. Spicilegii relato, & ab Auctore hoc tempore vivente elucubrato, qui ait: *Nam neque annum in Principatu immatura præventus morte peregit.* Vivebat enim adhuc anno sequenti initio mensis Junii, quo juxta eundem Chronographum Gerardus Abbas Sancti Wandregisili corpus Sancti Wlframni Archiep. Senonensis in Basilicam Sancti Wandregisili magna pompa detulit: *Facta est autem*, inquit idem Chronographus, *hæc Translatio, anno dominicæ Incarnat. millesimo vigesimo septimo, Cal. Junii, Henrico Rege Francorum regnum præter matris suæ voluntatem invasum tenente; Principatum vero Normanniæ tertio Richardo legali modestia disponente.* Qui locus, ut obiter notabo, egregius est ad confirmandum quod anno MXXVIII. dicemus, Henricum nempe die decima quarta mensis Maii anni MXXVII. *reluctante* Constantia matre, a Roberto patre in Regni consortium assumtum esse. Porro tam Chronographus Fontanellensis, quam alii testantur Richardum III. & Robertum Normanniæ Duces magnis & insignibus virtutibus præditos fuisse, atque Chronographus Virdunensis de Richardo *Gratia Dei* cognominato verba faciens: *Hunc ter beatum Richardum inter primos habuit* (scil. Robertus Dux) *consiliis ejus regni Normanniæ tractabantur negotia.* Denique observo hanc Translationem factam fuisse feria quinta, quæ anno sequenti cum die prima Junii concurrit, indeque apparere Sanctorum Translationes, Ecclesiarum Dedicationes, & Episcoporum Ordinationes hoc tempore sæpe aliis diebus, quam Dominicis peractas fuisse, quod numero sequenti confirmabitur.

V. *Bruno* qui Pontifex Romanus creatus, dictus Leo hujus nominis IX. anno MXXV. *vice Pontificis, Herimanus* (qui erat Episcopus Tullensis) *in expeditione Conradi Imperatoris super Longobardiam, & maxime super Mediolanum tunc rebellem est profectus, Levitico officio insignitus. Namque illa suo Antistite annis, morbisque prægravato, ipse manuleavit militum copias Imperatori venientes a Tullo, ducendas suscepit, tam ejusdem Episcopi quam Augusti placito: salvo tamen per omnia proprii gradus sacramento. Inillinc itaque*

Bruno postea Leo IX. fit Episc. Tullensis.

rociter irruit, Iporegium primitus civitatem capiens, deinde cæteras cum castris universis propria subjiciens ditioni. In quibus rebus difficilibus peragendis reliqua hujus anni parte detentus, in sequentem annum distulit ipse suum Romam adventum.

Sur-

PAGIUS *quæ secularis militiæ dispositione, sic repente sagax apparuit ac providus, quasi hujusmodi negotiis tantum fuisset hactenus exercitatus*, inquit Wibertus lib. 1. Vitæ S. Leonis Papæ IX. qui paulo post subdit, *instante anno millesimo sexto*, Hermanno demortuo, Brunonem concordi Cleri voto Episcopum Tullensem electum, tandem *die dominica Ascensionis tertio decimo* (legendum, quarto decimo) *Kal. Junii* a suo consobrino Theodorico Metensi Præsule *Pontificaliter inthronizatum* esse & postea *quinto Idus Septembris* ejus ordinationem peractam. Dixi autem loco *XIII. Kal. Jun.* legendum esse, *XIV. Kal. Jun.* quia hoc anno Ascensio Domini in eum diem incidit. Nec existimandum diem V. Idus Septembris mendose ibi descriptum esse, quod in feriam sextam incidat; hoc enim & superiori sæculo Episcoporum Ordinationes aliis quandoque diebus, quam Dominicis factæ, uti mox insinuavi.

I. Coronatio Conradi Imperat.

SUrgit annus vigesimusseptimus post millesimum, Indictione decima, quo Romam se contulit Conrados Rex, illuc perveniens in majori Hebdomada; atque Paschatis die a Joanne Pontifice imperator solemnibus ritibus inungitur & coronator. De his enim hæc in Gothardo, obi anni singuli rerum gestarum Conradi distinguontur, habentur: *Rex autem, ubi Natalem Domini egisset, ad Limina Apostolorum tetendit, atque ita prospero itinere pridie Cœna Dominica Romam latus pervenit, & ipsa sancto Resurrectionis die coronam Imperii a Joanne Pontifice cum multa gloria accepit. Proxima Dominica inde digressus, & potenter per regionem illam iter faciens, in pace redrit in Germaniam, sanctique Joannis Baptistæ nativitatem celebravit Herbipoli novus Imperator.* Hæc de itinere. Quod autem adeo cito recessefit Conradus ab Urbe, quæ obortæ sunt rixæ Germanorum militum cum Romanis, fuisse causa putatur: de qoibus ista apud Ottonem Frisingensem: (a) *Anno ab Incarnatione Domini millesimo vigesimoseptimo Conradus Romam veniens, in ipsa die Paschalis solemnitatis inter duos Anglorum & Regina Gisela avunculum Rudolphum Burgundiæ Reges honorifice procedens, a summo Pontifice Joanne coronatur, & ab omni populo Romano Imperatoris & Augusti nomen sortitur. In ipsa vero Paschali hebdomada tumultu orto inter milites Imperatoris & cives, gravis pugna committitur, cæsisque multis, Romanis fugientibus, Imperator victoria potitur. Post hoc facta cum civibus pace, ab Urbe regreditur.* Glaber de his agens hæc habet; (b) *Sicque Romam deveniens, coronam ex more sumpsit Imperii. Cui dum Episcopi suggererent, ut auctoritate Romani Pontificis qualiter illis promiserat, repudium illiciti faceret conjugii, graviter accipiens, dixit: Se Imperatorem creatum nullo modo debere uxore viduari, ac sicut turpite cœperat, tenuit.* Hæc Glaber. Dispensasse cum eo summum Pontificem par est credere, cum appareat ex ea progenitos filios habitos esse legitimos, atque regni substitutum hæredem eorum primogenitum: cui & tunc nuptui traditam filiam Cnuti Regis Daniæ & An-

(a) Otto Frising. l. 6. c. 29.

(b) Glab. l. 4. prum.

PAGIUS SÆC. XI.

An. Eræ Hisp. MLXV. Anno Hegiræ CCCCXVIII. inchoato die 11. febr. fer. 7. A. C. 1027.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6520.

☉ 18. A. ☽ 2. P. 26. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1027.

JOANNIS XIX. PAPÆ 4.

CONRADI II. REG. 4. IMP. 1.

CONSTANTINI IMP. 52.

I. Conradus Rex Romam venit.

AD num. I. Wippo in Vita Conradi Salici, in qua annum a Nativitate Christi exorditur, gesta ab eo hoc anno accurate narrat: *Inchoante anno Nativit. Christi MXXVII. Rex Chuonradus in Iporegia civitate* (idest Eporedia vulgo Jurea) *Natalem Domini celebravit; illuc Rudolfi Regis Burgundiæ Legati venerant, promittentes illum Romam venturum ad electionem & consecrationem Imperatoriam Regis Chuonradi; quod Rex gratanter accepit, & remissis Legatis cum muneribus, ipse Padum transiens, ad Romam tendere cœpit. Veniens autem ad Lucam civitatem, invenit eam sibi adversam cum Reginhero Marchione: ibi Rex paululum moratus post paucos dies civitatem & Marchionem in deditionem acceperat, omnemque Tusciam sibi breviter subjugavit, sicque triumphando Romanam visitat arcem.*

II. Coronatus Imperat.

Igitur Rex Chuonradus Romam ingressus eodem anno, ut supra, idest, a Nativitate Salvatoris MXXVII. indictione decima, a Papa Joanne & universis Romanis Regio honore mirifice receptus est: & in die Sancto Pascha, qui eo anno VII. Kal. Apriles terminabatur, a Romanis ad Imperatorem electus (vides Imperatores a Romanis electos fuisse,) *Imperialem benedictionem a Papa suscepit.* Cæsar & Augustus Romano nomine dictus. *Quin etiam Regina Gisela Imperatricis consecrationem & nomen ibidem accepit. His ita peractis in duorum Regum præsentia Rudolphi Regis Burgundiæ & Cnutonis Regis Anglorum, divino officio finito, Imperator duorum Regum medius ad cubiculum suum honorifice ductus est.* Baronius Henrico Conradi Imp. primogenito tunc nuptui traditam filiam Canuti asserit; sed anno MXXXV. eum hac in re deceptum esse ostendemus. Paucis interpositis: *Imperator in Apuliam processit, & Beneventanum & Capuam ac reliquas Civitates illius regionis seu vi, sive voluntaria deditione sibi subjugavit, & Normannos, qui de patria sua, nescio qua necessitate compulsi, in Apuliam confluxerant, ibi habitare licentiam dedit, & ad defendendos terminos regni adversus Græcorum versutias, eos Principibus suis coadunavit. Cunctis rebus rite & prospere sibi cedentibus, Imperator reversus, præteriens Romam, iterum Italiam pertransiit.*

Vides Wipponem Presbyterum, in Aula Conradi viventem, hunc semper *Regem* vocasse, donec a Pontifice Romano coronatus fuit, & postea eum semper *Imperatorem* appellandum ostendere, qui contendunt Germaniæ Reges statim ab electione dictos fuisse Imperatores, nomen suum Viris doctis deridendum dare; cum rem certissimam non solum in dubium vocare; sed etiam negare audeant. *Pace per totam Italiam confirmata, Imperator Chuonradus prospero reditu in Alemanniam venit: & in Augusta Vindelica colloquium familiare cum suis fidelibus tenens, de proditoribus patriæ tractare cœpit.* Eo enim in Italia morante multæ factiones eruperant. *Imperator pertransiens Alaman-*

III. Gesta ab eo in Alemannia.

& Angliæ, quem & Canutum appellant, nomine Chunigundem, Urspergensis affirmat.

II. Quantum autem ipse Cnutus Rex, cognomento Magnus, ex hac in Urbem ad Limina Apostolorum pietatis ergo peregrinatione suscepta profecerit, ea ejus litteris inspicere licet. Erant ipsæ quidem nobile antiquitatis monumentum, recitatæ tum a Willelmo Malmesburiensi, tum etiam ea parte ab Ingulpho, qui sicut cæteris antiquitate ita & veritate, cum auctoritate præstantes, eos Anglorum sunt prosequuti; quæ sic se habent: (a)

(a) Wilel. Malmesb. de gest. Reg. Angl. l. 2. c. 11.

* magnæ partis.

* Egelnoto

*Cnuto Rex totius Angliæ & Danamarchiæ, & Norvegiæ, & partis Svavonum * Ailnoto Metropolitano, & Africo Eboracensi, omnibusque Episcopis & primatibus, & toti genti Anglorum tam nobilibus, quam plebeis salutem.*

Notifico vobis noviter me isse Romam, oratum pro redemptione peccatorum meorum, & pro salute regnorum, quique subjacent regimini populorum. Hanc quidem profectionem Deo jam olim devoveram, sed pro negotiis regni, & causis impedientibus hucusque non poteram perficere: nunc autem ipsi Deo meo omnipotenti valde humiliter gratias ago, quod concessit in vita mea Petrum & Paulum beatos Apostolos, & omne sanctuarium, quod intra Urbem Romam, aut extra addiscere potui, expetere, & secundum desiderium meum præsentialiter venerari & adorare. Et ideo hoc maxime patravi, quia a sapientibus didici, sanctum Petrum Apostolum magnam potestatem accepisse a Domino ligandi atque solvendi, clavigerumque esse regni cœlestis; & ideo specialiter ejus patrocinium apud Deum expetere, valde utile duxi.

Canuti Magni Regis Angliæ & Daniæ epistola.

III. *Sit autem vobis notum, quia magna congregatio nobilium in ipsa solemnitate Paschali ibi cum domino Papa Joanne & Im-*

PAGIUS *manniam, cunctos, qui sibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, & munitiones eorum dejecit: & perveniens usque ad Basileam, Rodulphum Regem Burgundiæ alloquitur: qui illis sibi occurrebat, extra urbem juxta vicum, qui Mittenba dicitur; & habito familiari colloquio, Imperator Regem secum duxit in urbem. Confirmata inter eos pace, Gisila Imperatrice hæc omnia meditante, ergnoque Burgundio Imperatori tradito, eodem pacto quemadmodum prius antecessori suo Henrico Imperatori datum fuerat; Rex iterum donis ampliatus cum suis reversus est in Burgundiam; Imperator vero descendens per Rhenum in Franciam venit, ibique Dux Chuono* (idest Conradus Conradi & Mathildis filius) *patruelis ejus, prius rebellis se reddidit: quem Imperator in liberis custodiis aliquantulum castigavit, destructisque munitionibus suis, quas optimas habuit, in gratiam illum recepit, totumque in honorem suum sibi restituit. Paulo post Adelbero Dux Histrianorum sive* (idest, & ut passim alibi hæc particula significat) *Carintanorum, reus majestatis, victus ab Imperatore, cum filiis suis exulatus est; & ducatum ejus iste Chuono ab Imperatore suscepit: quem ducatum pater ejusdem Chuononis dudum habuisse perhibetur. Ita Dux Chuono fidus & bene militans Imperatori & filio suo Henrico Regi, quousque vixerat permansit.*

IV. *Eodem tempore Werinharius Argentinæ civitatis Episcopus, ab Imperatore Legatus Constantinopolim mittitur. Qui dum causa orationis Hierosolymam pergere se fingeret, ut putavimus, judicio Domini, quem fallere nemo valebit, mirabiliter prohibitus est. Nam dum magnum comitatum hominum, majorem quoque multorum animalium, equorum, boum, ovium, porcorum, multasque delicias seculares ultra modum secum educeret, perveniens in Ungariam, a Rege Stephano contradicta est sibi via, quod eo tempore nulli Oratorum accidit. Inde reversus per Bajoariam cum omni comitatu suo pergens Italiam intravit: & multum circa fines Verona moratus, tandem cum maximo labore per Venetiam mare Adriaticum ingressus navigio calamitoso Constantinopolim pervenit. Cumque ab Imperatore Græcorum* (Constantino sc.) *honorifice susceptus esset secumque satis familiariter conversaretur desiderare cœpit, ut Imperatoris auxilio Hierosolymam adiret; quo desiderio, semper aliqua re intercedente, nunquam potiri voluit. Sequenti vero tempore obiit, & sepultus est in eadem urbe, & Episcopatum ejus Willelmus Argentinensis Canonicus suscepit. Legationis tamen causam postea Imperator Græcorum aureis literis Imperatori Chunrado rescripsit.* Wernherum autem Argentinensem Episcopum anno MXXIX. mortuum esse, eique *Willhelmum* subrogatum, testatur etiam Wolfherus Scriptor hujus temporis in Vita Sancti Godehardi Episcopi Hildensheimensis cap. 4. Idem habet Chronographus Hildensheimensis ad annum MXXIX. Porro is *Villelmus* frater erat Gregorii Pap. V. ut ex dictis constat. [s]

Vernheri Episc. Argentinensis Legatio ad Græcorum Imperat.

V. A num. II. ad VIII. Ex recitatis Wipponis verbis apparet, Malmesburiensem, Wigorniensem, Huntindoniensem, aliosque Rerum Britannicarum Scriptores profectionem Romanam *Canuti* Angliæ & Daniæ Regis perperam aliis

Canutus Angliæ Rex orationis causa Rom. profectus.

NOTÆ [s] Miror cur Pagius hic omiserit Concilium Francofordiense quod ex Labbei tomi noni appendice repetere poterat. Celebrata illa dicitur a Wolphero in Vita S. Godehardi post Nativitatem S. Joannis Baptistæ hoc anno ab Ariboone Archiepiscopo Moguntino Episcopis XXIII. (in Chronico Hildesheimensi habetur XXII. sed male, cum & Annalista Saxo unde Chronici hujus author sua omnia desumpsit, XXIII. constanter legat). In eo vero S. Godehardus territorium Grandensheimense sibi vindicavit, contra Aribonem Moguntinum. Insuper in eadem Synodo *Gebehardus frater Imperatoris arma compulsus deposuit, & Clericalem tonsuram invitus accepit*, inquit Annalista Saxo, apud quem Episcopi qui eo convenerunt multo correctius descripti quam apud Authorem Vitæ S. Godehardi leguntur. MANSI

Imperatore Conrado erat, scilicet omnes Principes gentium a monte Gargano usque ad istud proximum mare. Qui omnes me & honorifice suscepere, & magnificis donis honoravere. Maxime autem ab Imperatore donis variis & muneribus pretiosis honoratus sum, tam in vasis aureis & argenteis, quam in palliis & vestibus valde pretiosis. Locutus sum igitur cum ipso Imperatore & domino Papa, & Principibus, qui ibi erant de necessitatibus totius populi mei tam Angli, quam Dani, ut eis concederetur lex aequior & pax securior in via Romam adeundi, & ne tot clausuris per viam arceantur, & propter injustum teloneum fatigarentur. Annuitque postulatis Imperator, & Rodulphus Rex, qui maxime ipsarum clausurarum dominatur; cunctique Principes edictis firmaverunt, ut omnes mei tam mercatores, quam alii orandi gratia viatores absque omni angaria clausurarum, & teloneorum cum firma pace Romam eant & redeant.

IV. *Conquestus iterum sum coram domino Papa, & mihi valde displicere dixi, quod mei Archiepiscopi in tantum angariabantur immensitate pecuniarum, quae ab eis expetebantur, dum pro pallio accipiendo, secundum morem, Apostolicam Sedem expeterent; decretumque est, ne id deinceps fiat. Cuncta enim, quae a domino Papa, & ab Imperatore, & a Rege Rodulpho, caeterisque Principibus, per quorum terras nobis transitus est ad Romam, pro mea gentis utilitate postulabam, libenter annuerunt, & concessa etiam sacramento firmaverunt sub testimonio quatuor Archiepiscoporum, & viginti Episcoporum, & innumera multitudine Ducum, & nobilium, qui aderant. Quapropter Deo omnipotenti gratias magnificas reddo, quia omnia, quae desideraveram, prout mente decreveram, prospere perfeci, votisque meis ad velle satisfeci.*

V. *Nunc itaque sit notum, quia ipsi Deo supplex devovi vitam meam amodo in omnibus justificare, & regna mihi subdita, populosque juste & pie regere, aequumque judicium per omnia observare: & si quid per meae juventutis intemperantiam, aut negligentiam hactenus, praeter quod justum erat, est actum; totum, Deo auxiliante, dispono emendare. Idcirco obtestor, & praecipio meis Consiliariis, quibus regni consilia credidi, ne ulla modo, aut propter meum timorem, aut alicujus potentis personae favorem, aliquam injustitiam amodo consentiant, vel faciant pullulare in omni regno meo. Praecipio omnibus etiam Vicecomitibus, & praepositis universi regni mei, si meam volunt habere amicitiam, aut suam salutem, ut nulli hominum, nec diviti, nec pauperi vim injustam inferant; sed omnibus tam nobilibus, quam ignobilibus sit fas justa lege potiundi, a qua nec propter favorem regium, nec propter alicujus potentis personam, nec propter mihi congerendam pecuniam ullo modo devietur; quia mihi nulla necessitas est, ut iniqua exactione mihi pecunia congeratur.*

*Ego itaque notum vobis fieri volo, quod eadem via qua exivi, regrediens, Danimarchiam tendo, pacem & firmum pactum omnium Danorum consilio compositurus cum eis gentibus, quae nos & vita, & regno privare, si eis fuisset possibile, volebant, sed non potuerunt, Deo scilicet virtutem eorum destruente, qui nos sua benignitate in regno & honore conservet, omniumque inimicorum nostrorum potentiam annihilet. Composita denique pace cum gentibus, quae in circuitu nostro sunt, dispositoque & parata omni regno nostro hic in Oriente, ita ut nulla parte bellum, aut inimicitias aliquorum timere habeamus, quam citius hac aestate apparatum navigii habere potero, Angliam venire dispono. Hanc autem epistolam jam praemisi, ut de mea prosperitate omnis populus regni mei laetificetur: quia ut vos ipsi scitis, nunquam memetipsum, nec meum laborem abstinui, nec adhuc abstinebo impendere pro omnis populi mei necessaria utilitate. Nunc igitur obtestor omnes Episcopos, & regni mei praepositos, per fidem quam mihi debetis, & Deo, quatenus faciatis, ut antequam Angliam veniam, omnia debita, quae secundum legem antiquam debemus, sint persoluta, scilicet eleemosyna pro aratris, & decima animalium ipso anno procreatorum, & denarii, quos Romam ad sanctum Petrum debetis, sive ex urbibus, sive ex villis, & mediante Augusto decima frugum, & in festivitate sancti Martini primitiae seminum ad Ecclesiam, sub cujus parochia quisque degit, quae Anglice * Carescet* VI. * Chireseth.

no-

PAGIUS lis annis, quam praesenti collocasse. *Cunctorum* praecedentium Angliae Regum exempla, & fides certa, penes Apostolorum Principes summam esse potestatem ligandi atque solvendi, movere, ut hanc peregrinationem institueret, sic ut ipsemet in suis ad Episcopos Angliae literis a Baronio relatis indicat. Encomiastes Emmae Anglorum Reginae & Canuti conjugis, quid in urbe S. Audomari urbe a Canuto factum & a se propriis oculis visum his verbis narrat: *Ingressus monasteria, & susceptus cum magna honorificentia, humiliter incedebat, & miea cum reverentia in terram defixus lumina, & ubertim fundens lacrymarum, ut ita dicam, flumina tota intentione Sanctorum expetiit suffragia. At ubi ad*

hoc

nominatur. Hæc & alia si, cum venero, non erunt persoluta, regia exactio secundum leges, in quem culpa cadit, districte absque venia comparebit. Hucusque recitatæ litteræ Cnuti Magni. Ex quibus plane redarguuntur errores, qui ejusdem Regis Romam adventum ponunt anno Domini millesimo trigesimosecundo. Sed cum constet, tunc contigisse, cum illic esset Conradus Imperator, & Rudolphus Burgundiæ Rex: utique hoc anno (ut vidisti) id oportuit factum esse.

VII. Subiicit autem ista Willelmus: *Nec dicto deterius fuit factum: omnes enim leges ab antiquis Regibus, & maxime ab antecessore suo Ethelredo latas sub interminatione regiæ mulctæ, perpetuis temporibus observari præcepit: in quarum custodia etiam nunc tempore bonorum sub nomine Regis Eduardi juratur, non quod ille statueret, sed quod observaverit.*
S. Augustini brachium emptum. Et paulo post: *Domum rediens, apud Papiam brachium sancti Augustini doctoris centum talentis argenti, & talento auri comparatum apud Coventriam misit.* Hæc ipse.

VIII. Cum autem reliquias Sanctorum tam charo pretio distrahi quidam nebulo intelligeret, ex mentitis Sanctorum reliquiis nefariam procuravit exercere mercaturam, de quo Glaber, qui antequam de illo agat, ejusmodi ad hoc ipsum spectantem tempus ingerit narrationem: (*a*)
(*a*) *Glab. l. 4. c. 2.* Castrum perfidorum hæretic. *Castrum igitur erat per id tempus in gente Longobardorum, quod (ut erat) vocabatur Mons videlicet fortis, plenum etiam ex nobilioribus ejusdem gentis. Hos nempe cunctos ita maculaverat hæretica pravitas, ut ante erat illis crudeli morte fineri, quam ab illa quoquo modo possent ad saluberrimam Christi Domini Fidem revocari. Colebant enim idola more Paganorum, ac cum Judæis inepta sacrificia litare nitebantur. Sæpissime denique tam Mainfredus Marchionum prudentissimus, quam frater ejus Alricus Astensis urbis præsul, in cujus scilicet diœcesi locatum habebatur prædictum castrum, cæterique Marchiones, ac Præsules circumcirca creberrimos illis assultus intulerunt, capientes ex iis nonnullos, quos dum non quivissent revocare ab insania, igne cremavere. Contigit ergo in vicino haberi aliud castrum nostræ religionis & Fidei, in quo quidam miles aliquando ægrotans ad extremum pene devenerat. Ad quem utique visitandum ex hæreticorum castello illorum præcipua juxta morem veniens mulier; revera potius, ut evidentior fieret secta ejusdem nequitia, protinus ut ingrediens domum, in qua æger decubabat, intraret, repente prospiciens is qui languebat, vidit intrare cum eadem muliere ad se innumerabilem exercitum in nigerrimis vestibus, faciebusque teterrimis. Qua vero ingressa, postquam languentis frontem, ac pulsum pectoris, & cætera, ut usus habet, manu perlustravisset, pronunciaretque illum convaliturum in proximum, domum egressa est, totaque simul familia cum illa solum relinquente infirmum. Statimque affuit ille nigrorum, quem viderat, globus: cui ita qui videbatur illorum princeps, ait: Agnoscis me, inquiens, Hugo? hoc enim erat illius ægri vocabulum. Cumque ille respondens diceret: Tu quis es? dixit ei: Potentissimus potentum, ac ditissimus divitum. Ego qui occurro tibi, si me tantum credideris facere posse, & te a morte, quæ præsens imminet, eripiam longoque vives tempore. Et ut certissime credas quod spondeo: noveris meo auxilio, atque industria Conradum hoc tempore Imperatorem esse creatum. Tu quippe bene nosti, quod nullus Imperatorum ita velociter omnem Germaniam, atque Italiam, sicut iste, suæ subjugavit ditioni. Novi,* inquit, *æger, & mirum diu mihi cum cæteris fuit. Deinde vero primæ fraudis auctor adjecit: Nonne etiam in transmarinis partibus regnum Græcorum post Basilium Michaeli mihi obedienti tradidi? Idcirco crede mihi, quia faciam tibi multo majora, quam sperare queas, teque ipsum sanitati restituam. Erat quippe fama tunc temporis, quod idem Michael Cubicularius fuisset Basilii, eamque illi venenum in potu ad necem dedisset, cujus procul dubio Imperii post mortem ejus sumpsit coronam: cui etiam (ut par erat) regimen Imperii non satis utile fuit. Interea memoratus Hugo in se reversus, dextera signum venerabilis Crucis exprimere tentans dixit. Ego vero JESUM* Detectæ fallaciæ dæmonum. *Dei Filium testor, quem adoro, credo, & confiteor; & non aliam te omnino credidero, nisi ut fuisti, & es, fallacem diabolum. Tunc dæmon continuo hanc vocem edidit: Quæso ne brachium contra*

PAGIUS *hoc perventum est, ut oblationibus Regiis sacra vellet cumulare altaria: ohe! quotiens primum pavimento lacrymosa infixit oscula? Quotiens illud pectus venerabile propria puniebant verbera? Qualia dabat suspiria? Quotiens precabatur, ut sibi non indignaretur superna clementia? Tandem a suis ei imminenti sua porrigebatur oblatio non mediocris, nec qua alio clauderetur in marsupio, sed ingens allata est palleali extento in gremio, quam ipse Rex suis manibus altari imposuit, largitor hilaris monitu Apostolico. Altaria autem cur dico? cum vidisse me meminerim eum omnes angulos monasteriorum circuisse, nullumque altare licet exiguum prateriisse, cui non munera daret, & dulcia oscula infigeret? De-*

me erigas; sicque continuo omnis ille globus, ut fumus, evanuit. At ille exclamans, voce qua potuit, accurrunt quique domestici; narrat illis ex ordine quæ vidit, quæ audivit. Quibus dictis ipso die ante solis occasum obiit. Nulli quippe dubium, quoniam quæ sibi visa nobis vidit. Hæc de his Glaber, quibus de sacrarum reliquiarum nundinatione, de quo præfati sumus, ejusmodi subiicit historiam:

IX. Impostor nundinator reliquiarum. *Fuit enim in præscripto tempore homo plebejus, mangonum callidissimus, ignotis tamen nominis & patriæ, quoniam pro diversitatibus locorum quærens latebram, ne agnosceretur, fraudulenter imponebat sibi vocabula, vel de qua foret provincia. Custodiebat quoque e tumulis clanculo ossa evellens a cineribus nuperrime defunctorum hominum, sicque imposita in diversis apophoretis venditabat apud plurimos pro sanctorum Martyrum seu Confessorum reliquiis. Hic vero post innumeras hujuscemodi illusiones in Galliis patratas perfuga venit ad loca Alpium, ubi persæpe brutæ gentes inhabitant, habentes in arduis plurima domicilia. Ibi nempe se Stephanum nuncupavit, qui alias Petrus, alias Joannes dictus fuerat. Illic ergo more solito noctu colligens e loco abiectissimo ignoti hominis ossa, quæ posuit in capsella & feretro; dicebat sibi angelica ostensione revelatum fuisse, quem fingebat, esse sanctum martyrem nomine Justum. Mox quoque vulgus (ut se in talibus habere solet) ignavum, quidquid rusticanæ plebis fuit, totum ad hanc famam confluit; pœnitet insuper si non est ibi morbus, qui curari deposcat. Tunc ducit debiles, confert munuscula, pervigil tenet excubias, præstolans repentina fore miracula, quæ (ut diximus) aliquoties permittuntur fieri a malignis spiritibus tentatorie, peccatis hominum præcedentibus, quod tunc procul dubio evidentissime claruit. Multimodæ quippe membrorum reformationes ibidem visæ sunt extitisse, ac insignia pendere* * *ostellorum multiformia; nec tamen Morianæ, vel & Cottiæ, seu Gratianopolitanæ urbium Præsules, in quorum diœcesibus talia profanabantur, diligentiam hujus inquirendæ rei adhibuere; quin potius conciliabula statuentes in aliquibus, nihil aliud nisi inepti lucri quæstum a plebe, simulque favorem fallaciæ exigebant.*

X. *Interea Mainfredus Marchionum ditissimus hujusmodi famam comperiens, misit e suis, qui vi rapientes illud, quod colebatur simulacrum, sibi deferrent, quem æstimabant Martyrem venerandum. Imperat idem Marchio construere monasterium in Secusiæ castro, quod est antiquissimum inter Alpes, in honore Dei omnipotentis, ejusdemque genitricis Mariæ semper Virginis, in qua etiam post expletionem operis illum cum aliis quamplurimis Sanctorum pignoribus locare decreverat. Post paululum quoque, completo Ecclesiæ opere, statutoque dedicationis die, accersitis Episcopis in gyro degentibus, cum quibus etiam sæpe nominatus Abbas Willelmus, nonnulli & alii Abbates affuerunt. Erat autem tunc prædictus ibi Mango, jam dicto Marchioni percharissimus effectus, quippe quoniam spondebat se multo pretiosiora Sanctorum pignora in proximo revelaturum, quorum scilicet gesta & nomina, atque passionum certamina (ut cætera) fallaciter confingebat. Qui cum a doctioribus quibusque interrogaretur, qualiter talia pernosceret, minus verisimilia blaterans personabat. Namque egomet cum sæpe nominato Abbate illuc deveniens,* * *interrogans. Ajebat namque: Apparet, inquiens, mihi noctu Angelus, narratque ac docet quæcumque me velle scire noverit: & tamdiu apud me manet, usque dum ego recedere compello. Cum vero ad hæc respondentes sciscitaremur, an vigil, seu in somnis hoc cerneret, subjunxit: Per singulas pene noctes eripit me Angelus e lectulo, uxore mea ignorante, qui post multa colloquia salutans me atque deosculans recedit. Nos quoque expoliatum calliditatibus intelligentes mendacium cognovimus, virum non angelicum, quin potius fraudis ac malignitatum ministrum.*

Præterea pontifices rite peragentes, ob quam venerant, Ecclesiæ consecrationem, intromiserunt cum cæteris reliquiarum pignoribus ossa illius profani astu adjuncta; non tamen sine magna utriusque plebis exultatione, quæ innumerabilis illuc convenerat (contigit ergo ista fieri die xvi. Kalendas Novembris) idcirco nempe, quoniam fautores hujus erroris asserebant esse eadem Justi martyris ossa, qui eo die in Bellovaco Galliarum passus est urbe, cujus etiam caput Autisiodorum, ubi natus & nutritus fuerat, relatum est, & habetur. Sed ego, qui rei novitatem noveram, frivolum, quod dicebatur, asserebam. Elegantiores tamen virorum personæ cognoscentes figmenta fallaciæ, fidem dabant assertioni, quam protuleram. Nocte denique insecuta visa XI. Falsæ Reliquiæ inferuntur in Eccles.

sunt

PAGIUS *inde adsunt pauperes, numerantur etiam ipsi protinus singulatim omnes. Hæc & alia his mirificentiora a domino Canone gesta vidi ego vester vernulo, sanctis Audomari, sancti Bertine, cum forent vestris in cœnobiis. Pro quibus bonis tantum Regem impetrate vivere in cœlestibus habitaculis, ut vestri famuli Canonici & Monachi sint orantes orationibus quotidianis.*

Ad

sunt a quibusdam monachorum, seu aliorum religiosorum monstruosa in eadem Ecclesia phantasmatu, atque a locello, in quo inclusa habebantur ossa, formar nigrorum Æthiopum exisse, necnon ab ecclesia recessisse. Sed licet plures sanæ mentis detestabile figmentum abominandum clamarent: vulgur tamen rusticanæ plebis injuste nomen pro Justo venerans, olim in suo permansit errore. Nos autem idcirco ista retulimus, ut a multiformis dæmonum, seu humanorum errorum, qui in orbe passim abundant, præcipue in fontibus seu arboribus, ab ægeis incaute veneratis caveatur. Hæc Glaber.

XII. Sane quidem & temporibus Apostolorum erant in Ecclesia falsi fratres (ut testatut Apostolus *a*) & illi plures numero, qui (*b*) quæstum pietatem putarent. Quereia est pariter sancti Augustini in libro, quem scripsit De opere monachorum, in Africa quosdam pseudomonachos impostores circuisse distrahentes lucri causa reliquias, quas dicerent ossa Martyrum. Sed non defuit Deus, cum opus fuit, servis suis, monendo revelans, si quis circuitorum fraude in reliquias, quas Fideles colerent, error irrepsisset, ut legimus factum apud Severum, in vita sancti Martini, sive alias, vel ut modo hic accidisse cognovimus. Si quis autem divinitus factæ de his revelationi non pareat, sed obstinatus in errore permanere voluerit, excipiet illam digne sententiam: (*c*) Qui sordescit, sordescat adhuc. Sed & si non tunc, eo modo incalescente vulgo in defensionem erroris, postea tamen emendatam constat fuisse fraudem illam, cum neque ibi, neque circumcirca alicubi locorum remanserit memoria Justi martyris, titulo falso conficta.

(*a*) 2. Cor. 11. (*b*) 1. Tim. 6.

Deus monere solitus fideles ut caverent errores.

(*c*) Apoc. 22.

XIII. Obitus S. Romualdi.

Hoc anno ponitur obitus sancti Romualdi, de quo sæpe superius diversis in locis: cujus vitam egregiam Petrus Damiani conscripsit anno decimoquinto post ejus mortem. Verum cum dicit eum vixisse annos centum viginti, fateor, numerum ejusmodi non invenio, si habenda sit ratio temporis sedis Honesti Archiepiscopi Ravennatis, sub quo ipsum Romualdum monasticum habitum induisse, constans est ipsius assertio Petri Damiani. Verum eumdem Honestum sedere cœpisse anno nongentesimo septuagesimoprimo, sedisseque usque ad annum nongentesimum octogesimum tertium, qui prosecutus est locupletius res Ravennates Rubeus vir insignis amicus noster, ostendit. Quod si tantum agebat suæ ætatis annum vigesimum, cum monasticum induit habitum, ut Petrus Damiani testatur, idque contigit sub Honesto: sane quidem, etiamsi velimus eum anno primo Honesti initiatum monastico ordine, usque ad annum millesimum septuagesimum primum eum oportuit pervenisse, ut asseri possit, eum centum viginti annos vixisse. Verum nec Petrus ipse, qui vitam scripsit, superstes tunc erat. Sic igitur ad certiores calculos anni Romualdi sunt revocandi. Constat autem ipsum in Sanctorum numerum adscriptum quinquennio post ejus obitum eo tantum ritu, qui tunc erat in usu, nempe ut petentibus concederet Apostolica Sedes super corpus ejus altare construere, ut idem Petrus affirmat, dum ait: (*d*) *Post quenquennium vero sancti viri obitu data monachir ab Apostolica Sede licentia, ut super venerabile corpur ejus altare construeretur.* Sic & idem Petrus in epistola (*e*) ad Henricum Archiepiscopum Ravennatem de aliis sanctis viris refert miraculis coruscantibus, qui hoc eodem tempore vixere, supra quorum corpora altaria sunt erecta, atque desuper sacrosancta sacrificia immolata, ut fuere Romualdus Camerinensis, Amicus Ratisponensis, Guido Pomposianus, Firmanus Firmensis & alii plures.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Canonizandi ritus hujus temporis.

(*d*) Pet. Dam. in Ro. c. 79. apud Sur. t. 3. die 19. Jun.

(*e*) Id. ep. ad Henric. c. 29. habetur t. 3. Biblioth. SS. Patrum.

Hoc eodem anno Alphonsus Quintus ejus nominis Rex Legionensis in Hispania, dum præliaretur adversus Saracenos in Lusitania apud Visæum, sa- XIV.

PAGIUS VI. *Obitus S. Romualdi Abbatis.*

Ad num. XIII. Petrus Damiani in Vita S. Romualdi Abbatis & Ordinis Camaldulensis fundatoris, capit. 20. narrata ejus morte ait: *Vixit vir beatissimus centum viginti annis ex quibus viginti expendit in sæculo, tres duxit in Monasterio, nonaginta septem in eremitico transegit proposito.* Non probatur Baronio illud de CXX. annorum ætate, putatque Vitam illam interpolatam esse, aut perperam descriptam. Bollandus ad diem VII. Februarii in Commentario prævio ad Vitam illam, existimat etiam numeros in ea vitiatos, eosque corrigere conatur. Petrus Damiani nec annum mortis, nec diem expressit. In Martyrologio Romano natalis *Romualdi* inscribitur ad diem XIX. mensis Junii. Tandem Clemens VIII. ut ab omnibus die VII. Februarii, qui dies est secundæ ejus Translationis, Natalis illius celebraretur, decrevit.

VII. *Obitus Alphonsi V. Regis Legionensis.*

Ad num. XIV. *Alphonsus* V. Rex Legionensis in Hispania hoc anno adversus Saracenos pugnans occisus est, ut ostendit Baronius ex ejus Epitaphio, in quo legitur: *Obiit Era MLXV. Nonas Maii*, currenti scilicet anno. Eum excepit *Veremundus* filius, hujus nominis III. In Alphonsi morte Ademarus Monachus Sancti Eparchii Chronicon suum absolvit, licet referat Epitaphium Willelmi Comitis Engolismæ, in quo legitur: *Obiit in pace VIII. Idus April. vigilia Osanna MXXVIII. anno ab Incarnatione*, quod & in Hist. Pontif. & Comit. Engolismensium etiam habetur. Hæc porro ultima verba Chronici Ademari: *Tunc Rex Navarra Santius* (cognomento Major) *adhibitis secum VVasconibus, super Saracenos exercitum duxit, & devastata Hispa-*

gitta percussus interiit summo mœrore omnium, ob insignem ejus pietatem erga Dei Ecclesiam, & in ejus hostes impios Sarracenos immotum animi propositum: quo factum est, ut magnum sui desiderium cum dolore immenso relique-

rit. Porro ex ejus sepulcri inscriptione ita tempus ejus obitus redditur exploratum, quæ sic se habet, rudi quidem stylo, ut ejus temporis ferebat iniqua conditio, silvescente inter assidua prœlia Latinitate:

HIC

PAGIUS *pania cum multis spoliis & magno triumpho remeavit. Ipso denique anno Rex Galitianus Adefonsus Saracenos populatus est magna infestatione, & quadam Hispaniæ civitate per obsidionem pene se se tradente ei, dum ipse armis depositis, fuerenter extrinsecus Christianos in certamine sedaret Paganorum, ab adversariis, quibus parcere deliberaverat, ictu sagittæ foris muros vulneratus interiit, & sic exercitus ejus, non sine magno dolore gestum suum vertit, lugens Principem suum fortissimum.* Immediate antea narrarat ordinationem *Gotsefridi* II. Burdigalensis Archiepiscopi, quem San-Marthani in Archiep. Burdigal. currenti anno Archiepiscopatum Burdigalensem rexisse demonstrant. Quare egregium illud Opus, ad res Aquitanicas illustrandas præsertim utile, anno frequenti publicatum, licet hoc anno paucissima referat, quæ sequenti gesta sunt. Hallucinati sunt itaque Viri doctissimi, qui autumarunt Chronicon illud perductum esse usque ad annum MXXX. Extat illud Tom. II. Biblioth. Labbei sicuti & laudata Historia Episc. & Comit. Engolismensium.

VIII. *Peregrinatio Hierosol. Richardi Abbatis Virdunensis.* Richardus Virdunensis Abbas *Gratia-Dei* vulgo appellatus, hoc anno peregrinationem Hierosolymitanam suscepit, quam fuse narrat Chronographus Virdunensis nosque ex eo summarie referemus. *Expensas viæ Richardus Comes* Normannorum (hujus nominis III.) *omnes ei attribuit. Erat enim in eleemosynis largus, ebrietate diffusus, honestate præclarus. Supersunt adhuc in Britannia insula & Normannia nobiles & probati viri, qui viderunt hunc Patrem nostrum Gratia-Dei, & noverant quantum ab eodem Comite diligebatur affectu. A quibus nos etiam istud audivimus, qui & referre soliti sunt, quia sic sibi individua dilectione adhærebant, ut putares unam animam duobus inesse corporibus. Optabili ergo peregrinatione suscepta, vir dominus Richardus septingentos peregrinos secum duxit, quibus ex propriis subsidia victus sufficienter administravit*, &c.

IX. *Antiochia cum S. Sym. Syracusano amicitiam contrahit.* *Venit ergo Antiochiam, ubi cum eum itineris necessitas aliquot diebus remorari coegisset, vir Dei Symeon, qui nunc Trevirensem Ecclesiam corpore & virtutibus adornat, in amicitiis ei junctus est, & fratribus qui erant cum eo adoptans sibi illum in patrem* (ex quibus patet, Brouverum lib. XI. Annal. Trevirensium perperam scripsisse Sanctum Symeonem Monachum Siracusanum sub annum MXVIII. Treviros, ubi ultimos vitæ annos egit, venisse). *In quo beati Symeonis facto hoc intueri libet, quia idem vir Dei non ejus se crederet magisterio, non committeret patrocinio, nisi divina pietas, quæ eum a seculi actibus alienum reddiderat, cordi ejus revelasset, dignum illum esse, qui subditis præesse & prodesse posset. Ne tebatur autem isdem beatus Symeon a fratribus monasterii Montis Syon pro eleemosyna, quæ de terra Richardi Comitis Normanniæ monasterio eidem debebatur, & quamquam nesciret, Spiritu sibi revelante, multa se adversa passurum,*

tamen pater Richardus discretionis oculis hinc inde munitus consilium dedit, ut coeptis insisteret, obedientiam impleret, usquequo rem probaret, eventus. Flentem itaque & tristem eum a se dimisit, utrimque pedibus, manibus, & genibus exosculatis, quia erat in eis gratia Spiritus Sancti, &c. *Perbatus igitur Domini servus viam carpens, terram Saracenorum ingressus est*, &c. *Jam vero ubi ad urbem* (sc. Antiochiam) *venisset, ante mœnum urbis psallebat salvatori suo, & Missarum solemnia ibidem celebrabat, Pagani desuper saxa jaciebant, ut capiti ejus illiderent*, &c. *Monachorum vero & Clericorum comitantium illum nullus ei cœsse vel cohabitare poterat: sed quantum jactus est lapidis ad longe stantes canebant, & canentes respondebant, ipse solus intendebat his quæ coeperat, donec Missa peracta egrederentur, vel potius extraherentur*, &c.

Constantinopolim venientes, cum quanto honore exceptus ab Imperatore sit, dignisque muneribus & obsequiis honoratus, dicere supersedemus, quia ad alia properamus. Optata itaque via dimissus cum gratia, per multimoda pericula apprehendit Hierosolymæ loca desiderata &c. *Occurrit autem ei venienti Patriarcha Hierosolymitanus* (vel Arsenius, qui anno MXVI. vel Jordanus, qui an. MXXXIII. Hierosolymis sedebat, ut videre est apud Papebrocium in Hist. Chronolog. Patriarch. Hierosolym.) *audierat enim famam ejus omnium ore celebratam, & consalutati mutuo, data pacis osculo lætati sunt in domino* &c. *Introductus igitur in Sanctam Syon Missarum solemnia celebravit, adstante Pontifice & Clero, & sic locum Sepulcri Domini cordis affectu revisens, omnemque locum sanctum pia devotione perlustrans, cum se desiderio satisfecisse crederet; iterum æstuantem devota sollicitudine satiabat animum* &c. *Quid multa? Venit dies S. Sabbati, quo expectabatur ignis a Domino, & Gentiles armati Christianis intro inclusis, & beneplacitam voluntatem Domini de igne suscipiendo præstolantibus, totam obseraverant Ecclesiam ut si ignis non advenisset, omnes gladiis perimerentur, cum ecce hora circiter nona omnibus orantibus, in una lampade ignis accensus est a Domino nullius mortalium suffragante amminiculo, & Gentiles omnes stupor apprehendit & pavor, Christianos vero gaudium & exultatio: ut ab omnibus tota certatim canerentur Ecclesia.* Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus. *Illico vir beatus sacris indutus vestibus, missa inchoata*, Kyrie Eleison, *solemne elata in excelsum voce, pronunciavit*, &c. — X. *Hierosol. a Patriarcha honorifice suscipitur.*

Sed jam quid moramur redeuntem? Reddamus patrem filiis, ut gratulentur in invicem & pro absentia tædio, quod perpessi sunt, ipsi sibi sint consolatio. Non autem prætermittamus Antiochiam Sancti Symeonis præsentia claram. Ibi enim invenit pater amantissimum filium, ibi recepit filius patrem charissimum, ibi sodalis socium, frater fratrem, comites agnoverunt comitem. Neque enim potuit, multis — XI. *Cum S. Symeone Syracusano in Galliam redit.*

ob-

HIC IACET REX ADEFONSVS, QVI POPVLAVIT LEGIONEM POST DESTRVCTIONE ALMANZOR, ET DEDIT EI BONOS FOROS, ET FECIT ECCLESIAM HANC DE LVTO ET LATERE. HABVIT PROELIA CVM SARRACENIS, ET INTERFECTVS EST SAGITTA APVD VESEVM IN PORTVGAL. FVIT FILIVS VEREMVNDI ORDONII. OBIIT ERA MLXV. NONIS MAII.

Attilianus & Florianus sancti. Est hic ipse Christi annus millesimus vigesimusseptimus: successit in regnum ejus filius Veremundus. Regebat tunc ipsam Legionensem Ecclesiam Attilianus Episcopus, qui egregia claruit sanctitate, sicut & Florianus presbyter, qui Sanctorum honore digni jure catalogo ipsorum reperiuntur adscripti.

XV. Quo pariter tempore (sed nescitur certus annus) Garsias Rex Vasconum ad Limina sanctorum Apostolorum advenit, explandi causa delicti in matrem commissi, cum falso illam apud patrem adulterii criminis accusasset. Hæc pluribus recentiores, res Hispaniarum prosequuti.

Chri-

PAGIUS *obstantibus persistere quod decreverat, præcipue cum nosset divina revelatione in itinere illo plurima se passurum adversa. Delectatus igitur uterque comparis præsentia, delegerunt simul Virdunam redire, ut quod supererat temporis, simul explerent in exercitio spiritualis Philosophiæ. Venientes autem ad civitatem Bellegradam, quæ est in confinio Bulgarorum & Hungarorum a civitatis infelicissimo Principe prohibitus est eum eis transire & ita lugens & dolens divisus est a patre & fratribus lugentibus & dolentibus. Domnus Symeon per multa pericula ivit Rotomagum pro implenda obedientia, pater Richardus Gratia Dei longo & vario itineris labore redditus est finibus Galliæ Belgicæ, &c. Reliquias ergo Hierosolymitanas, seu undecumque quæsitas, quibus onustus advenerat, in Sanctuario Pater Richardus deposuit.* In Chronico Ademari mentio est hujus peregrinationis Hierosolymitanæ, diciturque Willelmum Engolismensem Comitem cum Richardo Abbare Virduoensi & magna caterva nobilium cœpisse iter agere *mense Octobris primo die*, reversumque *tertia hebdomada mensis Junii ad propria*. Sed cum Labbeus in *margine* notet, hæc non legi in MS. Codice Hadriani Valesii, non dubito, quin a posteriori manu id in Chronicon illud male & contra veritatem insertum fuerit. De Sancto Symeone Syracusano infra sermo erit.

XII. *Concilium Carofense.* Cum in Galliis *Manichæorum* hæresis reviviscere videretur, & bella inter privatos gesta magnorum malorum causa essent, *Willelmus* Aquitaniæ Dux, hujus nominis IV. Concilium apud *Carrofum*, monasterium in marchia pagi Pictonici situm, hoc anno congregavit. In Chronici enim Ademari fine, antequam narretur electio Gotefridi II. in Archiepiscopum Burdigalensem, quam ad huoc annum pertinere constat legitur: *His diebus Concilium aggregavit Episcoporum & Abbatum Dux Willelmus apud Sanctum Carrofum, propter extinguendas hæreses, quæ vulgo a Manichæis disseminabantur. Ibi adfuerunt omnes Aquitaniæ Principes, quibus præcepit pacem firmare, & Ecclesiam Dei Catholicam venerari.* Cossartius Tom. IX. Concil. pag. 860. Concilium Carrofense cum anno MXXVIII. copulat, additque, *libentius ad annum MXXXI. rejicerem; quo tempore multis Galliarum locis habeo recepta de firmanda pace Concilia.* Verum prætequamquod Ademarus anno MXXVIII. Chronicon suum absolvit, & magna eorum pars, quæ in fine habentur, ad hunc annum pertinent, ut mox insinuavimus. Chronographus Malleacensis ad annum MXXVIII. a Paschate inchoatum, ait: *Sequenti anno post multa laudabilia facta ipse Dux Guillelmus Monachus factus apud Malliacum plenus dierum in senectute bona obiit in pace pridie Kal. Februarii.* Quare Concilium *Carrofense* a Guillelmo IV. indictum, hoc anno, vel serius sub sequentis exordium convocatum fuit. *Guillelmus* IV. inter Aquitaniæ Duces celeberrimus fuit, ejus filiam *Agnetem* Henricus Imperator hujus nominis II. uxorem accepit, de cujus virtutibus suo loco sermo erit; ipseque e vita migravit die ultima mensis Januarii anni MXXX. juxta Chronographum Malleacensem. De eo legendus Beslius in Hist. Comit. Pictav. & Ducum Aquitaniæ cap. 22.

I. *Obitus Hugonis Regis Roberti filii.*

CHristi annus millesimus & vigesimus octavus sequitur, undecima Indict. inchoatus, quo mortuo Hugone Francorum Rege, Roberti Regis filio, magnæ dissensiones obortæ sunt inter ipsum Regem atque Reginam Constantiam, decernente ipso Roberto regnum deberi secundogenito Henrico, Regina vero muliebri affectione annitente, ut tertiogenito illud traderetur Roberto. Cujus controversiæ occasione magnum excitatur domesticum bellum, & inter Principes, atque Episcopos, aliis Regi, Reginæ aliis studentibus. De his acturi, quod in primis ad tempus spectat, hoc anno Hugonem esse defunctum, ex Glabro, qui tunc vivens rerum Gallicarum scriptor cuncta ob oculos habuit, intelligimus. Dum enim ait ipsum Hugonem obiisse annos natum vigintiocto (ita enim in Jambicis flebilibus illis, quos rogatus a fratribus cecinit, habet: (a)

(a) Glab. l. 3. c. 9.

Annis florebat mundo juvenilibus,
Terdenis minus excreverat duobus
Regnorum lumen Hugo, Regum maximus.

Cumque constet non ante millesimum nasci potuisse Domini annum, eodem auctore Constantiæ nuptias anno millesimo referente; utique non ante hunc defunctum annum, necesse est affirmare. Sed neque ut dicamus post annum præsentem diem obiisse, patitur ratio temporis Fulberti Episcopi Carnotensis, quem constat unum ex illis fuisse Episcopis, qui electioni favebant Henrici contra Constantiam, atque ipsum hoc anno esse defunctum, eo irrefragabili argumento, quod dedicationi solemni Aurelianensis Ecclesiæ, cui una cum pluribus Episcopis Rex interfuit, anno sequenti, non ipse Fulbertus, sed ejus successor Theodoricus interfuisse ponitur ab Helgaldo ejusdem temporis scriptore, in vita Roberti. Hæc de temporis ratione.

Quod autem ad Hugonem Regem spectat, quem jam fere decennem pater regni consortem elegit, etsi ad tempus patri molestus fuerit, ipsi rebellans; tamen petendo veniam humili reconciliatus obsequio, ita vitam instituit, ut magnum sibi nomen pepererit, atque expectationem sui maximam coaluerit, adeo II.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLVI. An. Hegiræ CCCCXIX. inchoato die 30. Januarii fer. 4. A. C. 1028.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6521.

☉ 2. GF. ☽ 3. P. 14. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1028.

JOANNIS XIX. PAPÆ 5.

CONRADI II. REG. 5. IMP. 2.

ROMANI ARGYRI IMP. 1.

I. *Hugo Roberti Regis filius Rex unctus anno MXVII.*

AD num. I. & seq. Glaber lib. 3. cap. 9. de Roberti Francorum Regis filiis sermonem instituit, eosque tres fuisse docet, nempe Hugonem natu majorem, Henricum, & Robertum. De Hugone ait: *Erat idem puer forme decennis. Qui minimo illorum (nempe Primatum regni) acquiescens dictis, matre, (sc. Constantia) pracipue instigante, Regio in Compendio adscitis regni Primoribus, coronam, ut decreverat, eo more a Pontificibus fecit puero imponi.* Quod Helgaldus in Vita Roberti Regis pag. 49. die Pentecostes factum fuisse asserit. Annus tam in brevi Chronico Autissiodorensi, quam in Chronicis Vezeliacensi & Floriacensi notatur, nempe millesimus decimus septimus; imo & diserte exprimitur in Charta Roberti patris pro restitutione monasterii Latiniacensis ad Matronam, cujus hæc est subscriptio: *Actum Senonis civitate anno dominica Incarnationis millesimo decimo octavo, regnante serenissimo Rege Roberto XXXII. Kal. Martii, Signum Roberti Regis. Signum Hugonis Regis. Signum Henrici. Signum Roberti. Signum Letrici Archiepiscopi* scilicet Senonensis, communius Leotherici appellati. Quare dubium esse non debet, quin *Hugo* die Pentecostes anni MXVII. Rex unctus fuerit. Mabillonius lib. VI. de Re Diplom. pag. 581. Diploma illud recitat, atque legendum, *anno millesimo vigesimo octavo*, & Hugonem anno MXXVII. Reg. Benedict. Verum non in iis verbis, sed in istis, *regnante serenissimo Rege Roberto* XXXII. mendum cubat, legendumque, *regnante Serenissimo Rege Roberto XXXI.* Annum enim Christi MXVIII. habuit etiam exemplar, quo usi sunt San-Marthani in Episcopis Senonensibus, eumque retinendum esse jam ante me aliqui viri docti monuere. [1]

Por-

NOTÆ [1] DE inauguratione Hugonis in regem eo anno quo hic facta nihil contra excipio, sed die Pentecostes id peractum nego, cum diu ante eam diem Regium titulum assumpsisse demonstrat charta Girardi relata in chronico Besuensi apud Dacherium Spicil. tom. 2. pag. 418. nov. edit. signatur enim XVI. Kal. Maii Indict. II. regnante Roberto rege XXXII. & Hugone filio ejus III. die Jovis indicatur hisce annus 1019. quo mense cum Hugo annum tertium Regni inivisset ex hoc utique consequitur inauguratum illum fuisse anno quidem 1017. sed ante pentecostem, imo & ante Pascha, quod eo anno in diem XI. Kal. Maii incidit. Nisi forte reputaverimus inaugurationem hanc toto anno anticipandam esse ut diei quidem Pentecostes sed anni 1016. assignetur. MANSI

eo ut moriens, veluti quodam abortu spes omnes parentum, & subditorum abrumpens ingens sui reliquerit desiderium. Scribit pluribus ista omnia (b) Glaber, & cecinit (ut dictum est) Jambicis.

(b) *Id. ib.*

At

PAGIUS

II. *Ante triennium demortuus.* Porro *Hugo* non hoc anno, ut arbitrabatur Baronius, sed anno millesimo vigesimo quinto vitam cum morte commutavit, idque, ut notat Glaber loco laudato, *die decima septima mensis Septembris*. Annum Hugonis emortualem jam anno MXXV. num. III. probavimus, quare videnda quæ ibi de Hugone Rege diximus. Subiungit Glaber: *quam humilis ac dulcis eloquio patri ac matri servis obedientior, pauperum largus dator, Monachorum & Clericorum consolator, nec non apud patrem cunctorum rogantum fidelissimus interventor, quam assiduenter in cunctis optimis melior, quis volet exequi relator? Hujusmodi enim fama ubique provinciarum percitus peroptabatur a multis, præcipue ab Italicis, ut sibi imperaret, in imperium sublimari*, post mortem nempe Sancti Henrici Imperatoris. Quo etiam tempore, ut refert Ademarus in Chronico, e Longobardia *venerunt multi nobiliores Pictavam urbem ad VVillelmum Ducem Aquitanorum, & eum super se Regem constituere cupiebant*; sed vir prudens *laudem & honorem eorum pro nihilo duxit*. Loquitur de Willelmo hujus nominis IV. magni nominis Prinicipe.

III. *Anno ætatis XVIII.* Non hinc discedam, quin *Glabri* citati textum corruptum emendem. *Robertum* post annum millesimum *Constantiam* uxorem duxisse, suo loco monstravimus, & tamen Glaber recitat versus Jambicos quos ait, se in funere Hugonis Regis cecinisse, in quibus legitur:

Annis florebat mundo juvenilibus,
Ter denis minus excreverat duobus,
Regnorum lumen Hugo, Regum maximus.

Cum enim certo constet, *Hugonem* post annum M. in lucem prodiisse, anno millesimo vicesimo quinto, qui ei fatalis fuit, non potuit natus esse annos XXVIII. Quare loco, *ter denis minus excreverat duobus*, nempe annis, legendum, *bis denis minus excreverat duobus*. Hæc emendatio ex ipsomet Glabro eruitur, qui antea de Hugone scripserat: *erat idem puer ferme decennis*, anno nempe MXVII. quando Rex coronatus fuit. Jam dixerat Glaber, Primates Regni, quos Robertus Rex consuluerat, tale ei dedisse responsum: *Sine puerum, Rex, si placet, crescendo procedere in viriles annos, ne veluti de te gestum est, regni pondus infirmæ committas ætati*. Quæ omnia de Hugone dici non potuissent, si anno ætatis XVIII. vel XIX. quod ex textu corrupto Glabri sequitur, Rex inauguratus esset. Cum contra de puero ferme decenni, qui crescit in viriles annos, hæc recte asseri possunt. Infra videbimus, Epitaphium *Berengarii* hæresiarchæ versibus compositum eodem fere modo depravatum fuisse. Licet enim certum sit, eum die Epiphaniæ morte sublatum, idque asserat Malmesburiensis, in ejus tamen Epitaphio ab eodem relato habetur: *Jam quinta dies abstulit illa nefas*, nempe mora, & in quibusdam editionibus habetur, *Jani prima dies*, &c. utrobique loco, *Jani sexta dies*. Observavimus in hac Critica alia exempla, quibus manifestum fit, sciolos verba numeros in Versibus exprimentia immutasse. Denique ipsemet Glaber loco citato, tam prosa, quam versibus ait, *Robertum* Constantiam uxorem accepisse *circa annum millesimum*, uti anno CMXCVIII num. X. ostendimus, ideoque scribere non potuit, *Hugonem* Regem per annos XXVIII. in vivis fuisse, recteque in brevi Chron. in Henrico Rege Galliæ desinente apud Duchesnium Tom. III. pag. 357. de Hugone habetur: *puer tenuis erat, quando mortuus est*.

IV. *Discordia inter Regem & Reginam de novi Regis electione.* Post Hugonis Regis mortem Robertus *Henricum* filium secundo genitum *ad regimen totius regni sibi associavit, provehens Remis civitate. Quam rem agre tulit Regina, volens Robertum constituere Regem*, inquit Auctor fragmenti a Roberto ad mortem Philippi I. Regis, apud Duchesnium Tom. IV. Non pauci Episcopi, ut odium *Constantiæ* Reginæ, quæ *Robertum* alterum filium præferendum volebat, declinarent, novi Regis electioni, quamdiu pater viveret, non assentiebantur, existimantes Reginam temporis progressu ab ea sententia discessuram, & justo Regis consilio consensuram. Ex Præsulibus illis unus fuit *Fulbertus* Episcopus Carnotensis, ut liquet ex Epistola *Odolrici* Episcopi Aurelianensis Sancti Theodorici successoris, ut anno MXVIII. vidimus. Hic ad Fulbertum scribit, se Reginæ odium incurrisse, & a plurimis Episcopis clanculum rodi, quod faveret Regi in consilio ab eo suscepto *de constituendo Rege majori filio*. Scripsit etiam Fulbertus ad *Guidonem* Silvanecti Episcopum, atque se ob corporis valetudinem *benedictioni Henrici* interesse non posse. Recitat utramque Epistolam Baronius; sed cum *Henricus* anno superiori coronatus fuerit, evidens est, doctissimum Cardinalem unius anni metachronismo peccare. Verum audiendus hac de re Glaber loco citato.

V. *Henricus Hugonis frater anno superiori Rex dictus.* *Post cujus* (nempe Hugonis) *obitum, cæpit iterum idem Rex* (sc. Robertus) *tractare, quis potissimum ex residuis filius pro se regnare deberet*, &c. *coadunatis denique Rex metropoli Remis regni Primatibus, stabilivit regni coronæ Henricum, quem delegerat*, quod anno superiori, non vero præsenti, uti scribit Baronius, peractum esse scite demonstrat Mabillonius lib. II. de Re Diplom. capit. XXVI. ,, num. XXVII. cujus verba refero, Henri- ,, cum ab anno MXXVII. a patre in con- ,, sortium Regni adoptatum fuisse colligimus ,, cum ex aliis, tum ex Charta Drogonis Co- ,, mitis, a me edita in fine sæculi III. da- ,, ta *anno ab Incarnatione domini MXXX. in-* ,, *dict.* (*XIII.*) *regnante Rege Franc. Roberto,* ,, *anno regni sui XLII. & filii ejus concor-* ,, *diter cum eo regnantis anno jam quarto Hen-* ,, *rici*. Id autem valide confirmatur, tum ,, ex variis Fulberti Carnotensis Epistolis ,, (Epist. IV. XV. LIX. CV. CXXVIII.) ,, in quibus Henricum jam Regem laudat Ful- ,, bertus mortuus IV. Idus Aprilis die Cœnæ ,, Domini, anno MXXVIII. secundum vete- ,, rem calculum, anno MXXIX. secundum ,, novum: tum maxime ex literis Assessionis ,, seu Coronationis Philippi Primi ejusdem ,, Henrici filii a Chesnio (Tom. IV. pag. ,, 161. Chiffletio (Tournu pag. 317.) & Mar- ,, loto (Metrop. Rem. Tom. II. pag. 117.) ,, relatis, datis *anno Incarnat. MLVIII. indict.* ,, *XII. regnante Henrico Rege XXXII. eadem* ,, *die completo, X. Kal. Junii, Episcopatus*

an-

III. Fulbertus favit Regi contra Reginam.

At quod ad Fulbertum Carnotensem Episcopum pertinet, sui temporis summum decus Ecclesiæ Gallicanæ, in his turbis tum excitatis a filio in parentem, quam a conjuge in virum Regem, semper, (ut par erat) Roberto favit, ut ex litteris tunc scriptis facile colligi potest. Extat enim (a) epistola de Hugone filio tunc capto, ad ipsum Robertum Regem missa: alia vero ab Odelrico Episcopo Aurelianensi (ut conjicitur) ad ipsum Fulbertum data, eum in electione successoris innitens Regis voluntati, studeret Henrico magis, quam tertio loco nato Roberto. Quæ inter epistolas Fulberti ultimum locum tenet, atque sic se habet: (b)

(a) Fulb. ep. 78.

(b) Id. ep. 91.

IV. *Dilectissimo domino suo Fulberto Episcopus O. cui optat juxta Domini præceptum serpentinam prudentiam columbina simplicitate præditam.*

Monetur Fulbertus ab Episc. Aurelianensi.

Quod tuo, beatissime pater, aliorumque multorum relatu perceperam: idipsum nuper domino Berardo Suessionis Episcopo referente cognovi; scilicet incurrisse te gravissimum Reginæ odium, faventem potius marito suo, de constituendo Rege majori filio, quem dicunt simulatorem esse, segnem, mollem in negligendo jure patris futurum, fratri suo minori attribuentes his contraria. Te quamplurimi Episcoporum rodent clanculum. Unde quantum ex verbis supradicti Præsulis adverti: seu totum Coepiscoporum tuorum Francigenarum super hoc agendum negotium, intimare tibi non me piguit, ut si fortè sanior est, ei ne refrageris, & a periculo tibi caveas. Est autem hæc eorum ad componendam utrimque litem sententia; Patre vivente, nullum Regem sibi creari: quod si acrius institerit in vita patris hoc fieri, quem meliorem senserit, ad Regem debere sublimari. Videris, pater prudentissime, ne sis plus æquo justus, nec a sanctis consacerdotibus tuis perperam diffidas. Hæc ad Fulbertum Episcopus O. At quid Robertus pater? convocato Rhemis conventu (ut Glaber ait) Episcoporum, ac Principum, filium majorem natu coronavit Henricum: cujus rei causa inter fratres est oborta discordia, quæ postea in civile bellum erupit, de quo suo loco dicendum. Ad ejus vero consecrationem una cum aliis invitatus ipse Fulbertus, ob ægritudinem corporis, & Reginæ Constantiæ minas non potuit præsens esse: qui has tunc litteras dedit ad Guidonem Episcopum (c).

(c) Fulb. ep. 43.

V. *Venerabili Patri & Coepiscopo suo Guidoni Fulbertus. Ad benedictionem Henrici regiæ prolis voto quidem rapior, sed adversa me corporis valetudo retardat. Tentarem tamen utcumque moderatis equitationibus eo pervenire, si non absterreret sævitia matris ejus, cui satis creditur cum mala promittit, fidem facientibus multis, & memorabilibus gestis ejus. Qua difficultate prohibitus, rogo vestram charitatem, dilectissime, ut vice mea suadeatis domno Archiepiscopo Rhemensi, cæterisque primoribus, ne qua occasione differant benedictionem juvenis supradicti: spero enim illam Deo, & bonis hominibus placiturum. Vale.* Hæc Fulbertus, ac plane haud falsus vates, neque vanus conjector de Henrico, ut eventa ejus significarunt. Cæterum en hac ægritudine ipsum defunctum ad Deum migrasse, possumus intelligere: siquidem ipsum ante sequentem annum (ut dictum est) quo Aurelianensis basilicæ dedicatio facta est, diem obiisse supremum, haud dubio declaratum est argumento. Cujus sanctitatem, atque doctrinam commendant, si non aliud, scriptæ ab eo epistolæ, opera Massoni Parisiis haud pridem editæ, sed quæ in multis emendentur ex codice Vaticano, in quo illæ habentur junctæ cum epistolis

De Fulberti metu.

PAGIUS „ *autem domini Gervasii anno IV. in die sancto Pentecosten.* Nam si ab anno MLIX. per „ annos XXXII. calculum refectas; annum „ MXXVII. initi ab Henrico regni primum „ habebis. At verba illa, *eadem die completo*, referenda sunt, non ad *X. Kal. Junii*, „ sed ad *Festum* Pentecostes. Nam hac die coronatus dicitur *Henricus*; non eodem die „ mensis, quo coronatus est filius ejus Philippus: quandoquidem festum Pentecostes „ an. MXXVII. novem diebus citius, idest, „ pridie Idus Maii incidebat. In Diplomatibus porro tam Henrici, quam Philippi „ examinandis accurate expendenda est hæc „ duplex utriusque epocha, nempe ab initio „ Regno, seu cum patre, seu post mortem „ patris; nam pro hac duplici epocha variat calculus in Diplomatibus. Ita vir doctissimus, qui horum postea in lib. VI. non meminit, cum scripsit quæ mox num. I. ex illo retulimus, nempe in Diplomate Roberti Regis, cui scripsere filii ejus, Hugo Rex, & Henricus nondum Rex, loco *anno millesimo decimo octavo*, legendum esse *millesimo vicesimo octavo*, ita ut Hugo eo Christi anno adhuc in vivis fuerit, & Henricus nondum regnarit. Subscriptio itaque Chartæ pro monasterio Latiniacensi editæ pura est, certumque Regni Hugonis initium. Præterea Fulbertus non anno insequenti, ut idem Mabillonius censet, sed præsenti demortuus, ut statim ostendo.

VI. Moritur Fulbertus Episc. Carnotensis.

A num. III. ad VII. In Chronico Delensi ad annum MXXVIII. legitur: *Defectum Luna passa est nocte, qua lucescit in Parasceve Pascha, quod fuit secundo Idus Aprilis. Die vero præcedente Cœna dominicæ depositio domini Fulberti Carnotensis Episcopi.* Ubi depositionis nomine dies sepulturæ intelligendus, ita ut sanctus Antistes III. Idus April. seu die XI. ejusdem mensis terræ mandatus fuerit, & IV. Idus Aprilis, seu die decima ejusdem mensis animam Deo reddiderit, quod postremum

lis Sidonii Apollinaris. Sunt de eo præclara elogia Scriptorum hujus temporis, ut Glabri, & auctoris historiæ Aquitanicæ, & aliorum. In eodem præter scientiam, & vitæ integritatem maxime commendatur, quod erga sanctissimam Dei genitricem Mariam addictissimus servus & promptissimus ejus amator fuerit, in cujus laudem librum conscripserit, basilicamque construxerit, laudesque cecinerit: ab ea autem singulari remuneratum dono, dum ipsi ægrotanti per visum apparens, sugenda aperuerit sacra ubera. Quod testatur Guillerinus, ex quo Vincentius; qui etiam tradunt, ipsum prophetiæ imbutum fuisse spiritu.

VI. Fulbertus Berengarium moriturus sugillat.

Qui quidem moriens, haud dubium testimonium reliquit de Berengario, olim suo discipulo. Nam & ex Guillerino ista Vincentius: *Cum in extremis positum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus capiendis sufficeret; ille inter oppositas catervas oculis rimatus Berengarium, visu quo potuit expellendum censuit, quo testatus, immanem dæmonem prope eum consistere, multosque ad eum sequendum blandiente manu, & illecite corrumpere.* Eadem habet Willelmus Malmesburiensis, dum de Berengario ipso funestam texit historiam. Porro qui sciebat a mala sobole, & indigno tanto præceptore discipulo ad universam inficiendam Ecclesiam exitiale parari venenum: antidotum ipse voluit reliquisse bene compositum, dum in epistola (a) ad Adeodatum prolixius scripta de veritate corporis & sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ, dogma statuit, atque diserte confirmat; quod & in sequenti ad Finardum (b) epistola præstitit. At de Fulberto hic hactenus.

(a) Extat t. 3. Biblioth. SS. Patrum.

(b) eod. t. 3.

VII. Hoc anno contigisse martyrium sancti Olaph, sive Olavi Regis Norvegiæ, ex Adam, Chronicisque Norvegianis accipitur. At quid de eodem sanctissimo Rege idem scribat auctor sic accipe: (c) *Inter Cnutb & Olaph Regem Northmannorum continuum fuit bellum, nec cessavit omnibus diebus vitæ eorum, Danis pro imperio certantibus, Northmannis vero repugnantibus pro libertate. In qua re justior mihi visa est causa Olaph cui bellum necessarium magis fuit, quam voluntarium. Si quando autem tempus a bellorum motibus quietum erat, idem Olaph judicio, & justitia regnum gubernabat. Dicunt enim inter cætera virtutum opera magnum zelum Dei eum habuisse, ut maleficos de terra disperderet: quorum numero cum tota barbaries exundet, præcipue vero Norvegia regio talibus monstris plena est. Nam divini, & augures, & magi, & incantatores, cæterique satellites Antichristi habitant ibi, quorum præstigiis & miraculis infelices animæ ludibrio dæmonibus habentur. Hos omnes & hujusmodi beatissimus Rex Olaph persequi decrevit, ut sublatis scandalis, firmius in regno suo claresceret Christiana religio. Habuitque secum Episcopos multos, & presbyteros ab Anglia, quorum monitu & doctrina ipse cor suum Deo præparavit, subjectamque*

(c) Adam hist. Eccl. l. 2. c. 40.

Martyrium S. Olavi Regis Norvegiæ.

PAGIUS

mum eruo ex Chronico Vindocinensi, in quo ad annum MXXVIII. habetur: *Domnus Fulbertus Episcopus Carnotensis Ecclesiæ, mirabilis modernorum temporum Doctor, obiit, in Domino, quarto Idus Aprilis*, idest, die decima ejusdem mensis. Chronographus vero Malleacensis hanc mortem perperam cum anno DCCCCXXIII. conjungit, sed recte notat, eum obiisse *tertio Idus Aprilis*, sumto scilicet obitus die pro die sepulturæ, ut passim ab Historicis fit. Denique in ejus Epitaphio mox recitando *Fulbertus* mortuus traditur an. MXXVIII. quarto Idus Aprilis. Quare cum juxta regulam a nobis innumeris exemplis comprobatam quando Auctores illustrium Virorum mortes narrantes uno tantum die inter se differunt, alii de die mortis, alii de die sepulturæ intelligendi sint, non video in dubium amplius revocari posse, quin *Fulbertus* hoc anno die decima mensis Aprilis obierit; sequentique, in quem Cœna Domini incidebat, ejus exequiæ peractæ fuerint. In Chronico quidem Virdunensi *Fulberti* mors consignatur anno MXXVII. indictione VII. sed tam in anno, quam in indictione inter se incompossibilibus, vel Chronographus hallucinatur, vel librarius tam annum, quam indictionem mendose descripsit: nisi forte ille annum acceperit ab Auctore, qui annum a Paschate exordiebatur. Denique fallitur Chronographus Andegavensis, qui hanc mortem cum an. MXXIX. illigat. Eo enim anno Pascha incidit in diem sextum mensis Aprilis, ideoque & dies Cœnæ Dominicæ in diem tertium ejusdem mensis.

VII. Epitaph. ejusdem Fulberti.

Hoc *Fulberti* Epitaphium, ejus quidem sepulcro non insculptum, sed antiquum, & relatum a San-Marthanis in Episc. Carnotensibus, ex veteri Codice MS. *Anno ab Incarnatione domini MXXVIII. IV. Idus Aprilis obiit dilectus Deo & hominibus Pater noster veneranda memoria Fulbertus, suæ tempestatis Pontificum decus, lux præclara mundo a Deo data, pauperum sustentator, desolatorum consolator, prædonum & latronum refrænator, vir eloquentissimus & sapientissimus tam divinis quam in liberalium artium libris, qui ad restaurationem sancti Templi suæ diœcesis, quod ipse post incendium a fundamento reædificare cœperat, bonam partem auri sui & argenti reliquit, & disciplina ac sapientia radiis illum locum illuminavit, & Clericis suis multa bona fecit.* Porro Fulbertum, *Romanum*, aut certe Italum fuisse Mabillonius Tom. II. Analect. pag. 355. colligit ex ejus Epist. II. ad Einardum, in qua Fulbertus consultus, quid de quodam ritu sentiret, respondit id ita statui in quodam codice, quem *a Natali patria* inter cæteros devexerat, idest, quem *a Romano scrinio*, ut in fine Epistolæ scribit, *prolatum* acceperat.

VIII. Ad num. VII. Vigorniensis & Westmona-

que populum ad regendum commisit, quorum clari doctrina & virtutibus erant Sigefrid, Gunibil, Rudolph, & Bernard. Hi etiam jussu Regis ad Svediam, Gothiam, & omnes insulas, quæ trans Northmanniam, accesserunt, evangelizantes barbaris verbum Dei & regnum JESU Christi: Misit & nuntium ad Archiepiscopum nostrum Vaanum cum muneribus, petens ut ejus Episcopos benigne reciperet, suosque ad eum mitteret, qui rudem populum Northmannorum in Christianitate confortarent. Subiicit autem his de altero Olavo Adam sequentibus verbis (a):

(a) Adam l. 2. c. 41.

VIII. Olavi Regis Svediæ res pie gestæ.

Simili religionis amore alter Olaph in Svedia dicitur floruisse. Is subditos sibi populos ad Christianam Fidem convertere volens, magno laboravit studio, ut templum idolorum, quod in medio Sveoniæ situm est, Opsela, destrueretur. Cujus intentionem Pagani metuentes, Placitum cum Rege suo tale constituisse dicuntur, ut si ipse vellet esse Christianus, optimam Svediæ regionem quam vellet, suo jure teneret, in qua Ecclesiam & Christianitatem constituens, nemini de populo vim recedendi a cultura idolorum inferret, nisi qui sponte cuperet ad Christum converti. Hujusmodi Rex Placito gavisus, mox in Occidentali Gothia, quæ Danis proxima est vel Northmannis, Ecclesiam Deo, sedemque fundavit Episcopalem. Hæc est civitas Scarana maxima, in qua, petente Christianissimo Rege Olaph, primus ab Vnano Archiepiscopo Thrugot ordinatus est. Ille vir strenue legationem suam perfecit in Gentibus, duos nobiles populos Gothorum suo labore Christo lucratus; perquem illum Episcopum Rex Oleph ingentia Metropolitæ Uvano direxit munera. Ita se habebant istis temporibus illæ a Deo benedictæ Ecclesiæ boreales. Subiicit autem de martyrio Olaph Regis Norvegiæ, sive Northmanniæ, ejusmodi narrationem, diversas ea de re sententias referens (b):

(b) Id. l. 2. c. 43.

IX. Cnutus Rex Daniæ Hostis Olavi.

Olaph igitur clarissimus Northmannorum Rex contra Cnuth Regem Danorum, qui regnum suum impugnaverat, perpetuo decertebat prælia, tandemque ferunt beatissimum Regem Olaph seditione Principum, quorum mulieres ipse propter maleficia sustulit, e regno depulsum Norvegia, & regnavit Cnuth in Northmannia simul & Dania, & (quod nulli Regum

PAGIUS

Mors S. Olai Danorum Regis.

steriensis de Olavo Norvegiæ Rege habent: *Anno gratiæ millesimo vigesimo septimo, cum Regi Cnutoni fuisset nunciatum, quod Norwegenses Regem suum Olavum propter sui simplicitatem, nimis vilipenderent, magnam auri & argenti pecuniam, magnatibus illius regionis transmisit; rogans omnes propensius, ut objecto Olavo ipsum susciperent in Regem. Qui tam dona, quæ vis transmiserat, avidis manibus suscepissent, nuntiaverunt ei, ut omni ambiguitate remota, veniret ad eos, quia ad illum suscipiendum omnes inveniret paratos.* Quod Novegia alias Angliæ annexa fuisset, frequentia bella Anglos inter & Norvegos orta: *Inter Cnuth*, inquit Adamus lib. 2. cap. 40. *& Olaph, Regem Nothmannorum* (idest Norvegiorum) *continuum fuit bellum, nec cessavit omnibus diebus vita eorum; Danis pro imperio certantibus; Northmannis vero repugnantibus, pro libertate*, & cætera a Baronio recitata. Tandem Canutus hoc anno Norvegiam occupavit: *Cnut Rex*, ait Huntidoniensis pag. 364. *anno duodecimo ivit ab Anglia, cum quinquaginta puppibus, in Norvegiam; & bello fugavit Olaf Regem Norwegensium; regnumque illud recepit in suam subditionem. Cum vero inde redisset in Angliam, Rex Olaf rediens in Norwegiam, a patria illius gente occisus est. Remansitque Cnut regnum illud, dum vixit.*

IX. Post biennium contigit.

Olavi tamen mors, quam uno tempore recitat Huntindonensis, nonnisi post biennium contigit: *Anno MXXIX.* inquit Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. *Canutus Rex Anglorum, Danorum & Norreganorum ad Angliam rediit.* Tum: *Anno MXXX. Sanctus Olavus, quem Canutus Rex expulerat, Rex & Martyr, Haroldi Regis Norreganorum filius in Norrega injuste perimitur a Norreganis.* Genus mortis ejus varie narratur, ut habet Adamus apud Baronium num. IX. Colitur die XXIX. mensis Julii: *Habuit etiam Olaph Rex*, inquit Adamus lib. 2. cap. 40. *Episcopos & Presbyteros multos ab Anglia, quorum monitu & doctrina cor suum Deo preparavit, subjectumque populum ad regendum commisit. Ex quibus clari doctrina & virtutibus erant Sigafrid, Grimkild, Rodulf, & Bernard. Hi jussu Regis ad Suediam & Gotthiam, & ad ceteras insulas, quæ trans Northmanniam* (idest Norvegiam) *sunt, accedentes, Barbaris verbum Dei & regnum Jesu Christi evangelizabant. Misit ergo Rex nuncios ad Archiepiscopum nostrum* (nempe Unwanum Bremensem Archiep.) *cum muneribus, petens suppliciter, ut Episcopos ejus benigne susciperet, suosque ad eum transmitteret, qui rudem Nordmannorum populum in Christianitate confortarent.* Quare cum Unwanus anno MXIII. Archiepiscopus Bremensis dictus fuerit, annoque MXXIX. VI. Kalend. Februarii, ut habet Adamus, mortuus sit, Præcones illi Evangelici intra illud temporis intervallum a Sancto Olavo in Norvegiam missi. *Unwano successit Libentius* hujus nominis II.

X. S. Sigfridus Danis & Sveciis fidem Christianam prædicavit.

Ad num. VIII. & seqq. Eodem tempore, quo *Olaus* in Norvegia, *Olaus* alter in Svecia regnabat, ut videre est ex iis, quæ Baronius refert ex Adamo lib. 2. cap. 41. *Sanctus Sigfridus*, de quo mox locuti sumus, eo regnante in Sveciam venit, cujus profectionis illustre testimonium habetur lib. 8. Revelationum Sanctæ Birgittæ cap. 46. ubi Deipara Virgo *loquitur sponsa* (sc. Sanctæ Birgittæ) *dicens: S. Sigfridus Archiepiscopus venit de Anglia, & fecit voluntatem Dei in regno Svecia. Sit ille Sacerdos, pro quo tu oras constituat Ecclesiam*, &c. Joannes Magnus lib. 17. Historiæ Gotthorum & Sveonum cap. 18. Sigfridum Archiepiscopum Eboracensem & ad Suecos primum, non Norvegos evocatum scribit. At cum accuratam Archiepiscoporum Eboracensium seriem Historici Anglici exhibeant, nulla *Sigfridi* mentione facta, Henschenius ad diem XV. Fe-

gum prius contingere potuit) in Anglia. Olaph vero totam spem suam in Deo ponens, ad comprimendos idololatras denuo bellum instaurat. Olaph auxilio habuit Regem Ruzlorum & Sveonum, cujus filiam habuit, & de populis insularum infinitam congregans armatorum multitudinem, patrium regnum vi & armis cepit. Rex igitur Christianissimus fortitudine in hostes, & justitia in suos celebris, ad hoc in regnum se credidit a Deo restitutum, ut jam tunc nemini parcere deberet, qui vel magus permanere vellet, aut Christianus fieri nollet. Et cum magna ex parte votum implevit: pauci, qui remanserunt ex magis, in ultionem eorum quos Rex damnavit, & ipsum obtruncare non dubitarunt. Alii dicunt, eum in bello peremptum: quidam vero in medio populi circo ad ludibrium magis expositum. Scribunt alii, eum in gratiam Cunth Regis latenter occisum, quod & verum esse non diffidimus, eo quod regnum ejus invasit. Igitur Olaph Rex & martyr (ut credimus) tali fine consummatus est. Corpus ejus in civitate magna regni sui Throndemie cum decenti honore tumulatum: ubi hodieque pluribus miraculis & sanctitatibus, quæ per eum fiunt, Dominus ostendere dignatur, quanti meriti sit in cælis, qui sic glorificatur in terris. Agitur festivitas passionis ejus quarto Kal. Aug. omnibus Septemtrionalis Oceani populis Northmannorum, Sveonum, Gothorum, Semborum, Danorum atque Slavorum æterno cultu memorabilis. His enarratis subiicit de martyrio Ulfridi Episcopi ejusmodi narrationem (a): (a) Id. l. 2. c. 44. 45.

X. Ulfridi Episcopi martyrium.

Per idem tempus sermo est, quemdam ab Anglia, nomine Ulfridum, divini amoris instinctu Svediam ingressum, Paganis verbum Dei magna fiducia prædicasse: qui dum sua prædicatione multos ad Christianam Fidem convertisset; idolum gentis Torstaus in concilio Paganorum

PAGIUS Februarii, quo *Sanctus Sigfridus* Episcopus colitur, existimat *Archiepiscopi* titulum in Revelationibus Sanctæ Birgittæ *Sigfrido* ob eminentiam Legationis ad Reges Norvegiæ & Sueciæ videri attributum. Sed non dubito, quin *Sigfridus* ad gentes illas Legatus Evangelicus destinatus consecratus fuerit Archiepiscopus nulli sedi affixus; [1] cum ejusdem rei tot exempla extent. Tempus, quo apud Norvegos & Suecos vixit Sanctus *Sigfridus*, sic ex Adamo Bremensi an. MLXVII. Bremæ Canonico creato verosimiliter statuit Henschen. In Norvegiam venit, cum ibi regnaret *Sanctus Olaus*, ideoque post annum millesimum decimum quintum. Missus est in Sveciam a Sancto Olao, ideoque ante præsentem annum, quo is e Regno pulsus est. Demum superfuit ad tempora circiter *Adalberti* anno MXLIII. Archiepiscopi Bremensis renunciati. De laborum ejus sociis, Sanctis *Æsfchyle & Davide*, aliisque legendus idem Henschenius.

XI. *Moritur Constantinus Imp.*

Nona Novembris die, indictione XII. subito morbo correptus Constantinus de instituendo imperii successore cogitavit, adductoque in Palatium *Romano Argyro* datur optio, ut vel oculos sibi erui patiatur: vel dimissa sua legitima uxore, filiam Imperatoris ducat, ac Cæsar designetur. Hæsitante eo, uxor ultro comam posuit, ac sæculo renunciavit. Data ei *Zoe*, una ex tribus Constantini filiabus, triduoque post hic finem vivendi fecit. Hæc summarie ex Cedreno.

XII. *Romanus Argyrus ei succedit.*

Erat, inquit Michael Psellus adhuc ineditus de Romano Argyro loquens, *vir etiam Græcanicis educatus literis, eaque præditus eruditione, quanta ex Italorum libris pendet atque doctrinis. Eratque Imperator tum lingua vehemens, tum eloquio venustior: statura heros, vultuque ac specie vere imperio digna. Longe plura se scire existimabat, quam sciret: cumque imperium suum priscis illis Antonino, Marcoque Philosopho atque Augusto simile vellet reddere, duobus hic dabat operam, literarum scilicet studiis, armorumque cura. At vero neutrius partis prorsus rudis erat; literas tantum callebat, quantum procul a profundo & superficie temperat, &c. paucos ea ætas eruditos tulit, eosque hactenus disciplinis institutos, ut Aristotelis vestibula salutassent, ac Platonica solum Symbola memoriter recitarent; eorum vero quæ editoria essent, scirent nihil, nec quantum viri in dialectica, aut ea arte quæ vim demonstrandi habet, operam navassent. Quamobrem cum exactum judicium deesset, horum calculi crebro falsi erant. Frequenter nostris ex oraculis divinisque Scripturis quæstiones proponebantur; pleraque tamen dubia insoluta manebant*, &c. Asserit Psellus se vidisse Romanum, & cum illo semel sermonem habuisse.

XIII. *Henricus fit Rex Germaniæ*

Anno Dom. MXXVIII. indictione XI. inquit Wippo in Vita Conradi Salici, *Imperator Chunradus filium suum Henricum magni ingenii & bonæ indolis puerum, ætate XI. annorum, Principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus, a Peligrino Archiepiscopo Coloniensi in Regalem apicem apud Aquisgrani Palatium sublimari fecerat. Tunc in principali dominica Pascha consecratus & coronatus Paschalem lætitiam triplicavit. Nam dum in superioribus annis duas coronas, idest, patris, & matris sua mundus coronaretur, nunc tertia addita.* Spes pacis crevit, quam Rex cum

NOTÆ [1] Conjecturam Pagii reputantis S. Sigefridum Archiepiscopum Apostolicum, nulli scilicet Ecclesiæ addictum fuisse evertit authoritas Actorum S. Eskilli Episcopi Strengenensis in Sudermannia Sueciæ provincia, habent enim de S. Sigefrido: *Relicta celsitudine dignitatis Archiepiscopalis peregrinus & pauper ad incredulos transit.* Hæc dicta videntur de viro qui prius Archiepiscopum loci alicujus cum splendore debito egerit, qua gloria relicta ad Evangelicam abjectionem sese converterit. Probabile est igitur Eboracensem Episcopum fuisse. Vide Acta SS. ad diem XII. Junii pag. 599. MANSI

rum cœpit anathematizare: simulque ac-
cepta bipenne simulacrorum in frustra con-
cidit. Et ille quidem pro talibus aufis
statim mille vulneribus confossus, ani-
mum laurea martyrii dignam transmisit
ad cœlum. Corpus ejus barbari lania-
tum post multa ludibria miserunt in pa-
ludem. Hæc veraciter comperta memoriæ
tradidi, quamvis sint alia, quæ adhuc
scribi digna sunt. Hucusque de Marty-
ribus Adam Chronographus, qui mox
subiicit anno sequenti, sexto Kalen. Feb.
anno videlicet millesimo vigesimonono,

Indictione duodecima defunctum fuisse illarum provinciarum Metropolitanum Episcopum Hamburgensem, in locumque ejus subrogatum Libentium Juniorem, eumque accepisse pallium a Joanne Romano Pontifice.

Hoc anno nona die Novembris, Indict. duodecima, moritur Constantinus Imp. in cujus locum Romanus, repudiata conjuge, ut acciperet Zoen filiam Constantini, subrogatus est eidem sanguine conjunctus. Hæc Curopalata.

An-

PAGIUS cum Cæsare fecit; *præsertim cum is coronatus esset, cujus atus vitu diuturna satis diqua fuerat. Deinde diversa regna perugrantes, Cæsar per se, Rex sub tutore & altore Augustensi Episcopo Brunone cunctos rebelles domabant, & fœdera pacis ubique feliciter firmabant.*

XIV. *Moguntinus Archiepiscopus Aribo*, inquit Chronographus Hildensheimensis ad hunc Christi annum, *in Geizlete Synodum generalem cum suis Suffraganeis Episcopis habuit. In qua inter cætera Ecclesiastica quidam homo ingenuus de homicidio Sigefridi Comitis incusatus candenti se ferro expurgavit. Qui ex decreto Synodali post duas noctes probatus illæsus apparuit.* Meminit hujus Concilii Wolfherrus in Vita S. Godehardi Episcopi Hildensheimensis cap. 4. *Synodus Geizlerensis.*

JESU CHRISTI ANNUS 1029.	JOANNIS XX. PAP. ANNUS 6.	CONRADI IMP. 3. ROMANI IMP. 1.

I. *Dedicatio Basilicæ Aurelianensis.*

ANnus sequitus Redemptoris millesimus vigesimusnonus, Indictione duodecima, quo Robertus Rex Francorum Christianissimus convocato Episcoporum cœtu, basilicam a se constructam Aurelianis in memoriam sancti Aniani ejusdem civitatis quondam Episcopi, solemni ritu voluit consecrari. Rem gestam Annalibus dignam Helgaldus descripsit. De qua dicturus, referenda est in primis causa, cur Rex Christianissimus potissimum erga sanctum Anianum propensior esset; simulque cum his bases illæ inspiciendæ sunt, super quas tantam regni Francorum molem ista nova successio, Hugo avus cognomento Magnus, ejusque filius Hugo Primus hujus stirpis Rex Francorum, Robertus pater, & ipse Robertus filius collocarunt: super quas innitens hactenus permaneat inconcussum ac stabile. Idem ipse Helgaldus sincerus historicus, ubi ab Hugone Magno, ejusdemque conjuge Adelaide, femina (ut ait) admirandæ pietatis recensuit constructa monasteria, erectas Ecclesias, donaque pretiosa in ipsas illata, ista subiicit de cultu Sanctorum, quibus eadem stirps regia peculiariter tenebatur addicta (*a*): *Erant siquidem*, inquit, *huic generationi speciales amici, sancta videlicet Maria, & pater & dux monachorum sanctus Benedictus, sanctus quoque Martinus, sanctus necnon Anianus, atque victoriosi martyres Christi Cornelius & Cyprianus: optatissimus vero gloriosus martyr Dionysius, ac inclyta virgo beata Genovefa*. Sed de cultu speciali sancti Benedicti, in cujus honorem plura erexerant monasteria, subiicit mox ista idem auctor Helgaldus:

Hugonis Regis pietas.

(*a*) *Helgal. in Vita Roberti Reg. pag. 68.*

II. *Hugonis ad Robertum admonitio.*

Fertur autem dixisse moriens bonus pater: O optime fili, per sanctam & individuam Trinitatem te obtestor, ne quando animus subrepat acquiescere consiliis adulantium, vel muneribus, donisque venenatis te ad vota sua maligna adducere cupientium ex iis Abbatiis, quæ tibi post Deum perpetualiter delego; neve animi levitate ductus quolibet modo distrahas, diripias, aut ira excitante dissipes. Specialiter vero tibi inculco, nullo pacto ducem omnium, patrem dico Benedictum a te patiaris divelli, illum apud communem Judicem salutis aditum, tranquillitatis portum, postque carnis obitum, securitatis asylum. Vidisti Lector, secundum illud Job: (*b*) *Super quo bases illius regni solidatæ sunt*: nempe super Sanctos, ut de eo dici jure possit: (*c*) *Fundamenta ejus in montibus sanctis*. Et eidem Evangelicum illud aptari, quod steterit hactenus contra diversos impetus procellarum ventorum & fluminum, quod fundata sit domus ista (*d*) supra petram, permansura semper, si bene collocata fundamenta persistant, casura tunc certo, si positæ bases sanctæ (quod Deus avertat) a fundamentis impie revellantur: Sed quod dicere cœperamus, cur præ cæteris erga sanctum Anianum Robertus Rex fuerit studiosus, idem auctor ostendit sequenti oratione, nimirum propensiorem fuisse erga Aurelianensem civitatem, cujus sanctus Anianus patronus erat, eo quod ibi natus esset, & regeneratus sacro baptismate, adultus, atque unctus in Regem. Sed & quod ipse juvenis gravissimo correptus corporis languore, nuncupatis Christo votis, per intercessionem ejusdem Sancti fuerit sanitati firmiter restitutus, cum parentes grati in unico filio accepto divinitus beneficio, auream Christi pendentis in cruce factam imaginem in ejus primariam Ecclesiam intulerunt. Ipse vero Robertus Rex nec immemor tanti a Deo intercessione Aniani accepti beneficii, quanto

(*b*) *Job. 38.*

(*c*) *Psal. 86.*

(*d*) *Mat. 7.*

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXVII. Anno Hegiræ CCCCXX. inchoato die 19. Januar. fer. 1. A. C. 1029.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6522.

☉ 2. E. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1029.

JOANNIS XIX. PAPÆ 6.

CONRADI II. REG. 6. IMP. 3.

ROMANI ARGYRI IMP. 2.

I. ANnum I. ad VI. Recitat Baronius Dedicationem Ecclesiæ Aurelianensis in memoriam *S. Aniani* ejusdem civitatis quondam Episcopi a Roberto Francorum Rege ædificatæ, quam fuse narrat Helgaldus in hujus Regis Vita. Ejus loco hic referam Translationem corporis *S. Saviniani* Senonensis Archiepiscopi primi factam in Basilica *Vivi*, Rege *Roberto* & *Constantia* Regina præsentibus cum Primoribus Regni in capsam auro gemmisque protectam (ut hactenus visitur). Promiserat Regina, ut refert Odorannus Monachus in suo Chronico, si in gratiam Regis redire posset, se se exornaturam corpus S. Saviniani gemmis & auro, quod diu inclusum plumbo ab antiquis absconditum fuerat sub arvo. *Et Regi suggerens sua vota, Deo auxiliante ad ea implenda paratum illum invenit per omnia. Qui accersiens Odorannum ejusdem loci Monachum, qui ad hoc opus perficiendum videbatur idoneus, commisit una cum Regina ejus fidei tanta pietatis opera*, inquit, idem Odorannus. Translatis a Leotherico Archiepiscopo Senonensi [illegible]

Translatio S. Saviniani Archiep. Senonensis.

to sit prosecutus amore studio, officio, pietate ejusdem Sancti cultum, ex eodem Helgaldo ista tractante sic accipe:

III. Roberti Regis erga S. Anianum studium.

Præterea construxit, inquit, *a novo in urbe Aureliana monasterium S. Aniani singularis sui apud Deum advocati: qui quam pium sanctæ devotionis amorem erga eumdem habuerit, nullus edicere valet, quia illum suum semper* * *post Deum adjutorem, protectorem & defensorem habere voluit, ad quoscumque potuisset pergere gressus. Nam uno die a quodam suo speciali amicorum amico interpellatus, ut quid talem & tantum pontificem, & non alios sic Sanctos suis sanctæ laudibus extolleret: respondisse humillima & pissima voce fertur: Quis est Anianus, Anianus pro certo est vera* * *nostrorum consolatio, laborantium fortitudo, Regum protectio, Principum defensio, pontificum exultatio, clericorum, monachorum, orphanorum & viduarum egregia & inenarrabilis sublevatio. Et alludens ad circumstantes pueros ait: Num & iste, de quo loquimur, Anianus, a parvis virgorum vobis pueris non est frequens, vera & probata liberatio?* His autem subiicit de Ecclesia, quam titulo ejusdem sancti Aniani illic erexit, aitque: *Ardens tanti pontificis honore hic redolens flos & decus Ecclesiæ sanctæ & gratia Dei desiderio, eum in ulteriori volens constituere loco, domum Domini super eum in melius construere cœpit, & Deo cooperante, & sancto Aniano auxilia præbente, ad finem usque perduxit. Habet namque ipsa domus in longitudine teisos quadraginta duas, in latitudine duodecim, in alto decem, fenestras centum vigintitres. Fecit & altaria in ipso monasterio ad laudem Sanctorum, numero novemdecim, quorum memoriam hic annotare curavimus; principale in honorem Apostoli Petri, cui supradictus Rex associavit Coapostolum Paulum in benedictione, cum non antea ibi nisi solius S. Petri esset veneratio. Ad caput sancti Aniani unum, ad pedes aliud; aliud in honore sancti Benedicti. Cætera sunt in honorem eorum, quorum nomina sunt adscripta, sancti videlicet Evurtii, sancti Laurentii, S. Georgii, omniumque Sanctorum. Item sancti Martini, sancti Mauritii, sancti Stephani, sancti Antonii, sancti Vincentii, sanctæ Mariæ, sancti Joannis, sancti Salvatoris, sancti Mamerti, sancti Nicolai, & sancti Michaelis.* Ita recensens Helgaldus, prout ipsi venerunt in mentem. Subiicit autem & ista de pretiosioribus ornamentis: *Lectum ipsius sancti Aniani a fronte auro bono & optimo, & lapidibus pretiosis, & argento mero præoccupavit: tabulam ad altare sancti Petri, in cujus honore extat locus, auro bono totum cooperuit. De qua altaris tabula aurea, Constantia nobilis Regina, ejus conjux gloriosa post mortem viri sui sanctissimi, Deo & sancto attribuit Aniano summam scilicet librarum septem ipsius metalli in meliorandis a se monasterii sancti tectis, quibus ab imis ad superiora apertis, cœlum melius cernebatur, quam terra. Extitit in ea quantitas auri quindecim librarum probati: quod reliquum fuit, in quibus debuit, distribuit, quia erat ei solicitudo Ecclesiarum Dei, juxta utile Senioris sui velle.* De consecratione autem basilicæ ista subiicit:

IV. Episcopi qui interfuerunt dedicationi basilicæ.

Post quæ omnia cupidus sanctæ benedictionis Rex Robertus gloriosus, suæ ordinationis, benedictionis & assumptionis in Regem anno trigesimosexto, jussione Imperatoria evocavit Archipræsules Gauzlinum Bituricensem, & Abbatem Floriacensem, Leotbericum Senonensem, nec non & Arnulphum Turonensem, quorum præsentiam subsequuntur Præsules, Odelricus Aurelianensis, Theodoricus Carnotensis, Bernerius Meldensis, Vvarinus Bellovacensis, & Rudolphus Silvanectensis. Non defuit etiam præsentia domini & venerabilis Odilonis Cluniacensis Abbatis, & aliorum bonorum virorum non minimi meriti, cum quibus semper desiderabat colloqui. Ab his pro certo & aliis Dei ministris levatur illud nobile corpus amici Dei Aniani sanctissimi de sepulcro cum corporibus sanctorum Eusitii, Monitoris & Flosculi Confessorum, Baudelii & Scubilii martyrum, & Agiæ matris S. Lupi Confessoris: & ab ipso glorioso Rege & aliis quos jam prænotavit littera, qui pro tali negotio advenerant, custoditur laudatur & decantatur in hymnis & laudibus in Ecclesia S. Martini, quousque præpararentur utilia & necessaria sanctæ benedictioni. Præparatis ergo omnibus, ab ipsis sanctis sacerdotibus locum ipsum benedici & consecrari solemniter fecit, anno Dominicæ Incarnationis millesimo vigesimonono, Indict. duodecima. Sumitur itaque humeris inclyte, lætantium simul & gaudentium populorum, & transfertur cum laudibus in templum novum, quod ipse inclytus Ro-

PAGIUS sibus, ipse Rex in publica supplicatione sacra lipsana bajulavit cum Regia domo: quod singulare pietatis obsequium quotannis recolentes mystæ Metropolitani, ea pariter suis humeris subvehunt æmulo devotionis affectu per gyrum urbis in festo S. Marci Clero præsente, Magistratibus & populo, ut testatur Mathoudus in Catalogo Archiepiscoporum Senonensium, dum de *Leotherico* sermonem habet, qui hanc Translationem in Chronicis MSS.

Robertus ædificaverat, laudantes Dominum & S. Amanum in tympano & choro, in chordis & organo, & eum in loco collocant sancto ad honorem gloriam & laudem JESU Christi Domini nostri, & famuli sui Aniani, speciali gloria decorati.

V. *Expleta benedictione solemni & omnibus, quæ ad dedicationem sancti templi pertinebant, vadit cum reverentia nominandus pater patriæ Robertus ante altare sanctissimi Petri & dilecti domini Aniani, in conspectu omnium populorum, & exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur Roens, utroque genu fixo in terram, toto de corde ad Deum supplicem fudit precem in his verbis: Gratias, inquit, ago, tibi bone Deus, qui ad affectum meum voluntatem hodie meritis S. Aniani perduxisti, lætificans animam meam de corporibus Sanctorum, cum eo hodierna die triumphantium. Da ergo, Domine, per hos Sanctos tuos, vivis delictorum indulgentiam, defunctis omnibus vitam & requiem sempiternam: tempora nostra prospice, regnum tuum, quod tua pietate misericordia bonitate nobis datum est rege, dispone, custodi ad laudem & gloriam nominis tui, Sancti Aniani virtute mirabili patriæ potria, ab inimicis mirabiliter libera. Peracta oratione, ad sua quisque lætus regreditur &c.* Recenset auctor oblatas tunc a Rege, & a diversis sancto Aniano diversas oblationes, quas referre brevitatis causa prætermittimus, in his paulo diutius immorati, ut cunctis pateat, quorum auspiciis jacta sint fundamenta novi regiminis, hactenus feliciter inter immensos turbines permanentis ope Sanctorum, quorum fuit ab ejus exordio patrocinium imploratum, atque cultus honorificentissime amplificatus. Ut plane exemplo sit demonstratum ex sancti Evangelii doctrina (quod dictum) nempe, illud mansurum jugiter ædificium, nec ventorum, ac imbrium disiici impetu posse, quod est supra petram fundatum, nempe Christum, lapidem angularem, & cohærentes illi lapides vivos, Sanctos omnes. At hic invidiam passus, te interpello Lector, judex æquus adsiste. Compellans me Hispanus homo: Cur (inquit) Francorum res sic copiose prosequeris, ut vix sit annus, in quo non sit aliqua eorum mentio, Hispanorum autem secus? cui paucis his satisfeci: Da ut scribam, sive describam potius. Collector sum rerum antiquarum, & ubi ex Scriptorum frequentia messis copiosior invenitur, densiores in Annalibus exurgunt ex messe manipuli; rariores vero, cum ex Scriptorum inopia, in sterili messe non impleat manum suam, qui ex ea manipulos colligit. Scito me magno redempturum pretio fore, si quis in tanta Scriptorum inopia laboranti, antiquorum monimentorum copiam faceret, quibus eosdem locupletare possemus Annales. Sed reliqua prosequamur.

Humilis Roberti Regis deprecatio.

Hoc eodem anno celebrata est Synodus Lemovicensis, primo nondum evoluto anno a dedicatione basilicæ Salvatoris de qua hæc habentur in scripto Chronico Gaufredi monachi sancti Martialis Lemovicensis cœnobii: *Anno Domini millesimo vigesimooctavo consecrata est basilica regalis Salvatoris Lemovicæ, decimoquinto Kal. Decembr. idque ab Episcopis undecim, quorum nomina hæc pagina continet: Jordanus Lemovicensis, Isenbertus Pictaviensis, Rohò Engolismensis, Arnaldus Petragoricensis, Petrus Gerundensis, Deodatus Cadurcensis, Æmilius Albiensis, Arnaldus Rotenensis, Fulco Carcassonensis, Elus Santonensis, Gotefredus Archiepiscopus Burdigalensis. Hoc factum est tempore Roberti Regis Francorum, & Imperatorum Constantini Græcorum, & Conradi Romanorum.* Hucusque Gaufredi Chronicon. Acta autem alterius Lemovicensis Synodi post Roberti Regis obitum celebratæ hæc prima Actione habent de habito ibidem hoc anno Concilio: VI. Concil. Lemovicense.

Hoc quidem verbum, qualiter ante hos annos, hoc est in primo anno dedicationis hujus Lemovicensis basilicæ Redemptoris nostri, quam hodie exultanter nobiscum recolis, viventibus tunc doctissimo Rege Francorum Roberto, & Gauzelino Metropo-

VII. Confirmata de Apostolatu S. Martialis sententia.

PAGIUS

MSS. Ecclesiæ Senonensis hoc anno consignari affirmat.

II. *Conc. I. Lemovicense.* Ad num. VI. & seqq. *Lemovicis* duo Concilia habita, in quibus *Sancti Martialis* illius civitatis Episcopi primi Apostolatus confirmatus est. Primum recte hoc anno a Baronio consignatum; sed secundum perperam ab eo in annum MXXXIV. dilatum; cum, ut infra visuri sumus, certo constet, illud ad annum MXXXI. pertinere. Prioris Synodi Acta non extant, sed ex parte recitantur in secunda sessione posterioris. Ejus etiam mentio in priori sessione ejusdem secundi Concilii pag. 887. & seqq. ubi dicitur, Patres transtulisse tunc corpus Sancti Martialis ejusque Ecclesiam consecrasse. *Facta sunt hæc,* inquiunt Episcopi, *Dominica Resurrectionis die, in ipsa solemnitate inventionis corporis B. Stephani atque hujus sancti Templi consecrationis, quod idem patronus primum in omni Gallia Deo dedicavit, dirutis, quæ in hoc loco pridem gentilitas coluerat, simulachris.* Inventio Sancti Stephani, quæ die tertia mensis Augusti celebratur, hoc anno incidit in Dominicam, quæ sæpe ab Antiquis *dominica Resurrectionis dies* appellatur. In hac Synodo Jordu-

politano Archiepiscopo Bituricensi, prædecessore vestro, hac sedes Lemovica non sine enormi auctoritate divina receperit; ut scilicet sanctus Martialis debeat Apostolus appellari, paucis memorare libet. Post multas hujus Capituli altercationes, aliis assentientibus, aliis vero repugnantibus cum super hac re multæ factæ essent Litaniæ, ut hoc verbum, nisi Dei esset bona voluntas, in concordia hujus sedis minime resideret: advenit Synodalis ad hanc Ecclesiam conventus, ubi tertia die Synodi omnis sacerdotum generalitas, ac cæterorum clericorum numerositas, una nobiscum nobilium virorum, & legis doctorum adjuncta multitudine (credo) Deo gubernante, unum cor & unam voluntatem hora diei tertia suscepit, taliterque omnibus inspiratum est, ut pacifice, & libenter, atque voluntarie bona obedientia hac susciperetur ab omnibus sententia, deincepsque immutabiliter per vestram diœcesim observaretur. Et bene placuit omnibus, qualiter hanc Deo beneplacitam voluntatem nec spernemus, ut quemadmodum multitudini novitas videbatur, ita contra hanc alteram quidem res novas sed magnifica, & religiosa adversus omnes æmulos confirmaretur.

VIII. *Aggregato namque maximo populorum conventu, sacratissimum corpus patroni, nempe sancti Martialis, a suo levavimus tumulo, & piissimo obsequio transtulimus super hoc sanctum altare, quod in* Facta elevatio S. Martialis. *honorem beati protomartyris Stephani ipse consecravit. Acta sunt hæc Dominica Resurrectionis die, in ipsa solemnitate inventionis corporis beati Stephani, nempe tertio Nonas Augusti, atque hujus sancti templi consecrationis, quod idem sanctus Martialis primum in omni Gallia dicavit, dirutis, quæ in hoc loco pridem Gentilitas coluerat, simulacris, &c.* Hæc ibi. Meminit quoque auctor Aquitaniæ historiæ, cujus tantum fragmenta supersunt, alterius & ab hac diversæ elevationis sancti Martialis, factumque refert ad propulsandam luem, & mirabilem consecutum narrat effectum, his verbis: *His diebus lues gravissima Lemovicinos devoravit, incendens corpora, & exardescendo devorans, donec omnes Aquitaniæ Episcopi Lemovicæ congregati corpus beati Martialis ab imo sublatum sepulcro mortalium visibus ostenderunt, & mox pestis ipsa cessavit. Tenebat tunc præsulatum Lemovicæ Alduinus, qui erat successor Aldegerii, successoris Ebli Episcopi.* Porro elevatio ista, de qua dictum est superius, contigit sub horum successore Jordane, & Gauzelino Archiepiscopo Bituricense; de quo non prætereant, quæ Helgaldus in vita Roberti Regis de ipso tradit summa cum laude; ait enim: Alia elevatio anterior facta.

Hujus certe temporibus, Roberti Regis videlicet, cujus adjuvante Deo, facta describimus, fulsit in monasterio Floriacensi, loco celebri, splendidus mundo Gauzelinus Abbas, meritis sanctis Deo conjunctus operibus, pollens scientia spirituali simul & humana. Inerant ejus corde Abbonis magistri prolati sanctæ Scripturæ flores boni, de quibus honestissime imbutus, ita eructabat omnibus, ut possent delectari in cælestibus. In sanctis eleemosynis largissimus, ut ipse positus in fortissimis frigoribus a se vestes pelleum abiiciens, pauperes Christi indueret, ut a remuneratore bonorum præmium perciperet, de quo audiret: (a) *Nudus fui, & vos operuistis me: quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis; venite be-*

IX. De Gauzelino Abbate Floriacensi & Archiep. Bituricensi.

(a) Mat. 25.

PAGIUS *dianus* Episcopus Lemovicensis, ut ibidem videre est, dixit, *ante hos annos* de eadem re factam esse inquisitionem; & cum altercatio hæc ad aures *Joannis* Summi Pontificis pervenisset, eum Epistola sua redarguisse omnes, qui contradicunt *Martialem* esse Apostolum, ubi loquitur *Jordanus* de Conciliis Pictaviensi & Parisiensi, de quibus suo loco egimus, significatque, iis habitis *Joannem* Papam XIX. eam Epistolam scripsisse, de qua infra sermo erit.

III. Floret S. Symeon Syracusanus. Baronius num. XIV. refert testimonium *Sancti Symeonis* Syracusani, & alterius viri Græci nomine *Cosma*, qui dicuntur asseruisse *Martialem* apud Græcos haberi unum ex LXXII. Discipulis. Sed testimonium istud non in priori, sed in posteriori Synodo Lemovicensi prolatum, ut in Tom. IX. Concil. pag. 878. legere est: *Ante hos plures annos quidam ex fratribus de monte Sinai in hanc partem venerunt occiduam, Dei disponente nutu, moribus graves, doctrina catholicæ fidei profluentes, vita per omnia honesti, utriusque linguæ periti*, &c. inquit in Synodo quidam clericus Egolismensis. Postulat hic locus, ut quid egerit Sanctus *Symeon* Syracusanus, postquam anno MXXVIII Antiochia in Belgium venit, ut supra narravimus, exponamus. *Evervinus* seu *Ebervinus* Monachus, natione Germanus, & postea Abbas Monasterii Theologiensis seu Doleiensis in Archiepiscopatu Trevirensi siti, qui in comitatu fuit Sancti Symeonis, quando Antiochia in Belgium venit, ejus Vitam scripsit, a Surio ad diem primum mensis Junii recitatam. Ait itaque Evervinus *Symeonem* venisse Rotomagum, ibique Richardum Comitem Normanniæ, hujus scilicet nominis III. mortuum comperisse, ideoque ei in mentem venisse, *ut suum patrem charissimum, Richardum scilicet Abbatem, nosque suos comites inviseret: quod & fecit. Per longum autem tempus moratus est nobiscum*, inquit Evervinus, qui per longum tempus nonnisi aliquot menses intelligere potuit, sicuti & Clericus Egolismensis in Concilio Lemovicensi II. per hæc verba, *ante hos plures annos*, nonnisi tres aut quatuor annos designavit, cum hæc anno MXXXI. in Concilio dixerit, & Sanctus Symeon anno tantum MXXVIII. in Franciam venerit.

Poppo Archiepiscopus Trevirensis, subdit Ever- IV.

benedicti &c. Hunc perfectus Rex ita suis affixit obtutibus, ut eum præ cæteris diligens, suis eum specialiter devinciret consiliis: quæ eo probe probante, semper eo habuit honeste, numquam tamen injuste. In honoribus sæculi eum honorans, attribuit illi honores non minimos, Abbatiam sancti Benedicti, quæ est caput totius ordinis monastici, & Episcopatum Bituricensem sancti protomartyris Stephani, principatum tenentis totius Aquitaniæ, qui fuit, & est honor & decus Franciæ. Hæc de Gauzelino Helgaldus. Extant Fulberti Carnotensis Episcopi quatuor ad hunc (u) epistolæ.

(u) Fulb. ep. 19. 20. 25. 27.

XI. At quod ad Concilium pertinet, quod hoc anno diximus celebratum, levis fortassis causa videri potest, ut ob titulum S. Martialis tantum deberet convocari provinciale Concilium, ea præsertim in re, quæ unica sententia definiri citius potuisset, nempe non duodecim tantum, sed discipulos dictos reperiri Apostolos; insuper & eo nomine in Ecclesia decoratos omnes, qui legitime missi ab Apostolica Sede populos ad Fidem Christianam convertissent, et de his innumera sunt exempla: quibus duabus rationibus competeret sancto Martiali, ut Apostolus dici jure possit. At quod eum semel quid deducitur in controversiam, crescentibus studiis, quamvis minimum, in immensum augeri soleat, obnitente præsertim pertinacia, cedere nescia: plane factum est, ut nec unum istud Concilium sufficerit ad quæstionem omnino sedandam, sed opus fuerit etiam alia insuper congregare Concilia, Bituricense, posterius Lemovicense, atque Pictaviense, prout Acta Lemovicensia, quæ apud nos extant, manifeste significant. Quamobrem altercationis hujus in gratiam legentium operæ pretium existimavi ea iisdem synodalibus Actis repetendum principium esse, & ipsam causam narrandam, quæ præcessit, ut opus fuerit hujusmodi Episcoporum convocare Concilia. In alia enim Lemovicina Synodo eadem ex causa postea iterum congregata, de qua suo loco dicturi sumus, illa in prima Actione narrantur ab Odelrico Abbate ita perorante.

Adhuc vivente Rege Roberto, cum antecessor meus Hugo in palatio ei, ac Parisiis assisteret cum multitudine nobilium et doctorum, altercatio inter Francos & Lemovicenses de hujusmodi Sancto eorum Rege fieri cœpit: & ego ibi tunc præsens interfui. Dicebant isti: Vos Franci non recte facitis, qui Martialem cum Apostolis pronuntiatis: nos recte agimus, quia eum inter Confessores recitamus. Vos ultimum Apostolorum dicitis: nos primum Confessorum in Litaniis dicimus. Quorum litigium Archiepiscopus Bituricensis prædictus Gauzelinus compescuit, dicens: Ambæ hujus rei partes nisi uniformes fuerint..... pars altera, altera parte justior est, & necesse est, ut semper justior & rationabilior prævaleat pars. Nam omnes, qui Martialem inter Confessores pronuntiant, non bene juste, non bene perspicaciter agere mihi videntur. Ille enim magis fortis est Apostolicæ unus, quam fortis Confessorum; ideo non bene certe agunt, qui nomen ejus auferunt de eo, in quo Deus eum posuit gradu, & ponunt ubi Deus non posuit, potius de Apostolico agmine, quam de Confessorum, qui post Martyres sunt, ferre ..... Utique si regis, qui adest, nomen non inter Regum, sed Comitum subjectorum vocabula diceret quis: is aut rusticus diceretur, aut malevolus Regis contemptor. Et si rustice simpliciter id fieret, nil moveretur Rex animo sed rusticitati facile ignosceret: si vero non simpliciter, sed contemptibe diceretur, non dubium quin Regis animus ad iracundiam pro contemtu suo accenderetur. Quod si in tali contemptione persisteret, sententiam contra se pro malevolo contemtu sentiret, nec tantum Rex quantum subditi Comites ejus, & Principes, & amici in contemptorem irati fierent. XII.

Revera scit omnis hæc regio, quia ille prædicator Aquitaniæ de gradu non Confessorum qui post Martyres sunt, sed Apostolorum, qui ante Martyres sunt existit. Ego autem, si nomen ejus de Apostolico ordine auferrem, timerem, ut Apostoli Petri, & aliorum indignatio- XIII.

PAGIUS *Profectio ejus Hierosolymitana cum Poppone Archiep. Trevirensi*

vervinus, gratia orationis Hierosolymam venit, *huncque famulum Dei eundo & redeundo socium convivatorem habuit*. Post suum reditum Poppo Symeoni facultatem concessit in sua Diœcesi commorandi, & in quadam turri apud Treviros, *in festivitate Sancti Andreæ illum inclusit*, ubi reclusus usque ad mortem vixit, ad annum nempe MXXXIV. quo obiit, ut infra videbimus. Ex quibus perspicuum fit, quæ scribit Hugo Flaviniacensis Abbas in secunda parte Chronici Virdunensis num. XXVI. post hæc verba; *quid apud Richardum Normaniæ Principem egerit* (sc. Symeon) *sicut in armario Rotomagensi continetur, licet libellus Vita ejus hoc sileat, paucis explicemus*, hæc, inquam, literis mandata fuisse a quopiam Monacho monasterii Sanctæ Trinitatis de Monte prope Rotomagum, parum de rebus ad hunc Sanctum pertinentibus edocto. Ibi enim dicitur, *Richardum* III. Normanniæ Principem Symeonem commendasse Viro nobilissimo *Gozelino* nomine, eique plurimas largitum esse divitias, quas Symeon ad servos Dei montem Sina habitantes miserit, ac postquam ibidem per biennium mansisset, Virdunum ad Richardum Abbatem venisse. Quæ tamen pugnant cum

nem hac in re incurrerem, qui olim in mundo, & nunc in cælo collegam & sodalem suum Martialem præclarorum consortio per sedilia Apostolica habent. Et si nomen ejus permutarem in eum catalogum quo sanctum Benedictum, & Hilarium, & Martinum pronuntio; metuerem quidem iram S. Benedicti, & Hilarii, & Martini, & aliorum incurrere, qui eum in cælo gaudent ordine Apostolico irradiari. Illic nulla invidia &c. Multisque in laudem Martialis dictis, dicendi finem facit Archiepiscopus Gauzelinus, a Rege collaudatus. Pergit vero Odelricus:

XIV. *Nos autem ubi egressi sumus ad hanc urbem Lemovicensem, hac de re codices antiquos loci nostri perquirere confestim curavi innumeros, tam penes nos quam per universas Aquitaniæ Ecclesias invenimus eos Martialem habentes scriptum Apostolum. In antiquis etiam Martyrologii voluminibus duos ejus discipulos Alpinianum, & Austriclinianum scriptos esse ad hæc reperimus Apostolos. Sic quippe legimus in vetustissimis quibusdam: Pridie Kal. Julii natali S. Martialis Aquitaniæ doctoris & Apostoli, cum duobus Apostolis Austricliano, & Alpiniano quorum vita signis & miraculis admodum effulsit. At cum ex Archivo tantum Lemovicensi satis sunt visa ista in medium attulisse quin peregrinas etiam bibliothecas perscrutatus volvere, atque ex Orientali etiam Ecclesia afferre testimonia, testesque producit. Nam de Constantinopolitana Ecclesia ista Synodum sunt allata ab Asenario Abbate Miciacensi coram Patribus post alia: Olim antequam monachi habitum susciperem, & Hierosolymam proficiscens, apud Constantinopolim in basilica sanctæ Sophiæ sabbato Pentecostes solemni interessem officio, memini me audivisse in Litaniis Græcis Martialem inter alios Apostolos post duodecim fuisse a Græcis pronuntiatum.* Sed & quod ad testes pertinet Orientales, hæc clericus Engolismensis in Synodo:

Ante hos plures annos quidam ex Fratribus de monte Sinai ad hanc partem devenerunt Occiduam, Dei dispensante nutu, moribus graves, doctrina Catholicæ Fidei profluentes, vita per omnia honesti, utriusque linguæ periti. Qui cum diu nobiscum Engolismæ fuissent, expectantes Principem civitatis, & litteris Græcis & Latinis eos videremus ad unguem imbutos: super hac re interrogare curavimus eos eo tempore, quo hæc regula de Apostoli memoria in hac urbe frequentabatur recuperata potius quam primum inchoata, viventibus Rege Roberto, & Gauzelino Bituricensi Archiepiscopo. Ego autem Engolismæ positus, ubi etiam ab ineunte ætate educatus sum, dum inter alios quasi sciolus viderer, ante omnes, & super omnes huic regulæ repugnabam, putans esse vanum, & falsum, sive ex elatione descendisse, quia Martialem audiebam in hac urbe Lemovicensi prædicari esse Apostolum, & incautus rusticorum opinioni meam accommodabam intelligentiam, putans neminem esse Apostolum præter duodecim. Itaque illos conveni Græcos, sciscitans, utrum Orientales Martialem nossent. Qui (alter Simeon, alter Cosmas) consono ore responderunt, dicentes: Utique Martialem novimus Apostolum, unum ex Septuaginta duobus. Quibus cum diceremus, nescimus, præter duodecim Apostolos; interrogaverunt nos: Habetisne, inquiunt, *per istas Occidentales Ecclesias Evangelistam Lucam, qui scribit alios Septuagintaduos ...... a nobis non credi fuisse Apostolos sed tantum Discipulos. Illi protinus nos fugientes, & signo crucis se munientes, cœperunt detestari vocem nostram, dicentes: Discedite procul a nobis miseri, quia hæretici estis, cum non credatis verbis Domini, dicentis ad illos: Ite, ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos. Non creditis esse Apostolos illos, quos ipse incarnatus Dominus ad prædicandum misit? &c.* Hincque vocatus ostendit expresse aliquot ejus Discipulos in Actis Apo- XV.

PAGIUS cum iis, quæ de *Symeone* Evervinus itineris ejus socius narrat; cum is affirmet, Symeonem, cum *Rotomagum* venit, comperisse *Richardum* Ducem jam vivis excessisse, & doluisse, quod locus Sinai frustratus esset eleemosynis ab eo Principe illuc mitti solitis. Præterea verum quidem est, *Gozelinum* Sancti Viri hortatu ædificasse Monasterium Sanctæ Trinitatis in vicino monte Rotomagensis urbis; sed Monasterium illud a *Gozelino* Vicecomite & *Emmelina* ejus uxore fundatum, *Roberto* Richardi III. successore Normanniam regente, ut patet ex Diplomate hujus Principis fundationem illam confirmantis, a Pomeraio in Historia Abbatiæ Sanctæ Trinitatis pag. 72. recitato. Celeberrimum fuit monasterium illud, appellatum monasterium *Sanctæ Catharinæ in monte*, donec exeunte sæculo XV. prorsus solo æquatum fuit. Mirum est, Hugonem Flaviniacensem, qui fatetur se Symeonis Vitam legisse, non animadvertisse, quæ præfato numero narrat, sibi in plerisque adversari.

Wippo in Vita Conradi Salici, postquam gesta ab eo anno superiori retulit ait: *Anno sequenti Imperator in Bajoaria Ratisponæ Pascha celebravit. Ibi Bruno Episcopus Augustensis defunctus est, cujus corpus Imperatrix prosecuta, cum filio Henrico Rege ad Augustam sedem suam honorifice sepeliri fecerunt: nobilis enim valde fuit ipse Episcopus Bruno. Nam dum esset frater Henrici Imperatoris, filius erat matertera Gisela Imperatricis, soror vero ejusdem Episcopi nupta Stephano Regi Ungarorum, causa fuit Christianitatis, primum in* V. *Moritur Bruno Episc. Augustensis.*

Apostolorum & Epistolis Pauli Apostolos. Porro Simeon iste Græcus monachus non amplius est reversus in Orientem, sed remansit in Galliis, ubi, inclusus egregia claruit sanctitate, miraculisque illustris inter Sanctos relatus est, ut suo loco dicturi sumus, ubi agemus de ipsius obitu.

XVI. Proditum & probatum æque istud fuit ex codice venerandæ antiquitatis, Gregoriano nimirum, quem per suos sanctus Gregorius olim misisset in Angliam: de quo digna memoria recitantur in Actione prima ejusdem Concilii Lemovicensis. Sic enim Odelricus Abbas in Synodo locutus ibidem legitur: *Interim Pater allocutus est Concilium, dicens: Ne quis forte nos dicat nunc novum fateri Apostolum, & hactenus non auditum de Apostolatus ejus antiquitate, & quod non olim prænuntiatus est ab antiquis & testificatus fuerit; iterum perhibebo testimonium, o venerabiles Episcopi: Ecce duo sacerdotes ex fratribus nostris coram adsunt, quos olim hac ipsa de causa in Britanniam misi, ut Anglorum (ut reor) a Gregorio præfixam legem annosam diligentius perscrutarentur, & omni submoto mendacio, ad nos referrent. Qui cum ad Anglos pervenissent, tam in Martyrologiis eorum, quam in Litaniis Martialem ab antiquitate reperiebant Apostolum scriptum. Ad quoddam autem magnum pervenientes monasterium, in quo sanctus Anglorum Episcopus requiescit corpore Augustinus (compererunt enim ibi non haberi librum de Actibus beati Martialis) per Litanias tamen & Martyrologia in eodem loco invenerunt eumdem patronum nomine Apostolico decoratum.* Et cum a parte monasterii perquirerent, dicentes: *Ut quid Martialem in vestris Litaniis prædicatis Apostolum, cum ejus gesta dicatis non haberi penes vos? ille respondit. Quin ab illo, inquit, tempore, quo primo in hac provincia Christi nomen auditum est, a patribus hoc nostris observatum est, quorum nullatenus mutare possumus traditionem. Scimus quippe, doctores nostros priores de Gregorii profluxisse magisterio: attamen sæpius inter nos conferre indagando solemus, quis est iste Apostolus, cujus vocabulum in Evangeliis & in Actibus Apostolicis minime intuemur. Et quoniam gestorum ejus auctoritatem non habemus, de eo non parum hæsitavimus, & ideo nomen ejus crebra a memoria Apostolica eradere putabamus. Sed e contra cum animadverteremus, quia antiqui patres nostri non incassum hunc nobis scripserunt Apostolum: idcirco nullo ausu ejus vocabulum a serie Apostolorum abolere audebamus. Vos autem peregrini Galli, qui de ejus estis Apostolatu, qui nobis ejus Actus annuntiates, a cordibus nostris de eo omnem dubitationem abjecistis: & hac de re dudum creberrime Deo supplicabamus certos nos reddi. Nec in adventu vestro derelictos spe nostra videmus: immo exultandum nobis est de tam egregia virtute Domini nostri JESU Christi Discipulo. Multa alia testimonia penes eamdem gentem Anglorum, de hujus veritatis vetustate testes veraces narraverunt nobis se comperisse.*

Illud quoque memorandum est, quod ante hos septem annos Rex Anglorum (Cnutus hic erat cognomento Magnus) Duci Aquitaniæ Vuillelmo regalia munera misit, simulque codicem litteris aureis scriptum, in quo nomina Sanctorum distincta cum imaginibus continebantur. Quod volumen jam olim in Concilio Pictavensi, dum hæc eadem de re quæstio esset, idem Dux Vuillelmus litteris eruditus, in testimonium antiquitatis pontificibus ostendit. Erat enim ibi Martialis in aliorum Apostolorum catalogo positus. Qui peritissimus Princeps dicebat Archiepiscopo Burdigalensi & aliis, qui ibi aderant, Episcopis: Conjicere possumus, quam egregiæ auctoritatis sit beatus Aquitanorum patronus, de quo Gregorius in illa sui laboris gente hanc legem tradidit observandam. Nimium imperitorum est dubitare, de quo sanctus Papa Gregorius non dubitavit. Videtis ecce, o Episcopi, in hoc codice, qui ad Anglos scriptus est, prætermissum esse Timotheum, & Cleopham, & Silam, & alios quorum nomina in Evangeliis & in Actibus Apostolicis, sive in Epistolis Pauli leguntur, quos Apostolos dicitis præter duodecim esse; non tamen prætermissum esse illum nostrum patronum, qui primus Galliarum fuit Episcopus, &c. Hæc ex Actis posterioris Synodi Lemovicensis. Quomodo autem ad hæc de his consulenda fuit Apostolica Sedes, & expectandum quid Papa rescriberet: suo loco dicturi sumus. De his modo hactenus.

PAGIUS *in gente Pannonica. Episcopatum vero Augustensem Eberhardus suscepit.* Idem ad hunc annum Hermannus Contractus in Auctiori Chronico, & Chronographus Hildensheimensis habent. Distinguendus hic *Brunus* seu *Bruno* ab altero ejusdem nominis Episcopo etiam Augustensi, qui cum in Prussia Christum annunciare cœpisset, ab Infidelibus occisus est, ut suo loco diximus.

I. Bellum Conradi Imp. adversus Hungaros irritum redditur.

Millesimus atque trigesimus sequitur annus, Indictione decimatertia inchoatus, quo Imperator Conradus expeditionem parat adversus Stephanum Hungariæ Regem, sed Deo resistente, omnes conatus ejus cito evanuerunt precibus ejusdem sanctissimi Regis. Quod ad tempus spectat, a Scriptoribus rerum (a) Germanarum hic ipse ejus rei gestæ annus consignatur, licet non desint, (b) qui in annum sequentem ista rejiciant. At ex Cartuitio hic reddemus historiam: (c) *Conradus pacis tranquillitate interturbata totius Germaniæ viribus & copiis contractis, Pannoniæ infestu signa inferre conatus est. Tum vero Rex Stephanus Episcoporum & Principum coacto conventu, in patriæ defensionem totius Hungariæ exercitum evocavit. At prius tamen secum perpendens, se nihil posse sine Christi adjutorio: manibus ac corde sursum erectis, Dominæ suæ perpetuæ Virgini & Dei Genitrici suas injurias commendans, in hujusmodi prorupit voces: Si placet tibi Domina mundi, tuæ partem hæreditatis ab inimicis devastari, & novellam Christianismi plantationem dissipari; ne quæso sinas illud imputari diffidentiæ meæ, sed potius dispositioni voluntatis tuæ. Si quid commeruit culpa pastoris, ipse luat; oves, quæso, insontes ne patiaris affligi. His dictis tamquam accepta consolatione ab ea, fidenter movit in hostes.*

(a) Ursperg. hoc an. Herm. atque Lamb.
(b) Marian. Scot. & Sigeb.
(c) Cartuit in Steph. c. 16. apud Sur. t. 4. die 20. Aug.

II. Revocatur Dei tantum nutu exercitus Imperatoris.

Altera die nuntius venit ad singulos quosque Duces exercitus Germanorum, ab Imperatore litteras afferens; quibus jubebantur, pedem retro referre. Illis ergo discedentibus, sanctus Rex divina misericordia adjutum se sentiens, humi se abjicit, gratiasque agit Deo & sanctissimæ Genitrici ejus, cujus protectioni seque, regnumque suum assiduis precibus commendare solebat. At Imperator suorum tam repentina defectione perterritus, sciscitatur quidnam rei ipsis accidisset: audiensque de nuntio, qui eos ipsius nomine redire jussisset; sciensque illum haudquaquam a se missum fuisse: non dubitavit consilio & voluntate omnipotentis Dei rem gestam ob fidelissimi Regis corroborandam spem; seque deinceps ab ejus invadendo regno, timore illius Judicis æterni cohibuit. Hactenus de his ipse.

III. At vero Deus sic pepercit regno, ut tamen in filium Regis damna converterit, quæ lucro maximo illi cessere, dum ita hoc anno eum ex hac ærumnosa vita sustulit, ut sempiternam illi beatamque tribueret. Rem gestam idem auctor sic narrat (d): *Dominicæ Incarnationis anno millesimo trigesimo, vitam hanc corruptibilem cum sempiterna commutavit ejus scilicet filius Emericus, supernorum civium choris adjunctus. Ejus animam ea ipsa hora, qua decessit, cuidam Græcorum Episcopo, sanctæ conversationis viro divinitus revelatum est, angelicis manibus in cælos deportari. Cum autem pro sanctitatis suæ meritis summe ab omnibus diligeretur, omnium extitit luctus ingens, in primis vero Principum, inter quos pater tanto accepta orbitatis vulnere graviter suspirabat, & pietatis affectu ductus, dolebat se omni posteritatis spe destitutam. Attamen sciens scriptum esse: (e)* Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. *Et illud in canonibus: Nemo propter charorum obitum nimium debet contristari: posito animi mærore, totum se contulit ad largam Dei misericordiam promerendam. Cænobiorum enim & Ecclesiarum ministris, monachis & clericis multa largitus est, multumque ea benevolentia attulit consolationem. Quidquid vero ei superfuit, peregrinis, vi-* dasc

(d) Id. in Vita Step. c. 19.
S. Emericus S. Stephani filius moritur.
(e) Prov. 21.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXVIII. An. Hegiræ CCCCXXI. inchoato die 9. Januar. fer. 6. An. Hegiræ CCCCXXII. inchoata die 29. Decemb. fer. 3. A. C. 1030.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6523.

☉ 3. D. ☽ 5. P. 29. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1030.

JOANNIS XIX. PAPÆ 7.

CONRADI II. REG. 7. IMP. 4.

ROMANI ARGYRI IMP. 3.

I. Annum. I. ad V. Conradum Imp. hoc anno cum exercitu in Hungariam intrasse produnt Lambertus Scafnaburgensis, Hermannus Contractus in utraque editione sui Chronici, ac Chronographus Hildensheimensis. Hæc verba Hermanni in fusiori Chronico: *Conradus Imp. jamdudum inimicitiis cum Stephano Ungariorum Rege conflatis Pannoniam petiit, & quantum fluminibus & paludibus non obstantibus poterat, Rabam devastavit.* Paulo post: *Pax cum Stephano Rege Ungariorum redintegratur.* Fusius ad hunc Christi annum rem narrat Wippo in Vita Conradi Salici: *Multæ dissensiones inter gentem Pannonicam & Bajoarios, culpa tamen Bajoariorum factæ sunt: ita ut Stephanus Rex Ungarorum multas incursiones & prædas in Regno Noricorum, idest, Bajoariorum faceret: unde commotus Imperator Chuonradus cum grandi exercitu super Ungaros venit.*

Bellum Conradi Imp. adversus S. Stephanum Hungariæ Regem.

II. *Rex autem Stephanus minime sufficiens adversus Imperatorem, orationibus & jejuniis universo regno suo indictis, præsidium domini tantummodo flagitabat. Imperator tum munitum* re-

Steph. Regis in pauperes munificentia.

duis & orphanis erogavit. Exterarum quoque provinciarum monasteriis regia munifica dona innumera per nuntios suos crebro misit. Hæc auctor, pergens narrare sanctissimi regis sanctissimos æque mores, & quam post hæc sit passus suorum conjurationem, a qua eum Deus custodivit illæsum, unde experimentum caperet, se ad probationem, non autem ad perditionem a Deo tentari permitti, sed ut faceret maximum (quod evenit) cum tentatione proventum.

IV. Porro sancti Regis sanctus filius ob egregias, quæ in eo fulsere, virtutes, meruit mortuus semper vivens inter Sanctos referri, anniversariaque (a) memoria in Ecclesia publice prædicari pridie Non. Novembr. ipso die natali ipsius in cœlo adscribi Sanctorum catalogo. Quibusnam autem idem Rex maxime pius filium imbuisset vitæ sanctissimis institutis, ab eodem auctore sic accipe: *Paterni amoris impulsus stimulis, libellum ei composuit de morum institutione, in quo illum verbis spiritualis adhortationis fideliter & spiritualiter compellabat, docens eum, quemadmodum ante omnia debeat retinere Catholicam Fidem, confirmare statum Ecclesiasticum, honorem habere Præsulum dignitati, Principes & milites amare, judicii tenax esse, in cunctis suis actibus studere patientiæ, hospites benigne recipere, benignius alere & fovere, sine consilio nihil agere, majores suos semper ob oculos statuere, precibus crebro vacare, pietatem & misericordiam cæterasque virtutes colere, & consectari. His & id genus aliis disciplinis præclarus ille juvenis imbutus est.* Sed quem divinus Spiritus intus docuit, monita patris, veluti prima litterarum elementa cito facileque fecit addiscere, & his longe majora transcendere, verticemque Christianæ perfectionis attingere.

(a) Rom. Mart. die 4. Nov. In numerum SS. Emericus relatus.

V. Quod ad res pertinet Orientis, Romanus prope finem anni superioris creatus Imperator, hoc anno primo sui imperii *optimis exordiis* (inquit Curopalata) *& laudabilibus progressionibus benigne sibi subjectas tractavit, a pietate prius exorsus benefacere. Cum enim nosset, non idoneum esse annuum redditum magni templi, quippe cujus fuisset superiori tempore œconomus & aliarum, quibus ab ejusdem Clero mos fuisset ministrari: octoginta auri libras excudendas curavit, quæ adderentur, ad ea, quæ quotannis suppeditari consuevissent.* Et post alia recensita laude digna subjicit ista: *Præbuit item pecunias infinitas pro salute animæ facere sua. Eos quoque, qui ab ipso detrimenti aliquid accepissent, consolanda curavit.* Et inferius: *Fuit etiam die Pentecostes perturbatio quædam in sacris celebrandis, quod non consensissent metropolitani Episcopi sedere ante se Syncellos in consessu.* Hæc Curopalata: eadem ex ipso Cedrenus.

Romani Imp. res pie gestæ.

VI. At vero ne res patrias, intentus aliis, ingrate nimis præteriens videar contempsisse, dicendum de nobili monasterio hoc anno erecto in Sorano agro illo ipso loco, ubi Fibrenus influit in Lirim, illustrato olim cunabulis Ciceronis, ut ipse testatur libro de legibus. Qui enim hoc tempore præerat Soranæ civitati atque Arpino Petrus Rainerii filius, ipsum erigendum curavit. Sciendum vero, Soranam civitatem una cum aliis oppidis, castellis, & vicis ipsi subjectis hoc tempore fuisse Comitatus insignitam honore, ejusque dominum Comitem appellatum reperiri apud Leonem Ostiensem, qui ex antiquo Chronico Cassinate ista deprompsit: (b) meminitque de Hildebrando Sorano Comite sub anno nongentesimo quinquagesimoquarto. Rursum vero sub anno millesimo (c) sexagesimo meminit Balduini Sorani Comitis. Eodem vero honoris titulo perseverasse ejus civitatis ac dominii dominum constat. Sed quos nominavimus Rainerium atque ejus filium Petrum, iidem non Comitatus titulo,

Monasterium S. Dominici in agro Sorano.

(b) Leo Ost. Chron. Cass. l. 2. c. 5. 6.
(c) Id. l. 3. c. 28.

PAGIUS

Henrici Germaniæ Regis opera sopitum.

regnum fluviis & silvis intrare non valens, multis tamen prædationibus, incendiis circa terminos regni injuriam suam ulciscens, reversus est: volens tempore opportuniori cœpta sua peragere. Sed filius suus Rex Henricus adhuc puerulus, Eigenberto Frisingensi Episcopo creditus, legatione Stephani Regis pacem rogantis accepta, unico consilio Principum regni, patre nesciente, gratiam reconciliationis annuit: juste & sapienter agens, qui Regem injuste injuriatum, ultro petentem gratiam recepit in amicitiam.

III. Ad num. V. Romanus Argyrus Imp. in expeditione hoc anno adversus Saracenos suscepta infelix fuit: *Nam cum Nicephorus*, inquit Zonaras *& Joannes* (scilicet Tzemisces) *Imperatores, multas urbes Phœnicia & Syria Romanorum imperio subjecissent; Basilius, qui secutus est, Bulgaricis expeditionibus occupatus, eas firmando otium non habuit: neque tamen quoad is vixit, illæ ausæ fuerunt jugum servitutis aperte excutere. Cæterum Constantino rerum potito, & dissolute imperium administrante; Agareni tempus id exequenda ea, quæ animis agitarant, commodum esse rati: cæsis præsidiis, urbes occupant. Chalepi vero Princeps continentibus excursionibus & populationibus ipsam Antiochiam, aliasque finitimas Syriæ gentes Romanæ ditioni vexabat: a quo Dux Antiochenus, Constantino adhuc superstite, turpiter victus, plerisque suorum amissis, vix effugerat: cui Romanus successore dato, ipse quoque ad bellum ivit. Cum autem in itinere Chalepitæ Legati cum muneribus multis ei occurrissent, veniam petentes, ut servitutis renovationem & pensionem non solutorum tributorum,*

Expeditio Rom. Imp. adversus Saracenos.

lo, ut domini: sed alio diverso reperiuntur eidem præfuisse civitati, nempe officio Castaldæi, ut ex eo eodem
(a) Id. l. 2. c. 33. (a) Leone apparet, qui eumdem, qui supra, Rainerium Castaldæum appellat Soranæ civitatis. Cæterum pro Castaldæo non intelligi dominos, sed potius Judices, seu Gubernatores, ex eodem
(b) Id. l. 1. c. 21. (b) auctore apparet, cum agit de Castaldæo Beneventano, eo tempore, quo ejusdem civitatis Dux erat Sico.

VII. Petrus igitur Rainerii filius patri succedens, sicut in magistratu, ita & pietate, amplum suis sumptibus erigens monasterium, idem suis bonis locupletavit. Extat de fundatione atque dotatione tunc scriptum instrumentum, quod hactenus integrum asservatur in membranceo antiquo codice Abbatiæ Casæmarii, quod legendum accepimus a Michaele Bonello ejusdem monasterii Abbate Commendatario, sanctissimæ memoriæ Pii Papæ V. pronepote: ex quo ista descripsimus:

VIII. Diploma Petri pro monasterio erigendo. *In nomine Domini nostri JESU Christi. Ab Incarnatione Domini nostri JESU Christi millesimo trigesimo, mense Septembris, Indictione tertiadecima ego domnus Petrus Senior Soræ, & Arpini, filius bonæ memoriæ domni Rainerii, ejusdem civitatis, & domna Doda filia bonæ memoriæ Oderisii Comitis, uxor supradicti domni Petri, una cum ejus voluntate, & absolutione bona, & spontanea voluntate nostra declaramus, quia dum quadam die cogitare cœpissemus intra nosmetipsos, qualiter in peccatis concepti & nati sumus, & qualiter ab infantia nostra die noctuque horis & momentis innumerabilia peccata commisimus, & qualiter in illo terribili Judicio de omnibus factis nostris, & cogitationibus Deo rationem reddituri sumus; & qualiter ab illo æquissimo Judice unusquisque recipiet secundum opera sua. Et rursus dum cogitare cœpimus, qualiter impii & peccatores, qui hic peccata sua redimere negligunt, in illam pavendam pœnam perpetuo cum diabolo damnabuntur; & qualiter justi & electi Dei in illa æterna beatitudine cum Domino gloriabuntur: subito respexit nos divina pietas, & compunctum est cor nostrum cum tremore & æstuatione cordis: & cœpimus cogitare, & quærere consilium a sacerdotibus & religiosis viris, qualiter innumerabilia peccata nostra redimere potuissemus, & ab ira æterni Judicis, & pœna æterna evadere. Accepimus consilium ab eis, præterquam renuntiare sæculo, nihil esse melius, quam eleemosynarum virtutem: & de propriis rebus & substantiis monasterium construere, & ibidem cœtus monachorum famulantium Deo coadunare, & ibi secundum regulam & normam beati Benedicti laudem Deo resonare, & vota persolvere, & omni tempore pro animabus nostris incessanter orare.*

Hoc consilium ab eis libenter, & ardentissimo amore accepimus: & cœpimus quærere inter nosmetipsos ubi opportunum locum invenire potuissemus. Et sic Deo concedente, invenimus locum in finibus Soræ, ubi dicitur, Inter formas, quem habebamus in rebus proprietatis nostræ per chartulam acquisitionis. Ibique nos ipsi domnus Petrus, & domna Doda simul atque communiter uno animo, mente una, novo fundamento construximus Ecclesiam in honorem Domini nostri JESU Christi & sanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ: & tradidimus eam in manus viri venerabilis domni Dominici sacerdotis & Abbatis, & ibi eum Abbatem constituimus, ubi monasterium construxisset, & cœtus monachorum Deo famulantium eo advocasset, &c. Subiiciuntur his fundi omnes quos in alimenta monachorum iidem donavere ipsi eidem Ecclesiæ & monasterio: quorum cum prolixa valde series est, brevitatis causa omittimus recensere. Apposita demum ipsorum subscriptio, atque testium, simulque judicis, una cum signis eorumdem. IX.

Accidit vero ut idem monasterium Dei Genitricis nomine erectum defuncto dicto Dominico primo Abbate ejusdem, vitæ sanctitate celebri, & gratia miraculorum illustri quod secundum X.
Leonem (c) Ostiensem accidit anno sequenti cœperit vocari nomine Sancti Dominici quod perseverat usque in hanc diem: quod & idem Leo testatur, nosque suo loco dicturi sumus, anno sequenti. Extat ibidem diploma Innocentii Tertii anno nono ejus Pontificatus datum in quo idem monasterium nominatur simul S. Mariæ Virginis, a S. Dominici. (c) Leo Ost. l. 2. c. 62. in fin.

Por-

PAGIUS *rum, quæ imposterum etiam citra tergiversationem, daturus esset, pollicentes: quamvis multis illustribus Ducibus ab ulteriore progressu tamquam inutili deterrentibus, pacemque suadentibus: tamen cœptis non destitit, Agarenos facile se victurum opinatus, & re bene gesta magnum & memorabile nomen consecuturum.*

IV. *Progressus igitur in Syriam vallum communit. Sed Arabes, homines audaces atque expediti in celeribus equis, & nudi, utraque valli parte collocatis insidiis: si qui pabulatum aut aquatum exibant, eos impetu facto cædebant aut capiebant, quo re fiebat, ut & milites & equi pro siti deficerent. Deinde incursionibus illis magis assuefacti, & Romanos ignavia damnantes, subito ex montibus decurrere, & clamore Barbarico sublato, speciem multitudinis ingerentes, quod non densata acie, sed laxata excurrerent, citraque ordinem vallum in-* Græcis infausta fuit

XI. Monast. S. Silvestri juxta Soram erectum.

Porro idem vir pietate insignis anno superiori aliud erexerat monasterium ad majorem civium commoditatem civitati proximum, sub titulo S. Silvestri ad radicem montis, cui ipsa adjacet civitas. Datum extat de his diploma Indictione duodecima, mense Januarii. Insuper sunt in eodem codice venerandæ antiquitatis & aliæ plures donationes ejusdem Petri aliis factæ monasteriis; sicut & aliæ ab aliis iisdem monasteriis, necnon monasterio Casæmari, & inter alias reperimus (a) donationem factam a Gregorio de Barono monasterio Casæmarii, septimo milliario Sora distanti, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, Indictione undecima, sub Cælestino Papa tertio, anno secundo Pontificatus ejus, die nona mensis novembris, cum eidem monasterio Girardus Abbas præesset. Aliam insuper (b) factam donationem a Leonardo de Barono eidem monasterio, tempore Bonifacii Papæ Octavi, anno secundo ejus Pontificatus, die XI. Maii, Indictione nona, anno Domini MCCXCVI. vidimus, & gavisi sumus, antecessores nostros his pietatis insignibus reperisse nobilitatos. Porro eamdem ipsam nostram familiam, ita usque ad nostram ætatem de Barono dictam, nos primi mutavimus, illud de Barono, cognomentum derivantes in Baronium, more Romano. Sed absit, ut præterquam in (c) Domino gloriemur, in ipsa vera nobilitate, quam, per adoptionem in filiorum Dei familiam cooptati sumus feliciter consequuti. Nam si (d) filii, & heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.

(a) Cod. Casamar. c. 374. p. 342.

(b) Eod. cod. c. 350. pag. 232.

(c) Ephes. 2.

(d) Rom. 8.

XII. De monasterio Casæmarii.

Quod autem hic obiter fieri contigit mentio monasterii Casæmarii in agro Verulano, septimo miliario Sora distantis, propagatum illud quidem constat ex dicto monasterio sancti Dominici, quod ejusdem codicis vetera monimenta testantur, licet exordio ipsius æmulus auctor (quisquis ille fuerit) antiquius illud Sorano monasterio conetur asserere, erectum nempe anno Redemptoris millesimo quinto. Sed cum descripta inferius monimenta testentur, primos monachos fundatores Casæmarii a Joanne successore S. Dominici, Abbate Sorani monasterii, monasticum habitum accepisse: quis non sentiat, hoc propagatum ab illo, licet postea, (ut suo loco dicturi sumus) illud huic subjectum fuerit, ita decernente Honorio Tertio Pontifice, cum monastica disciplina ab eo exolevisset; Casæmarii autem cœnobium floreret recenti observantia, ac proinde ferventiori, Cistercensium monachorum. Sic itaque loco numeri, millesimi quinti, sit restituendum, millesimi trigesimi quinti, quo tempore ipse Joannes, successor sancti Dominici eidem monasterio Sorano Abbas præerat. Sed quæ de monasterii Casæmarii institutione scripta in eo codice habentur, hic reddamus. Sic se habent:

*Anno ab Incarnatione Domini nostri JESU Christi * millesimoquinto, Indictione iiii. erant in civitate Verulana quidam boni meriti clerici, qui servantes præcepta Dominica, divinaque judicia meditantes, ac dicentes: Væ nobis, qui nomine.... clericatus habentes officium, vitam neque canonicam, neque monasticam ducimus. Quid de nobis erit? quid in extremo dicturi sumus examine? ad cujus auxilium confugiemus? (e) Faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum ab hac vita migraverimus, recipiant nos in æterna tabernacula. Talia animo volventes, atque dicentes, adjunctis quibusdam laicis fidelibus ejusdem civitatis, venerunt ad fundum, qui dicitur Casamaris, in territorio Verulano: videntesque ibi antiqua ædificia, ubi dicitur templum fuisse Martis, distans ab eadem civitate milliaribus tribus cum dimidio, ibidem commorari cœperunt, in eodemque loco, auxiliante misericordia Dei, Ecclesiam in honorem Sanctorum Joannis & Pauli condiderant, & non post multum quatuor ex ipsis, scilicet Benedictus presbyter, Joannes presbyter, Ursus presbyter, & Azzo presbyter euntes ad venerabilem virum Joannem Abbatem sancti Dominici, susceperunt ab eo habitum sanctæ religionis, indeque in locum jam dictum redeuntes, Abbatem unum de suis sibi elegerunt Benedictum, virum religiosum, qui fuit natus in dicta civitate Verulana: & sub eo in dicto loco Christo Domino servierunt &c.* Hæc sunt nobilissimi monasterii primordia, quæ dicto anno contigerunt trigesimosexto post millesimum, quo & indictio quarta currit, cum & Joannes jam præerat, (ut dictum est) monasterio sancti Dominici.

XIII. * MLXXVI.

(e) Luc. 16

A quibus erectum monast. Casæmarii.

Quod

PAGIUS *invaderent: omnem exercitum territum in fugam verterunt, atque ipse Imperator captus esset, a turbata custodia incustoditus, relictus, nisi quidam eum in equum sublatum ad fugam cohortatus esset, metu pene exanimatum. Romani igitur nullo ordine temereque fugiebant: Barbari vero inexpectato fuga stupefacti, fugientes non sunt persecuti, sed vallum ingressi, paucis illustribus captis, direptoque Imperatorio tabernaculo, variarum opum & Regia magnificentia plenum, cæterisque impedimentis in equos suos impositis, recesserunt. Imperator vero studio militum suorum Antiochiam perductus, atque inde propere Byzantium regressus est.* Quæ

hoc

XIV. Quod autem in his sumus, nec scimus, an de his rursum agendi tempus dabitur, hic item subiiciendum putamus diploma Honorii Papæ tertii, quo facta est unio Abbatiæ S. Dominici cum Abbatia Casæmarii: quod in eodem citato superius codice continetur. Sic enim se habet:

(a) Cod. Casam. c. 5. p. 5. 6. Honorii Pap. III. diploma de unione facta.

Honorius (a) Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati Casæmarii, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Custodes & cultores licet immeriti constituti a Domino in Ecclesia paradiso, sacra religionis gratiosa plantaria in ea cupimus propagari, quæ floris & fructus producentia honestatis animam Sponsi sua suavitate delectent, totamque reddant Ecclesiam speciosam. Sed quanto nobis ejus gratior est profectus, tanto defectus est gravior, si quando propagata plantaria vitiantur, vel in alienæ vitis amaritudinem corrumpantur, dolore confodimur, & rubore confundimur vehementi, cum nonnumquam sui contagione sincera etiam turbare soleant & turpare. Quare summo est nobis studio providendum, ut quæ adeo a ligno vitæ degeneraat, ad quæ debueraat esse odor vitæ in vitam, facta odor mortis in mortem, ut nulla culturæ studia reduci possint ad pristinam qualitatem; de vinea Domini radicitus evellantur, quatenus alia plantentur in ea, quæ gratum Domino fructum tempore suo reddant.

XV. *Sane cum monasterium S. Dominici de Sora, cui Dominus in rore cæli, & terræ pinguedine benedixerat, tamquam hortus deliciarum dei in spiritualibus & temporalibus floruisset, & abundasset delectabilium fructuum ubertate, tandem propter malitiam degentium in eodem, qui tamquam tribuli & urticæ vera religionis plantariis suffocatis dissolute viventes, in bonis monasterii prodigaliter grassabantur, usque adeo ibi annullata fuit omnis observantia regularis, quod quasi cubile draconum multis erat in scandalum, & horrorem. Sed licet illud studiose tentaverimus reformare quosdam monachos pestilentes exinde amovendo, & faciendo in aliis monasteriis collocari, & advocato aliunde Abbate, si forte posset monasterio succurrere desolato: quia tamen amoti etiam tamquam canes ad vomitum redeuntes, exinde etiam nec Ecclesiastica censura potuerunt arceri, sed fere omnes excommunicati præsumebant celebrare, vel potius profanare divina: sicque monasterium iis qui in circuitu ejus sunt, magis ac magis erat in ludibrium & contemptum.*

Nos videntes, & dolentes, quod Babylonem non poteramus ad libitum etiam diligenti cura sanare; vineam Domini aliis providimus locandam agricolis, & monasterium ipsum cum omnibus Ecclesiis, & possessionibus, pascuis, silvis, molendinis, hominibus, & aliis juribus & pertinentiis ejus, monasterio vestro uniendo: Statuimus etiam, ut per vos idem monasterium informetur secundum Cisterciensis ordinis instituta, ita quod ibi semper duodecim monachi de monasterio vestro residcant, Domino famulantes: ad quorum custodiam Abbas unum instituet, ut rectorem, quem quoties voluerit, poterit commutare, & sic utrumque monasterium semper sub unius tantum Abbatis regimine gubernetur: Charissimo in Christo filio nostro Friderico Imperatore Romanorum illustri semper Augusto & Rege Siciliæ, quidquid in monasterio illo ad eum pertinuerat, vobis de assensu nostro donante, sicut in ejus privilegio, aurea bulla munito plenius continetur. Volentes igitur prænotatam unionem, necnon ejusdem Imperatoris donationem perpetuis durare temporibus, eam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. XVI.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ unionis, constitutionis, & confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si qua vero in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam, sciens, contra eam venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri JESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri JESU Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen, Amen. XVII.

Ego Honorius Ecclesiæ Catholicæ Episcopus. XVIII.

Ego

PAGIUS hoc anno contigisse, & Romanos *decima die Augusti, indictione decima tertia* iter Antiochiam versus ingressos, testantur Curopalates & Cedrenus.

V. Hoc anno cum *Petrus* Episcopus Gerundensis accessisset ad Sedem Apostolicam, & *Joanni* XIX. Papæ dixisset, liberaturum se triginta captivos, si vel duodecim in anno vicibus sibi concederet usum Pallii, *Joannes* vir redimendorum Christianorum a Saracenis in Hispania ca-

Pallium Episcopo Gerundensi a Joanne PP. concessum.

✠ *Ego Hugo Ostiensis & Velitrensis Episcopus subscripsi.*

✠ *Ego Frater Nicolaus Tusculanus Episcopus subscripsi.*

✠ *Ego Leo tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem presb. Card. subscripsi.*

✠ *Ego Guala sancti Martini presbyter Cardinalis tit. Equitii subscripsi.*

✠ *Ego Stephanus basilicæ duodecim Apostolorum presbyter Cardinalis subscripsi.*

✠ *Ego Gregorius tit. sanctæ Anastasiæ presbyter Cardinalis subscripsi.*

✠ *Ego Thomas tit. S. Sabinæ presbyter Cardinalis subscripsi.*

✠ *Ego Joannes tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis subscripsi.*

✠ *Ego Rainerius S. Mariæ in Cosmedin diaconus Card. subscripsi.*

✠ *Ego Romanus S. Angeli diaconus Card. subscripsi.*

✠ *Ego Egidius sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus Card. subscripsi.*

XIX. *Datum Alatri per manum Guidonis Capellani domini Papæ Kalend. Junii Indictione nona, Incarnationis Domini millesimo ducentesimo vigesimosecundo, Pontificatus vero domini Honorii Papæ tertii anno sexto.* Habetur ibidem diploma Friderici Imp. quod ad preces ejusdem Pontificis dedit. Sic enim se habet:

Friderici Imp. diploma de unione facta.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ.

Edocti per eum qui transfert regna, qui nos constituit sua clementia super gentes, evellere, destruere, disperdere, dissipare, quæ noxia sunt removere, & propagare quæ prosunt: monasterium S. Dominici, situm in territorio civitatis nostræ Sorranæ, quod in spiritualibus, & temporalibus ita collapsum est, ut vitam improbam monachorum (quod vix adiiciat ut resurgat) per religiosos & Deo placentes Cisterciensis ordinis Fratres in melius reformari, monasterio Casæmarii, cujus fama est celebris, unguentum effusum nomen ejus, & recta religio, illud providimus committendum, & incorporandum, ut ex hoc nunc, & in sæculum sæculi fiat ista duo monasteria corpus unum, grex unus, & pastor unus, & Abbas Casæmarii, qui pro tempore fuerit, de utroque disponat, de utroque provideat, & ordinet, secundum statum Cisterciensis ordinis, ut de uno.

XX. *Intendentes igitur, & volentes placere summo Pontifici domino Honorio Tertio, reverentissimo & amantissimo patri nostro, qui & nobis, ordinante divina providentia . . . . . . & monasterium Casæmarii inter alia sui ordinis plus dilexit, eum ipsius assensu, & gaudio cordis concedimus, & donamus monasterium sancti Dominici, quantum ad jurisdictionis pertinet potestatem, monasterio Casæmarii memorato cum omnibus tenimentis, montanis, pascuis, silvis, aquis, capellis, hominibus, libertatibus omnibus, & omni jure suo, ut ita sint unum sub unius dominio pastoris, Abbatis videlicet Casæmarii, sicut supra diximus. Turbatores autem temerarios nostræ hujus libertatis & unionis, tamquam rebelles lumini in tempus omne bannimus, & quicumque fuerint, ab Imperiali gratia sic se noverint cecidisse, ac si res Principi tenerentur de personis, & rebus.*

XXI. *Ad hujus itaque concessionis, & donationis nostræ memoriam, & robores firmitatem præsens privilegium per manus Joannis de Lauro Notarii & fidelis nostri scribi & bulla aurea typario nostro impressa jussimus communiri, anno, & mense, & Indictione suprascriptis. Datum apud * Verulam, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimosecundo, mense Aprilis, decimæ Indictionis, Domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Regis Siciliæ anno secundo, Siciliæ vigesimoquarto feliciter. Amen.*

* Barulam

XXII. Sed accipe demum diploma de ejusdem monasterii dedicatione facta ab ipso Honorio Tertio Romano Pontifice, quod habetur in eodem codice: quo innotescit etiam, eamdem basilicam ejusdem monast. Casæmarii dedicatam fuisse XVII. Kal. Octob. anno millesimo ducentesimo decimoseptimo per eumdem Honorium, qui eum esset Cardinalis, nomine Cencius, tituli sanctorum Joannis & Pauli, erexit Ecclesiam, quæ & fuit consummata sub Innocentio Papa prædecessore. Porro eidem consecrationi interfuisse leguntur Episcopi Cardinales duo, presbyteri Cardinales tres, diaconi Cardinales septem, & Episcopi alii decem. Post hæc vero agi cœptum de unienda Abbatia sancti Dominici eidem monasterio Casæmarii, quod & factum, ut superius dictum est. Diploma autem consecrationis sic se habet:

Consecratio Eccles. Casæmarii.

XXIII. *Honorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Rainerio Abbati, &*

PAGIUS captorum cupidine flagrans, ejus petitioni condescendit, eique potestatem gestandi Pallii diebus duodecim illi assignatis concessit. Docuit hoc nos Baluzius lib. 4. Marcæ Hispanicæ, qui postea in Appendice ejusdem Pontificis Epistolam ad Petrum Episcopum Gerundensem datam de Privilegio Pallii, recitat, in cujus fine legitur: *Scriptum per manum Sergii Scrinarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mense Aprili, indictione tertia decima*, ideoque hoc Christi anno.

conventui Casamarii salutem & Apostolicam benedictionem.

Honorii Pap. III. diploma de consecratione Eccl. Casamarii monasterii

Si apud Hebraeos olim, qui fuerunt tempore legis, templi consecratio celebris habebatur (nam Salamon templum, quod David pater ejus aedificare voluit, Domino auxiliante perficiens consecravit, fecitque tempore illo festivitatem celebrem, & omnis Hierosolyma cum eodem) multo magis nunc solemnis debet haberi, cum per JESUM Christum data sit gratia, & veritas patefacta. Cum ergo ad consecrandam Ecclesiam vestram a vobis cum multa fuerimus supplicationis instantia invitati, quam in minore officio feceramus propriis sumptibus fabricari: ad locum ipsum cum honorabili coetu Archiepiscoporum, Episcoporum, & Cardinalium accedentes, eamdem Ecclesiam, accedente Fidelium multitudine copiosa, septimodecimo Kal. Octobr. in persona duximus propria consecrandam.

XXIV. Indulgentia concessa.

Ut ipsius Ecclesiae dedicatio veneranda singulis annis devotius celebretur, universis, qui ad celebritatem consecrationis ejusdem infra novem dies devote confluxerint, qui est peccatorum remissio, de injunctis sibi poenitentiis annum unum misericorditer relaxamus.

Praeterea, ut appareat in ornatu, quod Ecclesiam vestram specialiter intendimus honorare, utendi argenteo thuribulo, ac sericis indumentis inter Missarum solemnia diebus Dominicis & festivis liberam vobis concedimus facultatem.

Licet autem monasterium vestrum juris & potestatis sit Sedis Apostolicae specialiter: quia tamen ex hoc juris, scilicet proprietatis ipsius specialius est effectum, nos illud sub speciali cura & principali tutela beati Petri suscipimus cum omnibus rebus, quas in praesentiarum justo titulo possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, ut secundum privilegia praedecessorum nostrorum, & nostra semper eas sine contradictione possideat, gaudens ubique privilegiis & indulgentiis universis tam generalibus, quam specialibus a Sede Apostolica impetratis, salvis statutis Concilii generalis. Cunctos igitur ipsius jura servantes Apostolica benedictio prosequatur, eosque divina Majestas justificet in praesenti, & glorificet in futuro. Turbatores autem ipsius, nisi commoniti resipuerint, reos se divino Judicio de perpetrata iniquitate cognoscant, & muneris Apostolicae benedictionis expertes. Datum Laterani tertio Non. Februar. Pontificatus nostri anno secundo. XXV. Hactenus de rebus patris. Sed de ipso sancto Dominico anno sequenti, quo ex hac vita migravit, dicendum.

Tri-

PAGIUS no. Quod quidem Privilegium personale fuit; ait enim Pontifex: *Zelo Dei, qui eos proprio sanguine redemit, accensi, petitioni tuae condescendimus, Palliumque gestandum duodecim in anno vicibus tibi solummodo concessimus.*

I. TRigesimus primus supra millesimum currit annus, decimaquarta Indictione, quo flagrant Galliæ bello civili, filiis cum matre adversus Robertum Regem patrem conspirantibus. De his hæc apud Glabrum (a): *Tunc demum post aliquod temporis spacium illi duo fratres*, Henricus & Robertus, filii Roberti Regis *firmato amicitiæ fœdere, præcipue ob insolentiam matris, cœpere vi invadere vicos & castella sui patris, ac circumcirca diripere, quæ poterant, bonorum illius: nam ille, quem Regem fecerat, Drogas illi castrum surripuit, alter vero in Burgundiæ partibus Avallonem, atque Bellensem. Pro quibus Rex gravi turbatus * amore, colligens exercitum ascendit Burgundiam, bellum plusquam civile paratur. Interea cum idem Robertus Rex super his venerabilem patrem Vuillermum consuluisset apud Divionense castrum, quid agere deberet, omnisque, ut erat vir totius mansuetudinis & pietatis, qualiter tam pro se, quam pro illis Dominum oraret; tale responsum ab eodem suscepit: Meministi-te, o Rex convenit, injuriarum, opprobriorumque patri ac matri a te illatorum in tua juventute, quoniam talia tibi, justo judice Deo permittente a filiis ingeruntur, qualia tu ipse genitoribus ingessisti. Hæc audiens Rex patientissime tulit, seque ultro culpabilem clamans, non negavit: deinde post obsidionem ac depopulationem utriusque provinciæ ad pacem redeuntes suscepit filios, qui paulisper quieverunt.* Sequenti vero anno Robertum ipsum patrem mense Julio tradit esse defunctum. Adeo ut hoc anno ista contigisse, opus sit affirmare.

(a) Glab. l. 3. c. 9.

* timore. Consilio Willermi Abbatis consopitur bellum civile.

Moritur hoc anno sanctus Dominicus Abbas primus monasterii Sorani, de quo anno superiori dictum est. De ejus enim obitus tempore hæc Leo Ostiensis in Chronico Cassinate (b): *His diebus, anno scilicet Domini millesimo trigesimo primo, beatus Dominicus, innumerabilium patrator mirabilium, multorumque cœnobiorum fundator apud Soram Campaniæ civitatem jam ferme octogenarius migravit ad Dominum, sepultusque est in monasterio Soræ vicino, quod nunc ejusdem* II.

(b) Leo Ost. l. 2. c. 26. in fin.

Memini sa Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hisp. MLXIX. Anno Hegiræ CCCCXXIII. inchoato die 19. Decemb. fer. 2. A. C. 1031.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6524.

☉ 4. C. ☽ 6. P. 11. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1031.

JOANNIS XIX. PAPÆ 8.

CONRADI II. REG. 8. IMP. 5.

ROMANI ARGYRI IMP. 4.

I. AD num. I. Anno millesimo vigesimo septimo *Robertus* Francorum Rex *Henricum* filium in consortium Regni ascivit, quod *Hugo* filius natu major anno antecedenti obiisset. *Constantia* quidem Regina Roberto minori filio favebat, & magnam Procerum & Episcoporum partem ad sua studia adduxerat. Verum vicit tunc affectus patris & ratio Regni; quippe præterito aut expulso *Henrico* majore filio periculum erat, ne magna inde exorirentur incommoda. Quia vero Fulbertus Carnotensis Episcopus Regis animum in recta sententia retinebat, infensissimam sensit Constantiam Reginam, ut ex multis Sancti hujus Præsulis literis intelligimus. Hic tantum Epistolam XXIX. quia brevissimam refero: *Venerabili patri & Coepiscopo suo G. Fulbertus. Ad benedictionem Henrici Regiæ prolis voto quidem rapior, sed adversa me corporis valetudo retardat. Tentarem tamen utcumque moderatis equitationibus eo pervenire, si non absterreret sævitia matris ejus; cui satis creditur, cum mala promittit: fidem facientibus multis & memorabilibus gestis ejus. Qua difficultate prohibitus rogo vestram charitatem, dilectissime, ut vir meæ suadentis domno Archiepiscopo Remensi, cæterisque Primoribus, ne qua occasione differant benedictionem juvenis supradicti. Spero enim illum Deo & bonis omnibus placiturum. Valete.* Quæ Epistola anno MXXVII. quo Henricus coronatus data. Verum post eam coronationem grave bellum domesticum firmato inter se fœdere adversus patrem Henricum Robertum fratres excitarunt, ut narrat Baronius ex Glabro lib. 3. cap. 9. qui ait, illud hoc anno consopitum; nam Glaber subdit, fratres paulisper quievisse, quia *anno sequenti, mense Julio*, Robertus Rex *diem clausit extremum*. Verum cum ea mors mense Julio currentis anni acciderit, ut infra demonstrabo, finis hujus belli civilis ad annum præcedentem retrahendum.

I. *Henricus & Robertus adversus Robertum patrem Francorum Reg. bellum movent.*

Ad num II. Vitam *Sancti Dominici* Abbatis juxta Soram, antiquum Italiæ oppidum ad Liris fluvii ripam positum, scripsit *Albericus Diaconus*, ut testis est Leo Ostiensis lib. 3. cap. 33. Is Albericus cooptatus fuit in Collegium Cardinalium ab Alexandro II. & eam Vitam ex MS. Bibliothecæ Casinensis publicavit Bollandus ad diem XXII. Januarii, quo *Sanctus Dominicus* Abbas colitur. *Honorius* III. Papa monasterium Soræ vicinum, cum alio a Soranis post Dominici mortem constructo, in loco *Casamari* dicto septem millibus passuum Sora distante, de quo fuse Baronius anno superiori num. XI. & seqq. Cisterciensibus Monachis tradidit, qui utrumque etiamnum tenent. Quæ causa est, inquit Bollandus, cur habitu Cisterciensium pingatur *Dominicus*, quem constat diu ante Cisterciensium reformationem vixisse Casinensibus Benedictinorum institutis. Varia alia Cœnobia in Italia a sancto Dominico constructa, ut tam ex Alberico Cardinali, quam ex Ludovico Jacobillio, utroque in hujus Sancti Vita memorat idem Bollan- II.

II. *Moritur S. Dominicus Abbas juxta Soram.*

dem vocatur nomine.

III. *Imago S. Mariæ in Blachernis inventa.*

Quod pertinet ad res Orientales, hoc anno Romanus Imperator totus in erigendis & exornandis Ecclesiis, antiquam Dei Genitricis imaginem, quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Constantini Copronymi Iconomachi, reperit, quam & ad cultum pristinum revocavit. Hæc Curopalata, & ex ipso Cedrenus. Itemque hoc eodem anno a Zoe Imperatrice coactam fuisse sororem Theodoram in ordinem redigi monacharum, ne ut ipsa, hæres Imperii, aliquid moliretur insidiarum. Hæc Curopalata. Qui & inferius addit, ab eodem Imperatore cœptum reædificari templum Hierosolymorum, a Saracenorum Principe demolitum. Ait enim: *Cum autem Azizius Ægyptius furore correptus multa detrimenta Christianis intulisset, evertissetque templum Domini nostri JESU Christi Hierosolymis; deinde ipse quoque turpissime vitam finisset: ipsius filius e Romana quadam captiva natus,* con-

PAGIUS

landus. *Obiit autem vir sanctus XI. Kalendas Februarii, anno ab Incarnat. Domini MXXXI. humatumque est cadaver ejus in monasterio, quod nunc ejusdem cognominatur vocabulo, sito in Campania in vicinia Soranæ civitatis,* inquit Albericus. De Sancto Dominico fuse Baronius anno superiori.

III. *Fœdus Calepicum & Theodora Monachatur.*

Ad num. III. Amer Chalepi Præfecti filius ut refert Cedrenus pag. 729. *indictione decima quinta, mense Septembri* ad Imperatorem Romanum multis cum donis venit *fœdus pristinum renovari petens, & antiquum tributum se persolaturum promittens.* Ad eam remissus Theophylactus, qui cum Calepensibus societatem composuit. Cæterum *Zoe Augusta post Exaltationem Crucis*, sororem suam Theodoram rasam in Monacharum ordinem redegit, *causata aliter finem insidiis & offensis non posse imponi.* Hæc Cedrenus, qui antea scripserat, Constantino Imp. filias tres fuisse, *Eudociam* natu maximam Monachatum esse amplexam, minimam Theodoram a conjugio Romani Imp. abhorruisse, *sive ob propinquitatem, ut scribitur, generis, sive quod uxorem ejus sciret adhuc vivere*, & mediam *Zoem* appellatam Romanum Argyrum ante patris mortem maritum accepisse. Acto postea in ordinem Michaele Calaphata, ut infra videbimus eadem *Theodora*, cognomento, Porphyrogenita, a plebe revocata est, & Augusta una cum sorore *Zoe* appellata; qua dignitate per tres menses est usa, donec rerum potestas ad Constantinum Monomachum Zoes conjugem devenit; quo tamen imperante Augustæ titulum servavit. Extincto denique Monomacho, tota rursum ad eam Imperii recidit auctoritas, ideoque variantis in se fortunæ sortem experta est *Theodora*.

IV. *Templum Hierosolymorum instaurari cœptum.*

Quod narrat hic Baronius ex Cedreno & Curopalate, *Romanum* nempe *Argyrum* cœpisse instaurationem Templi Hierosolymitani, quod *Azizus* Ægyptius everterat, ostendit Templum Hierosolymitarum, non a Calipha Babyloniensi; ut anno MIX. ostendimus, sed a Calipha Ægypti solo æquatum esse; Cedrenum tamen perstare in errore, qui Calipham illum Azium appellat; licet, ut ibidem vidimus, non ipse, sed ejus filius *Hakemus Biamrilla* in Christianos sævierit. Michael Romani Argyri successor Opus illud absolvit.

V. *Obitus Cadiri Billa Caliphæ.*

Anno quadringentesimo vigesimo secundo (nempe Hegiræ) seu Arabico) obiit *Cadirus Billa Calipha Bagdadensis, mense Dulhaggiâ. Imperavit autem annos XLI. & aliquot menses: quantum temporis nulli Chalipha ante eum contigit*, inquit Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 6. qui ait postea *Caiimum Biamrillam* filium in locum ejus subrogatum esse.

Anno nativitatis dominicæ MXXXI. Indictione XIV. a nativitate quoque ipsius patris ac Dei cultoris LXX. & ab adventu illius ad Gallias de Italia XLI. regnante Conrado Imperatore, in Francia nihilominus Roberto Rege die dominica Circumcisionis venerabili, atque ejusdem Nativitatis octavo, VI. feria mane dum aurora supervenientis diei pelleret tenebras a mundo transivit S. Willielmus Abbas S. Benigni in urbe Divionensi, inquit Rodulphus Glaber in hujus Sancti Vita, cujus in sua Historia lib. 4. cap. 4. meminit, a Bollando ad diem primum Januarii recitata. Italia oriundus erat Wilhelmus, nobili prosapia editus, quem D. Majolus Roma veniens secum adduxit Cluniacum, ætate juvenili florentem, qui non solum jam Monachus erat, sed patrem etiam ad vitam monasticam induxerat. Eum præfecit primum *Majolus* cœnobio S. Saturnini, & postea monasterio S. Benigni Martyris, *quod juxta Divionense castrum antiquitus veneratur*, ubi divinum cultum, qui in eodem loco omnino defecerat, restituit, & petente Richardo Normanniæ Duce hujus nominis II. cœnobium *Fiscannense* constructum a Richardo Primo reformavit. Rogatu fratrum suorum *Fructuariense* cœnobium in rure paterno a Pado fluvio paucis milliaribus distans construxit, illudque præsente Arduino Italiæ Rege sacrari jussit in honorem B. Mariæ, S. Benigni, & omnium Sanctorum. *Fuere tam monasteria, quam cœnobia atque cellulæ monachorum circiter quadraginta quæ illius patrocinio tuta cunctorum bonorum affluebant copiis. Fratres vero in ipsis degentes procul dubio plus mille ducenti.* — VI. *Obitus S. Willelmi Abbatis Divionensis.*

Omni studio satagebat e diversis partibus terrarum colligere viros servituti Christi idoneos. *Contigit illum aliquando cum viro per omnia desiderabili, domno scilicet Odilone, adhuc illo in Canonicali habitu degente, de vera animarum salute habuisse colloquium,* cœpitque illi attentius suadere, ut negotiis sæculi abjectis se totum Christo daret, sicque illum ad religionem adduxit. Ipsemet Odilo in libello de Actis S. Majoli de S. Willelmo ait: *& ut pace spiritualium artificum in eadem fabrica* (nempe cœlesti) *laborantium dicam, omnibus præcipue refulsit, qui nuper orbis humanis excessit, & qui plus nobis omnibus laboravit, domnus videlicet Abba Vuillelmus, de cujus clarissimis actibus & vita laudabili & mirabili conversatione parvitas nostra non sufficit, quod sentit ad plenum referre.* Baronius anno MXXXIII. num. XV. hujus sancti Abbatis mortem narrat, quia ejus tempore Vita laudata nondum e tenebris emerserat. — VII. *Congregationem Cluniacensem plurimum propagavit.*

Hoc

concessit iis quæ vellent, templum reædificare. Quod Imperator studiose construere festinabat, sed mors, quæ illum occupavit, ne id perficeret, prohibuit. At successor ejus Michael ad exitum perduxit.

Se-

PAGIUS Hoc anno obiit *Robertus* Francorum Rex, ut anno MXXXIII. demonstrabimus. Præterea Concilia *Bituricense* & *Lemovicense* II. celebrata, ut anno MXXXIV. videbimus.

I. *De Apostolatu S. Martialis controversia.*

SEquitur annus Redemptoris millesimus trigesimus secundus, Indictione decimaquinta, quo vigente illa controversia in Aquitania de sancto Martiale Christi Discipulo, qui primus in ea provincia Evangelium prædicavit, essetne in sacris precibus nominandus Apostolus, sicut in Ecclesia Lemovicensi ab eo erecta hactenus factum esse constaret: contradicentibus aliis nonnullis atque contendentibus, non Apostolum, sed Confessorem tantummodo nominandum, consulta est Apostolica Sedes. Quid autem ad hæc Joannes Papa responderit, videamus ex Actis Concilii Lemovicensis, de quo suo loco inferius dicturi sumus. Etenim etsi ipsa Joannis Papæ non extet epistola, ejus tamen argumentum satis habetur expressum in dictis synodalibus Actis, in quibus ista leguntur:

II. *De Joannis Papæ epistola decretali ad Episc. Galliar.*

Ad hæc venerandus Jordanus Lemovicensis Episcopus ait: *Multa, charissimi, ante hos annos hac de re facta est inquisitio, quousque hæc altercatio ad aures Apostolicæ sanctæ Romanæ Sedis perveniret; super quo dominus Joannes Papa exemplar epistolæ nobis est dignatus destinare, magnopere testificans Apostolatus ejus gloriam, & redarguens omnes, qui eum contradicunt esse Apostolum. Quæ epistola sacra conservata in promptu habetur, in qua facile claret, testimonium verum Romanæ Sedis. Cui Bituricensis Archiepiscopus Æmo respondens dixit: Textum epistolæ Papæ Joannis, omnibus Galliarum Episcopis directæ ante hos quindecim dies in Concilio Bituricensi, ubi plures Episcopi congregati eramus, coram nobis recitari fecimus, &c.* Omnes enim eidem epistolæ Romani Pontificis assensum tribuisse testatur. Porro una cum epistola pariter missam fuisse de eodem sancto Martiale Collectam, preces nempe, sive quæ diei consuevit oratio, ex antiquo codice Gregoriano excerptam: habent eadem acta Concilii Lemovicensis verbis istis:

Primam orationem de solemnitate Ecclesiæ dedit Archiepiscopus, secundam vero audiente omni Ecclesia, de beati Martialis commemoratione annexuit; quæ oratio in hunc modum continetur: III.

Omnipotens sempiterne Deus, qui B. Martialem Apostolum Ecclesiæ tuæ sanctæ præesse voluisti: quæsumus, nobis ejus suffragantibus meritis, pietatis tuæ gratiam largiaris.

Quam orationem (pergit Episcopus) idcirco præsertim palam omnibus voluit protulisse, ut testimonium Apostolatus beati patroni clarus assertor libere pa-

te-

PAGIUS SÆC.XI An. Eræ Hisp. MLXX. An. Hegiræ CCCCXXIV. inchoato die 7 Decemb. fer. 5. A. C. 1032.

ANNI PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6525.

☉ 5. BA. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1032.

JOANNIS XIX. PAPÆ 9.

CONRADI II. REG. 9. IMP. 6.

ROMANI ARGYRI IMP. 5.

I. *Jubet Joannes Papa, ut S. Martialis Apostolus dicatur.*

ANum. I. ad IV. Post Concilium *Parisiense* anno MXXIV. congregatum, Joannes Papa XIX. scripsit ad *Jordanum* Lemovicensem Episcopum, cæterosque Galliarum Episcopos Epistolam, quam Baronius num. I. deperditam esse existimabat. Nunc ea extat Tom. IX. Concil. in qua de S. Martialis Apostolatu Pontifex scribit: *Huic* (nempe Martiali) *modo quidam vestrorum, ut audivimus, detrahere præsumunt, quasi nihil sit ei commune cum Apostolis, sed cum Confessoribus; hi vero non loqui, sed insanire videntur: quia gravati fascibus peccatorum, in cælis judicare contendunt. Petrum denique nostrum, cui claves regni cælorum commissæ sunt, Confessorem dicimus, quia Christum confessus est, dicens:* Tu es Christus filius Dei vivi; *& Apostolum dicimus, quia ab ipso domino ad prædicationem est missus: martyrem nominamus, quia prædicando Christum, martyrio vitam finivit; Principem Apostolorum credimus, quia Apostolos constituit, sicut & Marcus baptismate filius, & Matthias sorte electus, Lucas discipulus Apostoli Pauli, & Barnabas, & quamplures. An forte nolunt hos recipi inter Apostolos, eo quod ab Apostolis sint electi & missi: qui Martialem, eo quod non sit de duodeno numero, Apostolica dignitate volunt alienum videri? Non putant alios Apostolos, nisi illos duodecim: & ubi est quod dicit Apostolus Paulus Philippensibus* (cap. 2.) „ Necessarium autem existimavi, Epaphroditum „ fratrem cooperatorem, & commilitonem „ meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos. *Silam quoque judæum ab Apostolis Apostolos nominatos invenimus. Anglorum enim Ecclesia usque hactenus beatissimum Gregorium, quem nos Confessorem dicimus proprium suum Apostolum nominat. Romani Pontifices, quia vice Apostoli funguntur, Apostolici nominantur. Cum igitur Apostoli nomen non sit numeri, sed suffragii; quicumque revelante Deo ad prædicandum mittitur, & sua pia exhortatione & exemplo commissum sibi divinitus populum a potestate diaboli liberat, non incongrue Apostolus dici potest, quia Apostolus missus dicitur.* Subiungit Pontifex, ut *celebritas tanti Apostoli in toto terrarum Orbe excelsius recolatur;* ædificasse se & dedicasse in ejus honorem pulcherrimum altare in Basilica S. Petri, *ubi quotidie ipsius Sancti memoria devotissime veneratur.*

Supponebant Patres utriusque Concilii Lemovicensis *Martialem* unum esse e LXXII. disci- II.

tefaceret . Quæ oratio cum Secreta & Præfatione , & ea quæ dicitur ad complendum ; idcirco Gregoriana esse dicitur , quia a Joanne Papa Romano ad Lemovicenses directa jamdudum fuerat . Hæc Acta . In quibus etiam frequenter interlocuti inveniuntur Episcopi , tenendum , quod Ecclesia Romana probasset , a qua recedere nefas : cum capite enim sentiendum , iidem sæpe obtestati sunt Patres . At de his hactenus .

IV. Hoc anno Joannes Papa concessit ad preces Sancii Majoris , Regis Navarræ atque Castellæ , monachis monasterii Leirensis creandi Episcopum Pampilonensem : nam antiquis temporibus (*a*) Pampilonenses Episcopi ob barbarorum incursiones sedem transtulerant in Leirense monasterium , quod in Pyrenæis jugis situm est . Cujus concessionis occasione Pampilonæ Concilium habitum est , cui interfuerunt Pontius Ovetensis Archiepiscopus , Garsias Anagari , Nunnius Alavæ , Arnulphus Ripagorsæ , Sancius Aragoniæ , hoc est , Jaccæ , Julianus Castellæ , hoc est , Ancæ Episcopi . Actum in eo in primis , ut antiqua sedes

(a) Mariana l. 8. c. ult.

Joannis Papæ concessio Monachis Leirensibus facta.

Pampilonensis Episcopo redderetur : quod post obitum ejus , qui tunc erat Pampilonensis Episcopus , tempore successoris fuit executioni mandatum . Porro in idem Leirense monasterium Cluniacensium institutio ab eodem Rege est introducta . Ejus enim commendata est religio erga cultum monasticum , qui ad pristinam sanctitudinis formam ibi restituendam usus est monachis Cluniacensibus e Gallia petitis , & magno honore acceptis . De Ipso etiam Rege ab omnibus ferme rerum Hispanicarum Scriptoribus fertur quod jacentem in suis ruinis sepultam Palentinam civitatem restituit , hac oblata divinitus occasione , quod cum in venatione aprum insectaretur , ille fatigatus intra obvios parietes , qui supererant Memoriæ sancti Antonini martyris se recepit , apud relictam ibi sacram aram consistens , tutum asylum , Angelorum custodia vallari consocium . Sic juxta illud oraculum : (*b*) *Homines & jumenta salvabis Domine* . Cum Rex venabulo illum appeteret , elevatum brachium ad feriendum , mox torpedine redditum sensit inutile : sed

Palentinæ civitatis restituendæ occasio.

(b) Psal. 45.

PAGIUS

S. Martialis sæculo primo in Gallias venit.

cipulis , & *Joannes* XIX. diserte asserit , eum primo Ecclesiæ sæculo vixisse ; quæ antiqua Gallorum traditio fuit . Lannoius tamen contendit , eam traditionem ante annum nongentesimum non prodiisse , & usque ad illud tempus veterem invaluisse qua *Martialis* imperante Decio in Gallias venisse asserebatur ex Gregorio Turonensi , anno sc. Christi CCL. Verum ea opinio , a qua ipsemet Gregorius aliquando discedit , hoc & præcedentibus sæculis paucos sectatores habuit , & pauciores habuisset , nisi exeunte sæculo octavo quidam *Dionysium Areopagitam* cum Dionysio Parisiensi perperam confudissent .

III. *Sedes Episc. Pampilona reddita .*

Ad num. IV. Garibayus lib. 4. cap. 24. refert ex antiquis Scripturis in Ecclesia Pampilonensi asservatis , Sedem ejus Episcopalem , quæ jamdiu in Leirense monasterium translata fuerat , *era MLXVI.* seu an. Christi MXXVIII. (non vero currenti , ut habet Baronius ex Mariana) redditam fuisse Ecclesiæ Pampilonensi . Ante Maurorum invasionem Tarraconensis civitas , a cujus Metropoli Sedes Pampilonensis pendebat , civibus nudata fuerat , & post eandem Auscensis Archiepiscopus Metropolitani munere in universo Navarræ Regno functus est . Verum cum *Joannes* XXII. Sæculo XIV. Sedem Cæsar-augustanam in Metropolim evexit , eidem Pampilonensem Ecclesiam subdidit , cui etiamnum paret . *Sanctius Major* Navarræ Rex die XXIX. mensis Septemb. anni Christi MXXIII. solemne Pampilonæ Concilium celebravit , in quo magna diligentia adhibita , ut antiqui hujus Episcopatus limites detegerentur , isque Pampilonem transferretur . Cumque postea *Petri* Aragonensium & Navarræ Regis liberalitate & Petri a Roda Episcopi , piis laboribus ac beneficentia Ecclesia illa valde dilatata fuisset , *Urbanus* II. dum anno MXCVI. in Galliis versaretur , Bulla in monasterio Sancti Pontii Tomeriensis appellati ; *die XXIV. mensis Junii , indictione IV. Pontific. ejus an. IX. data Petrum* a Roda Episcopum Pampilonensem , ejusque Ecclesiam in suam protectionem suscepit , & quæ *Sanctii Majoris* tempore gesta fuerant , auctoritate Apostolica confirmavit , uti ex Archivis Ecclesiæ Pampilonensis Garibayus lib. 23. cap. 3. ostendit .

IV. *Archiep. Auscienses Metropolita Navarra .*

Is tamen lib. 4. laudato perperam scripsit , huic Concilio Pampilonensi *Pontium* prætensum Metropolitanum Ovetensem præfuisse ; ut enim prodit Joannes Brizius Martinezius in Historia monasterii Sancti Joannis Pennatensis lib. 2. cap. 22. *Aymericus & Austindus* per hæc tempora Episcoporum Aragoniæ & Navarræ Metropolitæ agniti sunt , & in Actis Conciliorum seu Conventuum in Leirensi monasterio & Pampilonæ congregatorum *Marcius* Episcopus Aragoniæ primo loco , & *Pontius* Ovetensis ultimo nominatur . Quod scite observavit Brizius ; neque enim aut Navarrei , aut Aragonenses , aut Catalani Episcopi Ovetensem Archiep. pro Metropolita unquam habuere . Diagus lib. 2. Hist. Comitum Barcin. cap. 33. & seq. refert electionem *Guadalli Domnucii* in Episcopum Barcinonensem , ad eam Sedem anno MXXIX. evecti , miraturque in hujus electionis Decreto a se recitato legi eam factam esse , *assentiente domno Ottone venerabili primæ sedis Auscia Archiepiscopo* , cum anno MXXXVIII. Guifredus Archiep. Narbonensis Ecclesiam Gerundensem dedicarit , cujus Consecrationis Acta refert Baluzius in Appendice ad Marcam Hispanicam pag. 1066. in qua Guifredus , ait , eam Ecclesiam esse suæ Diœcesis . Sed inde tantum inferri potest Catalauniæ Episcopos modo Metropolitæ Narbonensi , modo Metropolitæ Auscensi paruisse . Cossartius Tom. IX. Concil. pag. 1111. refert Concilium Jaccetanum in Regno Aragoniæ habitum anno MLXIII. non vero anno MLX. ut perperam ibidem habetur , cui præfuit *Austindus*

sed reatum agnoscens, Martyrem deprecatus, ad pristinum usum sensit divinitus revocatum, didicitque suo damno, quanta deberetur locis sacris immunitas, etiamsi corruisse visa fuissent, ut nec bestiam illuc confugientem lædere licuisset. Sicque ejus eventus occasione Regem non solum eam restituisse tradunt Ecclesiam, sed etiam nobilem civitatem iterum incolendi, restitutis mœnibus, auctorem fuisse. Porro Sancium ipsum pietate insignem ex hac vita post triennium migrasse, nempe anno Redemptoris millesimo trigesimoquinto, ejus sepulcralis inscriptio docet his verbis:

HIC

PAGIUS

dus Archiep. Auxitanus. Episcopos vero Aragoniæ Metropolitam Narbonensem aliquando coluisse nullum occurrit exemplum. Apud San-Marthanos in Archiep. Ausciensibus Bernardus Archiep. Ausciensis circa annum CML. Episcopos in Hispania instituisse dicitur, & apud Sandovalium legitur, *Sanctio* Aragoniæ Rege hujus nominis I. qui Navarræ etiam præerat, regnante, *Petrum a Roda* ad Episcopatum Pampilonense promotum Regulam Sancti Augustini in suam Ecclesiam Cathedralem introduxisse; *assentiente Archiepiscopo Ausciensi*, idque contigisse post an. MLXXXIII. Quare consuetudo, ut Saracenis in Hispania dominantibus Episcopi Navarræ & Aragoniæ Ausciensi Metropolitæ subderentur, non solum nunquam interrupta fuit; sed etiam cum utroque Regno incœpisse videtur. Sandovalius in Episcoporum Pampilonensium Catalogo refert Acta Conciliorum seu Conventuum ad hanc translationem faciendam Pampiloniæ & in Monasterio Leirensi coactorum, quæ apud ipsum legi possunt.

V. *Sanctius Major Soprarba & Ripacurcia Rex primus fuit.* Sanctius Major hujus nominis III. celeberrimus fuit inter Navarræ Reges, multasque victorias de Saracenis reportavit. In variis Diplomatis dicitur eum regnare *in Castella, in Asturia, in Alava, in Pampilona, in Aragone, in Suprarbe, in cuncta Guasconia* (idest, Gasconia), *in Leione* (idest Legione), *in Asturias*. Hi varii tituli Oihenartum in Notitia utriusque Vasconiæ, & Moretum in Historia Navarræ irretitos tenuere, quia non animadverterant, *Sanctium Majorem* ditionum a se non possessarum titulos sumsisse, quod probatu facile esset, si institutum nostrum id pateretur. Uterque tamen late docteque demonstravit, *Sanctium Majorem* primum fuisse, qui *Soprarba & Riparcurcia* Regis nomen sumserit, & Aragonensium qui Suprarbarum Reges a seculo octavo deducunt, finguntque Reges, qui nunquam fuere, fabulas refutavit. Dominicus a Ripa Benedictinus eruditissimus, natione Aragonensis, in volumine Cæsaraugustæ ab aliquot annis in fol. edito complura congessit ad defensionem antiquitatis Regum suorum, fuseque Moretum refellit. Verum hic in Dissertatione priori suorum Annalium Navarræ Tomo annexa Reges omnes, qui in *Ripacursia & Suprarbe* ante Sanctium Majorem regnasse perhibentur, commentitios esse, ita solide monstravit, ut lis hæc dirempta censeri debeat.

VI. *Ejus obitus.* Baronius *Sanctii Majoris* mortem cum anno MXXXV. recte copulavit, licet Epitaphium ejusdem Principis, cui innititor, recens fit. Vivebat adhuc *era MLXXII. octavo Kal. Octobris*, anno scilicet Christi MXXXIV. ut patet ex Charta a Moreto lib. 3. cap. 3. recitata, sed illum mense Martio eræ MLXXIII. jam vita functum esse, docet Charta & Chartulario Sancti Æmiliani pag. 74. descripta, in qua habetur, *Garsiam* Sanctii Majoris filium anno MXXXV. *die II. Kal. Aprilis* jam regnasse. Denique in libro, quem *Tumbum nigrum Sancti Jacobi* vocant & in Annalibus Complutensibus a Moreto laudatis, Sanctii Majoris mors cum era MLXXIII. cum anno scilicet Christi MXXXV. conjuncta legitur. Uxorem duxerat *Majorem Muniam Donam* Sanctii Castellæ Comitis filiam, Reginam pietate inclytam, quæ era MCIV. anno scilicet Christi MLXVI. testamentum condidit, annoque insequenti e sæculo migravit. Aliqui Scriptores Hispani aliam ei uxorem attribuunt, ex qua *Ramirum* susceperit. Hunc ex concubina ortum esse, invicte probat Oihenartus loco laudato pag. 309. & seqq.

VII. *Tria Regna instituit.* *Sanctius Major* morti proximus Ditiones inter filios suos divisit. *Garsias Sanctius* major natu patri in Regnum Navarræ successit, cognominatus *Nagerensis*, & quartus hujus nominis inter Navarræ Reges. In trium aliorum filiorum gratiam totidem Regna erexit. Majorem partem Castellæ *Fernando* seu *Ferdinando*, *Magno* appellato, dedit, qui ideo primus Castellæ Rex dictus est. Antiquum Comitatum Aragoniæ Regni jure ac prærogativa auxit, illudque *Ramiro* filio suo notho concessit; in gratiam vero *Gonsalis* seu *Gundisalvi* Soprarbem & Ripacurciam Regio titulo decoravit, ipseque jam Soprarbæ & Ripacurciæ se Regem dixerat. Porro *Gundisalvus*, ut passim Historici Hispani tradunt, a quodam servo suo per proditionem occisus fuit, idque anno Christi millesimo tricesimo nono; ex literis enim ejus apud Sanctum Joannem Pinnatensem asservatis, constat, eum anno antecedenti adhuc in vivis fuisse, annoque millesimo quadragesimo *Ranimirum* in Regnum Soprarbæ & Ripacurciæ jam ei successisse. Quare tunc illud cum Regno Aragoniæ unitum fuit. De morte trium aliorum *Sanctii Majoris* filiorum suis locis agemus.

VIII. *Moritur Rudolph. III. ultimus Burgundiæ Rex.* *Rudulphus* hujus nominis III. Burgundiæ Transjuranæ Rex hoc anno vitam cum morte commutavit. [a] indeque Reg. illud per plures annos bellis dilaceratum: *Rudolphus Ignavus*, inquit Hermannus Contractus in fusiori Chronico, *Burgundiæ Regulus obiit, & diadema ejus regnique insignia Conrado Imp. per Seligerum allata sunt, Imperatorque ipsis diebus contra Misiconem Sclavorum, qui Boloni* (idest Poloni) *vocantur, Regem, exercitum ductante Odo sororis ejusdem Rudolphi filius*, Prin-

NOTÆ [a] Diem & mensem obitus Rudolphi hujus regis designari credo in veteri Martyrologio Autissiodorensi vulgato in Collectione Martenii tom. VI. col. 685. in quo ad diem XIX. Kal. Februarii legitur. *Eodem die Rotdulphus Rex obiit*. MANSI

HIC SITVS EST SANCIVS REX PYRENAEORVM MONTIVM ET TOLOSAE, VIR PER OMNIA CATHOLICVS, ET PRO ECCLESIA TRANSLATVS EST HIC A FILIO SVO REGE MAGNO FERNANDO. OBIIT ERA M. LXXII.

Est hic ipse Christi annus millesimus trigesimus quintus.

PAGIUS *Princeps Gallica Campania regnum Burgundia invasit, captis Nuenburg & Murtena castris, sua in eis prasidia posuit.* Rudolphus III. nullos liberos reliquit, sed inter alias filias Conradus ejus pater genuit *Bertam* Odonis primi Campaniæ Comitis conjugem, quo ex matrimonio natus *Odo* II. qui Rudulpho III. demortuo Regnum ad se pertinere contendebat. Alias sorores tres habuit Rudolphus III. *Giselam* scilicet S. Henrici Imperatoris matrem, *Gerbergam* nuptam Hermanno Sueviæ Duci & matrem *Gisela* Conradi Salici uxoris, & Mathildem.

IX. *Otto Campania Dux Burgundiam invadit.* Wippo utrumque bellum ab Hermanno Contracto memoratum, hoc anno fusius narrat; quod cum ad majorem eorum quæ sequentibus annis in medium afferemus intelligentiam necessarium sit, illud ex eodem Wippone referam: *Anno Dom. MXXXII. Rudolphus Rex Burgundia, avunculus Gisela Imperatricis obiit in pace, cujus regnum Comes Odo Francigena, filius sororis sua invasit, & quadam castra munitissima, sive civitates, seu dolo seu bello ceperat* (loco, *cepit* secundum horum temporum loquendi modum); *nec se Regem ausus est facere nec tamen regnum voluit dimittere. Referebat quidam illum dixisse sape, quod nunquam Rex fieri, sed tamen semper magister esse Regis vellet. Eo modo magnam partem Burgundia distraxit, licet regnum Burgundia Cunrado Imperatori & filio ejus Henrico Regi, a Rudolpho Rege, postquam ipse superstes non esset, per jusjurandum jam dudum confirmatum esset.*

X. *Conradus Imp. Misiconem Polonia Regem domat.* *Sed dum Odo comes hac in Burgundia faceret, Cunradus Imp. in Sclavonia cum armis furrat. Quid ibi ageret, vel qualiter postea Odonem repulisset de Burgundia consequenter dicam* (nempe anno sequenti.) *Supradictus Bolislaus Dux Bolanorum mortuus* (anno nempe MXXV.) *reliquit duos filios, Misiconem & Ottonem. Misico dum fratrem suum Ottonem persequeretur, expulerat eum in Russiam. Dum ibi aliquantum tempus miserabiliter viveret, cœpit rogare gratiam Imp. Cunradi, ut ipso imperante & juvante restitueretur patria. Quod dum Imperator facere vellet, decrevit, ut ipse cum copiis ex una parte, ex altera frater Otto Misiconem aggrederentur. Hunc impetum Misico ferre non valens, fugit in Bohemiam ad Udalricum Ducem, cui tunc temporis Imperator iratus fuerat. Sed ille ut sic placaret Imperatorem, voluit sibi reddere Misiconem: quod pactum sceleratum renuit Casar, dicens, se nolle inimicum emere ab inimico. Otto restitutus patria, & Dux factus a Casare, dum post aliquod tempus minus caute ageret, a quodam familiari suo clam interfectus est. Tunc Misico omnibus modis quarebat gratiam Imperatricis Gisela & reliquorum Principum, ut mereretur redire ad gratiam Imperatoris. Casar misericordia motus dedit sibi veniam, & diviso provincia Bolanorum in tres partes Misiconem fecit Tetrarcham: reliquas duas duobus aliis commendavit; sic imminuta potestate minor facta est temeritas. Defuncto Misicone Casimirus filius ejus* (vulgo Monachus cognominatus) *fideliter serviebat hucusque Imperatoribus nostris.* Quæ uno tenore Wippo recitat, quia Misico Polonorum Rex nonnisi post biennium e vivis excessit, ut suo loco dicetur.

Julii mensis XXVIII. die, inquit Cedrenus, *qua fuit septimana sexta* (ideoque hoc Christi anno) *hora noctis secunda, stella trajecit a meridie versus Septentrionem, qua terram totam fulgore illustravit. Pauloque post tristes nuncii de rebus Romanis allati sunt, Arabes in Mesopotamiam usque ad Melitenam grassari, Patzinacas Istro transmisso Mysiam infestare, Sarracenos grassationibus & incendiis ora Illyrici vexanda usque ad Corcyram pervenisse. Ac reliqui sane hostes illasi domum redierunt. Sarraceni a Ragusinis & Nicephoro Patricio Nauplii Prafecto, Carantini filio male sunt mulctati, pralio victi. & majorem navium partem cum amisissent, domum redeuntes naufragio in Siculo mari perierunt. Hoc ipso anno fames simul ac pestis Cappadociam, Armeniam, & Honoriadem ita afflixerunt, ut incola patriis relictis, alias sibi quarerent sedes. Quibus Imperator a Mesanactis in Urbem rediens cum occurreret, neque ignoraret migrationis causam, coegit eos domum redire, pecunia, & aliis ad vitam necessariis rebus eos consolatus. Sed & Michaelus Ancyra tunc Episcopus officium fecit, nihil eorum omittens, qua ad remedium faciendum famis, pestilentiaque malis pertinerent. Die Augusti XIII. qui fuit dominicus* (ideoque hoc Christi anno) *hora prima noctis, anno mundi 6540.* (juxta computum Constantinopolitanum) *magnus fuit terra motus: & Imperator Urbem ingressus, nomine sua prioris uxoris Helena recens mortua magnam elargitur est pecuniam.* XI. *Gesta in Oriente.*

I. Conradus iterum in Italiam venit.

Millesimus trigesimustertius annus salutis prima indictione inchoatus sequitur, quo mori contigit Joannem Romanum Pontificem, mense Novembris. Quæ autem præcesserunt, primo dicendum. Hoc ipso anno, quo accidisse testantur tabulæ astronomicæ Solis eclipsim tertio Kal. Julii, ipso die natali sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ut tum Helgaldus, tum etiam Glaber affirmant qui videre quid eo ipso die Romæ in basilica S. Petri contigerit, Glaber ipse quidem sincere memoriæ tradidit, quæ in Romanæ Ecclesiæ monimentis desiderantur. Exciderunt quippe ipsa, unde opus sit hinc inde mendicare fragmenta. Res quidem accidit magni momenti, quæ evocavit e Germania Romam iterum Imperatorem, detinuitque integrum annum. Quænam ista fuerit, & quomodo se habuerit, a Glabro sic accipe (a): *De qua victoria Imperator* Conradus *accepta confidentia, rursum collecto exercitu Italiam pergens, ad ipsam Urbem Romam progrediens, universos * rebelliones, qui contra eum insurgere tentaverant, anno integro ibidem degens, proterendo compescuit.* Et inferius:

(a) Glab. l. 4. c. 8. & 9.

* perduellea sive rebelles.

II. *Anno igitur eodem Dominicæ passionis millesimo* (secundo ejus computum est ab incarnatione M. XXXIII.) *die tertia Kalendarum Juliarum, sexta feria, luna vigesimooctava facta est eclypsis, seu deliquium solis ab hora ejusdem diei sexta usque in octavam nimium terribile. Nam sol ipse factus est sapphiri coloris, gerens in superiori parte speciem lunæ, a sua reillumnatione quarta. Intuitus hominum in alterutrum velut mortuorum pallor conspiciebatur: res vero quæcumque sub aere croci coloris esse cernebantur. Tunc corda humani generis stupor ac pavor tenuit immensus, quoniam illud intuentes intelligebant portendere quiddam fore superventura cladis humano generi triste. Nam eadem die, natali videlicet Apostolorum, in Ecclesia beati Petri quidam de Principibus Romanorum conspirarunt in Papam Romanum, cupientes illum interimere, sed minime valentes, a Sede tamen propria expulerunt. Sed (ut præmisimus) tam*

Joannes Papa ejicitur sed per Imp. restituitur.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXI. An. Hegiræ CCCCXXV. inchoato die 26. Nov. fer. 2. A. C. 1033.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6526.

☉ 6. G. ☽ 8. P. 22. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1033.

BENEDICTI IX. PAPÆ 2.

CONRADI II. REG. 10. IMP. 7.

ROMANI ARGYRI IMP. 6.

I. *Christiani Saxoniæ a Paganis afflicti.*

AD num. I. Glaber lib. 4. cap. 8. narrat, Paganos *Leaticos* appellatos, vicinas Saxonum Provincias crudeliter devastasse, & *Conradum Imp.* in eos irruentem eosdem compescuisse ac contrivisse. Sed cum Glaber indicet hoc bellum anno sequenti inchoatum esse, & Wippo & Hermannus Contractus in fusiori Chronico, uterque hujus temporis Scriptor hanc cladem in annum MXXXIV. conferant, eisque alii suffragentur, de ea ibidem agemus.

II. *Conradus Imp. Burgundiæ Rex coronatur.*

Dicit secundo ibidem Glaber, *Conradum Imp.* de illa victoria confidentiam accipientem, Romam progressum esse, & universas rebelliones protrivisse. Sed quia Conradus Imp. ante annum MXXXVI. ad compescendos rebelles se se in Italiam non contulit, ut eo anno monstrabimus, illis ad suos annos remissis, quæ Conradus hoc anno gessit, hic referemus: *Anno domini MXXXIII.* inquit Wippo, *Imperator Chunradus cum filio suo Rege Henrico Natalem domini in Argentina civitate celebravit. Inde collecto exercitu per Solodorum Burgundiam intravit, & Veniens ad Paterniacum monasterium in Purificatione Sanctæ Mariæ, a majoribus & minoribus regni, ad regendam Burgundiam electus est: & in ipsa die pro Rege coronatus est: deinde quadam castella, quæ Odo* (Campaniæ Dux) *invaserat obsedit, sed propter nimiam asperitatem hyemis, quæ tunc fuerat, valde impediebatur.* Paulo post: *Imperator reversus ad Turicum castrum pervenit: ibi plures Burgundionum, Regina Burgundiæ, jam vidua* (nempe Ermengarde) *& Comes Hupertus, & alii, qui propter insidias Odonis in Burgundia ad Imperatorem venire nequiverunt, per Italiam pergentes, occurrebant sibi: & effecti sui, fide promissa per sacramentum sibi & filio suo Henrico Regi, ministrare, donati redierunt. Ejusdem anni æstate Imperator, cum exercitu suo super Odonem Comitem* (voces Comitis & Ducis promiscue ab hujus temporis Historicis usurpantur) *in Gallias Francorum venit, dicens, si Odo in Burgundia res alienas injuste quæreret, de suo proprio, juvante deo, aliquid perdere deberet. Tunc in regno Henrici Regis Francorum, in prædiis tamen & beneficiis Odonis tantas devastationes & incendia fecit Imperator, ut ipse Odo necessitate compulsus, humiliter veniens, quæreret veniam, promittens Burgundiam dimittere, & secundum jussionem illius sibi satisfacere. Sic Imperator cum suo honore, & Odonis damno reversus est.* Idem paucioribus verbis Marianus Scotus & Chronographus Hildesheimensis habent, & fusius Hepidannus. Quare Imperator hoc anno, neque in Saxonia bellum gessit, neque in Italiam profectus est.

III. Ad num. II. Refert Baronius ex Glabro lib. 4. cap. 9. signum terribile, quod in Sole apparuit: *Anno eodem, die dominica, Passionis millesimo, die III. Kalendarum Juliarum, VI. feria, Luna XXVIII. facta est eclypsis sca* de-

tam pro hac re, quam pro aliis insolenter patratis Imperator illuc proficiscens, propriæ Sedi restituit. Hæc Glaber de Joanne Papa.

III. Joannes Papa moritur.

Quem liquet hoc anno, sexto Idus Novembr. diem obiisse, cum sedisset annos novem, menses octo, & dies aliquot: certus enim numerus ignoratur, licet divinent alii. Sepultus est autem in basilica sancti Petri, inter portam argenteam, & Romanam. In ejus locum hoc eodem anno subrogatum fuisse ejus successorem Benedictum, habet Hermannus, Sigebertus, & alii. Cum (proh nefas) tyrannide Alberici Comitis Tusculani ejus filius puer in sacrosanctam Petri Sedem intruditur, monstrum erigitur, statuiturque portentum. Cum enim morte duorum germanorum Pontificum, Benedicti, atque Joannis, e domo sua Pontificatum diu retentum egredi, ægro animo ferret: ne id fieret, cum alium non haberet, filium quem habebat ætate puerum, malis artibus in Petri Cathedram Angelis reverendam idem Albericus intrusit. En vides quæ sint a Principibus toleranda, cum immiscent se quacumque via in electione Romanorum Pontificum: ob idque exclamavi sæpius, & exclamare non desinam, & commonere præsentes & post futuros Fratres meos S. R. E. Cardinales, ut pro viribus ad sanguinem usque certare laborent, quo omnem Principibus aditum ad electionem Romanorum Pontificum obstruant, cum nihil hoc funestius pati Romana Ecclesia consueverit, & pluribus, summo ipsius damno, contigerit demonstrari, cum eos non Principes adjutores, sed tyrannos persecutores in electione Pontificum est experta. Quid potuit Romanæ Ecclesiæ durius, ac luctuosius contigisse, quam ut qui tyrannide lupi sunt, de pastore creando decernant & curent? quorum illud unum studium sit, ut præficiatur ovibus pastor ignavus, quo ipsis liberum sit, cum velint, in oves irrumpere. Numquam audiatur amplius tyrannis ista in Ecclesia Dei, ut Pontificem cogatur accipere a Principibus.

IV. Calumniose proscindunt contumeliis Rom. Eccl. Novatores.

Ista cum legunt facta perditissimi Novatores, Ecclesiæ Romanæ infestissimi perduelles, vociferantur in eam, exclamantque, apparere ex iis in ea stigmata Antichristi. Ita quos furor armat, & diabolicus spiritus agitat, in blasphemias concitati prorumpunt. Quos miseros ita animo pacato compello: Facitne ista Ecclesia ipsa Romana, an patitur, cum in eam indignus intruditur, & monstrum aliquod sæculari potentia in sacrosanctam illam Sedem provehitur & exaltatur? Sed quod pati ista coacta sit, jam ipsa facta superius enarrata declarant, & quæ sunt dicenda monstrabunt. Quæ ratio patitur, quæ charitas persuadet, quæ judicii recti discretio imperat, ut præter omne jus fasque ita insurgatis in eam? veluti cum quis in hominem incidat a latronibus spoliatum, vulneribus confossum, sauciatum, in luto ex suo sanguine volutatum, semivivum relictum, in foveamque præcipitatum: non in grassatores ipsos sævissimos, ac scelestissimos invehatur, detestatusque eos, contumeliis, atque maledictis ultricibus impetat; sed ea convertat probra cuncta in ærumnosum illum ac miserum miseriarum plane omnium scopum, cjusque non alliget vulnera compassione, sed confricans detractione, scalpensque blasphemiis, majore crudelitate faciat recrudescere? Ita plane, qui deteriora passam temporibus istis Romanam Ecclesiam conspicantes, (a) nihil patientes super contritione Joseph, neque condolentes suffocatæ justitiæ, sed concitati furore, pereiti amaro zelo, acti livore non in auctores malorum jacula probrorum intorquent, sed in eam arcu ferreo obduratæ perfidiæ sagittas venenatas immittunt; unde magis dolens ipsa illud exclamare cogatur (b): Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Cum potius: (c) Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis in eis essent, utique exemplo Samaritani compatientes, non blasphemantes, aliquod exhibere solatium eidem Ecclesiæ

(a) Amos 6.
(b) Psal. 68.
(c) Phil. 2.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS

Eclypsis Solaris variorum malorum prænuncia.

deliquium Solis ab hora ejusdem diei sexta usque in octavam, nimium terribilis, &c. Quoniam illud intuentes intelligebant portendere quiddam fore superventura cladis humano generi triste. Nam eadem die, Natale videlicet Apostolorum, in Ecclesia B. Petri, quidam de Principibus Romanorum conspirantes in Papam Romanum, cupientes illum interimere. Sed minime valentes, a Sede tamen propria expulerunt. Sed, ut præmisimus, tam hac re, quam pro aliis insolenter patratis, Imperator illuc proficiscens propriæ sedi restituit. Hujus Eclypsis meminere Marianus Scotus, Chronographus Hildensheimensis, aliique, & Calvisius in Opere Chronologico eam curreati anno visam, ex regulis Astronomicis demonstrat. Verum *Conradum* hoc anno in Italiam profectum esse, & Romanum Pontificem, Joannem nempe XIX. in Sedem restituisse, non dicit Glaber, licet ei hoc Baronius, Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. aliique passim affingant, ut anno MXXXVIII. ostendemus.

IV. Moritur Joannes XIX. PP.

A num. III. ad IX. *Joannem* XIX. hoc anno extremum diem clausisse, Hermannus Contractus in utraque editione sui Chronici & Sigebertus tradidere, idque indicat Sedis ejus duratio; in plerisque enim Catalogis anni novem & dies novem ei tribuuntur, nisi quod in quibusdam librariorum errore loco, *dierum* IX. habentur, *menses* IX. Quare cum anno

MXXIV.

afflictæ nimium, atque adeo immaniter lancinatæ curassent. Quæ etsi interdum ad tempus depressa, sed non destituta, sibi bene conscia a Deo factæ promissionis (nempe quod etsi affligi possit, perdi non possit) illud Davidicum repetitum sæpius meditetur summa constantia: (a) *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam: Dominus justus concidet cervices peccatorum: confundantur, & convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.*

(a) Ps. 128.

V. Ut autem tantum nefas Albericus attentare præsumpserit: præcessisse diximus detestandum exemplum in puerulo electo Archiepiscopo Rhemensi, cui ad functiones Episcopales obeundas coadjutor fuerat datus Episcopus. Sic itaque, quod in primaria Galliarum fuerat sede male præsumptum, in Apostolica usurpari posse cathedra, execranda sibi persuadet ambitio. Quæ non audet furore percita dominandi libido? Quæ non tentat flagrans præfecturæ cupiditas? non parcit legibus, quas cæca non videt; non timet Deum, quem non considerat; non veretur homines, quos omnes spernit. Ad facinus implendum parat pecunia infelix pater infelicior filio viam; Romanos, quos novit potentiores aggreditur, quos expugnatos auro sibi devincit, quorum emptionem suffragiorum quam conceperat, parit iniquitatem, dum filium in thronum provehit (horrendum ac detestabile visu!) sedentem in eminenti Petri solio puerum.

Benedictus junior succedit violenter.

VI. Ingemuit ad aspectum Catholicus orbis, haud mediocre passus in electione adeo illegitima scandalum, ut intelligere potes ex Glabro tunc superstite, ista vidente, scribente, ac detestante. Dum igitur horum temporum diversa mala deplorat, hæc ad postremum ingerit luctuosa: (b) *Insuper*, inquit, *ad cumulum tanti mali, cum non essent in populo, vel rari, qui cæteros corrigentes talia redarguerent, impletum est Prophetæ vaticinium, quod ait: (c) Et sicut populus, sic sacerdos: præsertim cum tam in sæculari potestate, tum etiam in Ecclesiastica religione totius regiminis personæ constiterant in puerili ætate. Propter peccata enim populi contigit tunc illud Salomonicum, quod ait: (d) Væ tibi terra, cujus Rex est puer. Nam & ipse universalis Papa Romanus, nepos scilicet duorum, Benedicti atque Joannis, qui ei præcesserant, puer ferme decennis, intercedente thesaurorum pecunia, electus extitit a Romanis, a quibus exinde frequenter ejectus ac inhoneste receptus, nulla potestate viguit.* Hæc Glaber, qui dum ait, ab iis fuisse electum, a quibus pariter asserit esse ejectum, sæculares eos homines fuisse liquet, de quibus suo loco dicetur inferius; idemque rursum ea referens ac deplorans in fine suæ historiæ, sic peroret: *Ipso quoque in tempore Romana Sedes, quæ Universalis jure habetur in orbe terrarum, præfato morbo pestifero* (*nempe simoniaca labe*) *per vigintiquinque annorum spatia miserrime laboraverat. Fuerat enim eidem Sedi ordinatus qui-*

Scandalum de promotione adolescentuli.

(b) Glab. l. 4. c. 5.

(c) Isa. 24.

(d) Eccl. 10.

PAGIUS MXXIV. Pontificatum susceperit ante mensem Octobrem, currenti anno, vivere desiit. *Romæ*, inquit Hermannus Contractus in auctiori Chronico, *defuncto Joanne Benedictus IIX.* (hunc ordine VIII. ponit, quia Benedictum V. ab Ottone M. depositum non numerat), *qui & Theophylactus Papa CXLIX. ordinatur, licet indignus tanto ordini moribus & factis, sedit annis plus XII.* Glaber vero lib. 4 cap. 5. *Universalis Papa Romanus, nepos sc. duorum, Benedicti atque Joannis, qui ei præcesserant, puer ferme decennis, intercedente thesaurorum pecunia electus extitit a Romanis.*

V. *Benedictum* IX die nona Decembris ordinatum fuisse, arbitratus Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. sed ex monumentis Ecclesiæ Trevirensis Broverus lib XI. Annal. Trevir. refert consecrationem Ecclesiæ ejusdem civitatis præsente Legato a Benedicto IX. post quam *Simeonem Syracusanum* in Sanctorum numerum retulit, misso factam, & hanc Inscriptionem tunc positam, quæ opinionem illam evertit ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXLII. INDICTIONE IX. BENEDICTI PAPÆ DECIMO, REGISQUE TERTII HENRICI CONRADI REGIS FILII EV. XV. KAL. DECEMBRIS, FERIA QUARTA. Quare cum die decima septima mensis Novembris anni Christi MXLII. *Benedictus* IX. Pontificatus annum X. numerarit, currenti ante diem illum Pontifex Roman. consecratus fuerat. [1] An vero coram Legatis Cæsareis Benedictus hoc anno consecratus fuerit, nullus Antiquorum memoriæ prodidit.

Benedict. IX. ante diem XVII. Novemb. Papa ordinatur.

VII. Quam deplorandus status Ecclesiæ in Italia hoc tempore fuerit, docet Victor III. Papa, qui hoc tempore vivebat, in lib. 3. Dialogorum: *Dum negligentia Sacerdotum*, inquit, Ita-

Simonia in Italia grassatur.

NOTÆ [1] Nisi mendum subsit in subscriptione Synodi Cæsenatensis, de qua Ughellius Ital. Sacr. tom. II. & ex eo in Collect. Concil. Labbei tom. XI. col. 1293. edit. Venetæ Benedictus diu ante mensem Novembrim hujus anni pontificalem cathedram ascendit. Ita enim ibi: *Anno Deo propitio pontificatus D. N. Benedicti summi pontificis &c. anno X. die II. a Mense Junii Indict. X. anno ab Incarn. Domini millesimo quadragesimo secundo.* Profecto si eo mense, & die Benedictus decimum annum agebat, patet utique ante eam diem pontificalem cathedram ascendisse. MANSI

quidam puer circiter annorum duodecim, contra jus fasque: quem scilicet sola pecunia auri & argenti plus commendavit, quam ætas aut sanctitas. Et quoniam infelicem habuit introitum, infeliciorem persensit exitum, * *quippe referre turpitudo illius conversationis & otia. Tunc vero cum consensu totius Romani populi, atque ex præcepto Imperatoris ejectus est a Sede, & in locum ejus subrogatus est vir religiosissimus ac sanctitate conspicuus Gregorius natione Romanus: cujus videlicet bona fama, quidquid prior fœdaverat, in melius reformavit.* Hucusque Glaber. Contigisse autem ejus creationem sexto Idus Novem. antiquæ Vaticanæ series Romanorum Pontificum docent, Gregorii autem subrogationem longe postea. Interim autem (quod mireris) tanta vigebat tunc observantia toto Catholico orbe erga Romanam Ecclesiam, ut quemcumque audirent throno insidere Petri, colere eum & venerari non detrectarent, cum non ipsum sedentem, sed eum, cujus vice sederet, in primis attenderent.

* Locus corruptus.

VII. Porro in Christiano orbe cognitum fuisse & habitum ipsum Benedictum absque controversia Romanum Pontificem, liquet. Etenim ab eodem petiisse pallium constet & obtinuisse (a) Archiepiscopum Hamburgensem Hermannum, ejus successorem Bezelinum, cognomento Alexandrum, & qui eidem subrogatus est, Adelbertum. Extant & alia ejusdem monimenta, quibus significatur, ipsum exercuisse munere pontificalia. Quendo autem & qua ratione ipse sponte se abdicaverit, & iterum rediens ejectus fuerit, suo loco dicendum. Cæterum quod pertinet ad ætatem, cum testetur de ipso Petrus Damiani, ab exordio suæ creationis usque ad finem semper luxuriis inquinatum: plane possumus intelligere, haud adeo puerum adhuc impuberem fuisse, cui ex natura puritas inest; sed ejus ætatis, qui stimulis concupiscentiæ urgeretur. Sane quidem Hermannus Contractus nuper editus ex Augustano exemplari, auctor qui hoc ipso scribebat tempore, dum hoc anno agit de obitu Joannis, & Benedicti subrogatione, de ejus ætate nihil; quod non tacuisset, si adeo impar tanto oneri subeundo fuisset, sed hæc tantum habet: *Defuncto Joanne, Benedictus, qui & Theophylactus, ordinatur, licet indignus tanto ordine moribus & factis, sedit annis plus duodecim.* Hæc ipse.

Cognitus Papa Benedictus nonus.

(a) *Adam l. 2. c. 50. & l. 3. c. 1.*

Sed quod audisti querelam Glabri de Pontificibus simoniace ordinatis, ex nobis vero percepisti, istiusmodi pati potius coactam, quam agere consuevisse Romanam ipsam Ecclesiam: audi quæso, quomodo hæc transigi e tyrannis, morle eret, quibus intelligas, quomodo se vera non ista facere, sed pati invita ipsa Romana Ecclesia cogeretur: exemplumque accipe ex his, quæ auctor hujus sæculi Petrus Damiani scribit ad N. Archiepiscopum, cum egit de Romano Pontifice per simoniam tunc intruso. Incipit epistola (b) *Litteras sigillo vestræ sanctitatis impressas &c.* Ubi hæc de his, quæ loquimur: *Ille nimirum (in quantum mihi videtur) absque ulla excusatione simoniacus est, quia vobis omnibus ejusdem Urbis Cardinalibus Episcopis reclamantibus, obsistentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turbis undique tumultuantibus & furentibus inthronizatus est. Dehinc ad marsupiorum patrocinia fucesta concurritur, pecunia per Regiones, andronas, vel angiportus in populos erogatur; beati Petri venerabilis arca pervaditur; sicque per totam Urbem, velut officinam male fabricantis Simonis factam, vix aliud, quam (ut ita loquar) malleorum & incudinum tinnitus auditur. Et o scelus & ferale prodigium! Petrus cogitur nundinans Simonis ex sua quantitate persolvere,* (c) *qui Simonem cum omni suo commercio cognoscitur perpetua maledictione damnasse. Quod autem ille crimen hoc palliat, & tractum se, atque coactum, quibus potest verbis excusat: hoc ego licet ad liquidum nesciam, tamen & ipse non usquequaque diffiteor. Ita quippe est* VIII.

(b) *Cod. S. Pet. Vat. p. 82.*

Modus, quo intrudi consueverunt a sæcularibus Pap.

(c) *Act. 8.*

PAGIUS *Italia a recto Religionis tramite paulatim devians labefactaretur, in tantum malo consuetudo adolevit, ut sacra leges nutleriante postposita, divina humanaque omnia miscerentur; adeo ut populus electionem, & Sacerdotes consecrationem, donumque sancti Spiritus, quod gratis accipere, & dare divina auctoritate statutum fuerat, data acceptaque per manus pecunia ducti avaritia venderent; ita vix aliquanti invenirentur, qui non hujus Simoniacæ pestis contagione fœdati, mundi coram Deo præcepta Dominica observantes existerent. Itaque cum vulgus Clericorum per viam effrænatæ licentiæ nemine prohibente gauderetur, cœperunt ipsi Presbyteri, ac Diacones (qui tradita sibi Sacramenta Dominica mundo corde, casto que corpore tractare debebant) laicorum more uxores ducere, susceptosque filios heredes testamento relinquere. Nonnulli etiam Episcoporum verecundia omni contempta, cum uxoribus domo simul in una habitare. Et hæc pessima & execranda consuetudo intra Urbem maxime pullulabat, unde olim Religionis norma ab ipso Apostolo Petro, ejusque successoribus ubique diffusa processerat.*

VII. *Igitur dum per aliquot annos nonnulli solo nomine Pontificum Cathedram obtinerent, Benedictus quidam nomine, non tamen opere, cujusdam Alberici Consulis filius (Magi potius Simonis, quam Simonis Petri vestigia sectatus)*

homo stolidus & deses, & nullius ingenii, ut credi possit ne scisse, pro se talia machinare &c. Ecce tibi ob oculos positum ac repræsentatum, per potentes sæculares homines fieri his temporibus solitam aliquorum intrusionem, frustra dissentientibus ac reclamantibus Cardinalibus, quorum illa deploranda conditio erat, vel ut ita pati cogerentur intrusum, qui se inscio salia diceret perpetrata; aut aliam eligendo schisma conflarent; vel Imperatorum tunc existentium auxilium implorarent, qui armis sepellerent vim, quam ipsis potentes inferrent. Vidisti ergo perspicuo declaratum exemplo, relatione unius ex Cardinalibus ista tractantis atque scribentis, quomodo non ista facere, sed pati cogeretur in vita reluctans ac reclamans Ecclesia, oppressa tyrannice a potentia sæculari. Habes ex his suorum verborum interpretationem elucidatam, cum eadem ex causa idem ipse in epistolam ad Firminam exclamans repetit, quæ antea rhythmo deflerat: *Heu Sedes Apostolica, orbis olim gloria: Nunc, proh dolor, efficeris officina Simonis: Terunt incudem mallei, nummi sunt tartarei.* Cum videlicet sæculi potentiores in eam, quæ sunt recitata, committerent. Quæ non intelligentes Novatores temporis hujus, calumniose Rom. Eccl. vitio vertunt, quæ ipsa nolens (ut dixi) & in vita, renitens & reclamans, lugens ac mœrens pati acerbissime cogeretur. Quæ omnia Alberici Comitis Tusculani factione modo passam esse Romanam Ecclesiam, aperte idem (*a*) Petrus insinuat, dum de ejusdem agit Benedicti ad inferos damnatione, eum per invasionem Joanni patruo eum successisse testatus. Jam vero quæ sunt anni hujus reliqua, prosequamur, de eodem Benedicto inferius alia plura dicturi.

Patitor non facit Ecclesia Romana nefanda.

(*a*) *epist. ad Dominicum c. 5.*

IX. Hoc eodem anno Rex Francorum Robertus vere Christianissimus ex hac vita migravit xiiii. Kal. Augusti. At quod alii id referunt accidisse anno superiori, ut in his, & reliquis, quæ ex his dependet, consulatur historiæ veritati, perquirendam an hoc, quo ponimus anno, ipsum ex hac vita migrasse contigerit. Scimus Helgaldum in vita ipsius disertis verbis profiteri ipsum esse defunctum anno superiori, anno millesimo trigesimosecundo, idipsumque scriptam reperiri in Fragmentis historiæ Francorum, positis in appendice ad Helgaldum & Glabrum. Verum cum idem Helgaldus inferius, ubi agit de morte ipsius, affirmet, eum eo anno esse defunctum, quo contigit solis eclipsis xiii. Kal. Julii, ipsa die natali sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, hora sexta diei, vigesimo primo die ab eadem eclipsi xiii. Kal. Augusti: dubitandi nullus remanet locus, hoc anno, & non superiori eumdem Regem ex hac vita migrasse. Nam constans assertio est, eamdem eclipsim hoc, & non superiori anno contigisse, ex certa demonstratione astronomicarum tabularum. Etenim hoc anno millesimo trigesimotertio factum est novilunium tertio Kalend. Julii, anno vero superiori millesimo trigesimosecundo factum est Novilunium iv. Idus Junii. Itaque eclipsim non anno superiori, sed præsenti oportuit contigisse. His consideratis, reprehenditur jure Sigebertus, qui eamdem eclipsim posuit anno superiori: prudentius vero Hermannus posuit hoc anno. Sic etiam Glaber, numerans annos salutis a Christi Passione, ejus ætatis trigesimotertio, bene ponit eamdem eclipsim

Obitus Roberti Regis Christianissimi.

PAGIUS

tus) non parva a patre in populum profligata pecunia, summum sibi Sacerdotium vendiravit: cujus quidem post adeptum Sacerdotium vita quam turpis, quam fœda, quamque execranda extiterit, horresco referre, eo potius qualiter omnipotens Deus in faciem Ecclesiæ sit dignatus respicere, exordia enarrare. Quæ postea narrat Victor III. annis, quibus Roma Benedictus expulsus fuit, verbatim referemus. Baronius num. IV. refellit Heterodoxos, qui inde sumunt occasionem in Ecclesiam Romanam insurgendi & sagittas venenatas in eam immittendi. Tum num. VII. ostendit, *Benedictum* IX. in toto Christiano orbe habitum fuisse Pontificem Romanum, ipsumque munera Pontificalia exercuisse; quod confirmari potest ex canonizatione sancti *Simeonis Syracusani*, cujus mox meminimus, & ex Concilio Romano, quod Tom. IX. Concil. pag. 1250. recitatur. Actum in eo de monasterio sancti Petri foris murum civitatis Perusinæ sito, aliisque duobus, quæ *Andreas Episcopus Perusinus* in Benedictum IX. qui primum monasterium consecraverat, transtulit. Postea enim *idem Episcopus, se jactando, atque injuriam faciendo in quodam Archipresbytero Sancti Constantii, supradicti monasterii Sancti Petri, ostendit se causare monasterium, atque ad suum jus intromittere*, idest illud repetere. Quare Bonizo Abbas hac de re questus est apud Benedictum IX. qui Synodale Concilium congregavit, in quo præfatus Episcopus dicit se nulla ratione monasterium illud repetere, *atque iterum refutavit coram domno Benedicto Papa*, idest dimisit, & in Pontificis jurisdictionem transmisit, ut variis exemplis Ducangius in Glossario ostendit. Adfuere huic Concilio complures Episcopi, Abbates, Diaconi, & alii diversorum ordinum. *Hoc factum est in præsentia supradicti Benedicti Papa, temporibus domini Chounradi Imperatoris, IV. Nonas Novembris per indictionem quintam*, a Kalendis Septemb. ut mos in Italia ferebat, inchoatam, ideoque anno MXXXVI. non vero insequenti, ut perperam in citato Tomo Concil annotatur.

Benedictus IX. Simoniacus & pravis moribus imbutus.

VIII. A num. IX. ad XV. Non solum Baronius *Roberti* Francorum Regis mortem cum hoc anno

ipsim accidisse anno millesimo, quo præsens annus pariter consignatur, ut Paulo inferius dicturi sumus.

X. Tanti Regis res præclare gestas, quæ ad pietatem spectant, Helgaldus monachus Floriacensis conscripsit. De eo enim hæc in Fragmentis Francorum historiæ: *Qui quam devotus fuerit, quam magnificus erga servos Dei, quam assiduus circa Ecclesiam, quam largus in eleemosynis, quanta fundatus humilitate, non est hujus temporis disserere. Hic multas fundavit Ecclesias, venustavit auro, argento, & variis ornamentis multorum memorias Sanctorum. Quamobrem tribuit ei Omnipotens continuam pacem, ita ut nemo esset, qui eum inquietare auderet. Cujus erga Deum devotionis affectum, & insignium opera virtutum, si quis plenius cognoscere voluerit, legat gesta ipsius, ab Helgaldo Floriacensi composita monacho.* Hæc auctor. Extat & jam typis cusum Helgaldi de Rege Roberto monimentum posteris traditum. Dicam ex his summatim, non quæ fecit aliquando Rex pius, sed quæ facere consuevit. *Dabat eleemosynae manu propria, ore proprio figens eorum manibus oscula. Medebatur illis, dum manu tangens eorum vulnera, signansque signo Crucis, omnem ab eis auferebat dolorem infirmitatis.* Superius præterea narrat auctor, ab eodem illuminatum fuisse cæcum, cum quasi per locum manus abluens, aquam aspersit in faciem ejus. De abundantia autem eleemosynarum satis, si reddam hic Helgaldi locum, quo & annus certus obitus consignatur.

XI. Roberti Regis res pie gestæ. *Quæ autem*, inquit, *ei mos fuerit dandæ eleemosynæ in suis regni sedibus, non prætermittemus. In Parisius civitate, Silvanectis, Aurelianis, Divione, Autissiodoro, Avalone, Meleduno, Stampis, in unaquaque harum fide trecentis, vel (quod est verius) mille pauperibus dabatur panis & vini abundantia; & hoc specialius ipso, quo ad Deum transiit anno, qui est Incarnationis Dominicæ millesimus * trigesimus secundus. Præter hæc* * MXX-
quo ibat, quotidie in sancta Quadragesima centum, aut ducentis jubebat pauperibus dari panis & piscium & vini cibaria. In die autem Cœna Domini non videntibus incredibile, videntibus vero & servientibus, in tali negotio satis admirabile, cum non minus, quam trecenti ipsa die sua providentia congregati, de ejus sancta manu flexo poplite in terram, unusquisque legumen, piscem, panem, denarium unum sumebat in manibus, & hoc hora diei tertia. Hora eadem sexta itidem centum clericis pauperibus præbendam panis, pisces & vini concedebat, duodecim unumquemque eorum honorans denariis, corde & ore Davidicos semper decantans Psalmos. Post mensam vero præparans se ad Dei servitium Rex humilis, ponebat vestimenta sua, induens ad carnem cilicio adjunctoque clericorum collegio, centum sexaginta, & eo amplius numero, ad exemplum Domini eorum pedes lavans, capillis capitis sui tergebat, & ad Mandatum Domini singulos eorum duobus solidis remunerans, Clero præsente, & diacono astante, qui lectionem legeret secundum Joannem in Cœna Domini dictam & factam. Talibus factis occupabat se Rex meritis gloriosus, loca Sanctorum perlustrando toto die sancto Parasceves, & Crucem Domini adorando usque in vigilia sanctæ Resurrectionis &c. Et Paulo post: XIII.

Hic autem post Deum specialis gloria Regum, pro sanctorum Apostolorum numero, quos semper amabat corde benigno, & quorum solemnes festivitates vo- XII.

tivo

PAGIUS Obitus Roberti Francorum Reg. no copulat; sed etiam Calvisius, Bucherius, Petavius, aliique Viri doctissimi. At in Chronicis Sancti Petri Vivi, Sancti Medardi, Sancti Dionysii, Odoranni, aliisque quibusdam, hæc mors cum anno millesimo tricesimo primo conjungitur, & id tribus testimoniis ex Chartis Henrici filii ac successoris erutis certum esse ostendit Baluzius lib. 4. Marcæ Hisp. ad annum MXXXI. Primum extat in Actis consecrationis Ecclesiæ Rivipullensis in Catalaunia positæ, in cujus fronte legitur: *Anno ab Incarnat. domini nostri J. C. MXXXII. era millesima LXX. indictione XV. XVIII. Kalendarum Februariarum anno primo, quo post decessum venerabilis memoriæ Rodberti Regis Francorum suscepit regni gubernacula filius ejus Henricus* Robertum autem *XIII. Kal. Augusti*, seu die XX. mensis Julii demortuum, testatur Helgaldus in ejus Vita. Secundum sumitur ex veteri Charta monasterii sancti Cucupathis in pago Vallensi, in cujus calce scriptum est: *Lata sunt hæ conditiones quarto Kal. Julii anno primo Henrici Regis & dominicæ Incarnat. trigesimo secundo post millesimum.* Tertium deducitur ex testamento Guifredi Comitis Seritaniæ, scripto *era LXXIII. post millesimum, anno trabeationis domini nostri Jesu Christi XXXV. post millesimum, indictione IV. VI. Idus Novembris, anno quinto regnante Henrico Rege Francigeno.* Mitto varia hujusmodi testimonia a viris Eruditis in medium allata, quia hæc certo evincunt Henrici Regis initia in diem XX. mensis Julii an. MXXXI. incidere. Verum quidem est, extare Chartas aliquas istis contrarias; sed quemadmodum plures Ottonis M. in numeris corruptas esse supra ostendimus, ita ut ex iis Regni ejus Germanici initium male cum an. CMXXXVI. videatur affixum; sic non desunt Henrici Regis Diplomata a Librariis in numeris depravata. Legenda Dissertatio Ægidii Laccari de morte Roberti Francorum Regis.

Primum fundamentum Baronii fuit Helgaldi IX.
Auctoris coævi in piissimi hujus Regis Vita *Ad an-*
testimonium: *Quo ad Deum*, inquit, *transiit num*
anno, qui est Incarnationis millesimus tricesi- MXXXI.
mus secundus. Post aliquot paginas: *Ante su- retrahen-*
um sanctissimum obitum, qui tertio decimo Ka- dus.
len-

tivo præveniebat jejunio, ad horum exemplum duodecim pauperes secum ducebat, quos specialius diligebat, quibus ipse erat vera requies post labores. Nam his sanctis pauperibus comparans fortissimos asinorum pullos, ante se ubique pergebant lætantes, Deum laudantes &c. Sed & quomodo reliquas festivitates Domini celebrare consuevit, sic accipe ab Helgaldo: *Sanctas noctes, hoc est, Nativitatis Domini, sancti Pascha & Pentecostes sic totas ducebat insomnes usque ad summum mane, ut nec sedens, nec stans somnum caperet, donec quam expectabat & desiderabat, salutiferam corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi perceptionem perciperet.* Et de consueta pœnitentia voluntarie ab eo suscipi solita audi quid tradat: *Erat*, inquit, *& hoc amatori bonorum in religione pro suarum emendatione culparum, quod a sancta Septuagesimo usque ad Pascha, nulla usus culcitra, frequenter eum suscipiebat ad jacendum fortissima terra.* Hæc ab ipso fieri consueta; reliqua, si cupis, ipsum auctorem consule, qui de ejus transitu ad Deum hæc breviter habet:

XIII. *Exire ipse de hoc sæculo paratus, Dominum Jesum Christum suæ salutis, atque utilitatis magistrum semper invocabat, ad videndam Regis æterni insuperabilem potentiam: Angelos, Archangelos, & omnes Dei Sanctos in auxilium suum venire, voce & signis indesinenter orabat, muniens se semper in fronte & oculis, naribus & labiis, gutture & auribus per Signum Sanctæ Crucis, memoria Dominicæ Incarnationis, Nativitatis, Passionis, Resurrectionis & Ascensionis, & gratiæ Spiritus sancti. Habuit hoc ex more in vita, cui numquam defuit * voluntate aqua Benedicta. His vero, aliisque refertus bonis virtutibus, sexagenarius (ut credimus, mortem opperiebat intrepidus, & invalescente validæ febris languore, petiit viaticum salutare & salubra vivifici corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi: sumpto eo, & pauco intervallo facto, ad Regem Regum & Dominum dominorum demigrans, felix feliciter felicia promeruit regna. Obdormivit autem in Domino (ut diximus) xiiii Kal. Augusti, lucescente aurora diei, tertia sabbati in Meleduno castro, & Parisios deportatus apud sanctum Dionysium, juxta patrem suum sepelitur.* * volenti

Hæc & alia auctor, cuncta videns & manu contrectans. Qui recensitis monasteriis ab ipso erectis, pro ejus anima has ad Deum preces obtulit ac scripsit:

Deus, qui inter sanctissimos Reges famulum tuum Robertum regali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus, ut quorum vicem ad horam gerebat in terris, intercedente gloriosa Dei genitrice Maria cum omnibus Sanctis, eorum quoque perpetuo consortio lætetur in cælis, per eumdem Dominum nostrum. XIV.

Eo defuncto successit Henricus jam Rex consecratus, peritia militari, atque prudentia pollens, ac pietate præstans, qui fratri Roberto Burgundiæ Ducatum dedit, matrem vero, quam expertus est contrariam, Constantiam, constantia superavit, quæ anno ab hinc defuncta est. Hæc

PAGIUS *lendis Augusti extitit, die passionis Apostolorum SS. Petri & Pauli, Sol ad similitudinem quarta Luna subtractis radiis fuscatus, apparuit in toto mundo, &c. quid autem portenderit, in proximo patuit; cum nil nobis miserius aluit, quam de sua morte dolorem intolerabilem reliquerit.* Sed Helgaldus Auctor indiligens ex ipsomet corrigendus. Nam paulo post subdit: *Obdormivit autem in domino XIII. Kal. Augusti, lucescente aurora diei tertia sabbati*, idest die Martis, quæ dies anno MXXXI. non vero an. MXXXII. aut MXXXIII. in XIII. Kal. Augusti, seu diem XX. Julii incidit. Adhæc Eclypsim illam non anno MXXXII. sed anno MXXXIII. contigisse, certum & indubitatum. Denique illa non mortem Roberti Regis, sed quæ post eam fuere calamitates, prænunciavit. Secundum Baronii fundamentum ex Glabro lib. 4. cap. 4. petitum: *Imminente anno incarnati Christi millesimo trecesimo tertio, qui est a Passione ejusdem Salvatoris millesimus, obiere viri in orbe Romano famosissimi, sacræque religionis signiferi, Benedictus scilicet Papa universalis* qui (anno MXXIV. vita functus est) *ac Rex Francorum Robertus* (anno MXXXI.) *Fulbertus quoque Carnoti Præsulum incomparabilis, vir sapientissimus* (qui e vivis excessit an. MXXVIII.) *nec non prænominatur pater Monachorum, fundatorque cœnobiorum eximius VVillemus*, Divionensis Abbas, cujus mortem ipsemet Glaber in ejus Vita anno MXXXI. affigit. Glaber itaque, ut recte eum exponit Chiffletius in Probationibus ad Historiam Trenorciensem pag. 299. horrendam illam famis ac luis triennio, ac præsertim hoc anno grassatam cladem descripturus, ejus veluti prognostica, magnorum aliquot virorum mortes totis ante decem annis obitas commemorat. Subjungit enim: *Sequenti itaque tempore* (scilicet post mortes memoratas, quarum ultima fuit Roberti Regis, anno MXXXI. die XX. Julii defuncti) *cœpit in universo Orbe terrarum fames convalescere, ac interitus pene universi generis imminere.* Postea toto illo capite calamitates tam a fame quam a pestilentia enatas fusissime describit, quia ejusdem capitis initio utramque intendebat, tanquam a mortibus illis prænunciatas. Quoad Eclypsim, Glaber eam ad mortem Roberti non refert, sed ad alia mala, ut legenti ejus verba patebit.

X. Glaber lib. 3. cap. 9. Roberti Regis morte memorata, ait: *sequenti anno* (sc. MXXXII) *eodem mense* (nempe Julio) *atque in eodem castro, quo Rex obierat, & ipsa* (nempe Constantia Roberti Regis uxor) *obiit. Henricus nempe Rex* (Francorum) *paternis rebus potitus, germanum suum Robertum constituit Burgun-*

Robertus Roberti Regis filius fit Dux Burgundiæ.

Hæc pluribus in Fragmentis Francorum historiæ.

XV. Guilelmi Abbatis obitus. Hoc eodem anno moritur magni nominis hujus temporis Guillelmus Abbas sancti Benigni martyris, discipulus sancti Majoli: cujus res gestas cum in historia sua, tum seorsum libello de vita, & virtutibus ejus scripto, ut ipse testatur, (a) Glaber prosecutus est. Quem post obitum miracula plurimum commendarunt.

(a) Glab. l. 4. c. 5.

PAGIUS *gundiæ Ducem*. Est is primæ Stirpis Ducum Burgundiæ caput, vixitque usque ad annum MLXXV. ut habet Chron. S. Benigni, in quo ad eum annum legitur: *Obiit Robertus Dux Burgundiæ. Successit Hugo Henrici filii ejus filius.*

XI. *Obitus S. Willelmi Abbatis Divion.* Ad numer. XV. *Sanctus Willelmus* Divionensis Abbas anno MXXXI. ad Cœlos evolavit, ut eodem anno num. VI. & seq. legere est.

XII. *Christianorum victoria de Saracenis.* Cedrenus pag. 730. narrat quæ anno mundi secundum Constantinopolitanos 6540. mense Augusto superioris Christi anno finito accidere, & postea ait, per idem tempus Afros Saracenos cum mille navibus, & innumeris classiariis insulas, orasque maritimas multas infestasse; sed cum eorum parte congressum prœlio, Imperatoris Ducem eos fudisse, ac quingentos in compedibus ad eundem misisse. Præterea Edessa a Græcis capta. Narrat etiam Glaber lib. 4. cap. 7. per hæc tempora magnum inter Christianos & Saracenos in Africæ partibus prœlium habitum fuisse: *Inito pugnæ certamine*, inquit, *diu multumque congressum est. Christiani tamen omnino inlæsi victores apparebant. Ad ultimum quoque tantus horroris tremor invasit Sarracenorum exercitum, ut veluti pugnæ obliti, fugam arripere tentantes, quamvis nequicquam, propriis irretiti jaculis, imo virtute Dei stupentes hæserunt. Christianorum vero quantus erat cuneus divino fortificatus auxilio, tanta eosdem cæde prostravit, ut ex innumerabili multitudine illorum vix pauci evaderent. Motget nempe Princeps illorum, qui quasi Moyses ita confuse nominatur, illo prælio dicitur defuisse. Collectisque spoliis, confecerunt ex eisdem plurima argenti talentorum pondera, memores voti quod Deo spoponderant. Est namque mos Saracenorum ad prælia euntium, ut se se phaleris argenti vel auri plurimum perornent. Quod tunc etiam devotioni nostrorum præstitit augmentum, qui protinus miserunt quidquid exinde provenit, ut voverant, ad Cluniense Monasterium*, cui S. Odilo præerat.

JESU CHRISTI ANNUS 1034.	BENEDICTI IX. PAP. ANNUS 1.	CONRADI IMP. 8. MICHAELIS IMP. 1.

I. CHristi Redemptoris annus sequitur trigesimusquartus post millesimum, Indictione secunda, idemque post famem abundans & felix. De quo ita, qui vidit, Glaber: (a) *Anno a Passione Domini millesimo memorata cladis penuriæ subsequente (est namque annus primus post millesimum trigesimumtertium ab Incarnatione Domini) sedatis nimborum imbribus, respectu divinæ bonitatis & misericordiæ cœpit læta facies cæli clarescere, congruisque * atheres flare, placidaque serenitate magnanimitatem Conditoris ostendere; telluris quoque tota superficies amicabiliter virens frugum abundantiam, funditus inopiam expellendo, portendere.* Quod, ut inferius asserit, ubique accidit, ut per quinquennium maxima omnium rerum fuerit abundantia. Quid autem boni Dei benignitas ista pepererit, ab eodem Glabro sic accipe: *Tunc*, inquit, *primitus cœpere in Aquitaniæ partibus ab Episcopis & Abbatibus, cæterisque viris sacræ religionis devotis ex universa plebe coadunari Conciliorum conventus, ad quos etiam multa delata sunt corpora Sanctorum, atque innumerabiles sanctarum apophoreta reliquiarum. Dehinc per Arelatensem provinciam, atque Lugdunensem, sicque per universam Burgundiam usque ad ultimas Franciæ partes per universos Episcopatus indictum est, qualiter certis in locis a Præsulibus, Magnatibusque totius patriæ de reformanda pace, & sacræ Fidei institutione celebrarentur Concilia. Quod etiam tota multitudo universæ plebis audiens, lætanter adire, maximi, mediocres, ac minimi, parati cuncti obedire, quidquid præceptum fuisset a pastoribus Ecclesiæ, non minus videlicet, quam si vox emissa de cælo hominibus in terra loqueretur. Terrebat enim universos clades præteriti temporis, instabatque metus, ne adipiscerentur opulentiam futuræ ubertatis.*

(a) Id. l. 4. c. 5.

Concilia frequentia in Gallia.

II. *Erat quippe descriptio capitulatim digesta, quæ continebantur tam illa quæ prohibebantur, quam ea quæ devota sponsione omnipotenti Domino offerre decreverant. In quibus potissimum erat, de inviolabili pace conservanda, ut scilicet viri utriusque conditionis, cujuscumque antea fuissent rei obnoxii, absque formidine procederent armis vacui. Prædo namque aut invasor alterius facultatis legum districtione artatus, seu bonis facultatum, seu pœnis corporis acerrime multaretur: locis nihilominus sacris omnium Ecclesiarum honor & verecundia talis exhiberetur, ut si quis ad ea cujuscumque culpæ obnoxius confugium faceret, illæsus evaderet, nisi solummodo ille, qui pactum prædictæ pacis violasset: hic tamen captus ad altare, præstitutam vindictam lueret. Clericis similiter omnibus, monachis, & sanctimonialibus, & si quis cum eis per regionem pergeret, honor similiter & reverentia exhiberetur, nullamque vim ab aliquo pateretur. Plurima autem in iisdem Conciliis constituta sunt, quæ perlongum duximus referre. Illud sane memorandum, quod omnibus in commune placuit, quali-*

II. De pace Eccl. conservanda.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXII. An. Hegiræ CCCCXXVI. inchoato die 16. Novemb. fer. 7. A. C. 1034.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6527.

☉ 7. F. ☽ 9. P. 24. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1034.

BENEDICTI IX. PAPÆ 2.

CONRADI II. REG. 11. IMP. 8.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 1.

I. Varia Concilia in Galliis coacta.

ANnum. I. ad VIII. Glaber lib. 4. cap. 5. scribit *anno a passione Domini millesimo memorata cladis penuriæ subsequente*, cœpisse Concilia celebrari in Aquitaniæ partibus, dein per Arelatensem provinciam atque Lugdunensem indictum esse, *qualiter certis in locis a Præsulibus Magnatisque totius patriæ de reformanda pace & sacra fidei institutione celebrarentur Concilia*. Quæ Baronius recte ad hunc annum refert, qui juxta Glabrum millesimus primus est a Passione; annum enim a Passione Domini juxta Glabrum, Epocha Incarnationis annis triginta tribus antecedit. Cossartius Tom. IX. Concil. pag. 913. in Nota ad ista Concilia diversis locis habita, ea refert ad annum MXXXI. atque deceptum Glabrum, qui scripsit ea anno MXXXIII. congregata; eoque anno quo Robertus Rex Francorum mortuus est; cum tamen hic anno MXXXI. demortuus sit. Verum non dicit Glaber ea anno quo Robertus e vivis excessit, coacta, neque Robertum anno MXXXIII. vitam cum morte commutasse, sed tantum Roberti & aliorum quorumdam illustrium virorum obitus famem & penuriam præcessisse, uti anno superiori num. IX. exposuimus. Ea itaque Concilia in diversis Galliarum partibus hoc anno celebrata, ut Episcopi populum excitarent ad divinam agnoscendam beneficentiam, utque eum recentis calamitatis memoria deterrerent a criminibus, præsertimque a privatis inter se bellis, cædibus, & sacrarum rerum direptionibus. Hæc tot Conciliorum occasio fuit, ut idem Cossartius fusius ostendit. Plenam quidem perfectamque pacem his in Conciliis Episcopi optassent; sed cum hoc non procederet, conati sunt anno MXLI. saltem inducias obtinere, certis præscriptis in hebdomade diebus, quibus ab inferenda cuiquam injuria prorsus abstineretur.

Id

liter omnibus hebdomadibus sanctione perpetua, sexta die abstineretur a vino, & carnibus, & septima, nisi forte gravis infirmitas compelleret, aut celeberrima solemnitas interveniret. Si vero affectio aliqua intercederet, ut hic tenor paululum laxaretur: tres proinde pauperes victu sustentarentur. Hæc Glaber. Ad quæ plane spectare videntur quæ Sigebertus habet in chronographia sua attentius consideranda, ne videlicet absque discretione pro bonis mala sumantur. Ait enim:

III. De jejuniis indictis. *Hujusmodi decretum a Franciæ Episcopis datum est servari subjectis sibi populis. Unus eorum dicit: cælitus sibi delatas esse litteras, quæ pacem monerent renovandam in terra, quam remandavit cæteris, & hæc tradenda dedit populis: Arma quisque non ferret, direpta non repeteret sui sanguinis, vel cujuslibet proximi ultor minime existens, percussoribus cogeretur indulgere. Jejunium in pane & aqua omni sexta feria servarent, & in sabbata a carne & liquamine abstinerent, soloque hoc contenti jejunio, omnium peccatorum remissionem nullam sibi scirent aliam adjiciendam pœnitentiam: & hæc servare sacramenta firmarent. Quod qui nollet, Christianitate privaretur, & exeuntem de sæculo nullus visitaret, nec sepulturæ traderet. Alia quoque importabilia quamplura dedere mandata, quæ oneri visa sunt replicare.*

IV. Gerardus Episc. restitit levitati. *Hanc mandatorum novitatem cum multi cupidi novarum rerum libentius justa amplecterentur: Gerardus Cameracensis Episcopus, qui solus Lotharienssium appendebat ad parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hæc suscipienda, sed singula capitula refellebat, dicens: Genus humanum ab initio trifariam esse divisum, in orantibus, pugnatoribus & agricultoribus, & unum duorum, & duos alterius egere auxilio: idea debere arma ferre: & rapinas reddi pro auctoritate legis & gratiæ: ultorem percussi, vel occisi, non exacerbari cogendo, sed secundum Evangelium ei reconciliari: Jejunium in sexta vel septima feria nec omnibus unum esse imponendum, quia non est una omnibus possibilitas, nec omnes hoc uno jejunio contentos esse, quia non est una omnium pœnitendi qualitas. Hæc sacramenta firmare, vel sacramenti violationem perjurio augere, non esse utile. His contradicentes excommunicari, infirmis visitationem, vel mortuis sepulturam negari, esse detestabile. Sufficere authentica Patrum decreta, & super his neglectis impositum congruenter pœnitentiæ modum.* Hactenus Gerardus Cameracensis apud Sigebertum, cujus judicio omnium eruditorum, fuisse potiora jura videntur: ut mirandum potius sit, potuisse tot Episcopos hujusmodi unius afferta inani revelatione moveri magis, quam divinæ Scripturæ, Sanctorumque Patrum decretis, atque Ecclesiæ traditionibus assentiri, & præscribere universæ Ecclesiæ leges, & eas munire pœnis, quæ numquam a majoribus pro gravioribus quoque delictis essent impositæ.

Jam ab Apostolorum temporibus viguisse in Ecclesia Catholica Occidentali jejunium sextæ feriæ, atque sabbathi hebdomadarium constat, de quorum causa & origine & observantia satis dictum est Tomo primo Annalium. Quod tepuisse non dubium est, cum remanserit ex eo dumtaxat abstinentia ab esu carnium, revocare ipsum ad usum pristinum, ut revera iis diebus Fideles per singulas hebdomadas jejunarent more majorum, si ferret ista humana infirmitas, non solum non reprehendendum, sed magnopere laudandum fuisset, sed austeriorem, pœnis illis appositis, illisque aliis comitantibus sancire disciplinam, haud tutum, nec dignum Ecclesia videri debuit; quam; (a) Apostolus monuit, graviori debere incessu procedere, quam inanibus hisce revelationibus traduci, dicens ad Galatas: *Licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet* V.

(a) Gal. 1.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS

Id est quod tunc *Treuga Domini* vocabatur, ut eo anno videbimus.

II. *Ob bella privata, & frequentes cædes.* Baronius, qui diversa hæc Galliarum Concilia suo anno reddidit, num. VI. perperam scribit quod in illis de pace servanda statutum fuit, rursus post decennium decretum fuisse. Non enim post decennium, sed post septennium, anno nempe MXLI. tentarunt iterum Episcopi pacem & justitiam inter privatos statuere, ut eo anno, ad quem pertinet locus Glabri lib. 5. cap. 1. hoc anno a Baronio num. VI. recitatus demonstrabimus. Denique neutro anno actum de cessatione *a strepitu fori, vel privatis dissensionibus*, ut ibidem Glabrum Baronius interpretatur, sed in Conciliis hoc anno habitis conati sunt Galliarum Præsules bella privata, cædes & deprædationes extinguere, & cum non potuissent, anno MXLI. aliquot dierum inducias statis temporibus recurrentes instituerunt, quas quatuor postea Concilia Generalia confirmarunt; quod cum non animadvertisset Baronius num. V. & VI. Gallicanos Præsules reprehendit, qui tamen inde magna laude digni sunt. Sed Baronius hac in re excusatione dignus, quia ejus ætate pax & induciæ inter privatos, de quibus utroque anno actum, densis tenebris sepultæ erant. Marca lib. 4. de Concordia cap. 14. primus fuisse videtur, qui copiosam earundem explicationem susceperit; qua de re post eum alii. Ex qua cum Historia Ecclesiastica variis in locis lucem accipiat, tam hic, quam anno MXLI. de pace & induciis, de quibus tunc actum est sermo necessario nobis habendus.

Duces itaque & Comites provincias & civitates, quas alias sub Regum potestate & ad eo- III.

vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Et ad Colossenses: (a) *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus &c.* Plane insinuans, universa isthæc, quamtumlibet sancta, justaque videantur, ac pia, capitis Ecclesiæ consensione probanda, priusquam populo observanda tradantur. Unde sæpe merito invenimus esse statutum, ut provincialia Episcoporum Concilia ex confirmatione Apostolicæ Sedis vim accipiant. At non absque dedecore Gallicanorum Episcoporum accidit, Sede Apostolica inconsulta, pietatis intuitu ista decernere, vel decreta ejusdem judicio examinanda atque probanda negligere.

(a) Colos. 2.

VI. Sed semel male præsumptum, rursum est ab iisdem Episcopis usurpatum. Post decennium enim ab iisdem ferias hebdomadarias dilatatas, ut non una Dominica die, sed quatuor hebdomadæ diebus cessarent Fideles a strepitu fori, vel privatis dissensionibus, idem Glaber ita testatur: (b) *Contigit vero in ipso tempore, inspirante divina gratia, primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per universum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei pariter & amorem, taliter, ut nemo mortalium a feriæ quartæ vespere, usque ad secundam feriam incipiente luce, ausu temerario præsumeret quidpiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam a quocumque inimico exigere, nec etiam a fidejussore vadimonium sumere. Quod si ab aliquo fieri contigisset contra hoc decretum publicum: aut de vita componeret, aut a Christianorum consortio expulsus patria pelleretur. Hoc insuper placuit universis (veluti vulgo dicitur) ut Tregua Domini vocaretur, quæ videlicet non solum humanis esset fulta præsidiis, verum etiam multoties divinis suffragata terroribus. Nam populi & vesani audaci temeritate præscriptum pactum non timuere transgredi, in quibus protinus aut divina vindex ira, seu humanus gladius ultor extitit. Et hoc passim tam frequenter contigit, ut præ sui multitudine singillatim non queat annotari; & hoc satis juste. Nam sicut dies Dominicus propter Dominicam Resurrectionem venerabilis habetur, & octavus cognominatur: ita quintus, sextus & septimus ob Dominicæ cœnæ, & ejusdem passionis reverentiam debent ab iniquis actionibus separari.*

(b) Glab. l. 5. c. 1. prope fin.

De feriis imprudentes indictis.

VII. *Contigit enim ut dum pene (sicut jam diximus) per totas Gallias hoc statutum firmiter custodiretur, Neustriæ gentes illud suscipere recusarent. Erat enim hujus rei occasio dissidium superbissimi litigii, quod ortum fuerat inter Henricum Regem filium Roberti, & filios supradicti Odonis; qui vicissim incendiis bella miscentes intestina, sibimet damna inferentes non modica, plurimas suorum strages dederunt. Deinde quoque occulto Dei judicio cœpit desævire in ipsorum plebibus divina ultio. Consumpsit enim quidam mortifer ardor multos tam de magnatibus, quam de mediocribus, atque infimis populi: quosdam vero truncatis membrorum partibus reservavit ad futurorum exemplum. Tunc etiam pene gens totius orbis sustinuit penuriam pro raritate vini & tritici.* Hæc Glaber, utcumque conatus judicio divino confirmare decretum, sed hæc ad pondus sanctuarii sunt referenda. Nam (c) non justificat Dominus stateram iniquam & sacelli pondera do-

(c) Mich. 6.

PAGIUS

Horum malorum origo.

rum nutum administraverant, ita hoc & superiori sæculo occupabant tanquam privatas facultates, & tanquam patrimonium ad hæredes transmittebant. *Normannis* enim Gallias infestantibus, & *Caroli M.* familia ad interitum vergente, utrisque facile fuit, commissas sibi provincias invadere, sibique vendicare. Quare vix pax esse potuit, ubi provinciæ, quæ unius erant, plurimorum imperio subdebantur, aut eadem retineri in civitatibus, ubi leges abolitæ essent. Horum exemplo, qui minora beneficia precario a Regibus habebant, ea tanquam patrimonium defendere non verebantur; indeque hodie inimicitiæ & pugnæ ortæ, quibus fovendis multum contulit consuetudo, quæ penes in legem abierat, ut quo semel quis alium occidisset, liceret propinquis cædem ulcisci, & in vindictam quemvis ex interfectoris propinquis impune occidere. Hanc vindictam *Faidam* vocitabant. Tunc ergo quisque suam suorumque injuriam, non in jure coram Judice, sed ferro manuque persequebatur, & ingravescente in dies morbo, cædibus, deprædationibus & incendiis Gallia fœdissime vastabatur. Quibus incommodis Gallicani Præsules prospicere volentes, hoc anno *primitus cœpere in Aquitania partibus*, inquit Glaber lib. 4. cap. 5. Concilia celebrari, ac *de hinc per Arelatensem provinciam, atque Lugdunensem, sicque per universam Burgundiam usque ad ultimas Franciæ partes* indictum est, *qualiter certis in locis a Præsulibus, Magnatibusque totius patriæ de reformanda pace, & sacra fidei institutione celebrarentur Concilia*, quod tam a majoribus, quam ab infimis, quos terrebant præteriti temporis clades, avide exceptum est ut fuse narrat Baronius num. I. & seqq. ex Glabro. Hoc etiam anno in Conciliis Bituricensi, Bellovacensi, & an. MXXXI. in Lemovicensi, pax universa indicta, *ita, ut nemo seditionem ageret, nullus per viam (vel vim) raperet, nullus, ut solebat, quasi propter justas querelas pugnam inire constitueret*, &c. de hac igitur pace ab omnibus servanda, non vero de cessatione *a strepitu fori, vel privatis dissensionibus*, ut arbitratus est Ba-

dolosa. Aut enim loquitur ipse de his, quæ ab hominibus injuste fiunt, & dixerim ea quibuscumque diebus esse vetita, & omnes a peccatis feriandos esse dies: vel de his quæ licite fieri possunt: tunc quæ ratio, ut dictis diebus ab his homines abstinerent, nullo majorum exemplo, immo canonibus repugnantibus, ut quinta dies feriaretur?

VIII. *Dum Concilia intra dies quindecim celebrata.* Ut autem propensiori studio ea, quæ a Glabro sunt dicta, examinemus, atque in primis, quod ait, multa Concilia pacis causa hoc anno esse in Galliis congregata, atque primitus in Aquitaniæ partibus esse cœpta: plane allusisse visus est ad duo Concilia, quæ brevi temporis spacio intercedente, pacis causa sunt celebrata: alterum Bituricis die tertia mensis Novembris; alterum Bellovaci post dies quindecim, nempe die decimaoctava ejusdem ab iisdem Episcopis, convenientibus Lemovicas ad diem anniversarium consecrationis basilicæ Salvatoris, ut ejusdem Concilii Acta testantur, quæ apud nos scripta habentur ex bibliotheca Antonii Augustini ab Hispaniis Romam missa: in quibus pariter eodem contextu ipsum Bituricense Concilium est celebratum, ambo provincialia, atque eadem ex causa collecta. Quoniam vero res gestæ Bituricensis Synodi relatæ sunt in Lemovicensi Synodo, hic ipsa Acta Lemovicensia rerum ordine sunt recensenda, atque in primis quæ ad pacem indictam pertinent, ita exorsus est Jordanus Lemovicensis Episcopus:

Dolorem cordis mei vobis patefacio, o venerabiles Episcopi, & reliqui ministri Domini, & clamorem facio de sa- IX. *Actio Lemovicensis Synodi prima.*

PAGIUS Baronius, actum est. Legendi Marca loco laudato, Dufresnius in Dissert. ad Joinvillam de *Privatis bellis*, M. Antonius Dominicius in Dissert. de *Treuga & pace*, aliique.

IV. *Hoc anno actum non est de Treuga Domini.* Marca loco citato ait, Episcopos & Proceres Provinciarum, in *Aquitania* primum deinde per reliquas Gallias, currenti anno privatis bellis decreto suo inducias indixisse sub nomine *Treuga Domini*, a Mercurii suprema die usque ad diluculum diei Lunæ subsequentis, ea lege, ut nemo ab inimico ultionem exigeret, nemo prædaretur, nec etiam a fidejussore pignus tolleret, pœna capitis, aut exilio, & excommunicatione in rebelles irrogatis; hancque in rem citat Glabrum lib. 5. cap. 1. cujus locum integrum recitat Baronius num. VI. Verum fallitur Præsul doctissimus, *Treuga* enim Domini, ut vocabatur & quæ eo loco Glaber narrat, non hoc anno, sed anno millesimo quadragesimo primo statuta, ut ibi videbitur. Glaber enim duobus locis citatis de hac pace verba facit, quia duobus diversis annis de ea in Gallis actum & nonnisi anno MXLI induciæ illæ constituræ postquam scilicet Episcopi & Magnates animadvertissent, potis non esse pacem inducere, quod vidit Baronius, qui ait hoc anno actum esse de pace, de qua Glaber lib 4. cap. 5. & post aliquot annos de cessatione a strepitu fori vel privatis dissensionibus de qua idem Glaber lib. 5. cap. 1. qui tamen merito redarguitur a Marca, quod hujus Historici verba male interpretatus sit & Gallicanos Episcopos traduxerit, quasi rem statuerint Canonibus repugnantem. Sed hæc omnia magis patebunt anno MXLI. ubi de præfatis induciis, seu de *Treuga Domini* prolixe tractabimus.

V. *Concil. Bituricense.* Ad num. VIII. Baronius loquitur de *Concilio Bituricensi*. Sed illud ad annum millesimum tricesimum primum retrahendum. In edicto enim Aymonis Archiep. Bituricensis post Synodum dato, legitur: *Ego Aymo Archiep. anno Incarn. dominica MXXXI. Indict. XIV. in Conc. Bituricensi, quod actum est Kal. Novembris*, &c. Indict. XIV. a Kal. Januariis, ut sæpius hoc loco & superiori sæculo in Gallia factum invenimus, initium sumit. Adfuere huic Concilio quinque Episcopi cum suo Metropolita nomen enim *Jordani* Episcopi Lemovicensis, quod in laudati Edicti fine legitur, Librariorum errore irrepsit, cum ipsemet Actione I. Concilii Lemovicensis II. se ab hoc Concilio Bituricensi abfuisse diserte asserat, ut in eodem Conc. pag. 870. legere est: & pag. 897. ipsemet Jordanus jubeat recitari nomina Episcoporum, qui præsentes fuere Concilio Bituricensi, & nomen ejus lectum non sit cum aliorum nominibus. In isto Concilio Bituricensi conditi Canones viginti quinque, quorum primus est de S. Martialis Apostolatu, statuiturque, ut non inter Confessores, sed inter Apostolos proponatur ac celebretur.

VI. *Conc. Bellovacense fictitium.* Meminit ibidem Baronius Concilii *Bellovacensis*, quod celebratum ait diebus quindecim post *Lemovicense* ab Episcopis Lemovicas convenientibus, idque testari Acta Concilii Lemovicensis II. Verum ut inquit ibidem Cossartius fieri non potuit, ut Episcopi Aquitaniæ primæ *Bellovaci* in Belgica Concilium celebrarint, & intra dies XV. tum in Bellovacis, tum in Lemovicibus fuerint. *Bellilocense* dicere voluit Baronius, & amanuensis scripsit Bellovacense. Est autem *Bellilocum* monasterium non longe a Lemovicum civitate distans, cujus monasterii mentio in Actis Concilii Lemovicensis II. pag. 808. Sed ibidem non dicitur eo in loco Concilium aliquod habitum fuisse, ideoque Concilium illud, sive Bellovacense, sive Bellilocense vocaveris merе fictitium.

VII. *Conc. Lemovicense II.* A num. IX. ad XXVII. Concilium Lemovicense II. anno millesimo tricesimo primo congregatum, non vero currenti. Initio enim Sessionis primæ dicitur habitum *XIV. Kalendas Decembris*, idque in festivitate dedicationis Templi Domini Salvatoris. Tum pag. 876. dicitur eum diem, quo celebratum Concilium, fuisse *quintam sabbati* idest feriam quintam, quæ certus anni millesimi tricesimi primi character est. Concilium istud dies XV. post Bituricense coactum in Ecclesia Protomartyris Stephani. In eo variis documentis Sancti Martialis Apostolatus probatus, ejusque memoriam Apostolorum ritu celebrandam, secundum Joannis Papæ XIX. literas, & Bituricensis Synodi Decreta, statutum. Mox ad Ecclesiam Præsules processere, ubi Aymo Archiep. Bituricensis Sacrum solemniter celebravit & in Oratione Martialem Apostolum appellavit. Post hæc Patres ritu solemni mili-

tes

cularibus potestatibus, parochianis meis, qui Ecclesiam Dei quietam esse non sinunt, res sanctuarii pervadunt, pauperes mihi commissos & Ecclesiæ ministros affligunt, & me, qui eorum pastor sum, de pace audire nolunt. Dignum est enim, ut tales qui nobis contraire præsumunt, ab Ecclesiæ communione abscindantur. Nam quicumque nobis subditos conturbant . . . . . . cujus vice Episcopi legatione funguntur. Ideoque divinæ & Apostolicæ severitate districtionis digni & a nostro Concilio justo anathemate plectendi, quousque fructuose pœnitendo resipiscant. Peractis post hæc iis, quæ spectabant ad probationem Apostolatus sancti Martialis, quem titulum aliqui negare præsumpsissent, intra Missarum solemnia adversus pacis perturbatores anathema ab Episcopis jaculatur, ipso Jordano Lemovicensi Episcopo ista inter alia ad populum perorante:

X. *Audivimus, dilectissimi, verba sancti Evangelii: (a) Quia venit Filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat. Ideo enim Salvator dicitur esse Dominus noster Jesus Christus, quia omnes peccatores vult ad salutem revocare, dicente Apostolo: (b) Fidelis sermo, quia Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Cumque de fide Zachæi, (c) qui fraudata reddidit in quadruplum, pauca dixisset, atque ad milites deprædantes, sive per calumniam, vel potentiam res sanctuarii, & pauperum turbam opprimentes, ut Zachæum imitantes juste restituerent, quibus rapuerant, retraxisset sermonem, ad ultimum adjecit dicens: Ecce propter vestram pacem, dilectissimi, hic adsunt pastores Ecclesiarum, sancti fratres nostri, Episcopi, qui ad sublevandum onus mei ponderis, & vos salvandos atque pacificandos dignati sunt ad hanc urbem convenire, sequentes Domini nostri Jesu Christi exemplum, qui venit quærere, & salvum facere quod perierat. Qua de re cum illis moneo vos, obtestans in Domino Jesu, quatenus nemo vestrum illis inobtemperans existere præsumat, nemo sese a Concilio ista excusanda subducat, sed omnes Principes, & capita populorum in Lemovicensi provincia in crastinum, & tertium diem ad nos cum pace conveniant, & nullus a nostro cœtu communi secedat, nisi a nobis voluntario animo jussus.*

(a) Luc. 19.

(b) 1. Tim. 1.

(c) Luc. 19.

*Convenientibus autem ad Concilium, nemo alteri propter aliquas inimicitias nocere præsumat, sive in facultatibus, sive in domo ejus, neque dum hic steterit, neque dum ad propria redierit, neque ante septem dies, postquam reversus fuerit. Nemo in hac congregatione seditionem generet, neque in urbe, neque extra urbem. Nullus aliquid per * viam rapiat; nullus, ut assolet, quasi propter justas querelas pugnam inire constituat. Nullus hic expeditionem, neque equitatum iniat aliquando agendum, sed nihil hic aliud quam pacem quispiam inquirat; si forte pax nobis a Domino tribuatur quieta. Quia hic conventus proprie conventus Domini est, ad inquirendam pacem, ad consolandum sanctam Dei Ecclesiam. Hæc qui observaverit, tamquam filia pacis, immo Dei, & a Domino nostro J. C. & sanctis Apostolis * absolutionem conficimus peccatorum, & benedictionem æternam: ut sicut Dominus beato Petro, & hic beato Martiali, ad cujus sacratissimum corpus assistimus, cæterisque Apostolis, virtutem atque potestatem ligandi atque solvendi tribuere dignatus est; ita peccatorum nexibus absolvere dignetur eos, qui de pace & justitia Deo & nobis, qui ejus vice, licet indigni fungimur, obedire festinaverint. Qui autem pacem nostram non susceperint, tamquam non Deum, sed diabolum sequentes, huic damnationi, quam modo recitare videbimur, subjacebunt. Pax autem nostra ad eos revertetur, sicut Dominus in Evangelio ait: (d) Si fue-*

XI.

* vim

* al. conferimus

(d) Id. c. 10.

PAGIUS tes Lemovicensis Diœceseos excommunicarunt, qui pacem cum Episcopo suo firmare contumaciter renuebant.

VIII. *Decreta in eo edita.* In Sessione secunda Sancti Martialis Apostolatus contra quosdam adversus priora Decreta murmurantes iterum confirmatus, quemadmodum & Bituricensis Concilii Statuta. Nonnullis aliis propositis quæstionibus, conquesti sunt Patres de excommunicatis Aquitanis, qui ignorantibus Episcopis suis a Romano Pontifice pœnitentiam & absolutionem accipiebant. Illis auditis Episcopi dixere: *Hoc ab ipsis Apostolicis Romanis, & ceteris Patribus cautum tenemus, ut Parochiano suo Episcopus, si pœnitentiam imponit, cumque Papæ dirigit, ut judicet utrum sit an non pœnitentia digna pro tali reatu, potest eam confirmare auctoritas Papæ aut levigare, aut superadjicere. Judicium enim totius Ecclesiæ maxime in Apostolica Romana sede constat. Item si Episcopus Parochianum suum cum testibus vel literis Apostolico ad Pœnitentiam accipiendam direxerit, ut multoties pro gravissimis reatibus fieri solet, in quibus Episcopi ad dignam hæsitant pœnitentiam imponendam; hic talis licenter a Papa remedium sumere potest; nam inconsulto Episcopo suo, ab Apostolica pœnitentiam & absolutionem nemini accipere licet.* Porro cum in hoc Concilio pag. 872. Odolricus Abbas monasterii Sancti Martialis de Roberto Francorum Rege tanquam jam mortuo loquatus, dicatque: *Adhuc vivente Rege Roberto, cum antecessor meus Hugo in palatio ei assisteret*, &c. Certum inde eruitur argumentum Robertum Regem die XX. mensis Julii anni MXXXI. vita functum esse, & die XVIII. mensis Novembris ejusdem anni Concilium Lemovicense II. celebratum.

fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Tunc jubentibus Episcopis, idem qui Evangelium pronuntiaverat, diaconus, sic in tomo chartæ excelsa voce maledictionem coram populo, in tribunali coram altari legere cœpit, dicens:

XII. Excommunicatio in seditiosos. *Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus sancti, & sanctæ Dei genitricis Mariæ, sancti Petri Apostolorum principis & beati Martialis, & aliorum Apostolorum, atque omnium Sanctorum Dei, nos Episcopi, in nomine Dei specialiter congregati, Æmo Archiepiscopus Bituricensis, Jordanus Antistes Lemovicensis, Stephanus Aniciensis, Rorico Arvernensis, Ragamundus Mimatensis, Æmilius Albiensis, Deusdedit Caturcensis, Ésimbertus Pictaviensis, Arnuldus Petragoricensis, Robo Engolismensis, excommunicamus illos milites de isto Episcopatu Lemovicensi, qui pacem & justitiam Episcopo suo firmare, sicut ipse exigit, nolunt, aut noluerunt. Maledicti ipsi & adjutores eorum in malum, maledicta arma eorum, & caballi eorum; erunt cum Cain fratricida, & cum Juda traditore, & cum Dathan & Abiron, qui vivi introierunt in infernum. Et sicut hæ lucernæ extinguuntur in oculis vestris, ita gaudium eorum extinguatur in conspectu sanctorum Angelorum, nisi ante mortem ad satisfactionem & emendationem, sive pœnitentiam dignam venerint in judicium Episcopi sui. Omnes Episcopi & presbyteri candelas ardentes in manibus tenentes, mox eas in terram projicientes extinxerunt. Ad quod verbum cor populi valde expavit, & omnes clamaverunt dicentes: Sic extinguat Deus lætitiam eorum, qui pacem & justitiam suscipere nolunt.*

XIII. *His dictis, dominus Jordanus ait ad populum: Hæc verba maledictionis eodem dicta sunt tenore nuperrime in Concilio Bituricensi in adversarios pacis. Quemadmodum autem inter Bituricenses, Deo adjuvante, pax confirmata est; ita etiam inter Lemovicenses pacem fieri optamus. Post hæc singuli Episcoporum, & ultimus Archiepiscopus de pace populum monuere, dicentes: Sicut pastor vester ecce prædicat vobis pacem, ita & nos ejus dictu firmamus uno corde, & uno consensu ex auctoritate Salvatoris JESU Christi Domini nostri, & beati Petri, atque beati Martialis, sanctorumque aliorum Apostolorum, quibus proprie a Domino collata est potestas ligandi atque solvendi. Quidquid hic pastor vobis a Deo datus confirmat, confirmamus, & quidquid destruit, destruimus: ligamus quos ipse ligat, benedicimus quibus benedicit.*

*His & hujusmodi peroratis, facto silentio, cum ad horam fractionis Dominici corporis ventum esset, atque ex more Archiepiscopus benedictionem populo funderet, superinterferuit beati Martialis nominis benedictionem, ita dicens: Benedicat & custodiat vos omnipotens Deus, domumque hanc sui * muneris præsentia illustrare, atque suæ pietatis oculos super eam die ac nocte dignetur aperire. Amen. Concedatque propitius, ut omnes, qui ad solemnitatem anniversariam dedicationis hujus basilicæ hodierno die convenistis, intercedente beato Martiale Apostolo, & cæteris Sanctis suis, quorum reliquiæ hic pio venerantur amore, vobiscum hinc veniam peccatorum vestrorum reportare valeatis. Amen. Quatinus eorum interventione ipsi templum sancti Spiritus, in quo sancta Dei Trinitas jugiter habitare dignetur, effecti, post hujus vitæ labentis excursum ad gaudia æterna feliciter venire mereamini, & cætera, quæ Episcopali benedictione proferri solitum est.* Qua plenissime impertita, finis impositus est primæ Concilii hujus Actioni. XIV. Benedictio datur. * numinis

In secunda autem, quæ extat, ejusdem Concilii Actione, post redargutos eos, qui negarent sanctum Martialem inter Apostolos Apostolum nominandum, recitati sunt canones viginti, nuper statuti in Concilio Bituricensi: quibus lectis, auditæ sunt diversorum querelæ, ut illæ monachorum Bellovacensis monasterii S. Petri, declamantium, regulari monasterio datum esse secundum Abbatem, idque perperam factum, a principibus sæcularibus, nempe Comite Tolosano, postea Comite Petragoricensi, inde Vicecomite Combronensi, qui sæculari Abbatiam dedit, illi videlicet, qui esset nepos Episcopi Caturcensis. Ad quæ audita ista dixerunt Episcopi: Ecclesiastica officia non secundum carnis originem, sed secundum meritorum virtutem distribui oportet. Cumque ille clericus non monachus Abbas sæculari nobilitate ac generositate magnus, mox vocatus ad Concilium ante Episcopos reus altaret genibus positis, & super hac re judicaretur secundum canones, ita respondit: O reverentissimi Patres, hanc rogo justo judicio corrigite rem, & libenter consentio. Dixerunt Patres: Idoneum ex regularibus monachis aliquem adducite ante dominum Jordanum, ut ipse eum regulariter ordinet Abbatem. XV. Actio secunda Conc. Lemovic.

His ita definitis multaque in detestationem sæcularium Abbatum, & laudem regularium ab eodem Jordano Episcopo peroratis; de Abbate, qui passus fuerat cæsum excommunicatum Vicecomitem in loco monasterii sepeliri, actum est. XVI. De excommunicato sepulto.

Quod

Quod redarguentes Episcopi, pluraque in detestationem facti inculcantes, quod excommunicatus ab Episcopo, ab ullo alio, nec in vita, neque in morte absolvi debeat: ad sui excusationem ita Abbas, rogatus suum agere causam, respondit, dicens exposcenti Jordano Episcopo: O domine pater, de hac re, de qua accusor, veritas vobis nuntiata non est. Absit a me, ut absque vestra licentia aliquando suscipiam excommunicatum: Ordo enim noster quanto sublimior est, tanto subjectior; & promptior ad obediendum Episcopis ut sit, necesse est. In Episcopis enim ipsum Dominum honoramus, & contemnimus, sicut ipse ait (a): Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Ecce idoneos testes adhibeo, quia ille Vicecomes excommunicatus, postquam prædando interfectus est (omnes enim prædantes excommunicari in omnibus Conciliis scimus) me ignorante a militibus suis ad monasterium nostrum deportatus est, cujus corpus neque suscepimus, neque sepelivimus, sed sine officio sacro ultra aquam vehi jussimus, ubi milites ipsi, nullo astante clericorum, sepelierunt illud longe nimirum a loco sacro. Accepta autem defensione Abbatis, eoque absoluto ab accusatione falsa: ejusmodi occasione sepulturæ excommunicatorum, rem tunc memoria dignam: quæ nuper contigisset, in medium attulit unus ex Episcopis, quam ipsa Acta sic habent:

(a) Luc.

XVII. Mira de excommunicato sepulto in loco sacro.

Tunc Episcopus Caturcensis cœpit enarrare dicens: *Nuperrime post Concilium Bituricense quidam de excommunicatis eques in nostra diœcesi interfectus est, quem ego, rogantibus amicis, & propinquis ejus, nullatenus solvere volui, ut cæteri metum haberent: gravem enim culpam prædantis habuerat. Itaque sine sacerdotis obsequio a militibus apud quamdam Ecclesiam sancti Petri, non me jubente, sepultus est. Mane autem facto, corpus ejus longe extra cœmeterium projectum, & nudum super faciem terræ inventum est: tumulus autem, ubi sepulturam habuerat intactus, & ita, ut dimissus fuerat, repertus est. Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo amplius, nisi vestes, quibus involutum corpus fuerat, invenerunt. Rursus cadaver ibidem sepeliunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidum claudunt: sed die altero projectum cadaver, & tumulum intactum, ut supra, aspiciunt. Quotquot sepeliunt: toties eodem ejectum tenore conveniunt. Tanto demum victi stupore, corpus longe a cœmeterio Ecclesiæ terra obruunt. Quo terrore perculsi Principe militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequaquam distulerunt.* Ad hæc respondit Concilium: *Quid hoc aliud est, nisi quia sub oculis hominum arbiter hominum affirmat Ecclesiæ suæ auctoritatem, quia excommunicati a sepultura Christianorum juste ab Episcopis segregantur? Tales enim negant fidem, dum latrocinia potius, quam pacem sectantur, &c.* His dictis deponendo sub interdicto omnes, qui pacem Ecclesiis negant, Odelricus Abbas ita proposuit:

XVIII. De interdicto constituto in seditiosos.

Odelricus interea venerabilis pater familiæ beati Martialis, sedens in cathedra juxta Primatem Lemovicensem, sacris, ut erat indutus, ornamentis, dare cœpit consilium Episcopis, dicens: Hic vos, charissimi, decernere oportet medicinam, quam contra generalem morbum adhibeatis. Si enim de pace tenenda, sicut est vestra voluntas, principes militiæ Lemovicensis urbis obstinuerint, quid contra ista erit agendum? Dixerunt Episcopi: Hæc jure petimus, charissime, ipse dato * *consultum. Quibus ille: Nisi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicensem publica excommunicatione, eo videlicet modo, ut nemo, nisi clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans a bimatu, & infra, in toto Lemovicino sepeliatur, nec in alium Episcopatum ad sepeliendum portetur. Divinum officium per omnes Ecclesias latenter agatur, sed baptismus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam signa sonent in Ecclesiis omnibus, & omnes proni in faciem preces pro tribulatione & pace fundant. Pœnitentia, & viaticum in exitu mortis tribuantur: altaria per omnes Ecclesias, sicut in Parasceve, nudentur: & cruces, & ornamenta abscondantur, quia signum luctus & tristitiæ omnibus est. Ad Missas tamen, quas unusquisque sacerdotum januis Ecclesiarum obseratis fecerit, altaria induantur, & iterum post Missas nudentur. Nemo in ipsa excommunicatione uxorem ducat, nemo alteri osculum det, nemo clericorum, aut laicorum, vel habitantium, vel transeuntium, in toto Lemovicinio carnem comedat, neque alios cibos, quam illos, quibus in Quadragesima vesci licitum est. Nemo laicorum, aut clericorum tondeatur, neque radatur, quousque districti Principes, & capita populorum per omnia sancto obediant Concilio. Si quis vero probatus fuerit aliquo modo hujus vinculi violator, non recipiatur, nisi cum digna pœnitentia: Magnopere enim Episcoporum excommunicatio est observanda, ne forte plus irascatur furor Domini super nos, & super populum, &c.* Subjicit ibidem de recipiendis pœnitentibus quibuscumque: sed de his, qui paci non

* consil.

con.

consenserint, hæc infert: *Hi tales* (inquit Synodus) *& privatim excommunicentur, ut sint segregati a communione corporis & sanguinis Domini: in Ecclesiam intrandi nullam habeant licentiam: cum Christianis non comedant, neque bibant, neque ambulent, carnem non comedant, vinum non bibant: non tondeantur, neque radantur, ad nullas orationes proficisci præsumant: si infirmi fuerint, non visitentur a clerico, morientes in ipsa excommunicatione, non fiat, de loco levati, in quo mortui fuerint, nec cooperiantur lino, neque petra, neque aliqua munitione: substantiam eorum nullus pro animabus eorum in eleemosynam accipiat.*

XIX. Quæ pœna in Episcopos transgressores.

Dictum in Concilio est: Si quis de Episcopis aliquotiens timore, vel amore, vel pecunia, se inflexerit, ut secundum Concilium non distringat per justitiam illum, quem distringere debet, & potest; sive absolverit vivum, vel mortuum, quem absolvere non debet, aut in aliquo probatus fuerit violare Concilium, quod ipse cum aliis Episcopis instituit, ab ipsis Episcopis deponatur usque ad spacium temporis, quod ipsi Episcopi concorditer judicabunt. Dixerunt Episcopi omnes: Placet nobis hæc propositio, & sic fiat. Similiter fiat de illo Episcopo, qui excommunicatum alterius Episcopi susceperit sive vivum, sive mortuum, vel in Episcopatu suo suscipi a quoquam permiserit, vel consenserit. Hactenus Patres de his, quæ spectabant ad pacem conciliandam, ac retinendam. Et post alia de Pontifice Romano injuste absolvente excommunicatos ab Episcopis, istiusmodi fuit in Synodo querela proposita, quæ ex Actis ipsis totidem hic reddenda est verbis. Sic enim se habent Acta ipsa:

XX. De accipientibus absolutionem a Papa.

Rursum in Concilio conquisitum est de excommunicatis Aquitanigenis, qui ignorantibus Episcopis suis, a Romano Papa pœnitentiam, & absolutionem accipiunt, & hac de causa pax, & Concilium in Aquitania destruitur, dum, quos isti ligant, ille injuste absolvit. Ad hæc venerandus Engelricus Cancellarius sanctæ Mariæ Aniciensis Ecclesiæ cœpit explicare, dicens: Stephanus Arvernensis Præsul ante hos annos Pontium Comitem Arvernensem excommunicatione obstrinxit pro uxore legitima, quam dimiserat, & aliam duxerat. Quem cum nulla ratione vellet absolvere, nisi emendatum: Comes a domino Papa absolutionem accepit, ignorante Papa, eum excommunicatum. Quod graviter Episcopus ferens, conquestorias litteras Romam Apostolico misit: cui ille in hunc modum remisit epistolam:

XXI. Papæ ep. pro conservandis juribus Episcoporum.

Quod nescienter egi, frater charissime, non mea, sed tua est culpa: scis enim, quia quicumque de universa Dei Ecclesia, quæ est in toto orbe terrarum, ad me causa remedii recurrit, impossibile est mihi ejus curam negligere, dicente Domino ad beatum specialiter Petrum: (a) *Petre pasce oves meas. Quo ergo modo Sedes Apostolica poterit ejicere aliquem de medela, nisi rationabili causa? Debueras certe mihi, antequam illa * mortua ovis Romam veniret, ejus causam tuis innotescere apicibus: * & eam ego omnimode abjicerem, tuamque firmando auctoritatem, eam anathematis ictu repercuterem. Profiteor quippe, omnibus consacerdotibus meis ubique terrarum, adjutorem me, & consolatorem potius esse, quam contradictorem. Absit enim schisma a me, & a Coepiscopis meis. Itaque illam pœnitentiam, & absolutionem, quam tuo excommunicato ignoranter dederam, & ille fraudulenter accepit, irritam facio & cassam, & de illa nihil aliud speret, quam maledictionem, qua satisfacta, tu ipse absolvis.* Hactenus Papæ epistola; pergunt mox Acta:

(a) Joan. 21.

* morbida

* ut

XXII. De querelis in Papam recantatio Episcop.

Dicebant ergo Episcopi ad invicem: Frustra hæc querela adversus caput nostrum mutire audet: Apostolicus enim absque culpa est, & potius nos culpabiles sumus, nisi litteris nostris ei notum faciamus de quibus volumus, ut absolvantur. Cum ergo tales deceperint Apostolicum, ut fraudulenter absolvantur ab eo, irrita est illis absolutio: ideoque nec ab eo .... nec de Episcopo Engolismense qui præsens est, quod dico, quidam ex suis parochianis excommunicatus ab eo, dum satisfacere nollet, non poterat impetrare ab eo pœnitentiam, qui sine licentia Episcopi sui Papa Romano surripuit pœnitentiæ legem, & litteras ex nomine ejus Episcopo detulit in Cœna Domini, quibus Episcopum rogabat Apostolicus, quatenus illi pœnitentiam, quam imposuerat, affirmaret. Episcopus vero intelligens fraudem, ait homini: Versa vice, quod ego postulare debueram ab Apostolico, Apostolicus postulat a me: Non credere possum, hoc mandatum ab eo extortum, & hoc tibi nihil utile est: & donec a me, vel ab hujus sedis Archidiacono, me jubente, accipias pœnitentiam, permane in excommunicatione. Et ejecit eum foras de Ecclesia.

XXIII.

Et dixerunt Episcopi: Hoc ab ipsis Apostolicis Romanis, & cæteris Patribus cautum teneamus. Ut parochiano suo Episcopus si pœnitentiam imponit, eumque Papa dirigit, ut judicet utrum sit, an non pœnitentia dignus pro tali reatu: potest eam confirmare auctoritas Papæ, aut levigare, aut superadjicere. Judicium enim totius Ecclesiæ maxime in A-

Quid Papa in pœnitentiis.

postolica Romana Sede constat. Item si Episcopus parochianum suam cum testibus, vel litteris Apostolico ad pœnitentiam accipiendam direxerit, ut multoties pro gravissimis fieri solet reatibus, in quibus Episcopi ad dignam hasitant pœnitentiam imponendam: hic talis licenter a Papa remedium sumere potest; nam in consulto Episcopo suo, ab Apostolico pœnitentiam, & absolutionem nemini accipere licet. Propter periculum surreptionis. Et post nonnulla hæc subinferunt: *Sic Apostolici Romani Episcoporum omnium sententiam confirmare, non dissolvere debent: quia sicut membra caput suum sequi; ita caput membra sua necesse est non contristari.* Nisi haud dubium ab eis erratum constet.

XXIV. Subiicit vero mox idem hæc quæ sequuntur, ad ea, quæ dicta sunt, confirmandum, in exemplum adducta: *Referam vero ad ædificationem, quod dudum de illo milite contigit Vascone, qui jubente Duce Vasconum * Sancto, Seniorem suum decollavit, invitus tamen, & terrore Ducis, & perterritus id egit, interminante irato Duce, & dicente: Nisi istum occideris, occidam te. Uno ergo ictu Seniorem proprium decollavit. Et gravissimo dolore repletus ad Episcopum suum pœnitentiæ causa recurrit. Cui ille compassus dixit: Debueras pro Seniore tuo mortem suscipere, antequam illi manus aliquo modo inferres, & Martyr Dei pro tali fide fieres: sed gravissimum reatum egisti, & nobis inauditum. Nescio tibi consilium ferre pœnitentiæ: sed vade quanto citius ad Papam Romanum; si tibi ille pœnitentiam concedit, & ego gaudeo & confirmo. Si te ille abiecerit, numquam nec a me, nec ab aliquo invenies pœnitentiam. Quod ille concitus implevit, & cum testibus detulit secum litteras Episcopi sui. Et cum Apostolicus secunda Paschalis feria apud S. Petrum sacra agens post Evangelium resedisset, capit ille reus ante eum in conspectu totius Ecclesiæ gravissime plorans & suspirans exclamare, dicens: pœnitentiam volo, domine pœnitentiam volo, domine. Apostolicus vir, qui dextra, levaque ei assistebant, ait: Requirite pro qua culpa. Ille inquisitus, nihil aliud dicebat, quam, Creatorem meum offendi, Creatorem meum offendi. Cui Apostolicus: Cur, inquit, Episcopum tuum non expetebas? & ille: Episcopus meus me misit ad te. Tunc testes Apostolico suggesserunt culpam, atque litteras Episcopi protulerunt. Sic Apostolicus Episcopo, qui a dextris ejus stabat, locutus est, dicens: Recogita auctoritatem divinam, quali pœnitentia hic mortuus possit vivificari. Et Episcopus ait. Dominus dixit in Evangelio. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros . . . . . .* Reliqua desunt. Porro eo tendere visa est Episcopi responsio ista: nimirum, ut sæculo renuntians peteret monasterium, ubi ad obitum usque in perpetua viveret pœnitentia. Sed ex iis quæ dicta sunt, illud magnopere observandum, quod inter ipsa Missarum solemnia de peccatore pœnitente oblatum judicium, non est jussum differi, nec reiici in aliud tempus peccatorem pœnitentiam implorantem, sed audiri, & ejus saluti opportunis remediis consuli. Quod secundum S. Gregorium nullum gratius Deo sacrificium offeratur, quam animarum salus, ipsa conversio peccatorum, propter quos ipsum incruentum Deo sacrificium offeratur.

* Sanco

De pœnitente Romam misso a suo Episcopo.

XXV. In eadem Lemovicensis Concilii Actione secunda, dum de impedimentis actum est, quibus prohiberetur aliquis ad sacros ordines promoveri, recitatum est, quod nuper Romanus Antistes ad S. Odilonem Cluniacensem Abbatem rescripsit: Acta enim ipsa ita se habent: *Ille qui adhuc vivens est, qui Stephanum Episcopum dolo occidit, cum non inveniret pro tanto crimine pœnitentiam, Cluniacum cœnobium petiit: monachus ibi effectus est: qui legere, & cantare tamquam peritus clericus sciens, ab Odilone Abbate cogitabatur offerre Episcopo ad gradus altaris. At providenter tractans venerandus Abbas, litteris directis ad Papam Romanum, consultum expostulat, & crimen monachi intimat. Cui Apostolicus talia remandat.*

S. Odilo consulit Papam de promotione sacrilegi.

XXVI. *Impossibile est, talem ad aliquem gradum provehi, neque etiam offerre oblationem ad manus sacerdotis, ne forte pro eo uno in plures furor Domini descendat. Sed nec communionem sanctam accipere potest: in exitu autem vitæ pro misericordia ei viaticum detur. Nihil hic aliud quam luctum agat, si illic forte misericordiam inveniat.* Hactenus Papæ rescriptum. pergunt Acta: *Ita hactenus ille vivit, permanens in pœnitentia, non offerens, non communicans.* Hucusque de his quæ spectant ad rescripta temporis hujus Romanorum Pontificum ex Actis Concilii Lemovicensis, hoc tempore, ut vidimus, celebrati ad declarationem eorum, quæ a Glabro sunt recitata, relinquente multa, involuta silentio; addente vero alia plura indigna prorsus Episcopis Gallicanis, penes quos, ut vidimus, adversus Principes, invadentes res Ecclesiasticas, Apostolica censura vigebat. Tertia autem ejus Synodi Actio a Patribus indictæ desideratur.

Papæ responsio ad Odilonem.

Eo-

XXVII. Eodem anno, ubi Hermannus Archiepiscopus Hamburgensis successit in locum Libentii, pallium accepit, a Benedicto Pontifice, de quo plura habet (a) Adam in Chronico.

(a) *Adam l. 2. c. 49. 50.*

XXVIII. Eodem anno Conradus Imperator Burgundiam sibi relictam a Rudolpho armis subegit; cum & Burchardum Lugdunensem Archiepiscopum (ut ait (b) Hermannus sui temporis scriptor) genere nobilem & strenuum, sed per omnia scelestum & sacrilegum, cum multis aliis Principibus in deditionem accepit, subjugatoque Burgundiæ regno rediit. Hæc ipse. Sed quæ his subiiciat Glaber, de Burchardo seniore agens audiamus (c): *Fuit igitur in supra taxatis diebus dissensio permaxima post mortem Burcharde Archipræsulis Lugdunensis, de præsulatu ipsius sedis, quam plures non justis appetebant meritis, sed instinctu superbæ elationis primus omnium prædicti Burchardi nepos ejusdem æquivocus, supra modum superbissimus, relicta sede propria Augustanæ civitatis, procaciter Lugdunensem arripuit: qui post multas perpetratae nequitiae captus a militibus Imperatoris, perpetuo est condemnatus exilio. Post ipsum vero quidam Comes Gerardum filium suum parvulum quemdam arroganter ibidem, sola præsumptione auctore, substituit, & ipse post modicum, non ut pastor ovium, sed veluti mercenarius in fugam versus delituit. Quæ omnia dum perlata fuissent Romano Pontifici, suggestum est ei a viris fidelibus, ut sua auctoritate patrem Odilonem Cluniacensis monasterii Abbatem ibidem eligeret consecrari, Pontificem. Sic enim totius Cleri, ac plebis optans acclamabat devotio. Qui protinus mittens eidem patri pallium simul & anulum, imperavit eumdem prædictæ civitatis fore Archiepiscopum. Sed vir religiosus suæ humilitatis attendens propositum, omnimodis renuit fieri, pallium, & anulum suscipiens, illi, qui Deo dignus existeret, reservavit futuro pontifici ejusdem sedis.* . Et post pauca: *Contigit enim postmodum, ut Henricus Rex recepto regno Austrasiorum, dum * cœpisset hujus dissensionis cladem, condoluit, perquirens quid exinde agere deberet. Cui dum apud Fesontionem devenisset, suggestum est, tam ab Episcopis, quam ab omni plebe, virum æque tali ministerio dignum, Odelricum scilicet Lingonensis Ecclesiæ Archidiaconum Lugduni constitueret Pontificem. Qui protinus, ut suggestum fuerat, speciosissimis ad ornatum indumentis ad præfatam illum destinavit sedem. Illico nempe restituta est totius provinciæ requies, & pax diu optata cum gaudio.* Hucusque de Ecclesia Lugdunensi diu agitata discordiis, ac tandem optimi Præsulis substitutione pacata. Ac præterierunt ista, & multa alia de S. Odilone Petrum Damiani, qui ejus vitam conscripsit, sed pertenuem quidem, longeque imparem meritis tanti viri, de quo inferius dicendum.

(b) *Herm. Contr. edit. ult. ex cod. Aug. hoc a. an. & 1036.*

(c) *Glab. l. 5. c. 4.*

S. Odilo recusat Archiep. Lugdun.

* f. accepisset

XXVIII. Romani Imp. obitus & Michael. creatio. Quod ad res pertinet Orientales, hoc anno, Indictione secunda, die undecima mensis Aprilis, Romanus Imperator, cum imperasset annos quinque, & menses sex, ab adultera conjuge Zoe Augusta veneno parato consumptus paulatim, sed necdum defunctus, opera ejusdem conjugis, & ejus, qui in locum ipsius Michael origine Paphlago adulter est subrogatus, misere strangulatus interiit. Fuerat Michael arte argentarius, sed forma pulcherrimus, quem impudica femina deperibat, adeo ut nec propinquam viri mortem veneno curatam expectare potuerit. Ita enim, ut

PAGIUS IX. Ad num. XXVII. *Libentius* II. Archiepiscopus Hamburgensis mortuus est, eique *Hermannus* Præpositus Ecclesiæ Halberstadensis successit, anno millesimo tricesimo secundo, ut docet Adamus lib. 2. cap. 49. & seq. cui Chronographus Hildensheimensis suffragatur.

Libentius Archiep. Hamburgens. moritur.

X. *Burchardo* Archiepiscopo Lugdunensi anno circiter millesimo vicesimo nono demortuo, inter multos de successore acriter certatum, ut narrat Baronius ex Glabro lib. 5. cap. 4. qui addit, cum suggestum fuisset *Romano Pontifici*, ut Odilonem Cluniacensis monasterii Abbatem juxta Cleri ac plebis votum ibidem Pontificem consecraret, sanctum Abbatem ad Archiepiscopatum illum suscipiendum adduci non potuisse. Post Baronii mortem Dacherius Tom. II. Spicilegii literas Joannis Papæ XIX. ad Odilonem datas publicavit, quibus eum urget Pontifex, ut onus non refugiat, inter alia scribens: *percepimus injuriam S. Lugdunensis Ecclesiæ petentis te in conjugium, quia competebat; cui etiam salivam in facie jecisti. Obmittimus injuriam sanctæ plebis, cui regimen parcendo soli vitæ tuæ refugisti & refugis. Tacemus quod auctoritatem tantorum Præsulum monentium & rogantium ad Episcopalem dignitatem accedere posthabuisti*, &c. Paulo post: *Nam hoc sacrum regimen sicut a nullo est temere usurpandum, ita petente Ecclesia a nullo tui simili est vitandum. Quoniam tantorum perditionis reus erit, quantorum salutè exemplo & doctrina prodesse potuisset*, &c. Extat nunc illa Epistola Tom. IX. Concil. Sed cum sanctus *Odilo* ad honorem illum assumendum nullatenus adduci potuisset, *Odolricus* Archidiaconus Lingonensis, vir literis apprime eruditus, suadente *Halinardo* tunc Sancti Benigni Divionensis Abbate, ab Henrico Imperatore Lugdunensis Præsul dictus est, ut fuse narrat Chronographus Sancti Benigni, qui Henricum Conradi Imp. filium, & ab eo in Regni Germanici consortium ascitum *Imperatorem* appellat, quia post patrem imperavit. Porro cum *Rodulphus* ultimus Burgundiæ Transjuranæ Rex, ad quem civitas Lugdunensis pertinebat, anno MXXXII. vivere desierit, eique

S. Odilo Lugdunensem Archiep. recusat.

Zoes Imp. immane scelus. cæcus, ita & aliger quoque ob pernicitatem consuevit pingi impudicus Cupido. Etenim nec sacrosanctam pœnosam hebdomadam verita est: nam feria quinta adeo immane facinus perpetravit. Porro Curopalates de inauguratione Michaelis ista subjungit:

XXIX. *Hac nocte, cum sacrosancta Christi tormenta canerentur, accersitus est Alexius Patriarcha ab Imperatore, ut se cito ad palatium conferat, qui cum præsto fuisset, reperit mortuum Imperatorem Romanum. Illato autem triclinio in suggestu sedens Zoe educit Michaelem, & Patriarcham cogit ipsum secum consecrare; qui verbis illius obstupefactus obmutuit, & benedictionem anceps differebat. Verum Joannes cum Zoe, quinquaginta auri libris Patriarchæ, & quinquaginta Clero traditis effecit, ut dignos eos putaret, quos consecraret. Romanus autem Imperator, ut diximus, interemptus in monasterio a se recens condito illustri sepelitur, ipso magno Parasceves die. Zoe autem Michaelem in regio throno a se collocatum, existimavit se pro viro & Imperatore servum ac ministrum habiturum; & jam patriis eunuchis in palatium introductis, strenue aggrediebatur publica munera. Verum ei omnia præter spem aperte successere & contra sententiam. Nam Imperatoris frater vir strenuus, & rerum peritus, simulatque in Regiam ingressus est, fratri metuens, Reginæ eunuchos a palatio amovendos curat, & fidelissimas ejus ancillas ejecit, & mulieres sibi cognatione propinquas custodes ejus imposuit, & nulla res aut parva aut magna gerebatur, nisi eo volente, & prorsus ab omnibus illa prohibebatur, ac ut balneum quidem attingebat, nisi eo volente, &c.* Inferius autem ista subiicit:

Non placuisse autem Deo quæ fiebant, statim ex ipsis exordiis demonstratum est. Undecima enim hora sancta & magna Dominica decidit intollerabilis & violenta grando, adeo ut confringerentur non solum arbores sive fructuosæ, sive infructuosæ sed etiam domus corruerent, & templa usque ad solum, & segetes, & vites. Quare fuit hoc ipso tempore magna omnium frugum & fructuum inopia. Accidit illud valde prodigiosum, ut quem omnium pulcherrimum Zoe sibi delegerat in maritum, idem novo accidente in vindictam sceleris divinitus orto, fieret deformissimus. Etenim (ut idem subdit Curopalata) arreptus a diabolo, dæmoniacus evasit, a quo horrendis modis distorqueretur, nec valuit ullo remedio, sive sacro per viros Ecclesiasticos procurato, sive a medicis adhibito, aliquo modo sanari; sed ad obitum usque ostentui factus omnibus mansit in exemplum divinæ vindictæ. Secuta sunt & alia mala iræ Dei indicia manifesta. Nam eodem anno agmina locustarum exorta per triennium sunt omnia usquequaque depasta, cum hæc per visum ostensa fuisse sacro ministro, idem sic recitat Curopalata: XXX. Mic. Imp. arrept. a dæmone.

Quidam ex eis, qui ministrabant Episcopo, per visum ista divina revelatione cognovit. Existimabat videre eunuchum quemdam alba veste indutum, forma splendentem, qui tribus apud se saccis appositis jussus fuerat unum evacuare, deinde alterum, postremo tertium. Qui cum fecisset quod jussus fuerat, primus serpentes & scorpiones ejecit, alter rubetas & aspides, & basiliscos, & cerastas, & alia id genus venenata animalia; tertius scarabæos, & culices, & vespas, & alia quædam, quæ in posterio- XXXI. Visio ostensa de malis venturis.

PAGIUS que in Regnum Burgundiæ *Conradus* Imp. successerit, apparet Sedem Lugdunensem longo Interpontificio laborasse.

XI. Conradus Imp. rebelles in Burgund. domat. Conradus Imp. anno superiori Burgundiæ Regnum armis sibi subiecit, ut ibi ostendimus. Gesta autem hoc anno ab eodem Imperatore his verbis refert Wippo: *Hujus anni æstate, dum Odo præfatus promissa non attenderet, sed adhuc quamdam partem Burgundiæ, quam injuste invaserat, obtineret; Imperator Conradus expeditione Teutonicis & Italis Burgundiam acute adiit; Teutones ex una parte, ex altera Archiepiscopus Mediolanensis Heribertus & cæteri Italici ductu Huperti Comitis de Burgundia usque Rhodanum fluvium convenerunt. Augustus veniens ad Genevensem civitatem, Geroldum Principem regionis illius & Archiepiscopum Lugdunensem atque alios complures subegit: & reversus Castrum Murat cum fortissimis militibus Ottonis munitum obsidens, vi cepit, & quos intus invenerat, captivos duxit. Cæteri fautores Odonis hoc audientes, solo timore Cæsaris fugerunt: quos persecutus Cæsar omnino exterminavit de regno & acceptis de Principibus Burgundiæ multis obsidibus rediit per Alsatiam ad Imperatricem.* Quæ narrat itaque Baronius hoc quidem anno contigere, sed jam superiori Burgundiam Conradus occupatat, adversus quem postea aliqui rebellarunt. Hepidannus in Annal. idem fere narrat ad annum MXXXIV. sed perperam addit, Imperatorem *in festivitate S. Petri ad vincula* coronatum fuisse, & in Regnum Burgundionum electum, id enim anno superiori contigit, ut ibidem dictum est.

A num. XXVIII. ad XXXII. Romanus Argyrus, inquit Cedrenus, *morbo lento correptus est, capitis & barbæ pilis defluentibus, veneno ut ajunt ei ab Joanne propinato, qui deinde pupillorum alumnus factus fuit.* Subdit Zoen Imperatricem Michaelis Joannis fratris insano amore correptam, ut hunc Imperatorem crearet, maritum venenis lentissimis confecisse, indictione secunda, XV. die Aprilis; *quo die sancta magna sancta feria erat solemnitas*, sed loco, *XV. die Aprilis*, legendum cum Curopalate, *XI. die Aprilis*, in quam hoc anno Cœna Domini incidit. Michael Psellus, ait rumorem fuisse Romanum *Argyrum* veneno sublatum, sed fatetur se id igno- XII. Moritur Romanus Argyrus Imp.

viore parte gestant aculeum, ut crabrones. Et ille quidem propter id quod viderat, mutus erat. At splendidus ille vir, cum eum ad seipsum accersiret: Hæc, inquit, advenero, & venient in vos, propter violata Dei jussa, & nefarium facinus admissum in Romanum Imperatorem, & in ejus cubile: & hæc ita evenere. Hæc ipse. Qui sequentibus annis quæ accidere insuuita, recenser, nempe frequentes terræmotus, & terræ hiatus, quibus quinque absorta sunt oppida, barbarorum incursiones, siccitates, grandines, & alia id genus ingentia mala.

XXXII. Hoc eodem anno cultum Ecclesiæ Russicæ propagatum esse a Russorum Duce, Longinus in Annalibus Polonorum testatur his verbis: *A bellis ad religionem Jorasdixlaus Russiæ Dux conversus plura monasteria non solum virorum, sed & feminarum, pluresque Ecclesias in Kiiom fundat & ædificat: extruit deinde sumptuoso muro Ecclesiam sanctæ Sophiæ, cujus turrim tabulis deauratis tegit, Ecclesiam vero vasis aureis & argenteis, libris, vestibusque pretiosis dotat.* Russiorum Ecclesia illustrata.

XXXIII. Polonorum vero Ecclesiæ status admodum labefactatur: defuncto enim hoc anno Miecyslao Rege, sub quo Bohemi, Moravi, Ruteni, & Cisalpini populi insuper Lubecenses, & Magnopolitani, aliique a parente sub jugum redacti, a Polonorum dominio defecere: ad postremum vero in ejusdem Polonorum Principatus exterminium in eligendo Rege dissidio scissis inter se Principi- Casimirus Reg. Poloniæ filius Monach. Cluniac.

PAGIUS ignorare. Agebantur, inquit, Resurrectionis pervigilia: abiit Imperator ante lucem in balneo loturus, ubi obiit, *cum imperium tenuisset annos quinque cum dimidio.* Et successit *Zoe* ejus uxor, quæ jussit *Michaelem* salutari Imperatorem.

XIII. *Michael Paphlago ejus successor morbo fontico laboravit.* Narrat Baronius ex Curopalate hunc Michaelem Paphlagonem *Zoes* amasium demoniacum evasisse, eumque ea in re Baronius sequitur. Verum Psellus, qui de Michaele accurate agit, ait eum morbo fontico laborasse, quod Curopalatem in errorem induxit: *Aliud præterea*, inquit Psellus, *adjumento fuit, ut omnem a se procul Imperator de illo suspicionem amoveret. Gravis enim quispiam morbus statim a pube illi inciderat. Hæc vero ægritudo crebri quadam emotio ac vertigo erat quibusdam periodis, nullaque mali indicatione, subito conturbabatur, versabatque oculos & humi collidebatur, & caput ad terram affligebat, atque ad longum tempus quatiebatur, ac brevi consueta ei vultus species redibat. Videns itaque Imperator eo morbo correptum, casum miserabatur, ac insania quidem eum habebat amorum vero & gratiarum ut in animum induceret, adduci non poterat. Morbus vulgo prætextus videbatur, insidiarumque composita latebra. Ac plane vera videri poterat ea suspicio, nisi & postea nactus imperium pari vertigine symptomate laborasset.*

XIV. *Zoe Imperatrix obscænis amoribus dedita.* *Haud itaque arduum erat Imperatori amare eos qui se mutuo deperibant; facile enim etiam crediderat. Ut autem ego audivi ex uno eorum, qui tum in Aula versabantur, viro scilicet qui omnes amoris Augustæ causas noverat, mihique scribendæ Historiæ argumenta suggessit. Volebat quidem Imperator prope credere non deperire Augustam, Michaelem, inque ejus amoribus esse. At sciebat omnino amare & ex libidinis æstro perditam esse, ne itaque ad multos difflueret, tolerabile, mitiusque habebat, quod cum uno uxor consuesceret; sed eo quod simulate despiceret Augustæ effusam implebat libidinem.*

XV. *Moritur Misico II. Rex Poloniæ.* Ad num. XXXIII. Chronographus Hildensheimensis Misiconis hujus nominis II. Poloniæ Regis mortem hoc anno narrat: *Misacho Polianorum dux immatura morte interiit, & Christianitas ibidem sui a prioribus bene inchoata* (a Misicone nempe avo Bolellao patre) *& a se melius roborata, flebiliter, proh dolor! disperiit.* Ad hunc etiam annum Chromerus lib. 4. hanc mortem refert, & pluribus narrat turbas post eam in Polonia ortas, quas imputat *Rixa* seu *Richeza* Reginæ, penes quam erant Regia potestas, & *Casimirus* Misiconis filius ac successor, addens Reginam veritam, ne irritatis in se hominum animis, magnum aliquod malum in se redundaret, consilium fugæ iniisse. Verum uti an. MXXV. ex ejusdem beatæ Reginæ Vita a Monacho Anonymo scripta jam diximus ea antea maritum adulterum deseruerat & ad Conradum Imp. se se clanculo contulerat.

XVI. *Casimirus ejus filius fit Monachus.* Difficultatem tamen facit, quod in eadem Vita, seu potius Elogio Historico, dicitur, nempe *Piligrino* Archiep. Coloniensi moriente Hermannum *Richezæ* fratrem in ejus locum subrogatum fuisse; statimque subjungitur: *Eodem tempore Richeza Regina facto inter se & Regem conjugem suum divortio*, & cætera loco citato recitata. Hermannus enim in fusiori Chronico, & Chronographus Hildensheimensis Piligrini mortem & Hermanni ordinationem in annum MXXXVI. conferunt; cum tamen *Misico* currenti anno e vita migrarit. Hæc itaque verba, *eodem tempore* late interpretanda existimandumque *Richesam* Misiconem conjugem paulo ante mortem deseruisse & ad Conradum Imp. venisse. Quidquid hac de re sit certum est, post *Misiconis* obitum Poloniæ statum turbatissimum fuisse, & *Casimirum* Regem clanculum Cluniacum profectum Monachum induisse. Per sex aut septem annos in Polonia miscentur omnia cædibus mutuis, collatisque signis inter cives atque Proceres concurritur. Neque ministris sacrorum ac ne ipsis quidem Templis parcitur, & in pristinam barbariem ac impietatem, Polonia abjecto vero Dei cultu, relapsura esse videbatur. Ad domestica mala accessere hostiles incursiones, hincque *Jaroslaus* Russiæ Dux & illinc *Pradislaus* Bohemiæ Dux Poloniam infestarunt, ut fuse narrat idem Chromerus. Udalrici enim Prædislai decessoris interitum hoc anno contigisse affirmat Chronographus Hildensheimensis, qui ait: *Udalricus Bohemiæ Dux fratre secato, filio fugato, item sacramenta refringens* (cum Conrado Imp. firmata), *infidelitati insistit, & tandem in cœna residens, cibo potuque suffocatus extabuit.* De Richeza in Casimiri morte, & de Casimiri in regnum restitutione infra agemus. Her-

pibus, magno provinciæ damno, incredibilique Ecclesiarum jactura septem annorum spatio interregnum perseveravit, expulsa Regina, ejusque legitimo regni successore, qui in Germaniam sunt profecti. Casimirus vero Regni legitimus hæres sapientiori consilio nuntium remittens sæculo, Cluniacensium, monachorum arripiens institutum, tunc disciplina florentissimum, Cluniaci mutato ex Casimiro in Carolum nomine & habitu, vitam monasticam solemni ritu profitetur. Quomodo autem ad regnum fuerit revocatus, suo loco dicetur.

Se-

PAGIUS XVII. *Gesta ab Henrico Germaniæ Rege.*

Hermannus Contractus in fusiori Chronico ad annum MXXXIV. habet: *Pagani Sclavi Leutizi dicti Saxoniæ terminos infestant.* Chronographus vero Hildensheimensis: *Plura & insolita bella inter Liutizos & nostrates ad oppidum VVirbini exorta sunt, in quibus de nostris quidam interfecti sunt, & plerique sauciati.* Wippo narrata Conradi Imp. in Burgundiam expeditione, de qua mox egimus, subdit: *Interea dum hæc quæ superius dicta sunt, Imperator in Burgundia faceret, filius suus Henricus Rex, licet in puerilibus annis, non segniter Reip. consuluit in Bohemia & in cæteris regionibus Sclavorum; ubi Udalricum ducem Bohemiæ & reliquos quam plures Cæsari adversantes strenue subjugavit, & redeunti patri occurrens, de duplici victoria duplex gaudium populis effecerat.*

XVIII. *Leutici Pagani a Conrado Imp. compressi.*

Deinde collectis copiis de Saxonia super eos, qui Lutizi vocantur, quique olim Semichristiani, nunc per apostatiam nequitiam omnino sunt Pagani, Imperator venit: ibique conflictum implacabilem mirabiliter diremit. Inter Saxones enim & Paganos fiebant ea tempestate multæ dissensiones & incursiones; cumque Cæsar veniret, cœpit quærere, ex qua parte pax, quæ diu inviolata inter eos fuerat, prius corrumperetur. Dicebant Pagani a Saxonibus pacem primitus confundi, id per duellum, si Cæsar præciperet, probari. E contra Saxones ad refellendos Paganos similiter singulare certamen, quamvis injuste contenderent, Imperatori spondebant. Imperator consulentibus Principibus suis, licet non tanto satis ageret, hanc rem duello diiudicari inter eos permisit. Statim duo pugiles congressi sunt, uterque a suis electus: Christianus in sola fide, quæ sine operibus justitiæ mortua est, confidens, & non diligenter attendens, quod Deus, qui veritas est, omnia in vero judicio disponit, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos: qui pluit super justos & injustos: audacter pugnare cœpit. Paganus autem solam conscientiam veritatis, pro qua dimicabat, præ oculis habens, acriter resistebat. Postremo Christianus a Pagano vulneratus cecidit. Ex qua re Pagani in tantam elationem & audaciam venerunt, ut nisi Imperator adesset, continuo irruerent super Christianos, sed Imperator ad comprimendas incursiones eorum construxit castrum VVirbinum, in quo præsidia militum locabat, & Principes Saxoniæ, ut unanimiter resisterent Paganis, sacramento & Imperiali jussione constringebat; deinde reversus est in Franciam, nempe Orientalem.

XIX. *Crudelitas Leuticorum in Christianos.*

Loquitur etiam Glaber lib. 4. cap. 8. de hac *Leuticorum* crudelitate & victoria de illis a Conrado Imp. reportata. Ille Leuticorum, quorum hoc & præcedenti sæculo frequens mentio occurrit, situm hactenus valde obscurum his verbis explicat: *Germania, quæ a Rheno flumine sursum versus ad Aquilonarem Orbis plagam tendens sumit exordium, gentibus incolitur quampluribus, ferocissimis atque promiscuis. Inter quas una cæteris crudelior, commanens in ultima parte secunda Retia. Nam prima Retia, licet a Rheno utraque dicantur, in parte ejusdem Regni conjacet occidentali. Quæ scilicet corrupte regnum Lotharii vulgo nuncupatur. In altera, ut diximus, gens Leuticorum barbara omni crudelitate ferocior, cujus vocabulum a luto derivatur. Est enim omnis illorum habitatio circa mare Aquilonare, in paludibus sordentibus, & idcirco Leutici, quasi Lutei vocantur. Hi quoque anno a Passione Domini millesimo* (anno nempe Christi MXXXIII. secundum ejus sententiam) *de suis egressi latibulis vicinas sibi provincias Saxonum ac Barbarorum nimium crudeliter devastantes, res Christianorum ad solum usque deleverunt*, &c.

Krantzius lib. 4. de Sax. Blundellus in Pleniori Assert. Genealogiæ Franc. pag. 23. Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Notis ad Vitam S. Adalberti Episc. Pragensis pag. 862. aliique passim Recentiores *Leuticios*, seu *Leuticos*, eos populos interpretantur, qui hodie *Lusati* dicuntur, & in *Silesia* habitant. Verum nominis similitudo Viros doctissimos decepit; Glaber enim Auctor synchronus eos circa mare Aquilonare habitasse diserte docet, & Ditmarus lib. 7. pag. 106. de Leuticis loquens ait: *Qui Abotriti & VVari vocantur* qui ideo in Ducatu Mecleburgensi hodierno ac in Occidente Pomeraniæ sedes suas habebant. Ditmarus autem anno MXVIII. obiit, & Obotritos seu Abotritos ac Waros ibi habitasse non videtur in dubium revocari posse. Cluverius in Germania Antiq. lib. 3. pag. 106. recte probat, *Varinos* seu *Varnos*, qui iidem sunt ac *VVari*, Ducatum Mecleburgensem incoluisse. Quare eorum situm Glaber scite designavit, licet multa absurda in medium afferat, ut quando ait, Rhætiam *in parte Occidentali Rheni* positam esse, *quæ scilicet*, subdit, *regnum Lotharii vulgo nuncupatur*, quo nihil falsius. Addit Rhætiam, ubi Leutici, a Rheno ita appellatam, quod in Geographia monstruosum. Sed si exemplo quorundam aliorum Scriptorum, qui media ætate vixere, nova nomina fingit, situm tamen Leuticorum optime notat, cum ait: *Est enim omnis illorum habitatio circa mare Aquilonare* (nempe circa mare Balticum) *in paludibus sordentibus*. Quæ vera positio Ducatus Mecleburgici seu Megalopolitani, non vero Lusatiæ. Verum hanc difficultatem exhauriemus sæculo sequenti, quo de Sancto *Ottone Bambergensi* Episcopo, & Pomeranorum Apostolo verba faciemus.

XX. *Situs Leuticorum in Germania.*

I. *Berengarius hæreticus rursum emergit.* SEquitur annus Christi millesimus trigesimusquintus Indictione tertia, quo magnam Synodum Tribulensem collectam esse, Hermannus testatur in Chronico a Canisio nuper edito ex codice Augustano, sed Acta ejus hactenus latent, vel periere. Quo etiam tempore Berengarius Turonensis, Andegavensis Archidiac. cujus error de veritate corporis Christi in sacramento Eucharistiæ negata fuerat (ut vidimus) a Roberto Rege damnatus, ut nedum asseri, sed nec audiri eo vivente permissus sit; eo jam defuncto, liberius absque obice hæresim promulgare atque firmare ausus est, annitente Brunone Andegavensi Episcopo, quem in eamdem vesaniam aucta errorum propagine, non solum decipiendo perduxerat, sed & propugnatorem acerrimum constituerat. *Henrici Reg. selur adversus hæresin Berengarii.* Cum vero nefandæ blasphemiæ rumor jam Gallias universas implesset, necnon Germanias pervasisset: Henricus Francorum Rex Christianissimus, Roberti parentis ut regni, ita & pietatis hæres, ejus exemplo ad condemnandum errorem, profligandam hæresim, penitusque obruendam, ut nullatenus amplius audiretur, ocyus exurrexit, quamvis suorum civili bello teneretur jugiter occupatus; probe sciens, tunc reddi sibi Deum propitium ad debellandos, infestos hostes, cum emergentes hæreses comprimuntur, & regia potestate, ne vel mutire audeant, continuo strangulantur; redditque tunc pacificum, atque divina protectione securum regnum, cum Rex sollicite curat ejus Ecclesiam ab omni prorsus hæresis labe impollutam integramque servare. Quamobrem paterno exæstuans, zelo, impiger ad conficiendum monstrum, ab inferi portis nuper emersum & magna omnium admiratione, sed majori detestatione auditum, regia tuba milites convocat, cum videlicet totius regni Episcopos ad Concilium vocat. Quoniam autem sicut periculosum valde est (a) sine consilio Concilium agere: ne id tum faceret suis litteris monuit eum, & quidem justa de causa, atque evidenti ratione vir disertissimus atque sanctissimus Durandus Leodiensis Episcopus, qui licet humili loco natus, tum litteris, tum moribus nobilem illam suo tempore illustravit Ecclesiam. Cujus epistolam doctissimam quidem, quæ adhuc superest, hic describere ad veritatem in primis intelligendam, necessarium duximus. Sic enim se habet ejus inscriptio: (b)

(a) 1. Mac. 5.

(b) habetur t. 3. bib. Sanct. in fin.

II. *Ex bibliotheca Ludovici Martelli Rothomagensis incipit epistola Durandi Leodi-*

PAGIUS SÆC. XI

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6528.

☉ 8. E. ☽ 10. P. 30. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1035.

BENEDICTI IX. PAPÆ 3.

CONRADI II. REG. 12. IMP. 9.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 2.

An. Eræ Hisp. MLXXIII. An. Hegiræ CCCCXXVII. inchoato die 5. Novemb. fer. 4. A. C. 1035.

I. *Synodus Triburiensis.* AD num. I. & seqq. Accurate Baronius Synodum *Triburianam* cum Hermanno Contracto in Auctiori Chronico hoc anno, perperam vero Cossartius Tom. IX. Concil. cum Sigeberto anno millesimo trigesimo primo consignat; Hermannus enim est horum temporum Scriptor. Recte tamen Cossartius hujus Actis Concilii ex Baldrico in Chronico Cameracensi, lib. 3. cap. 51. narrat: *Tribucia*, inquit Baldricus, *secus Maguntiam Imperator Conradus de diversis partibus Episcopos convocavit, ut quæ utilitatis & religionis sunt, adinvicem conferrent. Qui post aliqua Doctorum suorum, hoc habuerunt capitulum: ut si quando jejunium primi mensis, in ea hebdomada qua constat caput jejunii, sicut solet, eveniret, amborum jejuniorum celebritas una officii expletione compleretur. In hoc rursus moderatissimus Pastor* Gerardus (sc. Cameracensis Episc.) *antiquam Patrum consuetudinem servari monebat; & in altera hebdomada officium primi jejunii celebrandum, pro consuetudine antiqua censebat. Cujus oblata sententia, visa est congrua, & ab eis decreta est tenenda.* Chronographus Hildesheimensis Concilium istud in annum sequentem differt, indeque idem Cossartius pag. 937. Concilium *Teburiense* in duo dividit, quorum prius anno MXXXI. posterius hoc vel sequenti anno celebratum fuerit. Sed non dubito, quin Auctores illi de uno eodemque Concilio verba faciant, quod unus Hermannus Contractus suo anno reddidit.

II. *Berengarius post hæc tempora hæresim suam sparsit.* Baronius refert, *Berengarium*, cujus hæresis a Roberto Rege Francorum compressa fuerat, annitente *Brunone* Andegavensi Episcopo, eam liberius promulgare ausum esse, sed *Henricum* Roberti patris successorem totius Regni Episcopos ad Concilium vocasse, eique silentium imposuisse. Addit Baronius Concilium illud non videri celebratum fuisse, *Theoduino* Leodiensi Episcopo Regem dissuadente. Verum Concilium illud *Parisiense* anno ML. celebratum, & *Bruno* anno tantum millesimo quadragesimo septimo Huberto in Episcopatum Andegavensem successit, ut San-Marthani in Episcopis Andegavensibus certis argumentis demonstrant. Quare *Berengarius* nonnisi longe post hunc annum errorem suum disseminavit.

III. Refert postea Baronius num. II. & seqq. Epistolam *Durandi* Leodiensis Episcopi *contra Brunonem Andegavensem Episcopum & Beren-ga-*

diensis Episcopi, de corpore, & sanguine Domini, contra Brunonem Andegavensem Episcopum & Berengarium Turonensem.

Durandi Episc. ep. ad Henric. Reg.

*Fama supremos Galliæ fines prætergressa totam Germaniam pervasit, jamque omnium nostrum replevit aures, qualiter Bruno Andegavensis Episcopus, item Berengarius Turonensis antiquas hæreses modernis temporibus introducendo, astruant corpus Domini non tam corpus esse, quam umbram & figuram corporis Domini; legitima conjugia destruant, & quantum in ipsis est, baptismum parvulorum evertant. Quos ad revincendum, & publice confutandum, eo zelo, eoque fervore, quo erga sanctam Ecclesiam divina inspiratione plurimum semper ardetis, ajunt vos Concilium advocasse, ubi tandem illud totius nobilissimi regni vestri heu nimis turpe opprobrium de medio auferatis, & in æternum, si fieri potest, ab ipsa * omnium memoria deleatis. O pia voluntas, & vere Rege dignissima! quæ utinam effectum habere posset, ut in tanto sacrilegio convicti (quod certe facillimum est) absque ulla dilatione debita ultio consequeretur.*

* hominum

III. Solius Rom. sedis deponere Episcopos.

Sed desperamus id fieri posse, cum Bruno existat Episcopus: Episcopum autem non oportet damnationis subire sententiam præter Apostolicam auctoritatem. Igitur omnes, quicumque sumus filii sanctæ matris Ecclesiæ, in maxima dolore positi sumus. Nam plurimum veremur, si illis miserrimis & perditissimis viris audientia sancti Concilii (sicut ipsi de pœna securi postulant) permittatur, cum de tanta præsumptione revinctos puniri minime concedatur, gravissima scandala in omnium Fidelium populo generari. Certe quod videbunt impunitos, & nequaquam a sui gradus honore dejectos: eosdem putabunt ab omni Concilio, aut vinci non potuisse, aut justificatos esse: eruntque (ut ita dicam) novissima pejora prioribus.

IV. *Ergo majestatem tuam omnes exoratum vellemus, ut interim illorum impiam sacrilegam & nefariam assertionem audire contemneretis, donec accepta Romanæ Sedis audientia, damnandi potestatem haberetis. Quamquam hujusmodi homines, nequaquam oporteat audiri; neque tam est pro illis Concilium advocandum, quam de illorum supplicio exquirendum. Tunc quippe hæretici necessario audiendi fuerunt, quando hæreses ipsæ, & hujusmodi quæstiones, utpote quæ nondum ad unguem discussæ fuissent, in dubium venire poterunt, ut per congressum certaminis patesceret, utra pars staret pro defensione veritatis. Quod idem nunc profecto fieri non oportet, quia creberrimis sanctorum Patrum Conciliis, tum etiam venerabilium doctorum clarissimis sententiis ita omnia sunt eliquata, ut ne minimum quidem resederit de omni fere dubitationis. Sed & nos ex multis, epistolari brevitate cogente, pauca exponemus & proponemus exempla, pertinentia ad corpus & sanguinem Domini. Ait itaque beatus Leo Papa &c.* Recitatis enim contra Brunonem & Berengarium sancti Leonis Papæ, Cyrilli, Ambrosii, Augustini, Basilii, Eusebii, Hilarii, & Toletani Concilii verbatim sententiis, ita perorat: *Quamobrem Brunonem & Berengarium jam anathematizatos arbitramur. Quod si ita est, vere illis audientia Concilii deneganda est: & cum vestræ, cumque nostræ*

Non audiendi sed damnandi Hæretici quando sint.

PAGIUS

Non Durandus, sed Deoduinus adversus eum scripsit.

garium Turonensem, in qua cum Concilii adversus eundem Berengarium memorati nulla mentio sit, inde Cardinalis doctissimus deduxit, præfatum Concilium congregatum non fuisse. Sed ea Epistola non a *Durando*, sed a *Deoduino* seu *Theotuino* Henrici III. Imperatoris consanguineo & Leodiensi Episcopo scripta. *Durandus* enim, ut habet Albericus in Chronico anno MXXI. S. Henrici Imperatoris opera Episcopus Leodiensis dictus, annoque MXXV. demortuus. Baronio, aliisque hæc Epistola errandi causa fuit errorique occasionem dedit littera D *Durandi*, & *Deoduini* nomen designans. Recte itaque Sigebertus quem Baronius hallucinatum esse credebat, Durandi Episcopatus initium & finem collocavit, sed Hermannus Contractus a Baronio citatus Durandi mortem non memorat. Porro Epistola illa, cui titulus, epist. *D. Leodicensis Episcopi*, quæ Baronius tempore mutila erat, nunc integra legitur Tom. IV. Analect. pag. 396. & seqq. a Mabillonio ex Codice MS. eruta.

IV. Quoad *Adelmanni* Brixiensis Episcopi Epistolam a Baronio num. VII. memoratam, qua ille ut errores suos revocet, Berengarium monet longe post hunc annum data fuit. Ughellus enim Tom. V. Italiæ Sacræ, ait, eum Brixiensem Ecclesiam rexisse ab an. MXLVIII. ad annum circiter MLXI. Extat ea in Biblioth. Patrum, de qua anno MXLV. agemus.

Epistola Adelmanni ad Berengarium

V. Glaber lib. 4. cap. 6. postquam superiori capite de pace & abundantia, quæ famem & pestilentiam, quibus Orbis terrarum valde afflictus fuit, subsecuta sunt, verba fecit, ait: *Per idem tempus ex universo Orbe tam innumerabilis multitudo cœpit confluere ad sepulcrum Salvatoris Hierosolymis, quantam nullus hominum prius sperare poterat. Primitus enim ordo inferioris plebis: deinde vero mediocres: post hæc permaximi quique Reges, & Comites ac Præsules. Ad ultimum vero, quod nunquam contigerat, mulieres multæ nobiles cum pauperioribus illuc pervexere. Pluribus enim erat mentis desiderium mori, priusquam ad propria reverterentur &c. Eodem quippe tempore Odolricus Aurelianorum Præsul illuc pergens, quid viderit nobisque narraverit, non prætermittendum videtur miraculum. Die igitur magni il-*

Peregrinatio Hierosolymitana frequentior haberi cœpit.

ftris Epifcopi (fi ita vobis videtur) tum amico veftro Imperatore, tum ipfo Papa, quæ vindicta in eos ftatuatur, deliberandum. Eft enim juftum, ut quorum (a) Gen. 16. *(a) manus funt contra omnes: omnium manus etiam contra ipfos excitentur.* Hucufque Durandus. Cujus aureæ plane epiftolæ meminit (b) Guitmundus (b) Guitmund. l. 2. in commentaria quem fcripfit de corpore & Sanguine Domini.

V. Coerciti hæretici latent ad tempus. His acceptis Henricus Rex Francorum litteris, bene a tanto Antiftite perfuafus, a cœptis creditur deftitiffe: non enim ipfe dum vixit, aliquod fuiffe contra Berengarium & focium impietatis collectum Concilium, memoria reperitur, ficut aliorum Conciliorum longe minoris momenti. Sed & quod, dum idem Chriftianiffimus Rex fuperftes fuit, numquam auditus eft Berengarius, vel ea fuis aliquis quid impium muffitaffe; æque coercitos funeftos homines regia juffione fuiffe, par eft credere, atque petiiffe abdita filvarum beftias truculentas, eft dignum exiftimare: interea vero fpumante ore, rabie acuiffe dentes ad novum certamina, eventa monftrarunt. Agemus autem de his fuo loco.

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Quod autem ad Durandum Leodienfem Epifcopum fpectat, falli conftat Sigebertum, qui ejus ingreffum ponens anno Domini millefimo vigefimoprimo, rurfum anno poft millefimum vigefimumquintum alium in locum ejus fubrogatum habet Reginardum, cum tamen ad hæc faltem tempora primordia Henrici Regis, ad quem fcripfit, perveniffe, nulla dubitatio effe poffit. Non fic Hermannus, cum ejufdem Durandi meminit; qui nequaquam eo termino claudit ejus Epifcopatum. Vides, Lector, prima fpicula in virulentum draconem vibrata fuiffe a nobiliffima Ecclefia Leodienfi, Catholicæ Fidei tenaciffima, in primis vero ab ejus Epifcopo Durando, necnon ab ejufdem Ecclefiæ Scholaftico; inde vero Brixienfi Epifcopo Adelmanno, cujus lucubrationis fuperius alia occafione meminimus. Reliqui autem adverfus eumdem longe poftea confcripfere. Adelmannus vero (ut fuperius dictum eft) difcipulus fuit Fulberti Epifcopi Carnotenfis, cum ejufdem major auditor Berengarius effet. Extat hujus epiftula ad Berengarium, hac notata infcriptione: VI. Leodienfis Eccl. laus.

I i i i Di-

PAGIUS *illius fabbati, quo ignis mirabilis Dei potentia veniens ab univerfo populo præftolatur, ibi cum cæteris idem Præful aftabat, &c. Statim vero, ut affolet, Dei virtute erumpens ignis ex una lampadarum, quæ feptem ibidem pendere cernuntur, curfim emicando cæteras inflammavit,* &c.

VI. Moritur Robertus Normannia Dux. *Tunc etiam inter cæteros Robertus Normannorum Dux cum ingenti multitudine fuæ gentis Hierofolymam proficifcens, detulit ferme plurima auri & argenti donaria, erogandi gratia. Qui dum rediret, apud Nicæam* urbem (in Bithynia pofitam) *ibidemque fepultus quievit. De quo maximum apud fuos idcirco extitit juftitium, quoniam non fuerat ei proles matrimonio aliqua ad regimen fufcipiendum provinciæ, quamlibet fororem Anglorum Regis Cnut manifeftum eft duxiffe uxorem quam odiendo divortium fecerat. Ex concubina tamen filium genuerat, Villelmi nomen atavi ei imponens, cui antequam proficifceretur, univerfos fui Dominii Principes militantibus adftrinxit facramentis, qualiter illum in Principem pro fe fi non rediret, eligerent. Quod etiam ftatim ex confenfu Regis Francorum Henrici unanimiter poftmodum firmaverunt.* Robertum autem hoc anno *VI. Nonas Julii* Nicææ demortuum, prodit Gemmeticenfis lib. 6. cap. 18. & Ordericus lib. 3. de eo habet: *Inde rediens apud Nicænam urbem Bithyniæ anno ab Incarnat. domini MXXXV. obiit. Porro Vuillelmus filius ejus, qui tunc octo annorum erat, Ducatum Normannorum fufcepit & multorum æmulorum infidiis impetitus LIII. annis ftrenue geffit.* Antea de Roberto patre dixerat: *Principatum Normanniæ feptem annis & dimidio infigniter tenuit*; ubi dimidium illud late explicandum; annos enim fere octo Ducatu potitus eft, ut colligitur ex iis quæ regiminis ejus initio diximus. Willelmus ifte eft hujus nominis II. ifque celebratiffimus, & Angliam armis fubegit.

Anglici Scriptores, qui *Roberti* Normanniæ Ducis obitum cum anno MXXXI. perperam illigant, *Canuti* Angliæ, Daniæ & Norvegiæ Regis mortem recte in præfentem conferunt. [1] Ex *Alfgiva*, priufquam Anglorum Rex crearetur, filios duos genuerat, *Suenonum* & *Haraldum*, quamquam non defint, qui *Alfgivam*, non uxorem, fed concubinam vocent. Quidquid fit de re fit, cum Angliæ Regno *Emmam* Ethelredi Angliæ Regis relictam, *Elfgivam* etiam appellatam uxorem duxit, & ex ea *Hardicanutum* filium fufcepit, & *Gunildam* filiam. Ante fuum obitum *Suenonum* fuper Norvegios Regem conftituit. Su- VII. Obitus Canuti Angliæ Reg.

per

NOTÆ [1] CAnuti regis obitus anno 1037. confignatur ab authore veteris chronici Danici; ficut & a Malbesburienfi, qui afferit anno 1017. regnum Canuti in Anglia cœpiffe, & & poft annos 20. defiiffe. Hæc fi admittantur, admittendum pariter erit teftimonium Huntindonienfis apud Pagium hic afferentis Canutum filiam fuam Henrico regi nuptui tradidiffe (quod anno 1036. factum conftat) Huic chronologiæ belle omnia congruunt, nam fi mors Canuti cum anno 1037. componatur, jam remanet triennium regni Haraldi in Anglia, quod illi traditur a noftro chronologo. Nam Haraldum anno 1040. obiiffe etiam Pagius agnofcit. MANSI.

VII. *Adelman. litteris monuit Berengar.* *Dilecto in Christo fratri conscholastico Berengario Adelmannus salutem in Domino. Collactaneum te meum vocavi propter dulcissimum illud contubernium, quod cum te adolescentulo ipse ego majusculus in academia Carnotensi sub illo venerabili Socrate*, nempe Fulberto, *duxi &c.* Hæc, cum jam se palam ab Ecclesia divulsisset Berengarius: nam post nonnulla ejus exordio posita habet ista: *Avertat Dominus a te, sancte frater, semitas tales, & convertat pedes tuos in testimonia sua, & mendaces ostendat, qui famam tuam tam fœda labe maculare nituntur, spargentes usquequaque, ut non solum Latinas, verum etiam Teutonicas aureas, inter quas diu peregrinor, repleverint, quasi te ab unitate sanctæ matris Ecclesiæ divulseris, & de corpore & sanguine Domini aliter quam Fides Catholica tenet, sentire videaris &c.* Confutat errorem, arguit temeritatem, damnat audaciam, retundit procaciam, hortaturque ad resipiscentiam. His clamoribus undique longe lateque de Berengario sparsis, permotum Henricum Francorum Regem ad eam cogendam Synodum, quam audisti, jure possumus affirmare. Porro sic zizania exorta usque ad messem excreta, falce Leonis Papæ Noni primum sunt duplici Concilio resecata, anno Redemptoris millesimo

PAGIUS per Danos *Hardicanutum*, sive Hardecnutum; *Haroldum* vero Anglorum regem renunciavit, & postea, *hoc anno, secundo idus Novembris, feria quarta, vita decessit*, inquit Hovedenus; qui addit, Emmam Reginam in Anglia resedisse. Ita ille. Verum Encomiastes Emmæ Anglorum Reginæ, qui quæ tunc gesta sunt ignorare non potuit, lib. 2. ait, Canutum *Hardecanutum* filium Regem Danorum renunciasse, & quosdam Anglorum *Regis sui jam defuncti* oblitos, *Haraldum* sibi in Regem elegisse. Quod cum anno sequenti contigerit, ibi hac de re verba faciemus. Huntindoniensis ait, Canutum *filiam suam Imperatori Romano cum ineffabilibus divitiis maritasse*, cum autem Wippo, qui hoc tempore vixit, in Vita Conradi Salici scribat: *An. Dom. MXXXVI. Henricus Rex filius Imperatoris Cunitonis Regis Anglorum filiam nomine Chunelindem pro Regina consecratam, Regalibus nuptiis in conjugium duxit*: quod & Hermannus Contractus etiam habet, apparet, non Canutum, sed Hardecanutum ejus filium, ut scribit Westmonasteriensis ad annum MXLI. loco scilicet non suo, *Gunildam* sororem suam Henrico Germaniæ Regi uxorem tradidisse, & Huntindoniensem patri tribuisse, quod ad filium referendum erat. Vocat autem Huntindoniensis Henricum *Romanum Imperatorem*, quia post Conradi patris mortem imperavit. Baronius anno MXXVII. num. I. de Canuto Romæ agente scribit: Henrico *tunc nuptui traditam filiam Cnuti Regis Daniæ & Angliæ, quem & Canutum appellant, nomine Chanigundem, Urspergensis affirmat*. Verum memoria labitur Cardinalis doctissimus; Urspergensis enim has nuptias cum anno MXXXVI. disertis verbis copulat. Quare non erat, cur Alfordus hoc anno num. V. Baronium, laudato perperam Urspergense Abbate, ea in re sequeretur; cum ipsemet anno MXLI. num. III. fateatur Malmesburiensem de Reg. lib. 2. & passim Auctores Anglos inter pia Hardecanuti facinora *Gunildæ* sororis nuptias numerare.

VIII. *Expeditio Conradi Imp. adversus Paganos Leuticos.* Wippo citatus gesta hoc anno a Conrado Imp. adversus Leuticos, qui Pagani erant, his verbis narrat: *Sequenti anno idem castrum* (nempe Wirbina, castrum, *quod est juxta Albiam*, inquit Helmoldus in Chron. Slavorum lib. 1. cap. 18.) *a Paganis dolo captum est, & plures nostrorum, qui in eo erant, ab eis occisi sunt. Hinc commotus Imperator iterum cum copiis usque Albim fluvium venit. Sed cum Pagani transitum prohiberent, Imperator per aliud vadum fluvii, partem exercitus latenter transmisit: & ita fugatis hostibus, ipse per ripam, liberam regionem ingrediens, immensis devastationibus & incendiis, & ubique nisi in locis inexpugnabilibus sic humiliavit eos, ut censum ab antiquis Impp. propositum, & jam auctum Conrado Imperatori postea persolverent. Multum enim laboravit Conradus Imp. prius, & tunc in gente Sclavorum: unde quidam de nostris quoddam breviarium versifice fecit, quod postea Imperatori præsentavit. Ibi legitur, qualiter Imperator interdum in paludibus usque femora stabat, pugnans ipse & exhortans milites, ut pugnarent; & victis Paganis nimis acriter trucidabat eos pro quadam superstitione illorum nefandissima. Nam fecitur, ut quodam tempore effigiem ligneam crucifixi domini nostri Jesu Christi scelerate ludibria habuissent Pagani, & in eam spuerent, atque colaphis caderent, ad extremum oculos eruebant, manus & pedes truncabant. Hæc ulciscens Imperator de captis Paganis maximam multitudinem pro una effigie Christi, simili modo truncavit, & varia morte delevit. Idcirco in eisdem versibus, Cæsar ultor fidei vocatur.* Idem hoc anno referunt Hermannus Contractus, Chronographus Hildesheimensis & Glaber lib. 4. cap. 8. nisi quod is una serie quæ adversus Leuticos gesta recitat.

Pergit Wippo: *Item eodem tempore magna & modernis temporibus inaudita confusio facta est Italia, propter conjurationes quas fecerat populus contra Principes conjuraverant enim omnes Valvasores Italiæ, & gregarii milites adversus Dominos suos, & omnes minores contra majores, ut non paterentur aliquid inultum sibi accidere a Dominis suis supra voluntatem ipsorum, dicentes, si Imperator eorum nollet venire, ipsi per legem sibimet facerent. Hoc cum nunciatum esset Imperatori, fertur dixisse: Si Italia modo esurit legem, Concedente Deo bene legibus hanc satiabo, & præparans se anno sequenti, Italiam cum copiis intravit*, ut ibidem videbimus. Idem habet Epidannus in Annal. ad hunc Christi annum. Subdit Wippo: *Interea Principes Italici male conceptam conjurationem periculum generale posse sciences: convenerunt simul cum minoribus & prius exhortationibus & consiliis hoc recens malum destruere conabantur: cum hoc non procederet, tentabant bello superare, sed inito prælio minorum incredibilis multitudo sola impressione catervatim vicit. Ibi Episcopus Astensis indigna statione periit, cæteri fu-*

fimo quinquagefimo tum Romæ, tum Vercellis, præfidente eodem Leone Pontifice iifdem ab eo convocatis Conciliis, de quibus fuo loco dicturi fumus.

PAGIUS *fugerunt, & nimium confufi adventum Imperatoris ægre fpectabant.*

X. *Sanctius Major* Navarræ Rex, cujus uxor fuit *Majora Munia Dona*, ufque ad præfentem annum vitam propagavit, ut anno MXXXII. oftendimus. *Obitus Sanctii Majoris Navarræ Regis.*

JESU CHRISTI ANNUS 1036.	BENEDICTI IX. PAP. ANNUS 3.	CONRADI IMP. 10. MICHAELIS IMP. 3.

I. SEquitur millesimus trigesimussextus Christi annus, Indictione quarta inchoatus, quo Benedictus Papa audiens defunctum Hermanoum Archiepiscopum Hamburgensem, atque in locum ejus subrogatum Alebrandum, virum omnibus virtutibus excultum, ea Ecclesia Coloniensi petitum, ad eum pallium misit. Hæc pluribus (a) Adam, qui res ab eo præclare gestis describit.

(a) *Adam l. 2. c. 51.*

II. Conradus Imp. in Italiam venit. (b) *Herm. in Chron. hoc & seq. an. ex edit. Can.*

Hoc etiam anno Imperator (b) Italiam petiit extremo tempore, ut tumultus compesceret, Veronæque diem Natalem Domini celebravit. Quæ autem reliquæ ejus fuerint in Gallia Cisalpina res gestæ, ut suo singula reddantur loco, dicetur anno sequenti.

S. Gothardi Episc. obitus.

Quo anno ex hac vita migravit ad cœlestia sanctus Gothardus Episcopus Hildesemensis, qui plane egregia enituit sanctitate, plurium charismatum donis divinitus illustratus. Cujus res præclare gestas sicut simpliciter, ita & fideliter auctor ejus temporis scripsit. Contigit transitus ejus Dominico die infra octavam Ascensionis, sicut ipse spiritu prophetico pollens jam ante sæpe significarat, cum post mediam noctem Matutinas preces inchoantibus fratribus, ventumque esset ad canticum (c) Zachariæ, & postremus versus cantaretur a Clero: *Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent*. Ipse licet in agone desudans, proferens reliqua versus verba illa: *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis*. In pace quievit, illustratus a Deo plurimis miraculis, ejusdem egregiæ sanctitatis indicibus. Petat res de eo tunc scriptas, qui viri sanctissimi adhuc plura scire desiderat; hæc enim ad institutum satis.

(c) *L*

I Cla inge Pol tum

Eodem quoque tempore exagitata est Ecclesia Polonorum turbulentissimo interregno, cum provincia illa, civili bello ingravescente, facta est externorum hostium præda, incursantibus eam Boemis, atque Rutenis, cunctaque sacra, atque profana prædantibus. Narrat ista fusius Joannes Longinus canonicus Cracoviensis, qui & Dlugoschus, tantumque

---

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXIV. An. Hegiræ CCCXXVIII. inchoato die 24. Octob. fer. 5. A. C. 1036.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6529.

☉ 9. CD. ☽ 15. P. 18. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1036.

BENEDICTI IX. PAPÆ 4.

CONRADI II. REG. 13. IMP. 10.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 3.

I. *Conradus Imp. Italiam intrat.*

AD num. II. Hoc anno, ut, inquit Wippo, *Imp. Cunradus cum filio Henrico Rege Italiam intravit cum exercitu, & celebravit natalem domini Verona*. Idem habet Hepidannus, qui ait Imperatorem *incipiente hyeme* profectum esse. Quid ibi egerit, anno sequenti referemus.

II. *Moritur S. Godehardus Episc. Hildensheimensis.*

S. Godehardus Episcopus Hildensheimensis anno millesimo tricesimo octavo ad Deum migravit. Chronographus enim Hildensheimensis ad eum Christi annum scribit: *Eo tempore venerandæ memoriæ sanctus noster Pontifex Godehardus III. Non. Maii videlicet feria VI. post Ascensionem domini ex hac vita subtractus ad æternam cum Christo perenniter victurus migravit: nobisque miseris immensam mæstitiam discessu suo contulit. Quem vero ad Deum præcessisse, non diffidimus; hoc tamen quod sancta ejus ammonitione, fructiferaque virtutum ejus ostentatione præsentialiter privamur, merito semper ingemiscimus*. Quare cum anno MXXXVIII. Festum Ascensionis in diem quartum mensis Maii inciderit, ejus mors in diem sequentem convenit qui erat feria sexta. Henschenius ad diem quartam mensis Maii refert in quibusdam Breviariis & Martyrologiis S. Godehardi depositionem ad diem V. mensis Maii, in aliis vero ad diem quartum ejusdem mensis recitari. Quare cum Godehardus postridie Ascensionis Domini, ut in ejus Vita legitur, & mox ex Chronographo Hildensheimensi vidimus animam Deo reddiderit, &, uti habet Anonymus in Historia ejus Canonizationis ab Innocentio II. factæ, & ab Henschenio ibidem relatæ, ejus *Translatio* anno MCXXXII. die quarta mensis Maii peracta fuerit, ex martyrologis & Breviariorum conditoribus alii ad diem mortis ejus, alii ad Translationis diem respexere.

Cum Godehardus sicut in Vita, ita & post mortem miraculis clareret, *anno Dominicæ incarnationis MCXXVIII. obitus vero beati Godehardi nonagesimo*, Bertholdus Hildensheimensis Episcopus in consessu suorum Clericorum de condignis in Ecclesia Dei huic Sancto honoribus exhibendis egit; sed cum aliquanto post tempore obiisset, & *Bernardus* in ejus locum suffectus fuisset, perrexit is ad Innocentium II. qui anno MCXXXI. die XXIX. mensis Martii Leodii erat, ubi *Lotharium* Germaniæ Regem Imperatorem coronavit, & de communi Ecclesiæ statu cum multis Catholicis viris pertractavit. Bernardus opportunitatem ultro sibi oblatam videns petiit a Pontifice, ut Vir Dei canonizaretur. Sed de ejus Canonizatione suo loco. I Can tus noc II.

Ad num. III. Cosmas Pragensis Decanus refert, *Predislaum* Bohemorum Ducem cum in-

que malum hoc anno cœptum male propagatum usque ad annum Redemptoris quadragesimumprimum narrat, cum creato Rege Casimiro, tamquam orto sole, feræ bestiæ in sua se latibula converterunt. Interea autem interregno durante, Brzetislaus Bohemiæ Dux destitutam Rege provinciam, dilaceratamque bello civili pervadit, spoliat, ac prædatur, non parcens sacris, quæ adhuc intacta reperit, nondum ausis nefaria manu Deo dicata dona pertingere, quibus tam in auro, quam gemmis ex Regum piorum munificentia illæ Ecclesiæ abundabant. Hæc omnia ausus Dux Bohemus, impulsore Severo Pragensi Episcopo, cujus sensu ab eodem corporibus Sanctorum Gnesnensis Ecclesia est spoliata: Nam (ut ait) S. Gaudentio, loco S. Adalberti, & sanctis Martyribus quinque fratribus (de quibus superius) illuc a Boleslao Rege translatis, eadem magno honore in Pragensem Ecclesiam transtulere. Insuper imaginem Crucifixi ex auro puro, trecentarum pondo librarum, cum imagine Christi pendentis in cruce, triplicis ponderis: tres insuper tabulas primarii altaris ex auro purissimo gemmis ornatas tunc item ab Ecclesia Gnesnensi per eosdem sublatas, Pragamque translatas, in Ecclesia cathedrali fuisse repositas tradit. Hæc insigniora recenset auctor, præter alia innumera diversi generis ornamenta in vasis, & vestibus sacræ suppellectilis, quæ narrat tunc fuisse direpta.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno adversus Alexium Patriarcham Constantinopolitanum Synodum celebrant seorsum Episcopi ipsi subjecti, ut eum gradu deponerent, idque in gratiam Joannis fratris Imperatoris cum thronum IV. Contra Alexium Patriarcham insidiæ.

PAGIUS *Polonia a Bohemia Duce devastata.* ingenti exercitu Gnesnam venisse, urbem natura loci & antemurali firmam, *ubi tunc temporis Basilica S. Dei genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, pretiosissimus quiescebat thesaurus, scilicet beatissimi Adalberti corpus. Qua mox Bohemi sine marte potiuntur urbe, & cum magna lætitia intrant Sancta Dei genitricis adyta, atque omni præda postposita, solam sibi poscunt dari pro Christo passam sacri corporis pretiosam massam.* Subdit Cosmas apertum fuisse Sancti Adalberti Episcopi Pragensis & Martyris Sarcophagum, & corpus ejus inventum esse vividum, translatumque Pragam cum corpore Sancti Gaudentii, & quinque aliorum. Subjungit: *Facta est hæc Translatio beatissimi Christi Martyris Adalberti anno Domini MXXXIX. Kalendis Septembris.* Hic Auctor Historiam Bohemiæ anno MLXXVI. scripsit, & senio confectus anno MXCVI. decessit. [1] Eandem Translationem postea alii Bohemiæ Scriptores retulere. Chromerus tamen, qui lib. 4. de hac Prædictai invasione agit, ait Bohemiæ quidem Principem *Gnesnam* cepisse, sed maistros Templi, ubi jacebat, pio mendacio *Sancti Gaudentii* corpus pro Sancto Adalberto, rogantibus obtulisse; corpus vero Sancti *Adalberti* in adyto templi clam refodisse; illud a Bohemis pro Sancto Adalberto raptum, & in Bohemiam asportatum. Quam narrationem Chromerus desumsit ex Joanne Longino Cracoviensi Canonico anno millesimo quadringentesimo octuagesimo demortuo. De hac corporis Sancti Adalberti Pragam relatione magna animorum contentione Poloni & Bohemi inter se certant, & quilibet sibi sacrum corpus vindicant. Utriusque partis rationes exhibet Henschenius ad diem XXIII. Aprilis, quo Sanctus Adalbertus colitur.

Ad num. IV. *Anno ab origine mundi* 6544. inquit Cedrenus era mundi Constantinopolitana usus, *indictione quarta, verno tempore, Patzinacæ ter impressionem fecerunt in Romanam ditionem, obviis omnibus excisis: & quoscumque cepissent, & nullius habita ætatis ratione, interfectos, ineffabilibus cruciatibus in captivos debacchati, &c. Mortui sunt etiam Rossorum Principes Nessiblabus & Jerostlabus. Et Serbia* (seu Servia), *quæ morte Romani Imperatoris jugum excusserat, rursus imperio conjuncta est. Amerr Ægypti Amermunna mortuo* (idest, Calipha) *uxor ejus Christianæ religioni dedita, cum filio Legatos de pace ad Imperatorem mittit. Cujus is petitioni assentiens, XXX. annorum pacem composuit.* Quæ hoc anno in Oriente gesta. Calipha ille Ægypti *Alis* appellabatur, & *Taherus*, seu *Taherus* cognominabatur, cujus mortem Elmacinus lib. 3. cap. 6. cum anno Hegiræ CCCCXXVII. copulat, proditque *Mustanzirum Billam* filium ei successisse. Quoad Jerostlabum seu Jarolaum Ruf- V. *Gesta in Oriente.*

NOTÆ [1] Nescio unde acceperit Pagius ea quæ hic scribit de ætate & anno emortuali Cosmæ Pragensis: profecto e mendoso quodam chronologo desumpsisse oportet. In calce enim Codicis historiæ a Cosma descriptæ, quo usus est Balbinus rerum Bohemicarum scriptor non indiligens hæc subjecta legit idem Balbinus; *Cosmas* (hujus Chronicæ author) *reverendissimus Pragensis Ecclesiæ Decanus XII. Kal. Octobris obiit A.* 1125. Eousque pariter chronicon ejus pertingit; quare hunc germanum esse annum ejus emortualem non dubito. Adnotasse vero hic juvat chronicon hoc a Frehero primum vulgato iterum eruditis adnotationibus illustratum prodiisse in priori volumine Scriptorum Germanicorum Menkenii, qui etiam in tertia suæ collectionis volumine variantia & additamenta e MS. Codice suo dedit. Additamenta illa præterquam textui interseruntur chronicon ipsum ad annum usque 1162. continuant. Pagium vero nec additiones nec ipsum Cosmæ opus legisse unquam arbitror, cum raro illud laudet, quæ vero ex illo affert cum sensum potius, quam Scriptoris verba referant ex alio qui Cosmam expilavit quam e Cosma ipso accepisse videtur. MANSI

num ambientis. At quomodo irritum redditum est omne quod moliti sunt consilium, Curopalata sic narrat: *Cum vero Joannes supra modum Constantinopolis sedem amaret, inita societate Demetrius Episcopus Cyzici, Antonius Nicomediæ, Sydæ, & Ancyræ germani fratres cum aliis Metropolitanis consilium inierunt de abdicando Alexio, & pro ipso Joannem constituendo. Ad quos Patriarcha Alexius cum parte Ecclesiæ litteras in hanc sententiam misit, quibus quo minus jure posset, eo magis callida arte illos omnes clusit;*

Quando, ut asseritis, non suffragio Archiepiscoporum, sed Imperatoris jussu ad Sedem ascendi contra canones; abdicentur ii, quos ego Metropolitanos elegi, dum undecim annis cum dimidio insuper Ecclesiam gubernavi. Anathemate etiam percutiuntur Imperatores tres, quos ipse coronavi, & ita cuilibet volenti Sedem cedam.

Hoc nuntio accepto qui cum Demetrio erant, & pudore & metu perfusi (plures enim ab ipso delecti fuerant) quiescere decreverant, ac silere, & in reliquo Joannes continuit Sedis obtinendæ appe-

PAGIUS Russiæ Ducem, fuit is S. Wolodimiri qui fidem Christianam, in Russiam induxit filius, cujus filiam Annam Henricus Francorum Rex uxorem duxit, qui *post Mathildis Reginæ humationem*, inquit Auctor Anonymus Fragmenti Aquitanicæ Historiæ apud Duchesnium Tom. IV. de Henrico Rege loquens, *accepit aliam conjugem videlicet filiam Jurisclobi* (nomen a Librario corruptum) *Regis Russorum nomine Annam qua ei genuit tres filios, Philippum, Hugonem, Robertum: quorum Robertus puer obiit.* Idem in eo Tomo legitur in Excerpto veteris Chronici, nisi quod Librarii errore Anna dicitur filia *Georgii* loco Jeroslai. Wippo tamen in Vita Conradi Salici ad annum MXXXIV. Mathildem non uxorem sed sponsam Henrici Regis fuisse his verbis testatur: *Eo tempore filia Imperatoris Conradi & Gisela Imperatricis Mathilda nimium formositatis puella Henrico Regi Francorum desponsata obiit Vuormatia, ibique sepulta est.*

VI. *Haraldus Angliæ Rex eligitur.* Mortuo anno superiori *Canuto* Angli in varias factiones divisi sunt, & nihil in Insula tutum esse credebatur. *Cum Rex Canutus* inquit Ingulphus Croylandensis Abbas, qui hoc sæculo vixit, *in regno suo viginti annos perfecisset, obiit: & Vuintonia sepelitur. Cujus duo filii, Haroldus, & Hardecnutus, tum de regno disceptantes, videbantur bellum maximum parturire. Nam Dani, & Londonienses, Haroldum filium Elfgivæ Northamptonia, sed diffamatum, filium filium Regis Cnuti,* (ut enim Encomiastes Emmæ Anglorum Reginæ lib. 2. scribit, plurimorum assertio perhibet Haraldum fuisse impositum cameræ languentis concubinæ): *Angli vero, cum tota cetera terra, potius Edwardum, filium Regis Ethelredi, seu saltem Cnuti Regis filium Hardecnutum, ex Emma Regina genitum eligebant. Nimis perterrita hominum ac mulierum multitudo maxima cum suis parvulis ac catallis omnibus mobilibus* (idest, cum omnibus bonis suis mobilibus catalli nomine expressis, ut videre est in Glossario Ducangii) *ad Croylandiam concurrebat; sola suspicione belli supervenientis attracta, ad Mariscorum uligines & alneta, lutumque lacum, tanquam castrum refugii fortissimum, arbitrati. Hi adventitii universum monasterium multis querelis & interpellationibus jugiter inquietabant; & tota die in claustrum irruentes, de suis indigentiis domines loci cum blanditiis allicere in suum favorem, tam per servos monasterii, quam per se, assidue in Monachorum auribus incumbebant. Hinc Monachi claustrum relinquentes, vix ad divinum officium, in chorum de dormitorio ausi sunt descendere: nec ad communis mensæ participationem, in refectorium poterant convenire.* Ventum tandem ad Regis electionem. *Convenerunt apud Oxoniam*, inquit Westmonasteriensis ad annum MXXXV. *ad colloquium Proceres regni; ut de novo Rege creando tractarent ibidem, &c. Sed quoniam Hardecanutus erat tunc in Dacia; Aelfredus & Edwardus filii Regis Ethelredi* (& Emmæ Reginæ) *absentes in Normannia; prævaluit pars Haraldi, & regni Angliæ diademate insignitus, Vuintoniam festinavit.*

Verum Haraldum Aelnotum Archiepiscopum Cantuariensem coronare noluisse, docet Encomiastes laudatus: *Electus, metuensque futuri adventum mox Archiepiscopum Ælnotum, virum omni virtute & sapientia præditum: imperatque & orat se benedici in Regem, sibique tradi cum corona Regale sua custodia commissum sceptrum, & se duci ab eodem, qui ab alio non fas fuerat, in sublime regi solium. Abnegat Archiepiscopus sub jurejurando asserens se neminem alium in Regem (filiis Emmæ Reginæ viventibus) laudare vel benedicere:* Hos meæ fidei Cnuto
„ commisit, his fidem debeo, & his fidelitatem
„ servabo. Sceptrum & Coronam sacro altari
„ impono, & hoc tibi nec denego, nec trado:
„ sed Episcopis omnibus, ne quis eorum ea
„ tollat, tibive tradat, seve benedicat, Apo-
„ stolica auctoritate interdico. Tu vero si
„ præsumis quod Deo, mensæque ejus com-
„ misi, invadito. *Quid miser ageret, quo se verteret, ignorabat. Intentabat minas, & nihil proficit. Expendebat munera, & nil lucratus; doluit, quoniam vir Apostolicus nec vincebat minis dirivi, nec muneribus flecti. Tandem desperatus abscessit, & Episcopalem benedictionem adeo sprevit, ut non solum ipsam odiret benedictionem; verum etiam universam fugeret Christianitatis Religionem. Namque dum alii Ecclesiam Christiano more Missam audire subintrarent, ipse aut saltus canibus ad venandum cinxit, aut quibuslibet aliis vilissimis rebus se se occupavit, ut tantum declinare posset quod odivit. Quod Angli videntes dolebant, sed quia hunc sibi Regem elegerant, hunc erubuerunt dejicere, ideoque disposuerunt hunc sibi Regem finetenus esse.*

Haraldus cum suis iniquo excogitato consilio fecit Epistolam in persona Reginæ ad Edwardum & Alfridum ejus filios in Normannia commorantes, invitatque ad reditum, promptos civium animos ad eos recipiendos pollicita. Eam Epistolam recitat laudatus Encomiastes. Mittitur ea per certos cursores, & Ed-

petitum. Hæc Curopalata, qui eodem anno jam inchoata Indictione quinta; nempe Decembris mense, concussam civitatem terræmotu recenset. Eadem & Cedrenus, & alii.

Mil-

PAGIUS Edwardus ac Alfridus *nimis falsitatis creduli, inconsulte remandant genitrici, unum eorum ad eam esse venturum*. Statuto igitur die Alfridus minor natu, *laudante fratre, elegit sibi commilitones: & arripiens iter Flandria, venit in fines*. Sed postquam littus Anglicum contigit, atrocissimis traditi sunt carnificibus, & alii perempti, alii servituti mancipati. Alfridus vero *effossis etiam luminibus impiissime est occisus*. Quod hoc anno contigisse Wigorniensis scribit. Quid actum sit de Edwardo, suo loco dicemus.

JESU CHRISTI ANNUS	BENEDICTI IX. PAP. ANNUS	CONRADI IMP. 11. MICHAELIS IMP. 4.
1037.	4.	

I. Benedict. Papa convenit Cremonam ad Conradum Imp.

(a) Herman. hoc an. & sequenti.

MIllesimus trigesimusseptimus annus exurgit cum indictione quinta, quo Benedictus Papa ad Imperatorem Cremonam se contulit, laborantem adversum Archiepiscopum Mediolanensem, Imperii perduellem. De his enim in Hermanni Chronico editionis Canisianæ ista leguntur: (a) *Imperator celebrato Veronæ Natali Domini, per Brixiam & Cremonam Mediolanum pervenit: idem Papiam adiens, Heribertum Mediolanensem Archiepiscopum infidelitatis accusatum apprehendi jussit, eumque Popponi Patriarchæ Aquilejensi custodiendum commendavit. Qui fuga elapsus, cunctis viribus eidem Imperatori rebellare contendit. Imperator Paschali festo Ravennæ acto, territorium Mediolanense repetiit, urbem obsedit, castella, villas, omniaque circum ad rebelles pertinentia vastavit; conjuratorum vero manum facile compescuit, eisque legem, quam & prioribus habuerant temporibus, scripto roboravit. Papa Benedictus Cremonam ad Imperatorem venit. Episcopi Placentinus, Cremonensis, & Vercellensis incusati ab Imperatore, captique & in exilium missi.* Hæc Hermannus ejus temporis scriptor. Porro ista adversus Episcopos decreta, etsi haud inconsulto Romano Pontifice, qui aderat, fecisse existimandum sit; tamen haud Deo placuisse, ex sequenti immissa cælitus ultione per pestilentiam, quæ & suam pergit domum, de quo suo loco dicturi sumus, intelligi facile potest.

II. S. Ambrosius comminatur Conrado Imp.

Sed & quid tunc temporis eidem Conrado Imperatori apud Mediolanum regni coronam ad Missam accipienti contigerit, ex Sigeberto sic accipe: *Die vero Pentecostes, cum Imperator in parva Ecclesia secus urbem coronaretur ad Missam, tam gravia fuerunt tonitrua & fulgura, ut aliqui mente excederent, aliqui exhalarent. Bruno vero Episcopus qui Missam canebat, & secretarius Imperatoris cum aliis tribus dixerunt, se inter Missarum solemnia vidisse sanctum Ambrosium, Imperatori indignando comminantem. Tunc Imperat. Italia discessit.* Hæc Sigebertus, sed anno non suo, nempe trigesimonono post millesimum.

III. Benedictus Papa canonizat S. Simeonem.

(b) Apud Sur. die 1. Jun. t. 3.

Hoc eodem anno idem Benedictus Papa retulit in Sanctorum numerum Simeonem Anachoretam inclusum apud Treviros, agente Poppone Archiepiscopo Trevirensi, cum idem Sanctus eodem anno ex hac vita migrasset: cujus res præclare gestæ, exposcente eodem Archiepiscopo, scriptæ sunt ab Evervino (b) Ab-

---

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXV. An. Hegiræ CCCCXXIX. inchoato die 14. Octob. fer. 6. A. C. 1037.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6530.

☉ 10. B. ☽ 12. P. 10. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1037.

BENEDICTI IX. PAPÆ 5.

CONRADI II. REG. 14. IMP. 11.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 4.

I. Conradus Imp. Italicos compescit.

AD num. I. & seq. Postquam Wippo in libro de Vita Conradi Salici narravit eum hoc anno Natale Domini Veronæ celebrasse, ait: *Inde ad Mediolanum veniens ab Heriberto Archiepiscopo magnifice receptus est in Ecclesia sancti Ambrosii. In ipsa die (nescimus cujus consilio) pene gravis tumultus factus est populi Mediolanensis, quærentis ab Imperatore, si vellet favere conjurationi eorum. Unde commotus Imperator, præcepit, ut omnes in urbem Papiensem ad generale colloquium venirent. Quod dum factum esset, cunctis reclamantibus, legem fecit Imperator. In ipso Placito quidam Hugo Comes, & alii quamplures Italici appellabant Archiepiscopum Mediolanensem pro multis causis, quibus eos offenderat. Imperator vero vocato Archiepiscopo præcepit, ut satisfaceret omnibus. Quod dum Archiepiscopus renueret, sensit Imperator omnem illam conjurationem Italiæ ipsius consilio factam esse. Et mox comprehensum illo retinuit in sua potestate. Deinde commendavit eum in custodiam Popponi Patriarchæ Aquilegiensi, & Chunoni Duci Carantanorum, qui ab eis ductus est cum Imperatore usque Placentinam civitatem.* Paucis interpositis: *Imperator quoque castella sibi adversa destruxit, & iniquas conjurationes Italiæ, justa lege reducta, exinanivit, & veniens Ravennam, Sanctum Pascha ibi celebravit.*

II. Episcopos tres in exilium mittit.

Eodem anno in Italia tres Episcopi Vercellensis, Cremonensis, Placentinus apud Imperatorem accusati sunt: quos Imperator comprehensos exulari fecit. Quod eos displicuit multis, Sacerdotes Christi, sine judicio damnari. Referebant nobis quidam piissimum nostrum Henricum Regem, filium Imperatoris, salva reverentia patris, clam detestari præsumptionem Cæsaris in Archiepiscopum Mediolanensem, atque in istos tres: & merito, quia sicut post judicialem sententiam depositionis nullus honor exhibendus est, sic ante judicium magna reverentia Sacerdotibus debetur. Paulo post: *Eo tempore Imperator Mediolanenses nimium afflixit: & quoniam urbem antiquo opere & maxima multitudine munitam capere non poterat, quod in circuitu fuerat, igne & gladio consumpsit.* Paucis interjectis: *Eodem tempore Papa Cremonæ occurrebat Imperatori, & honorifice receptus & dimissus, Romam reversus est. Imperator dispersa exercitu per regiones, ipse ad montosa loca secessit, propter refrigerium, quoniam ea æstate magnus calor imminebat.*

III. Ad num. III. Sanctus Symeon Syracusanus Treviris ab aliquot annis inclusus, præsente Ebervino qui ejus Vitam scripsit, *animam sanctam hora tertia, Kalendis Junii* reddidit Creatori,

Abbate. Extant ipsæ quidem omni fide consignatæ. Mentio est ejusdem Sancti in Actis Concilii Lemovicensis, deque ejusdem inter Sanctos facta relatione Trithemius agit hoc anno in Chronico Hirsaugiensi.

IV. Quod ad rerum Hispaniarum statum attinet, bello civili inter se pugnantibus Regibus, hoc anno occiso Rege Legionensi Veremundo a Magno Fernando Castellæ Rege, juncta sunt postea simul in unum duo illa regna. De obitu Regis Legionis est vetus sepulcralis inscriptio his verbis: *Regnum legionense & castellæ simul juncta.*

HIC EST CONDITVS VEREMVNDVS IVNIOR REX LEGIONIS, FILIVS ADEFONSI REGIS. ISTE HABVIT GVERRAM CVM COGNATO SVO REGE MAGNO FERNANDO, ET INTERFECTVS EST AB ILLO IN TAMARA PROELIANDO ERA MLXXV.

Anno sequenti a nece Veremundi occupata Legione, habita est initiatio Fernandi, seu Ferdinandi in Regem Legionensem, in Ecclesia sanctæ Mariæ, coronante eum Servando Legionensi Episcopo feria quinta, mense Junii, die ejusdem vigesimasecunda, ut auctor est Rodericus. Ex quo tempore idem Rex magnopere propagavit principatum: cujus victoriæ causa visitavit profectus Compostellam Jacobum Apostolum, cujus precibus esset de hostibus victoriam consecutus, nuncupata vota persolvens.

Kkkk Agnus

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS *Moritur S. Symeon Syracusanus.* tori, inquit idem Eberwinus. Annum ejus mortis Brouverus lib. XI. Annal. Trevirensium ex veteri Diario Bibliothecæ Sancti Petri Trevirensis eruit. KALENDIS JUNII ANNO MXXXIV. INDICT. II. CONRADO SECUNDO REGNANTE ANNO X. IMPERANTE AUTEM VIII. POPPONE VIDELICET TREVIRORUM ARCHIEPISCOPO HONOREM SUI PONTIFICATUS REGENTE XVIII. OBIIT B. SYMEON. Baronius, ut hanc mortem in hunc annum differret, inductus est a Trithemio a se laudato. Natus erat in civitate Syracusana nobilissimis parentibus; cumque Constantinopolim sacris literis imbuendus missus fuisset, Hierosolymam devotionis causa venit, indeque post aliquot annos ad radices montis Sinai secessit, tandemque Antiochiam, unde in Franciam, Trevirosque profectus est, ut suis locis diximus.

IV. *Occiso Veremundo III. Regna Legionis & Castellæ uniuntur.* Ad num. IV. *Veremundus* Legionensis Rex hujus nominis III. *Podagricus* cognominatus, cum a *Sanctio Majore* Navarræ Rege magnis cladibus affectus fuisset, pacem cum eo pepigit Christianæ religioni in Hispania commodam. Data tunc *Sanctia* Veremundi Regia soror *Ferdinando* Magno S. Majoris filio cum jure successionis in utrumque Regnum. Verum post Sanctii Majoris mortem, quæ ante biennium contigit, ut ibidem vidimus, *Ferdinandus* tunc Castellæ Rex *Veremundum* sororium de finibus lacessivit; commissoque cum eo prælio interfectus est Veremundus *Era MLXXV.* ut liquet ex hujus Epitaphio, a Baronio recitato, ideoque hoc Christi anno; *Ferdinandus* victricibus armis continuo Legionense Regnum, quod alioqui jure debebatur occupavit, & ad Legionem Regni caput victor exercitus advolavit. *Ferdinandus*, inquit Rodericus Toletanus, lib. 6. cap. 9. *ingrediens Legionem in Regem ab omnibus est receptus, & Regali diademate decimo Kalendas, Julii a venerabili Servando Legionensi Episcopo insignitus est*, anno nempe sequenti, quia Rerum Hispanicarum Scriptores notant, Ferdinandum inauguratum die XXII. mensis Junii, *feria quinta*. Postquam autem Ferdinandus Legionensi Regno auctus fuit, bellum in Mauros multis victoriis illustre confecit, ut infra videbimus.

V. Anno superiori diximus *Haraldi* Angliæ Regis jussu *Alfredum* Ethelredi & Emmæ Reginæ filium occisum esse; quod postquam Encomiastes ejusdem Reginæ narravit, ait: *At Regina tanti sceleris novitate perculsa, quid facto opus sit mente considerat tacita. Animus ejus diversus huc illucque rapitur, & se amplius tanta perfidia credere cunctatur; quippe qua perempti filii inconsolabiliter confundebatur mœrore, verum multo amplius ex ejusdem consolabatur certa requie. Hinc duplici, ut diximus, angebatur causa, necis videlicet filii miserabilis mœstitia, tum vero reliqua sua vita, dignitatisque diffidentia.* Paucis interpositis: *Exteras nationes petere sibi utile credit, quod sagaci ratione sine tenus perducit. Tamen quas petit non externas sibi experta est fore, quis* (idest, quibus) *immorans haud secus ac suæ colitur decentissime. Igitur pro re atque tempore quamplurimos potest sibi fidos Optimates congregat. His præsentibus secreta cordis sui enucleat. A quibus etiam inito Domina probato consilio, commeatus classium eorum apparatur exilio. Itaque prosperis rei flatibus transfretant, & eidam stationi haud longe a castello Bruggensi distanti se se applicant. Hoc castellum Flandrensibus colonis incolitur, quod tum frequentia negotiatorum, tum affluentia omnium, quæ prima mortales ducunt, famosissimum habetur. Hic equidem a Marchione ejusdem provinciæ Balduino magni & invictissimi Principis filio, ejusque conjuge Athala quæ interpretatur nobilissima Francorum Regis Rotberti, & Reginæ Constantiæ filia, honorifice, uti se dignum erat recipitur. De quibus etiam in prædicto oppido domus Regali sumptus apta eidem Reginæ tribuitur: caterum obsonium benigne offertur. Qua partim illa cum gratiarum actione suscipit; partimque sese non indigere quodammodo ostendit*, quod hoc anno contigisse refert Huntindoniensis pag. 364. Is Balduinus V. est hujus nominis, qui anno MXXXVI. Balduino IV. patri successerat, & præcedentium Flandriæ Comitum gloriam facile offuscavit, inquit Meyerus, qui addit, eum *Pium* fuisse cognominatum. *Emma Anglorum Regina in Flandriam secedit.*

I. *Benedict. Pap. cum Imp. Romam venit.*

ANnus adest Redemptoris millesimus trigesimusoctavus, Indictione sexta, quo Imperator cum Benedicto Pontifice Romam se contulit ad comprimendam tyrannidem Pandulphi Principis Capuani. Sed quæ funesta, antequam Romam se conferret, & Parmæ se contineret, acciderint, ab Hermanno sic breviter accipe: *Cum Imperator Natalem Domini Parmæ ageret, orto inter Parmenses cives, & exercitum tumultu multi ceciderunt, & pluribus civibus trucidatis, ipsa civitas incendio consumpta est.* Post hæc autem Romam venisse testatur. At hæc de clade Parmensi ad superiorem annum potius pertinere videntur, si ratio habeatur semel initi instituti a Kalendis Januarii annos singulos exordiendi.

II. Porro veniendi Romam, & inde in Campaniam adversus Paodulphum duplex legatio Cassinensium monachorum ipsum Conradum Imperatorem permovit, ut Leo Ostiensis testatur his verbis: (a) *Cum jam omnipotens Deus tantis iniquitatibus, tantisque sancti hujus loci direptionibus decerneret modum imponere, & orationes, ac gemitus servorum Dei, pupillorumque ac viduarum, pauperumque singultus ac lacrymæ in cælum intra ipsum auditionis sacrarium admissæ essent: anno divinæ Incarnationis millesimo trigesimooctavo Conradus Imperator cum exercitu valido transmissis Alpibus in Italiam venit, aditque Mediolanum: namque ejusdem civitatis Archiepiscopo valde erat infensus. Illuc ex monasterii nostri majoribus quidam adeuntes, qui jam ad illum dudum in Germaniam exposituri calamitates suas, profecti fuerant, quænam per tot annos a Pandulpho incommoda, quæ mala, quantasque pressuras pertulerint, flebiliter conquerentes, denuo illi retulerunt, orantes, atque supplicantes, ut venire dignaretur ad beati Benedicti cœnobium, quod majores sui eatenus sub sua protectione reverenter habuerant, & de perniciosi tyranni manibus dignaretur eripere.* Hæc de largitione duplici Leo.

(a) *Leo Ost. in Chron. Cass. l. 2. c. 66.*

Legationes Cassinensium ad Imp.

Sed antequam res gestas adversus tyrannum hic describamus, quis iste fuerit, in memoriam revocandum, & quæ facinora ejus fuerint, sunt recensenda. Conradi prædecessor Henricus in Italiam veniens, hunc ipsum Pandulphum Principum Capuanum conspirantem cum Græcis adversum Romanum Imperium, captivum in Germaniam secum duxit, qui ipso Henrico defuncto, a novo Imperatore Conrado obtinuit, ut reverteretur in patriam, ubi vitam privatam duceret. Reversus autem, auxilio Græcorum, atque Normannorum Capuanum principatum recuperavit, atque Neapolim in suaio potestatem redegit: nec his contentus circum circa loca vastavit, eademque sibi rvrannice vendicavit, & bona monasteriorum, præcipue Cassinensis sibi sacrilege subegit. De quibus hæc habet idem Leo Ostiensis post alia de eodem viro scelestissimo enarrata, atque de Leone monacho, qui solus resistere ausus est, hæc ait: (b) *Nihil tunc monachus.* III.

(b) *Idem Chron. Cass. l. 2. c. 59.60. 61.*

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hispan. MLXXVI. Anno Hegiræ CCCCXXX. inchoato die 3. Octob. fer. 3. A. C. 1038.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6531.

☉ 11. A. ☽ 13. P. 26. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1038.

BENEDICTI IX. PAPÆ 6.

CONRADI II. REG. 15. IMP. 12.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 5.

I. *Gesta a Conrado Imp. in Italia.*

ANnum. I. ad XI. Wippo in Vita Conradi Salici, quæ is in Italia sub anni superioris finem, ac currenti gessit, hoc modo refert: *Eodem anno hyberno tempore collecto exercitu, Imperator transcendens Padum ad Parmam civitatem venit, ibi Natalem domini celebravit inchoante anno dominica Inc. MXXXVIII. In ipsa die Nativitatis domini inter Teutonicos & cives Parmenses magna seditio orta est, & quidam bene valens vir Cunradus infertor ciborum Imperatoris cum aliis interfectus est. Unde commotus exercitus gladiis & igne cives aggreditur, & Imperator post incendium magnam partem murorum destrui præcepit, ut eorum præsumptionem non fuisse inultam hac ruina aliis civitatibus indicaret. Deinde Imperator transcendens Apenninum montem, in Apuliam tendebat. Imperatrix vero Romam orandi gratia venit; inde ad Imp. revertitur Imp. autem ad terminos Imperii sui perveniens, Trojam, Beneventanum, & Capuam, aliasque civitates Apuliæ, lege & justitia stabilivit: dissentiones, quæ erant inter Normannos extraneos & indigenas, sola jussione sedavit: & cunctis offensionibus de regno sublatis, feliciter reversus, Viennam venit. Ibi dispositis obsidionibus, & insidiis adversus Mediolanenses, qui adhuc sibi rebelles fuerant, ceterisque rebus ad voluntatem suam per regnum compositis, patriam revisere decrevit. Eo tempore propter nimium calorem nimia contagio pestilentiæ exercitum invasit: neque ætatibus, neque personis pepercit. Ibi Regina Chunelindis, conjux Henrici Regis XV. Kalend. Augusti quasi in limine vitæ, ingressu mortis occubuit relinquens tantummodo solam filiolam de Rege, quam postea pater Christo desponsans in Abbatissam consecrari fecit. Filius Imperatricis Hermannus, Dux Alemannorum, juvenis bonæ indolis, & in rebus bellicis strenuus, eadem peste gravatus, inter manus*

Pandulph. tyrannus affligit Monach. (a) Thren. 5.

nachis reliquum erat, nisi ut cum Jeremia lamentarentur, ac dicerent: (a) Servi dominati sunt nobis, non fuit, qui eriperet nos de manibus eorum. Supererat adhuc domnus Leo ille, major Ecclesiæ custos; is die quadam Refectorium ingressus, cum servos, ut diximus, ad exequendam id ministerium reperisset, zelo religioso succensus, illos quidem foras cum magna dedecore expulit. Ad Fratres vero conversus: Quousque tandem, ait, sub tanto nostri ordinis opprobrio, sub tam iniqua & impio nostrorum servorum dominio remoramur? & omnes unanimiter hinc exeuntes ad Imperatorem ultra montes proficiscamur, eique nostræ calamitatis historia plenam lamentis referimus! Ad hunc vocem exhortantis cuncti animos erigentes, simul illum sequi cœperunt. Hoc Todinus (ille servus nequam) per nuntium cognito, festinus ascendit, & illos longiuscule a monasterii porta progressos inveniens, protinus equo desiliit, atque ad illorum vestigia corruit, orans, & multis magnisque precibus postulans, ut redire dignarentur, se pro illorum arbitrio deinceps cuncta facturum. Illi tanta ejus satisfactione, & pollicitatione permoti, ut erant benigno animo, sine mora redierunt. Fuerat hic famulus monachorum

Servus Monachorum Monachis præfectus.

sed ob insignem nequitiam præfecit eum monachis Pandulphus Princeps, sed tunc de sua temeritate pœnas dedit: nam Leo subdit:

IV. *Sed quoniam prædictus Todinus in sua nequitia persistit, non multo post sub Richerio Abbate, vindice Deo, a quibusdam nostris captus & tonsuratus, indutusque succo ad secernendam farinam, more famulorum in pristino positus est.* Porro etsi non omnes tunc profecti sunt monachi ad Imperatorem, legatio tamen missa est ad ipsum tunc in Germania existentem. Sed & memorabile quiddam de eodem Pandulpho Principe sic subdit: *Præterea Princeps post dies aliquos cuidam fidelissimo suo, Adelgisio nomine, jubet, ut quantocyus ad monasterium veniat, atque planetam, & calicem Imperatoris, & nonnulla alia, quæ modo non recolo, Ecclesiæ ornamenta præcipua Azatis & Sexti Comitibus sub pignora habenda perniciter deferat. Cumque ille adveniens, cujus rei gratia adesset, Fratribus aperuisset: quidam ea danda quæ poscebantur, ne irato Principe pejora paterentur, censebant. Cumque ille prorsus insisteret, Adam, qui tunc Ecclesiæ curam gerebat: Ego, inquit, quæ requiris, nec tibi, nec ulli prorsus hominum daturus sum, sed ea super ipsum beati Benedicti altare ponam: inde ille qui voluerit, aut præsumpserit, tollat. Quod cum fecisset, ille mox temerarius audacter accessit; & cum jam jam ad altare manus extenderet, mirabile dictu, protinus in faciem corruit, & vehementissima epilepsi subito, paralysique correptus, universis astantibus mirum de se, miserumque spectaculum præbuit, ac de ipsa quidem infirmitate postera die quoquo modo convaluit, & sine effectu ad Principem rediit, distorta tamen ore atque oculo usque ad obitum perstetit, cunctisque inquirentibus, quonam id sibi modo contigerit, non sine magna audientium admiratione referebat. Princeps hoc facto aliquantulum quidem reveritus est, sed in mente pessima diu non potuit voluntas bona durare. Post non multum enim temporis iterum præfatum Basilium præpositum misit, omnemque monasterii thesaurum ad se per illum deferri jussit. De Capuano vero monasterio abstulit argenteas coronas, & codicem unum gemmis ornatum, & planetam citrinam optimam, & tria altaris pallia, cun-*

Divina ultio in sacrilegum.

PAGIUS

ant peritissimorum medicorum V. Kal. Augusti, non sine magno imperii detrimento, obiit. Eodem mense atque sequenti, maxima multitudo exercitus, morbo contacta, periit.

II. Romam venit.

Idem narrat Hermannus Contractus in fusiori Chronico, Chronographus Hildeshemensis, & Hepidannus, sed nullus eorum *Conradum Imp.* Romæ fuisse innuit; imo cum Wippo diserte asserat, Imperatricem in eam urbem profectam, nulla Imperatoris mentione facta, qui argumento negativo nimis tribuunt, inde deducere possent, *Conradum* hanc profectionem non instituisse. Verum Victor III. Papa, qui hoc tempore vivebat, lib. 2. Dialog. Petrus Diaconus Casinensis in Vita SS. Guinizonis & Januarii, Monachorum Casinensium, in Actis SS. Bollandianis ad diem XXVI. Maii recitata, Leo Ostiensis lib. 2. cap. 66. cujus verba Baronius num. V. refert, & Glaber lib. 4. cap. 8. & seq. expressis verbis id referunt, isque quid ibi egerit, hoc modo recitat: *De qua victoria* (nempe quam Conradus anno MXXXV. de Leuticis reportavit) *idem Imperator accepta confidentia, cursum collecto exercitu Italiam pergens, ad ipsam urbem Romam progrediens, universos erbelliones,* (idest, rebelles, ut pluribus ostendit Ducangius in Glossario) *qui contra eum insurgere tentaverant, anno integro ibidem degens, proterendo compescuit.* Describit postea Glaber Eclypsim Solarem anno MXXXIII. die vicesima nona mensis Junii visam, cujus verba Baronius anno MXXXIII. num. II. nosque eo anno, refert, subditque Glaber: *Tunc corda humani generis stupor ac pavor tenuit immensus. Quoniam illud intuentes intelligebant portendere quiddam fore superventura clades humano generi tristes. Nam eadem die, natale videlicet Apostolorum in Ecclesia beati Petri quidam de Principibus Romanorum conspirantes in Papam Romanum, cupientes illum interimere. Sed minime valentes, a Sede tamen propria expulerunt. Sed, ut præmisimus, tam pro hac re, quam aliis insolenter patratis,*

ctaque simul in arce, quam in monte sanctæ Agathæ, qui Capuæ imminet, construxerat, condidit: in qua item arce innumera altarum multarum Ecclesiarum, viduarumque & pupillorum spolia tum dolo, tum violentia direpta condiderat. Hactenus Leo de tyrannide Principis nefandissimi, ad quam avertendam, ut audisti, ad Imperatorem missæ fuere iteratæ legationes: de cujus adventu, & rebus ab eo gestis summa cum laude hæc idem auctor enarrat:

V. Romam venit Imp. *Motus his fletibus Imperator (ut erat piissimus) Romam concitus venit, ubi ultorum etiam innumerabilium, tam Ecclesiasticorum, quam reliqui ordinis virorum innumeras contra Paudulphum querelas accepit: habitoque consilio cum magnatibus suis, viroeumque timentium Deum cohortatione commonitus, strenuos aliquot a latere suo viros ad Principem mittit, mandans ante omnia, ut nisi indignationem suam vellet protinus experiri, Cassinensi cœnobio universa quæ abstulit bona, restituat, captivos cujuscumque ordinis, seu generis viros statim dimittat, bonaque unicuique sua sine imminutione aliqua celeriter reddat. Legati igitur Imperatoris Capuam adeunt, multisque frustra cum Principe sermonibus habitis, ad Imperatorem sine effectu aliquo redeunt: induraverat enim cor ejus Dominus sicut (a) Pharaonis quondam, ut quod sponte noluerat facere, cogeretur invitus.*

(a) Exod. 4.

VI. Imp. Cassinum petit. *Imperator contemni se a Paudulpho conspiciens, ita succensuit, exercitu sumpto Cassinum venit. Cujus ministri, qui præmissi de more fuerant ad apparatum regium procurandum, cum monasterii curtam ingressi essent: Todinus protinus territus clam inter cæteros exiens profugus arcem occupare festinat. Quod cum Fratribus superioris monasterii relatum esset, unus ex senibus, Azo nomine, in medium prodiens: tempus, inquit, patres tacendi transiit, & loquendi jam tempus advenit: descendamus igitur, & regiis ministris quæcumque sunt necessaria, præparemus. Quo facto, honorifice satis Imperator acceptus, hospitatusque est. Postridie vero cum uxore pariter & nuru sua beato Benedicto, ac Fratribus se commendaturus ascendit ad monasterium. Quem cum Fratres ingenti cum gaudio & honorificentia summa, & gratulatione suscepissent: post orationem illos allocuturus, ingressus est Capitulum. Eo residente, monachi simul omnes consurgentes, ante illum se in faciem prosternunt, surgentesque: Ita nos, inquiunt, omnes pariter expectavimus, ita faciem vestram aspicere optavimus, ita denique adventum vestram præstolati sumus: sicut justorum animæ in inferno Redemptoris adventum expectasse noscuntur.*

Ad hæc lacrymis Imperatore suffuso, omnes iterum in facies corruunt, ac demum surgentes, quæ incommoda, quas calamitates perpessi fuerint duodecim ferme per annos, ex quo Paudulphus reversus fuerat, per ordinem referunt: utque tantis cladibus finem dignaretur imponere, per Deum, patremque Benedictum ejus loci præsulem obtestantes, exposcunt. Adhæc Imperator jurejurando, se ob eam solammodo causam ad has partes transisse affirmat, eumque locum ex corde intimo se honoraturum, protecturumque, quoad viveret, devotissime pollicens, jubet, ut duodecim ex eis Capuæ sibi adeant, ibique quidquid fieri opor- VII. Querelæ Monachorum ad Imp.

PAGIUS *Imperator illuc proficiscens proprie sedi restituit. Nec non & alia passim in Orbe cum in Ecclesiasticis, tum etiam in rebus sæcularibus multa contra jus fasque patrate.* Verum ex verbis illis Baronius loco laudato, Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. ac in Joanne XIX. & plerique omnes, qui de Romanis Pontificibus tractationem instituere, male intulerunt, *Joannem* Benedicti IX. decessorem eo anno & die quibus Eclypsis Solis apparuit, Sede expulsum, & postea a Conrado Imp. in eam restitutum. Glaber enim tantum significat deliquium illud Solare portendisse mala, quæ tunc universo Orbi accidere, & nominatim dejectionem Romani Pontificis a dignitate sua, quæ quinquennio post contigit, nempe currenti anno, eodemque die quo Eclypsis præfata genus humanum terruerat. Sed laudati Scriptores Glabrum perperam interpretantes existimarunt, cum non solum affirmare *Joannem Papam* eo die, quo Eclypsis illa conspecta; sed etiam eodem anno, Christi sc. MXXXIII. a Proceribus Romanorum male habitum licet certum sit, Glabrum *Benedictum nomen* intendere, non vero Joannem XIX. ejus decessorem, quem Conradus Imp. non restituit.

III. Gesta a Conrado Imp. in Apulia. Victor III. Papa citatus, Petrus Diaconus, & Leo Ostiensis laudati diserte affirmant Imperatorem Roma in Apuliam ad rebelles domandum profectum, quod Wippo & Leo Ostiensis præsenti anno factum expresse afferunt. Diem notat ejus Capuam ingressus Leo Ostiensis, cujus verba num. VIII. Baronius recitat, *Vigilias Sanctæ Pentecostes* diem scilicet XIII. Maii. Idem Victor statum Apuliæ his verbis describit: *Paudulphus Capuanæ Princeps vir potentissimus ac ditissimus fuit, qui latrocinando, humanum sanguinem fundendo, civitates, oppida, ac aliorum prædia circummerca manentium crudeliter auferens, suo subdidit dominatui, &c. Insuper etiam omnem thesaurum hujus monasterii* (sc. Casinensis) *auferens asportavit*, &c. *Cum vero jam Omnipotens Deus tantis sceleribus finem vellet imponere, & lachrymas, & voces pupillorum, viduarum ac pauperum, nec non orationes, precesque servorum Dei, in conspectu divinitatis ejus essent admisse sicut scriptum est* „ Cor Regis in manu Dei est „ *Conradi Imp. menti inspiravit, ut ad vindicandas ejus Ecclesias, ac de tyranno-rum*

portent, illorum se consilio peracturum spondet. Sicque petita benedictione, Capuam profectus est, ut beati Benedicti cœnobium de servitute nequissimi Principis liberaret, ac devotissime illorum orationibus se commendans, posuit super altare beati Benedicti coopertorium purpureum valde pretiosum, auro phrygio ad mensuram palmi in circuitu pulcherrime ornatum.

VIII. Richerius abbas eligitur. Interea Pandulphus Augustum Capuæ præstolari nequaquam ausus, una cum Abbate memorato in arcem sanctæ Agathæ, quam summo studio munitissimam fecerat, per fugam se recepit. Imperator autem in ipsis vigiliis sanctæ Pentecostes ingreditur Capuam, postera die egressus urbem, apud Capuam veterem tentoria figit. Adsunt continuo monachi, orantes, ut opere, quæ promiserat, exequatur, Abbatem sibi constitui ante omnia postulantes. Ad quos Imperator ex consilio: Non est, inquit, hoc meum: vos unum ex vestris eligite. Respondentibus non se habere idoneum, incongruumque asserentibus, inter tot perturbationes in tanto apice quempiam sine magno vigore ac potentia ordinari, atque ita ex suis optare magnum aliquem præfici; Augustus in priori sententia perstans: Nequaquam, inquit, sed de congregatione vestra, sicut beati Benedicti Regula præcipit, Abbatem idoneum vobis eligite. Illi nihilominus in intentione pristina perseverantes: Augustæ etiam suffragiis suffulti, Richerium tandem, qui tunc Leonensi monasterio præerat, Abbatem sibi constitui summis precibus postulabant. Hoc audito, Imperator mœstus efficitur: erat enim sibi ille charissimus, & in omnibus negotiis suis utilissimus. At licet primum negare aliquantum persisterit, victus, tamdem monachorum vel ratione, vel precibus, acquievit. Eumque advocans, renitentem licet ac plurimum flentem in Abbatem eligendum Fratribus tradidit.

Interea Pandulphus Imperatori perneccessarios mandat, veniam postulans, trecentasque auri libras daturum spondens, si ejus gratiam, veniamque mereretur. Cujus auri medietatem se in præsentiarum missurum, pro reliqua filium & nepotem obsides itidem missurum pollicens. Annuit Imperator. Ille continuo pecuniam, & obsides delegat. Quo facto, Pandulphum facti sui protinus pœnitet, ratusque civitatem Augusto discedente, facile recepturum, aurum reliquum mittere recusavit. Imperator consilio cum suis Capuanisque magnatibus habito, Guaimario Salernitano Principi Capuani tradidit principatus honorem. Rainulphum quoque ipsius Guaimarii suggestione Aversæ Comitem fecit, Adenulphum vero Capuanum Archiepiscopum, quem nequam ille Pandulphus carceri mancipaverat, sedi suæ restituit; eisque Richerium Abbatem, universamque monasterii causam multum commendans, ut sua bene vice tuerentur, Pandulphi secum obsides ducens, Beneventum concessit, atque inde per Picenum agrum patriam repetens, expleto vix anno defunctus, Henrico filio reliquit Imperium. Hucusque Leo. Qui & inferius: Hic Conradus Imperator anno Domini millesimo trigesimooctavo, quo sanctus Abbas Richerius ordinatus est, precibus Gislæ conjugis, filiique Henrici & Adeoli Episcopi Cancella- IX. Quomodo Pandulphus cum Imp. transegit.

PAGIUS rum manibus eruendas, Italiam revisens, (illuc enim anno MXXVII. fuit) Romam veniret. Cum igitur magno exercitu congregato, Italiam ingrediens Romam venisset, optimos ex latere suos viros Capuam mittere placuit Pandulpho Principi, cui, ut bona Sancti Benedicti, injuste a se ablata, omni postposita mora, restitueret, &c. Cumque ii, qui missi ab Imperatore fuerant, Capuam venissent, multis cum eodem Pandulpho verbis frustra habitis ad Imperatorem sine effectu reversi sunt. At vero postquam Imperator se contemptum a Principe vidit, ira commotus, Roma exercitu moto egrediens, Casinum venit, ac ad B. Patris Benedicti limina conscendit, &c. præfatus igitur Augustus Capuam ingressus, eidem Pandulpho Principatus honorem auferens, alterum in locum ejus constituit. Quæ fusius Baronius ex Leone Ostiensi refert. Erat adhuc in Italia Imperator die decima octava mensis Julii, quo Cunrbildis, ut ex mox dictis liquet, supremum diem obiit, qui ex Italia circa initium mensis Octobris digressus est, postquam Benedictum IX. in Sedis Romanæ possessionem redintegrasset, quod mirum est taceri a Leone Ostiensi, Petro Casinensi, Victore III. Papa, & a Wippone, qui omnes de iis, quæ in Italia egit, sermonem habuere.

IV. Heribertus Archiep. Mediolani excommunicatur. Hermannus Contractus, qui hujus restitutionis mentionem etiam non facit, addit rem a laudatis Auctoribus prætermissam: Papa Archiepiscopum Mediolanensem (nempe Heribertum) Imperatori adhuc rebellantem excommunicat. Quod Chronographus Hildenshaimensis his verbis confirmat, prædictus Mediolanensium Metropolitanus ab Apostolico Pontifice post justas crebras ammonitiones communi Episcoporum decreto, in Paschis anathematizatus, & a cœtu fidelium est segregatus. Qui nihilominus in sua obstinatione perduravit, & Imperatori pro posse in omnibus præsentem & etiam subsequentem annum incommodavit.

V. Henricus a Conrado Imp. patre Burgundiæ Rex dicitur. Postquam Wippo res gestas ab Imperatore in Italia narravit, subdit: Reversus Imperator in Bajoariam, aegrotantem exercitum medicinis & consilio reficiebat: & dum omne regnum serenitate pacis invenisset illustratum, ejusdem anni autumno Burgundiam adiit, & convocatis cunctis Principibus regni generale Colloquium habuit cum eis: & diu desuetam, atque pene deletam legem tunc primum Burgundiam prælibare fecerat. Transactis tribus diebus generalis Colloquii quarta die Principibus Regni cum universo populo laudantibus atque rogantibus, Imperator filio suo Henrico Re-

larii sui, apud Beneventum præceptum aureo sigillo bullatum, juxta priorum Augustorum morem de universis monasterii juribus fecit. Benedictus item Papa Nonus privilegium illi secundum Romanorum Pontificum consuetudinem nihilominus scripsit. Guaimarius Princeps præceptum fecit sancto Benedicto cum aurea bulla de omnibus monasterii pertinentiis, specialiter de sancto Urbano & Vicalbo, & decime parte totius Civitatis Atinæ, &c. Recitat idem plurimorum oblationes, tunc temporis collatas eidem monasterio Cassinensi. Sic Deus, multis gaudiis compensans duodecim annorum afflictionem.

X. Lues occupat exercitum Imperat. Quod autem ad Imperatoris reditum spectat, quænam adversa in itinere ipsum pari contigerit in suo exercitu, Hermannus sic recitat: *Imperator cum ultra Romanas partes peragrasset, indeque per Hadriatici maris oras remearet, mense Julio ingens exercitum pestilentia invasit, plurimosque passim extinxit: inter quos Chunehildis Regina, Henrici filii uxor xvii. Kalend. August. defuncta, & ad castrum Laneburg translata, ibique sepulta est. Hermannus quoque Dux Alemanniæ fuit admodum flebili morte v. Kalend. August. occumbens, Tredenti tumulatus est.* Hæc ipse.

XI. Divina ultio in Pandulphum. Sed dicere non prætermittamus, quæ aliquamdiu post hæc scelestissimum tyrannum Pandulphum secuta sunt mala, cum videlicet ab eo, qui aufert spiritum Principum, ex hac vita divulsus, ad supernum tribunal reus ad sententiam accipiendam vocatus, quam meruit, ad pœnam est condemnatus. Idem enim Leo, quæ Deus fieri nota mortalibus voluit, ad aliorum admonitionem ita posteris tradidit (a): *Quo tempore cum Sergius Magister militum, qui Neapolitanæ urbi præsidebat, venatum in ipso S. Paschali sabbato pergens, silvam cum pueris ad apros capiendos esset ingressus, ac tensis retibus, ad insequendos eos sese cum canibus per silvam huc illucque diffunderet: aper antequam retis laqueo fugiens involveretur, occupatus a venatoribus confossus & captus est. Cum autem hora jam tardior esset, & sol ad occasum vergens atram umbram jam pene induceret terris: memoratus Magister militum, ne noctis tenebris impediretur, ad reditum, sumpta secum venatione quam ceperunt, omni cum familia domum ocyus remeare cœpit: uni ex pueris, Pythagora nomine, ut retia colligeret mandans, & se pariter subsequeretur. Puer itaque collectis retibus, cum recto callo dominum suum concitus sequeretur, subito reverendo admodum vultu & habitu monachi ei se obviam conferunt. Cumque timore perterritus, quinam essent, inquireret, illi: Ne, inquiunt, metuas, tantum sequere nos.*

(a) Leo Ost. l. 2. c. 62.

Et cum aliquandiu per eamdem silvam graderentur, venerunt ad lacum quemdam cœnosum, ac fœtidum valde, aspectuque terribilem, ibique Pandulphum Capuanum Principem, qui paulo ante defunctus fuerat, ferreis nexibus vinctum, atque in illius cœno lacus ad guttur usque demersum mirabiliter ostendunt. Interea, duo nigerrimi spiritus retortas ex agrestibus vitibus facientes, eumque per guttur ligentes, in ipsa lacus profunda merserunt, iterumque sursum extraxerunt. Cumque hæc sæpius facerent, prædictus puer tremens licet voce eum alloquitur, orans, ut sibi, cur talia pateretur, ediceret. Ille vero flens & ejulans roganti puero mox ita respondet: Licet, o puer, pro innumeris sceleribus meis infinita mihi pœna præparata sit: nullam tamen ob aliam causam ista, quam cernis, excrucior pœna, nisi propter aureum calicem, quem de monasterio beati Benedicti sacrilega ductus cupiditate abstuli, eique moriens etiam restituere neglexi. Sed obnixe te precor, ac per JESUM Christum Dominum, cujus ego infelix præcepta contemnens, in hanc sum demersus voraginem mortis, obtestor, ut Capuam ad uxorem meam vel ipse pergas, vel nuntium dirigas, qui ei & tormenta quæ patior, nuntiet, & ut calicem monasterio sancti Benedicti reddat. Indicat & ille: Quid, inquit, *prodest, si ei nuntiavero? non enim, quod te viderim, vel quod talia patiaris, creditura est. Ad quem ille: Hoc, ait, et signum ex mei parte, quod te miserim, dabis: Quod Paudulphus Gualæ filius calicem ipsum sub pignore habeat, & ut reddita, quam illi debuimus, pecunia, recipiat, illum, ac sancti Benedicti monasterio, omni post posita mora, restituat, sibi celeriter, rogo, insinuare non differas. Hic dictis, visio ab ejus oculis elabitur. Puer autem mox, ut domum regressus est, infirmitate detentus, intra paucos dies defunctus est. Ea vero quæ viderat, quæve sibi fuerant dicta, omnibus ad se ve-*

X. Qua pud ros dede sacri Prin

PAGIUS *Regi regnum Burgundiæ tradidit, eique fidelitatem denuo jurare fecit. Quem Episcopi cum ceteris Principibus in Ecclesiam Sancti Stephani, quæ pro capella Regis Soloduri habetur, deducentes hymnis & canticis Deum laudabant, populo clamante & dicente, quod pax pacem generaret, si Rex cum Cæsare regnaret, reversus Imperator per Basileam descendens, Franciam Orientalem & Saxoniam, atque Frisiam,,, Pa-,, cem firmando, legem faciendo revisit.* Ita Wippo.

venientibus patefecit. Pandulphus etiam ipſe, qui cauſa pignoris calicem apud ſe habebat, hoc ipſo tempore, neſcio qua cauſa, Neapolim pergens, hæc omnia ex ore ipſius Pythagoræ ſe audiſſe mihi poſtmodum retulit, per quem ipſe quoque Pythagoras uxori illius omnia, quæ de viro ejus viderat, vel quæ ipſi mandaverat, Capuæ nuntiavit. Illa ſibi potius, quam viro conſulens, pretium, quod vir ejus mutuo acceperat, reddere noluit, neque calicem recipere, neque modo reſtituere curavit. Hæc huic operi idcirco inſerenda putavimus, ut qui iſta audierit, metuat &c.

XIII. (a) Petr. Dam. ep. ad Dom. c. 13. Sed & ad hoc tempus ſpectare noſcuntur, quæ nos, ſecuti (a) Petrum Damiani, ad tempora Ottonis Secundi Imp. ea referentem, de ejuſdem Pandulphi damnatione ad inferos ſuperiori Tomo poſuimus, quæ hic fuerant collocanda ex ſententia Leonis (b) Oſtienſis, exactiori cenſura res geſtas ſuis quaſque temporibus tribuentis, & quod tunc accidit, ita narrantis:

(b) Leo Oſt. l. 2. c. 84.

XIV. *Eo etiam tempore ſervus Dei quidam Neapolitanæ regionis in prærupta rupe juxta viam publicam ſolitarius morabatur. Hic dum nocturno tempore pſalleret cellulæque feneſtram horarum explorator aperiret; videt repente multos atros homines, velut Æthiopes, longo ordine ſuccedere, onuſtoſque fœno ſagmarios minare. Cum, quinam eſſent, curioſus inquireret, cujuſve rei gratia jumentorum pabulata multa pararent: dæmones, inquiunt, ſumus, neque pecoribus alendis pabula, ſed fomenta ignium ferimus hominibus comburendis. Præſtolamur enim proxime Capuanum Principem Pandulphum, qui jam extremum ſpiritum ſundit. His auditis vir Dei, nuntium protinus Capuam dirigit exploratum: qui veniens Pandulphum jam mortuum reperit. Quo defuncto Veſuvius mons in flammam erupit, tantaque reſina ſulphurea congeries ex eo protinus fluxit, ut torrentem faceret, atque decurrente impetu in mare deſcenderet.*

Pandulphi Principis exitus.

Hæc Leo de viſione Pandulphi animæ ad inferos condemnatæ, oſtenſa tum Eremitæ: ſicut & alias ſæpe Deus ſignificare conſuevit ex ignibus ob oculos hominum poſitis, Inferni flammas iræ Dei, vindices nobis inviſibiles, ut ejuſmodi exemplis haud incongruis ea declaret, quæ ſacris eloquiis comminatus eſt tormenta peccantibus, cum ait Apoſtolus: (c) *Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei.* Nec quod ad fœnum ſpectat, Apoſtolico caret (exemplo) monente nihil aliud agere peccantes quam in ſui combuſtionem colligere fœnum & ſtipula ad diem Domini, nempe retributionis, *quia* ut ait, *in igne revelabitur.*

(c) Rom. 2.

(d) 1. Cor. 3.

XV. Pandulphi uſque ad obitum res geſtæ. Cæterum etſi poſt ejus ſcelera pœnas, quas dedit miſer hic & apud Inferos, nudo narrare viſum eſt opportunum; tamen adhuc plures vixiſſe eum annos liquet. Nam & de molitionibus ejus, poſtquam Conradus Imperator receſſit, hæc Leo Oſtienſis habet: (e) *Interea Pandulphus, relicto in arce filio, ad expugnandam Capuam ingenium vertit, ſeque Conſtantinopolim contulit cum Baſilio ſuo, opem ab Imperatore petiturus. Cui Imperator, Guaimarii præmonitus nuntiis, non modo nullum adjutorium tulit, verum in exilium protinus egit, ubi duobus annis, quibus Imperator ipſe ſuperfuit, miſeram vitam ducens, relaxatus tandem, & abſque ullo effectu reverſus eſt.* At ſecundum elogium reproborum, in Apocalypſi divinitus pronuntiatum: (f) *Qui nocet, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Aliam in juſtiorem viam tentat ad recuperandum principatum, dum Northmannos colligens, quos ſciret in Italia commorari, illis pro ſtipendio bona Caſſinatis monaſterii pollicetur. Sed eos Deus, precibus religioſorum (g) pulſatus deſtruxit, Rudolpho eorum Principe ea die, qua erat monaſterium invaſurus, repentina morte ſubducto. Demum vero per Henricum Imperatorem, ingenti auri pondere (h) perſoluto, reſtitutus in principatum, ſed numquam converſus ad Deum talem quem audiſti, vitæ exitum perpetuo damnatus incendio, infelix accepit. Quod Deus non ejus cauſa, cui non profuit, ſed ad poſterorum utilitatem duplici voluit innoteſcere viſione, quo mortales omnes, præſertim vero Principes diſcerent pietatem illud ſemper ob oculos poſitum Domini monitum: (i) (*Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur; animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*) habentes, atque jugiter ad ſobrietatem, & prudentiam comparandam animo revolventes.

(e) Idem ib. c. 66.

(f) Apoc. 22.

(g) Leo Oſt. l. 2. c. 76. 77.

(h) Idem l. 2. c. 81.

(i) Mat. 16.

☞ Quod ſpectat ad res boreales, hoc ipſo anno, nobilis Eccleſia Polonorum magnopere fluctuavit, immo dictum eſt paſſa naufragium invaſione finitimorum Bohemorum ſub Brzetiſlao ipſorum Duce. Immanem tragœdiam hanc accurate deſcripſit ex antiquioribus Annalibus Longinus, cujus cum nobis fides magis probata reddatur, hic totius facti ſeriem ejuſdem verbis totidem deſcribemus. Sic ſe habet:

Civili & plus quam civili nobilium videlicet & popularium furore regnum Poloniæ Brzetiſlaus Bohemiæ Dux intelligens dilaceratum & colliſum & ſua Ro-

go

ge atque Principe destitutum, invadere illud velut paratam prædam & amplioribus incommodis afficere, nullam illic sciens se resistentiam habiturum constituit. Ad quod illum non solum acceptæ in excæcatione avi sui Bolæslai Ducis Bohemiæ per Boleslaum Poloniæ Regem injuriæ factæ memoria, & livor & odium simulque occupandi alieni regni, aut saltem exterminandi stimulabat ambitio, & prava voluntas. Collecta itaque nobilium & agrestium multitudine Poloniam ingressus civitates ejus magis opulentas & insignes, Uratislaviam videlicet & Posnaniam, oppidaque vicos, & villas quæ civiles stridor nondum deleverat, diripit & exurit. Ad Gnesnam tandem Polonorum metropolim perveniens, illam, quoniam nec situ nec arte munita erat, sed neque defensores habebat, facile capit. Et quoniam in urbe tum vulgata & famosa nobilem prædam suæ avaritiæ prout cupiebatur, suffecturam non reperit (neque enim illic nisi vilia mancipia relicta erant) ad prædanda diripiendaque sacra templa animum ambitione æstuantem convertit. Sed illico omnipotens Dei dignatio patientiæ suæ virtutem ostendens, mirabili prodigio, ne sacer locus maximo & præcipuo suo prædaretur thesauro, providit, & quantum sacrilegii facinus profanus & impius Brzetislaus esset admissurus monstravit. Dum enim Dux ipse Brzetislaus Ecclesiam S. Mariæ Metropolitanam Gnesnensem spoliaturus advenisset in ipso limine & aditu, tam ipse, quam omnes milites sui, & universa plebs cæcitate & morbo lethargico, qui illos amplius quam triduo detinuit, quatres Ecclesiam irrumpere & sacra diruмpere tentabant, fuere percussi. Interea autem decrum illorum trium pietate Agni cælestis, qui Polonos verbera suæ plagæ mulctare, non ad extremum tamen consumi permisit, procuratus inducias, pauci ex ministris Ecclesiæ Gnesnensis, qui cæteris metu belli perculsis diffugientibus remanserant, corpus S. Adalberti Pontificis & martyris in ea conditum, quod verisimiliter Bohemos existimabant sublaturos e loco in quo annis pluribus universali devotione quieverat, abstrahunt, & in loco vili sabulo obrutum recondunt. Sub illis quoque diebus Brzetislaus, Bohemiæ Dux in quaque propinqua vastationem jusserat extendi, & agrestes capi, in eam spem adductus, quod discordia Polonorum intestina sua quoque vastatione infestæ Respub. Polonorum dissoluta Bohemica fieret augustior. Jam Bohemos & Ducem eorum Brzetislaum examinatio lethargica & cæcitas a spolio in sacra perpetranda trium dierum continuatione deterruerat, resque apud eos, prout dignum erat, in prodigium & religionem versa, futuri sacrilegii facinus, ejusque magnitudinem demonstrans, conceptum furorem dissolvabat. Severus tamen Pragensis Episcopus, qui bella injusto hujusmodi se miscuerat, & Gnesnæ præsens aderat, Bohemorum animos sua sponte in prædam & spolia proclives, ad prosequendam cœptum scelus animat & accendit, asserens lethargiæ & excæcationis incommodum non propter in sacra Ecclesiæ Gnesnensis per eos committendum spolium, sed propter veteres Bohemorum prævaricationes & scelera in Catholicam religionem, abutendo illicitis connubiis, perpetrando homicidia, committenda adulteria, sectando ebrietates, sabbata diesque festos operibus servilibus violanda, incestuose vivendo, sepulturas mortuorum in locis profanis neglectis ædibus & cœmeteriis sacris faciendo, & templis spolia inferendo, pauperes opprimenda, injusta judicia exercenda, commissa accidisse. Ad quorum expiationem Severus Pontifex Pragensis, Duci & Bohemis triduanum jejunium indicit. Qua expleta, jusjurandi execratione se astringunt, ab omnibus enormibus facinoribus, quibus hactenus se inquinaverant, cessaturos. Post hæc Ecclesiam Gnesnensem ingressi, dum solita non feriuntur cæcitate, ad diripienda singula sacra, & omnem Ecclesiæ supellectilem rapacem animorum & manuum ingluviem, favere eorum divinitatem credentes proposita, intendunt. Correptis autem Ecclesiæ Gnesnensis, qui remanserant, ministris, non probris solum & cruciatibus, sed etiam amplissimis promissis illos sollicitant, ut ubinam corpus beati Adalberti Pontificis & martyris depositum sit, ostendant. Et illi quidem prudenti & industriosa vafricie usi, corpus Gaudentii Gnesnensis Archiepiscopi, & beati Adalberti germani ostendunt: illudque esse corpus beati Adalberti mentiuntur. Creditum est illico a Bohemis. Nam & sarcophagi, locique & ornamentorum pontificalium, quibus vestitum erat corpus Gaudentii, qualitas fidem figmentis faciebat. Tollunt itaque Bohemi corpus Gaudentii, & immensa lætitia, putantes se corpus beati Adalberti martyris adeptos esse, exultant, & vulgaribus canticis Ecclesiam Gnesnensem replent. Deinde illud magna solemnitatis pompa de Ecclesia efferunt, & in castra sua traducunt. Quæ quidem ludificatio justissima Dei lege & providentia evenisse Bohemis credenda est. Qui enim verum Dei & summum tunc Pontificem, pluribus probris contumeliis & injuriis viventem affecerant, qui eum geminata vice de sede sua ignominiose ejecerant, quique sævissima cæde fratres

suos

suos & universum genus suum odio & livore necaverant, ejus sacrum corpus Polonis, qui eum susceperant, honorificaverant, ejus monitis salutaribus paruerant, ejus corpus ex Prussia transtulerant, auferre divinitate decernente judicati sunt indigni. Sed nec Sanctus ipse passus est ossa sua ad gentem apostatricem referri, quæ, quantam in eo erat, & in præsentem in se, & in absentem in suos sæviens, sui nominis memoriam conata est e rerum natura pertinaci animo tollere, & abolere: & quorum vivens consortia solebat fugiendo aspernari, ab eisdem non tulit corpus suum contingi, neque in Bohemiam ex Polonia anferri. Convertit post præmissa Brzetislaus Bohemiæ Dux animum ad cætera sacra diripienda, & quinque fratrum & martyrum corpora, videlicet Joannis, Benedicti, Isaac, Matthæi, & Christini, quos sub Boleslao Primo Polonorum Rege, in loco ubi nunc est oppidum Cazimierz, eremiticam vitam in artissima conversatione agentes, monstravimus martyrium passos, quæque Boleslaus Rex Primus ex loco Passionis eorum Gnesnam transtulerat. Imaginem insuper Crucifixi ex puro auro per Boleslaum Primum Polonorum Regem fabrefactam, & trecentas habentem libras, triplici pondere corpus ejus appendentem: item tres tabulas, quibus altare majus adornatum fuerat, auro puro & variis pretiosisque lapidibus & gemmis superbas, per eumdem Boleslaum Poloniæ Regem donatas, cæteraque Ecclesiæ Gnesnensis vasa & clenodia rapit, & sacrilego facinore Ecclesiam Gnesnensem pluribus suis sacris ornamentis & decoris spoliat. Neque his contentus, campanas nobiles & in magnitudine, valore, atque sono raras aufert, & cum his omnibus, & populi rusticani utriusque sexus multitudine, quam captam tenebat, in Bohemiam reversus est: & Pragam in vigilia S. Bartholomæi ingressus, sacras prædas in Ecclesia majore Pragensi collocat, & deponit. Captivos vero rusticos Polonorum, inter quos sacerdotes ministrique Dei videbantur (tanta enim erat Bohemorum crudelitas, ut nec a Christis Domini manum continerent) in colonias deduci distribuique ordinavit; corpus sancti Christini unius ex quinque fratribus, Moravis instantius petentibus, Olomucensi Ecclesiæ quæ nondum cathedralis tunc fungebatur honore, donavit: quod apud illam in eam usque diem sub tabulis argenteis auro tinctis requievit, suoque titulo & nomini cathedra Olomucensis extat dicata. Hucusque Longinus. Quomodo autem de tot tantisque sacrilegiis anno sequenti delatæ sint per Legatos ad hoc missos ad Romanum Pontificem accusationes, & quid adversus sacrilegos fuerit judicatum; suo loco ex eodem auctore auditurus eris. ☞

XVI. S. Stephani Hungariæ Regis obitus.

Hoc eodem anno defunctum esse S. Stephanum Hungariæ Regem, qui his temporibus vixere, nobiliores Chronographi scriptis tradidere, Hermannus & Marianus Scotus, qui & mala post ejus obitum subsecuta singulis certisque annis consignarunt, quæ ut fieri contigerunt, recens audita scripserunt, ut plane solidior eorum fides haberi debeat, quam Cartuitii, vel Bonfinii recentiorum auctorum, ante annos quatuor ejusdem ad Deum transitum referentium. Leo Ostiensis ad hæc posteriora tempora potius, quam anteriora reducens ejus obitum de oblatione ab eo missa paulo ante ad monasterium Cassinense sic ait: (a) *Circa hoc tempus sanctæ memoriæ Stephanus Hungariæ Rex, qui gente sua ad Fidem Christo vero* (nempe S. Stephanus) *tutissimam omnibus constituit viam: excipiebat ut fratres, quoscumque videbat, dabatque illis immensa munera. Cujus rei gratia provenit innumerabilis multitudo tam nobilium, quam vulgi populi, Hierosolymam abierunt.* Innocentius Undecimus ejus festum die secunda mensis Septembris celebrandum instituit ob victoriam a Christianis ea die in Budæ expugnatione a Turcis reportatam. Regnum Hungariæ fundavit *S. Stephanus*, quod a posterioribus Regibus auctum ad Adriaticum & Euxinum usque extentum, per tot sæcula contra Tartaros & Turcas validissimum Christianorum propugnaculum fuit.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 79.

PAGIUS VI. Moritur S. Stephanus Rex Hungariæ.

A num. XVI. ad XIX. *Sanctum Stephanum* Hungariæ Regem hoc anno spiritum Deo reddidisse, non solum Hermannus Contractus & Marianus Scotus a Baronio laudati; sed etiam Wippo ad annum MXXXVIII. testantur: *Eodem anno*, inquit Wippo, *Stephanus Rex Hungarorum obiit, relinquens regnum Petro filio sororis suæ.* Hunc Hermannus *de Venetia natum* dicit. Cartuitius in Vita ejus diem emortualem notavit, festum nempe Assumptionis beatissimæ Virginis; sed annus in ea Vita corruptus, ibi enim Stephanus mortuus dicitur *anno Dominicæ Incarnat. millesimo tricesimo quarto*: quod librariis attribuendum, qui in diebus, mensibus & annis memorandis, sive eos cifris exprimant sive integris literis, sæpe peccant. Ab initio conversionis suæ Stephanus usque ad mortem Ecclesiæ favit. Glaber lib. 3. cap. 1. ubi de ejus conversione egit, addit: *Tunc temporis cœperunt pene universi, qui de Italia & Galliis ad Sepulchrum domini Hierosolymis ire cupiebant, consuetum iter, quod erat per fretum maris, omittere, atque per hujus regionis patriam transitum habere.*

VII. Primus Normannorum in Siciliam adventus.

Lupus Protospata in Chron. testatur Normannos primum hoc anno in Siciliam venisse: *Descendit Michael Patricius, & Dux, qui & Sfondili vocabatur, & transfretavit cum Maniachi Patricio in Siciliam*; quod & Chronographus Barensis habet. Hujus expeditionis caussam narrat Leo Ostiensis lib. 2. cap. 68. *per idem tempus*, inquit, *Maniacus Dux ab Imperatore Cpolitano cum exercitu ad debellan-*

Christi anuversa multis post mortem virtutibus claruit: auream crucem valde pulcram sancto patri Benedicto direxit, multis Abbatem flagitans precibus, ut aliquos monachos ad instituendum in illis partibus monasterium mitteret. Cujus votis Abbas obtemperans, duos de senioribus monasterii misit. Quod autem Salomonem ejus successorem ponit, est omnino corrigendum; non enim Salomonem, sed Petrum habuit successorem, ut Hermannus ait, sororis suæ filium.

XVII. De ejus autem ad Deum transitu Cartuitius istu; (a) *Sentiens adesse migrationis tempus, accersitis Episcopis & primoribus palatii, Christiano nomine gloriantibus, primum tractavit cum eis de substituendo Rege; deinde paterne admonuit eos servare Catholicam Fidem, quam accepissent, amare justitiam, fraternæ charitati studere, humilitate dare operam: ante vero omnia novellæ Christianismi plantationi curam & sollicitudinem adhibere. His dictis manus & oculos ad cælum erigens: Regina cælorum, inquit, mundi inclyta reparatrix, tuo patrocinio sanctam Ecclesiam cum Clero, & Episcopis, regnumque cum primatibus & populo tuis precibus commendo. Quibus nunc ego ultimum vale dicens, animam quoque meam tuis manibus committo. Instabat tunc præcipua solemnitas & lætus Angelis & hominibus Assumptionis beatissimæ Mariæ dies, in cujus gaudiis, ut sui corporis fieret dissolutio, precibus a Domino contendit, lacrymis & gemitibus impetravit sperans cumulatoris misericordiæ se spem habiturum.*

(a) Cart. in vita S. Stephan. c. 21. Sur. t. 4. die Aug.

XVIII. *Aderat ergo felix ille dies, ejus obitu mox felicitatis aliquam accessionem habiturus: circumstant eum Clero Episcopi, cum ministris Principes & Comites. Rex in medio jacens sacram percepit unctionem sanctamque animam corporis & sanguinis Christi recreatam viatico, anno Dominicæ Incarnationis* * *MXXXIV.*

* MXXXVIII.

in manus perpetuæ Virginis & sanctorum Angelorum, æternæ quietis beatitudini inferendam tradidit. Hucusque de ejus migratione Cartuitius, qui eumdem mandatum sepulturæ tradidit Albæregali in Ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ ab ipso ædificata, ejusque opera proxime dedicata. At invidia diaboli factum est, ut diu multumque regnum Hungaricum bellis civilibus & externis fuerit exagitatum, non sine magno Christianæ tum coalescentis religionis detrimento.

Quod ad res pertinet Orientis, Constantinopoli hoc anno Indictione sexta, tribus ferme mensibus laboratum est terræmotu, & assidua fame afflictus est populus, quando Imperator Thessalonicensem Archiepiscopum, stipem suis clericis negantem digno supplicio eumdem affectum ut relegatum privat. Sic suo temporis ipso Imperatore sibi etiam quæ erant Ecclesiastici juris, impie vendicante. Rem gestam Curopalata ita describit: *Cum clerici Thessalonicenses accusassent Theophanem Metropolitanum, ut qui contineret consueta ipsorum cibaria: Imperator, qui Thessalonicæ morabatur, verbis ipsum blandis hortabatur, ne Ecclesiæ populum cibariis a lege concessis privaret, qui cum acerbe & aspere se gerens, non obediret, decrevit Imperator ipsum fraude circumvenire, ejusque avaritiam punire. Mittit igitur quemdam ex suis ministris, ab eo petens mutuari sibi centenarium unum, quoad Byzantio sibi aurum afferretur. At ille adhibito jurejurando inficiatus est se habere nisi triginta libras. Et hunc quidem facessere jussit Imperator; missisque qui penu ejus perscrutarentur, reperti auri centenaria triginta tria, ex quibus clericis dat quæcumque ipsis debebantur a primo anno sacerdotii Theophanis, usque ad præsens tempus: reliqua distribuit pauperibus, & Metropolitanam ab Ecclesia expellit, in quodam*

X Cla cien

PAGIUS *dos Saracenos in Siciliam misisset: cum Apulia atque Calabria milites in auxilium conscrivisset, Legatos ad Gaimarium* (qui Princeps Salerni erat, ejusque amicus) *misit: orans, ut Normannorum illi auxilium mitteret.* Addit Leo, *Gaimarium* ejus precibus annuisse, & aliquot Normannos ad eum misisse. Cumque jam maxima Siciliæ pars recuperata esset, & Syracusana civitas capta paulo post in sua redeuntibus Græcis atque Normannis, *Saraceni* mox cuncta, quæ amiserant, receperunt. Sed de his legendus Malaterra, Summontius in Hist. Regni Neapolitani, aliique, qui referunt Græcos *Normannorum* gloriæ invidentes male eos habuisse.

VIII. In Lusitania vero *Ferdinandus Magnus*, qui nuper Legionense Regnum Castellæ Regno adjunxerat, victricia arma in Sarracenos etiam vertebat, eosque ad extremos Durii fines in veteris Lusitaniæ parte bello exagitabat. Hi anno superiori, Hispaniæ Regibus inter se dissidentibus, Castellam, Legionem & Gallæciam devastarant; verum currenti Ferdinandus, post varia minoris momenti oppida eis erepta, *Visum* urbem in intima Lusitania positam circumsedit, ac tandem vi expugnavit, uti narrat Sandovallius in ejus Vita ex veteri Diario, quod Andreæ Resendii Viri doctissimi fuit: *Era MLXXVI. IV. Kal. Julii capitur Viseo a Rege Fredenando die XVIII. postquam obsideri capta est. Sequenti die hora tertia traditur munitio* (arx scilicet a Duce Sarraceno valide defensa.) *Capitur ibi occisor Regis Adefonsi* (Alphonsi nempe V. Legionis Regis, ictu sagittæ, dum eandem urbem obsideret, anno MXXVII. occisi, ut ibidem insinuavimus), *quem Rex* (nempe Ferdinandus) *jussit necare a sagittariis, excavatis prius ocu-*

Fer dus vac Lu bel xat

dum agro relegat, præfecitque metropoli Prometheum &c.

XX. Saraceni a Græcis victi.

Qua pariter sexta Indictione Georgius cognomento Maniacus militia clarissimus ad debellandos Sarracenos Siciliam occupantes mittitur: qui feliciter pugnans, primum eorum prostravit exercitum, indeque tredecim civitates cepit, demumque universam Insulam sibi subegit. Hæc Curopalata. De his agens Leo Ostiens. hæc habet: (a) *Per idem tempus Maniacus Dux ab Imperatore Constantinopolitano cum exercitu ad debellandos Sarracenos in Siciliam missus, cum Apuliæ atque Calabriæ milites in auxilium conscivisset, Legatos ad Guaimarium,* Principem Salernitanum *misit, orans ut Northmannorum illi auxilium mitteret. Ejus ille precibus annuens, Vuillelmum Drogonem & Vuinfridum Tancredi filios, qui a Northmannis nuper advenerant cum trecentis aliis Northmannis militibus misit. Cumque maxima jam Siciliæ pars recuperata esset, & Syracusana civitas capta, eidem Duci a sene quodam S. Luciæ mausoleum proditum est, ejusque corpus inde sublatum, & in theca argentea positum, Constantinopolim cum omni honore & reverentia transmissum est.* Hæc Leo.

S. Luciæ corpus Constantinopolim translatum.

(a) Leo Ost. l. 2. c. 68.

Ann. Eccl. Tom. XVI. Llll 2 Mil-

PAGIUS

oculis, ambabus manibus, & pede de armotoste (erat armotoste instrumentum, quo sagittarius, dum ballistam contenderet, utebatur) *eadem Era XI. Kal. Augusti capitur Lameco ab eadem Rege, dedente Zadan Ibn-Hutim filius Hutim Abo Asem post multa pugna. Iste fuit major Regulus Regulis de Lameco & multa populavit loca, a Durio usque Tamara & Vauca flumina.* Postea Era MLXXVII. (anno nempe Christi MXXXIX.) *capiuntur in extrema Durii tés & citra multa villa, &c. & usque ad Ripa Tagi.* Dein post capta varia veteris Castellæ oppida in Regnum Toletanum ingressus *Almenonem* Regem Saracenum vectigalem fecit, uti habet idem Sandovallius, tam in Hispaniæ Monasteriis, quam in Vita Ferdinandi Regis, qui addit, *Ferdinandum*, summa pietate in monasterium S. Petri Cloniacensis affectum, illud annua multorum aureorum pensione impertiisse. Unde non mirum, si cognomento *Magni* exornatus fuerit; cum tot illud victoriæ de Mauris reportatæ pepererint.

I. Conradus Imp. obiit Henricus fil. succedit.

Millesimus trigesimus nonus annus sequitur, Indictione septima inchoatus, *quo Nonis Junii, ipsa Pentecostes die tertia, Conradus Imperator apud Trajectum Frisiæ inopinata morte subito decessit*. Hæc Hermannus & alii ejusdem temporis Scriptores. Vacat Imperium; in regnum autem Germaniæ ejus filius Henricus successit, ab ipso Rex antea institutus. Quod autem Glaber (*a*) anno quadragesimo primo post millesimum contigisse tradat Conradi obitum, error putatur in codicem irrepsisse, ut loco, undequadragesimo anno, vitio librariorum positum sit XLI. Leo autem (*b*) Ostiensis hunc annum terminum certum posuit vitæ Conradi Imperatoris.

(*a*) Glab. l. 3. c. 1.
(*b*) Leo Ost. l. 2. c. 66.

II. Arreptitius Imp. Michael frustra liberari laborat.

Quod pertinet ad res Orientis; cum Michael Imperator, in dies magis magisque a dæmone, quo obsidebatur, acrius torqueretur, *nec* (inquit Curopalata) *inveniret, qua ratione se liberaret, misit in omnes regiones & insulas presbyteris singulis nummos duos, monachis unum baptizavitque recens natos pueros, traditis singulis nummo uno & milliaresiis quatuor. Tamen nihil horum profuit, immo vero malum augebatur, opitulante quoque hydropisi morbo. Hoc tempore etiam frequentes terræmotus facti sunt*

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hisp. MLXXVII Ao. Hegiræ CCCCXXXI. inchoato die 22. Septemb. fer. 7. A. C. 1039.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6532.

☉ 12. G. ☽ 04. P. 03. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1039.

BENEDICTI IX. PAPÆ 7.

HENRICI III. REG. 1.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 6.

I. Obitus Conradi Imp.

AD num. I. *Anno Dominicæ Incarnationis MXXXIX.* inquit Wippo in Vita Conradi Salici, *dum Imperator Cunradus jam in filio suo Rege Henrico Regni rem, imperii autem spem bene locatam consideraret: camque pene omnia per regnum ad libitum suum inclinata videret, ipse anno diem Sanctum Pentecostes apud Trajectum civitatem Frisiæ celebravit, ubi cum sacratissimam solemnitatem venerando magnifice cum filio & Imperatrice coronatus procederet ad mensam, mediocri dolore correptus est, tamen, ne tanta diei lætitiam perturbaret, dolorem dissimulavit. Sequenti die, cum morbus lethalis vehementer insisteret, Imperatricem cum filio Rege ad prandium exire jubet de cubiculo. Inter ea Imperator finem sibi imminere sentiens, sicut in vita suamet, in ulla semper constans & strenuus fuit, ita in extremis nihil segnioris fidei permansit; & vocatis Episcopis corpus & Sanguinem Domini, & Crucem sanctam cum Reliquiis Sanctorum apportari fecerat: & erigens se cum lachrymis valde affectuosis, in confessione pura, & oratione intenta, Sanctorum communionem & peccatorum remissionem devotissime recipit, Imperatrici & filio Regi Henrico per fida monita valedicens, ex hac vita migravit XI. Nonas Junii* (legendum cum Chronographo Hildensheimensi, II. Nonas Junii) *feria II. Indictione VII.* [1] Idem habent alii Historici, qui de Conradi Salici morte mentionem fecere. *Trajecti* autem Frisiæ civitatis nomine, non *Trajectum* ad Mosam, *superius* appellatum, sed Trajectum *inferius*, quod tum Frisiæ urbs habebatur, Wippo intelligit. Ea Vita Baronii tempore lucem non viderat, ideoque ex ea Historia Ecclesiastica illustranda fuit. *Filius ejus dominus Heinricus in omni quidem virtutum exhibitione perstrenuus ante scilicet in specialem regni monarchiam generali Cleri, populique prælectione nunc autem sine quavis contradictionis molestia, summa Christianissimi concordia, solio patris Deo gratias est inthronizatus*, inquit Chronographus Hildensheimensis.

II. Michael Imp. ægrotat.

Ad num. II. Narrat Baronius ex Curopalate, cum *Michael* Imp. in dies magis magisque a dæmone torqueretur, misisse in omnes regiones pecuniam Presbyteris & Monachis; morbum tamen, accedente etiam hydropisi auctum esse. Verum initio ejus Imperii ex Michaele Psello ostendimus, *Michaelem* a Dæmone obsessum non fuisse, sed comitico morbo laborasse.

III. Templa ædificat.

Ceterum, inquit Psellus, *Imperator manifeste jam gravi corpore intumuerat, interentemque aqua laborare cunctis palam erat. Quam ob rem cum alia præstabat, ut morbum averruncaret, expiationibus usus & lustrationibus, tum & in suburbano pro mœnibus ad ortum Solis illustre templum extruxit, haud omnem ejus trepidinem basimque evertens, sed fundamenta prioribus majora circumducens. Erat enim ibi fanum quoddam nihil ipsum splendidum*

NOTÆ [1] Dies qua Henricus post patris obitum solemniter inauguratus fuit, quæ a Pagio hic non proditur, eruitur ex diplomate ejusdem Henrici producto a Cl. Lamio in tom. 3. Delic. Erudit. pag. 144. ad alteram partem Chronici Leonis Urbevet. Datum est autem pro Monasterio S. Salvii, & ita consignatur. *data XVII. Kal. Julii anno Dominicæ Incarnat. MLV. Indict. VIII. anno autem Domini Henrici tertii Regis Imperatoris autem secundi ordinationis, ejus XXVI. Regni quidem XVII. Imperii vero IX. Actum Omiclo.* Si ergo Regnum post obitum Patris anno 1039. suscepit & anno 1055. die XVII. Kal. Julii ejusdem Regni annum XVII. numerabat, liquet profecto Regnum illud cæptum fuisse intra spatium quod a die 11. Non. Junii ad diem XVII. Kal. Julii intercedit, & cum unica tantum dies Dominica die 10. ejusdem mensis intra spatium illud contineatur, ea forte dies exordium regni censenda est. MANSI

sunt, & imbrium magna vis decidit, grassatusque est morbus, Angina dictus, ita ut non possent vivi mortuos efferre.

Ita infelix Orientalis Ecclesia, ubi schismate se divisit a capite, omnibus
(a) Psal. 132. charismatibus, quæ (a) sicut unguentum, descendebant (ait Psalmus) in barbam barbam Aaron, & profluebant in totum corpus usque ad oram vestimenti ejus, privata fuisse cognoscitur, ut non fuerit facile reperire, qui his temporibus vel unum sanaret energumenum, aliudve aliquod miraculum ederet: nec esset, qui iram Dei placare posset, ingruentibus licet gravioribus ubique malis. Hæc quidem ita se habuisse, ipsorum historici, res eorum diffuse prosecuti, ut Curopalata, haud fidem dubiam faciunt. Subdit autem idem auctor, quod ipse Michael Imperator, relicta Joanni fratri Imperii cura, jugiter moraretur Thessalonicæ apud S. Demetrium martyrem, idem supplicans ac petens, ut ab obsidente dæmone liberaretur. Sed etsi levamen aliquod sensit aliquando, numquam tamen potuit liberari.

III. Hoc anno (ut Longinus est auctor) missa est legatio ab Ecclesia Polonorum ad Benedictum Romanum Pontificem: Legatio missa ab Ecclesia Polonorum ad Benedict. PP.
quanam occasione, sic aperit idem auctor sub hoc eodem Redemptoris anno millesimo trigesimo nono: *Gravem & enormem Gnesnensis Ecclesiæ deprædationem, per impium Brzetislaum Bohemiæ Ducem & suum exercitum, in sacrorum & Deo dedicatorum rerum sublatione, & in Bohemiam asportatione commissam, Metropolitanus Gnesnensis Stephanus primus, qui successit Bossuthæ, molesto & amaro animo ferens Rachelius Archiepiscopi Cracoviensis, cæterorumque Episcoporum Poloniæ communicato consilio, Nuntios notabiles Romam mittit, coram summo Pontifice & Cardinalibus, de perpetrata per Ducem Brzetislaum, & Bohemos sacrilegia questuros: Qui cum ad Urbem accessissent, & coram Benedicto Papa Nono, audientia obtenta, nefanda Duci Brzetislai & Bohemorum facinora, sacrilegia in Deum & Sanctos ejus, spolia in sacra & templa, cædem & captivitatem in Orthodoxos & Fideles, rapinam in omnes fideli narratione exposuisset: Severum quoque Pragensem Episcopum omnium sacrilegiorum hujusmodi participem & conscium fuisse, sacrilegiaque singula ejus suasu & consilio fuisse patrata significans-*

PAGIUS *dum habens, nec structura insigne. Hoc ille pulchriore forma componens, portasque & nysos externis fabricatus, ac muris obseptum, extructisque ædibus condecorans, divinam religiosæ exercitationis palæstram fecit: omnem prope superiorum Impp. in extruendis sacris ædibus ac templis operam ac facultatem obscuravit. Certam enim proportionem ima summis concinne aptavit, immensumque decus ædificiis vite consertis ac harmonia affinxit, lapidesque nobilissimos pro sateeis stratoque sole adhibuit, auroque & tessellato opere ædem omnem illustravit, nec non picturæ arte, vivisque ac spirantibus (ut quis dicat) imaginibus, ubi par erat, templum perornavit. Præterea lavacrorum gratias aquarumque copiam, quæcumque denique alia oculos oblectare solent, omnemque sensum ad proprium sensibile movere, huic utique templo adjunxit, & (ut ita loquar) contemperavit. Hæc vero præstabat, tum, ut Deo honorem haberet, tum etiam, ut ejus famulos sibi propitios redderet, si quomodo tumefacta illius viscera sanarent. Verum nihil amplius erat, completo illi vitæ modulo, ac dissoluta compage. Quam ob rem ea ille deposita spe, futurum judicium sibi ipse modis omnibus præconciliabat, indeque prorsus iis maculis, quas animo contraxisset, liberare satagebat.*

IV. Magia falso incusatus. *Ajunt sane quidam eorum, qui non benevole admodum erga illius affecti familiam sunt, animique libidine judicia ferunt, priusquam is Imperii sceptra capesceret, nefandas quasdam ceremonias eam in rem fuisse adhibitas, visaque obscura eorum spirituum, qui aerem obsident, verum illi summum pollicitam esse, & ex illo, ut Deum negaret, mercedem postulasse. Hoc igitur esse ajunt quo torqueretur, mentisque procella quateretur, atque ad ejusmodi expiationis moveretur. Siquidem igitur verus hic sermo, noverint qui illi devotionis socii extiterunt. Sin autem falsus, meus rursus scopus victor exeat. Ad me sane quod attinet, qui scam ex hominum genio esse, ut fingant crimina, haud facile vulgi rumoribus ac calumniis animum accommodo; sed ea quæ feruntur argumentis probans, inde mihi ipse rerum fidem statuo. Novi certe hominem, & post adeptum imperium, omnis virtutis edidisse speciem, nec divinis solum templis animum adhibuisse; sed & viris Philosophicis operam dedisse, ac eximie coluisse. Philosophos autem dico, non qui rerum substantias scrutentur, nec qui mundi primordia quærant, sua vero salutis principia nulla cura prosequantur; sed qui spreto mundo cum supra mundanis ac cælestibus vitam instituant.*

V. Philosophos & gravibus morbis affectos colit. *Quis enim eum latuit ejus generis hominum? quem non terræ, marisque scrutatus est oram, rupiumque anfractus, & antea abditas terræ cavernas, ut quem in iis latitantium deprehenderet? deprehensos autem in Regiam adductos, quo non honore prosequebatur? pulvere conspersos detergens illorum pedes, cum illos circumfusus, suaviterque deosculans; necnon ipsorum pannos laceros in occulto gestans; atque illos quidem in Regio thoro collocans, ipse vero in humili quoddam stratum grandi quodam lapide caput sustinente, se ipse projiciens, aliaque admirationis plena præstabat. Dico autem non eo propositum sit, ut laudationem contexam, sed ut ea quæ gesta sunt, in Annales referam. Quod enim vulgo cavere solent, ne iis quorum oblæsa sunt corpora, leprosisque consuetudinem habeant; illis magnificentius quid agebat, qui se ad illos conferret, vultumque excisis illorum corporibus ac ulceribus admoveret; atque etiam sinu confoveret, & amplexaretur atque balneis recrearet, velutique domini servus emptitius illis adstaret. Obstruantur ergo nequissimorum hominum ora, nec eorum*

sicassent: Pontifex Romanus non secus, quam justum erat, motus, longam cum Cardinalibus, aliisque qui tunc in Urbe aderant, Prælatis, tenuit deliberationem. Et cum omnium pari unanimique sententia execrabile scelus in Gnesnensem Ecclesiam commissum mucrone Ecclesiastico vindicandum censeretur, diversa tamen edebantur in modo ultionis inferendo vota. Et alii quidem Brzetislaum omni Ducali honore, & Fidelium communione privandum esse censebant: alii per triennium in exilium agendum, nempe salubrem aliquam peregrinationem ad loca sancta suscipiendo, tanto temporis spacio patria cariturum. Severum vero Episcopum Pragensem a Pontificali gradu dejiciendum, & in monasterium pro expiatione tanti sceleris, perpetuam illic pœnitentiam acturum, trudendum, damnandum esse. Alii tam Ducem Brzetislaum, quam Severum Pragensem Episcopum usque ad plenam omnium sacrorum restitutionem anathematizandos fore. Hæc ultima sententia velut mitior, & media ab omnibus accepta est.

IV. In bello justo abstinendum. Verum quoniam Sedes Apostolica, parte altera non audita, decreta sua promulgare non consuevit; personalis contra Ducem Brzetislaum, & Severum Episcopum Pragensem citatio promulgatur. Quorum Nuntii dum Romam advenissent, & pro scelere sacrilegii diluendo verba coram summo Pontifice facerent, scelus illud, de quo per Ecclesiam Polonicam accusabantur, non diffitentur Ducem Brzetislaum, & Episcopum Severum admisisse non tamen temeritate, inquiunt, impia, sed devotione, & pietate forsan stulta, Sanctorum ossa, cæteraque sanctuariorum vasa ex Gnesna sublata, & Pragam relata esse. Belli enim jure, quod Polonorum genti inferebat, credidit spolium illud juste Brzetislaus Dux noster, & populus Bohemicus admisisse. Tum vero Papa, Nuntiis correptis, stultam & deliram eorum excusationem ostendit; nec licere quantumcunque justo bella Ecclesiae Dei suis sanctuariis, & rebus Deo dicatis spoliari, aut ossa Sanctorum de locis Catholicis, sine Sedis Apostolicæ speciali auctoritate & consensu transferri, cum bella hominibus, non cælestibus, & sacris indicere conveniat. Proinde autem singula sanctuaria Ecclesiæ Gnesnensi, cæterisque Polonorum Ecclesiis erepta aut restituerent, aut tam Ducem Brzetislaum, quam Severum Episcopum Pragensem Apostolico rigore scirent excommunicandum.

Legati vero Bohemorum, omnium ablatorum restitutione Ducis & Episcopi nomine repromissa, tam Ducem, quam Episcopum ad complendum, quæ verbo pro- Cor pit rect jud

PAGIUS rum linguis maledicis ac calumnia tinctis venenato Imperator subjaceat. Pluribus postea Psellus de piis ejus fundationibus & exercitiis agit.

VI. Emma Regina rum Hardecanuto filio in Angliam redire rogitat. Hoc anno Emma Angliæ Regina, quæ Haraldi Angliæ Regis persecutionem fugiens in Flandriam secesserat, Hardecanutum Daniæ Regem & Eduardum filios ad se vocavit. Rem verbis Encomiastes ejusdem Reginæ narrabo: In tanta posita securitate, Legatos suo filio mittit Eduardo (est is Eduardus cognomento Confessor, quem Regem videbimus) postulatum, ne versus se pigritaretur venire. Quibus ille obaudiens equum conscendit, & ad matrem usque pervenit. Sed ubi eis copia data est mutuo loquendi, filius se matris fortunas edocet miserari; sed nullo modo posse auxiliari, cum Anglici Optimates nullum ei fecerint jusjurandum. Qua ex re indicabat a fratre auxilium expetendum, &c. Post cujus reditum, nuncios Hardecnutoni filio suo legat, &c. Ardebat enim animo, fratris (nempe Alfredi nefarie occisi) injurias ultum ire, imo etiam matris legationi parere. Hinc utrique rei providens, quam maximas potest navium militumque parat, &c. Denique maris ira parata, omnique tempestate sedata, prosperis flatibus sinus pandit velorum; sicque secundo usus cursu, ad Brugensem se se applicuit portum, &c. Nec longe post filio cum matre morante, & memorata visionis promissa spectante (jam enim dixerat in somno ei significatum fuisse Haraldum periturum) nuncii læta ferentes nuntia adveniunt: qui videlicet Haraldum mortuum nunciant, qui etiam referunt Anglicos ei Principes nolle adversari, sed multimodis jubilationis sibi congratulari. Unde regnum hæreditario jure sibi debitum non dedignetur repetere, & sua dignitati, eorumque saluti juxta in medium consulere.

His Hardecanuto, materque animati repetere statuunt oras aviti regni. Cujus vel fama, ut populares impulit aures, non cuncta dolere & luctu compleri corcaes, &c. Sic tota plangebatur littore, sic ab omni plorabatur populo astante, &c. Tandem vicit amor patriæ, & omnibus viritim osculatis, & flebili eis dicto vale, cum filio, suisque altum petit mare, non absque magna lachrymarum utrimque fusa ubertate. Igitur Principes Anglici parum pervenisse fidentes legationem, antequam ab illis transfretaretur, obvii sunt facti, optimum factu rati, ut & Regi, Reginæque satisfacerent, & se devotos eorum dominationi subderent. Hæc ita peractis, & omnibus suis in pacis tranquillitate compositis, fraterno correptus amore nuncios mittit ad Eduardum rogans, ut veniens secum obtineret regnum. Qui fratris jussioni obediens, Anglicas partes advehitur, & mater, amboque filii regni paratis commodis nulla lite intercedente utuntur. Hic fides habetur regni sociis, hic inviolabile viget fœdus materni fraternique amoris. Qua narratione Encomiastes Emmæ Reginæ opusculum suum absolvit, cui eo major fides habenda, quod narret quæ videre potuit. Hæc autem partim hoc anno, partim sequenti, gesta. Malmesburiensis enim lib. 2. de Gest. Reg. Angl. cap. 12. Huntindoniensis, & Simeon Dunelmensis produnt, Hardecanutum Regem Flandriam devectum ad Emmam matrem hoc anno venisse, & insequenti Haraldum Regem obiisse. Ca- Mo Ha Ha aat Re gli

promiserant, obligant, largis sermonibus pollicendo, tum Ducem, quam Episcopum decreto Apostolico in omnibus devote & humiliter parituros. In hanc pollicitationem dimissi, plerosque Cardinalium Nuntii Bohemorum adeunt, pluribusque largitionibus, & promissis illos sollicitant, ut suis consiliis, & suffragiis decretum Apostolicum de restituendis sanctuariis Ecclesiæ Gnesnensi rescindant, aut si rescindere non possent respectibus aliquibus, executionem ejus suspendant. Infecti Cardinales pretiis, & precibus, captum in sacrilegium, Principemque severitatem & ipsi remittunt, & Pontifici remittendam persuadent. Non convenire, ajunt, gravitati Apostolicæ, Ducem Bohemiæ, qui per Nuntios suos omnia illicite recepta restituturum, & præceptis Apostolicis se exhibes staturum, censuris aliquibus percelli, & in sugillationem publicam Principem parere paratum adduci; ne injuste irritatus, ad rebellionem justam se conferat. Hæc auctor. Tales erant illi a Benedicto creati sui similes Cardinales. Verum ejusmodi judicium hoc anno cœptum, ad quadriennium usque productum cum in Ecclesia Romana inter tres conflatum est schisma, idem demonstrat his verbis, quæ sequuntur, cum pergit: *Multifaria tunc erat Sedem Romanam ambien-*

PAGIUS VIII. *Canonici Regulares ante hoc sæculum non instituti.*

Canonicos Regulares, qui communi domo communi mensa, ac communibus bonis utuntur, & Sancti Augustini Regulam profitentur, hoc sæculo initium habuisse, certum tandem esse debet. Nulla enim ante hæc tempora hujus institutionis in Scriptoribus Ecclesiasticis apparent vestigia, & Abaelardus prioribus sæculi insequentis annis eam tunc novam fuisse, his verbis indicat: *Cur & vos ipsi Canonici Regulares a vobis ipsis noviter appellati, sicut & noviter exorti, magno ambitu murorum claustra extra sapientes more Monachorum ab illecebris & tentationibus sæculi munitis divisi?* Ita ille in Epist. III. pag. 236. contra quemdam Canonic. Regul. Nicolaus quidem II. in Concilio Romano anno MLIX habito, de Canonicis Regularibus loquens ait: *Rogantes monemus, ut ad Apostolicam, communem scilicet, vitam summopere pervenire studeant.* Quo similibusve locis Gabriel Pennotus in lib. de Canonicis Regul. aliique plures innixi, Canonicos a tempore Apostolorum in Ecclesia fuisse crediderè. Verum ex hoc & aliis hujusmodi locis non magis sequitur, hoc vivendi genus ab Apostolis originem sumere, & prioribus Ecclesiæ sæculis viguisse, quam Monachos Eliæ & Elisæi tempore jam floruisse, ex eo quod S. Hyeronimus, Sozomenus, aliique, horum originem ad utrumque referre videantur; utrobique enim de similitudine vitæ tantum sermo est, quia Canonici Regulares in communitate viventes Apostolorum imitatores sunt; ideoque eorum institutio *Apostolica* dici potest. Denique vanum est effugium quorundam Scriptorum qui respondent Abaelardum in præfata Epistola de Canonicis Ordinis Præmonstratensis, qui revera novi erant, intelligendum; luce enim meridiana clarius patet Abaelardum loqui de omnibus omnino Canonicis Regularibus in tota illa Epistola qua ideo omnes contrariæ sententiæ falsæ demonstrantur.

IX. *Nullum certum habent institutorem.*

Frustra quis quæreret, horum Canonicorum certum auctorem ac institutorem; cum Canonicorum Regularium Societates in variis Regionibus erectæ ab una aliqua domo profectæ non sint; sed singulæ pro personarum conditione & temporum ac locorum opportunitate natæ exortæque fuerint. Cum enim Canonici præcepta Canonum negligerent, & a prisca Canonicorum observatione longe deflecterent, non defuere, qui hæc damna reparare, & salubria malis grassantibus remedia adhibere conati fuerint. Quidam sanctam hanc institutionem *Ivoni Carnotensi Episcopo*, qui apud Bellovacos Canonicos Regulares in Ecclesia S. Quintini primus congregavit, magnusque ejus promotor fuit, attribuunt. Verum hæc verba, quæ apud Sigebertum in Chron. ad annum MLXXVIII. leguntur, additiia sunt, ut patet ex accurata Auberti Miræi editione, in qua hæc non habentur: *Ab hoc tempore cœpit reflorere in Ecclesia B. Quintini Belvacensi Canonicus Ordo, primum ab Apostolis, postea a Beato Augustino Episcopo regulariter institutus, sub Magistro Ivone venerabili ejusdem Ecclesiæ Præposito, postea Carnotensium Episcopo.* Et si Sigebertus id scripsisset, aliud non indicaret, quam hunc Ordinem eo anno in Ecclesia S. Quintini tunc primum visum, quod & Sigeberti Interpolator tantum intellexit.

X. *Primum eorum monasterium Avenione fundatum.*

Ex variis Canonicorum Regularium congregationibus aut domibus nulla antiquior *Sanrufensi*, quæ Avenione hoc anno exorta est in Ecclesia sancti *Rufi* extra muros Avenionenses, in æde S. Rufo sacra, quæ congregationi nomen fecit. In libro enim 3. Historiæ Avenionensis lingua Italica a Fantonio Castruccio Carmelitano scriptæ cap. 9. refertur Diploma Benedicti Episcopi Avenionensis in cujus fine legitur: *Actum publice in Avenione civitate sub die Kalendarum Januarii anno Incarnat. dominicæ MXXXIX.* Ait Benedictus quosdam Ecclesiæ suæ Clericos divino amore tactos scilicet *Arnaudum*, *Odilonem*, *Pontium*, & *Durandum* a se postulasse, ut religiose vivere possent in Ecclesia *S. Rufi*, jamdiu deserta & inhabitali, seque eis prædictam Ecclesiam cum decimis & oblationibus aliaque in præfato Diplomate expressa concessisse. Refert postea ibidem hic Historicus Rescriptum Urbani II. *datum Tricastri Indictione III. XIII. Kal. Octob. anno dom. Incarnat. MXCVI.* concessum *Arberio Abbati ejusque fratribus in Ecclesia S. Rufi extra muros Avenionenses canonicam vitam professis*, in quo *omnia*, inquit Urbanus, *quæ Episcopi Avenionenses Benedictus, Rostagnus, & Gibelinus vestra Ecclesia contulerunt*, confirmo.

XI. *Priores ejus Abbates ignoti.*

Castruccius & San-Marthani in Gallia Christ. Tom. IV. nullum monasterii S. Rufi Abbatem *Arberio* antiquiorem exhibent, sed quem uterque *Arberium* Jacobus Peritus in Notis ad Pœnitentiale Theodori Archiep. Cantuariensis pag. 614. *Albertum* appellat ex chartulario Ecclesiæ S. Rufi, ex quo refert Privilegium ei ab Urbano II. concessum *Indict. III. decimo tertio Kal. Octob. anno dom. Incarnat. MXCVI.* Quod si Arberius idem sit ac Arbertus,

bientium, & de ea contendentium collisio. Nam Sabinensis Episcopus, qui se Silvestrum nominabat, & Joannes Archipresbyter sancti Joannis ante portam Latinam, qui & Gregorius Sextus, contra Benedictum Nonum Papatum usurpabant. Quapropter persuasio Cardinalium, censurarum promulgationem corrupta mente contra Ducem Bohemia dissuadentium, tunc facile admissa est, & justitia Polonorum concertatione hujusmodi, & schismate de Papatu protelata & impedita, suppressaque, Polonorum Pontificibus illam promovere, & sollicitare desistentibus; bello insuper civili Polonia regnum premente emarcuit. Hucusque Longinus. Et quidem a Benedicto illo Pontifice quid aliud expectandum erat, quam judicia cuncta recta subverti? At de schismate suo loco dicendum erit.

Qua-

PAGIUS tus, jam ab anno MLXXXIV. Abbatiam S. Rufi regebat; Bernardus enim Comes Bisuldunensis in Catalaunia ei donationem quandam fecit, recitatam in eadem Appendice Canonum Theodori Archiep. Cantuariensis, in qua dicitur: *Dono Deo & Ecclesia S. Rufi qua sita est super fluvium Rhodani* (prope urbem Avenionensem), *& domno Arberto ejusdem loci Abbati, atque Clero ibidem domino servienti Ecclesiam B. Maria Virginis.* Quæ donatio dicitur facta anno MLXXXIV. Baluzius lib. 4. Marcæ Hisp. pag. 465. istudata verba interpretatur de Ecclesia Sancti Rufi Valentinæ Diœcesis in Delphinatu. Verum nonnisi anno MCLVIII. Canonici Regulares S. Rufi Avenionenses Valentiam traducti sunt, ut infra videbimus. Post *Arberium*, quem mox diximus eumdem esse ac *Arbertum* San Marthani & Ciaconius *Adelbertum* S. Rufi Abbatem faciunt, aiuntque Urbanum II. ei direxisse rescriptum in scriniis Abbatiæ San-Rufensis asservatum. Suspicor tamen tria hæc esse ejusdem Abbatis nomina, quorum duo corrupte scripta fuerint. Sed quidquid hac de re sit, initio sæculi sequentis *Letbertum* Scriptis clarum Abbatem fuisse ostendemus. Series enim horum abbatum accurate nobis digerenda, ut tandem certo constet *Anastasium* Papam hujus nominis IV. numquam Abbatiæ San-Rufensi præfuisse, licet Onuphrius id tot Historicis persuaserit. Porro Ordo Canonicorum Regularium ex initio obscuro in maximam paulatim evasit claritatem & palmites a mari usque ad mare extendens, plurima non solum per Galliam; sed etiam per Hispaniam & Italiam Monasteria instituit, multos Viros pietate & doctrina præstantis Ecclesiæ dedit, ejusque, præter San-Rufensem, aliquæ aliæ supersunt Congregationes, & familiæ seorsim viventes.

Fundata Abbatia San-Rufensi *Safuvalo* postulavit ab Hugone Episcopo Tornacensi, quatenus sibi liceret *in villa Falempini, aut Phalempini*, ædificare Abbatiam, usque *ibi stabiliret pauperum Christi Clericorum, eamque sub obtentu charitatis daturet appenditiis terrarum atque familiarum, unde haberent ipsius Abbatia Clerici alimentam*, quod Safuvalo ab eo hac conditione obtinuit, quod *curam animarum Episcopus electo ab ipsis fratribus Priori delegabit ipsius interventu*. Actum Tornaco anno Incarnat. MXXXIX *indict. VII. imperante gloriosiss. Rege Henrico an. XII. Hugone Præsulatum agente anno IX.* ideoque hoc Christi anno ante diem decimum quartum mensis Maii, quo Henricus Galliæ Rex annum Regni XIII. inchoavit. San-Marthani Tom. IV. Gall. Christ. Chartam fundationis, & nomina variorum Abbatum Abbatiæ *Phalempini* exhibent, indeque intelligimus, hanc Abbatiam Ordinis Sancti Augustini numquam San-Rufensi subditam fuisse, ac cito alias in unica domo consistentes in Gallia erectas. Meminit Canonicorum Falempini Stephanus Tornacensis in Epist. 272.

XII. *Abbatia Phalempini post San-Rufensem antiquissima.*

JESU CHRISTI ANNUS 1040. | BENEDICTI IX. PAP. ANNUS 7. | VACAT. IMP. OCCID. 1. MICHAELIS IMP. 7.

I. S. Chunegundis Augustæ obitus.

QUadragesimus post millesimum incipit annus Indictione octava, quo decus Germaniæ sancta Chunegundis Augusta, sancti Henriei Imperatoris conjux tam inter sanctimoniales professa, ubi annos quindecim in observantia monasticæ disciplinæ laudabiliter transegisser, tertia Martii ex hac vita ad Deum, præmium acceptura migravit Bambergæ. Quæ cum proxime moritura Augustalia ornamenta ad pompam cadaveris parari videret, hæc dixisse tunc fertur: *Amictus iste non est meus, auferte hinc: ornatus hic alienus est: istis terreno sponso, & his cælesti sum copulata. Nuda de utero matris meæ egressa sum, nuda revertar illac: his miseræ carnis vilem materiam involvite, & corpus meum juxta tumulam fratris mei ac domini Henrici Imperatoris, quem me vocantem video, in propria loculo reponite. Quibus jam dictis, in manum Domini spiritum commendans, migravit in cælum. Cujus sepulcrum Deus pluribus miraculis illustravit.*

Ann. Eccl. Tom. XVI.

Hoc eodem anno Magnus Ferdinandus Rex Castellæ & Legionis obsessam diu Conimbricam civitatem, ope sancti Jacobi Apostoli, post longam obsidionem in deditionem accepit a Mauris. Porro de auxilio Apostoli, Regi in prœliis impertitii consueto, evidens dubitanti Græco homini argumentum est per visum apertum. Is enim cum religionis causa visitaturus corpus Apostoli ex Oriente venisset Compostellam, tempore obsidionis Conimbricæ civitatis, audiretque multorum sermone firmari, sanctum Jacobum in prœliis sæpe visum insidentem armatum equo opitulari Fidelibus adversus Mauros: derogans fidem dictis, verbis his illorum affectionem derisit, dicens: Sanctus Jacobus non miles, sed piscator fuit. Sed sequenti nocte per visum admonitus didicit veritatem: siquidem visus est sibi videre eumdem armati hominis specie pugnare pro Christianis Apostolum, quo tempore Ferdinandus potitus est civitate, ut certo nuntio cognitum postea fuit. Cum etiam ipse — II. S. Jacobum pugnare adversus Mauros est demonstratum.

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hisp. MLXXVIII. An. Hegiræ CCCCXXXII. inchoato die 11. Septemb. fer. 5. A. C. 1040.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6533.

☉ 13. FE. ☽ 15. P. 6. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1040.

BENEDICTI IX. PAPÆ 8.

HENRICI III. REG. 2.

MICHAELIS PAPHLAGONIS IMP. 7.

I. Obitus S. Cunegundis Imperatricis.

AD num. I. Baronius, Bollandus ad diem III. Martii, aliique Sanctæ *Cunigundes* Imperatricis, Virginis, conjugis, viduæ, & demum Sanctimonialis Benedictinæ mortem cum currenti anno illigant, quia in ejus Vita ab Auctore Anonymo scripta, cap. 5. de ejus Monachatu dicitur: *Quindecim in sancto proposito supervixit annos, tam humilitatis gratia, quam religionis reverentia omnibus admiranda.* Sed cum, ut idem Bollandus fatetur, Anonymus ille post annum MCLXXXIX. floruerit, major hac in re fides habenda Chronico Hildensheimensi, in quo ad annum MXXXIII. scriptum est: *Pia memoria Cunigund. Imperatrix V. Nono Martii obiit.* [r] Nam illud Chronicon a diversis Scriptoribus continuatum, & qui hæc scripsit, ab anno CMXCV. ad annum circiter MXL. continuationem suam perduxit. Certe quæ is Auctor per hæc tempora in litteras mittit, ea se vivente peracta non obscure subinde insinuat, fusiorque est in rebus singulis annis narrandis, quam qui postea idem Opus usque ad annum MCXXXVII. perduxit. Hinc Anonymus ille Cunigundam *pia memoria* appellat, quia paucis annis antequam Continuationi suæ manum admovisset in Cœlum migrarat. Lambertus Schafnaburgensis, qui ipsomet teste anno MLVIII. in Diœcesi Moguntina vestem Monasticam accepit, & Presbyter ordinatus in jejunio autumnali Hierosolymitanum iter suscepit, *Cunigundes* mortem eodem, quo Chronographus Hildensheimensis anno, recitat.

II. Ab Innocentio III. canonizata fuit.

Cunigundes & *Henrici* conjugis sacrarum exuviarum apud Bambergam Franconiæ urbem depositio, & frequentia ad illas patrata miracula eam valde illustrarunt; licet enim Cunigundis in monasterio *Confugia*, ubi Sanctimonialis facta, per annos circiter novem vixerit, & diem extremum obierit, sepulturam tamen *Bambergæ*, ubi Sanctus Henricus conjux ejus quiescebat, elegit. Colitur variis diebus, & in variis Germaniæ urbibus, & ut

NOTÆ [s] NOn abs re exhibetur hic epitaphium Cunegundæ, quod sepulcro ejus impositum jam inde ab ejus obitu reperiretur, ac refertur ab Uldarico Bambergensi in Codice vulgato ab Eccardo in corp. historic. Germanic. Tom. II. col 5. *Anno* 1033. *Incarnation. Domin. Indict. I. 5. Non. Martii Cunegunt Imperatrix. Mater pauperum, dives ipsa divitem migravit ad Christum.*

Æquali merito Cunegunt sociata marito
Quem vivens coluit, morte locum tenuit.
Felix morte sua, cui vitam contulit illa
Mors immortalem continuumque diem.
Nam veluti granum moriendo vivificatum
Qua bene præmisit, centuplicata metit. MANSI

ipse Rex Compostellam ad Apostolum venit, eidem de victoria manubias offerens.

II. *S. Jacobum pugnare adversus Mauros est demonstratum.* Hoc eodem anno, assistente & favente Dominico Flabanico Duce Venetiarum, celebratum est Venetiis Concilium Provinciale in Ecclesia S. Marci sub Urso Patriarcha, in quo pleraque spectantia ad Ecclesiasticam disciplinam statuta fuerunt. Quorum meminit in suo brevi Chronico Andreas Dandulus.

III. Quod spectat ad res Orientis, hoc anno, eadem Indictione octava (ut habet Curopalata) cum, revocato ex Sicilia Maniaco majestatis reo constituto, Sarraceni ex Africa venientes Insulam iterum occupassent, sola relicta Messana, quam Catacalus profectus Imperatoris tenebat: eam obsidentes Sarraceni, & jam ob victorias elati, & negligentiores redditi, atque socordes cum essent: Catacalus ista intuens, jussit sacrosanctum sacrificium Missæ primum offerri; inde vero milites omnes sacra Eucharistia participando muniri; moxque in hostes irrumpens, imparatos offensos omnes vel trucidavit, vel fugere coegit. Sed accipe rem gestam ab eodem Curopalata: *Quarta autem die, quæ consuevimus mediam Pentecosten celebrare, Catacalus cognomento Combustus, animadversa negligentia & socordia Sarracenorum, & ut illi sine ulla cura & sollicitudine degunt, nihil curantes eorum, quæ intra muros fierent, suo exercitu confirmato, cum jussisset sacrificium incruentum perfici, simulque cum omnibus particeps fuisset divini sacramenti, circiter prandii horam aperiit urbis portie, maxima impetu in adversarios omnes ebrios, & crapula onustos. Ipse primum ad tabernaculum Apocaphar Insulæ Principis adequitans, & ille quidem statim interficitur, mollis, & facilis captu præ ebrietate, ejusque tabernaculum perrumpitur. Cadebant etiam alii Sarraceni acervatim præ ebrietate labentes, & inopinato impetu nihil prorsus virtutis memores. Fuit igitur strages totius exercitus, cum Sarraceni sese mutuo obterentes occiderent ita ut cadaveribus complerentur planities, & proximæ convalles, & flumina: captaque sunt omnia castra auro, & argento, & margaritis, pretiosisque* — *Sarraceni divinitus superati.*

PAGIUS ut notat Bollandus, quemadmodum in Ecclesia Romana pia viget consuetudo, ut Festis Sancti Petri Apostoli fiat commemoratio Sancti Pauli Apostoli, ac vicissim in hujus festis illius recolatur memoria; ita in Ecclesia Bambergensi hi sanctissimi conjuges non separantur, nec de uno eorum aliquod festum celebratur absque alterius implorato suffragio. Cœptum maxime agi de *Cunigundis* Canonizatione apud *Cœlestinum* III. Papam Sed cum is anno MCXCVIII. vita functus esset successor ejus *Innocentius* III. eam Sanctarum Catalogo adscripsit III. Kalendas Aprilis Pontificatus sui anno III. Christi MCC. Bullam Canonizationis Bollandus citatus refert.

III. *Conimbria a Ferdinando Legionis Rege anno MLXIV. capta.* Ad num. II. *Ferdinandus* Legionensis Rex omnium Hispaniæ Principum hac tempestate potentissimus ob victricia arma in Barbaros versa *Magnus* cognominatus, *Conimbriam* urbem hac ætate in Lusitania celeberrimam, hoc anno in suam potestatem redegit juxta calculum Mariani lib. IX. de Reb. Hisp. cap 5. Hanc victoriam Toletanus lib. 6. de Reb. Hisp. cap. XI. sine ulla Chronica temporis nota refert; verum cum de ea agat, postquam capite superiori *Garsiæ Sanctionis* Navarræ Regis cædem quæ anno MLIV. contigit, ut ibidem videbimus, narravit, non dubium, quia Mariana in anno captæ *Conimbriæ* deceptus fuerit; eo magis quo post relatam illam *Ferdinandi M.* victoriam statim sermonem habeat de *Translatione* Reliquiarum *S. Isidori* ab eodem Rege anno MLXIII. peracta, ut anno MLIII. demonstrabimus. Sed conjecturis opus non est, ubi certa documenta habemus. Scribit enim Sandovallius, *Ferdinandum M.* in Regno Legionensi annum millesimum sexagesimum tertium transegisse, in eoque adhuc fuisse cum Legati sui cum Reliquiis Sancti Isidori Episcopi Hispalensis ex ea urbe redicere. Ipso autem hujus Translationis tempore Monachi Benedictini monasterii *Lorvanii* Ferdinandum monuere, *Conimbriam* a Mauris occupatam non satis munitam esse, eisque facile eripi posse Quare Rex de ea expugnanda cogitavit, qua in suam potestatem redacta præfatis Monachis Privilegium concessit; quod Sandovallius a Latino barbaro in linguam Castellanam vertit, refertque pag. 12.

In eo dicitur, Monachos *Ferdinandum Carviani* in Regno Legionensi existentem convenisse *mense Januario Era MCII.* anno scilicet Christi MLXIV. hunc exercitum statim congregasse; eodemque mense Januario *Conimbriam* obsidione cinxisse, sed quia civitas fortissima erat, Mauri obsidionem per quinque mensium spatium tolerarunt, mense scilicet Februario, & quatuor sequentibus; cumque exercitus victualibus indigeret, a Monachis Lorvanensibus per aliquot dies ea suppeditata sunt, sed tandem Mauri oppidum dedidere. Monachi a Ferdinando Magno, ut in suo Diplomate ipsemet, ait, nihil aliud postularunt, quam Ecclesiam & domum in urbe Conimbricensi & confirmationem Privilegiorum ab ejus Decessoribus sibi largitorum. Datum tunc a Ferdinando Privilegium illud scriptum *mense Julio, Era*, MCII. anno scilicet Christi millesimo sexagesimo quarto, subscriptumque a tribus Regis filiis *Alphonso*, *Sancio* & *Garsia*, & a pluribus Castellæ Proceribus. Sandovallius refellit fabulas posteriorum Scriptorum, qui obsidionem Conimbricensem septennalem fuisse tradidere, atque aliquos Historicos Hispanos scribere Sanctum *Jacobum* Apostolum armorum insignibus decoratum obsidentibus apparuisse, ac diem quo urbs capienda esset, eis aperuisse; quod inter alios habet Rodericus Toletanus loco citato; sed cum neque Ferdinandus Magnus in laudato Diplomate; neque Pelagius Ovetensis, neque alii Antiqui rei adeo memorabilis mentionem fecerint, hujusmodi apparatio parum verosimilis. — IV. *Conimbria per menses quinque obsessa.*

Baral.

fisque lapillis referta, quos (ut fertur) medentes milites diviſere. Et ita omnis Sicilia, quæ brevi tempore a Maniaca ſubacta fuerat, brevi quoque negligentia, & vitio ducum, rurſum in poteſtatem Sarracenorum pervenit, cum ſola Meſſana eo modo, quo diximus, relicta fuiſſet, iterum recuperata eſt. Hæc Curopalates, ex quo & Cedrenus.

PAGIUS V. *Hardecanutus fit Rex Angliæ.*

Haraldo Angliæ Rege hoc anno demortuo, ut ſuperiori diximus, idque *menſe Aprili*, ut habet Malmesburienſis, cum *Hardicanutus* Canuti magni filius in vicino Belgio Brugis ageret, communi civium ſuffragio, & Procerum ſese omnium, electus eſt, & *ante mediam æſtatem*, ut Vigornienſis, vel *media æſtate*, ut Weſtmonaſterienſis, ait in Angliam venit, *ſed ſui imperii tempore nihil egit dignum poteſtate Regia*, ſubdit Vigornienſis. Nam mox injuriarum, quas vel ſibi, vel Emmæ Reginæ matri ſuæ Haraldus fecerat, memor, ipſius Haraldi *corpus effodere, & in Gronnam* (ideſt paludem) *projicere juſſit. Quod cum projectum fuiſſet; id extrahere, & in flumen Tameſis mandavit projicere.* Adhæc ipſo Regni initio graviſſimum onus civibus impoſuit, *ut claſſariis ſuis, per ſingulas naves viginti marcas, ex pollicito penſitaret, indeque contumeliam famæ & amori ſuo detrimentum injecit*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 12. denique Epiſcopatus ad ſubſellium ſuum traxit, de Epiſcoporum Sedibus diſpoſuit, hos preſſit, illos extulit, idque ſpecie pietatis, quæ Regnum ejus non parum obſcurarunt.

I. *Moritur Michael IV. Imp.* Annus quadragesimus primus post millesimum Indictione nona inchoatus sequitur, quo mense Decembris, incœpta jam Indictione decima, Michael Imperator ejus nominis Quartus, cum regnasset annos septem, & menses octo, moritur, confessus pœnitere se commissi facinoris in Romanum Imperatorem, ac deflens vere pœnitentis specimen edidit: creditum autem scelus potius fratris ipsius Joannis machinatione commissum, quam ejus voluntate, viri alioqui pii. Hæc Curopalata, qui addit, eadem hora a Zoe Augusta coronari jussum Michaelem cognomento Calaphatem, filium Stephani patruelis Imperatoris, quem & adoptavit in filium, qui paulo post in eam ingratus, e throno depositam, atque in monacham attonsam in exilium misit. Quod cum populo innotuisset, una omnium voce repudiatur, lapidibusque insectatur, coactus in sacrum templum confugere, ac revocare Zoen in Imperium, licet a populo vocata esset soror ejus Theodora jam detonsa in monacham, ut imperaret. Instans adhuc populus in eum, ejusque fratrem, ambos e templo detractos, perque vias raptatos privavit oculis. Quod factum est mense Aprilis anno sequenti. Hæc omnia Curopalata, atque ex eo Cedrenus, Zonaras, & alii.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXIX. An. Hegiræ CCCCXXXIII. inchoato die 31. Aug. fer. 2. A. C. 1041.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6534.

☉ 14. D. ☽ 16. P. 22. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1041.

BENEDICTI IX. PAPÆ 9.

HENRICI III. REG. 3.

MICHAELIS CALAPHATES IMP. 1.

I. *Michael Paphlago Imp. fit Monachus* Ad num. I. Michael Psellus Michaelis Paphlagonis Imperatoris mortem hoc modo narrat; *Imperator ante suam ex corpore translationem, spiritaliorem aliam quærit, translationem, contemnitque imperium, quo & breve post erat exuendus, omnique affectu superior ac libidine ad Deum transfertur. Ne ulla autem molestia ei fieret, quod sic transferebatur, ac Deo confessiones dabat, Regia profectus ad monasterium venit, quod ipse condiderat, immo potius a bajulis transfertur. Ubi vero in monasterium venerat, templique pavimento genu posuerat, supplices Deo offert preces, ut ejus obtutibus accepta victima videatur; mundaque post consummationem suscipiatur. Sic itaque sibi propitiato ac placabili reddito numine, ipse se ipsum voluntariam hostiam sacrificalis ac immolatoribus tradit, qui utrimque virum circumstantes precibusque victimæ preliminaribus in Dei laudes cantica persolutis, Imperiale paludamentum purpuraque indutum exuunt, sacrumque Christi pellicium ac cilicium superinducunt, oblatoque capitis integumento ac stemmate galeam salutarem imponunt: tumque etiam pectore dorsoque cruce armatis, inque viri morem virilisque obtentu animi præcinctu illo adversus spiritus nequitiæ sic ipsum dimiserunt.*

II. *Moritur.* *Ad ejus sane animi claritatem ac propositum quod attinet, gaudebat ille quidem ac exultabat, ut qui Deo auspice sic vitam mutasset, ac quasi agilis, expeditusque ad spiritus viam effectus esset: illius vero familiolam (ac præcipue seniorum fratrem) mœstitia nubes totam occupabat, ut præ miserantis affectu gemitus tenere non posset. At nec Augusta doloris compos fuit; sed ubi quodam referente rem audierat, virilem omnem aspectum audenti animo erumpit, vimque sexui facit ac pedes ad eum vadit. Is vero, sive eum pudebat quod tot tantorumque malorum illi auctor extitisset, vel quod ejus quoque oblivio eum superat, quia Dei memor erat, ipsam ob ingressu inhibuit, ne illa quidem ad Regiam rediit: ipse vero, quod statim vocabant orationis tempus, & ad consueta cantica erat conveniendum, paulatim lentiusque e lectulo exurgit: pedesque calceaturus cum non præsto essent consueti monachorum coriacei calces, sed priore scena necdum illis mutata ægre rem tulit, nudisque pedibus ad templum venit hinc inde ministris suffulcientibus, anhelans jam atque extremos efflans spiritus. Sic itaque rursus ad lectulum reversus illicque cubans, tumque etiam quid parum deficiente spiritu, animam Deo dimisit: pluribus per imperii tempus illi gestis ac consiliis habitis. Quæ & ipsa inter se contendens, & ex adverso contraria judicans, plura recte facta delictis illis commissis invenio. Nec sane arbitrer virum hunc potiore frustratum requie, se meliorem vitam consecutum esse. Obiit igitur ac vitam cum morte commutavit, magno scilicet designato opere, atque virtute, cum annos septem imperium tenuisset*, Cedrenus dicit, mortem ejus contigisse *Decembris X. die, indictione decima*, postquam imperasset *annos VII. menses VIII.* quos Psellus neglexit. Lupus Protospata in Chron. ait etiam Michaelem *mense Decembris* hujus anni demortuum, sed diem non exprimit. Zonaras Monasterium suburbanum a Michaele extructum, in quod secessit, appellatum fuisse dicit monasterium *mirificorum Anargyrorum*, idest, Sanctorum Cosmæ & Damiani qui *Anargyri* vocati, quod gratis medicinæ artem exercerent. Ducangius in Constantinopoli Christiana, quia non viderat Michaelis Pselli Historiam hactenus ineditam, hujus Monasterii mentionem non facit.

Michaele ægrotante *Joannes* ejus frater de se, omnique familia sollicitus consultissimum judicavit, si Imperatorem adduceret, ut *Michaelem Calaphatam* nepotem, Cæsarem crearet, quod consilium funestissimum fuit, ut rei declaravit eventus. Solemni itaque indicto Conventu cum simulato filio educta Augusta, quod studebant efficiunt, ipsaque eum in filium assumit, & Imperator ad Cæsaris dignitatem provehit. *Porro Joannes tanquam illi universo confecto negotio, summaque rerum in* III. *Ante mortem Michaelem Calaphatam Cæsarem dicit.*

fa-

II. (a) *Leo Ost. l. 2. c. 68.* Northmanni potiuntur Apulia.

Idem hic annus consignatur a Leone (a) Ostiensi, quo Northmanni Arduino Longobardo duce potiuntur Apulia, superatoque Ducliano Græcorum exercitus principe, eamdem provinciam pacifice possident, atque inter se dividunt. Qualiter autem facta sit partitio, idem exacte describit. Quam tyrannicum plane ac impium fuerit tum Northmannorum dominium, sanctus Leo Papa Nonus narrat in epistola ad Constantinum Monomachum Imperatorem, quem suo loco inferius reddituri sumus. Agit de his Curopalata anno sequenti, putansque Northmannos, quod e Francia illuc venissent, esse Francos, Francorum nomine eos appellat.

III. Legatio Polonorum ad Benedictum PP. pro recipiendo Casimiro.

Hoc item anno legationem Polonorum Romam venisse ad Benedictum Papam pro impetrando Casimiro Cluniaci professo monacho, quem Regem constituerent ad propulsandas innumeras clades, quibus Polonia affligebatur, Longinus affirmat. Ex quo anno Redemptoris consignato, jam plane evanescit dubitatio illa Scriptorum, num videlicet istiusmodi legationem contigerit mitti sub Benedicti Pontificatu, an Clementis, quem non nisi post sex annos constat sedisse Pontificem. At rem novam, Annalibus dignam totidem verbis, quot describitur a Longino, rerum Polonarum scriptore sincerissimo, reddendum putavimus: Sic enim se habet: *Omnibus autem in Polonico regno Rempublicam per desperationem deserentibus, nibilque salutare in commune conferentibus, patriæ occasum cum suo exitio propediem venturum, arcibus, aut locis palustribus & invie proceres & primores inclusi opperiebantur. Republica Polonorum vehementi & interno, & externo boste deformata, & ad extremum pene internecionem detrusa & depressa: cum singuli quasi quadam tempestate fuissent jactati, splendor quidam velut e cælo demissus pectora primorum inspiravit. Primores enim, & Barones Polonici crebris tractatibus exiguas ejus & exangues reliquias salvare cupientes, de summa rerum, & quonam modo status prior, & facies Reipublicæ reddi posset, consultabant. Et omnium quidem sententia congruebant, sine Rege & Principe, neque mala exorta depelli, neque ad debitum ordinem posse regnum reduci. In eligendo tamen & assumendo Principe erant varii & diversi. Quibusdam enim placebat aut ex vicinis Principibus, aut ex propriis militibus Regem eligi. Sed hæc quoque sententia multas secum difficultates futuras, & incommoda trahens, cum verendum esset, ne eligendus si de Principibus vicinis esset, principatum detrectaret; si vero de genere proprio, ne in contemptum, fastidiumque veniret, damnabatur.*

IV. *Aliis placebat expulsum, & in exilium missum haredem & filium regium Casimirum quarere, & omnibus modis ad regni reducere regimen, quo vivente certum esset, quemlibet justum & prudentem Principem regnum Poloniæ & lacerum & deforme abnuiturum: neque parvi pendendam prolem regiam, cui hæreditas & successio debebatur, sed immo avitam in Casimiro sperandam esse indolem; neque alium extare, Principem, qui Republicæ regni Poloniæ æque possit & abrogare deformitates, & instaurare ruinas.*

V. Decernitur regn. Polonorum Casimiro.

Iniquum insuper esse, Boleslai Magni, primi Polonorum Regis beneficia & in patriam & in se præstita oblitum iri, nepotemque suum eo regno privari, cujus ille virtutis suæ excellentia primus diadema meruit. Hac sententia cum ab omnibus collaudata & accepta foret, decernentibus, judicantibusque singulis proceribus, regionem Polonorum suam dignitatem, suumque statum, nisi Rege Casimiro recuperato, recuperare & tenere non posse. Post multos itaque tractatus, post varias jactationes, simultates & tumultus finem dissidiis, ad hunc modum placuit ponere, modumque statuere odiis; solusque Casimirus dignus visus

PAGIUS *familiam reducta, haud sciebat quo ratione affluente gaudio uteretur, ejusque impos erat. Enim vero hac ejus molitie ingentium imposterum malorum initium fuit, quique fundamentum visus fuerat omnis familie, eversio factus est*, inquit Psellus, quem video Zonaram passim exscripsisse. Mortuo itaque Michaele Paphlagone, Michael Calaphata ejus nepos Imperium capessivit.

IV. *Normanni Apulia potiuntur.*

Ad num. II. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 68. testatur, *Normannos* Arduino quodam Lombardo Duce potitos esse Apulia, eamque inter se divisisse duodecim Comites constituentes. Quod hoc anno contigisse his verbis docet: *Anno dominicæ nativitatis MXLI. (quo videlicet anno, ipso die festivitatis B. Benedicti Paschalis sabbati dies occurrit) Arduino duce Melphiam primitus (quo caput & janua totius videtur Apuliæ) sine ulla controversia capiunt.* Hoc autem anno Sancti Benedicti festivitas in sabbatum ante Pascha incidit. Gesta a præfatis Comitibus Guilhelmus Apuliensis lib. 1. fuse narrat. Ante hunc annum Normanni unico oppido a *Rannulfo* ædificato, nempe *Aversa*, potiebantur, ut prodit uterque Scriptor.

V. *Casimirus Monachus in Regnum Poloniæ restituitur.*

Ad num. III. & seqq. *Poloni* sævis tempestatibus per sex aut septem annos jactati sibi tandem mutuo condonant privatas offensas, & Comitia Guesnam indicunt, ubi ea sententia vicit, quæ *Casimirum*, ubi ubi sit, quærendum & reducendum esse censuit. Oratores ad id delecti Primores viri, qui *Cluniacum* venientes, inveniunt eum, non modo professum religionem, sed jam Diaconum. Deprecantur culpam exilii ipsius, orantque, ut afflictam

sus est, cui regnum legali communi voto eligendi deferrent, quem Deus omnipotens in suæ indignationis nubilo misericordiæ suæ non oblitus, quasi scintillum modicum pro Polonorum restauratione gloriæ voluit conservare. Pontificibus interim & Palatinis, ex quibus maxime, Ecclesiastica videlicet & sæculari statu universum corpus consilii apud Polonos ad promovendam Rempublicam continuatur, nonnullisque aliis Baronibus, paucis tamen admodum, in Gnesnensem metropolim secum convenientibus, Stephanus Gnesnensis Archiepiscopus de Casimiro diligenda sententiam dixit, quam omnes sunt secuti.

VI. Decernitur legatio ad Casimirum. *Nuntii post hæc ad quærendum Casimirum designantur & mittuntur, eo mandato, & auctoritate instructioneque fulciti, ut pro illius reductione etiam quæque difficilia subeant, cum in illo una unica spes miserabilis patriæ consistat. Nuntii autem Polonorum publica executuri mandata, arrepto itinere primum ad Alemanniam devertunt, & Rikscham Poloniæ Reginam Mieczislai Poloniæ olim Regis relictam in Brunsvik degentem offendunt, cui cladium & malorum, quibus Poloniæ regnum pressum erat, magnitudinem, quam & ipsa ex rumoribus intelligebat, exponunt, rogantque, ut, ubinam terrarum & gentium filium suum Casimirum invenire possint, eis fideliter nuntiet & declaret. Regina autem Rikscha etsi suas filiique sui propter exilium illatum injurias ultas esse gaudebat; calamitatum tamen magnitudo etiam muliebrem affectum superabat: propter quod regno Poloniæ tam miserabili & afflicto non poterat non compati, spirituque compassionis impulsa, vivere quidem filium suum Casimirum, sed in religionem sacram B. Benedicti transiisse, & monachali habitu & statu in Cluniacensi monast. in Galliis sito, perseverantem regni terreni cupiditate distrahi non posse, & spe concepta Legatos frustrandos esse. Terruisset delatio hæc quoslibet, cumque constantes viros. Legati tamen Polonorum nobiliores, quæ a Regina pro indifficultando & succidendo eorum itinere dicebantur, perculsi, honorata Regina Rikscha de iis, quæ secum ferebant, muneribus, in Gallias profecti, Cluniacum tandem perveniunt, & Ducem suum Casimirum monachali habitu vestitum recognoscunt, abortoque lacrymarum imbre, certatim in ejus eunt amplexus. Felices se & beatos astruunt, qui Principem suum tanto labore quæsitum vivum & incolumem repererint. Ad quem, petita audientia, & de consensu Abbatis Cluniacensis obtentu (is erat magnus ille Odilo sanctitate præcipuus) verba faciunt.*

Omnium, inquiunt, *pontificum, procerum, & nobilium regni Poloniæ nomine ad te venimus, Princeps clarissime, oratum, qui solus regnum nostrum, imo tuum Poloniæ labefactatum attollere, & disceptum reintegrare, inerique* VII. Quæ legati ad S. Odilonem de Casimiro. *extra & egregie potes, si ad regnum Poloniæ te per nos reduci, & illius sceptra successione paterna tibi debita exigere velis, neque preces nostras & totius patriæ, neque labores nostros, quis te per varias regiones, nationes & populos discurrendo quæsivimus, despectui ire sinas. Veni igitur seditiones sedaturus Polonicas, & intestinas eradicaturus illorum discordias: hostes abacturus ab eorum finibus, & regni tui erepturus reliquias.* Et alia pleraque his addidere, quæ vel truculentum Scytham quempiam ad commiserationem movere potuissent: *Recognoscit* (pergit auctor) *Casimirus Dux regni sui proceres, & de illorum adventu jubilo immenso jucundatur & exultat. Quid tamen agat, quem affectum quem vul-*

PAGIUS ctam & pene eversam patriam respiciat. Respondet *Casimirus* datam semel Deo, atque iis quorum se potestati ultro subjecisset, fidem fallere non posse. Oratores omnia sibi tentanda esse rati Abbatem monasterii adeunt, isque eos ad Pontificem Romanum, qui tunc erat *Benedictus* IX. remittit, a quo impetrant, ut *Casimirus* ad Regnum Majorum suorum redeat, & uxorem ducat, ut fuse Baronius ex Joanne Longino narrat. Restituitur itaque paterno Regno *Casimirus*, qui rebus Regni maxima ex parte bene constitutis cum *Jaroslao* Sancti Ulodomiri filio Russorum Principe fœdus & affinitatem init; sorore ejus *Maria*, cujus mater Anna, quæ Basilii Porphyrogenneti Imperatoris Constantinop. soror fuerat, uxore ducta. Ex hoc conjugio post biennium natus *Boleslaus*, qui post patrem regnavit. Pacato autem per circuitum Regno, Casimirus pristinæ conditionis memor *Cluniacum* legationem cum amplis muneribus mittit, petitque sibi destinari aliquot Monachos, quos cum obtinuisset, domicilia eis in Polonia extruxit, atque templa ad cultum Divinum apta ornavit. Quæ fusius Chromerus lib. 4. narrat.

Cum viderent Gallicani Episcopi Ecclesiæ comminationes contra bella privata ac cædes non satis proficere, delatæ sunt passim Sanctorum Reliquiæ: & cum malum non cessaret, anno MXXXIV. varia Concilia celebrata, ut unicuique injurias sibi illatas armis ulciscendi, prædasque agendi facultas tolleretur. Tandem cum eadem mala perdurarent adinventa est pax, *Treuga Dei*, seu *Treuga Domini* appellata, qua confœderatio cum Episcopis & Magnatibus inita, ut certis hebdomadæ diebus ab armis & cædibus, aliisque hostilibus factis abstineretur. Hujus *Treugæ* primus meminit Glaber lib. 5. c. 1. quod nomen ab Hispanico *Tregua* deductum videtur, quod, teste eodem Glabro, *primitus in partibus Aquitanicis*, quæ quidem Hispaniæ vicinæ sunt, institutа fuerit. Hæc verba Glabri: *Contigit in ipso tempore, inspirante divina gratia, primitus in par-* VI. *Institutio induciarum & Treugæ Dei.*

vultum Legatis & proceribus Poloniæ, quorum adventus causam ipsis prodentibus habebat non ignotam, exhibent; penitus ignorat. Jam enim Regulam beati Benedicti professus erat, jam & diaconatus gradum susceperat, alienique juris & arbitrii factus, etiam communionem, conversationemque cum Legatis, nonnisi Abbate permittente, nedum regressionem in sæculum sibi noverat professione virtute interdictam. Quæ cum Legati Polonorum, Duce eorum Casimiro referente, didicissent, Abbatem Cluniacensem conveniunt, congruisque muneribus ipsi præsentatis, cur, & unde venerunt, exponunt, petuntque ob necessitates ingruentes reddi sibi suum Regem, regni legitimum successorem.

VIII. Cluniacensis Abbas negat a se reddi posse Casimirum, *Abbas autem Cluniacensis vir ipse eruditus, & industrius, prudentum & expertorum virorum communicato consilio, Polonorum Legatis respondet, se quidem ad gerendum petitiones & requisitiones eorum morem ex compassione & affectione singulari, ut calamitates Polonici regni depelli & sanari possint, benevolum atque pronum esse; non tamen suæ potestatis fore, ut & monachum & diaconum a religione professa emancipet, & in terreni regni regimine, prævaricato professionis suæ tenore, succedere permittat. Proinde supremum in terris tribunal, supremamque potestatem, Sedem videlicet Apostolicam Romanam & Vicarium Christi adirent; & necessitate publica Poloniæ regni, ejusque conditione & statu Summo Pontifici declarato, Principem Casimirum reddi deposcerent: ea benignitate summum Pontificem præditum esse, ut afflictorum & calamitosorum precibus non possit non moveri, & regno, cui sæpe debetur miseratio, propitiationem non præstare non posse: sine vero Apostolicis mandatis eu remittendo, absolvendoque monacho, quam gravissime pro salute publica periturum. Cluniacensis Abbatis responso Polonorum Legati accepto, etsi illos non mediocris haberet molestia & amaritudo, quod Principem suum regulari professione, & diaconatus officio intelligerent irretitum, duplicemque illum nodum non sine plurimorum laborum & difficultatum interpositione solvendum: omnia tamen etiam extrema devovent se perpessuros, dummodo salutem miserabili & afflictæ patriæ referre possint.*

Ex Cluniaco itaque facto discessu, recto itinere quo possunt itinere Romam contendunt: quo cum incolumes pervenissent, a Benedicto Papa Nono benignam audientiam sortiti, quibus bellis, quibus cladibus, cædibus & spoliis regnum Poloniæ, cum ab externis, tum a propriis propter carentiam & exulationem stirpis regiæ usque ad internecionem confectum sit: quibus quoque ex causis restitutio Principis eorum Casimiri per Cluniacensem Abbatem negata sit, declarant. Atque demum Pontificem his compellant verbis: Ex te, sanctissime Pater, nostra & totius regni Polonici salus & restauratio pendet: tu solus patriæ nostræ potes sanare discrimen, tu bellicum furorem inhibere. Te patria nostra invocat, te intuetur, ad te fiducialibus precibus recurrit. Tua maxime interest, facili auctoritate & decreto ei præstare gloriam & quietem, salutem & integritatem. Per te regionum nostrarum sanari debent vulne- IX. Legati Poloni ad Sedem Apostolic. veniunt.

PAGIUS *partibus Aquitaniciis, deinde paulatim per universum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei, pariter & amorem, taliter ut nemo mortalium a feria quarta vespere, usque ad secundam feriam incipiente luce ausu temerario præsumeret quidpiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam a quocumque inimico exigere, nec etiam a fidejussore vadimonium sumere. Quod si ab aliquo fieri contigisset contra hoc decretum publicum: aut de vita componeret, aut a Christianorum consortio expulsus patria pelleretur. Hoc insuper placuit universis (veluti vulgo dicitur) ut Treuga domini vocaretur, quæ videlicet non solum humanis esset fulta præsidiis, verum etiam multoties divinis suffragata terroribus*, & cætera a Baronio anno MXXXIV. num VI. & seq ex eodem Glabro recitata.

VII. Treuga Dei a Normannis ægre recepta. Existimat ibidem Baronius, hæc post decennium a pace eo anno tentata gesta esse. Verum Hugo Flaviniacensis in Chron. Virdunensi post Baronii mortem a Labbeo Tom. I. Biblioth. promulgato, loquens de iis, quæ ad præsentem annum pertinent, hanc Trengæ Dei institutionem ad eum revocat; *Anno ipso*, inquit, *Treva Dei primum statuta est & firmata; & pax ipsa Treva Dei appellata. Quæ non solum humanis præsidiis, sed & divinis confirmata est terroribus. Quam cum noluisset recipere gens Neustria viro Dei Richardo* (Abbate Vidunensi) *prædicante, ut eam susciperent, quia voluntas domini erat, & a Deo non ab homine decretum hoc processerat, ammonente, divino judicio cœpit in eos desævire ignis, qui eos torquebat, & eo anno fere totus Orbis penuriam passus est, pro raritate vini & tritici. Secuta est e vestigio mortalitas hominum præmaxima anno ab Incarnat. domini MXLII. Multi autem eorum qui torquebantur ab igne venientes ad virum Dei, meritis ejus & precibus curabantur medica virtute Dei. Superest adhuc domnus Æduensis Episcopus* (Helmoinus nempe ut videre est apud San-Marthanos), *vir vita longevitate grandævus, qui & referre solitus est, quia cum a sancto Odilone & cæteris ipsa pax divinis revelationibus instituta, Treva Dei appellata, & ab Austrasiis suscepta fuisset, & voluntas omnium in hoc esset una, ut ubique servaretur; negocium hoc strenuitati hujus Patris nostri Gratia-Dei* (ita Richardus Virdunensis vocabatur) *ab omnibus impositum est, ut ejus studio & industria pax eadem in Neustria servaretur, eo quod*

nera, quibus præter te nemo mederi potest, ut Respublica nostri regni Polonici sæva discordia miserabiliter prolapsa, in pristinam prosperitatem, pace confecta, vigoreque resumpto, divinitate propitia consurgat. Maturato opus esset, ne cito succursum fuerit, de capite, de fortunis infantium, de totius insuper regni corpore actum esse. Nec semel Papam & Cardinales petiisse contenti, frequentius petere & instare perseverabant, rogantes ne se frustratos spe abire post tantos labores fatigationesque triste responsum in patriam referre paterentur. Compatiretur summus Pontifex benignitate paterna Polonorum regno, miserabilibus cladibus obtrito, non aliam habenti fiduciam, quam si esset sine capite truncum corpus, sine oculis frons & facies tenebrosa.

X. *Legatione Polonorum Benedictus Nonus audita, quid facto opus foret, aliquanto tempore cum Cardinalium collegio, cæterisque timoratis viris & jurisperitis deliberat. Res enim & supplicatio nova, & sine exemplo ad se delata, non parum in utramque partem difficultatis & periculi secum trahens, alta longaque indagine & lucubratione ut dirigeretur, summum Pontificem impellabat. Nam ex monacho, diaconoque laicum efficere, solvere religionis & continentiæ votum, transgressionis in divinam legem facinus ingens censebatur; & laboranti afflictoque regno non providere patentis crudelitatis, quæ a Sede Apostolica, benignam se omnium matrem vocitante, longe abesse debet, erat specimen. Movebant tamen sanctitatis virum facies miserandæ Legatorum, vilis & obsoletus habitus, vultus supplices, demissa supercilia, & verborum humilitas. Intelligebatque vir Apostolicus propter defectum regalis regiminis multas Polonis jacturas accidisse, utpote militum dissensionem, populi concussionem, regni deprædationem, Fidei subversionem, Episcoporum & sacerdotum indignam oppressionem, virginum deflorationem, & conjugalis pudicitiæ contaminationem. Itaque post varios tractatus & concertationes hac in re habitas, dum plures viæ Polonorum Legatis a summo Pontifice propositæ, velut duræ & intolerabiles repudiarentur; ea tandem a summo Pontifice decreta, & a Polonorum Legatis recepta est. Et tunc demum summus Pontifex Legatorum precibus annuit, & Casimirum illis precario Regem donat, uxorem illi ducere & filios procreare concedit.*

Dona tamen Apostolica exemplum non habentia nec umquam alicui personæ, aut regioni concessa rata esse decernit, si illa lex a Polonorum Legatis suscipienda, & perpetuo servanda promittatur, Princeps Poloniæ Casimirus, dispensante summo Pontifice, monasterio Cluniacensi exeat, habituque, regula & gradu diaconatus abdicatus solutus & liber, XI. Quæ sint decreta servanda Polonis pro Casimiro recepto.

PAGIUS *quod certi essent de eo, quod tanta esset ejus erga omnes, & omnium erga eum gratia, ut quidquid servandum doceret, servaretur a cunctis, quidquid vitandum monstraret, id cuncti vitarent. Quamobrem (ait) Pater venerabilis, ut tantum bonum gratanter ab omnibus susciperetur, sed perversa quorumdam voluntas, & mens indomita, quasi inauditum hoc respuit, quasi qui nollent instituta paterna violare, & nova atque inaudita suscipere. Unde & subsecuta est divina ultio, ignis scilicet in rebelles & contumaces desæviens a domino, quo torquebantur, qui viro Dei resistere, & mandata ejus contemnere non verebantur,* &c.

VIII. *Ab Episcopis & Proceribus decreta.* Marca lib. 4. de Concordia cap. 14. hanc *Treuga* Dei institutionem in annum quidem MXXXIV. perperam confert, ut ibidem vidimus, sed egregie de ea differit, aitque eam a quatuor Conciliis Generalibus confirmatam & relatam in librum Decretalium sub titulo *de Treuga & pace* „ Bella isthæc privata inquit, nec legibus probata erant, imo potius si provocatio vel potius, ut illius sæculi verbo utar, si *diffidatio* præcessisset, pro iure constituto habebantur; ita ut in adversarium cæde, prædis & incendiis grassari liceret, ut docent Ivo, (Epist. CLV.) Friderici I. (apud Abbatem Urspeg.), & Conradi cap. 10. Bullæ aureæ leges a quibus bellorum injuriis abstinendum erat diebus Jovis, Veneris, Sabbati, & Dominica quos sub finem vitæ præcipuis salutis nostræ mysteriis Dominus consecravit. De-
„ cretæ autem fuerunt induciæ istiusmodi, „ non solum ab Episcopis; sed etiam a Proceribus cujusque Diœceseos, ut diserte docent Glaber & Ivo; ut patet ex *Trenga* illius constitutione, quæ lata est in Anglia & Normannia ex consensu Episcoporum & Baronum a *Guillelmo* primo Rege, anno MLXXX. apud Ordericum Vitalem, & a *Raimundo Beringario* Comite in Barcinonensi Comitatu anno millesimo sexagesimo.

IX. *A variis Conciliis confirmatæ.* „ Recepta sunt & amplificata isthæc Decreta a Concilio Claromontano sub Urbano II. anno millesimo nonagesimo quinto, a Romano sub Paschali anno millesimo centesimo secundo, a Lateranensi sub Innocentio II. anno millesimo centesimo trigesimo nono, & ab altero Lateranensi sub Alexandro III. anno millesimo centesimo octuagesimo. Hoc solum discrimen interest inter primam induciarum institutionem & confirmationem; quod a Conciliis festi dies quamplurimi quatuor illis singularum hebdomadarum diebus adjecti fuerint, & a Concilio Lateranensi sub Innocentio II. incendiorum devastatio prohibita. Observandum vero *pacem & Treguam* dici hanc a bellis privatis feriationem, quod ratione Clericorum omnium, peregrinorum, mercatorum & agricolarum cum bobus aratoriis, dominarum cum sociis suis inermibus, mulierum omnium, rerum ad Clericos, Monachosque pertinentium, & molendinorum, *pax* ista omni tempore in-
„ dul-

ber, paternum & avitum regnum instauraturus illud resumat, nubendi, & in spem Poloniæ regni successores generandi habens plenam potestatem; sed tum Polonorum regiones ac regnum, in signum præstiti per Apostolicam Sedem, acceptique in magno necessitatis suæ articulo beneficii B. Petro & successoribus Romanis Pontificibus de quolibet capite nobilium (capitibus circumscriptis) usualem nummum annis singulis solvere cæsariem capitis & comam barbaro more non nutrire, sed auribus patentibus, sed instar religiosorum Latinarum nationum tonsuratum caput gestare & in præcipuis Christi & Virginis Matris ejus festivitatibus panno lineo albo, in stolæ modum dependente, cervicem exornare perpetuo sit astrictum. Ut his tribus insignibus ex monacho, & ex diacono Apostolica concessione & benignitate cum aliter concretum periculum dispelli non possit Polonus Regem sibi creatum & redditum recognoscat, tam in Deum, quam in religionem Christi sit gratior atque devotior. Ita plane veluti aucto fœnore, ut pro uno sibi oppignorato votis solemnibus monacho, eum cum reddit Ecclesia, Polonos omnes quodammodo tonsura monachos (quod fieri licuit) habitus schemate solemnibus diebus religiosos præseferentes, & annui pensitatione tributi perpetuo obligaverit. Quo cum nobiles omnes pariter astrictos tradat Longinus, miramur quomodo Chromerus ea tributi pensitatione minime devinctos fuisse dicat nobiles, neque clericos sacris addictos. Ritum autem illum, ut cum sanctum Evangelium in sacris Missarum solemnibus inchoatur, Poloni gladium stringerent, ac mediotenus evaginarent in signum prompti animi in defensionem Evangelii etiam si opus sit armis, jam a tempore Mieczislai Polonorum Regis inolevisse (a) Chromerus tradidit. Servavit omnia ista populus sui natura religionis custos, veritatis cultor, & amantissimus æqui. Quomodo autem his acceptis a Sede Apostolica perpetuo conservandis decretis, Cluniacum sint reversi Legati, litterisque Pontificiis patefactis receperint suum Principem, eumque reduxerint in Poloniam, a quo profligatis sceleratis, ipsum regnum fuerit in statum optimum revocatum, & quomodo ad debellandos hostes affuerit ei divinum auxilium, angelico ministerio exhibitum, idem auctor pluribus narrat. Sed hæc nobis satis ad institutum. Quomodo insuper in gratiarum actionem monasteria extruxerit, ad quæ habitanda suos ex Galliis vocavit Cluniacenses, idem auctor inferius scribit.

(a) *Chrom. lib. 8.*

PAGIUS

„ dulta esset; ratione cæterorum *Treguæ* tantum, idest induciæ aliquot dierum.

X. *Qua pœna ejus violatores puniti.*

„ Sane fatendum est, excommunicatione mulctatos fuisse pacis & Treugæ violatores, & ad resarciendum damnum læso coactos. Sed Episcopi & Comitis hæc erat cognitio, cæterorumque Baronum; qui tamen si cessarent, a persequendo armis raptore, excommunicationibus & interdictis ad officium, quo se obstrinxerant, adigebantur; ut vice versa eis, qui contra pacis perturbatores decertarent, duorum annorum pœnitentia indulgebatur, aut plurium, ad arbitrium Episcopi, pro modo laboris. Si raptores istos, pacisque violatores ab utraque potestate proscriptos, occidi contingeret a quoquam privato, *Zelo justitiæ*, non homicidii pœna canonica & ordinaria, sed leviori & remissiori satisfactione culpam illam diluendam docet Urbanus secundus, qui de hoc solo genere excommunicatorum intelligendus est, non autem de omnibus excommunicatis, ut quidam sibi male feriati persuaserunt. Cujus interpretationis eo libentius hic memini, quod ea levari posse mihi videatur invidia, quæ ob textum hunc male intellectum creari solet, adversus Summos Pontifices.

XI. *Discrimen bella inter publica & privata.*

„ Sed hæc omnia trahi non possunt ad bella publica, quæ a Regibus, ut res suas repetant, aut Reipublicæ injuriam illatam ulciscantur, indici solent. Etenim belli gerendi potestas, quæ a Deo Regibus collata est in veteri instrumento, & in Principes Romanos disertis verbis lege regia translata, Reges liberos præstat ab excommunicatione, quæ in deprædatores & alienorum bonorum invasores, a Canonibus irrogatur. Quia excommunicationi locus non est, etiam in privatis personis, nisi cum de crimine manifesto & aperto agitur, non autem cum dubitatur de crimine, ut docuit olim *Hincmarus* ex Augustino. Porro sola belli a Principe indicti ratio id talem obtinere debet, ut justitia nisi præsumatur præcipue cum Regia dignitas in munere Regio exercendo nullius judicio sit obnoxia, sed soli divino numini se submittat. Quare in ipsa pacis & treugæ promulgatione jura Principum conceptis verbis excipiuntur; ut patet ex indictione pacis & treugæ a Willielmo Archiepiscopo Auscitano Legato Sedi Apostolicæ post Concilium Romanum anno MCII. publicata: *Principibus autem & Dominis terrarum jura sua & consuetudines non contradicimus in terris suis.* Deinde Pacis illius infractæ cognitio Episcopis commissa erat de Comitum & diœcesanorum consensu, quæ ex pactis conventis legem accipere debet, ut scripsit Ivo *Canoni* Legato; immo & Comitibus, Baronibusque, Diœceseos pars illius cognitionis competebat. Quæ omnia cum bellis publicis comparata discrimen aperte inter utraque constituunt. Hæc Marca. Ex quibus lucem accipiunt, quæ anno MXXXIV. de pace ab Episcopis Galliarum procurata diximus, & solvuntur dubia eo anno num. V. & seq. a Baronio circa eamdem proposita. Putavit enim Glabrum de bellis inter Principes gestis verba facere, indeque Decreta ab Episcopis Gallicanis in variis Conciliis defendi non posse perperam credidit.

I. Millesimus quadragesimus secundus annus Indictione decima incipit, quo Ovo, sive Vvo tyrannus adversus Petrum Regem Hungariæ consurgit, uno resistente ei sancto Gerardo Episcopo Chanodiensi. Hic (a) nobilis Venetus, ab ineunte ætate monasticum amplexus institutum, pergens Hierosolymam, rediens in Hungaria a sancto Stephano Rege detentus, illic consistere cogitur cultor illius Ecclesiæ: ubi post multos labores promotus ad Episcopatum, veri pastoris in se formam in omnibus diligenter expressit, potissimum vero in pastorali constantia, qua irruenti lupo in gregem obsisteret, ac pro viribus propulsaret. Cujus virtutis specimen tunc dedit insigne, cum ad coronationem tyranni vocatus, non solum noluit interesse, sed eum pro concione redarguit: Tu sic accipe rem tum gestam memoria dignam:

(a) In vita S. Gerardi apud Sur. die 23. Sept. to. 5.

Vvo Tyrannus perturbat Hungaricam Eccl.

II. *In ipso die Dominicæ Resurrectionis, ut Pater ejus loci, regio capiti diadema impositurus adveniret, per honestissimos viros invitatur. At illo renuente, reliqui Pontifices Regi coronam imponunt, magnoque Cleri ac populi comitatu Rex ornatus Ecclesiam ingreditur. At vero plenus Spiritu sancto beatus Episcopus, stola candida indutus pulpitum ascendit, Regemque his verbis per interpretem alloquitur. Observatio sancta Quadragesimæ peccatoribus pro venia, justis pro præmio constituta est, quam tu Rex cum cædibus pollueris, mihique nomen patris præripueris, per te dulcissimis filiis orbato, nullam hodie veniam mererie. Et quia pro Christo mori hodie mori paratus sum, quæ tibi sunt eventura prænuntiabo. Anno tertio regni tui gladius ultionis excitabitur in te, qui tibi regnum improba fraude per vim acquisitum auferet, & cum illo pariter & vitam. Hæc cum Reges amici liberalibus institutis litteris attoniti mirarentur, innuebant interpreti ut taceret, Episcopum ab ira & indignatione Regis servare volentes, isque interpres timens assensit. At vero pastor immorigerum interpretem perurget & compellit ut pergat, ita dicens: Deum time, Regem honora, patris tui verbo edicito. Tandem coactus interpres pastoris declaravit sententiam, non mediocriter iram Regis reformidans. Postquam autem evenere quæ dixerat beatus Episcopus, totius regni incolæ re ipsa didicerunt, eum prophetiæ spiritum habuisse.* Prophetasse etiam de suo martyrio post quinquennium futuro in seditione tunc temporis excitanda, idem auctor affirmat. De quo suo loco dicturi sumus. Porro triennii illud tempus usque ad necem tyranni non exactum, sed inchoatum dumtaxat intellexisse, declararunt eventa. Nam anno millesimo quadragesimo quarto liquet auctoritate Hermanni & aliorum, eumdem tyrannum ab Henrico Ger-

S. Gerardi Episcopi Libertas adversus tyrannum.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXX. An. Hegiræ CCCCXXXIV. inchoato die 11. Aug. fer. 7. A. C. 1042.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6535.

☉ 15. C. ☽ 17. P. 21. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1042.

BENEDICTI IX. PAPÆ 10.

HENRICI III. REG. 4.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 1.

I. AD num. I. & seq. Hermannus Contractus in suo Chronico ad annum superiorem scribit: *Ipso anno Ungarii perfidi Ovonem quemdam Regem sibi constituentes, Petrum Regem suum occidere moliuntur.* Tum anno MXLII: *Heinricus Rex* (nempe Germaniæ) *hyeme Burgundiam invasit, multosque Principum se illi subjicientes suscepit, nonnullaque legitime dijudicavit. Ovo Ungariorum tyrannus ob susceptum a nostro Rege Petrum, divisit bifariam exercitum suum, fines Bajoariæ ex utraque parte Danubii, deprædans, & incendens depopulatur; sed una pars exercitus ejus a septentrionali parte Danubii ab Adalberto marchione & filio ejus Luitpaldo ad internecionem cæsa est. Heinricus quoque autumno Pannonias petens Heimenburg, & Brecesburg evertit: septentrionalem Danubii partem, (quia flumina australem & paludes munierant) usque ad Grana flumen vastavit, seu in deditionem accepit: & pars exercitus bis numero Ungariam incursantibus congressus, strages magnas effecit, & subactis partium illarum Ungariis, cum Petrum recipere nollent, quemdam alium in illis, item apud Bohemanos exulantem; Ducem eis constituit; quem tamen Ovo statim post discessum Regis resistere non valentem, in Bohemiam repulit.* Cum anno etiam superiori Lambertus Schafnaburgensis & Hepidannus in Annal. expulsionem Petri a Regno Hungariæ conjungunt, cum præsenti vero Chronographus Hildesheimensis & Marianus Scotus in Chron. Hanc opinionem Baronius secutus est quod *Sanctus Gerardus* Episcopus *Canadensis* in Pannonia, (urbs est ad Tibiscum fluvium, ab Archiepiscopo Colocensi pendens) Ovoni tyranno prædixerit, *anno tertio regni* & Principatum & vitam amissurum, ut in hujus

Petrus Hungariæ Rex Regno expellitur

Germaniæ Rege debellatum, & Petrum restitutum: idem vero Rex eum deprehensum meritum supplicium subire jussit, ejus capite amputato.

III. Quod autem ad res Orientales perti-

Const. Monomachus Imp. net, hoc eodem anno ejecto ab Imperio Michaele Calephate, oculisque privato, Constantinus cognomento Monomachus, qui in exilium missus fuerat a Joanne fratre Michaelis Papulagonis Imperatoris,

PAGIUS jus Sancti Præsulis Vita apud Surium ad diem XXIV. Septemb. legitur; sed cum an. MXLIV. tyrannus perierit, & seditio in qua S. Gerardus occisus, an. MXLVI. non vero an. MXLVII. ut habet Baronius, contigerit, non dubium, quin anno superiori Petrus e Regno expulsus sit, infra magis liquebit. Illud etiam certum, bellum istud intestinum Christianitati a paucis annis in Regnum illud inductæ plurimum nocuisse.

II. *S. Gerardus Episc. Canadii floret.* Porro *Gerardus* Venetis parentibus natus, adhuc puer monachismum amplexus, cum Hierosolymam proficisceretur, eo tempore in Hungariam pervenit, quo *Sanctus Stephanus* in ea regnabat, & eo consentiente in eremum secessit. Verum cum tunc Sanctus Princeps impietati gentis profligandæ incumberet, *Gerardum* ab eremo revocavit, cumque ad prædicandum populo suo Evangelium destinavit. Deinde *Stephanus* Rex Ecclesiam ad littus Morisii fluminis, juxta quod *Canadium* sedet, extruxit, atque inde *Morissenam sedem* appellavit, & nobiliter ditavit. Quare S. *Gerardus* cum Sancto Stephano ad totam Pannoniam ad fidem Christi adducendam collaboravit, ut habet Auctor Anonymus in ejus Vita laudata.

III. *Pessimum regimen Michaelis Calaphata Imp.* Ad num. III. *Michael Calaphata*, inquit Michael Psellus, simul ac Imperator renunciatus fuit, *Constantinum* fratrem ad *Nobilissimi* dignitatem provexit. Erat porro Calaphata *vir vafri & ancipitis ingenii*, qui aliud mente volvebat, alias voces dabat; cognationem fratrumque nomina seu magis familiam ludus quidam illi æstimabatur, eisque invidebat, necdum imperii insulas, sed & ignem, & aerem, & omnem fortunam, ita ut odium in genus omne mente conderet, & consoveret. *Constantinus* aversus animo erat erga *Joannem* fratrem, quem Imperator in locum relegat, *qui latronibus duntaxat addictus esset*: ubi tandem & carnificis manum ejus oculis admovit, ac summe violentam mortem e vicino attulit. Nihil de Republica moderatius *Calaphata* cogitabat; sed statim induxit in animum, ut mutaret omnia & Imperatricem contempsit, confictisque in eam criminibus ut veneficam e cubiculo educit, eamque peragit, ac in eam animadvertit quasi scelestissima patrasset. In navim itaque imponit, inque una insularum, quæ e regione Urbis sunt, *cui principis nomen*, eam collocat, *ubi cum una duntaxat ancilla egit*. Postea mittit, qui detondeant, & monachico habitu induant. Verum postquam omnia susdeque miscuisset, populus coitione adversus tyrannum facta, quod priorem Augustam capere non licebat, illo eam tenente, ad *Theodoram* alteram sororem vertit studium, & e penetrali avellit, atque in apertum educit, & ad magnum Dei sapientiæ Templum ducit. Tum non sola populi pars, sed & Honorati quique ac Proceres *Theodoram* Augustam acclamarunt.

IV. Id ubi cognovit Tyrannus, assumpto patruo ad sacrum dii monasterium perrexit, mutatoque habitu supplicis profugique habitum assumit. Imperator & Constantinus educti azylo oculis orbati sunt. Ubi autem utrique exciderant oculi, sedata est vulgi ferocia, inque illos impetus, & grassatio. Ac tum rursus ipsi quoque ad *Theodoram* simul conversi sunt. Duarum porro Augustarum Altera Regiam & Palatium, altera magnum Dei Sapientiæ atrium habebat. Princeps autem Senatus animis hærebat, in quam propensior esset; nam & eam plurimum observabant, quæ erat in Regia ut seniorem, eamque quæ in Templo erat, quod per eam tyrannis dissoluta fuerat, ac cui se spes salutis debere non nesciebant. *Erat igitur illis anceps imperium. Verum senior astutum est dubium solvit; ac tum primum sororem osculatur, placideque amplectitur, ac communi utrique forte velut hereditatem imperium partitur. Sicque adeo communia professa ambarum jura, cum splendidissima pompa sororem accersit, ac imperii consortem, sibique collegam facit. Verum Theodora haud prorsus pudorem erga sororem ponit, aut dignitatis prærogativam illi ademit, sed qua sunt cultus augustioris defert*, inquit Psellus citatus. *Michael Calaphata Imperio deponitur.* Idem referunt Zonaras & Coderenus, qui Michaeli menses quatuor Imperii, diesque quinque assignans, additque Cedrenus Michaelem & Constantinum relegatos esse in monasterium, *XXI. die Aprilis, indictione decima*, hoc scilicet Christi anno. Depositus itaque Michael die XV. aut XVI. die enim X. Decembris superioris anni Decessor ejus obierat.

V. *Constantinus Monomachus fit Imperator.* Verum, subdit Psellus, moribus, & indole sorores valde distinctæ erant, indeque senior rursus omnem in se transferre potestatem cogitat. Futurum itaque erat, ut *Constantinus* sceptrorum compos fieret, vir ex antiqua Monomachorum familia. Hic itaque generis nobilitate primas in imperio ferebat, & ubi Romani Imperii sceptra suscepit dilexit eum *Zoa* Augusta. Revocatur ab exilio Constantinus, ubi per annos septem, quantum scilicet tempus prior Michael Imperium tenuit, versatus erat. *Augusta itaque cum tertium mensem pari collegio imperium gessissent, illo abdicantur*, & Const. Monom. Imp. adipiscitur. Is pecuniarum thesauros e vestigio aggressus est effundere, & Imperii dignitates ac munera prostituere. Ingeniosissimus cum esset, si quis alius, ut subditorum in se animos transferret, proprie, exque indole singulos capiebat, & ad se attrahebat. *Sermonibus atque doctrinis haud admodum excultus erat nec eruditionis habitum ullum paraverat. Hanc enim vero etiam partem æmulabatur, virosque eruditissimos & disertissimos undique in aulam invexit.* Postquam priorem uxorem morte amiserat, ad secundas nuptias transiit, duxitque sororis illius Pulcheriæ filiam, quæ quondam Basilio Sclero nupta unicæ prolis filiæque parens extiterat. Quare *quod communibus eu conjugii ratione abutentium legibus erat, earum formidine absterretur Patriarcha Alexius. Atque is quidem tempori indulget (dicam & Deo) quarumque velit; ipsi tamen etiam corollis susceptis haud manus* impo-

ris, revocatus, junctusque Zoe in matrimonium, Imperator coronatur undecima mensis Junii. Hæc pluribus Curopalata.

An-

PAGIUS *imponit; nuptiis vero copulatos ac corollis donatos solatas ac recipit*. Notat autem Cedrenus matrimonium *die Jejunii undecima*, currentis scilicet anni, peractum, & postridie *Constantinum* a Patriarcha coronatum esse. Psellus, simul ac Constantinus Imperium iniit, illi ministravit in omnibus, *idque in potiore gradu collocatus*, ut ipsemet de se scribit.

Hardecanuti Angliæ Regis mors, & S. Eduardi ejus successoris electio, ut anno sequenti videre est.

I. ANnus millesimus quadragesimus tertius Indictione undecima inchoatus sequitur, quo Benedictus Papa petitum per Legatos pallium misit ad Hamburgensem recens creatum Archiepiscopum Adalbertum, suffectum in locum Alebrandi viri sanctissimi. Hæc (a) Adam pluribus, qui de tempore obitus prædecessoris, & ejus digna memoria ejusmodi epitaphium scripsit:

(a) Adam. lib. 2. cap. 63.

Anno Domini millesimo quadragesimo-tertio contigit depositio dilecti patris Alebrandi, circa diem decimumseptimum Kal. Maii. Hæc est Indictio undecima.

Vale in Christo pater amabilis, & tuo gregi numquam obliviscende: transi ad Pascha cælorum, ubi cum Agno paschali epuleris in azymis sinceritatis & veritatis. Recipere feliciter in æterna tabernacula, ubi cum Angelis indefictuo læteris beatitudine. Quandiu enim temporali nobiscum vita fruebaris, pastoralis curæ officia nobiliter implesti vita & doctrina, omnia nobis dulcia: nunc autem raptus es, ne malitia mutaret intellectum tuum. Ideoque pius Dominus properavit educere te de medio iniquitatum, ut fructum laborum tuorum pleniter percipias, etiam si non perfeceris omnia quæ voluisti. Ergo justitia tua manet, & memoriale tuum non derelinquetur in sæculum sæculi. Hactenus epitaphium. Porro sedis ejus numerantur ab eodem Adamo anni decem. At res gestas Adalberti fusius est prosecutus idem auctor stylo fideli, tam bona, quam mala congerens, ut nec adulator, neque calumniator habendus sit.

Eo-

PAGIUS SÆC. XI An. Eræ Hisp. MLXXXI. Anno Hegiræ CCCCXXXV. inchoato die 11. Aug. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6536.

☉ 16. B. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1043.

BENEDICTI IX. PAPÆ 11.

HENRICI III. REG. 5.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 1.

A. C. 1043. I. *Albertus fit Archiep. Hamburgensis.*

AD num. I. Mortuo hoc anno *Bezelino Alebrando* Archiepiscopo Hamburgensi in in ejus locum ab Henrico III. Germaniæ Rege suffectus est *Albertus* sive *Adalbertus* genere summo prognatus, cujus Vitam Adamus Bremensis lib. 3. cap. 1. & seqq. fuse lateque perscripsit, *qui*, ut ipse cap. 4. de se fatetur, *quotidianam ipsius inspexit conversationem.* Quibus ex verbis intelligimus, *Adamum* hoc tempore floruisse. Addit hic sub nullo alio Præsule gravius vel sæpius Hamburgensem Ecclesiam a Paganis afflictam fuisse. Ab initio statim Archiepiscopatus magna ipsum inter & Daniæ Regem *Sveonem II.* dissensio orta est. Is enim consanguineam suam Regis Sueciæ filiam in uxorem ducendo, incesto se contaminaverat: quod cum Archiepiscopus factum improbasset, & ut eam a se dimitteret sub pœna interdictionis sacrorum illi denunciasset, adeo hac re commotus fuit *Sueno* ut cum Religione se potius quam cum uxore divortium facturum renunciarit: comminatus insuper omnem se Hamburgensem Ecclesiam ferro & igne vastaturum. [1] Tandem tamen *Albertus* Regi reconciliatus est, & Hamburgum unde recesserat, rediit.

II. *Quo tempore Archiepiscopatus Hamburgensis Bremam translatus fuit.*

Saxo Grammaticus lib. 2. hac de re habet: *Cum Rex ab Antistite per sacrum ac salutarem admonitionem incesti reus ageretur, disciplinæ minas opposuit, seque ferro correptionis insolentiam repressurum edixit. Qua res ab Hamburgensibus maximi periculi metu ad Bremensem Pontificium transtulit.* Quibus in verbis per translationem Pontificii, non tituli Archiepiscopalis & Metropolitanæ dignitatis ab Hamburgensi ad Bremensem urbem transitio significatur, ut locum illum explicat Lambecius in Orig. Hamburgensi cap. 59. sed temporaria tantum Archiepiscopi transmigratio. Translatio enim Sedis facta anno millesimo ducentesimo vicesimo tertio, postquam per aliquot annos Ecclesias inter Hamburgensem & Bremensem de titulo & dignitate Archiepiscopali contentio agitata fuisset. Archiepiscopis enim in partem Canonicorum Bremensium inclinantibus extincta penitus est Metropolis Hamburgensis, & Canonici antiquo honore & jure suo in perpetuum Bremensibus cessere. Idem Lambecius pag. 113. recitat hujus pactionis tabulas anno MCCXXIII. scriptas, quibus *Ecclesia Hamburgensis recognoscit titulum & Archiepiscopalem dignitatem apud Ecclesiam Bremensem remanere.* Tandem pacificatione Monasteriensi anno MDCXLVIII. inita Archiepiscopatus iste suppressus.

Ad

NOTÆ [1] DIssidium hoc inter Hamburgensem Episcopum Albertum, & Suenonem anno 1052. consignat author prioris chronici Danici apud Ludevvig. Reliquiarum tom. IX. qui totam hanc historiam ex ipso Suenone didicisse se perhibet. Ita vero rem totam describit: *Consanguineam a Suecia uxorem duxit anno 1052. quod Domino archiepiscopo Hamburgensi valde displiceat, furentemque regem missis ad eum legatis de scelere horribiliter increpavit; postremo nisi respueret, excommunicationis gladio feriendum esse. Tunc ille conversus in furorem minabatur omnem parochiam Hamburgensem vastare, ad quas minas imperterritus archiepiscopus arguens, & obsecrans, perstitit immobilis, donec tandem flexus Danorum tyrannus per literas papæ repudium dedit consobrinæ.* MANSI

II. *S. Eduardus coronatur Rex Angliæ.* *(a) Ingulph. hoc anno & Roger. & alii.*

Eodem anno defunctis jam duobus filiis Cnuti Anglorum Regis ejus in regnum successoribus, ex insperato, ita Deo disponente, omnium consensu eligitur sanctus (*a*) Eduardus Emmæ Reginæ filius ex Ethelredo parente, olim legitimo Anglorum Rege, coronaturque hoc anno die sancto Paschæ, idque opera Godnvini Comitis potentissimi, data ei in matrimonium ipsius filia Egitha, virgine honestissima, viri sanctitati hand adeo impare: quam virginem, intactamque servatam constans est assertio Scriptorum omnium. Porro ista de immensa De misericordia erga Ecclesiam Anglicanam divinitus longe ante ostensa fuerunt sancto Episcopo. De quo ista Willelmus: (*b*) *Viderat quondam somnii revelatione saculi illius felicitatem Brithuvoldus Vvintoniensis Episcopus, viderat & annunciaverat. Nam dum tempore Regis Cautoais cœlestibus apud Glastoniam lucubraret excubiis, subiisset que illum cogitatio, quæ frequenter angebat, de regia stirpe pene deleta: hæc meditanti sopor irrepsit. Et ecce in superna raptus videt Apostolorum principem Petrum ipsum Eduardum, qui tunc in Northmannia exulabat, in Regem consecrare, cælibe*, hoc est absque liberis infœcunda *designata vita, & certo vigintiquatuor annorum numero regni computato. Eidemque conquerenti de posteritate, respondere: Regnum Anglorum est Dei, post te providit Regem ad placitum sui*. Hæc apud Willelmum. At de sancto Eduardo plura dicenda sunt inferius ordine temporum.

(b) VVillel. Malmesb. de Gest. Reg. Angl. lib. 2. c. 13.

Hoc

PAGIUS

III. *S. Eduardus anno superiori Angliæ Rex creatus.*

Ad num. II. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Reg. Angl. cap. 13. Sanctus Aelredus sive Ealredus Abbas Rievallensis in Anglia, in Vita Sancti Eduardi Confessoris Angliæ Regis a Bollando ad diem V. Januarii eccitata, Hovedenus part. I. Annal. pag. 419. Vigorniensis, Simeon Dunelmensis, aliique Hardecanuti Anglorum Regis mortem in annum superiorem coniiciunt, sicuti & sancti Eduardi cognomento Confessoris, qoi ei successit, electionem. Hovedenus laudatus ait, Hardecanutum *sexto Idus Julii, feria tertia* expirasse, sed legendum *sexto Idus Junii*, ut habent novus Chronographus Saxo, & Simeon Dunelmensis, ac ex dicendis in morte sancti Eduardi patebit. Subdit Hovedenus: *Cujus frater Eaduuardus, annitentibus maxime Comite Goduvino & Vvigorniensi Præsule Livingo, Lundoniæ levatur in Regem, cujus pater Egelredus*, quem a Canuto Hardecanuti patre Regno spoliatum fuisse suo loco diximus. Post hæc Hovedenus scribit: *Anno ab Incarnatione Domini MXLIII. Eaduuardus ab Archipræsulibus Edcin Dorobernensi, & Alfrico Eboracensi, aliisque ferme totius Angliæ Præsulibus primo die Paschæ III. Non. Aprilis, ungitur in Regem VVintoniæ*, quod Huntindoniensis & Simeon Dunelmensis etiam habent. Hoc autem anno Pascha in illum Aprilis diem incidit. Baronius diem coronationis pro die electionis sumens Eduardi Regis initium in præsentem annum perperam distulit; citat enim in margine Ingulphum & Rogerium Hovedenum, qui tamen non solum Eduardum hoc anno coronatum scribunt, sed etiam ejus electionem in annum superiorem disertis verbis coniiciunt. Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 13. annos Eduardi ab ejus electione; lib. vero I. Hist. Novellæ ab anno MXLIII. deducit, scilicet ab ejus coronatione.

IV. *Emmam matrem suppellectili spoliat.*

Refert Baronius verba Malmesburiensis citati, qui ait longe ante revelatum fuisse Sancto Britwoldo Wiltunensis Ecclesiæ Episcopo Sanctum Eduardum regnaturum. Hæc Malmesburiensis verba: *Viderat quondam somnii revelatione sæculi illius felicitatem Brituvoldus VVintoniensis Episcopus, viderat & annunciaverat*, quod & in eodem Malmesburiensi lib. 2. de Gest. Pontif. legitur, dum de Episcopis Wiltunensibus pag. 247. verba facit. Verum ibidem Britwoldus Episcopus Wiltunensis recte appellatur, ideoque ex hoc ultimo loco alius corrigendus, neque dubitandum, quin Librariorum errore lib. 2. de Gest. Reg. pro Wiltunensi *VVintoniensis* dictus fuerit, ut Alfordus hoc anno jam monuit. Hovedenus Eduardi coronatione narrata, subjungit: *Eodem anno, post festum Sancti Martini, Rex cum Comitibus Leofrito, Goduvino & Sivvardo, de civitate Glavorna VVintoniam venit improviso: & ut illi consilium ei dederant suæ genitrici* (nempe Emmæ Reginæ) *quidquid in auro, argento, gemmis, lapidibus, aliisque rebus pretiosum habuerat, abstulit, vel quia priusquam Rex esset effectus, vel post, minus quam volebat ei dederat, & ei valde dura extiterat.* Idem habent Westmonasteriensis, aliique.

V. *Eo regnante aliqua inordinate facta.*

Malmesburiensis laudatus quæ Regni Eduardi primordia obscurarunt, his verbis refert: *Fuerunt tamen nonnulla, quæ gloriam temporum deturbarent. Monasteria tunc Monachis viduata; prava judicia a perversis hominibus commissa; suppellex matris ejus, præcipiente illo, penitus abrasa; sed harum rerum invidiam amatores ipsius ita extenuare conantur. Monasteriorum destructio, perversitas judiciorum, non ejus scientia, sed per Godvini, filiorumque ejus sunt commissa violentiam, qui Regis indulgentiam ridebant: postea tamen ad eum dolata, acriter eorum exilio vindicata. Mater angustos filii jam dudum viserat annos: nihil unquam de suo largita, hereditario scilicet odio parentis in prolem; nam magis Canutum & amaverat vivum, & laudabat defunctum. Præterea congestis undecumque talentis, crumenas infeceraant, pauperum oblita: quibus non patiebatur dari nummum, ne diminueret numerum. Itaque quod injuste coacervaverat, non injuste ablatum: ut egenorum proficeret compendio & fisco sufficeret Regio. Hæc referentibus, etsi plurimum fides adhiberi debeat; sanctam tamen mulierem fuisse comperio: & thesauros suos, in ornamenta Ecclesiæ VVintoniæ, & aliarum fortassis expendisse.* Hæc a Godwino Cantiæ Comite, summa apud postremos Angliæ Reges auctoritate, contra Emmam Eduardi matrem machinata creduntur, quod vereretur, ne plus apud *Eduardum* ejus matris consilia, quam suæ valerent versutiæ: indeque ne Regi suspecta matris accusatio esset, adjutores sibi sceleris legit, quibus plurimum tribui a Rege noverat. Eduardus, quod Godvino promiserat, filiam

III. (a) Herm. ex Canisii edit. hoc anno.

Conventus Constantiensis.

Hoc anno (habet (*a*) Hermannus): *Henricus Rex iterum Pannonias petens ab Ovone vix pactum, satisfactionem, obsides, munera, regnique usque ad Litha fluvium partem accipiens discessit: inde in Alemanniam veniens, in Synodo Constantiensi cunctis, qui contra se deliquerant, primum ipse debitum omne dimisit; deinde precibus, & hortationibus omnes præsentes Suevigenas, postea in aliis regni sui provinciis idem actum iri satagens, dimissis debitis, & inimicitiis, sibi invicem reconciliavit, pacemque multis sæculis inauditam efficiens, per edictum confirmavit. Exin Agnetem Willelmi Pictaviensis filiam sponsam suam accipiens, & Moguntiaci Reginam inungi faciens, regales apud Ingelheim nuptias celebravit, & in vano histrionum favore nihil pendendo utile cunctis exemplum, vacuos eos dimittendo, proposuit.* Glaber autem ejusmodi nuptias in annum millesimum quadragesimumquintum reiicit.

Nuptiæ Henrici Regis German. & Agnetis Reginæ.

IV. Alexius Patriarcha Constant. moritur, Cerularius subrogatur.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno Indictione undecima vigesima Februarii defunctus est Alexius Patriarcha Constantinopolitanus, inque locum ipsius est subrogatus Michael cognomento Cerularius, qui a Joanne germano Michaelis Imperatoris actus fuerat in exilium ob tyrannidem affectam. Hæc omnia Curopalata.

Re-

PAGIUS

VI. Synodus Constantiensis, & conjugium Henrici Regis cum Agnete.

liam ejus nomine *Aeditham*, anno sequenti uxorem duxit, cum qua in perpetua virginitate vixit.

Ad num. III. Baronius refert ex Hermanno Contracto in fusiori Chronico Henricum Germaniæ Regem *Synodum Constantiensem* celebrasse, in qua ita, qui contra se deliquerant, debitum omne dimisit. Cum eodem anno Hepidannus, qui hoc tempore florebat, Concilium illud connectit, ideoque non audiendi Marianus Scotus & Chronographus Hildensheimensis, qui illud in sequentem annum reiiciunt, quos tamen Cossartius Tom. IX. Concil. secutus est. Mirum vero Marianum Scotum, qui hoc tempore etiam vixit, idem Concilium cum anno sequenti copulasse, quemadmodum & conjugium Henrici Germaniæ Regis cum Agnete Willelmi Pictavorum Ducis filia, quod Baronius ex Hermanno laudato hoc anno recte recitat, & Hepidannus laudatus in Annal. ac Lambertus in Chron. afferunt etiam hoc anno factum. Gravius peccavit Glaber lib. 5. cap. 1. qui illud differt in annum MXLV. quem Hugo Flaviniacensis Abbas in Chronico Virdunensi imitatus est, adeo per hæc tempora Scriptores in Chronologia parum diligentes.

VII. *Obitus Gisela Augusta.*

Accurate tamen hoc anno Marianus Scotus in Chronico habet: *Gisla Imperatrix mater Henrici Regis obiit XVI. Kalendas Martii, & apud Spiram sepelitur.* Eumdem annum exhibent Hermannus Contractus, Lambertus & Hepidannus. Quare fallitur Chronographus Hildensheimensis, seu potius ejus Continuator, qui id anno sequenti contigisse affirmat.

VIII. *Michael Cerularius Alexio succedit in Patriarchatum CP.*

Ad num. IV. *XX. die Februarii, indict. XI. Alexius Patriarcha rebus humanis excedit. Ei sufficitur die Annunciationis festo Michaelus Cerularius*, inquit Cedrenus, cui consentit Zonaras, cum ait eum Cpoli sedisse *annos XVIII.* Emmanuel Calecas lib. 4. adversus Græcos, asserit post Photium unitatem in Ecclesia Orientali durasse per decem & septem Patriarchas usque ad Cerularium; quem ille refert ex Curopalate, aliis emergentibus casibus, quales homini sæpe superveniunt, simulque invidente pacis adversario, Romanum Pontificem propter Azyma diptychis ejecisse. Sed de hoc Schismate infra sermo erit.

I. Schisma in Rom. Eccl.

REdemptoris annus millesimus quadragesimus quartus duodecima inchoatus indictione sequitur, quo novo schismate Romana Ecclesia sciuditur, de quo temporis hujus auctor Hermannus hoc anno sic ait: *Romani Benedictum CL. Papam multis criminatum Sede sua pellunt, & Silvestrum III. quemdam in ejus locum statuunt; quem tamen postea Benedictus quibusdam sibi faventibus excommunicatum depulit. Sedique suæ redditus, seipsum postea privavit, & alium pro se ob avaritiam contra canones ordinavit.* Hæc Hermannus. Qui autem tertius est substitutus, fuit Joannes Archipresbyter Romanus.

II. Hæc autem ut quam exactissime cognoscantur, in primis sciendum, duas potentissimas viguisse tunc temporis factiones, alteram Tusculanorum Comitum, a quibus intrusum vidimus Benedictum; alteram Ptolamæi Romani civis, qui fuit filius Gregorii, quem in Ottonem Tertium rebellasse, suo loco superius vidimus. Fuisse familiam hanc potentissimam, quæ & magna jactantia vaue gloriaretur esse Octaviæ gentis, (a) Petrus diacouus tradit, dum hujus filium Ptolemæum itidem nominatum in uxorem duxisse filiam Henrici Quarti Imperatoris, enarrat. Benedicti igitur turpitudinem ubique decantatam, a bonis omnibus deploratam haud diutius ferre valentes Romani ante oculos ipsam habentes, haud veriti sunt potentiam Comitum Tusculanorum, qua Urbi imminentes, terrori civibus esse solerent, sed favore aspirante Consulis Ptolemæi, Benedictum (ut audivimus) rejecerunt, & alium, quem nominavere Silvestrum, subrogarunt. Erat iste Episcopus Sabinensis, qui & malis artibus, nempe collata pecunia, ad Sedem Petri sibi ascensum paravit. De quo Leo Ostiensis, Hermanno omnino consentiens, rem gestam dum narrat, hæc habet: (b) *Romæ interim Benedictus, cum annis * duodecim Apostolicæ Sedi præfuisset, a Romanis ejectus est, & Joannes Sabinensis Episcopus, cui nomen Silvester impositum est, non tamen gratis in Romanum Pontificem subrogatus. Qui cum præfuisset mensibus tribus, Benedictus ille qui prius abrogatus, annitentibus propinquis suis Tusculanis proceribus, pulso Silvestro, Romanam Sedem iterum occupat. Nec mul-*

Silvester tertius antipapa.

(a) Petr. Diac. in Chron. Cass. l. 4. c. 63.

(b) Leo Ost. Chro. Cass. l. 2. c. 80.

* undecim.

to

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXXII. An. Hegiræ CDXXXVI. inchoato die 4. Jul. fer. 2. A. C. 1044.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6537.

☉ 17. AG. ☽ 19. P. 22. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1044.

GREGORII VI. PAPÆ 1.

HENRICI III. REG. 6.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 3.

I. Benedictus IX. Silvester III. & Gregorius VI. eodem tempore Papæ.

ANum. I. ad XVI. Victor III. Papa lib 3. Dialog. postquam ea quæ de Benedicto IX. Pontificatus eius initio ex illo retulimus, protulit, ait: *Denique cum rapinas, cædes, aliaque nefanda in Romanum populum aliquanta per tempora sine ulla dilutione ageret, congregati in unum populi, quia ejus nequitiam amplius ferre nequibant, eum a Pontificatus cathedra exturbantes, Urbe pellunt; alterumque in loco ejus, Joannem videlicet Sabinensem Episcopum, canonica pervipendentes decreta substituunt; qui tribus non amplius mensibus Romana usus est cathedra successione, Benedicto undique suis cum propinquis infestante Urbem quia ex Consulibus terræ ortus erat, & in eis maxima virtus, Urbe cum dedecore pulsus suum ad Episcopatum reversus est. Benedictus igitur quod amiserat Sacerdotium recepit, pristinos tamen mores minime mutavit, secundum quod scriptum est:* „Adolescens juxta viam suam, etiam cum „senuerit, non recedet ab ea; *& quia durum est in corde veteri nova meditari, in eisdem pravis & perversis operibus, ut ante perseverabat. Cumque se a Clero simul & populo propter nequitias suas contemni respiceret, & famam suorum facinorum omnium aures implere cerneret, tandem reperto consilio (quia voluptati deditus, ut Epicurus magis, quam ut Pontifex vivere malebat) cuidam Joanni Archipresbytero, [1] qui tunc in Urbe religiosior ceteris Clericis videbatur, non parva ab eo accepta pecunia, summum Sacerdotium relinquens tra-*

NOTÆ [1] PRætereundum hic esse haud censeo singulare aliquid, quod de Joanne Gratiano uno ex tribus hisce pontificibus prodit Ricobaldus Ferrariensis in Historia Imperatorum vulgata ab Eccardo in Corp. historic. tom. 1. col. 1163. Porro iste ex libro Donniti (sic legit Codex pro quo alia manu scriptum est Bonici, & quidem optime cum hæc derivata videantur ex libro Bonizi Episcopi Sutrini, quo de Pontificibus hisce differit) quem misit, verba sunt Authoris, *ad Comitissam Matildam, scribit quod cum dictus Presbyter simplicitate ductus Pontificatum sibi per pecuniam acquisivisset ut schismati obviaret, ipse mox errorem suum agnoscens suadente Imperatore, se abdicavit officio.* Hoc Bonizi testimonium ideo referendum censui, quod cum Victoris III. narratione egregie cohæreat, remque in apertissimam veritatis lucem proferat. Fateor equidem Bonizi librum *ad Amicum* non ad Mathildem inscriptum fuisse; sed forte liber ille ad Mathildem transmitti potuit. MANSI

* Gratianum hunc alii nominant.

to post invisum se cunctis aspiciens, * *Joanni Archipresbytero, qui quasi religiosior habebatur, Papatu tradito, ipse cupiditates suas liberius executurus, in paternam se recepit domum.* Audiamus modo quæ de his habeat Otto Frisingensis: *Circa idem tempus pudinda* (inquit) *confusio Ecclesiæ Dei in Urbe Roma fuit, tribus ibi invasoribus, quorum unus Benedictus dicebatur, Sedem illam simul occupantibus, atque ad majoris miseriæ cumulum divisis simul cum redditibus, Patriarchiis, uno ad sanctum Petrum, altero ad sanctam Mariam Majorem, tertio, id est Benedicto, in palatio Lateranensi sedente, flagitiosam, & turpem vitam, ut egomet in Urbe, Romanis tradentibus, audivi, duxere.* Hæc de tribus pseudopontificibus simul Romæ sedentibus Otto, nempe Benedicto, Silvestro, atque Joanne.

Tres Pseudopontif. simul.

III. Naufragium Gradensis Eccl.

Sed quanta ex his oborta mala fuerint, quis numerare sufficiat? etenim pseudopontifices ut ad se allicerent homines, quæque injusta petita libenter eisdem concedebant. Ut fecisse noscitur Benedictus, a quo hoc ipso anno Indictione xii. Poppo Patriarcha Aquilejensis, Apostolica Sede multipliciter conquassata, privilegium de subjectione Gradensis Ecclesiæ obtinuit. Ac Gradum furtim ingrediens, abominanda commisit flagitia. Nam Ecclesias incendit, thesauros abstulit, & multas reliquias, quas invenit, retulit secum. Pro tanto igitur flagitio Dux Dominicus Contarenus, & Ursus Patriarcha, Benedicto Papæ litteras mittunt. Sed antequam de tanto ausu coerceretur, idem Poppo sine confessione & viatico moritur turpissime. At Dux & Patriarcha Benedictum Abbatem S. Trinitatis de Brondulo, Joannem Stornatum, & Gregorium clericum Nuncios Papæ delegantes, irritationemque privilegii Popponi concessi obtinentes cum ablatorum restitutione, & suæ sedis approbatione redeunt. Tunc Dux Urbem Gradum dirutam reparare studuit. Hæc ex Chronico Andreæ Danduli. Sed redeamus ad institutam de multiplicibus assertis Pontificibus narrationem.

IV. Benedictus Pap. suasus, Bartholomæi cessit sede.

Quod autem in primis ad Benedictum pertinet, ipsum quidem magno Fidelium scandalo vitam ducentem, sponte Romanæ Ecclesiæ Pontificatui cessisse persuasione viri sanctissimi Bartholomæi Abbatis Cryptæ Ferratæ, discipuli S. Nili, de quo plura Tomo superiori, ejus Acta significant, in quibus ista leguntur: *Quomodo venerabilem ipsum universis reddidit ejus virtus, ut supra diximus, aperte manifestemus. Qui tunc temporis Apostolicæ Sedi præerat, cum juvenis esset* (*quod utinam Deus avertisset*) *voluptatibus deditus, humanæ fragilitatis se præcipitem dedit. Sed cum tandem ab hoc malo resipuisset, & malefactorum solutionem, & veniam sibi quæreret: beatum Bartholomæum sibi fore mediatorem agnovit, & intercessorem illum sibi decrevit. Quapropter advocavit illum majore qua poterat veneratione, & honore. Huic rem totam aperit, & opportunum remedium quærit. Ipse vero Bartholomæus non est throni celsitudinem veritus, non dignitatis præstantium respexit, neque munera, & honores, quod ple-*

PAGIUS

tradidit. Ipse vero in propriis se castellis recipiens, Urbe cessit. Interea Joannes, cui Gregorius nomen inditum est (Gregorius nempe hujus nominis VI.) *cum duobus annis & octo mensibus Sacerdotium administrasset, Henricus Rex Romanam adiit urbem*, & cætera anno MXLVI. recitanda.

II. *Benedictus IX. sæpe Pontificatum resumpsit.*

Non dissimilia narrant Hermannus Contractus in Chron. ad annum MXLIV. & Leo Ostiensis, ut videre est apud Baronium num. I. & seq. *Benedictum Papam*, inquit Hermannus, *multis criminatum sede sua pellunt, & Silfrum* (legendum Silvestrum) *quemdam in locum ejus statuunt, quem tamen postea Benedictus quibusdam sibi faventibus excommunicatum depulit, sedique sua redditus, se ipsum postea privavit, & alium pro se ob avaritiam contra ordinat*, nempe Joannem Gratianum, Gregorium VI. in Pontificatu appellatum. Leo vero Ostiensis: *Roma item Benedictus cum annis duodecim* (nempe incompletis, non vero undecim, ut Baronius legendum credidit) *Apostolicæ sedi præfuisset, a Romanis ejectus est, & Joannes Sabinensis Episcopus, cui nomen Silvester impositum est, non tamen gratis in Romanum Pontificem subrogatur. Qui cum præfuisset mensibus tribus, Benedictus ille prius abrogatus*, & cætera apud Baronium legenda. [1] Tres itaque Pontifices nempe Silvester III. Gregorius VI. & Benedictus IX. uno eodemque tempore Sedem Romanam occuparunt. Cum vero Gregorius VI. circa initium mensis Maii currentis anni Pontificatum inierit, ut mox videbimus, & Silvester III. menses tres sederit, ut habent Victor III. & Leo Ostiensis, sequitur Benedictum IX. circa currentis anni initium Sede expulsum fuisse. Anno quidem MXXXVIII. e Sede pulsus fuerat, ut

NOTÆ [1] APud Ughellium tom. V. pag. 1113. novæ edit. habes bullam Benedicti IX. in qua testatur se concilium Romæ celebrasse, ut privilegia patriarchæ Gradensis contra Aquilejensem assereret eandemque Pontificis constitutionem subscriptione sua Patres Concilii roboraverunt. Data est autem Ind. XII. in mense Aprili. Ex quo sequitur eo mense Benedictum Pontificatu nondum cessisse. MANSI

plerique spiritualium medicorum facere solent, sed mali gravitatem, & propterea opportunam mali abscissionem illi adhibens, ita inquit: Non licet tibi sacra facere, sed potius abstinere, & Deum placare, quem peccando irritasti. Ille vero neque tardans, neque procrastinans, sed quam primum deposita Sede instar privati hominis se habebat. Et hæc quidem cum summo Pontifice Bartholomæus. Hæc ibi auctor ejus temporis. Verum eumdem Benedictum dimissam repetiisse Cathedram, certum est.

V. Quomodo tres schismatici desiitere. At quodnam primum remedium adhibitum fuerit ad extinguendam tricipitem bestiam hanc, portis inferi emergentem, videamus. Illi plane simile excogitatum remedium est, quod in extinguendo Cerbero illo fabuloso finxere Poetæ, nempe picea offa opplendo fauces, dando illis mandendum aliquid, ut a latratu omnino cessarent. Quia autem pharmacum istud pararit, quod temporis illius infelicitas exigebat, videamus.

Gregorius VI. Pap. Otto Frisingensis sic pergens fideliter narrat: *Hunc miserrimum statum Ecclesiæ religiosus quidam presbyter, Gratianus nomine, videns, zeloque pietatis matri suæ compatiendo, animadvertens, præfatos viros adiit, eisque a Sede sancta cedere, pecunia persuasit, Benedicto redditibus Angliæ, quia majoris videbatur esse auctoritatis, relictis. Ob ea cives præfatum presbyterum, tamquam Ecclesiæ Dei liberatorem, in summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium Sextum vocaverunt.*

Hæc sunt, quæ loco simoniæ Grego- VI.
rio objecta fuere: sed an emptio Sedis, vel redemptio potius vexationis transactio ista adeo necessaria ad pellendos intrusos Pontifices fuerit; periti canonum omnes facile judicabunt. Unum hoc liquet, eumdem Gregorium Sextum vere germanum atque legitimum Pontificem a viris sanctissimis, atque doctissimis ejus temporis habitum esse, nempe ab Hildebrando postea Gregorio Septimo, & a Petro Damiani, & aliis viris in primis simoniacorum hostibus implacabilibus. De Gregorio Septimo ipse Otto Frisingensis æque testatur, qui ait: *Hunc Gratianum Alpes transcendentem secutum fuisse tradunt Hildebrandum, qui postmodum summus Pontifex factus, ob ejus amorem, quia de catalogo Pontificum semotus fuerat, se Gregorium Septimum vocari voluit, & sicut in Lucano habes:*

Victrix causa diis placuit, sed victa VII.
Catoni. Ita & huic Hildebrando, qui semper

PAGIUS et eo anno ex Glabro Auctore coævo diximus, sed tunc nullus in ejus locum subrogatus, indeque factum, ut Hermannus & Leo Ostiensis, qui rem summarie tractant, primæ illius Benedicti IX. expulsionis nullam mentionem fecerint. Verum ut habet idem Glaber lib. 4. cap. 5. *Intercedente thesaurorum pecunia electus extitit a Romanis, a quibus exinde frequenter ejectus, ac inhoneste receptus, nulla potestate viguit.*

III. Gregorius VI. licet simoniacus inter legitimos Pontifices numeratus. *Benedictus nonus, Silvester tertius*, antea Joannes Sabinensis Episcopus appellatus, & *Gregorius VI.* ante Pontificatum Joannes Gratianus vocatus, simoniaci fuere; Benedictus tamen IX. & Gregorius VI. inter Pontifices Romanos numerantur, & ut tales habiti sunt, uti de Benedicto IX. inter omnes convenit, & de Gregorio VI. non videtur dubitandi locus. Hinc Gregorius VII. in Concilio Romano anno MLXXX. coacto ait: *Invitus ultra montes cum domino Papa Gregorio abii, sed magis invitus cum domino meo Papa Leone.* Præterea quando Petrus Damianus electionem ejus accepit, eam canonicam fuisse existimans, ipsi Pontificatum gratulatus est, ut liquet ex ejus ad eum Epistola a Baronio num. VIII. recitata. Imo Henricus II. Imperator, qui eum a Concilio Sutriensi anno MXLVI. deponendum curavit, ut infra videbimus, anno insequenti III. Nonas Januarii Privilegia monasterii Sancti Petri Perusini confirmans, & Imperatores ac Pontifices Romanos, qui jam eadem confirmaverant, enumerans ait: *Ita ut ea, que ab antecessorum nostrorum tempore Imperatorum, &c. & Pontificum Romanorum, Joannis siquidem, Gregorii, &c. Joannis* (scilicet XIX.) *Benedicti* (scilicet IX.) *Gregorii* (nempe VI.) *& præsentis domni Clementis* (nempe hujus nominis II.) *tenuit, vel modo tenet*, &c. Ubi Gregorium VI. & Benedictum IX. inter legitimos Pontifices recenset. Extat illud Diploma Tom. II. Bullarii Casinensis.

Certe Angelus Corarius, *Gregorius XII.* IV. Idem de quibusdam aliis Pontificibus Rom. dicendum.
in Pontificatu appellatus, a Conciliis tam Pisano, quam Constantiensi, tanquam Antipapa seu tanquam male electus depositus fuit, & tamen quia causa ejus melior, quam aliorum apparebat, inter veros Pontifices numeratur, licet ipsemet depositioni suæ postea consenserit. *Alexander VI.* numerata pecunia Pontificatum emit, ut non diffitetur Onuphrius in Appendice ad Platinam, quod & testatur Philippus Comminius, Historicus sincerus & coævus lib. 7. cap. 12. qui tamen locum inter legitimos Pontifices semper habuit. Imo potest Pontifex Romanus, si infidelis, hæreticus, aut schismaticus fuerit, dignitate moveri, quod mere personale, & Sedi Apostolicæ nullum præjudicium infert, sicuti *Childerici* Regis Francorum, vel *Alphonsi VI.* Regis Lusitaniæ depositiones jus supremum, monarchicum & independens, Regum utriusque Regni minime lædit.

Sed, ut ad Gregorium VI. redeam, Otto V. Magnus error Ottonis Frisingensis.
Frisingensis, qui centum circiter annis post ejus depositionem Chronicon suum elucubravit, cum de illo male edoctus fuisset, non solum Baronium, sed passim omnes alios in errorem induxit, Gregorium VI. a tribus Pontificibus simoniacis, qui per hæc tempora Romanam Ecclesiam afflixere distinguens, & eum tanquam liberatorem Ecclesiæ exhibens. Hæc ejus verba lib. 6. cap. 25. *Circa idem tempus pudenda confusio Ecclesiæ Dei in Urbe Roma fuit: tribus ibi invasoribus, quorum unus Benedictus* (hu-

per in Ecclesiastico rigore constantissimus fuit, causa ista, in qua sententia Principis, & Episcoporum prævaluit, semper displicuit. Ex hinc Romana Ecclesia in electione canonica Pontificum ita tantum infirmata invenitur, quod iste, quatuorque sequentes ab Imperatore ibi positi in catalogo inveniuntur. Hæc ipse. Ac ita quidem. Nam ipse Gregorius Septimus in Concilio Romano, celebrato anno Redemptoris M. LXXX. ejus vero Pontificatus anno septimo, recognoscit Gregorium hunc legitimum Papam.

(a) Glab. l. 5. in fin. Greg. VI. Pap. laudatissimus. Sed & (a) Glaber ejus plane temporis scriptor, quique ad ipsius Gregorii electionem stylo pervenit, summopere Gregorium Sextum laudat, hæc dicens, post Benedictum ejectum: *Tunc vero cum consensu totius Romani populi, atque ex præcepto Imperatoris ejectus est a Sede Benedictus, & loco ejus subrogatus est vir religiosissimus ac sanctitate perspicuus Gregorius, natione Romanus: cujus videlicet bona fama, quidquid prior fœdaverat, in melius reformavit.* Hæc adeo de Gregorio gloriosa Glaber totidem verbis. Ex his autem redarguas errores aliorum, in primis vero, quod Joannem Archipresbyterum cum Gratiano conflant in unum. Nam & Petrus Damiani hujus temporis scriptor Gregorium Sextum Gratianum, & non Joannem antea nominatum fuisse iterum tradit. Cujus ad eumdem Pontificem epistolam hoc anno datam hic describere dignum existimamus.

Ipse quidem Petrus Damiani, mox ut audivit ejus promotionem, & quidem canonicam, ad ipsum scribens, ipsi congratulatur, quod Ecclesia Dei per ejus electionem, sordibus expurgatis, pristinum decorem sit consecuta. Extat ipsa epistola una cum aliis ejusdem Petri in codice Cassinensi, quam hic tibi reddendam curavimus. Sic enim se habet: VIII.

Petri Dam. ad Greg. VI. epist. 1.

Domno Gregorio sanctissimo Papæ Petrus peccator monachus debitæ servitutis obsequium.

Reverendissime domine, Regi Regum Christo gratias refero, quia de Apostolica Sede bona semper audire aridis desiderii mei faucibus sitio, largum præconii vestri poculum, multis jam propinantibus, bibo, qui videlicet haustus tanto suavitatis dulcedine mentis meæ stomachum recreat, ut dum meus interius jubilet, lingua protinus in hanc vocem laudis erumpat: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vere enim ipse, sicut scriptum est, mutat tempora & transfert regna. Vere, quod per Prophetam suum multo ante prædixit, nunc teste mundo, mirabiliter adimplevit: Quia domina-

Ann. Eccl. Tom. XVI.

PAGIUS (hujus nominis IX.) *dicebatur, sedem illam simul occupantibus, atque ad majorem miseriæ cumulum divisis simul cum reditibus Patriarchiis uno ad S. Petrum, altero ad S. Mariam Majorem, tertio idest Benedicto, in Palatio Lateranensi sedente, flagitiosam & turpem vitam (ut egomet in Urbe Romanis tradentibus audivi) duxere. Hunc miserrimum statum Ecclesiæ religiosus quidam Presbyter, Gratianus nomine, videns, zeloque pietatis matris suæ compatiendo animadvertens, præfatos viros adiit, eisque a sede sancta cedere pecunia persuasit. Benedicto reditibus Angliæ, quia majoris videbatur auctoritatis, relictis. Ob ea cives præfatum Presbyterum, tanquam Ecclesiæ Dei liberatorem in summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium septimum* (legendum, sextum) *vocaverunt.* Vides Ottonem supponere eodem tempore quatuor Pontifices Romæ visos fuisse, cum tamen Benno hujus ætatis Scriptor, omnesque alii trium tantum mentionem faciant, ex quibus Joannes Gratianus unus extiterit, & Gregorius VI. nominatus fuerit; quem cum valde laudet Otto Frisingensis, Baronius, & plerique alii eum a simoniæ labe immunem fuisse censuere, & Henricum II. Imperatorem, qui juste eum deponendum judicavit, hujus rei valde insimularunt.

VI. Papebrocius vero in Conatu Chronico-Historico fatetur, Ottonem Frisingensem male quatuor Pontifices nobis obtrusisse, sed arbitratur, Gregorium VI. ex illis tribus unum legitime electum fuisse, & nonnisi ad liberandam Ecclesiam pecuniam dedisse; & ita narrationis Ottonis partem veram esse putat, partem vero falsam. Verum Scriptores coævi hanc communem sententiam plane convellunt. Hermannus enim Contractus scribit in Synodo Sutriensi, de qua suo loco, *causa erroneorum Pontificum diligentius ventilata* Gregorium VI. *convictum Pastorali baculo* privatum esse, dein *omnium tam Romanorum quam aliorum assensu* Clementem II. Pontificem Romanum electum. Secundo, Victor III. Papa lib. 3. Dialog. refert Benedictum IX. non parva a Gregorio VI. accepta pecunia, summum Sacerdotium ei reliquisse, & Henricum Regem *tres illos*, QUI INJUSTE APOSTOLICAM SEDEM INVASERANT; *cum consilio & auctoritate totius Concilii* juste depulisse, & ipsummet Gregorium VI. post rem ab ea Synodo discussam, agnovisse *se non posse juste honorem tanti Sacerdotii administrare, ac semetipsum Pontificalibus indumentis* exuisse.

Hermannus & Victor III. PP. Gregorium VI. pro simoniaco habent.

Tertio, Lambecius. Tom. II. Biblioth. Cæs. lib. 2. cap. 8. ait, in ea Bibliotheca extare volumen MS. in quo continetur *Bonizonis* (Episcopi primum quidem Sutrini, postea vero Placentini, qui anno MLXXXIX. ob defensionem Sanctæ Sedis Apostolicæ & libertatis Ecclesiasticæ a Placentinis schismaticis, effossis oculis, & omnibus fere membris detruncatis, crudelissime occisus est, ut eo anno refert Bertoldus, cujus verba Baronius in eum Christi annum inseruit) *Decretale*, sive *Syntagma Decretorum Ecclesiasticorum ex sacra Scriptura, probatisque Conciliis*, ut & ex *Pontificum Rom. & sanctorum Patrum*, aliorumque *orthodoxorum Auctorum* Monumentis collectum, & secundum *locos communes* in septem libros divisum; cui *Proœmii* loco præfixa est *Episto-* VII.

Bonizo Episc. Placentiæ eum pro simoniaco habet.

tur Excelfus in regna hominum, & cui voluerit, ipfe dat illud. Lætentur ergo cæli, & exultet terra, & antiquum fui juris privilegium fe recepiffe fancta gratuletur Ecclefia. Conteratur jam milleforme caput venenati ferpentis, ceffet commercium perverfæ negotiationis, nullam jam monetam falfarius Simon in Ecclefia fabricet, nulla Giezi, præfente providi doctoris abfentia, furtiva dona reportet. Jam columba revertatur ad Arcam, & virentibus olivæ foliis, pacem nuntiet redditam terris. Reparetur nunc aureum Apoftolorum fæculum, & præfidente veftra prudentia, Ecclefiaftica refloreat difciplina. Reprimatur avaritia ad Epifcopales infulas anhelantium: evertantur cathedræ columbas vendentium nummulariorum. Verumtamen utrum ifta, quæ fcribimus, munda fperare fit licitum: primo Pifaurenfis Ecclefia bonæ fpei clarum dabit indicium. Nifi enim prædicta Ecclefia de manu illius adulteri, inceftuofi, perjuri atque raptoris auferatur; omnis populorum fpes, quæ de reparatione mundi erecta fuerat, funditus enervatur. Omnes fiquidem ad hunc finem oculos tendunt, omnes ad hanc unam vocem aures erigunt. Et fi ille tot criminibus obvolutus ad Epifcopatus arcem reftituitur: ab Apoftolica Sede boni aliquid ulterius poffe fieri, penitus denegatur. Tres equidem funt, quæ teftimonium dabunt, Caftellana fedes, Fanenfis & Pifaurienfis, ut in ore duorum vel trium teftium ftet omne verbum. In his tribus patenter oftenditur, quid fpei de cætero relinquatur. Omnipotens Deus, te, fumme pater, ad confervanda Ecclefiæ fuæ jura cuftodiat, & populum fuum ne immerita fub tanto Pontifice gaudere permittat. Ifta Petrus ad Gregorium Papam recens electum, & quidem canonice, & quidem legitime, quod tanta ifta non nifi legitime electo Papa fint digna, ut plane, fi defint alia, ifta fufficiant ad demonftrandam ejufdem canonicam electionem omni ex parte puriffimam. Non enim ejufmodi fuit Petrus Damiani, qui vellet, hæc fcribens, turpiter adulari Pontifici: nam exæftuans zelo Ecclefiafticæ difciplinæ, nemini parcere novit, quin acerbiffime ataguerit quemcumque fciret eidem adverfantem. Ex his etiam intuere, quantæ effet Gregorius æftimationis in orbe, ut eum confcendiffe tantam cathedram Petri, idipfum fuiffet, omnia (ut audifti) mala ab Ecclefia propulfaffe, ac bona omnia poftliminio revocaffe.

Sed quas ad eumdem Gregorium de promovendo Epifcopo Semproni\enfi litteras idem dedit, ex eodem codice fumptas fic accipe: IX. Petri Dam. ad Greg. VI. epift. II.

Domno Gregorio fanctiffimo Papæ Petrus peccator monachus devotiffimæ fervitutis obfequium.

Noverit beatitudo veftra, piiffime domine, quia pro peccatis noftris clerici digni Epifcopatus officio, in noftris partibus non inveniuntur. Omnes enim quærunt quæ fua funt, & non quæ JESU Chrifti. Avaritiæ quippe & elationis igne fuccenfi ambiunt quidem ad facerdotium

PAGIUS *ms Hiftoria Pontificum Romanorum a Sancto Petro ad Urbanum II.* anno MLXXXVIII. electum. Titulus hujus Epitomes eft: *Chronica Romanorum Pontificum edita a Bonithono Sutrino Epifcopo, viro per omnia doctiffimo*, in cujus fine refert ipfe Bonizo, fe etiam alios *duos libros* de Pontificibus Romanis fcripfiffe; quorum *primus*, qui continuit res geftas fub Theophylacto five Benedicto IX. & fequentibus Pontificibus atque Antipapis ufque ad obitum Gregorii VII. infcriptus fuit AD AMICUM, alter autem, qui comprehendit *Acta primi*, & ex parte etiam *fecundi anni Pontificatus Urbani fecundi*; infcriptus fuit, IN HUGONEM SCHISMATICUM, hoc eft contra Hugonem cognomento *Candidum*, Cardinalem Presbyterum Tituli S. Clementis, qui anno MLXI. poft obitum Nicolai II. Papæ caput & antefignanus fuit eorum, qui novum Pontificem Romanum nonnifi confulto & confentiente *Imp. Henrico IV.* creandum effe contenderunt.

Hæc autem Bonizonis verba de Gregorio VI. in fine memoratæ Epitomes fcripta: *Cæterum*, inquit, *fi quis de Theophylacto Tufculano* (feu de Benedicto IX. ante Pontificatum ita appellato) *qualiter Joanni* (fc. Joanni Archipresbytero, Gregorio VI. in Pontificatu vocato) *Sacerdoti vendidit Papatum, & quomodo uno eodemque tempore* THEOPHYLACTVS

VIII. *Egregius locus Bonizonis Epifc.*

ET GREGORIUS (hujus nominis VI.) ET SILVESTER (hujus nominis III.) *Romanum non regebant, fed vaftabant Pontificatum, & qualiter Henricus Rex, Conradi filius, Romanam Ecclefiam* A TALIBVS PESTIBVS LIBERAVIT, *gnarus effe voluerit, legat* LIBRVM, *quem dictavi, qui infcribitur* AD AMICVM, *& ibi inveniet, hæc ordinabiliter effe digefta.* Porro Bonizo non ex occafione, fed ex profeffo de Romanis Pontificibus fcripfit, idque non multis a Gregorii VI. morte annis; Sutrii, ubi ipfo Pontificatu depofitus, Epifcopus fuit; vitæ fuæ partem prope Urbem Romanam traduxit; *Sutrium* enim nonnifi viginti quinque millibus paffuum ab ea diffitum; & denique ob defenfam Ecclefiæ Romanæ libertatem martyrium pertulit. Quare cum *Gregorium* VI. Papatum a Benedicto IX. emiffe in literas miferit, ejus hac in re teftimonium graviffimum cenferi debet.

Quæ poft illa verba fubjungit, hujus argumenti vim magis oftendunt, ideoque hic non prætermittenda: *Inveniet autem & ibi Papa Clemens* (hujus nominis II.) *electus qualiter fit, qualiterve Henricus Rex, Imperator ab eodem ordinatus fit; & de Damafo* (hujus nominis II.) *ejus fucceffore, quot in Papatu duxerit dies; & de præclaro Leone* (hujus nominis IX.) *quid in Papatu egerit, qualiterve vitam finierit; & de Victore* (ejus nominis IX. *De rebus hoc tempore Romæ geftis præclaro edictus fuit.*

*tium promoveri; sed non student digni sacerdotio fieri. Praesse inhiant, prodesse non curant. Verumtamen pro qualitate temporis & penuria personarum, videtur mihi hic Archipresbyter posse ad Episcopatus apicem provehi, si vestra sanctitatis id decernat auctoritas, excepto quod * avaritia honoris aestuat, conscendere ad pastoralis officii culmen anhelat.*

* aviditate.

X. *Hoc autem vestro relinquatur judicio, sed si hoc non obsit, cum Sempronensis Ecclesiae clericalis ordo in mea mente revolvitur; hic aliquanto caeteris quasi melius senius invenitur. Quapropter si prudentissima vestra sanctitatis placere potest, postquam a Clero & populo est electus, postquam ad hoc officium a pluribus utcumque judicatur idoneus: de ambitione sua poenitentiam agat, & benedictionem consecrationis accipiat. Verumtamen omnipotens Deus, quid vobis super hoc re faciendum sit, per sui spiritus gratiam doceat, & in templo pectoris vestri manifesta voluntatis suae jura decernat. Unum autem est, unde pietatis vestrae deposco clementiam, ut si hunc non consecraveritis: donec me servum vestrum videritis: nulli praedictae Episcopatus cathedram tribuatis.* Haec ad Gregorium Papam Sextum Petrus Damiani. De quo non est quod possit dubitari, num potius ad Gregorium Septimum, quam Sextum ista scripserit: siquidem ostendetur inferius, eumdem Petrum sub Alexandro Pontifice diem obiisse, & ad tempora Pontificatus Gregorii Septimi successoris Alexandri minime pervenisse. Vides igitur Lector, quam fallantur ii, qui inter spurios atque schismate notatos Pontifices reiiciunt Gregorium Sextum, qui tantopere a praecipuo schismaticorum hoste, tanto viro, Petro Damiani meruit commendari.

XI. Greg. VI. legitimus Papa. Caeterum sicut errare noscuntur hi, qui Joannem cum Gratiano conflant in unum, ita etiam qui Gregorium inter tres illos improbatos Pontifices numerant: redarguuntur enim hi manifeste ex Ottone, qui manifestissime extra tres illos superius recitatos pseudopontifices numerat Gratianum creatum post tres illos Pontificem: sic etiam Panvinus rem intelligens scripsit, nempe Gratianum post illos tres cessare jussos, creatum esse Pontificem, dictumque Gregorium Sextum, eumque pacifice sedisse usque ad Henrici Germaniae Regis in Italiam adventum, duos scilicet annos & amplius. At Benno schismaticorum signifer, Gregorii Septimi hostis infensissimus, in hunc Gregor. Sextum ejus magistrum virus evomuit, dicens, hunc quem non Gratianum tantum, sed Joannem Gratianum appellat, mille quingentas libras persolvisse Benedicto Nono, ut Pontifex fieret. Sed appello auctoritatem Ottonis viri Germani, & sanctitate praestantis superius recitatam, qua absque ambage aliqua significatur, quae dederit, immo habere ac retinere potius permiserit Gratianus Benedictum, ut a Pontificatu iterum invaso desisteret. Sed a Bennone omnium mendacissimo & perditissimo improbari, hoc ipsum est ab improbis separari, & in omnibus commendari, probarique.

XII. Quod autem ad ejus administrationem pertinet, Glaber (ut vidimus) his paucis rem absolvit, dicens: *Cujus videlicet bona fama, quidquid prior foedaverat, in melius reformavit.* At quaenam fuerit ista reformatio, hoc inquirendum. Sa-

PAGIUS nis II.) *ejus successore quid egerit, aut quid ejus temporibus novum evenerit, & de Stephano* (hujus nominis IX. vulgo X.) *Godefridi Ducis germano, & qualiter ejus temporibus pataria* (vox haec suo loco exponetur) *apud Mediolanum exorta est; & de Nicolao* (hujus nominis II.) *Papa, & de lite, quam habuit cum Benedicto* (ejus nominis X.) *invasore, & quid egerit in Papatu; & de Alexandro* (ejus nominis II.) *Papa, & de lite quam habuit cum Cadolo* (alias Honorio II.) *Parmense, & de ejus victoria, & quid egerit in Papatu, & de ejus fine; & de septimo Gregorio, & de ejus electione & de Vita ejus, & moribus, & qualiter ad Altare Domini in Nativitate a Centio viro crudeli captus sit, & eo die Dei gratia liberatus, & de VVerra* (idest, bello), *quam sustinuit ab Henrico Imperatore, & de controversia, quam habuit cum VViberto* (alias Clemente III.) *& de aerumnis, quas sustinuit, & de obsidione civitatis & sua, & qualiter a Roberto Romanorum Duce sit liberatus, & qualiter beato fine quieverit, aptissime declarata. Urbani vero Pontificis Acta, & de ejus victoria, si quis scire voluerit, legat librum, quem scripsi in* HUGONEM SCHISMATICUM, *& ibi inveniet ad plenum dilucidata, quae voluerit. Huc usque incipiens a beato Petro Apostolorum Principe usque ad nostra tempora* (sc. usque ad an. Christi MLXXXIX. qui secundus fuit Urbani II.) *Romanorum Pontificum Acta compendiose digessimus, superest nunc, ut de Privilegiis ad Romanum Pontificem pertinentibus, & de praerogativa ipsius Sedis non profuse, sed succincte, Dei juvante gratia differamus.* Huc usque Bonizonis *Epitome, Historia Pontificum Romanorum,* quae *decretorum Ecclesiasticorum libris septem* ab ipso collectis, Procemii loco praefixa est. Profecto periisse Opus, quod Annalibus Ecclesiasticis maximam lucem affudisset, summopere dolendum. Haec tamen sufficiunt ad declarandum quantum is de rebus hoc tempore Romae gestis edoctus fuerit. Bonizonis Opus extabat adhuc tempore Martini Poloni, qui in Procemio Chronici sui ait, se illud compilasse, *ex Chronicis Damasi Papa de Gestis Pontificum; item de gestis Bonisi* (legendum, Bonisii) *Episcopi Sutrini, de gestis Pontificum; item ex Chronicis Pauli Romani Diaconi Card. de gestis utrorumque; item de Chronicis Gilberti de gestis utrorumque; item* ex

Sane quidem animum ejus zelo exæstuasse, ut quæ tot annorum spaciis coaluissent mala, jamque in consuetudinem conversa essent, de medio tolleret, atque omnino corrigeret, ex iis quæ dicturi sumus, facile intelligemus. Quod si (ut est in proverbiis) cognoscimus leonem ex unguibus, & ex discipulo magistrum existimare licet, & institutionem filiorum ad parentem referre solemus: ex Gregorio Septimo hujus discipulo Sextum Gregorium, magistrum ejus, qualis fuerit, potenti conjectura assequi possumus. Libertas enim illa, animique constantia, indefessumque studium vendicandi oppressam a Principibus Ecclesiam in pristinam libertatem, quæ amplissimis notis in Gregorio Septimo intuemur: utique in Gregorio Sexto hoc primitus eluxere, & ex hoc in ipsum, e fonte velut in rivum fluxisse noscuntur. Hujus fuit labor & industria, ut tria illa monstra conficeret, sed non ita feliciter, ut optavit, perficere licuit, cum non nisi pacta pecunia ex redditibus Ecclesiæ colligenda, cedere Sedibus illi obstinato animo statuissent. Laudatum tunc opus, quod postea in calumniam versum, summum ipsi pepetit detrimentum.

XIII. Sed quænam creatus consensu omnium Pontifex egerit, videamus. De ipso enim Willemus Bibliothecarius Malmesburiæ, qui sequenti sæculo claruit, atque scripsit, hæc habet (a): *Erat Papa Gregorius Sextus, ante dictus Gratianus magnæ religionis & severitatis. Is ita Romani Apostolatus statum per incuriam antecessorum suorum diminutum invenit, ut præter pauca oppida Urbi vicina, & oblationes Fidelium, pene nihil haberet, quo se sustentaret. Civitates & possessiones in longinquo posita, quæ ad jus Ecclesiæ pertinebant, a prædonibus ablata; trametes publici, & strata viarum per totam Italiam a latronibus stipabantur; ut nullus peregrinus, nisi cum majori manu impune transiret. Fervebant totis semites custodiatorum examina, nec inveniebat viator, quo calludio evaderet. Ita in vacuum, sicut in pecuniosum furebatur; nec supplex habere gratiam, nec resistens pati poterat violentiam. Cessatum est ab omni provincia Romam iter aggredi; quod mallet quilibet per domesticas Ecclesias nummos suos dividere, quam latrunculos propriis laboribus pascere. Quid in Urbe, unico olim habitaculo sanctitatis? Ibi in medio foro sicarii vagabantur, genus hominum infidum, & versutum. Si quis semiturum observatores aliquo transisset artificio, capitis scilicet periculo Apostoli Ecclesiam videre cupiens, in sicarios incidens, nullo modo sine substantiæ, vel salutis damno domum revertebatur. Super ipsa corpora sanctorum Apostolorum & Martyrum, supra sacra altaria gladii nudabantur, & oblationes accedentium vix dum appositæ, de manibus abripiebantur, abreptæ in comessationes & scortorum abusiones consumebantur. Tantorum malorum turbo Gregorii Papatum offendit.*

Ille primo leniter (& ut decet Pontificem) magis amore, quam terrore eum subjectis agere: delinquentes verbis plus quam verberibus premere: Urbanos a peregrinorum infestatione, a rapina suorum cessarent; alterum esse contra naturam, ut ille qui communi vesceretur aere, non communi frueretur pace: Christiano in- XIV.

(a) Willel. de gest. Reg. Ang. l. 2. c. 13.

Quanta bona per Gregorium sextum revocata.

PAGIUS

ex Chronicis Richardi Monachi Cluniacensis, &c. Quæ Opuscula vel amissa vel tenebris sepulta.

X. Sed redeo ad Gregorium VI. aliamque adversus ejus electionem profero rationem, quæ mihi ineluctabilis videtur. Gretzeros, in libro, quem scripsit de divis Bambergensibus, annoque MDCXI. Ingolstadii edidit, Clementis II. Gregorii VI. successoris immediati Breve Bambergam statim a sua coronatione missum producit, quo Clemens II. Ecclesiæ Bambergensi, cujus Episcopus erat, Cleroque ac populo electionem suam significat, testaturque ab ea divelli sibi gravissimum accidere. Clemens itaque II. in ea Epistola pauca præfatus, subdit: *Tanti nominis unita te suam Charissimam filiam Babenberg, nobis in sponsam legitimam desponsavi, & arte regere (quantum in nobis fuit) sua propitiatione donavi. Certe nulli marito ergo suam uxorem fides purior & amor ardentior, quam circa te, nobis: nec unquam vel in mentem venit te destituere, & alii adhærere. Sed nescio quod divino consilio actum est, ut matri tua, omniumque Ecclesiarum consociore, & aliquotenus, tamen omnino, a te separarer. Ecce enim cum illud Caput mundi, illa Romana Sedes heretico morbo laboraret, & charissimi filii nostri domni Heinrici Imperatoris Augusti præsentia ad hoc invigilaret, ad hoc instaret, ut hujusmodi ægritudinem propulsaret;* EXPLOSIS TRIBUS ILLIS QUIBUS IDEM NOMEN PAPATUS RAPINA DEDERAT, *inter tot agmina Sanctorum, qui ultroni Petrum, dignatio cælestis gratia nostram indignissimam mediocritatem, cunctis nisibus refragantem, voluit eligi, & altissimi Apostolorum Principis vice fungi.*

Avulsum me tunc a tuo gratissimo latere, sponsa dulcissima, quis dolor apprehenderit, quis mæror confecerit, quo pacto exprimam, nescio, cum nobis omnem modum videatur transgredi. Plus honoris est, plus decoris, plus inquam, virium Matri, quam Filia, utpote cui omne genu terrestrium flectitur, pro cujus arbitrio janua cæli aperitur & clauditur; adversus quam nec portæ prævalent inferorum. Non tamen tanta dominationis cupido ostio nostra mentis irrepsit, cordisque cervicem libenter inflexit. Satis nobis erat, tecum activam bene, contemplativam, quoquo modo ducebamus vitam: præsertim cum perfectus amor nec speciem alterius un-

Bonizani Clementi II. testis oculatus suffragatur.

XI. Ejus verba evertunt quæ pro Gregorio VI. afferri possunt.

inter Christianos libere, quo liberet progrediendum, dum omnes sint ex uno famulitio, omnes unius sanguinis conjuncti coagulo, redempti pretio: alterum contra Dei mandatum, quod præcepit, ut qui altario deserviunt, de altario vivunt. Præterea domum Dei decere esse domum orationis, non speluncam latronum, non gladiatorum conventiculum. Permitterent oblationes transire in usus sacerdotum, velim expensas pauperum; provisurum se illis, quos egestas ad rapinas compelleret, ut aliquo honesto officio stipem haberent: quos cupiditas exagitabat, ipsi sibi pro Dei timore, & sæculi honestate modum ponerent. Invasores Ecclesiasticæ patrimonii mandatis, & epistolis invitavit, ut aut indebito redderent, aut se jure illa tenere, in Senatu Romano probarent: si neutrum facerent, Ecclesiæ membra se non esse cognoscerent, qui capiti Ecclesiæ B. Petro & ejus Vicario resultarent.

XV. *Talia frequenter concionatus, & aut parum, aut nihil proficiens, severioribus remediis inveterato morbo tentavit occurrere, contento itaque excommunicationis mucrone ab Ecclesiæ corpore removit, vel qui talia facerent, vel qui agentibus convivio, vel etiam colloquio participarent. Hæc ille pro suo officio satis agebat, sed pene in perniciem versa sedulitas. Nam, ut ille dicit:* (a) Prov. 9. (a) *Qui erudit derisorem, ipse sibi injuriam facit; maligni illi levi admonitione perstricti contra furere, minis acroe territare, muros Urbis armis circumsonare, adeo ut pene Papam interimerent. Itaque ferro abscessionis utendum judicans, arma undecumque & equos conquisivit, milites & equites adornavit. Ac primum basilicam beati Petri præoccupans, raptores oblationum vel extruxit, vel effugavit. Inde fortunam sibi aspirare videns, longius progreditur, & si qui resisterent, occisis, prædia omnia & oppida multis temporibus amissa in antiquum jus reformavit: itaque pax per multorum segnitiem exulans, per unum hominem in patriam redit. Securi peregrini insuetas viarum terebant orbitas, lati per Urbem utrique oculos pascebant miraculis, cantitantes domi fuctis repatriabant. Quirites interea rapto vivere assueti, sanguinarium vocant illum, & indignum esse, qui Deo offeret sacrificium, tot cædium conscius. Et ut fieri solet, quod morbus obloquii ab uno serpit in omnes: ipsi etiam Cardinales argumenta populi probabant, &c.*

Quæ autem subinferuntur de ejus obitu, miraculoque ad januas S. Petri sponte reclusas ad suscipiendum ejus cadaver, haud apud omnes fidem sibi conciliant; quod scilicet non Romæ, sed in Germania, ubi exul agebat, defunctus esse dicatur. Sed nec nos adeo constanter ea de miraculo suadendo proponimus, fides sit penes auctorem. Illud dicere atque asserere non veremur, ista de statu rerum in melius restituendo invidiam in Gregorium concitasse, eamque peperisse calomoiam, adversosque eum Imperatorem in Italiam provocasse, & ut Sede cederet, effecisse, ut suo loco dicetur inferius. Tenuisse vero Sedem Gregorium annos duos & menses octo, Leo Ostiensis cum dicat, plane XVI. Quæ in Const. Im.pp. populus.

PAGIUS *unquam, nec intueretur opulentiam. Testem invocamus aciem divinam, non commentari nos apologiam, illa enim secreta cordis rimatur, cui nulla nox obtenebratur.* Commemorat postea Clemens II. quomodo Ecclesiam Bambergensem fundator ejus S. Henricus Imperator Apostolicis Privilegium muniri curaverit per prædecessores suos *Joannem & Benedictum* (Joannem scilicet XVIII. & Benedictum VIII.) Sed nec annus, nec dies Brevis Apostolici emissi in fine notatur. Digna certe hæc Epistola quæ in futuram Conciliorum editionem inferatur. Magnam ejus partem refert Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Historicum, nec tamen animadvertit, hæc verba, *explosis tribus illis, quibus idem nomen Papatus rapina dederat* omnes suas & aliorum interpretationes in favorem electionis Gregorii VI. hactenus in medium allatas prorsus elidere.

XII. Gregor. VI. simoniacum fuisse docet Chronographus S. Benigni. Denique Chronographus Sancti Benigni, qui hoc tempore etiam vixit, Tom. I. Spicilegii Dacheriani loquens de ordinatione Halinardi Lugdunensis Archipræsulis anno MXLVI. facta, de Henrico Imp. ait: *Eodem anno pervexit memoratus Princeps Romam, ibique tunc suscepit coronam imperii, die natalis Domini, per manus Clementis Papæ. Quem ipse Imperator ordinari jussit, & fecit deponi Joannem* (in Pontificatu Gregorium VI. appellatum,) *qui tunc cathedra præsidebat, & Benedictum, atque Silvestrum, qui in Concilio tunc habito examinata eorum culpa, inventi sunt non solum Simoniaci, sed etiam pervasores Eccl. Christi. Huic Concilio interfuit ipse domnus Lugdunensium Archipræsul, atque memoratus Hugo Archiepisc.* (nempe Bizuntinensis) *aliique plures ex diversis partibus coadunati Episcopi.* Mitto Leonem Ostiensem lib. 2. cap 80. qui eadem de Gregorio VI. iisdemque fere verbis ac Victor III. refert, quia Angelus de Nuce in Notis ad ejus Chronicon observat, Leonem Ostiensem Casinensem Monachum, quæ de Benedicto IX scribit, accepisse a Victore III. qui ante Pontificatum Casinensis Abbas fuerat.

Hinc certum & indubitatum videtur quod idem Leo de duratione Pontificatus Gregorii VI. scribit: *Jam annis duobus & VIII. mensibus Archipresbyter ipse, cui Gregorii nomen in Papatu est inditum, Apostolicæ Sedi præfuerat.* Idem enim Victor III. habet, & in plerisque Pontificum Rom. Catalogis legitur. Quare perperam Papebrocius Gregorio VI. annum tantum unum, & menses VIII. præter dies IX. attribuit, innixus Privilegio ab eodem *Rolando Florentino Canonico Præposito* indul- XIII. Duratio Sedis Gregorii VI.

ne opus est affirmare, hæc de Gregorii electione in fine Aprilis mensis contigisse, cum constet, abdicationem ipsius factam esse in fine anni Redemptoris millesimi quadregesimisexti; in hisque agendis, quæ sunt relata spacium annorum duorum & octo mensium insumptum fuisse.

Quod ad res pertinet Orientales, cum Imper. Constantinus Monomachus pellicem subintroduxisset, Romani Scleri sororem, populo id exprobrante, & ulciscendum clamante, pene periclitatur. Quomodo autem ista se habuerint, ita Curopalata narrat: *Hoc anno duodecima Indictione, cum dies festus celebraretur sanctorum quadraginta Martyrum, nono die Martii mensis, cum progressurus esset Imperator ad cultum Sanctorum publice, seditio a populo concitata est. Cum enim egressus esset multis cum satellitibus e palatio, multisque bonis acclamationibus, & ad templum Salvatoris in Area pervenisset, atque inde equitaturus esset, & ad Martyrum tumulum venturus, repente e media turba exaudita vox est: Nos Scleranam Reginam nolumus; neque propter ipsam matres nostræ porphyrogenitæ moriantur Zoe & Theodora: & statim confusa sunt omnia, & perturbatus populus conabatur Imperatorem occidere. Et nisi celerrime Reginæ Zoe & Theodora e superiori parte prospicientes consternatam multitudinem sedassent, haud pauci periissent, & fortasse ipse quoque Imperator, qui sopita perturbatione in Regiam reversus est, omisso ad Martyres accessu.* Hæc Curopalata, ex quo alii. Reliqua Monomachi, quæ ad bella pertinent, quod nostri instituti non sint, aliis legenda relinquimus.

Se-

PAGIUS dulto, & ab Ughello Tom. III. Col. 84. recitato, cujus hæ sunt clausulæ: *Scriptum per manum Joannis Scriniarii & Notarii nostri Lateranensis Palatii. Bene valete, Datum XII. Kalendas Martii, per manus Petri diaconi Bibliothecarii & Cancellarii Sanctæ Apostolicæ Sedis, anno Pontificatus domni Gregorii Papæ sexti primo, indict. XIV.* idest, anno Christi MXLVI.[1] Nam indictio illa XIV. mendose descripta, legendumque, *indict. XIII.* quæ cum XII. Kalend. Martii, annoque primo Pontificatus Gregorii VI. Christi vero MXLV. concurrit. Librarios indictiones sæpe depravare, omnibus notum. Porro ex Leone Ostiensi, qui prodit, *Silvestrum* III. Benedicto IX. subrogatum fuisse anno ultimo Pontificatus ejus, intelligimus Victorem III. qui annum quo id factum non exprimit, aliud non designare; cum Leo id ab eo acceperit. Ex quibus tandem omnibus sequitur, *Gregorium* VI. qui circa Natale Christi anni MXLVI. depositus fuit, inthronizatum circa initium mensis Maii currentis anni, & *Silvestrum* III. circa initium mensis Januarii ejusdem anni Pontificatum invasisse, quo circa finem Martii expulso, *Benedictus* IX. Papatum resumsit, quem post mensem, vel circiter, *Gregorio* VI. vendidit.

NOTÆ [1] NOn potuit Gregorius VI. inaugurari Pontifex initio maii anni 1044. nam mense Augusti anni 1045. primum adhuc pontificatus annum agebat, ut ex Diplomate Adalfredi Episcopi Bononiensis dato Bononiæ A. 1045. Gregorii anno I. Henrici anno VI. mense augusti Indictione III. constat (mendum est hic tamen in annis Regni Henrici). Extat Diploma istud apud Ughellium in Bononiensibus. MANSI

I. Legati ad Apost. sedem a Casimiro Rege missi.

SEquitur annus Redemptoris millesimus quadragesimusquintus, decimatertia Indictione, quo Casimirus Poloniæ Rex compositis Poloniæ rebus, debellatis jam hostibus, promissi memor, de acceptis a Deo beneficiis gratus, Legatos Romam ad Sedem Apostolicam mittit, qui impositum tributum denarii sancti Petri Romam ad Pontificem ferrent. Rem gestam pluribus narrat Longinus, qui & Dlugoschus, per singulos annos res Polonorum prosequutus: qui tamen in eo errore lapsus videtur, quod sciens Benedictum Papam adhuc fuisse superstitem, ad ipsum putavit ejusmodi missam esse legationem; cum tamen ex his, quæ anno superiori dicta sunt, satis constet, ipsum cessisse Gregorio. Cum alioqui esse potuit, ut (sicut ait) Benedictus exegerit, acceperit vero Gregorius. Sed audiamus ipsum ista in hunc modum narrantem: *Confirmatum & stabilitum Poloniæ regnum prudentia & industria Casimiri Poloniæ Regis, summus Pontifex Benedictus Nonus relatione plurimorum intelligens, gratulatione singulari repletur, liberalem dispensationem Casimiro alias Carolo præstitam, profectum attulisse. Misso autem speciale ad Casimirum Poloniæ Regem Nuntio, requirit illum, ut justa Legatorum Polonorum Apostolicam Sedem, pro sui Regis dispensatione plurimis instantiis flagitantium sponsionem, ad suam subjectam confirmationem capitis census de universis regni Poloniæ provinciis conquisiti, & conquirendi mandaret pro beato Petro, & suo successore Romano Papa Collectoribus Apostolicis singulis annis exhiberi.*

II. Pensitatio denarii S. Petri quam Polonis utilis.

Volens Casimirus Rex Poloniæ parere pactis summo Pontifice Benedicto, primum per Legatos Polonorum, deinde per se promissis, generalem omnium suorum provinciarum indicit conventum, in quo & pollicitatio, Apostolicæ Sedi per Legatos Polonorum facta, concordi omnium devotione & consensu decreto, & innovata est, & universali mandato solutio annua usualis oboli de capite, tam civitates, quam oppida vicosque & rura colentium in duobus provinciis videlicet Gnesnensi, & Cracoviensi, ac diœcesibus eisdem subjectis, videlicet Posna- Ann. Eccl. Tom. XVI.

Pppp

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hisp. MLXXXIII. An. Hegiræ CCCCXXXVII. inchoato die 19. Julii fer. 6. A. C. 1045.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6538.

☉ 18. F. ☽ 1. P. 7. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1045.

GREGORII VI. PAPÆ 2.

HENRICI III. REG. 7.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 4.

I. *Poloniæ Sancta Sedi vectigalis facta.*

AD num. I. & seq. Narrat Joannes Longinus in Historia Poloniæ *Casimirum* Regem hoc anno totius Regni Comitia convocasse, eumque Romam Legatos misisse, qui suo nomine gratias agerent *Benedicto* Pontifici, & Polonici Regni tributum penderent. Historia a Joanne Longino Canonico Cracoviensi & postea Episcopo Leopoliensi sæculo XV. scripta, quam manuscriptam Baronius habuit, anno MDCXII. typis mandata fuit cum Historia Polonica, *jussu Casimiri Poloniæ ducis*, a Vincentio Cadlubco Cracoviensi Episcopo anno MCCXXIV. demortuo composita, sed ad nos non pervenit *Benedicti IX.* rescriptum, cujus idem Joannes Longinus meminit.

II. *Hungariæ Regno Germanico redditur.*

Petrus Rex (sc. Hungariæ, inquit Hermannus Contractus in fusiori Chronico) *Henricum Regem* (nempe Germaniæ) *in festivitate Pentecostes ad se invitatum cum magno apparatu suscepit, & maximis muneribus donavit, sique regnum Pannoniarum, Principibus Ungariorum fidelitatem illi & successoribus ejus juramento firmantibus reddidit* (Ovone nempe tyranno anno superiori occiso, ut ibidem Hermannus narrat). *quod tamen ab eo ipse dum viveret possidendum recepit. In quo videlicet Rex quoddam vetus solarium ascendens, cum multis aliis adsistis cadente corruit: ipsoque Deo protegente, illæso, Bruno Vvirzeburg* (idest Herbipoleos) *Episcopus lethaliter cum aliis collapsus, post unam hebdomadam septimo Kalendarum Junii obiit.* Henschenius ad diem XVII. mensis Maii varia collegit de hoc S. Brunone Episcopo Herbipolensi in Germania, & cum in ejus Epitaphio legatur, eum *sexto Kalendarum Junii* obiisse, ait ei potius credendum quam Hermanno, retinendumque *VI. Kal. Junias*. Verum juxta regulam a nobis statutam, & innumeris exemplis comprobatam, Hermannus diem mortis, conditor vero Epitaphii diem sepulturæ notavit, qui uterque dies obitus vel depositionis nomine sæpissime exprimitur.

III. *Moritur S. Bruno Episc. Herbipolensis.*

Filius fuit *Bruno* Conradi II. Carenthanorum seu Carinthiæ Ducis, qui in Regno Germanico Conrado Salico competitor exstitit, & Mechtildis, filiæ Gebhardi Dynastæ Quenfortensis & Sophiæ Comitissæ Mansfeldensis; cui Gebhardo frater fuit alius S. *Bruno* Episcopus & Apostolus Prussiæ, de cujus martyrio anno MVIII. verba fecimus. Hanc prosapiam explicat Reusnerus in Auctario Operis Genealogici Baronii & ex eo aliisque Henschenius citatus. De Brunone Trithemius in lib. de Script. Ecclesiast. *Bruno Episc. Herbipolensis, Conradi Imperatoris secundi* (immo primi) *patruelis, natione Teutonicus, vir in divinis Scripturis studiosus, vita & conversatione sanctissimus, qui ob meritorum suorum excellentiam catalogo sanctorum adscriptus,*

Fran-

maniensi, Plocensi .... Lubecensi, Culmensi & Camenecensi impetrata. Ab eo quoque tempore regnum Poloniæ factum est Romanæ Ecclesiæ, immo Vicario JESU Christi summo Pontifici feudale & tributarium: nec umquam tributi prædicti solutionem passum est quacumque occasione aut pacto intermitti, aut rescindi. Videbatur autem census iste, qui Denarius S. Petri appellatur, primum Poloniæ difficilis & gravis, utpote qui secum perpetuam trahebat in Polonos obnoxietatem: postea tamen profectus varios, & commoda regno Poloniæ cognitus est præstitisse, & præstare, ut non ab homine, sed ab ipso Deo, generis Polonorum principio impositio ejus credatur profluxisse. Quamvis enim per multa annorum spacia, impositionem præsentem sequentia, regno Poloniæ in plures Ducatus & provincias scisso, ipsum a nonnullis finitimis gentibus, & nationibus, præsertim a Bohemis, & Fratribus domus Teutonicæ, nigram crucem in albo habitu deferentibus, in suis provinciis, & pertinentiis fuerit occupatum, & dereptum: nullum tamen tam validum, tam efficax ingenium (quamvis ad id plurimi interpositi fuerint studiosi labores & conatus) poterat reperire, quo proprietas, regno Poloniæ in hujusmodi terris & provinciis competens, potuisset per hujusmodi occupationem abolere. Quinimmo denarius S. Petri prædictus, cæteris testimoniis suppressis, aut vetustate abolitis, & consumptis, & injustam terrarum occupationem vociferatur, & detegit, & illas de sorte, titulo, jure, & proprietate regni Poloniæ fuisse, & esse demonstrat. Ab eo siquidem tempore, usque ad diem hunc omnes veteres regni Poloniæ regiones, omnesque Ecclesiæ Poloniæ ditiones uno & perpetuo honore juris usurpato, & numquam intermisso, tributum denarii sanctæ Ecclesiæ Romanæ tradunt præter Camenecensem diœcesim, speciali Apostolico privilegio ad preces Legati Apostolici capite, & in diuturna servitute opera Camenecensis Episcopi in libertatem restitutis, exoneratam, & exemptam. Optarem autem ego, ut & Ruthenæ, Lithuanæ, Pruthenæque regiones, postea Poloniæ regno unitæ pari censu onerarentur, futuro sæculo, futuræque ætati termini & jura regni Poloniæ testatura. Hucusque Longinus, & ipse nobilis Polonus veritatis amantissimus: quæ cum Chrometus prætermiserit, quomodo non inofficiosus arguendus?

Hoc eodem anno in iisdem borealibus regionibus, Bohemiæ scilicet, vir sanctissimus Guntherus S. Stephani Regis Hungarorum cognatus, monachus monasterii Abarahensis sub B. Godeardo Abbate, demum Eremita in silva Bohemiæ, post exactos ibi annos trigintaseptem, septimo Idus Octobris sanctitate celebris migravit ad Deum, percepturus ab eo sibi paratam coronam justitiæ. Res ab eo gestæ scriptæ extant ab ejus familiaritate notissimo, nunc primum editæ ab Henrico Canisio. *Tantæ molis ædificium erecturus sapienter super firmam petram posuit fundamentum, cum arduæ vitæ institutam aggressurus* (inquit au- III. S. Guntheri eremitæ obitus.

PAGIUS *Franciæ Orientalis singularis patronus habetur comportavit ex antiquorum Patrum scriptis pulchram Expositionem in totum Psalterium.* Composuit & alia Opera in Cantica & Symbola, quæ in Tomo XVIII. Biblioth. Patrum Editionis Lugdunensis exhibentur. Refert Henschenius & Beuschio in Episcopis Herbipolensibus, *Brunonem* anno MXXIII. Episcopum renunciatum esse; verum ex Hermanno citato & Chronographo Hildensheimensi constat, eum ad eam dignitatem anno MXXXIV. promotum.

IV. *Adelmannus Berengarium monet, ut ab errore resipiscat.* *Adelmannus* Scholasticus Ecclesiæ Leodiensis cum accepisset, *Berengarium* Andegavensem Archidiaconum doctrinam de Corpore & Sanguine Domini in Eucharistia Orthodoxæ contrariam spargere, scripsit ad eum Epistolam quæ Tom. XVIII. Biblioth. Patrum edit. Lugdunensis legitur, & cujus mentionem facit Baronius anno MXXXV. num. VII. quia eo anno Concilium Parisiense adversus Berengarium indictum putabat, quod tamen anno ML. habitum fuisse, eo anno videbitur. Epistolæ inscriptio; *Dilecto in Christo fratri Conscholastico Berengario Adelmannus salutem in domino*, quare cum juxta Ughellum Tom. V. Italiæ Sacræ *Adelmannus* ab anno MXLVIII. ad annum circiter MLXI. Brixiensis in Italia Episcopus fuerit, ea ad Berengarium, qui sicut & ipsemet Fulberti Carnotensis Episcopi vitæ sanctitate & doctrina illustris discipulus fuerat, hoc vel alterutro ex duobus sequentibus annis data. [1] Eum pluribus hortatur *Adelmannus*, ut famam suam tam fœda labe non maculet: *Obsecrans*, inquit, *per misericordiam Dei, per suavissimam memoriam Fulberti, ut pacem Catholicam diligat, neque conturbes Remp. Christianæ civitatis bene compositam a majoribus nostris, per quam tot millia Martyrum contra idololatriam & regnum dia-*

NOTÆ [1] Epistolam suam ad Berengarium scripsit Adelmannus Episcopus Brixiæ non anno quidem 1048.. vel duobus sequentibus, ut Pagius hic definit, sed potius vel ineunte anno 1048. vel præcedenti, cum illa scripserit dum peregrinaretur inter *Teutonicos*, ut ipse ait Operis ejus pag. 302. hoc est nondum episcopus renunciatus. Episcopatum vero adivit anno 1048. Vide Opera S. Gaudentii edit. Galeardi in Appen. pag. 288. MANSI

auctor) *corde compunctus petiit ab Abbate, ut ante professionem liceret sibi Romam petere, & Apostolorum Christi, & aliorum Sanctorum intercessionem pro transacta vita devie, & pro novæ vitæ ingressu quærere.* Sic usque ad ultimam senectutem proficiens, tandem, sic Deo dispensante Bzetislao Duce Bohemiæ, atque Severo Episcopo, a quo sacratissimam Eucharistiam accepit, dicta die hoc anno spiritum Deo reddidit: sepultusque ab ipso Duce in monasterio Breunoviensi, quod a civitate Pragensi distat viginti stadiis, illustratus est a Deo multis miraculis. Quod ad obitus tempus spectat, consentit & Hermannus, qui hoc eodem anno ejus ad Deum transitum ponit.

IV. Hoc eodem anno Northmanni, qui potiti Apulia terribiles redditi erant omnibus ob ingentem arrogantiam propter victorias partas, vincuntur a monachis Cassinensibus, ope divina S. Benedicti precibus implorata. Res gesta memoria digna scribitur a Leone (a) Ostiensi Episcopo, qui primam tradit, ipsos (b) Northmannos conductos fuisse sub stipendio ad tuendas res monasterii, idque fidelissime, sicut & fortissime præstitisse sub Atenulpho Abbate: postea vero occupare cœpisse vicos, & oppida ejusdem, cum (c) Richerius Abbas eosdem in fidelitatem accepit, nimirum sinens, ea, quæ occupaverant, possidere, exigens ab eis juramentum fidelitatis. Sed nec sic ipsis quiescentibus, sed alia loca adhuc occupare tentantibus immo & ipsum Abbatem captivum ducere conantibus, Deus obstitit, sancto Benedicto pro suis monachis injuste oppressis subveniente. Quæ omnia ita ab eodem auctore narrantur: *Post hæc Northmanni arcem, quæ nunc S. Andreæ dicitur, in suum refugium construere aggressis, mandat Abbas ab incepta desistere. Sed illi nihil veriti, parere noluerunt. Cernens Abbas nihil se omnino proficere, Northmannorumque vires diebus singulis crescere: decernit ultra montes, hinc ultro non rediturus, abire*, ad propria scilicet unde venerat reversurus. *Sed cum illi id a suis omnino dissuaderetur; consilium, quo pacto se de tam apertis periculis, auxilio patris Benedicti, tueretur, capere pergit.*

Cum nutu Dei paucis post diebus Comes illorum Rudolphus nomine, non paucis stipatus militibus ad Abbatis curtam venit, eumdem (ut tunc putatum est) Abbatem capturus, aut occisurus. Sed dolor, immo dolus, conversus est in caput ejus.

V. Northmanni S. Benedicti ope cæsi.

Nam cum extra Ecclesiam positis armis, eamdem Ecclesiam cum omnibus pariter oraturus intrasset: omnes monasterii famuli simul repente conveniunt, equos illorum armaque diripiunt, clausisque Ecclesiæ januæ signa omnia pul-

(a) Leo Ost. l. 2. c. 72.
(b) Idem ib. c. 59.
(c) Idem ib. c. 72.

PAGIUS *diaboli fortiter certantes triumpharunt, subindeque SS. Doctores bella civilia ab hæreticis commota salutaris eloquentiæ fluminibus extinxerunt, atque eam circumquaque munierunt, ut jam novus hostis nullus oboriri queat, qui adversus eam aliquid nitens non continuo mille jaculis desuper ruentibus obruatur; ideo confusi sunt omnes & defecerunt. Ubi enim sunt Manichæi? ubi Ariani? quonam tota illa factio perditissimorum civium evasit? computruit etiam memoria eorum. At vero Ambrosius, Augustinus, Hieronymus & alii plures bestiarum talium oppressores cum laudibus vivunt, quotidieque splendidius efflorescunt. Bonum est frater nobis parvulis sub istorum ducum titulis delitescere, quorum tam valida tamque probabilis est apud Ecclesiasticas aures auctoritas, sanctarum virtutum fulgore cælestis sapientiæ luce præpollens, ut extrema jam sit dementia, vel de ratione fidei, vel de ordine recte vivendi eis in aliquo refragari.* Postea docte ostendit Eucharistiam esse vere substantialiterque Corpus & Sanguinem Domini, solis Christi verbis innixus, ductoque ab omnipotentia Divina sacramento.

V. Ad eamdem rem usus est opera Paulini Metensis Primicerii.

Ecclesiam Metensem administrabat hoc tempore *Theodericus* hujus nominis II. cujus magna sunt in eamdem merita, ut ostendit Meurissius libr. 3. de Episc. Metensibus. In ejus Ecclesia Cathedrali Primicerius erat vir magnæ eruditionis *Paulinus* nomine, quo Adelmannus usus, ut Berengarium Paulini amicum in viam reduceret. Ait enim Adelmannus in laudata Epistola: *Hæc autem hoc biennium cum audissem, fraternitatem tuam per Epistolam convenire, idque ex te ipso certius sciscitandum esse decrevi. Sciens porro familiarem tuum dominum Paulinum Metensem Primicerium tibi propiorem, tibique aliquando utiliorem esse, & mea petitione, & sua pollicitatione delegavi sibi hujus negotii executionem. At ille (non enim hoc in re laudare eum possum) negligens, sive alterutrarum, sive utrumque nostrum, usque adhuc reliquit me suspensum, sed divina gratia nos nunquam negligens, inopinata mihi obtulit melius quam optabam.* Quibus ex verbis liquet, primo Berengarium aliquot ante annos quam hæresis ejus in Concilio Romano damnaretur, a pluribus habitum fuisse hæreticum, & Auctorem Fragmenti Historiæ Franciæ, a Roberto ad Philippum Regem perductæ, hæreseos Berengarianæ exordium a superiori Christi anno apposite repetere. Secundo, non defuisse in Gallia, qui omnem operam posuerint, ut eum a prava mente revocarent. Tertio, non videri Paulinum Primicerium muneri sibi injuncto satisfecisse.

VI. Frollandus Ep. Silvanect. Berengario Reg. conciliat.

Ex Epistola *Frollandi* Episcopi Silvanectensis a Dacherio Tom: II. Spicilegii publicata, qua excusat non obitum vadimonium, quia morbo detentus fuerat, seque illi Henricum Regem plane conciliasse, intelligimus Berengario non defuisse potentes amicos ac plerosque pravæ ejus intentionis inscios, qua paulatim detecta fuisse, qui piissimi Regis animum ab eo averteraot: *Detentus*, inquit, *utraque infirmitate non possum, prout disposueram, & tibi mandaveram, huc ad te venire. Sed quæso, ora pro me, & attentius, ut ea liberer, qua animam meum necat, ægritudine; & nescio*

sare cœperunt. Audito sonitu, reliqui civitatis homines territi, variis undique armati telis accurrunt, apertisque basilicæ januis ingressi, Northmannos (qui gladiis dudum infregerant), fusis frustra precibus implorantes, fugientibusque cæteris, quindecim ex illis obtruncant, solum Comitem supervenientes monachi manu captum vix eripere a tumultu potuerunt. Vinctum igitur ad monasterium carceri tradendum mittunt. Hoc facto, omnem prorsus regionem peragrantes nostri, subita formidine arreptos homines aggredientes, præter S. Victoris castrum, & S. Andreæ arcem, omnia ferme vo die, Deo auxiliante, receperunt. Deinde nihil morandum arbitrantes, Marsorum Comites; & Borelli filios, cæterosque fideles in auxilium advocant, & prædicto S. Victoris castro post paucos dies recepto, ad arcem S. Andreæ, in qua & uxor prædicti Comitis, & Northmanni cæteri confugerant, obsidendam expugnandamque perveniunt. Cumque ibi quindecim fere dies resedissent, & tam munitione loci, quam commorantium, & repugnantium viribus prævalere non possent: stomachati tandem Fratres qui aderant, jam quasi nona diei hora conversi ad milites: Quid, inquiunt, *moras teritis, & nihil agentes tempus frustra consumitis? insurgite tandem, & omnes unanimiter arcem uno impetu aggredi maturate, nihil metuentes: adversus Dei inimicos, contra perjuros nostros, contra latrunculos denique paucos vobis pugna est.*

VI. *Aderit Deus, sanctissimusque pater Benedictus, qui & adversariis nostris fidei violatæ ac perjuriis dignam confusionem, & victoriam nobis pro justitia pugnantibus afferat. Hac adhortatione vehementer accensi, omnes mox arma corripiunt, omnique conatu, inimicis reluctantibus, lapidibus, telis, machinis, arcem adoriuntur. Mira dicturus sum, sed absque ulla prorsus ambiguitate, verissima. Cum ex utraque parte lapides ac tela mitterentur, Northmannorum tela, seu quoque missilia veluti valida vi venti retorta in suos, a quibus mittebantur, plurimos sauciare cœperunt. Quod ubi Northmanni adverterunt, voluntati Dei contraire non valentes, arcem protinus reddunt, seque monachorum manibus tradunt, a quibus vix defensi, inermes se ad socios Aversam contulere: equi eorum, arma, atque pecunia militibus universa permissa. Statuentibus deinde Aversanis sociorum injurias ulcisci, Guaimarius obstitit. Sicque beati Benedicti meritis & ope, sua juri terra hæc omnis restituta, ex tunc, & deinceps a Northmannorum infestatione Dei miseratione quievit. Expulsi autem sunt Northmanni anno Domini millesimo quadragesimo quinto.* Porro tantam victoriam, quam absque hominis nece monachi obtinuerunt, non nisi ope S. Benedicti contigisse, quæ præcesserunt visiones ostensæ viris justis, significarunt, quas idem Leo subnectens sic narrat (a):

(a) Leo Ost. l. 2. c. 73.

VII. *Denique ut hæc omnia sancti patris Benedicti voluntate & auxilio gesta credan-*

PAGIUS *si in hoc præsenti sæculo amplius te, Charissime domine, videre potero in sed satage, ut in alio cum tranquillitate merear te videre, &c. quidquid tibi placuerit, mihi remanda. Illud volo fraternitas tua noverit, quod multum firmiter acquisivi tibi gratiam domni mei Regis.*

VII. *Moritur Aribertus Archiep. Mediolanensis.* Mortuus est hoc anno *Heribertus* seu *Aribertus de Intimiano*, uti a Veteribus, non vero *de Arciaco* vel *Arzago*, uti a Recentioribus appellatur, Archiepiscopus Mediolanensis, postquam sedisset annos XXVII. uti ostendit Puricellus in Monum. Basilicæ Ambrosianæ num. CCXIII & CCXLVI. Illum uxoratum fuisse primus omnium tradidit Galvaneus Flamma, Dominicanus, in suo Chronico Mediolanensi, post annum MCCCXXX. composito, post annos nempe CCC. ab Ariberti morte, eumque secutus est Bernardinus Corio, in Historia sua Mediolanensi circa annum MD. Verum duo testes isti facile refelli possunt. Ut enim ait Puricellus lib. 4. de Vita Sancti Herlembaldi cap. 95. num. 51. *ejusdem Archiepiscopi gesta luculenter ambo* (scilicet Arnulphus & Landulphus Senior) *& copiose suis Historiis consignarunt, neque tamen uxoris illius, quam Præsul ille tunc haberet, mentionem fecerunt ullam quam tamen cæteroqui facere debuissent, ut appareret, quanti etiam Præsulis exemplum sequerentur uxorati per ea tempora Sacerdotes, quibus illi* (Arnulphus nempe & Landulphus Senior) *unice favebant.* Quod quidem sapienter scriptum; & tamen Galvaneus Flamma cap. 156. (apud Puricellum lib. de Vita Arialdi & Herlembardi cap. 95. num. 5.) *de Heriberto, de Arzago Archiep. Mediol.* tradit, quod duxit uxorem nobilem mulierem *Useriam*, quæ donavit Monasterio S. Dionysii *Useriam*. Corio vero lib. ait, *Useriam* fuisse vineam *Monasterio contiguam*. Sed hæc a veritate aliena; Aribertus quidem monasterium Sancti Dionysii in urbe Mediolanensi fundavit, in eoque sepultus est, ut inquit Arnulphus lib. 2. cap. 33. verum neque in hoc Historico, nec in Ariberti testamento a Puricello recitato, nec in quamplurimis documentis ab eodem relatis aliqua hujus *vineæ* mentio, neque alicujus prædii eo nomine appellati, quod prætensa hæc *Useria* ante Archiepiscopi testamentum dare debuerat, fundationis demum literæ vivente Imperatore Henrico datæ, Diploma Conradi Salici, quo eæ confirmantur, anno Incarnat. Domini MXXVI. datum, aliaque plura hoc sæculo & sequenti a successoribus sancti Henrici & Conradi Impp. emissa, de *vinea* illa ne verbum quidem habent.

VIII. *Fabula de ejus cum Useria conjugio refellitur.* „ In his igitur omnibus, inquit Puricellus „ cap. 92. pag. 964. & singulis Privilegiis ei- „ dem Monasterio concessis, omnia sigillatim enumerantur ejus prædia & bona im- „ mobilia: quin etiam in quarto, quinto, „ sexto & octavo nominatim exprimitur De- „ ci-

dantur; nocte ipsa, qua praecedebat hanc diem, cum rusticus quidam ex castro Cervario, Hieronymus nomine, domi quiesceret, videbatur in somnis se per viam, qua a castro Moriula ducit, remeare: cum ecce subito monachus quidam reverendi admodum vultus, veluti ex itinere fessus, virgamque gestans manu, illi in via comes adjunctus est. Cumque pariter incedentes ad bivium pervenissent, unde ad villam S. Andreae divertitur, rogat socium monachus, ut parum ex itineris labore requiescat. Et cum resedissent: unde sic lassus adveniret, monachum rusticus inquirere capit. Ego (inquit ille) diu in Cassino monte constructa monasterio, cum Fratribus habitavi: sed cum in me ingrati valde essent, illorum molestias ferre non valui, dimissisque eis Herosolymam adii, ibique quadraginta jam ferr annis cum B. Stephano sum remoratus. Nunc autem illorum crebris nuntiis vocatus veni; & si quidem mores suos corrigant, ibidem cum illis habitabo; sin autem, per viam qua veni revertar. Rogatus autem, ut nomen ediceret: Ego, inquit, *Frater Benedictus vocor. Cumque viam, qua ad S. Andream pergitur, monachus fuisset ingressus, & quo tenderet, a rustico esset inquisitus:* Hac, inquit, *perga, quoniam in arce hoc mihi agendum aliquid est. Experrectus autem rusticus, retulit domino suo Mainardo Archipresbytero, quod viderat somnium. Sequenti die arx quo praediximus ordine, capta est: hodieque supersunt aliqui ipsius arcis incolae, qui asserunt in ipso gravi partis utriusque conflictu vidisse se monachum viriliter contra Northmannos dimicantem, suosque ardenter hortantem, cum nemo tunc ex his, qui aderant, monachis, illi se immiscuerit pugnae. Ante paucos etiam dies alii cuidam rustico visum est in somnis, quod B. pater Benedictus virga, quam gerebat manu, Northmannos hujus cer-*

PAGIUS „cima terrarum, quae sunt juxta ipsum Monasterium; neque tamen unquam nominata, vel aliquatenus aliter indicata conspicitur Vinea illa, *Useria* nomine insignis. Quocirca ne ad illud quidem usque tempus ea videtur in ejus potestate monasterii fuisse, atque adeo ne donata quidem ab *Useria*, quae *Ariberti* esset Archiepiscopi uxor. Illud etiam his accedit, quod neque *S. Arialdus* neque alius quispiam ex ejus fautoribus usquam legitur inter innumeras de Sacerdotum conjugiis querimonias aliquid unquam innuisse de matrimonio, quo aliquis ex Archiepiscopis nostris aliquando illigatus fuisset. Certe Guido Archiepisc. Mediolanensis simoniae, sed nunquam incontinentiae accusatus fuit, ut manifeste liquet ex Actis legationis Petri Damiani, quorum partem Baronius an. MLIX. *n.* XLV. & seqq. recitat, & quae integra habentur in Operibus Petri Damiani Tom. 3. ubi refert abjurationem haeresis Simoniacorum a Guidone Archiepiscopo factam. *Consuetudo damnata*, inquit, *in hac sancta Ecclesia antiquitus inolevit*, &c. *Simoniaca videlicet haeresis damnata semperque damnanda venalitas*. Et infra: *Quapropter*, &c. *damno, detestor, ac reprobam judico hanc perversam, qua hactenus viguit in hac Ecclesia negotiandi consuetudinem, omnemque Simoniacam haeresim. Insuper obligo me, sed & omnes Clericos meos* &c. Neque indicat Guido se incontinentium Sectae adhaesisse, sed tantum ait: *Nicolaitarum quoque haeresim nihilominus condemnamus, & non modo Presbyteros; sed & diaconos vel subdiaconos ab uxorum vel concubinarum fado consortio nostris viribus, inquantum possibilitas nobis fuerit, arcendos promittimus*. Guido itaque & Petrus Damiani Clericos incontinentes constanter appellant *Nicolaitas*; quo etiam nomine a Pontificibus & Conciliis ac Scriptoribus coelibatum defendentibus vocari solent.

IX. *Aribertus* quidem & *Guido* Sacerdotes incontinentes Mediolani & in vicinis regionibus tolerarunt, sed nunquam uxores duxerunt. Neque Arnulphus obstinatus Clericorum Matrimonii defensor & Landulphus Senior, qui Aribertum laudibus ad coelum extollunt, & tanquam Sanctum venerantur, sicuti nec Guidonis & Gothofredi Archiepiscoporum Mediolanensium defensores, Pontificum Romanorum infensi hostes eorum exemplum proponunt, aut aliquid de eorum conjugio in medium afferunt. Quare in Longobardia Episcopos uxoratos non fuisse, sed simplices tantum Sacerdotes certum esse videtur. Pseudo-Datius Chronographus Mediolanensis, de quo mox, Guido Chronographus Mediolanensis MS. & Auctor Chronici, cui titulus *Flos florum*, qui duo postremi Sancti Ludovici Francorum Regis aetate vixerunt, asserunt undecimo saeculo Sacerdotum conjugia plurimos habuisse defensores: *In Synodo Damasi primi* (inquit Pseudo-Datius apud Galvaneum Flammam cap. 307. ut refert Puricellus in Monum. Basilicae Nazarianae cap. 39.) *centum quinquaginta Episcoporum celebrata Constantinopoli, uti Beatus interfuit Ambrosius, gravissima dissensio exorta est inter Sacerdotes uxoratos ex una parte, & inter Sacerdotes sine uxore viventes ex altera parte. Qui Sacerdotes sine uxore dicebant, Sacerdotes uxoratos salvari non posse. Summus Pontifex commisit hanc quaestionem B. Ambrosio, qui sic ait: Perfectio vita non in castitate, sed in charitate consistit secundum illud Apostoli, Si linguis hominum loquar & Angelorum*, &c. *Ideo lex concedit Sacerdotes semel uxorem virginem ducere, sed conjugium non iterare. Si autem mortua prima uxore Saterdos aliam duxerit, Sacerdotium amittit*. Idem testimonium refert Puricellus in Vita S. Herlembaldi cap. 92. & Landulphus Senior ibidem a Puricello laudatus de S. Ambrosio habet lib. I. cap. 11. *Sedente B. Ambrosio gravissima dissensio orta est coram Apostolico in Synodo inter Sacerdotes monogamos & alios sub virginitate cum castitate degentes. Quod factum Apostolico imperante & aliis Episcopis consentientibus datum est in judicio B. Ambrosii, ut quidquid ipse decerneret sanctum & firmum teneretur. At B. Ambrosius cognoscens sensus humanos pronos ad peccandum, maxime propter incontinentiam, sciens aliquem nec virginitatem nec castitatem, nisi a Deo*

Falsum est fuisse aliquos Archiep. Mediolanenses uxoratos.

terræ incolas insequendo ante se ageret, eosque severissime verberans, cum ignominia de hac terra procul eliminaret, nullo sibi vel modice resistere audente. Hucusque Leo. Et quidem exitus declaravit miraculum, cum qui leones adversus omnes alias se gentes exhibuere, cum monachis Casinatibus agni mitissimi extitere: sicque exemplo perspicuo fuerit monstratum, ad barbaros debellandos Sanctorum preces magis conferre, quam arma.

Mu-

PAGIUS *Deo habere posse, quod in libro de Officiis jam dictaverat, ait, de monogamia Sacerdotum quid loquar? quando non tantum permittitur copula, & non repetita: & hac lex est non iterare conjugium. Sicque dicens omnem dissensionem compescuit.*

X. *Sacerdotes Mediolanenses uxorati erant.* Ex quibus apparet, Sacerdotes incontinentes librum B. Ambrosii de *Officiis*, ad conjugia sua tuenda corrupisse. Nam Sanctus Doctor in eo loco tantum habet, *de castimonia quid loquar, quando*, &c. solumque loquitur de quæstione, quæ tunc agitabatur, an scilicet bigami, seu qui aliam acceperant uxorem, ante baptismum, a susceptione sacrorum Ordinum, sicuti post baptismum, excluderentur; quia inter Ecclesiæ Doctores de sacrorum quidem Ministrorum cælibatu, sed non de hoc capite conveniebat. Hujusmodi exemplaria Sancti *Ambrosii* depravata ad nos non pervenere; sed certum, fraudem illam diu latuisse, neque ante sæculum XV. in Diœcesi Mediolanensi constatatam esse. Auctores enim Mediolanenses, qui a sæculo XIII. usque ad decimi quinti finem scripsere, ut Galvaneus Flamma, Auctor Chronici, cui titulus, *Flos florum*, Petrus Azarius Auctor sæculi decimi quinti, Tristanus Chalchus, & Bernardinus Corio Pseudo-Datium & Landulphum secuti sunt, eosque exscripsere, nec eis rei falsitas suboluit. Habetur locus ille Ambrosii lib. 1. de Offic. cap. 50. de quo videndus novus Operum ejus Editor, qui tamen non meminit ejus depravationis Mediolani a Sacerdotibus conjugatis factæ.

XI. Porro Puricellus laudatus, passimque alii ante eum Mediolanenses Historici, non advertentes Chronicon MS. quod in Bibliotheca Ambrosiana sub nomine *Chronici Datei Mediolanensis Archiepiscopi* asservatur, nihil continere præter partem Historiarum *Landulphi Senioris, Arnulphi, & Landulphi Junioris* seu a Sancto Paulo, Historicorum Mediolanensium, (ex quibus prior Historiam suam a primis Ecclesiæ sæculis exorditur, alter a sæculo decimo, tertiusque a fine sæculi undecimi) putarunt *Datios* duos Chronologos Mediolani floruisse, quorum prior anno DLII. demortuus Mediolanensis Archiepiscopus fuit; alter secundum eosdem Gregorii Septimi tempore vixit, & homo privatus fuit. *Pars Historiæ Landulphi Senioris duobus Datis perperam attributa.* Verum *Datius* Archiep. Mediolanensis nullum Chronicon literis mandavit, & alter Datius Auctor personatus, cui attributum fuit, vel per fraudem, vel per errorem, Chronicon seu pars Chronici Landulphi Senioris, ut jam anno quingentesimo quinquagesimo secundo de Datii Archiepiscopi Mediolanensis supposititio chronico verba facientes, monstravimus. Puricellus itaque qui nobis fragmenta varia Landulphi Senioris, Arnulphi, & Landulphi junioris suppeditavit, quæ ex eorum Historiis manuscriptis eruit, gentilium suorum falsa traditione deceptus duos nobis Datios Historicos obtrusit, cum tamen posterior nunquam in rerum natura fuerit, & prior Archiepiscopatum quidem Mediolanensem gesserit, sed nullum Chronicon, nullamque Historiam scripserit, uti loco citato ostendi. Hinc quod Puricellus de explicatione laudati loci Divi Ambrosii in medium attulit, & partim *Datio Chronographo*, partimque *Landulpho seniori* attribuit, totum est Landulphi Senioris, ut ni me mea fallit opinio, videri poterit in Historia ejusdem Landulphi, si, quod valde optandum, aliquando e tenebris emergat.

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his signis ⊏ ⊐ notantur: rejecta hic vides.

ANn. *Chr.* 935. §. Eodem quoque anno, *pro his verbis*, secundum eorum sententiam, *legebatur*, ex quo necesse est erroris arguas.

Ann. Chr. 950. §. *ult. ubi legitur*, vigintiduos, *legebatur*, annos decem & novem.

Ann. Chr. 951. §. *ult. pro* Eadredus, *erat*, Eadmundus, *sic & in fine*.

Ann. Chr. 954. §. At non hic finis, *ubi nunc legitur*, qui pulsus jam antea fuerat, *legebatur*, pulsus est.

Ann. Chr. 955. *in princip. pro his verbis*, annos novem, menses septem, dies decem, *legebatur*, annos decem, menses & dies decem.

Ann. Chr. 964. §. Sed quod, *pro* sexagesima tertia, *erat* sexagesimaquarta.

Ann. Chr. 965. §. Leo autem, *ubi nunc legitur*, ab Urbis præfecto Rotfredo comprehenditur, *legebatur*, & quodam Rotfredo comprehenditur.

Ann. Chr. 967. §. *ult. pro* annos duodecim, *legebatur*, annos decem & septem.

Ann. Chr. 968. §. Sed cur, *pro* nunc, *legebatur*, non.

Ann. Chr. 975. §. Quoad res, *ubi nunc legitur*, annos quinque, vel si sex, *legebatur*, annos sex.

Ann. Chr. 981. *in princip. ubi nunc legitur*, qui sponte se abdicarat, *legebatur*, sponte se abdicavit.

Ann. Chr. 990. §. Eodem anno, pro Adalgerii, *legebatur*, Gisleberti.

Ann. Chr. 991. §. Hoc ipso anno, *ubi legitur*, Bohemiæ, *legebatur*, Poloniæ.

INDEX

INDEX
IN TOMUM DECIMUMSEXTUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
BARONII.

Nota numeralis communis Annum Christi: Romana *vero* Numerum Marginalem *significat*.

A

sco-

pi-

Vere-

B

Bo-

C

Ca-

Cle-

Erne-

de

E

El-

 Ever-

F

G

nici

ve-

cum

I

Joan-

Joan-

Ju-

K

L

Ar-

ra-

M

Mo-

Alia

Ossa

P

ne

nas

Q

R

rum

Ro-

S

ci-

Ta-

T

Tri-

V

pi-

Y

Z

INDEX
CRITICÆ
HISTORICO-CHRONOLOGICÆ
P. ANTONII PAGII
QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

A

uxor

B

C

D

E

Em-

F

G

S. Gal-

I

L

M

no

N

O

P

Gre-

T

V

Z

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo paginarum numerus indicatur.

A

B

C

D

E

G

H

I

L

M

O

P

R

S

T

V

FINIS.

